R-621

CIRUELO, Pedro ( -1560)

[Expositio libri missalis peregregia ...]. — In ... universitate Cōplutē : in aedibus Michaelis de Eguia ..., 1528

¶ Petrus Ciruelus Daroceñ. Theologoꝝ minimus admodum Reuerendis/nobilibus/ac multiplici ſapientia decoratis dñis ſuis Decano/Canonicis/& toti clero Sanctę Eccleſię Toletanę Salutē & diuinorum officiorum domus dei exactam intelligentiam.

DECREVI iampridē apud memetipſum admodū reuerendi p̄res & dñi celebratiſſimi poſtq̄ inueniſē exceſſi ętatē/& hoim fauorē cōtemnere cœpi.nulla mea opuſcula magnis Principib⁹ nec Secularib⁹/nec Eccleſiaſticis eſſe dicanda. Et hoc quidē nō abſq̧ iuſta(vt arbitror)rōne. Siue quia ea pua & idigna reputarē munuſcula q̄ illorū maieſtati aut excellētię offerrent Siue quia ego paup & modic⁹ fere ſemp eis oib⁹ fuerim inuiſus/& penit⁹ ignot⁹ Siue demū qa in hac nr̄a tēpeſtate paſſim eos viderim a bonis lrīs/artib⁹/& ſciētiis alieniſſimos vtpote qa corpaliū diuitiarū et honorū ſint poſſeſſores ſpūaliū bonoꝝ/ac verę ſapiētię theſaurorū effecti ſint cōtēptores Vñ nihil apd̄ eos magis ludibrio haberi ſolet q̄ ver⁹ Philoſoph⁹/aut ad ſummū Theolog⁹ Aſuoꝝ itaq̧ p̄deceſſorū nobilitate degenerātes qs ſoli pricipes tręmītis laborib⁹ iuētas venerabāt̄ artes & ſciētias.iſti adeo puiſaciūt ac ſi nihil/aut vix eēnt hoib⁹ vtiles. hac de re et ego q p̄cioſitatis ſapiētię cū Salomōe cōſcius oē aurū nihil eſſe dixi in cōparatiōe illi⁹ hinc cœpi indignari aduerſus hos tā indigne iudicātes de ſapiētię dignitate eoſq̧ digniſſime reputare indignos qb⁹ offerat̄ iſtinit⁹ ſapiētię theſaur⁹. Quare huiuſcemodi hoies valere ſinēs cū ſua mūdana glīa ad vniuerſitates et ſapiētū viroꝝ collegia me cōuerti ad eos mea opuſcula dirigēda cēſui eiuſmodi cēſores mihi elegi a qb⁹ digne approbari vl̄ reprobari valeat qcqd ſcripſeri Quū itaq̧ i hac ſeniori ętate iā cōſtituto dei miſeratio mihi iſpiraſſet expoſitiōes qſdā diuinoꝝ officioꝝ nō oino(vt reor)tēnēdas qa nō vulgares/ſed iſolitas/et hoib⁹ nr̄i ęui valde ignotas: libuit tādē ad multoꝝ ſacerdotū vſū eas in lucē ędere At qa illi⁹ opis ea erat natura vt nō tā ad viros ſcholaſticos q̄ ad eccl̄iaſticos eſſet dirigēdū poſt alia q̄dā nr̄a philoſophica opuſcula ad varias vniuerſitates directa hoc vnū Theologicū vl̄ certe alioꝝ maximū/atq̧ digniſſimū/nulli alii digni⁹ q̄ Scrę vr̄ę Eccl̄ię Tholetānę dicādū putaui eo q̧ hęc aliaꝝ oīū in tota Hyſpania ſit abſq̧ cōtrouerſia maxima/digniſſima/et velut caput ſup eas primatū glīoſiſſime tenēs Et id qdē iure optimo qm̄ in ea ſemp reſideāt viri optimi/omnigenaq̧ ſciētiaꝝ eruditiōe/et ſumma prudētia p̄ſtātes q alioꝝ merito duces rectoreſq̧ eſſe valeāt paſtorale officiū i oēs viros eccl̄iaſticos exercētes Quū igit̄ i hoc nr̄o ope hiſce de reb⁹ p̄cipue agat̄ q̄ ſūt officia paſtoꝝ maxime p̄pria videlicet de p̄dicatiōe/et de doctria ſalutis aiaꝝ quā ſub noīe paſt⁹ Chr̄ſt⁹ petro cōmēdauit dicēs Paſce agnos meos/paſce oues meas iis optime hoib⁹ cōueniet qs dñs alioꝝ cōſtituit paſtores ac doctores hoc ē vobis de qb⁹ vulgare habet p̄uerbiū Quos de⁹ amauit in eccl̄ia Toletana collocauit. videlicet nō ſolū p̄pt̄ pinguia valde ibidē bñficia vt curiales intelligūt qn poti⁹ ob id q̧ maiorum ſuoꝝ ſctītatis veſtigia ſecuti ſeſe i religiōe toti⁹ Hyſpanieñ. cleri p̄buerūt principes et ductores Priſci etem̄ illi p̄res p̄miſſum dñi mādatū icorde iugiter habētes aiaꝝ paſtui cōtinue inuigilabāt eo vel maxime tpe q̄ tyrānoꝝ rabies ſacrilega fideles chriſti vexabat/vt ei⁹ fidē relinquerēt. Tūc em̄ ſanctis illis p̄ſbyteris & Diaconib⁹ nō paſſim vacabat ſmones ſcribere ſed ſatis eis videbat̄ fideles ſibi ſubditos verbis dūtaxat cōmonere/hortari/docere Poſt tēpeſtatē vero illā facta Eccl̄ie trāquillitate libuit imo & licuit eis ſalutaria ſua dogmata ſcripturę cōmittere vtpote fidelib⁹ ppl̄is ipoſteꝝ p̄futura Ea ſūt q̄ nos hodie ſolēnit i tēplo dei agim⁹ officia miſſalia hoc ē ſmōes ſc̄toꝝ patrū primitiuę eccl̄ie. Qui ideo maiore cum veneratiōe ab eccl̄iaſticis ſunt recepti q̄ poſterioꝝ doctoꝝ homilię ſeu

# Epiſtola prohemialis.

expoſitiões qa ſcilicet a ſctioribus pr̄ib⁹ ędití aliud fere cõtineãt nihil p̄ter ſacre biblię
textũ.aut noui aut veteris teſtamẽti q̃ cõtra poſteriores eccl̃ię doctores min⁹ ſcti p̄ter di
uinas autoritates plęraqꝫ ĩ ſuis ſmonib⁹ miſcuere ꝓpria/& ex ſua officina/aut ex philoſo
phoꝝ ſchola deprõpta. q̃ ꝑfecto nõ ſunt pari veneratiõe cũ aliis dignificãdi.Hac itaqꝫ
rõe ego dimiſſis neotericoꝝ ęditionib⁹ q̃ ĩtellectu faciles ſunt de antiquiorib⁹ ĩ de offi
ciis miſſalib⁹ curãdũ cenſui attentiſſime nam hæc valde obſtruſos/latenteſqꝫ habẽt ſen
ſus & quos ob nimiã eoꝝ antiquitatẽ a memoria hoim elapſos non facile ſit inuenire/
aut ꝑ reminiſcẽtiã ad nos reuocare Quũ eñ introit⁹ Miſſe/Epiſtola/Graduale/Euange
liũ/Offertoriũ/& alię partes eiuſdẽ officii ſint varie autoritates Sacræ ſcripturæ in vnũ
collectę ſmonẽ ad aliquod certũ ꝓpoſitũ fideli pp̄lo ꝑdicãdũ nec intẽtio authoris eas
ſic applicãtis nob̃ inoteſcat qa eã ĩpe nõ exp̄ſſit certe difficillimũ erit cuilibet vl̃ ſapiẽtiſſi
mo Theologo illaꝝ ſẽſum/aut ſmõis ꝓpoſitũ explicare, Interroget ſe vnuſqſqꝫ ſup hoc
& ꝑiculũ faciat vt qđ dicim⁹ veꝝ eẽ cognoſcat nã ſi aliqđ vnũ vl̃ duo officia decẽter ex
poſuerit tñ ea oĩa ꝑ ordinẽ ꝓſeq ſemꝑ loq̃ndo cõformiter ad p̄cedẽtia & ſeq̃ntia erit ſibi
q̃ꝫ laborioſiſſimũ. Pręſerti qa nullũ iſtoꝝ officioꝝ ab vnico autore/imo nec a plurib⁹
in vno tp̄e cõditũ ẽ ſed ſucceſſiue a diuerſis p̄ſbiteris diuerſę partes ei⁹ aggregatę ſũt ha
bentib⁹ tñ eũdẽ ſenſum eandẽqꝫ intẽtionẽ nã poſteriores ſenſa prioꝝ habẽtes addẽdo
ea ꝓſequebant᷑.Qđ ex eo cõiectare poſſum⁹ ꝙ tẽpore Damaſi papę Hyſpani hoc ẽ cir
ca annos dñi quadringẽtos p̄ter ſecretũ Miſſę canonẽ/ſolũ euãgeliũ publice legebatur
in tẽplo dei fideli pp̄lo quaſi ſmo quidã p̄paratori⁹ ante Euchariſtię cõſecratiõem & ſũ
ptionẽ Hui⁹ rei ſignũ eſt qa illi⁹ ætatis doctores Hieronym⁹/Ambroſi⁹/Auguſtinus/
& alii plures homilias ſup euãgelia nõ aũt ſup ep̄las ędiderũt ꝙ videlicet ep̄lę tũc nõ lege
rent᷑ ĩ officio Miſſę ſed eas ſeq̃ns ętas addiderit/ad ſenſum tñ et ꝓpoſitũ euãgelioꝝ iã in
ſtitutoꝝ ꝑ totũ annũ.Legim⁹ eñ circa ãnos chriſtianę ſalutis quingẽtos fere iã ĩſtitutas
ep̄las in officio Miſſali atqꝫ homilias doctoꝝ deſup ęditas vt videre licet Homiliã ſancti
Fulgẽtii ep̄i Carthagineñ ſup ep̄lam in officio.S Stephani ꝓthomartyris Sicqꝫ paulati
vẽtũ ẽ vſqꝫ ad põtificatũ ſctiſſimi Gregorii primi papę q circa ãnos chriſti dñi ſexcẽtos
magnifico illo ſuo ſẽſu q̃ Ezechielis et Iob ſecreta penetrauit ẽt officioꝝ miſſaliũ a ſuis
maiorib⁹ ęditoꝝ intelligẽtiã calluit,Quare ad maiorẽ eccl̃ię decorẽ ĩtroitũ/graduale/of
fertoriũ/et alios cãt⁹ chori eidẽ officio ſupaddidit ex pſalmis Dauidicis et ex aliis ſacrę ſcri
pturę libris ad ſẽſum & ꝓpoſitũ Euãgelii & Ep̄lę ĩ quolibet officio inuẽtę inſup et oĩo
nes deuotas ſeu collectas breuit᷑ explicãtes ſecretã officioꝝ intelligẽtiã certis ĩ locis diſpo
ſuit Hęc idcirco recẽſui nõ q̃ſi ignota.R P vr̃is ſed q̃ten⁹ ſignificarẽ q̃ ordĩe hęc officia
eccl̃iaſtica(ſup qb⁹ ſcripſim⁹)ędita ſint et q̃ꝫ difficile fuerit eoꝝ ĩtelligẽtiã quẽpiã callere ĩ
hac nr̃a ętate;niſi de⁹ ei⁹ mẽtẽ ſpecial̃r illuſtrauerit et ſi ſciẽtia natural̃r acq̃ſita ad hoc op⁹
valere poſſit req̃rit certe multę lectõis viꝝ/et valde ĩgenioſũ/atqꝫ ſenſatũ expoſitorẽ Quę
ego ſępiſſime attẽdẽs et ꝓprię ĩſufficiẽtię cõſci⁹ voluiſſẽ ꝑfecto ab opę cũ timore ĩcepto
mĩtoties d̃ſiſtere niſi me deuictũ zel⁹ dom⁹ dei ac ꝓximoꝝ charitas tẽnuiſſet q̃ ĩbecillitatẽ
meã cõfortauit / audacẽ me faciẽs et ſpẽ ꝓmittẽs ex rei poſſibilitate parit et magna opis
vtilitate Accipiet igit᷑ ſapiẽtiſſima paternitas vr̃a hos q̃leſcũqꝫ meos officioꝝ eccl̃iaſtico
rũ cõmẽtarios et ſi hũili planoqꝫ ſtylo dictatos ex cõi more Theologoꝝ ea hũanitate ac
bniuolẽtia q̃ cętera oĩa ſolet ſub nobiliſſimo fauore vr̃o ꝓtegẽdos/examinãdos/ac corri
gẽdos Nihil eñ hac ętate cõducibili⁹ eẽ poterat Metropoli Toletanę et q̃dẽ ornatiſſime.
q̃ꝫ ſi ęditiõi Apiarii copioſiſſimi(qđ nuꝑ ab ea ꝓdiit ſup eadẽ officia miſſalia in triplici
ſẽſu lr̃ali myſtico & morali)nr̃a hęc q̃rta expoſitio accederet hyſtorialis q̃ oẽs fere eccl̃ię
catholicæ antiquitates & varios rerũ eius ſucceſſus in eiſdem officiis deſignatos miro
quodã artificio ac ſctorũ patrũ diuino ingenio explicamus quã ordinatiſſime Valete.

## ¶ Decanus et Capitulum ſanctę Eccleſiæ Toletañ Reuerendo patri Domino Petro Ciruelo Daroceñſi Canonico Compluteñ Sacræ Theo. eximio profeſſori S P D

EGregiũ tuum opus quod in ſacrorum officiorum enarrationẽ elucubratũ ad nos miſiſti, Reuerẽde Pater, & eruditiſſime vir, gratis animis accepimus Ex cuius titulo, quẽ in frõte gerebat, continuo ſubodorati ſumus plenũ id bonæ frugis eſſe, & ad chriſtianã pietatem non parum poſſe cõducere Verum vbi diligentius euoluimus, & curioſius totũ inſpicimus, dictu incredibile, quãta cũ voluptate, quãtoq; cum ſtudio ſumus amplexi, vt non oblatũ a te modo tã liberaliter, benigne recipere gratũ extiterit, ſed niſi tu obtuliſſes vltro, nos vel precibus, vel impenſis factis, aut quis alia ratiõe a te illud extorquere fuerimus elaboraturi Itaq; nũc ſingulari hoc tuo munere adeo nos tibi obſtrictos reddidiſti, vt cũ immortales tibi grãs agimus, tum parati ſimus iſtũ tuũ erga nos animum & ſummũ a te nobis honorẽ hu⁹ libri nuncupatiõe habitũ, inſignib⁹ officiis remunerari De ipſo vero opere haud facile eſt, quid ſentiam⁹, vllis verbis explicare, tñ illud in prõptu eſt, tale id eſſe, vt merito excuſum a te eſſe nobis videri poſſit Neq; enĩ tu nobis ignotus vir preſtãtiſſime, cui⁹ nõis celebritas late pateſcat, & in iſta preſertim Complutẽſi academia claro nitore refulgeat in qua inter tot claros ſapiẽtia, & ſtudiis lrãrum eminẽtis viros, quos diuinus ille, ac maximus preſul noſter Franciſcus Simenius ad ornandã non magis, ꝙ bonis litteris erudiendã Hiſpaniã vndiq; comparauit, tu primas obtines, verſariſq; iã pluſculis annis tum docẽdo, tum ſcribẽdo, maiore (quis neſciat) cum gloria tua, an ſtudioſorũ vtilitate Et ſane poſt multa monimenta vel in diſciplinis liberalibus, vel in tota philoſophia prodita haud aliud, ꝙ huic par, quod modo ędidiſti, a te expectabatur Quod cũ perenne decus tuo nomini proculdubio parturũ eſt, tum de vniuerſa eccleſia co preclare meritus es Nam quid magis illius refert, ꝙ q ſingulis dieb⁹, aut veri⁹ horis declamitat, q̃ myſteria nr̃ę religionis refert, & ſub aſpectũ, atq; oculos ponit, quod docere nos ſtudet, atq; adeo in cordib⁹ infigere, ad q̃ optãda, atq; exquirẽda nr̃a vota cõuertere, deniq; ad quod ſcẽdum, & efficiendũ nos vocet, & adhortetur, vt ſui fideles alumni intelligãt, & perſpicua habeãt atq; ita cũ intelligãt, ſecum meditẽtur, ac crebro reuoluãt, & poſtremo quod diſcũt, morib⁹, & vita exprimere nitãtur Quæ cõtra oĩa ſi a chriſtianis parum percipiantur, ac ſint animaduerſa, ſurdis ꝓfecto, vel ad clamores tñ in tẽplis obſtupeſcẽtib⁹ canere ipſa videat̃ Itaq; debebit tibi modo hoc qḋ erat oĩm maximũ, & cũ primis exoptãdum, eccl'ia, vt cultores ſuos attẽtos habeat, ſacris doctrinis auſcultãtis, peritos, ſapiẽtes q̃ in eis, quã cupit, & laborat, ſalutẽ operetur Quare haud erat equidẽ, qḋ tã præclarum, tã pium, tã cõducibile opus nr̃o, aut vllius patrocinio, ac fauore indigeret, vel qḋ per ſe adeo nitet, lucẽ, atq; ornamẽtum a quoq; poſtularet. Verum quoniã nr̃o nomini dicare, & præſidio velut eccl'ie nr̃æ cõmittere voluiſti, dabimus operã, vt cum tutiſſimo ſub tutela noſtra requieſcat, tum vt in omnẽ nõ modo ditionẽ noſtrã, ſed in Hiſpanum, atq; chriſtianorum orbẽ longe, lateq; diffundaur, quoad plurimos tãta huius excellentis operis vtilitas, ac fructus vberrimus permanet. Vale ex noſtro capitulo eiuſdem ſanctæ eccleſiæ Toletañ.

## ¶ Eiuſdem Petri Ciruelli Daroceñ. in opꝰ ſuū de officijs eccleſiaſticis ꝓlogus: de q̄litate opis/ atqꝫ intentione autoꝛis ad lectoꝛē.



QUantū eſſe i
cedēdis libꝛis difficul
tatē lectoꝛ candidiſſi
me quātū i q̄uis alio
hūano ope etiā diffi
cillimo nemo certe
ignoꝛat niſi penitus
ignarus/penitus he
bes/ac inexpertꝰ Ni
hil enī vir ſenſatus

1 Arduadif ficultas operis literarij. aggreditur etiā ſi fuerit foꝛmidoloſum bellum/aut
valde ſumptuoſum edificiū.cū tāto ſui honoꝛis
ꝑiculo q̄nto ſe exponit in ope literario Unde
nimirū hac cogente ratione p̄cepit Horatius vt
liber edendus prius nonū p̄matur i annum:
quatenꝰ a ſuo autoꝛe ſepiſſime recognitus etiā
cum amicoꝝ ſapientū cōſilio / pariter ⁊ auxilio
q̄tum fieri poſſit emēdatus ꝓdeat in publicū
Nam q̄ ſecus egerunt/ ⁊ opus p̄maturum edi-
derunt(pleraqꝫ de hoc leguntur exēpla) ſeſe cō-
fuſos ⁊ a viris doctiſſimis irriſos reppererunt Si
ergo poete/oꝛatoꝛes/⁊ aliarū infirioꝝ ſcientiarū
ꝓfeſſoꝛes hoc refoꝛmidāt periculum multo cer-
te magis Theologi fidei religioniſqꝫ ſacramen
ta verſantes/⁊ altiſſimam colentes ſapientiam
timere debent ne q̄d falſum/erroneum/aut inoꝛ
dinatum depꝛomant ſiue in ſcripturis ſiue in
ſermonibus ſuis.Ex verbis enī inoꝛdinate ꝓla
tis vt inq̄t Hieronymꝰ incurritur hereſis q̄ eſt
erroꝛ in fide de qua Auguſtinꝰ addit q̄ nullibi
2 Theologia biblica difficilioꝛ ſcholaſtica. periculoſius erratur At q2 theologice ꝓfeſſiōis
due ſunt partes vl' certe p̄cipue altera biblica de
p̄ncipijs credendis vtpote ex diuina reuelatiōe
habitis altera ſcholaſtica de concluſionibꝰ/ vel
ſentētijs catholicis inde elliciendis In omni aūt
ſcientia erroꝛ circa pꝛincipia ſit peſſimꝰ velut in-
curabilis moꝛbꝰ in coꝛꝑe humano(nam q̄ errat
circa cōcluſiones facile coꝛrigi pōt ex pꝛincipijs
cōceſſis at cōtra negantē pꝛincipia nulla eſt ar-
gumētatio in illa ſciētia cuiꝰ ſunt pꝛincipia ſed
dimittendus eſt q̄ſi infirmus deſperatꝰ a medi-
cis)conſeq̄ns eſt errata in pꝛima theologie par
te q̄ exponendis ſacris libꝛis intendit eſſe mul-
to ꝑiculoſioꝛa q̄3 in ſcd̄a et ſcholaſtica facultate
Ea igitur vitia ſunt theologis maxime cauēda
velut mōſtra immaniſſima ⁊ q̄ religionem chꝛi-
ſtianam efficerent valde peſtilētem Hinc varie
hereſes exoꝛte eccleſiam dei olim vexarūt lon-
ge acerbius q̄3 pꝛius fecerant infidelium tyran-
nides qualis fuit Arriana ꝑfidia/ Sabelliana
blaſphemia/Manicheoꝛum inſania/Euticiano-
rum pertinacia/⁊ alie plures hereticoꝛum ſecte
que non niſi exꝑuerſa ſacre litterature vel in-
terpꝛetatione/vel expoſitiōe proceſſerunt Ellici
tur itaqꝫ ex pꝛedictis q̄3 ardua ⁊ difficilis reputa
ri debeat ſacre biblie commētatio videlicet pꝛo-
pter pericula peſſimoꝛum erroꝛum in fide et re-
ligione chꝛiſtiana ipſa namqꝫ ſepiſſime vtitur
tropis ſeu figuris occultiſſimis ꝓpter infideles/
loq̄tur interea in parabolis ⁊ metaphoꝛis ſum-
ptis ex coꝛpoꝛalibus ad ſpiritualia/ ⁊ vbi ꝓpꝛie
accipit vocabula agit quandoqꝫ de rebus altiſ-
ſimis ab humaniſqꝫ ſenſibus remotiſſimis/ in
pleriſqꝫ etiam locis hominem introducens de
angelo bono aut malo eſt intelligenda: et econ-
tra per angelos homines ſepius deſignat/a ca-
pite inſuper ad membꝛa repente tranſit/⁊ vice-
verſa/deniqꝫ vt egregie notauit Gregoꝛius ſacra
ſcriptura dum narrat geſtum pꝛodit myſteriū
quia videlicet ſub vna littera plures habet ſen-
ſus nunc hiſtoꝛicos/nūc myſticos/⁊ ſpirituales
Et quia teſte apoſtolo Petro hec doctrina non
eſt nobis allata humana voluntate aut phanta
ſia ſed ſpiritusſancti inſpiratiōe hominibus ſer
uis dei reuelata non poterit a nobis recte intel
ligi aut exponi niſi eodem ſpiritu illuſtrante a
quo pꝛimum edita eſt Hunc ſpiritum deus ho-
minibus alijs a chꝛiſto dat ſecundū certā men-
ſuram donationis ſue ⁊(vt Paulus inquit)di-
uidit ſingulis pꝛout vult Quare non oēs hoīes
q̄tumcunqꝫ eruditi in litteris ſunt eque idonei
ad ſanctarū ſcripturarū expoſitione.cuius tota
fere difficultas cōſiſtit in recta ſenſus l'ralis in-
uētione q̄ eſt alioꝝ oim̄ ſenſuū baſis ⁊ funda-
mentū nullus.n. eſt verꝰ ſenſus ſpūalis alicuiꝰ
partis ſacre ſcripture q̄ idē alibi in eadē nō fue-
rit ſenſus l'ralis verꝰ ⁊ ꝓpꝛius Uerū labor iſte
de inuētione ſenſus l'ralis mediocris ē ⁊ tollera-
bilis q̄n aliq̄s vnꝰ ſacre ſcripture liber ſeoꝛſum
accipit oꝛdinate ⁊ cōtinue exponēdus nā ipa ſe
ries textꝰ ex āntecedētibus ⁊ cōſequētibꝰ viā ape
rit recte intelligētie At vbi autoꝛitates diuerſo-
rū libꝛoꝝ biblie trūcate ⁊ diminute atqꝫ ꝑmixte 3 Expoſitio officioꝝ eccleſiaſticoꝝ difficilis ⁊ laborioſa.
excerpunt a doctoꝛibꝰ catholicis aptāde ad ali-
q̄d certū ꝓpoſitū ꝓculdubio difficultas augetur/
⁊ laboꝛ geminat ad habendā earū clarā intelli-
gentiā q̄d paſſim videre licet i eoꝝ varijs ſermo
nibus ſiue ad clerū/ſiue ad populū fidelem De
quoꝝ numero vel oim̄ ſmonū pꝛimarij ſunt nr̄a
officia eccl'iaſtica ab antiq̄s illis ꝑlatis ⁊ docto-
ribus deo plenis edita in pꝛimitiua eccl'ia In
hmōi n caſibꝰ autoꝛitates ille ſimul accepte aliū
ꝑfecto habēt ſenſum etiā l'ralē in illo ſermone
ab eo quē habebāt in textu biblie cū integre le-
gerent in oꝛiginali ſuo Huius veritatis ꝓbatio
clara eſt ex cauſa dicedi q2 ad aliud ꝓpoſitum
pꝛimo ſcripte fuerāt a ꝓphetis ⁊ aplis in libꝛis
ſuis ad aliudqꝫ poſtea inde excerpte ſunt a do-
ctoꝛibꝰ ſanctis pꝛo ſuis ſermonibus variato etiā
notabiliter autoꝛitatū oꝛdine hinc ⁊ inde quare
ad aliū ſenſum l'ralem a pꝛioꝛe quem habebant
in biblia accepte ſunt Non ergo ſufficiet lectoꝛi
alicuius ſermonis cuiuſlibet talis autoꝛitatis
ſenſus:quem nouit ex cōmunibus gloſis biblie:

ſed preter eum opus habet alio ſenſu euiſdem
quē intendebat autor ſermonis illius. Hoc pa-
lam notari poteſt in libris officiorū eccleſie chri
ſtiane (qui ex autoritatib⁹ noui et veteris teſta-
mēti ſunt permixti) nā vt de ceteris nunc tacea
mus in libro miſſali quē in hoc opere exponen
dum ſuſcepimus ſub ſpe diuini auxilij nec epi-
ſtole ad ſe ipſas/nec euangelia inter ſe eundem
ſeruāt ordine que habebāt in textu Biblie ſed
multoties pmutato ordine poſteriora preponū
tur ⁊ priora poſtponuntur prout expediens vi-
ſum eſt ad intentionem officiorū miſſaliū que
reſpicit ordinē temporū anni prout magis infe
rius declarabitur Illa ergo pmutatio ordinis
ſcripturarū Biblie in libro miſſali eſt ſignū eui
dentiſſimū ꝙ ad alium ſenſum trahantur huiuſ
modi autoritates ad librum eccleſie ab eo quē
habebant in libris Biblie quamuis ille ſenſus
iſtum neceſſario preſupponat vt fundametum
eius Unde manifeſte ſequitur ꝙ maiore labo-
re oporteat ſudare expoſitorem libri eccleſiaſtici
predicti ꝙ̄ cōmentatorē librorꝫ Biblie: hic enim
ſolum vnum ſenſum litterale illarū autoritatū
explicare tenet ille vero duplice qꝛ (vt diximus)
preter ſenſum quē habuerūt ſancti dei homines
prophete ⁊ apoſtoli illarum autoritatum primi
ſcriptores debet q̄rere ⁊ declarare aliū ſenſum
4 videlicet quē habuerunt catholici eccleſie docto
res illorū officiorum editores. Eſt preterea alia
difficultatis hui⁹ ratio qꝛ ꝑ pmo ſenſu inueniē
do preſto ſunt nobis multa adiutoria humana
hoc eſt cōmentarij multiplices tum priſcorꝫ tū ⁊
recentiorum eccleſie doctorum. pro ſecūdo vero
ſenſu officiorꝫ eccleſie vix reperies directorē qui
ſuper eadem officia aliquid notatu dignum ſcri
pſerit ſiue ex āntiquis ſiue ex neotericis Theolo
gis Et quod dictū eſt de libro Miſſali etiā verꝫ
habet in alijs libris eccleſiaſticis ſcilicet antipho
nario/ lectionario/officiario/et alijs quos om-
nes diuus Gregorius ordinauit. qꝛ null⁹ hodie
apparet ſuper eos comentarius alicuius docti
expoſitoris huius rei cauſam hanc eſſe arbitra
mur ꝙ tēpore primitiue eccleſie omnes fere viri
eccleſiaſtici erant deditiſſimi lectioni ſanctarum
ſcripturarum/ſimiliter ⁊ perquirendis miſterijs
officiorum eccleſiaſticorum ideo tunc eorꝫ recta
intelligētia erat apud illos vulgatiſſima ⁊ ſatis
cōmunis quare nec putabant neceſſariam eſſe
officiorꝫ ſcriptam expoſitionem quibus ſufficie-
bat vocalis eruditio maiorꝫ quotidiana Noſtro
vero tpe Theologi magis dediti ſcholaſtice diſ
putationi queſtionum difficilium in doctrina fi
dei ꝙ̄ expoſitioni ſanctarum ſcripturarum non
multum curant de myſterijs officiorꝫ eccleſiaſti
corum ideoqꝫ ſuperficialiter ea inſpicientes nō
putant illarum autoritatum alium eſſe ſenſum
litteralem in libro eccleſie ab eo que habent in
libro Biblie ⁊ ita cōmunibus gloſſis doctorū ſu
per ſacrā Bibliam contēti ſatis ſibi fieri credūt.
Nō autē hec ſit eorꝫ opinio paſſim videri poteſt
ex modernorum theologorū ſermonibus/home
lijs ⁊ poſtillis quas ediderūt ſuper officia dñica
lia ⁊ ſanctoralia in quibus ſolus ille ſenſus Bi
blicus apparet ⁊ nullus fere eccleſiaſticus Ex
his ergo patet quomodo iā euanuerit a nobis
illa ſubtilis et profunda intelligentia librorum
eccleſiaſticorū. que apud maiores noſtros erat
valde peruia ⁊ triuiſſima. Apparet etiā ex pmiſ-
ſis ꝙ̄ luculentiſſime quanta ſit difficultas eius
operis quod deo auſpice aggredimur Nam in
eo pcipua intentio noſtra tendit ad inueniendū
verum ⁊ proprium ſenſum litteralē libri miſſa-
lis et aliorum eccleſiaſticorū officiorum quem
habuerūt ſancti illi doctores ⁊ prelati q̄ hos li-
bros ediderunt Nam (vt diximus) ad hunc ſen
ſum inueniendū deſunt nobis preuij ductores
quos inſequamur id eſt quorū expoſitionibus
innixi aliquid addam⁹ ſed offertur nobis quaſi
perambulāda prouincia quedam deſerta inculta
⁊ inuia Orādus eſt ergo nobis deus imprimis
quatenus ipſe dux noſter eſſe dignet in hac via
ſic ꝙ per gratiam ſuam irradiātem expulſa nr̄e
mentis caligine/⁊ cōceſſa claue vere ſciētie/por
rigat nobis dexteram recte intelligentie. qua p̄-
uia libere et ſine offendiculis errorū totum hoc
nr̄m opus eccleſiaſticum feliciſſime abſoluam⁹.
¶ Sed forſan mihi obijciet lector oculatiſſim⁹ 5
librū vocatū Rationale diuinorꝫ officiorū. quo
probet hanc regionem iam eſſe viris eccleſiaſti
cis nr̄e etatis ſatis cultam/peruiam/⁊ ſepiſſime
luſtratam a ducentis fere annis directore illo ſa
pietiſſimo viro Guillelmo Durandi: quē ſacro-
rum canonum eccleſie profeſſores Speculatorē
vocant eo quod ſpeculum iuris ipē ediderit Is
enī in ſuo rōnali reddit rōne oim fere miſteriorꝫ
eccleſie chriſtiane ac ꝑinde exponit omnes au-
toritates ſacre ſcripture in libris eccleſie poſi-
tas et hoc vel maxime facit in ſexto libro eiuſdē
ſui voluminis Nō ergo videtur neceſſaria imo
potius apparet ſuperflua hui⁹ nr̄i operis noua
editio adminus ſequitur ipſam nō eſſe multum
difficilem/ſed potius valde facilem poſt talē ac
tātum directorem atqꝫ ducē Ad quod obiectū
plane rn̄dentes dicimus ꝙ predictus autor in
illo ſuo ratiōali fere nihil tetigit eorū q̄ pdixim⁹
eſſe nimiū dificilia ad habēdā verā intelligētiā
litteralem officiorū eccleſiaſticorꝫ: vt ex diſcurſu
nr̄i operis manifeſte apparebit. Quare p̄ter ſuū
rationale nō fuit ſupfluū / imo perneceſſarium
et ſatis difficile aliā querere eorūdem expoſitio
nem officiorū perinde ac ſi nihil tale actū eſſet
Siquidē egregi⁹ ille doctor cū eſſet in iure Ca-
nonico peritiſſimus nō autem talis in Theolo
gico ea que ad eccleſie antiquas inſtitutiones
vel ſolennitates pertinebāt potuit quidem opti
me declarare/⁊ de facto declarauit in prioribus
quinqꝫ libris ſui operis videlicet excerpēs mul
ta ex ſacro volumine Decretorum At vbi in al
legato ſexto ſuo libro ſingula officia Eccleſie
matutinalia ⁊ miſſalia declarāda ſuſcepit ex de
fectu Theologice doctrine maxime Biblice (q̄
ad id negocij fuerat ſibi pneceſſaria) valde ſui

4 Liber miſſalis intellectu difficillimus.

5 Dubiū de rōnali diuinorꝫ officiorum.

Rn̄ſio ad dubium.

perſicialiter proceſſi Et qꝛ negocium ſupra vi-
res ſuas pſumpſit nō ſenſum officioꝝ litteralē/
nec intentionē eccl'ie in eis pncipalē de laraui
ſed neglecto ſenſu litterali officioꝝ ad quoſ
dam alios morales vel allegoricos eorum ſen-
ſus ſe diuertit qui tñ ſup litteralē ſenſum erant
edificandi Habende ergo ſunt gratie pdicto do
mino Guillelmo pro editione ſui rationalis in
quo plurima rerum eccleſiaſticarum ſacrameta
probe reſerauit ſed non tantum ei tribuendum
eſt vt nihil ſuo operi addi poſſit ad quod ipe nō
attigit maxime a doctis Theologis quibꝰ dire-
ctius conuenit ſubtilis ⁊ pꝛofunda intelligentia
horum officioꝝ eccleſie que a ſumma antiquoꝝ
Theologorum ſapientia exorta proceſſerūt Ni
mirum ergo ſi prius diximus librum miſſalē
relictū eſſe nobis quaſi agrum adhuc incultū/
et terram inuiam nondum reſerato eius ꝓprio
et vero ſenſu litterali quem tame(deo nobis ꝓ-
picio) in hoc opere detegemus iuxta ingenioli
noſtri vires vt ex toto corpore eius manifeſtiꝰ
apparebit intuētibus quo perſpecto aperta erit
via ingenioſis qua ⁊ ipſi pro ſua induſtria etiā
quedam alia ſuperaddant que forte nobis non
fuere a deo conceſſa vt vel ſic per incrementa tē
porum creſcat ⁊ ſciētia ſanctorum vt diuinus re
fert Gregorius. ¶ Aduertendum tamen qđ li-
cet hoc negocium ſit nobis valde arduum ⁊ dif
ficile tentabimus nihilominus ſub confidētia
ſpecialis dei auxilij hanc doctrinam proſequi
modo ⁊ diſcurſu Theologico nō autem ſpiritu
prophetico(abſit a nobis talis preſumptio)hoc
eſt precedemus ex quibuſdam principijs com-
munibꝰ ſed notiſſimis argumētantes ⁊ ad par-
ticularia officia ea applicantes. in ipſiſq; parti
cularibus recto ordine procedemus conſequē-
ter loquendo idest continuādo ſequētia ad ſua
precedentia tali concatenatione vt nulla inter
officia appareat diſſidentia / ſed rationabilis et
pulchra coherentia/atq; perdocta conuenientia
Erunt autem hec noſtra principia.quibꝰ totius
edificij ſtructura ſubſtentabitur veriſſima et ab
omnibus doctis fidelibus conceſſa et eis bene
intellectis apparebit ſtatim intentio noſtri ope
ris principalis et inde concipietur ſpes ſecure
perueniendi ad finem optatum hoc eſt ad verū
⁊ litteralem ſenſum libri miſſalis ⁊ aliorum offi
ciorum Eccleſie dei Nam intellectis principijs
adhibitoq; labore applicationis eorum ad ſin-
gularia officia facile habebitur ſenſus litteralis
eorum Uerum ad iſtam applicationē neceſſa-
ria erit hominis bona phantaſia/multiplex do
ctrina/⁊ lectio hiſtorica maxime de geſtis ⁊ anti
quitatibus eccleſie dei tam in veteri q̃ȝ in nouo
teſtamento ¶ Primum itaq; ⁊ maxime omniū
ꝓprium in hac doctrina principiū ſit hoc Qđ
intentio principalis ſanctorum eccleſie doctoꝝ
et prelatorum in his officijs per eos editis fuit
in ſpatio vnius anni generalem eccleſie hiſtoriā
texere ſeu enarrare que a principio mundi ꝓce
dit vſq; ad finem eius hoc eſt varios ⁊ multipli

Principia ſupponenda in hac doctrina

Primū principiū

ces ſucceſſus populi dei per diuerſas mundi eta
tes commemorare in hac ſexta ⁊ vltima mundi
etate que proprie pertinet ad nouum teſtamen
tum ſeu legem euangelicam eſtq; finis et ſum-
ma omnium aliarum etatum pcedentium Cre
dimus tamen q̄ non intendebant pciſe recen-
ſere nobis in ſuis officijs eccleſiaſticam hiſtoriā
ſolam ⁊ nudam ſed etiam ad mores noſtros ad
aptatā ⁊ religioſa doctrina veſtitam Huiꝰ theo
rematis prima pars notiſſima eſt ex ipſa eccle-
ſie conſuetudine q̄ in matutinali officio de tem
pore p totū annū oēs fere legit hiſtorias tā ve q̃ȝ
noui teſtamēti nā a dominica ſeptuageſime vſq;
ad quartam dominicam quadrageſime p ordi-
nem legit in horis nocturnis hiſtorias triū pri-
marum mundi etatum Atm tpe aduētus ſtatū
populi dei ſub lege veteri referens hiſtorias de
notat quarte ⁊ quinte etatum mundi In feſtiui
tatibus vero natiuitatis ⁊ reſurrectionis domi-
nice primordia ſexte etatis explicat ſub doctrina
chriſti ⁊ ſuorum apoſtolorum Deniq; in tempo
re a Penthecoſte vſq; ad aduentum totum ſuc
ceſſum ſexte etatis ꝓſequitur q̄ ordinatiſſime.
Ergo veraciter dictum eſt principalem officioꝝ
diuinorum intentionem ( que eſt eorum ſenſus
litteralis) tendere ad commemorandam eccle-
ſiaſticam hiſtoriam Secunda pars eiuſdē prin
cipij etiam ex eodem eccleſie more ꝓbatur qui
in enarrandis predictis hiſtorijs etatum mundi:
nō ſemper earum ordinem obſeruat ſed aliquā
do eas permutat prout cōgruere videt qualita-
tibus ſingulorum tēporum anni ſignum eſt er-
go q̄ preter narrationem hiſtoriarum predictaꝝ
eccleſia intendit per eas aliquid aliud docere ſ.
mores fidelium inſtituere et ſic totum hoc pri-
mum principiū relinquitur verum Ex quo duo
ſequūtur notatu digniſſima ad hoc propoſitum.
¶ Primum eſt q̄ in tempore quo legitur ali- Correlarium.
qua hiſtoria in officio matutino etiam ⁊ miſſale
officium ei correſpondēs ad eandem eſt referē
dum intētionem quia de illa hiſtoria eſt totum
exponēdum in ſenſu litterali libri miſſalis qua
re omnes auctoritates Biblie in illius miſſe of
ficio diſpoſite ad ſenſum illius hiſtorie ſunt tra-
hende verbi gratia in dominica ⁊ hebdomade
ſeptuageſime officium miſſale ſicut ⁊ matutina
le ad litteram eſt inteligendum de geſtis prime
etatis mundi in ſexageſima de ſecunda etate in
quinquageſima de tertia ⁊c ¶ Secūdo ſequit Correlarium.
ex altera parte eiuſdem principij q̄ in quolibet
officio miſſali preter ſenſum litteralem predictū
(qui eſt hiſtoricus) eſt requirendus alius et ſe-
cundus ſenſus moralis pro informatiōe fidelis
populi tunc preſentis et ille ſenſus ſemp debet
fundari ſuper altero ſenſu litterali de hiſtoria p
teritorū aut futurorum fidelium ſicut et iſte ſen-
ſus hiſtoricus neceſſario preſupponit alium ſen-
ſum litteralem quem habent ille autoritates in
textu Biblie quemq; in hoc noſtro ope vix aut
rariſſime explicabimus propter breuitatem et
etiam qꝛ ex cōmunibus gloſis doctorū faciliter

haberi poteſt Unde diſcretionis gratia ſenſum
illum hic litteralem vocabimus primum autē
noſtrorum ſenſum libri miſſalis hiſtoricum di-
cemus ſecundū vero moralē ſeu tropologicum

*Secūdū principiū.*

¶ Secundum principium huius doctrine ſit.
Quod ſicut lex vetus cum ſuis ſacrificiis ⁊ ce-
rimoniis erat vmbra ſeu figura legis Chriſti ⁊
ſuorum ſacramentorum ita etiam populus fi-
delis veteris legis obſeruator erat totus figu-
ralis in geſtis ſuis reſpectu fidelis populi chri-
ſtiani ſub noua lege ita ꝙ actus corporales ve
teris ſinagoge Judeorum figurabāt proportio-
nales actus ſpirituales noue eccleſie chriſtia-
ne Huius prima pars ſumitur ex pluribus lo-
cis apoſtoli Pauli i ſuis epiſtolis ſcilicet ꝙ lex
vetus erat habens vmbram futurorum et ꝙ
omnia in figura contingebant illis patribus/⁊
ꝙ geſta eorum in figura facta ſunt noſtri.⁊c̄.
Secunda pars continet verba expreſſa ſancti
Auguſtini eſt etiam communis ſententia an-
tiquorum doctorum eccleſie chriſtiane quam
inſequens abbas Joachim Florentinus edidit
opus valde egregium de concordia noui ⁊ vete
ris teſtamenti in quo latiſſime declarat predi-
ctam correſpōdentiam geſtorum vtriuſq̧ popu-
li.que figurata eſt in eo quod legit̄ Exodi 26
ꝙ in templo dei erant duo Cherubin mutuis
vultibus ſeſe reſpicientes et Ezechielis primo
dicitur ꝙ erat rota in medio rote ideſt nouum
teſtamentum in veteri vt exponit Gregorius
Ex hoc principio aperitur via ad cognoſcen-
dum ſenſum litteralem ſeu hiſtoricum illorum
officiorum eccleſie:in quibus leguntur hiſtorie
veteris populi iudeorum quia per illas inten-
dit eccleſia parabolice ſignificare geſta chriſtia-
norum ſimilia in noua lege ¶ Sed ad huius
dicti maiorem declarationem additur tertium

*Tertium principiū.*

principium tale Quod ſicut gloſa ordinaria bi
blie et varie ſanctorum homelie bella iudeo-
rum corporalia atq̧ conflictus eorum ſuper ter
ra promiſſionis cum infidelibus Egyptiis/
Cananeis/Philiſteis/Aſſiriis/Caldeis/Grecis
et aliis gentium nationibus adaptant ad bella
ſpiritualia chriſtianorum ſuper fide et religio-
ne ſua cū infidelibus iudeis/ philoſophis/ydo
latris /Sarracenis/ et aliis paganorum ſectis
facientes hinc et inde proportionalem concor-
diam vtriuſq̧ teſtamenti q̄ntum bene fieri po-
tuit et conueniens fuit veritati fidei eodem mo
do autores officiorum eccleſiaſticorum ad pro-
poſitum ſupradictum de hiſtoria Eccleſiaſtica
eadem Judeorum corporalia bella ſeu confli-
ctus docte et catholice adaptauerunt ad bella
ſpiritualia chriſtianorum catholicorum cum he
reticis Arrianis/ Manicheis / Neſtorianis/ et
aliis huiuſmodi monſtris Ita ꝙ ſicut predicta
gloſa ordinaria ex variis doctoribus collecta
illam comparationem (quam textus biblie fa-
cit) inter Iſrael et Egyptum / inter Judeos et
Cananeos aut alios gētiles infideles (penes
differentiā boni ⁊ mali) adaptat ad comparan-
dum eccleſiam chriſti perfide ſinagoge penes
differentiam ſimilem boni ⁊ mali vocans chri-
ſtianos filios Iſrael ⁊ econtra iudeos appel-
lans Egyptios vel Cananeos ⁊c̄.eodem teno-
re autores officiorum eccleſie eaſdem compa-
rationes applicauerunt ad oſtendendam diffe-
rentiam inter latinos catholicos ⁊ grecos here-
ticos/ vel inter eccleſiaſticos humiles ⁊ ſecula-
res tyrannos / vel inter religioſos deuotos et
clericos profanos/ vel deniq̧ inter iuſtos filios
dei ⁊ peccatores filios diaboli. vtrobiq̧ enim
ſimilis eſt comparatio penes differentiam bo-
ni ⁊ mali. Nam omnes iſte cōparationes ſunt
neceſſarie ad proſequendam totam ſeriem hi-
ſtorie eccleſiaſtice per officia totius anni que
de his omnibus faciunt mentionem in diuer-
ſis anni temporibus Et in predicta analogia
fundatur totum artificium officiorum eccleſia-
ſticorum que vt diximus diſcurrunt per varias
mundi etates ⁊ generationes hominum in to-
to anno.⁊ huius ſignum eſt quia aliquādo ea-
dem epiſtola/ vel idem euangelium/aut etiam
idem miſſe introitus bis aut ter cantatur in an-
no in diuerſis officiis de tempore ſ ad diuerſas
intentiones diuerſarum hiſtoriarum que tamē
omnes eandē habent analogiam ſimilemq̧
comparationem inter bonos et malos Hoc
principium tertium de continua analogia ob-
ſeruanda in comparationibus diuerſorum ho-
minum eſt tanti pōderis in hoc negocio vt ſi-
ne ea nullatenus haberi poſſit recta intelligen-
tia ⁊ verus ſenſus litteralis officiorum diuino-
rum Juuit etiam nos ad hoc multum allega-
tus abbas Joachim in p̄dicto opere concordia-
rum vbi dicit ꝙ in primitiua eccleſia Iſrael erat
populus chriſtianorum / Egyptus fuit Judea/
mare rubrum baptiſmus/deſertum gentilitas/
terra promiſſionis fides vel chriſtiana religio
Poſtea vero facta diuiſione inter grecos ⁊ lati-
nos propter grecorum rebellionem hereticam
addit ꝙ latina eccleſia facta eſt tribus iuda et
regnum Dauid in Hieruſalem que eſt Roma
vrbs eccleſie vero grecorum ⁊ aliorum oriēta-
lium typpum habent decem tribuum et regni
iſrael in Samaria q̄ eſt Conſtātinopolis Aſſi-
rios vocat Sarracenos Chaldeos appellat
chriſtianorum tyrannos principes Cananeos
⁊ Jebuſeos ac Philiſteos dicit fuiſſe hereticos
eccleſiā dei vexātes multaſq̧ alias analogias
ibidem facit que in huius noſtri operis proſecu-
tione paſſim notari poterunt p̄ſertim vbi in offi
cio eccleſie legitur aliqua hiſtoria vel prophetia
veteris leg ¶ Quartū huius doctrine principiū

*Quartū principiū.*

⁊ conſonum p̄cedenti ſit hoc Quod quia ſimili-
ter geſta chriſti ⁊ apoſtolorum atq̧ aliorum di-
ſcipulorum ſuorūm in primitiua eccleſia fuere my-
ſtica ⁊ figuralia ideo conuenienter ſunt appli-
cata in officiis eccleſiaſticis ad ſignificanda my
ſteria eccleſie chriſtiane cuius hiſtoriam enar-
rādam ſuſceperant Suppoſitum huius princi
pii probatur clariſſime ex gloſa ordinaria cum

homelijs doctoꝝ ſup euangelia/ et ſuper actus apoſtolorum que continue exponunt geſta ac miracula chriſti/ ⁊ alioꝝ ſanctoꝝ myſtice de ijs q̄ futura erāt in eccleſia dei. Hoc patet exemplis. nam ꝙ chriſtus ſtatim ⁊ recenter nat⁹ nocte receſſit a Judea ⁊ fugit in Egyptū propter perſecutionem Herodis vt dicitur Matthei 2 ſed poſtea in reditu ſuo ab Egypto in Judeam nulla de nocte fit mentio ad ſignificandum ſcilicet (vt aiunt) receſſum vere fidei chriſtiane a Judeis i nocte infidelitatis relictis ⁊ fugā ei⁹ a principio naſcēns eccleſie ad gentiles ſed circa finē mundi per gratiam dei reuertetur ad Judeos fides chriſti excluſa nocte illa a cordibus eorū Item Chriſtus in etate adulta vocat⁹ ad reſuſcitandam filiam Archiſinagogi prius ſanauit mulierem a fluxu ſanguinis que tamen morbum illū incurrerat quando puella illa fuerat nata vt inde ſignificaretur ꝙ Chriſtus vocatus a patriarchis ⁊ ꝓphetis/ miſſuſqꝫ ad reſuſcitandam moraliter ſinagogam Judeorum p doctrinam vere fidei prius ſanauit gentilitatem que inceperat fluere per diuerſa vitia atqꝫ errores i a tēpore Abrae quando Judeorum genus ortum eſt atqꝫ incepit Similiter Chriſtus in nocte ſue paſſionis orans ad patrem vt tranſiret ab eo calix ille ſcilicet ad diſcipulos ſuos ſtatim fuit in agonia/ et factus eſt ſudor eius per totum corpus ſicut gutte ſanguinis decurrentis in terram per quod myſterium ſignificatum eſt ꝙ corpus eius myſticum i eccleſia ſuorum fidelium totum fere erat rubricandum ſanguine martyrum et ad hunc modum darent multa alia exempla in predicta gloſa ordinaria/et in homelijs ſanctorum doctorum nominatim Origenis/ Chriſoſtomi/ Auguſtini/ Gregorij/et aliorum qui frequenter dicunt miracula et opera Chriſti / ſimiliter et apoſtolorum ſuorum ſimul facta eſſe ⁊ ſigna ⁊c̄ Ex hoc principio ducti patres officiorum diuinorum compoſitores epiſtolas et euangelia ex nouo teſtamento accepta in officijs de tempore applicuerunt ad ſignificanda myſteria eccleſie dei iuxta qualitatem temporum anni in quibus talia officia leguntur Nam ſepiſſime filium hominis vocant populum chriſtianum qui eſt filius ſpiritualis hominis chriſti ipſe etiam dicitur Chriſtus myſticus per Jeſum prope ſemper ſignificatur prelatus eccleſie ſalutem animarum procurans. per apoſtolum Petrum deſignantur actiui/per Joannem contemplatiui / per Jacobum martyres/ per Paulum doctores/ per Phariſeos heretici ab eccleſia diuiſi et ſic de alijs

Quintum principiū ¶ Quintum principium huius doctrine ſit de forma officiorum miſſalium ſcilicet ꝙ vnumquodqꝫ eorum licet quantum ad materiā eius ſit opus theologicum (cum ſit ſermo prelati ad fidelem populum de doctrina fidei/ et religionis ac de myſterijs eccleſie tum preteritis tum et futuris ) tamen quo ad formam et modum ſuum eſt artificium poeticum . quia procedit ad modū vni⁹ Comedie aut Tragedie · in qua plures perſone introducuntur ad ſeipſas loquentes / et ſibi inuicem reſpondentes Hoc facile eſt videre cuilibet aduertere volenti nam preſbyter in altari ſepius ad populum ſe conuertens ſalutat eos dicens Dominus vobiſcū. cui etiam chorus clericorum nomine totius populi reſpondet cum benedictione poſtea ijs tacentibus loquitur Diaconus aut Subdiacon⁹ aut aliquis alius lector vel acolitus et hoc in diuerſis officijs diuerſimode vt notum eſt

Sextum principiū. ¶ Sextum deniqꝫ principium huius doctrine hoc ſupponamus Quod inter ceteras partes miſſalis officij euāgelium eſt vt baſis et fundamentum vere et recte intelligēne omnium aliarum autoritatum tam noui q̄ʒ ve teſtameti que in eodē officio adducuntur· itaqꝫ ſenſus litteralis vel hiſtoricus euangelij eſt index et monſtrator intelligentie omnium aliarum autoritatum eiuſdem officij Nam in hoc negocio talem analogiam habet euangelium ad totum miſſe officium qualem habet ſubiectum ad totam ſcientiam quia omnia in ea tradita ad ſubiectum referuntur vel habet ſe ſicut thema ad ſermonem vel ſicut centrum ad omnes lineas in arte pictoria vel ſicut primum metrū et menſura in quolibet genere rerum de quo loquitur Ariſtoteles in x libro ſue Methaphiſice Qui ergo vult habere ſenſum hiſtoricum alicuius officij miſſalis de tempore primum debet querere ſenſum euangelij iuxta qualitatem temporis anni i quo legitur illud officium ideſt iuxta qualitatem hiſtorie eccleſiaſtice que in illo cōmemoratur quia illo ſenſu habito facile patebit intelligentia aliarum partium miſſe dicte cathecuminorum ad quam principaliter dirigit hoc prohemium et eſt principalis materia huius noſtri operis:quam latiſſime proſequimur in 2 eius libro nam alij duo libri primus ſcꝫ et tertius ex incidenti ⁊ ſecundaria intentione appoſiti ſunt. Huius ſexti principij probatio clariſſima erit hoc medio conceſſo ꝙ inter partes officij miſſalis euangelium ē prius alijs non ſolum natura et dignitate ſed etiam origine et temporis ordine nam alie partes ſeu autoritates poſtea addite ſunt conformiter ad ſenſum euangelij quod bene perſuaderi poteſt ex conceſſis ab omnibus hiſtoria de ſtatu primitiue eccleſie Nam vrgentibus eam perſecutionibus infidelium tum iudeorum tum ⁊ gentilium euchariſtie ſacrificium (quod in miſſa conficitur) agebatur a fidelibus valde ſimpliciter/et ſine pompa alicuius ſolennitatis quia offerebatur a ſacerdotibus Chriſti occulte ⁊ in ſilentio in domibus priuatis/ in ſpelūcis ſeu cauernis terre /atqꝫ in criptis Martyrum ideo tunc miſſe officium erat ſatis breue nam apoſtoli ſuper verba conſecrationis panis et vini a Chriſto accepta ſolam dominicam orationem ideſt Pater noſter appoſuerunt· ⁊ ſtatim communicabant.i.eucbariſtiam aſſumebant:⁊ alijs

7 Canō miſſe ſecretus quo tpe editus

miniſtrabant Deinde Romani pontifices Petri ſucceſſores paulatim ſucceſſu temporis addētes alias deuotas orationes.totum miſſe canonem ſecretum in trecentis fere primis annis eccleſie perfecerunt.et illa miſſe quantitate ſacerdotes vtebantur durante ad huc perſecutiōe infidelium contra eccleſiā chriſti. Tandē vero ex dei miſericordia tempore Silueſtri pape primi baptizato Romano imperatore totius fere orbis dn̄o ceſſauit iam perſecutio/⁊ facta eſt pax in eccleſia dei dataq; eſt chriſtianis libertas publice celebrandi Euchariſtie ſacrificiū:conuenientibus eis ſimul in teplo dei vnde ex tunc ſcti patres ecclie prelati fauore pncipum fidelium ceperunt ordinare preter canonē ſecrete legendum aliqua alia ſolēniter ⁊ publice decantāda in eccleſia ante euchariſtie cōſecrationem ⁊ ſumptionem tum propter honorē dei/tū propter ſolēnitatē ſacramēti/tum etiā ⁊ propter fidelis populi conſolationem atq; digniorē eius pparationem ad euchariſtie ſacramentū peragendū.

Quando euangelia miſſe apposita.

Et in primis euangelia(in quibus doctrina chriſti fidelibus proponitur) inſtituerunt ſingulis diebus dominicis toti⁹ āni populo decantanda ſimul ⁊ predicanda iuxta chri mandatū Mathei vltimo.pdicate inquit euāgeliū omni creature Ad euangeliorum autē maiorem declarationē doctores catholici ſequētis etatis circa ānos dn̄i quadringētos Homelias ⁊ ſermones ediderūt Tunc etiā ex mandato ſanctiſſimi Damaſi pape primi diu⁹ Hieronymus ſeptem horas canonicas ordinauit quotidie in tēplo dei a ſacerdotibus chriſti peragēdas ad que officia pſalteriū Dauidicū per dies hebdomade diſtribuendum in ſepte diuiſſit partes et hoc ad maiorem fidelis populi deuotionem/ad honeſtiorē ſacerdotū ocupationem/ad digniorēq; ſui preparationem p euchariſtie celebratate

Quando eple addite.

Poſtea vero alij doctores ⁊ plati lectiones quaſdā pphetícas ⁊ apoſtolicas quas nos eplas dicim⁹ euāgelijs pmittendas decreuerūt vt queadmodū lex vet⁹ euāgelicam tēpore preceſſit ſ doctrina imperfecta pfectiorem ita lctōes minor doctorum precederent in officio miſſali lectionē magiſtri pfectioris chriſti.ſicq; aſcenderet per grad⁹ a minorib⁹ ad maiora Sed has epiſtolas per totum annū cōformes ſuis euāgelijs fecerunt in materia doctrine tunc predicāde Alij pontifices officio miſſe adiecerūt Greca kirie eleiſon/alij Gloria in excelſis/alij ſymbolum fidei Credo in vnum deū publice ⁊ ſolenniter decantandū Hanc itaq; miſſalis officij quantitatē reperijt ſctus Gregorius papa pmus a ſuis maiorib⁹ inſtituta qui ſpiritu dei plen⁹ cupies amplificare ſanctitate dedit in celebrationib⁹ diuinor officior magnū dec⁹/ inſtituitq; cantores cōtra altare/et in officijs eorū dulces fecit modos muſicos q̄ verba ſcripſit Eccleſiaſtic⁹ 47 in laude regis dauid q̄ ſimilis his fecit ſub ve le in teplo dei ad augendā ſ fidelis populi deuotione Unde ſicut in alijs horis canonicis a beato Hieronymo ingenians.

Introitus miſſe ⁊ alij cant⁹ chori quādo inuēti.

Gregorius ſuper addidit pſalmis/hymnos/antiphonas / lectiones / verſus/et reſponſoria ita etiam in officio miſſali ſuper euangelia/epiſtolas/et alia que inuenit iam edita appoſuit ipſe ſuaues ⁊ deuotos cantus a clericis in choro pſallendos Nam ex varijs ſacre ſcripture libris maxime ex pſalmis dauidicis varias autoritates excerpens conformes tame ſententie euangelicor ⁊ epiſtolarum( nouerat enim optime vir ille ſanctiſſimus intentionem et ſenſum priorum doctorum qui ante eum talia legenda inſtituerāt in officio miſſe)Introitum/Graduale/Aleluia/Tractum/Offertorium/ Comunionem/ Prefationem/Sanctus/Agnus/et alios cantus omnes ordinauit et pro qualitate ſentētie littere cuiuſlibet conuenientes thonos in cantu adhibuit.ſ incitantes mentes hominum ad gaudium vel triſtitiam/ ad miſericordiā aut timorem/ad aliaſue paſſiones ⁊ affectiones cōſonas conditionibus temporum et officiorum. Talis itaq; miſſe celebritas:forma et quantitas vſq; ad hec noſtra tempora in eccleſia dei obſeruatur inuiolabiliter tū propter inſtituentis autoritatem/tum etiam et propter rei ipſius perfectionē in ſe qz re vera nulla melior iſta officior ordinatio excogitari poteſt eſtq; eorū ſatis moderata ⁊ mediocris quantitas Patet igitur ex predicto diſcurſu qui ex authenticis ſcripturis collectus eſt veritas aſſumpti/ac ſubinde ſexti nr̄i pncipij de pncipalitate euangelior inter partes miſſe cathecuminor.

Oratiōes ſeu collecte ad quā appoſite ſint.

Habito autē vero ſenſu litterali ſeu hiſtoriali euāgelij/⁊ conſequēter totius miſſalis officij modo predicto moralis ſenſus de inſtructione populi in promptu erit nam ad eum aliqualiter inſinuandum diu⁹ Gregorius poſt ſuos cantus adiecit orationes ſeu collectas moraliter applicantes cant⁹ illos ad fideles preſentes inſtituendos prima enim collecta explicat moralem ſenſum introit⁹ miſſe.Secreta oratio exhibet moralitatem offertorij deniq; oratio finalis exponit moraliter cōmunionē

8 Epilogus toti⁹ phemij.

Recolligentes ergo omnia noſtra pncipia premiſſa dicimus q̄ principalis intentio ⁊ ſenſus litteralis libri miſſalis eſt hiſtoricus texens hiſtoriam eccleſiaſticam per totum anni circulum ad quā tamen non ſimpliciter ⁊ nude enarrandam vtitur geſtis ſingularibus patrū ve le ſimiliter miraculis ⁊ verbis chri/actibuſq; ſuorum apoſtolorum inquibus ſicut tota eccleſia chriſtiana virtualiter continebatur ita etiam totus eius procurſus miſterialiter figurabatur Ex premiſis itaq; omnib⁹ in hoc prohemio patere poſſunt cuilibet viro oculatiſſimo ſigna vie nr̄e qua pgredi volumus in hac prouincia ſatis inuia atq; inculta ſub ducatu ſolius dei verum vt pdiximus modus noſtri proceſſus erit Theologicus diſcurſus argumentando ſ ex cōmunibus pncipijs ad particulares concluſiones que ſunt ſingula officia miſſalia non autē prophetando vel quouis alio modo diuinando de preteritis aut futuris eccleſie miſterijs Quā

# Prohemij finis.

nis ego certiſſime crediderim primos horū offi
ciorum miſſalium autores qui.ſ euangelia per
totum annum ordinauerunt vere afflatos fuiſ
ſe prophetie dono vtpote ad quos omnia fe-
re myſteria eccleſie chriſtiane erant adhuc futu
ra q̄ tamē ſuis euāgelijs rectiſſime inſinuarūt
Poſteriores āo i q̄ epiſtolas et alias mille par
tes appoſuerūt ingenio naturali ⁊ ſciētia acq̄ſita
id efficere potuerunt habita vꝫ principali inte
tione / ⁊ intelligentia euangeliorum hiſtorica
cui alias Biblie autoritates addiderunt vt eis
eadem ſententia clarior ⁊ copioſior redderetur
quod ſine reuelatione ꝓphetica eſt naturaliter
poſſibile Et multo magis nr̄a hec doctrinalis
expoſitio libri miſſalis.que iam inuenit eius tex
tum.i officia ſingula in eo penitus completa q̄-
bus prudenter inſpectis videri potuit ex lumi-
ne rationis naturalis cū aliquo dei auxilio ſpe
ciali modus ⁊ forma editiōis eorum Materia
autem cuiuſlibet officij ſeorſum ⁊ omnium eo-
rum ſimul ex prelibatis principijs (.i. que per
inductionem ⁊ experientiam collecta ſunt) ellici
potuit licet non ſine magno labore aplicatiōis
principiorum cōmunium ad ſingula officia par
ticularia

## Theologica proteſtatio autoris

Ceterum humane fragilitatis me-
mor/ac infirmitatis mee conſcius
et timens lapſum erroris in re tā
ardua et perdifficili inſtar bona
rum mētium vbi forſitam culpa
nulla eſt proteſtor in p̄mis quod
et ſi nihil auſu temerario me in hoc opere ſcri-
pturum intendam quod contraueniat ſacris lit
teris Biblie/aut firmis decretis ſancte matris
eccleſie/ vel etiam autentice ſapientum Theo-
logorū doctrine Si qua tamen forte vel ex im
peritia mea/vel ex in aduertentia/aut etiam ex
quauis alia culpabili negligētia edidero min9
certa/aut ſibi inuicem repugnantia/nec bene co
herentia ea omnia et me ipſum ſcriptorem ſpō
te ſubijcio correctioni ſancte matris eccleſie et
ſanctorum doctorum eius Alios vero ſapientiſ-
ſimos quoſq̄ theologos.huius noſtre elucubra
tionis merito iudices oratos eſſe volo vt tales
ſeſe mihi exhibeant in hoc meo opere. qualem
et ipſi me habere vellent in ſuis hoc eſt pium
lectorem/charitatiuum correctorem/ac zelantiſ-
ſimum veritatis inquiſitorem.non curioſitatis
ſectatorem/non inuidum/non mordacem/non
inſidiatorem/non deniq̄ calumniatorem

## Operis generalis diuiſio.

Erit autem hoc noſtrum opus cū
diuina permiſſione tripartitum /
in treſq̄ libros partiales diuiſū
Primus liber generali et ſuccin-
cta declaratiōe enarrabit ſeptem
horas canonicas eccleſie et inſu
per omnes partes principales miſſe cathecumi
norum d'cte Secundus ſpeciali ⁊ copioſa expo
ſitione percurret omnia officia miſſalia de tem
pore/⁊ cōmunia de ſanctis ſecundum duos eo-
rum ſenſus hiſtoricum ⁊ moralem Tertius ve
ro liber ſingulari annotatione intendet circa ſe
cretum miſſe canonem qui alias duas cōtinet
miſſe partes.poſt eam que dicta eſt cathecumi-
norum Unde fiet iterum q̄ primus liber erit
breuiſſimus atq̄ facillimus ſecundus latiſſim9
ac laborioſiſſimus tertius deniq̄ tam in mate-
rie qualitate/q̄ꝫ in corporis quantitate.licet non
in ſitu erit aliorum medius In primo inſuper
libro parum diſcedemus ab intentione libri ra
tionalis.ſed quartum et quintū eius libros ali-
qualiter elucidantes breuiabimus In ſecundo
ſine directore vt adiutore humano non autem
ſine diuino ſoli laborabimus/⁊ velut terram in
cultam aratro calami ſcindemus.In tertio aūt
ex varijs ſacri illius canonis expoſitoribus optī-
mos q̄ſq̄ eligēdo/ et nō nihil ex ꝓpria officina
addendo pulcherrimum elliciemus cōmetariū.

Prima diuiſio

Secunda diuiſio.

Tertia di uiſio.

# ¶ Incipitur opus Eccleſiaſticum de expoſitione Romani Miſſalis.

# ¶ Primus liber de

## generali conſideratione officiorum Eccleſiaſticorum: que ſeptem horis Canonicis et octaua miſſe celebritate peragunꝫ: habet capita. xiiij.

## ¶ Caput primũ et huius primi libri prohemium agit de vocabulo et numero horarum Canonicarum Eccleſie.

1
Primi huiꝰ libri neceſſitaſ

Quãuis in hoc opere a principio nr̃a intẽtio vel p̄ci pua fuerit miſſalia officia romani ordinarij ſenſum eorum litteralẽ inquiredo exponere eo q̄ eccl'iaſtic' nr̄i tp̄is eſſet penitus ignotus poſtea tñ re ipſa viam ſibi aperiente mihi viſum eſt etiam cum conſilio ſapiẽtum amicorum de alijs ſeptem horis canonicis eccleſie (quas ſacerdotes ⁊ eorũ miniſtri in choro eccleſie quotidie decantant) aliqua ſaltim in genere tradere Nam in eis re vera multa latet myſteria notatu digniſſima quibus non referatis opus noſtrum ſola miſſalis officia ꝯtractãs mancum ſeu diminutum videri potuiſſet Idcirco nouiſſime decreuimus alijs duobus iam ꝑactis hunc p̄mittere librum de ſeptem horarum canonicarum enarratione aliquali. Quibus etiã expoſitionem prime partis miſſe que cathecuminorum miſſa inſcribitur (adiecimus eius myſteria ſolum communiter tangentes nam particularior illius declaratio ad ſecundum librum dicta eſt pertinere Hac itaqȝ huius primi libri materia ſuppoſita agemus imprimis de vocabulo ⁊ numero horarum canonicarum Deinde expoſitis nonnullis earum communibꝰ con-

2
Diuiſio primi libri.

ditionibꝰ ad ſingulas deſcendemꝰ Tertio pſalmum. 118. Beati immaculati apŏ eccleſiaſticos frequentiſſimum horiſqȝ diurnis dicatum multipliciter exponemus Eãdem vero miſſam cathecuminorum generaliter declarabimus Horꝫ primum hoc primo capite abſoluemꝰ Ante oĩa ſupponentes q̄ iſta officia eccleſiaſtica frequentantur in templo dei a ſacerdotibus intentione laudandi deum iugiter pro ſua maxima excellentia/⁊ pro innumeris beneficijs ſuis humano generi preſtitis. maxime fidelium populis Cum

3
Deꝰ oĩſ tpe laudandꝰ ab hoībus.

autem huiuſmodi beneficia dei in nos ſint continua atqȝ in omni loco ⁊ tempore certiſſima: an ſurgit inde obligatio ⁊ neceſſitas que ei vice verſa in omni hora diei ⁊ noctis vbiqȝ terrarum ꝑſoluere debent homines laudes ⁊ gratiaꝝ actiones pro vniuerſis beneficiis ſuis Hinc proceſſit illud diuine ⁊ naturalis legis mandatũ in diſpẽſabile: diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo/ex tota anima ⁊ mente tua ⁊ ex omnibꝰ viribus tuis quod Paulus apoſtolus declarãs ait ſiue manducetis ſiue bibatis ſiue aliq̄d aliŏ faciatis omnia in gloriam dei facite. Quod mãdatum celeſtis illa eccleſia triumphans beatorũ continue obſeruat ⁊ implet dicente pſalmographo Beati qui habitant in domo tua domine in ſecula ſeculorum laudabũt te Cõſonat Eſaias ſuper muros tuos Hieruſalem poſuit cuſtodes tota die ⁊ nocte non ceſſabunt laudare ⁊ cetera. Ad idem ⁊ Joannes in apocalypſi de quattuor ſanctis animalibus dicit q̄ requiem non habebant die ac nocte clamantia ſanctus/ſanctꝰ/ ⁊c̄. Sed militans hec noſtra eccleſia propter natu-

4
Non eſt nobiſ poſſibile cõtinue dñm laudare.

ralem infirmitatem ſimiliter ⁊ propter alias neceſſarias occupationes nŏ poteſt continuis dei laudibus in templo dei. Quod maxime verum eſt de eccleſia aliqua particulari in certo terre loco ſita Nam vniuerſalis eccleſia ſecundum diuerſas ſui partes in alijs atqȝ alijs terre locis forte poteſt deum laudare in templo eius omni hora diei ⁊ noctis. quia dum in vno loco eſt dies ſimul in alio eſt nox ⁊ in eodem temporis momento dum hic ſol oritur alibi occidit/alibiqȝ eſt meridies atqȝ omnibus alijs modis ſeſe habet ad homines in terra exiſtentes quod contingit propter terre rotunditatem Nulla eſt ergo hora diei vel noctis in qua eccleſia vniuerſalis militans deo laudes debitas in templo ſuo nŏ perſoluat iuxta allegata prophetarum ⁊ apoſtolorum oracula que de ſingulis particularibus eccleſijs intelligi non poſſent Quare oportuit

5
Hore determinata ab eccleſia ꝓ laudibꝰ dei.

pro eis determinari a patribꝰ certas horas diei vel noctis. quibus in vna qualibet regione terre habitabilis diuine laudes peragantur a ſacerdotibus in templo dei ⁊ per illas cenſeantur perſoluiſſe debitum laudandi deum in omnibꝰ horis diei ⁊ noctis pro ſe ⁊ pro toto ſuo populo fideli. Officia ergo diuine laudis in talibus horis diei vel noctis per canones eccleſie determinata vocantur hore canonice accipiendo ſcilicet horam pro officio eccleſiaſtico non pro tempore in quo illud fit Canonice vero dicuntur quia ꝑ canones eccleſie inſtitute ſunt Numerus autem talium horarum vel officiorum licet in veteri lege ſepius fuerit variatus ſecũdum varias tem-

poꝝ ⁊ ꝓlatoꝝ conditōes (aliter eīm a Moyſe/aliter/a Dauide/aliter a Salomone/aliter demū ab Eſdra/Neemia atꝗ aliter a machabeis fuerīt officia tēpli hieroſolimitani numerata ⁊ ordinata) in noua tamē lege ab eccleſia chriſtiana ſemper vnus atqꝫ idem numerus ſeptenarius pro diuinis laudibus eſt obſeruatus qꝛ a ſanctis patribus in conſilio generali fuit inſtitutus

6 Septenarius horarum canonicarum ꝓbat.

Huius numeri ſeptenarij etiam ſeptuplex ratio inuenitur Cum qꝛ Dauid ſpiritu dei afflatus ſepties inquit in die laudem dixi tibi Cum qꝛ hic numerus tam in veteri q̄ȝ in no te. eſt multis ſacramētis adaptatus tum qꝛ ſeptenarius eſt numerus vniuerſitatis et ſignificat omne tempus (ſeptem enim diebus creatus eſt mundus) et ideo ſepties in die deum laudare eſt fere omni hora diei laudare Cum qꝛ gratia ſancti ſpiritus quam in diuinis laudibus petimus ſeptiformis deſcribitur ab eſaya xi Cum quia ſalomon in prouerbijs dicit q̄ ſepties in die cadit iuſtus conuenit ergo vt ſepties in die petat veniam a deo tum quia ſeptem ſunt hominis ſicut et mundi etates in quibus omnibus deum offendit et irritat. quare ſepties eum laudādo debet placare Cum deniqꝫ qꝛ natura humana conſiſtit in nūero ſeptenario hoc eſt in tribus potentijs anime rationalis ⁊ in quattuor corporis humoribus debet ergo homo quotidie ſeptenario laudū diuinaꝝ petere a deo conſeruationem ⁊ reformationem ſue nature ꝑ grām eius Suppoſito ergo ſeptenario numero horarum canonicarum ex inſtitutione eccleſie rationibus predictis reſtat inquirendum quare magis determinate ſunt iſte ſeptem hore (media nox/hora prima diei/Tertia/ſexta/Nona/vndecima/⁊ duodecima que ad ſolis occaſum terminatur

7 Tempora horarū canonicarū determinant.

Sed huius determinationis ratio eſt multiplex tam qꝛ in talibus horis contigerunt principales articuli paſſionis chriſti pro qua obligamur deum laudare tum qꝛ chriſtus in euangelio per illas horas fere conduxit operarios fideles in vineam ſuam que eſt eccleſia tum qꝛ iſte hore pre alijs totius diei naturalis ſunt inſignite magnis ꝓuilegijs ⁊ i veteri ⁊ i no te vt iferiꝰ patebit in ſingulis cap. tum qꝛ ſancti vtriuſqꝫ teſtamenti in talibus horis leguntur frequenter deuī oraſſe Cū deniqꝫ qꝛ alie omnes hore facile ad iſtas reduci poſſunt ideo qui deū laudat in iſtis horis videtur eum laudaſſe in omnibus horis diei ⁊ noctis verum qꝛ apoſtolus Paulus totum tēpus ante aduentū chriſti nocti comparauit (forte eo quod tūc homines pro maiori parte ex ignorantia veri dei ſub diaboli ſeruitute premebātur varijs errorum tenebris) reliquum veri tempus poſt chriſti aduentum diei aſſimilauit qꝛ in eo ꝑ lumen fidei ⁊ gratie dei humanum genus illuminatum a ſeruitute illa liberatur inde eſt q̄ horarum Canonicarum prima ⁊ naturalis diuiſio

8 Bimembris diuiſio ho. arū canonicarum.

debet fieri per nocturnas horas ⁊ diurnas quatenus in illis tempus primum in iſtis vero tempus ſecundum rep̄ſentarent ⁊ qꝛ nox diem p̄ceſſit vt ibidem docet apoſtolus ideo officia eccleſie ab horis nocturnis principium auſpicentur In quolibet die naturali ⁊ in horis diurnis finē faciunt. Hac ergo ratione moti quidam dixerūt non ſolum nocturnos ⁊ laudes ſed etiam veſperos ⁊ cōpletorium ad horas noctis pertinere. eo q̄ vſus eccleſie a veſperis officia dominicalia et ſanctoralia incipiat Quare iſti ſolas quattuor horas primam/tertiam/ſextam/ ⁊ nonam diurnas vocant. Alij vero laudes ad horas diei referunt eo q̄ cantari debeant in crepuſculo matutino qui eſt pars diei vt egregie notant hymni laudum a beato Gregorio editi per ſingulas ferias ſeptimane. Huic tamē opinioni de laudibꝰ videtur eſſe contrarius cōmunis vſus eccleſie: qui immediate ſubiungit laudes nocturnis in media nocte cantandis quare pro vna hora canonica computat eccleſia nocturnos ⁊ laudes quo contra predicta opinio laudes ſeparans a nocturnis cogitur ponere octo horas canonicas preter officium miſſe in eccleſia: quod eſt contra decreta patrum paulo ſuperius rationabiliter fundata Item contra hāc opinionem vſus eccleſie habet q̄ nocturnis nullus datur finis in aliqua oratione vel Benedicamus domino ſicut communiter fit in alijs horis ſeu officijs. ergo ſignum eſt q̄ illud officium nocturnum non eſt per ſe vna hora canonica niſi continuetur cum laudibus in quibus finem habet in oratione ⁊ Benedicamꝰ domino.

9 Que hore canonice ſint diurne ⁊ q̄ nocturne. P̄ma opinio. Reprobatio eius.

Hac ergo fantaſia dimiſſa dicunt alij priores q̄ tres ſunt hore canonice nocturne ⁊ quattuor diurne.

Secūda opinio.

Et qꝛ ſuperius dictū eſt q̄ ad ſeptē horas canonicas omnes alie hore diei ⁊ noctis reducuntur conſtat autem ſecundū phiſicam rationem horas diei duodecim eſſe et totidē horas noctis. ideo dicunt iſti q̄ duodenarius nūerꝰ pſalmoꝝ obſeruatur in quattuor horis diurnis ⁊ ſimiliter in tribus nocturnis vt vel ſic laudans deū in ſeptem horis canonicis videatur deum laudaſſe in omnibus horis diei ⁊ noctis

Declaratio eius p̄ma.

Hore ſiquidem quattuor diurne ternos habent pſalmos ⁊ ſic perficiunt duodenarium ſed tres hore nocturne ſecundum iſtam opinionem habēt viginti quattuor pſalmos hoc eſt bis duodecim corēſpōdentes duodecim horis noctis et ſi queratur ab eis que eſt ratio differentie iſtius vt ſinglis horis diei ſinguli pſalmi adaptentur: horis autem ſingulis noctis bini pſalmi dicuntur q̄ qꝛ tempus noue legis diei aſſimilatum vnicū eſt et ſimplex tempus autē precedens nocti cōparatum fuit duplex ſcilicet ſub lege nature ⁊ lege ſcripture ideo nimiꝝ ſi canonice hore nocturnale tp̄s repreſentantes duodenarium pſalmoꝝ habeat duplicatum diurne vero non niſi ſimplicem ideſt vnicum duodenarium

Secūda ratio.

Eſſe poteſt huius differētie alia ratio vt iſti dicunt qꝛ per diem homines non poſſunt tantum vacare diuinis laudibus ſicut per noctem tum propter neceſſarias occupationes in rebus externis adminiſtrandis tum ⁊ propter ſolemnitatē miſſalis officij quod horis diurnis ſuperadditur Nimirum ergo ſi hore diurne inſtitute ſint breuiores/ne-

cturne ſūt ꝓlixiores ideo cuilibet hore noctꝭ ad-
aptantur duo pſalmi in ſuis officijs et cuilibet
hore diei tantum vnus pſalmus correſpondet
3 ratio. in ſuis Declarantes autem magis ea que di-
cta ſunt dicunt iſti ꝙ ſacerdotes eccleſie in ortu
ſolis cantantes horam primam ſuis tribus pſal
mis laudant Deum pro tribus primis horis
diei in tertia totidem habent pſalmos pro a-
lijs tribus horis ad meridiem terminatis in
ſexta ſimiliter pro tribus horis meridiem ſe-
quentibus immediate in nona tandem hora
cantant tres pſalmos pro vltimis tribus diei
horis que in occaſu ſolis finē habet. Eodē modo
( vt aiunt ) correſpondent hore nocturne in ſuis
pſalmis duodecim horis noctis vt facile vnuſ-
quiſqꝫ cognoſcet Et licet veſperi et comple-
torium cantentur in die ante ſolis occaſum ꝓ-
pter neceſſitatem dormitionis in prima parte
noctis tamen iſti referunt veſperos ad laudan
dum deum pro tribus primis horis noctis ab
occaſu ſolis incipientibus et completorium ꝓ
alijs duabus horis ſequentibus nocturni di
cunt ꝙ pertinent ad alias quattuor horas me-
dias noctis laudes demum tribus vltimis no-
Reprobatio ctis horis que in ſolis ortu finiuntur faciunt cor
reſpondere ¶ Hec tamen imaginatio etſi per
Secūde opiniōis. bella et pulchra videatur mihi in multis non
placet. tum quia violentum videtur veſperos et
Prima ratio. completorium in clara luce ſolis decantatos in-
ter horas computare nocturnas nec ratio eo-
2 rum ad hoc facit ſatis Tum quia tempus no-
cturnum quieti hominum diurnum vero labo-
ri eſt deputatū ex diuina inſtitutiōe exiuit ho-
mo inquit pſalmiſta ad opus ſuum tota die vſ-
qꝫ ad veſperam non fuit ergo conueniens tria
officia magis laborioſa et prolixa nocti adapta-
ri ſed ſatis fuit vnum ſolum officium id eſt ma-
tutinos dicere horas nocturnas alias vero ſex
omnia horas diurnas vocare quia tempus di-
urnum datum eſt hominibus ad laborandum
ſcilicet vnicuiqꝫ ſecundum ſuum ſtatum Unde
cum ſtatus Eccleſiaſticorum ſit dedicatus ad
laudes diuinas exſoluendas pro ſe et pro alijs
laicis ſui populi (qui in rebus externis ſunt oc-
cupati ) hunc laborem eccleſiaſtici maxime de-
3 Ratio. bent in die aſſumere / et opus ſuum adimplere
vſqꝫ ad veſperam Hoc quidem videtur ſentire
communis vſus eccleſiaſticorum in ſex horis
canonicis cum officio miſſe in die laborantium
4. Ratio et in ſolo vno officio matutino in nocte Eadem
ſententia confirmatur ex verbis ipſorum officio
rum nam in veſperis nulla fit mentio de no-
cte in completorio autem omnia reſonant fi-
nem diei et tranſitum ad quietem noctis ergo
completorium horis diurnis eſt annumerandū
Dicitur enim in hymno completorij Te lucis
id eſt diei ante terminum ꝛc̄ et in cantico clamat
eccleſia Nunc dimittis ſeruum tuum in pace.
id eſt quiete et ceſſatione a labore Eius etiam
antiphona dominicalis gregem tuum domine
ꝛc̄ Dicit ad chriſtum Paſtor bone qui dormire
neſcis ſcilicet in nocte quando nos infirmi pa-
ſtores imus dormitum ergo completorium ad
diem pertinet et non ad noctem Hoc quidem 5 Ratio.
clarius perſuadetur ex parabola Euangelica
de operarijs conductis ad vineam domini co-
lendam in certis horis diei que ibi ſex numerā-
tur iſte Prima/Tertia/Sexta/nona/vndecima/
et veſpere quod eſt duodecima his autem cor-
reſpondent hore canonice eccleſie que eſt vinea
domini dei ſex ergo et non tantum quattuor de
bent poni canonice hore diurne Demum cum 6. Ratio
omnes illi verſus octoni qui cantantur in Pri-
ma / Tertia / Sexta et nona/non ſint niſi vnus
pſalmus Dauid ſcilicet 118 conſequens eſt ꝙ
non bene quadret illa adaptatio duodecim pſal
morum ad duodecim horas diei In tribus etia 7. Ratio
horis quas iſti vocant nocturnas non bene nu-
merantur viginti quattuor pſalmi preciſe quia
in veſperis ſunt tantum quinqꝫ pſalmi quat-
tuor in Completorio / nouem in nocturnis et
quinqꝫ in laudibus qui omnes ſunt viginti tres
et ſi cantica debeant pro pſalmis numerari erit
numerus pſalmorum 26 Et quia in die feriali
dicuntur duodecim pſalmi in nocturno tunc
erunt 29 in officio etiam dominicali leguntur
18 pſalmi in nocturnis et tunc erunt. 35 pſal-
mi non ergo eſt certa illa applicatio 24 pſal-
morum ad duodecim horas noctis Et preterea
nomina horarum quas diurnas faciunt non
bene concordant temporibus quibus eas ad-
aptant ad laudandum deum nam ſecundum
eos tertie attribuitur hora quarta/ſexte hora ſe- Tertia opinio verior.
ptima / et none hora decima ꝛc̄ Melius itaqꝫ
videtur vt modum communem teneamus po-
nentes vnicam horam nocturnam et ſex diur
naſqꝫ faciamus vim in correſpondētia pſal-
morum ad duodenas horas diei vel noctis ex
quo incerta eſt. poſſet tamen non inepte dici ꝙ
in quattuor primis horis diurnis pſalmus ille.
118 Beati immaculati adaptaretur ad duode-
cim horas diei hoc modo ꝙ hora prima lauda-
ret deum pro duabus primis horis diei.cum in
ea cantentur bis duo octonarij verſuum illius
pſalmi Hora tertia ꝙ laudet deum pro horis
tertia et quarta et quinta diei quia in ea can-
tantur ter duo octonarij verſuum eiuſdem pſal-
mi Sexta pro horis ſexta ſeptima et octaua diei
propter totidē octonarios uerſuum ſimiliter no
na pro horis nona ꝛ decima diei Et tunc veſpe-
ri laudarent deum pro hora vndecima et com-
pletorium pro duodecima conformiter ad para-
bolam euangelicam de operarijs vocatis ad vi-
neam et tunc nomina iſtarum horarum cano-
nicarum optime correſponderent temporibus
in quibus cantantur a clericis Nam prima di-
citur quia cantatur in prima hora diei tertia di-
citur quia in tertia diei hora ſimiliter de ſexta et
nona Colligitur ergo ex premiſſis ratio nomi- 10
nis et numeri horarum canonicarum eccleſie et Epilog⁹
quare ſacerdotes dei potius in illis horis diei ꝛ totius ca
noctis deum laudent ꝙ̄ in alijs.quāuis in illis pituli.

deum laudent ꝓ omnibus horis diei et noctis.
**Primo.** Cum eñ ministri operarij ꝯducti ad vineam do⸗
mini colendam conueniens eſt vt eam colant
in horis ſue conductionis in euangelio decla
ratis ſub ſpe magne mercedis a deo condu⸗
**Secūdo.** ctore Accedit et alia ratio de myſterijs paſſio⸗
nis chriſti q̄ in talib⁹ horis peracta ſunt Nam
chriſtus in nocte comprehenſus a Judeis fuit
illuſus / hora prima gentilibus traditus eſt ad
occidendum / hora tertia a gentilibus fuit illu⸗
ſus et flagellatus / hora ſexta morti eſt adiudi⸗
catus et crucifixus / hora noua ſpirauit et re⸗
manſit mortuus / hora vndecima de cruce de⸗
poſitus et lintheis inuolutus / hora tandē duo⸗
decima diei fuit ſepultus et tumulatus Myſte⸗
**Tertio.** ria quoq̄ʒ reſurrectionis eaſdem horas illuſtra⸗
runt. In nocte enim illa infernum chriſt⁹ ſpo⸗
liauit/in aurora ſurrexit/in prima hora diei ma⸗
gdalene apparuit/in tertia mulieribus a monu
mento redeuntibus obuiauit / in ſexta viſus eſt
Jacobo vt Paulus ait/in nona petro apparēs
ipm ꝯfortauit/in vndecima qñ iā aduesperaſcit
duob⁹ diſcipulis in Emaus ſe manifeſtauit / in
duodecima cū aplis in cenaculo pace premiſſa
**Quarto.** māducauit Poſſumus etiā has ſepte horas ca
nonicas mūdi maioris etatib⁹ adaptare ⁊ p eas
totā mūdi hiſtoriam commemorare qḋ et ſctus
Gregori⁹ in homelia ſeptuageſime docuit. No
cturnū eñ officiū primā mundi etatem videtur
denotare q̄ fuit ab Adā vſq̄ʒ ad Noe/hora pma
ſecundā etate vſq̄ʒ ad Abrahā/ hora tertia etatē
tertij vſq̄ʒ ad Dauid/hora ſexta ad quartā mūdi
etate refertur vſq̄ʒ ad captiuitatē babilonicā ppl'i
dei/hora nona ad q̄ntā etatē ptinet q̄ in natiui⸗
tate chriſti fine habuit/hora vndecima q̄ ⁊ veſp⸗
tina hanc nr̄am ſextā etatem ꝓtendit/hora duo
decima cōpletorij ſeptimā reſpicit etate in qua
anime ſctoꝝ cū deo ſuo requieſcūt in alia vita Et
ſecundum hanc cōparationem dicere poſſum⁹
**Corelarium.** ꝙ non ſolum in ſpatio vnius anni eccleſia dei
ſuis officijs totam mundi hiſtoriam commemo
rat vt in ꝓhemio diximus/verumetiā in quolibet
die naturali ſuis ſepte horis canonicis licet ob
ſcurius ide repſentet eadeq̄ʒ eſt intentio officioꝝ
eccl'ie in vno die ⁊ in vno anno

## ¶ Caput ſcd̄m de q̄buſdā generalibus conditionibus in quibus oēs hore canonice conueniunt

ALterū ⁊ ſcd̄m illoꝝ q̄tuor q̄
ꝓmiſſa ſunt de horis canoni
cis ꝓſequi volētes dicemus
imprimis q̄dā eaꝝ cōia in q̄
bus oēs hore canonice cōue
niunt·deinde ad ſingl'as ve
niendo ꝓprietates in q̄bus
I differunt declarabim⁹ hunc
**Autores eccliaſtico⸗ coꝝ offi ciorum.** eñ rectū ꝓcedēdi ordinē a cōmunib⁹ ad ſingu⸗
laria d'claraiut Ariſtoteles in phiſicis Cōitates
horaꝝ canonicaꝝ ſepte maxime ānotabim⁹ ꝯue
niūt igit̄ pma iſta officia in autore q̄ vt ex ꝓhe⸗
mio nr̄o haberi pōt·duplex fuit.alter initians et
alter cōplens ſeu ꝑficiēs officia eccl'iaſtica ꝑm⁹
autor fuit diu⁹ Hierony ſcd̄s vero ſanct⁹ Gre⸗
gori⁹ Nā cū in primitiua eccl'ia ꝓpter tyrānoꝝ ꝑſe
cutioēs ꝯtra chriſtianos ⁊ maxime contra viros
eccl'iaſticos alioꝝ doctores nō erāt eis oīnū ordi⸗
nādi aliq̄ publica ⁊ cōia officia q̄ in teplo dei ſo
lenniter agerent.q2 ab infidelib⁹ tūc dn̄is tpali
b⁹ impediebant̄ tūc tpis vnuſq̄ſq̄ʒ ſacerdotū in
eccl'ia dei faciebat officia ſicut volebat ad laudā
dū deū.Vex q2 quot capita tot ſenſ⁹ orta ē inde
magna diuerſitas laudū dei apd̄ eccl'iaſticos.im
mo ꝓpter hereſes inſurgētes ꝯtra quoſdā ex ꝑ⸗
cipuis articl'is fidei facta eſt et notabilis ꝯtrarie⸗
tas apd̄ chriſtianos ſuꝑ diuinis laudib⁹ ita vt qḋ
iſti dicebat eſſe laude ⁊ honore dei alij dicerent
eſſe blaſphemiā horribile ꝯtra deū ⁊ vice verſa
Tollerauit aūt eccl'ia dei has diſſenſiōes fideliū
ſacerdotū toto illo tpe tribulatiōis ſue donec vē
tū eſt ad imꝑatore chriſtianū magnū dico cōſtā⸗
tinū tot⁹ orbis dn̄m cui⁹ fauore iā licebat fideli⸗
b⁹ publice in teplo dei laudes diuinas decātā⸗
re Et q2 in publicis officijs ad q̄ oēs chriſtiani
ꝯueniūt debet remoueri diſcors varietas docēte
Aplo vt ipm dicatis oēs ⁊ nō ſint in vobis ſciſ⸗
mata ideo circa ānos chriſti dn̄i q̄dringētos im⸗
perāte Theodoſio ſeniore ꝑncipe vtiq̄ʒ chriſtia⸗ **Hieronymus.**
niſſimo ad ei⁹ inſtātiā btiſſim⁹ papa Damaſus
cōmēdauit ſcto Hieronymo doctori ſapiētiſſimo
vt aliquē bonū ⁊ rōnabile modū inueniret circa
diuina officia in eccl'ia dei ab oib⁹ ſacerdotibus
cōiter obſeruādū q̄ten⁹ e medio tollerent̄ oēs di
uerſitates ⁊ cōtrouerſie ſacerdotū ſuꝑ diuinas
laudes At ille cū eſſet in ſacris biblie ſcripturis
exercitatiſſim⁹ in triplici lingua Hebraica/Gre⸗
ca/⁊ Latina aduertit pſalteriū dauidicū in ſum⸗
ma ꝯtinere ꝑ modū laudis ſeu cātici oīa diuine
legis myſteria qḋ etiā teſtat̄ ſctus dionyſi⁹ in li⸗
bro de eccl'iaſtica hierarchia ideo mādato ſum⸗
mi pōtificis prōptiſſime obediēs ordinauit pſal⸗
teriū ꝯtinuo decātandū a ſacerdotib⁹ in templo
dei tali ordine vt in ſpatio vni⁹ ſeptimane ſemel
totū pſalteriū ꝑficeret̄ ab eis quare iuxta nūerū
dieꝝ hebdomadis ipm pſalteriū in ſeptenas ꝑ⸗
tes diuiſit hoc mō ꝙ pmi 108 pſalmi ei⁹ adijce
rent̄ nocturnis horis ⁊ laudib⁹ matutinis ſepte
naria partitiōe iuxta nūeꝝ dieꝝ reſidui xo 42.
pſalmi veſpis accōmodarent̄ etiā in ſeptē partes
diuiſi ꝑ dies ſeptimane excepto pſalmo 118 Bti
immaculati que in q̄tuor ꝑtes diuiſum q̄tuor
pmis horis diurnis diſtribuit in quolibet die de
cantādū Pro ꝯpletorio xo ſeptima hora cano⸗
nica repetēdos cenſuit q̄tuor pſalmos ex ꝑdi⸗
ctis quolibet die ſeptimane indifferēter canēdos
Per illū ergo ordine in vni⁹ hebdomadis ſpa⸗
cio totū pſalteriū eſſet abſolutū Qḋ etiā reiterā⸗
dū inſtituit ꝑ ſingl'as tot⁹ anni ſeptimanas nā
in etate illa oīa fere officia eccl'iaſtica erāt de tpe
dn̄icalia ⁊ ferialia nullis adhuc inſtitutis ſctoꝝ
officijs Adiecit inſuꝑ diuus Hieronym⁹ in fine
cuiuſlibet pſalmi decantandū verſum illū Glia

pr̃i z filio zc. qui etiã v̄ſus a cõſilio Niceno paulo ãte fuerat publicat⁹ ɔtra Arrianos z vt aiũt ex di uina reuelatiõe fuit habit⁹ Hec itaqꝫ fuit pma/ſeu initialis iſtitutio diuinoꝝ officioꝝ p ſeptẽ horꝫ canoni cas ecclie dei. quã digniſſim⁹ ille põtifex Damaſ⁹ imitãdã pcepit ab oib⁹ eccliaſticis p totũ mũdũ. Et hec norma diuinaꝝ laudũ obſuata ẽ p oẽs eccliãs ab eo vſqꝫ ãnos dñi ferme 600 Quo tpe ſctiſſim⁹ Gregori⁹ papa pm⁹ vidẽs iã pacatã eſſe totã chri ſtianitatẽ a pſecutionib⁹ tyrãnoꝝ z hereticoꝝ fauo re catholicoꝝ pncipũ ſclariũ (q̃ tũc fere oes erant chriſtiani in toto orbe) inſpirat⁹ a deo decreuit ad maiorẽ religionis chriſtiane z ornamẽtũ z decorẽ addere cãtica ſonora hymnos/lectiones/reſpõſo ria/v̄ſus/orationes z alia multa id gen⁹ qb⁹ ho re canonice efficiunt locupletiores/ ac pfectiores Sic igit aucta z pfecta officia eccliaſtica ex decreto tãti põtificis ſp obſuauit ecclia latina vſqꝫ ad hec nr̃a tpa. eo q hec ordinatio fctã ſit ad imitationẽ grecoꝝ z aliaꝝ eccliaꝝ oriẽtaliũ apud q̃s hymni/z cãt⁹ i tẽplo dĩ pmo iſtituti ſint. Quauis ẽt ãte diuũ Gregoriũ apd latinos Hylari⁹ / Ambroſi⁹/z q̃dã alij platoꝝ i ſuis eccliis cãt⁹ q̃ſdã ordinaſſe legãt ſꝫ qꝛ illi nõ erãt adeo artificioſi z ſuaues nec tã co pioſi z vniuerſales ſicut cãt⁹ Gregoriani poſitu in ſuo antiphonario/i officiario/z pſalterio ideo alijs dimiſſis cãt⁹ gregorian⁹ reſonat i tota ecclia dĩ in genere canẽdi diatõico q̃ð chromatico/atqꝫ enar monico lõge graui⁹ ẽ/atqꝫ modeſti⁹ ad mores ani mi ɔponẽdos ¶ Scdo ɔuẽiũt officia horaꝝ cano nicaꝝ i ſiñ fere pncipio z fine eoꝝ: icipiũt eñ oẽs ab illo v̄ſu pſal. 59 De⁹ i adiutoriũ meũ intẽde z finiũt i bñdicam⁹ dño deo grãs. z hoc ex canoni ca iſtitutiõe ſctoꝝ patrũ z ɔciliorũ gñaliũ. Uerum cõis vſus ſacerdotũ ex deuotiõe hẽt i horis maio rib⁹ huic pncipio pmittere orõnẽ dñicalẽ i ſiletio i. pr̃ nr̃ z eãdẽ ſubiũgere p̃dicto fini etiã i ſilentio Horis aũt minorib⁹ btẽ Marie v̄gis ſalutationẽ ãgelicã q̃ ẽ Aue maria circũfert eodẽ ordie Cui⁹ deuotiõis hec põt eſſe rõ qꝛ vt hẽt ariſto opꝫ loco facere i aio future orõni ergo añ officiũ diuinũ p mittit pparatio illi⁹ deuotiõis qtẽn⁹ p eã ſaltẽ me ritorie ab aio fidelis hoĩs abigãt muſce vanaꝝ co gitationũ q̃ pdũt ſuauitatẽ vnguẽti i pturbãt fru ctũ orõnis bõe p talẽ ergo p̃uiã orõne mẽs orãtis ſerenat z recolligit i ſeipſã ad digne loquẽdũ cũ deo ſuo Finito v̄o officio canonico apponit eadẽ orõ ad ɔhibendũ ne diabol⁹ rapiat a corde hoĩs bonũ ſemẽ gr̃e vel doctrie q̃ð ex illo officio ibi vl̃ ſeminatũ vel relictũ eſt Sed hac deuotiõe pmiſſa incipit officiũ mõ iã dicto ab illo v̄ſu ad ſignificã dũ q ſacerdos ex ſe nõ e dign⁹ nec ſufficiẽs lau dare deũ ſꝫ q idiget auxilio dei ad laudes ei⁹ bñ incipiẽdas z pagẽdas z ideo auxiliũ dei petẽs ait De⁹ i adiutoriũ meũ intede ſcꝫ p grãm tuã. Hanc ergo petit ſacerdos i pncipio officij eccliaſtici deũ laudatur⁹ p ſe z p ſuo pplo dicẽs de⁹ in adiuto riũ meũ itede z hoc q̃tũ ad tria valde neceſſaria Primũ e vt fideles a pctis emũdẽt z ſic fiãt digni laudare deũ Scdm vt ab hoſtib⁹ liberent. i a de monib⁹ z a pfidis hoib⁹ q̃ diuinas laudes ipedi re z ɔhibere nitũt. Tertiũ ẽ vt a cetu fideliũ i illo officio cõcurrẽtiũ null⁹ ſeparet p aſtuciã diaboli q̃ tanq̃ leo rugiẽs circuit ouile dei. Sed circa pmũ eoꝝ. i. emũdatione a pctis ẽ aduertẽdũ q ſcdm tri plex hoĩs pctm. ſ. cordis/ oris/z opis inuenit hoc pncipiũ horarũ canonicaꝝ tripli variatũ ad petẽ dũ auxiliũ gr̃e dei nã in matutinis pncipiũ ẽ. Dñe labia mea apies. cõtra pctm̃ oris in ɔpletorio v̄o dr. Cõuerte nos de⁹ ſalutaris ur ɔtra pctm̃ cordis in alijs aũt horis diurnis (q̃ñdo e tps opandi) fit pncipiũ eaꝝ p de⁹ i adiutoriũ ɔtra pctm̃ opis Et qꝛ oẽ pctm̃ cordis vl̃ oris eſt etiã pctm̃ opis ideo in matutinis z cõpletorio poſt p̃dicta pncipia ad dit deus in adiutoriũ. Nõ aũt q̃re in matutinis p muniimur ɔtra pctm̃ oris/z i ɔpletorio ɔtra pctm̃ cordis/ atqꝫ i alijs horis ɔtra pctm̃ opis hec aſſi gnari põt: qꝛ (vt p̃dixim⁹) nox e tps ſoni z quietis/ dies v̄o tep⁹ opis z laboris ideo in oib⁹ horꝫ diei vſqꝫ ad veſpam auxiliũ gr̃e dei petẽtes ad bona opa neceſſariũ dicim⁹ de⁹ in adiutoriũ. Et qꝛ int opa z negotia diurna cor nr̃m ſepi⁹ diuagat p cre aturas z auertit a deo ideo in fine diei cupiẽtes rectificare cogitatiões nr̃as z ɔuertere cor ad deũ petẽtes ei⁹ auxiliũ dicim⁹ Cõuerte nos de⁹ ſ ad te vt in nocte ſequẽte licet corpe dormiamus cor tñ nr̃m vigilet ad te deus Eadẽ v̄o a ſono excita ti z volẽtes laudare deũ poſt mediã noctẽ incipi mus aperire os ad loquendũ z timẽtes pctm̃ oris petim⁹ auxiliũ gr̃e dei in pncipio matutinoꝝ di cẽtes dñe labia mea apies Cuilibet aũt p̃dictoꝝ triũ pncipioꝝ a ſacerdote ppoſito ɔueniẽs adap tat rñſio a ſuo choro ex noĩe toti⁹ ppli nã pncipio matutinoꝝ de labijs aperiendis rñſio ɔſona dat. z os meũ annũciabit laudẽ tuã ſcꝫ digne ſi tu il lud apertes pmunieris grã tua. Pncipio aũt cõ pletorij de cõuerſiõe cordis ad deũ optime rñdet z auerte irã tuã a nobis quã ſ merueram⁹ ex pre cedẽti auerſiõe p diẽ ad negocia tpalia Pncipio deniqꝫ aliaꝝ horaꝝ diei d̃ adiutorio ad bonũ op⁹ nõ inepte rñdet Dñe ad adiuuãdũ me feſtina qꝛ ſcꝫ ſine te nõ valemus aliq̃d boni incipe ideo ora m⁹ vt citi⁹ occurras nobis Aduertẽdũ pterea q ſacerdos pncipia horaꝝ faciẽs nõ ſolũ dicit v̄ba p̃dicta ſꝫ etiã ex iſtitutiõe ecclie ſignaculo crucis ſe pmunit. tũ ad repellẽdã diaboli ptãtẽ ne officia diuia ipediat q̃ hoc ſignũ valde horret z fugit ex q̃ p paſſionẽ z cruce xp̃i vict⁹ fuit tũ etiã qꝛ i oib⁹ ſacramẽtis ecclie p ſignũ crucis fit ɔſecratio z ſctifi catio materie oblate cũ eoꝝ tota virt⁹ ex paſſione chriſti pceſſerit pꝫ hoc i baptiſmo / euchariſtia et ceteris Nimirũ ergo ſi horis canonicis ecclie (in q̃ b⁹ freq̃ẽs fit mẽoria de eade chriſti paſſiõe) pmit tat crucis ſignũ q̃ ſacerdos ſe totũ armat in frõte/ in ore z in pectore vt denotet miſteriũ crucis xp̃i deuote eẽ meditãdũ/ firmit credẽdũ z aperte ɔfi tedũ. Inuocat ergo ſacerdos euãgelic⁹ diuine gr̃e auxiliũ i pncipio officioꝝ ecclie cũ ſpe certa z fidu cia obtinẽdi ipſũ a deo Quo obtẽto i fine cuiuſli bet hore reddit grãs deo dicẽs bñdicam⁹ dño. cui z rñdet chorus deo grãs ſ agam⁹ p tanto ei⁹ bñ ficio Cuiuſlibet ergo officij eccliaſtici pncipiũ et finis deũ ſonat: qꝛ ipẽ ẽ alpha z o i pncipiũ z finis oim creaturaꝝ atqꝫ oim opum hũanoꝝ Fctã v̄o

Gregori⁹.

2 Horarũ canonica rũ princi pium z fi nis.

Triplex principiũ horarum canonica rum.

Deus in adiuto rium

Cõuerte nos deus

Dñe la bia mea aperies.

Crucis ſi gnatio.

Finis ho rarũ deo gratias.

inuocatiõe tã a ſacerdote ꝓponẽte ꝙ̃ a choro rñdẽ
te adiũgit ſacerdos i q̃libꝫ hora canonica ꝟſũ illũ
Gloria pa ‖ Glia pr̃i ꝛ filio ꝛ ſpũi ſctõ ꝛ hoc rõnabilit̃ (vt q̃dã
tri ꝛ filio ‖ volũt) ad reddedã ſ.ſtati gl̃iã ꝫ deo ꝓ ſuo auxilio/
Primo ‖ qꝛ ii ꝓpe ẽ deꝰ oibꝰ inuocatibꝰ eũ i ꝟitate ps 144
cui ẽt ꝯſonat ꝓpheta Eſa 65 dicẽs Adhuc te lo
q̃nte ecce adſu ideo ſacerdos reputãs ſe iã exau
ditũ a deo i tã iuſta petitiõe ꝛ p ꝯſeq̃ns iã ꝯſequu
tũ diuinũ adiutoriũ ſtati reddit ei gr̃as dicẽs glia
Secũdo ‖ pr̃i ꝛc̃. Poſſet tñ aliꝑ ꝛ clariꝰ dici ꝙ iſte ꝟſus ime
diate apponit̃ inuocatiõi diuini adiutorij ad dãdã
rõnẽ facilis ꝯceſſiõis illiꝰ petitiõis ex ꝑte dei q̃ſi
velit dicere ſacerdos ideo petimus adiutoriu gr̃e
tue deꝰ ad hoc officiũ ichoãdũ/ ꝓſequẽdũ/ ꝛ ꝑagẽ
dũ qꝛ oĩa i eo a nobis dicẽda ꝛ agẽda principalr̃
ordinãt̃ ad gl̃iam tuã ꝑdicãdã ꝛ magnificãdã Eſt
ergo ſeſu talis Deꝰ in adiu me itẽ.do ad me fe
vt ſit glia tibi dõ pr̃i ꝛ fi ꝛ ſpũi ſ ex hoc meo officio
eccl̃iaſtico Si ñ peteremꝰ auxiliũ gr̃e tue ad alia
opa ꝓ vtilitate nr̃a iſtituta adhuc petitio eet iuſta
ꝛ deceret te eã ꝯcedere q̃to magis ad hoc opꝰ i q̃
ꝑncipalr̃ agit̃ res tua i qꝛ laus/ honor ꝛ glia tua i
eo ꝑdicat̃/ extollit̃ ꝛ magnificat̃ ſꝫ hec rõ nõ videt̃
oĩo ſatiſfacere ꝓpoſito vt ſ ꝓpt̃ hoc addat̃ ille
ꝟſus inuocatiõi ꝑdcte ſuffeciſſet n dicere glia deo ſi
cut erat.ꝛc̃. Addit̃ aũt explicatio trinitatꝭ ſ glo pa
Tertio ‖ ꝛ fi ꝛ ſpũi ſ Ideo addutes illi rõni dicimꝰ ꝙ iſte ꝟ
ſus appoſitꝰ e ad explicãdã adhuc aliã rõne iſtitu
tiõis officioꝝ diuinoꝝ ad gl̃iam dei qꝛ vcꝫ fidelis
ppl̃s tenet̃ deũ laudare ꝛ bñdicere ꝓ bñficijs ab
eo receptꝭ int̃ q̃ hec tria ſũt ꝑncipaliſſia ꝑmũ e bñ
ficiũ creationis qd̃ attribuit̃ potẽtie pr̃is Scdm ẽ
opꝰ nr̃e redẽptiõis qd̃ appropat̃ ſapie filij Tertiũ
ẽ ordo mũdane gubernatiõis qd̃ ꝯſonat bonitati
ſpũs ſcti ideo i explicatiõe triũ diuiaꝝ ꝑſonaꝝ iſi
nuãt̃ laus dei ꝛ grarũactio ꝓ tribꝰ dei bñficijs ꝑ
dictꝭ Hũc ſẽſũ declarat ꝟſus ſequẽs ſicut erat.ꝛc̃.
Sicut e ‖ Hoc mõ ſit glia deo ꝓpt̃ illa tria opa eiꝰ in nos
rat in ꝑn ‖ ſicut erat ei glia i ꝑncipio i.q̃ñdo mũdũ creauit qꝛ
cipio ‖ tũc laudabãt eũ aſtra matutia i ãgeli mox creati
ꝛ iubilabãt ei oẽs filij dei Job 38 Et ſicut ẽ nũc
Et nunc. ‖ ei glia i in hac ſexta mũdi etate q̃ñ hũanũ genꝰ re
demit feciꝙ ſibi nomẽ grãde i vniuerſa t̃ra cũ añ
eã eẽt ſolũ notꝰ i iudea dꝰ nũc aũt ab oibꝰ getibꝰ
Et ſemꝑ. ‖ cognoſcat̃/ laudat̃/ ꝛ glificat̃ Et ſẽꝑ.i i oibꝰ etatibꝰ
mũdi medijs fuit ei glia a ſeruꝭ ſuis qꝛ optio iure
et ordie mũdũ gubernat ꝓpt̃ qd̃ ab oibꝰ ſuis cre
Et in ſe ‖ aturꝭ ꝯtinue laudat̃ Et i ſecl̃a ſecl̃oꝝ.i etiam poſt
cula ſecu ‖ huiꝰ mũdi curſũ erit ſibi glia i ſua eternitate qua
lorum. ‖ ſctos ſuos plenĩſſie ipe glificabit a q̃bus etiã vice
ꝟſa glificabit/ ꝛ laudabit̃ i eternũ Propt̃ has ita
q̃s rones debet̃ ſibi laus ꝛ glia ꝛ grarũactio a fide
libꝰ ſeruis ſuis i his horꝭ canonicis eccl̃ie dei.q̃ vt
digne ſibi exhiberi valeãt petimꝰ auxiliũ gr̃e eiꝰ i
Amen ‖ ꝑncipio cuiuſlibet hore Eadẽ ꝯcludit̃ ame Voca
bulũ hebraicũ qd̃ ẽ aduerbiũ optãnis ꝛ ſonat lati
ne vtinã ita ſit vl̃ fiat Alij dicũt ꝙ ẽ aduerbiũ af
firmãtꝭ i veꝝ e ꝙ ꝓpt̃ illas rões debet̃ ſibi laus q̃
i ꝑncipio ꝛ nũc ꝛ ſp ꝛ in ſecl̃a ſecl̃oꝝ In fine ꝟſus
Aleluia. ‖ ponit̃ Aleluia etiã vocabulũ hebraicũ ꝯpoſitũ ex
ꝟbo ꝛ noie ꝛ latine ſonat laudate deũ nã alelu
ẽ ꝟbũ iꝑatiuũ ſcde ꝑſone plalis.i laudate ya ꝟo

ẽ vnũ de noibꝰ dei hebraicis vñ i oibꝰ pſalmis q̃
apd̃ nos incipiũt p laudate ponit̃ in hebreo hoc
vocabulũ aleluia Quia ergo p totũ ꝟſũ data erat
rõ q̃re debeat̃ laus nr̃a deo ſub noie glie optie in
fine ꝯcludit̃ aleluia q̃ fideles ſeſe exhortãt̃ ꝛ inui
tãt i ꝑncipio horarũ canonicaꝝ dicẽtes ergo lau
date deũ/ agite/ icipite laudes dei decãtare Scien ‖ Exceptio
dũ tñ hic ꝙ in officijs dñice ſepulture ꝛ i officijs fi
deliũ defũctoꝝ q̃ ad ſilitudinẽ ſepulture xp̃i lamẽ
tabilit̃ ꝛ luctuoſe fiũt i eccl̃ia dei tale ꝑncipiũ hora
rũ ſ deꝰ i adiu ꝛc̃ nõ ponit̃ ſꝫ ꝑtermittit̃ ad iſinuã
dã.ſ fideliũ triſticiã cui ꝯtraria ẽ iubilatio laus ꝛ
glia q̃ i ꝑdicto ꝑncipio decantat̃.eadẽ rõ ẽ de fine
officij qꝛ nõ dr̃ bñdicamus dño nec deo gr̃as nec
catat̃ hymnꝰ q̃ e cãtꝰ leticie ſꝫ talia officia ab ãti
3 ‖ phonis ꝛ pſal̃is exordiũt̃ ꝛ i orõibꝰ finẽ habent
De hym ‖ ¶ Tertio ꝑncipalr̃ ꝯueniũt hore canonice i hym
nis ꝛ pſal ‖ nis ꝛ pſalis q̃s ille oẽs cãtant nã poſt ſupradictũ
mis. ‖ ꝑncipiũ horaꝝ canonicaꝝ ſtatim cãtant̃ hymni et
pſal̃i q̃ ſũt q̃dã cãtꝰ metrici de laudibus dei quia
ii praꝰ dictũ erat aleluia i laudate dñm ꝯuenieẽs
fuit vt illico ſacerdotes dei laudes cãtare icipent
cũ iubilo ad hoc maxie iuuãt metra q̃ parãt i de
Prima ‖ lectat aios audiẽtiũ Int̃ hymnos aũt ꝛ pſal̃os no
dr̃ia. ‖ tãda eſt duplex dr̃ia Prima ẽ i vocabulis.qꝛ hym
nꝰ e ꝯmuniꝰ nome q̃ pſalmꝰ ſi q̃de ois pſalmꝰ eſt
hymnꝰ ꝛ nõ ecõtra vñ liber pſalmoꝝ in titulo glo.
or liber hymnoꝝ inſcribit̃ ſed ꝑter pſalmos da
uid ſũt q̃dã alij hymni in eccl̃ia dei a ſctis docto
ribꝰ editi ad alia q̃dã ꝓpoſita p oẽs horas cano
Secũda ‖ nicas diſpſi/ Differũt ſcdo hymnꝰ ꝛ pſalmꝰ in re
dr̃ia. ‖ ipa tum qꝛ pſalmi ſũt maioris autoritatis q̃ alij
hymni.nã liber pſalmoꝝ ẽ de ſacro canone Bib
lie ꝛ inſtinctu ſpũſſancti nõ volũtate hũana dicta
tus a ꝓpheta dei vno vel pluribꝰ.alij vero hym
ni extra ſacram ſcripturã editi ex humana volun
tate ſctõꝝ doctorũ ad laudem dei ꝛ ad decorẽ offi
cioꝝ diuinoꝝ appoſiti ſunt ꝛ ab eccl̃ia recepti nõ
tñ firma fide credendi in ſuis ꝟitatibꝰ ſicut pſal
mi in ſuis tum etiam quia ſi hoc nomẽ hymnus
ſpecialiter accipiat̃ pro eo q̃ non eſt pſalm hym
ni explicant metalem leticiam fideliũ in dei lau
dibus quia ex interiore iubilatione exultant exte
rius in voce pſalmi vero exteriora opa bona ſer
uorum dei ſignificant cum gaudio facta Et quia
nec interius mente cogitare/ nec exterius corpo
re agere aliquid boni ſumus ſufficientes ex no
bis ſed tota noſtra ſufficientia ex deo eſt vt docet
apoſtolus 2 Corꝰ 3 ideo in fine pſalmoꝝ et hym
norum ſemper canitur gloria patri/ vel preſta pa
ter/ vel aliquis alius verſus eiuſdem ſetentie ad
denotandum ſcꝫ ꝙ tota gloria ꝛ laus bonoꝝ ope
rum que agimus ſoli deo eſt attribuenda et non
nobis ſine cuiꝰ gr̃a nos nihil tale agere potuiſſe
mꝰ In officijs tñ luctuoſis ſepulture chriſti ꝛ alio
rũ defunctoꝝ nec hymni cantant̃/ nec in fine pſal
Tertia ‖ morũ addit̃ glia pr̃i rõne iã dicta Põt dari tria
dr̃ia. ‖ dr̃ia int̃ hymnos ꝛ pſalmos imo cãtãdi clericoꝝ
qꝛ hymnos ſtãdo ꝛ pſal̃os ſedẽdo canere ꝯſueue
rũt vt in illis denotẽt iocũde mẽtis eleuatiõem in
Quarta ‖ deũ in iſtis aũt firmitatẽ bone opationis ad pro
dr̃ia. ‖ ximũ Poſſumꝰ ꝛ quarto dicere ꝙ hymni ꝛ pſal̃i

differũt ī ordine nã ī qbuſdã horis hymni pcedũt
pſalmos ī aliis ecõtra pſalmi cãtant añ hymnos hui⁹
rõne diuerſitatis aſſignãt illi q ponũt tres horas
nocturnas ꝛ q̃ttuoꝛ diurnas q.(vt aiũt) dies ad ino
cẽtes ſuos dĩ aptari nox ad penitẽtes ꝛ qꝛ hym
ni dicti ſũt ſignificare leticiã mẽtis pſalmi opatione
corpis bona ↄcludũt q hore diurne d̃bẽt ſignifica
re q leticia cordis adducit inocẽtes ad bõa opa hore
vo nocturne p ↄ̃riũ ſignificare debẽt q penitẽtes (q
habẽt triſticiã ī cordis) p opa bona redimẽtes pcta
ſua puenĩũt tãdẽ ad iocũditatẽ mẽtis ideo ↄcludũt
q ī horis diurnis hymni debẽt pcedere ī nocturnis vo
pſalmi Sꝫ hec rõ fallit ī matutis q̃ e pncipaliſſima
horaꝝ nocturnaꝝ nã ī eis hymn⁹ pcedit pſalmos Niſi for
te dicat q hoc fit ad ſignificadũ q ī penitẽtib⁹ ãte
oẽm triſticiã ↄtritiõis pcedit q̃dã leta affectio ſiue
volũtas vl animi fuis q̃ e btitudo et q̃ poſtea mouet
ad q̃rẽda bõa opa et laborioſa q̃ꝯ ad eã puenitur.
et tãdẽ adeptio felicitatis cauſat iteꝝ ī eis mẽtis iocũ
ditatẽ q̃re nimiꝝ ī pncipio matutinoꝝ hymn⁹ pcedit
pſalmos q̃b⁹ finitis ꝛ laudib⁹ ↄtinuatis circa finẽ lau
dũ iteꝝ hymn⁹ cãtat ꝛ ſolẽnior cãtu q fuerat cãta
t⁹ hymn⁹ prim⁹ Qui vo v ia trũ ponũt horã nocturnã
ꝛ ſex diurnas poſſũt dicere q tã ī die q̃ ī nocte ho
re canõice ab hymno icipiũt ꝛ ad hymnũ tminant
vt ide ſignificet cõis ↄditio ſuoꝝ dei ſiue ſint ino
cẽtes/ſiue penitẽtes qꝛ eoꝝ vita vtuoſa ꝛ a leticia
icipit ꝛ ad leticiã termiat pcedit eñi ī eis itẽtio/ſeu
appetit⁹ btitudĩs q̃ eos letificat ppt ſpẽ ꝛ mouet
ad bona opa q̃ ſũt media ad btitudinẽ ꝛ tãdẽ dat
merces p bõis opib⁹ q̃ ſcis pmittit a dõi etna le
ticia ad qd̃ ſignificãdũ ī pma hora diei (q̃ñ exit hõ
ad op⁹ ſuũ tota die vſq ad veſperã) pcãtat hymn⁹
q̃ſi pponẽs pmiũ lenſſimũ laborãtib⁹ ī vinea dei
in cõpletorio aũt vlta diei ho'a q̃ finẽ vite hois ſi
gnificat pſalmi pcedũt ꝛ circa finẽ hymn⁹ cãtat vt
ptẽdat bõis actib⁹ vite hois pmio ſecuturã ꝛ red
dẽdã btitudinẽ gaudiũq ſẽpitnũ idẽ ordo ſuat in
4 De antiphonis vnica hora nocturna vt declaratũ e ¶ Quarto pnci
palr ↄueniũt oẽs hore canonice ī Añis q̃s pſalis
pmittũt icepit aũt iſte vſus ãtiphonaꝝ a grecis trãſi
uitq ad latinos opa ꝛ dil'gẽtia ſcoꝝ doctoꝝ maxie
Prima interptatio Hilarij/Ambroſij/ꝛ Gregorij Antiphõa vo voca
bulũ grecũ latine iterptat cõtra ſon⁹ vl ↄ̃ cãt⁹ qꝛ ↄ̃
pſalm cãtat ī e regiõe/aut ī frõte pſalmi nã cãt⁹ toti⁹
Secũda. pſalmi ad añam reſpicit p eãq regit Et hac rõne q̃
dã putãtes hoc nomẽ ſemigrecũ ꝛ ſemilatinũ añaꝝ
ãte ſonũ iterptati ſũt qꝛ ſ an pſalm ãtiphõa ſonat
Sꝫ notãdũ q ī officijs de tpe dñicalib⁹ ꝛ ferialib⁹
Cõcluſio de antiphona. ſp atiphona eſt aliqs vſus illi⁹ pſalmi cui pmittit q̃
tñ tota nõ cãtat ſꝫ ſolũ icipit añ pſalmũ finito vo
pſalmo/ãtiphona illa repetit ꝛ tota cõplete cãtat
Eſt ꝛ alia varietas qꝛ ī pncipio ab vno ſolo clerico
vtri⁹ chori intonat ſꝫ ī fine pſalmi ab oib⁹ vtriuſq
Prima ratio chori clericis cõplet Rõ iſtaꝝ diuerſitatũ vna ꝛ fa
cilis e q merito ab ãtiphõa (q̃ charitatẽ ſignificat)
icipit pſalm⁹ ꝛ ab ea tot⁹ iformat ī ſuo cãtu vt ſi
gnificet q a charitate ſacerdotũ deũ laudãtiũ to
tu officiũ eccliaſticũ pficit ꝛ iformat vt ſit deo pla
cẽs ac meritoriũ vite eterne nã ſine charitate cãt⁹
iſti nõ bñ ſonat corã deo eadẽ rõ eſt d̃ quolibꝫ alio
Scda rõ. hũano ope Itẽ charitas nr̃a ī hac vita eſt impfe
cta ſed poſt finẽ hui⁹ vite in alia vita pfecta erit:
ideo ī pncipio pſalmi ãtiphona inchoat ꝛ in fine
ei⁹ cõplet/atq pficit Inſup charitas ab vno ſolo Tertia ratio.
pncipe chriſto icepta ẽ ī eccĩa dei qꝛ ipſe pri⁹ in
tonauit eã dicẽs mãdatũ nouũ do vobis vt dili
gatis ꝛc. ſed poſtea charitas ad oia mẽbra ei⁹ deri
uata eſt qꝛ ignẽ venit mittere ī t̃ra vt tota arderet
Luce.12. ꝛ ipe prior dilexit nos vt icitaremur ad ei⁹
dilectionẽ correſpõdẽtes ei p bona opa iſurgeretq
inter nos cõe gaudiũ de dilectione dei et pximi
Propt hoc ergo antiphõe pſalmoꝝ ab vno ſolo ice
pte ab oib⁹ ſil' ī fine cõplent. Ueꝝ ī pcipuis feſtis
ecclie de chriſto, aut de vgine Maria / vel d̃ alijs
maiorib⁹ ſcis q̃libꝫ atiphona et ī pncipio pſalmi to
ta cãtat ad ſignificadũ q ī talib⁹ ſcis charitas fuit
pfecta ꝛ plena opib⁹ bois vel ad inducẽdũ nobis q ī
talib⁹ dieb⁹ feſtiuis pfectiores eẽ d̃bem⁹ ī charita
te ꝛ ī actib⁹ ſuis Ceteꝝ antiphõe pſalmoꝝ a duob⁹
choris clericoꝝ altnatim inchoant ad ſignificãdũ
reciprocã fideliũ dilectionẽ charitas eñi ſicut ꝛ iu
ſticia e vt⁹ ad alteru ꝛ ī duob⁹ adminꝰ eẽ dꝫ. Unñ
Iſidor⁹ hoc ſignificãs ait q ãtiphona grece ẽ vox Tertia interptatio
reciproca latine qꝛ duo chori reciprocãdo de vno
ad alteꝝ viciſſim ãtiphõas cãtãt q̃ſi eſſent duo ſe
raphin adinuice ſibi ↄclamãtia de laudibus dei
Hui⁹ et ſignũ eſt q clerici has ãtiphonas cãtãtes
nõ ad altare ſꝫ ad ſeipos reſpiciũt vrſis vultibus
Pſalmi ẽt ex iſtitutiõe Damaſi pape a duob⁹ choris
clericoꝝ alternatim p vſus cãtant: ad ſignificãdũ
alternã exhortationẽ fideliũ ad opa mãdatoꝝ dei.
q̃ ī pſalterio iſtrumẽto decẽ chordaꝝ figurata ſũt
a q̃ inſtrumẽto pſalmi denoiati ſunt. qꝛ ī eo cãtabãt
in veteri lege Alij vo doctores dicũt q ãtiphona Quarta interptatio
dꝫ iterptari cãt⁹ circularis qꝛ pſalmi melodia ab ea
incipit ꝛ ī eã finit iſtar circuli. qd̃ ita ordinatũ eſt
ad ſignificãdũ q ois nr̃a opatio a charitate dei ici
pit ꝛ ī deũ finalr eſt ordinãda ẽt ex charitate No
tãdũ iſup q ſepi⁹ q̃ñ ãtiphona cõplet ſup vltimã
ei⁹ ſyllabã fit neuma ī iubil⁹ q̃dã ſeu ploggat⁹ cã
t⁹ ꝛ hoc ī pcipuis feſtiuitatib⁹ ecclie ad denotãdũ
finẽ charitatis etnũ ī iubilo magno nã pguſtato di
amore ī via iubilat anim⁹ deuot⁹ ſꝫ impfecte ꝛ bre
uiſſime ſed ī pria deo clare viſo pfecte iubilabit ī
eternũ In q̃buſdã deniq ſcoꝝ feſtiuitatib⁹ vt ſcti
Pauli/ſcti Laurẽtij/ꝛ alioꝝ maxie ī horis nocturnis
antiphõis pſalmoꝝ addũt q̃dã vſ⁹ reduplicatiui an
tiphonaꝝ qd̃ fit ad ſignicãdũ illoꝝ ſcoꝝ gemina
tũ laborẽ meritũ ꝛ pmiũ ex ſupabũdãti charitate
¶ Quito ↄueniũt hore canonice ī vſib⁹ q̃s oẽs il 5 De verſib⁹
le adijcere ſolẽt poſt pſalmos ꝛ ãtiphonas ſiliter et
lectiones lꝫ nõ eode ordie qꝛ ī matutinis vſ⁹ pce
dũt ꝛ lectiões ſequũt ī alijs vo ho is pus dñr ca
pitula (q̃ ſũt lctões) q̃ vſ⁹ Rões ſtati patebũt ſup
poſita nois iterptatiõe Dr aũt vſ⁹ a vtẽdo qꝛ p il Interpretatio
lũ mẽtes fideliũ vtũt ī ↄuertũt a ſua diſtractiõe vt
ſint attẽtiores Hic ptꝫ rõ q̃re iſti vſ⁹ ſũt itroducti ī
officijs diuinis nã cũ ex ipa melodia hymnoꝝ/ãti
phõaꝝ ꝛ pſalmoꝝ mẽs auditoꝝ ſepi⁹ auertit vl di
ſtrahit a recto ſẽſu eoꝝ q̃ dñr ī officio prudẽtiſſime
actũ e vt illo vſu alta voce plato excitet ſonolẽti ī
officio diuino ꝛ ↄuertant diſtracti ad habedã at
tẽtione neceſſariã circa diuina myſteria q̃ ibi ptra Significatio verſuum.
ctant Põt etiã dici q ſicut pſalmi ſignificabãt opa
tionẽ bonã ita verſus q̃ ſequunt ſignificãt fructũ

bonſ opis q̄ colligiť in horis canonicis ex p̄dicta
mentis couerſione/ vel attētione Ueniendo aūt
ad particularē declarationē p̄dictoꝝ dicim⁹ ꝙ i
matutis p illos v̄ſus nocturnoꝝ officiū ſe ꝯuertit
a cātilenis hymnoꝝ ꝛ pſalmoꝝ ad doctrinā lcōnū.
ſi q̄de officia eccl'iaſtica lꝫ ad laudes diuinas hono
rifice decātādas ſint p̄ncipal'r iſtituta debēt nihilo
min⁹ etiā intēdere doctrīe atq̄ꝫ eruditiōi fideliū q̄ꝺ
fit p interpoſitas lcōes q̄ iā nō p notas cāt⁹ ſꝫ plano
legēdi more ꝓferūť i eccl'ia q̄ſi i q̄dā ſchola Uerſ⁹
ergo ponūť i matutis q̄ſi intmedij cātuū ꝛ lcōnū.
ad faciēdū trāſitū ab vno gn̄e ad alteꝝ q̄ten⁹ cleri
ci iā aliquātulū fatigati de cātu hymnoꝝ/pſalmoꝝ
ꝛ āiphonarū ꝯuertat ſe ab illo labore ad ociū lcō-
nū huꝰ ſignū ē q꞉ pus ꝓpe ſep̄ ſtātes catabāt ſed
excitati v̄ſib⁹ iubenť poſtea ſedere ad audiēdas at
tēte lcōnes Sed i alijs horꝭ (q̄ breuiora officia ſūt
q̄ꝫ matutini) breuiores ꝓponūť fidelib⁹ lcōnes q̄
ideo capl'a dn̄r ad q̄q꞉ audiēda cū attētiōe nō ē ne
ceſſaria talis p̄monitio v̄ſuū q̄lis reqrebať i matu
tinis ad pliꝛores lcōnes. ideo nec capl'is p̄mittūť
v̄ſ⁹ excitatiui fideliū. nec ſedere ſolēt ad audiēda ca
pl'a ꝓpť eorū breuitate Qua etiā ex cā i talib⁹ ho
ris poſt hymnos/pſalmos ꝛ capl'a v̄ſ⁹ appoſit⁹ ad
colligēdū fructū ꝓueniēte ex oib⁹ illis ſimul ꝓpť
eoꝝ breuitatē videť ſufficere ad fideliū attētione q̄
etiā ē neceſſaria ꝓ orōne ſeq̄nte i fine officij ad q̄ꝫ
Uer'us pu rorū cantus. excitat v̄ſ⁹ ille p̄cedēs Catāť aūt iſti v̄ſ⁹ ꝓpe ſemp
a puerꝭ clericoꝝ tū q꞉ tales ſolēt mitti nūcij ad ex
citādū ſomnoletos vl' ad ꝯuertēdū diſtractos. tū q꞉
ipſi alti⁹ cātare poſſunt ad excitādū fideles totius
eccl'ie tū deniq꞉ ad inuēdū ꝙ fruct⁹ boni opis ma
ior e cū innocētia ꝛ cordis mūdicia q̄ apparet in
Qualitas v̄ſuū. puerꝭ Qualitas aūt iſtoꝝ v̄ſuū ea ē vt ſemp deno
tet ꝯditionē tpis vl' officij i q̄ ponūť maxime i offi
cijs de tpe. nā v̄ſ⁹ p̄me Exurge dn̄e adiuua nos
denotat tūc eſſe tp̄s ſurgēdi a lecto Silr̄ v̄ſ⁹ hore
xj Ueſptina orō aſcēdat ad te dn̄e explicat tūc eē
veſperā diei ꝛ iā ceſſandū eē a labore eodē mō in
p̄mo nocťno officij dn̄icalis v̄ſ⁹. Memor fui nocte
nōis tui dn̄e ꝛ i ſcd̄o nocťno v̄ſ⁹ Media nocte ſur
gebā ad ꝯfitēdū tibi. clariſſime denotāt tūc eē tp̄s
nocťnū Sed v̄ſ⁹ tertij nocťni Exaltare dn̄e i v̄tu-
te tua magꝭ videť ſignificare officij q̄ꝫ tpis q̄litatē
q꞉ excitat ad audiēdā lcōnē euāgelicā cū ſua ho-
melia ad quā op⁹ ē fideliū mētes eleuari In feſti
uitatib⁹ aūt magnis xp̄i ꝛ v̄gis marie ꝛ quorūdā
5 alioꝝ ſcōꝝ p̄ncipaliū i eccl'ia dei v̄ſ⁹ nō niſi officij
De lectio nib⁹ ꝛ ca pitulis. ꝯditionē reſonāt cū illa nō ſit officia de tpe ¶ De
lcōib⁹ aūt dicim⁹ ꝙ cū materia eaꝝ ſit doctrina fi
deliū ꝯueniēter dr̄ ꝙ ſignificēt doctores ac p̄dica
tores eccl'ie ſꝫ vario mō Nā lcōnes nocťne q꞉ cōi-
Lectiōes nocturne ter legūť a minorib⁹ clericis i choro ſignificāt p̄di
catores ve le (q̄ nocti ꝯpať) eoſq꞉ vocat apl's petr⁹
lucernas lucētes in caliginoſo loco ꝛ q꞉ minores
eccl'ie nō debēt legere vl' p̄dicare niſi mittāť a ſuis
maiorib⁹. ideo p̄mittūt ſuis lcōnib⁹ illū v̄ſiculū
Iube dōne bn̄dicere q̄ſi petētes facultate legendi
ab eis qs tn̄ nō dnos ſꝫ dōnos vocāt diminute vt
oſ̄dāt eos minores eē deo q̄ ſol⁹ ē vere dn̄s ꝛ ipſi
ei⁹ v carij i terra In fine v̄o lcōnis addit fere ſep
lector ille v̄ſiculū Tu aūt dn̄e miſere n̄ri. q̄ſi dirī-
gēs illā ſuā doctrinā i deū tāq̄ꝫ i finē ꝛ petēns ab
eo veniā de negligētijs ꝛ defectib⁹ i illa lcōne cō
miſſis Et hec ē ratio q̄re tūc ꝯplete ꝛ nō diminu-
te dn̄m ꝓfert Chor⁹ v̄o r̄ndēs Deo gr̄as nō allu-
dit ad illa vltia v̄ba q̄ lector dixerat q꞉ non ſunt
de ſubſtātia lcōnis ſꝫ r̄ndet lcōni ab eo lecte gr̄as
agēs deo ꝓ doctrina bona ex illa lcōne accepta
Lcōnes v̄o diurne i capl'a. q꞉ ſep legūť a maiori- Capitu la diurna
b⁹ ꝛ p̄ſbyterꝭ chori ſignificāt p̄dicatores no le q̄s
xp̄s vocat horas diei Ioānis xi ꝛ q̄ ab alijs hoib⁹
nō mittūť ad p̄dicādū. ꝛ ideo nec p̄mittūt ſue lcō-
ni Iube dōne bn̄dicere. nec i fine addunt Tu aūt
dn̄e ꝛc. q꞉ ꝓpť nimiā lcōnis illi⁹ breuitate nō p̄ſu
miť cōmiſſ⁹ i ea aliq̄s defect⁹ maxime a p̄bro q̄ te
net gradū pfectiōis pfecteq꞉ doctrine i eccl'ia dei
Chor⁹ aūt rōne p̄dicta i lcōnib⁹ nocťnis r̄ndet ei/
Deo gr̄as Sꝫ i vtriſq꞉ iſtaꝝ lcōnū lector accedēs
ad librū aſcēdit ſup quēdā gradū ad ſignificādūq꞉
doctor alioꝝ ꝛ loco ꝛ dignitate debet eis oib⁹ ſup
eminere Et q̄lis poſita ē differētia inť lcōnes no- Alia diſ ferētia le ctionum.
cturnas ꝛ diurnas talis pōt etiā poni inter ſolas
lcōnes nocťnas q꞉ in vigilijs ſeu ꝓfeſtis ac i die
b⁹ ferialib⁹ pauciores ponūť lcōnes in dn̄icis v̄o
dieb⁹ ꝛ p̄cipuis feſtiuitatib⁹ eccl'ie plures legūť q꞉
(vt q̄dā dicūt) in ve le. pauciores fuere p̄dicatores
doctrine dei/i noua aūt plures Sed iſti nū dant
rōnē q̄re dies illi ſignificēt tp̄s ve le ꝛ iſti tp̄s no
le. Ego v̄o dicerem ꝙ vigilie ꝛ ferie ſignificāt hāc
miſerā vitā q̄ ē vigilia feſtiuitatꝭ p̄adiſi ſignificate
in dieb⁹ dn̄icis ꝛ alijs feſtꝭ ſicut ergo i vigilijs le-
gūť pauciores lcōnes ita ꝛ cātāť plures pſalmi q̄ꝫ
in dieb⁹ feſtiuis ad denotādū ꝙ i hac vita ſciētia
dei ꝛ doctrina rarior ē opa v̄o plura q̄ꝫ i alia vita
q̄ i vniformitate opis ꝯſiſtit Est adhuc alia diffe- Alia dif ferentia.
rētia īter lcōnes nocťnas ꝛ diurnas q꞉ lcōes no
cturne ſūt doctrine minoꝝ ſeu ipfectoꝝ hoim (vn-
de ꝛ a minorib⁹ clericis legūť/ꝛ aliq̄ eaꝝ p home-
lias exponūť vt auditores meli⁹ eas itelligāt) lcō
nes v̄o diurne a maiorib⁹ ꝛ p̄ſbiterꝭ lecte doctrinā
pfectoꝝ ꝛ ſapiētū ſignificāt q̄re breuiſſime ſunt ꝛ
ſine homelia vl' expōne legūť. Hui⁹ regni ſignū ē
ꝙ ad lcōes nocturnas admittūť libri minoꝝ do-
ctoꝝ ꝛ exepla ſcōꝝ p̄rm nec authores illaꝝ lcōnū
multū explicāť a lectorib⁹ q꞉ nō videť ꝯueniēs vt
minores ppl'i fidelis (q̄rū ē illa doctria) ſciāt nōia
illoꝝ autoꝝ ſed tm̄ doctrīe bonitate ne forte ipſa
reddať eis ꝯtēptibilis ex autorib⁹ Ad lcōes v̄o
diurnas nihil admittiť q̄ꝺ nō ſit de ſacro textu bib
lie exp̄mūturq꞉ in eis nōia autoꝝ maxīe i officio
miſſe q꞉ autoritas eoꝝ firmiſſia ē ꝛ valde nota ſa
piētib⁹ eccl'ie ꝛ inde reddiť eis illa doctria veñabi
lior Hūc morē (q̄ ātiq̄ore ꝛ certe melior) aliq̄ eccl'ie
nō obſeruāt ſꝫ in lcōnib⁹ nocturnis autores eaꝝ
noiant q꞉ forte ſūt auditorib⁹ illis veñabiles ꝛ au
tētici Sexto p̄ncipal'r hore canonice oēs ꝯueniūt 6
i r̄n̄ſorijs q̄ imediate ſequunť lcōnes ſignificātq꞉ De reſp̄ſorijs.
ꝓfectū bone doctrīe lcōnū i auditorib⁹ vn̄ ꝛ meri
to r̄n̄ſoria dicūť: q꞉ p ea auditores r̄ndent lcōnib⁹
ꝛ doctrīe ſibi tradite a doctorib⁹ eccl'ie. r̄ndēt inq̄ꝫ
p opis ꝓptā executionē nā v̄bis bone doctri-
ne fideles debēt r̄ndere p bōa opa ne forte cū ſuo
neq̄ꝫ de ocio malo ꝯuincať ꝛ dāneť a dn̄o deo ſuo.

Poſſunt etiā iſti cāt⁹ dici reſpōſoria q᷑ in materia ſua rñdēt lectōib⁹ p̄cedentib⁹ ⁊ hoc maxime verū eſt in officijs de tpe dñicalib⁹/⁊ ferialib⁹ ⁊ in cōib⁹ ſctoꝝ/atq; in ꝓpuetatib⁹ maximarū feſtiuitatū eccl'ie vel tertio dnr reſpōſoria ꝓpter ſua formā q᷑ talr diuiſa ſunt in ptes vt in eis vn⁹ cātor alteri rñdeat cāt⁹ eñi ille ab vno incipit deinde alijs accedētib⁹ ab oib⁹ cōcinit vſq; ad v̄ſum que illis tacētib⁹ ali⁹ cātat vn⁹ vel duo adplus v̄ſu finito alij cātores ad p̄ſam reuertūt ⁊ e ſilis mod⁹ illi quē hñt ſcl'ares in cātilenis ſuis qñ faciunt choreas cātātiū ⁊ rñdentiū p pauſas ſuas Cantant ergo reſpōſoria in diuinis officijs q̄tenus vel mētes fideliū eleuent ad ꝯtemplandū ſupne gl'ie ꝯcentū vel etiā vt denotēt ſpūale gaudiū mētis in viatorib⁹ relictū ex doctrina lctonū Qḋ etiā in tali cātu alter alteri rñdet fraterniā exhortationē fideliū ſignificat q̄ ſe adinuicē cōmouent ad fructū boni opis pagendū. Per verſum ab vno ſolo cātatū ſinglaris depcatio cuiuſlibet fidelis ſeorſum denotat̄ ſed alioꝝ reſpōſio ē coꝝ ꝯgratulatio de tali deuotiōe ꝓximi In tertio v̄o quoq; reſpōſorio nocturnoꝝ addit̄ Gl'ia pr̄i i officijs nō luctuoſis ⁊ hoc ꝓpter honore diuine trinitatis ad cui⁹ gl'iam hec cātica p̄ncipal'r ſunt ordinata vt ſupi⁹ diximus et licet poſt verſum nō repetat̄ totū reſponſoriū a capite repetitur t̄n poſt Gl'ia pr̄i ad denotādā ſ differentiā gr̄e/charitatis ⁊ gaudij ſpūalis in nobis ⁊ in deo q᷑ hec in deo pfecta ſunt/in nobis aūt impfecta q̄ꝫ diu ſum⁹ in via· ſ; in patria ꝯſumabunt̄ hec in nobis qñ ad eternitate dei participandā puenīem⁹ deniq; q̄lis poſita ē differentia quātitatis maioꝝ ⁊ minoꝝ inter lectiones nocturnas ⁊ diurnas talis ꝓportionaliter reperitur differentia inter reſponſoria q̄ illas et iſtas lctōnes ſequunt̄ Nā reſpōſoria nocturna ſunt maiora diurna vero breuiora q̄ꝫuis in vtriſq; coꝝ ſit eadē ſignificatio idēq; modus canendi ⁊ reſpōdendi Septimo conueniūt

7 De orōnibus finalibus.

oēs hore canonice in orōnib⁹ q̄ ad finē addūtur poſt oēs cant⁹ ⁊ inuēte ſunt ad impetrandum a deo illa bona q̄ ipſe ꝓmiſit ſeruis ſuis/digne et deuote cū laudantib⁹ q̄ eñi orat deū petit aliq̄d ab eo exorat aūt qñ impetrat qḋ petierat Orō ergo miam dei ſignificat q̄ hoiem in opibus bonis ⁊ p̄uenit ⁊ ſubſeq̄tur ideo in p̄ncipio cuiuſlibet hore canonice ( vt ſupius diximus) orō dñica p̄cedit in fine aūt orō eccl'iaſtica ſubſequit̄ finalis itaq; orō cuiuſlibet officij d᷑ ad hoc vt merces tribuatur opariis in vinea dei. Ex hac etiam rōne patet verū eſſe qḋ in capitulo p̄cedente dictū eſt nocturnos ⁊ laudes vnā tantū eſſe horā canonica q᷑ in fine nocturnoꝝ non ponitur orō ſed tatū in fine laudū Hic etiā vſus dicendi orōne in fine officij ab apl'is ſumpſit exordium de q̄bus d᷑ in actibus aploꝝ q̄ poſtq̄ꝫ conuenerāt ad ſacram orōne poſtea diceſſuri abinuice poſitis genib⁹ orabā Sed orōnē dicturus ſacerdos prius ppl'm ſalutat dicēs Dñs vobiſcū ⁊ ſenſus eſt dñs det vobis gr̄am qua mecū attenti oretis ad miſericordiā dei impetrandā. quā ipſe multiplicatis interceſſoribus et citius et facilius largit̄ nobis Finita aūt orōne eadē repetit ſalutationem ſed ad aliū ſenſū. i. dñs maneat vobiſcū ꝯſeruetq; i vobis deuotione quā ex diurnis officijs ꝯcepiſtis Eādē ( vt prius dictū eſt) quodlibet officiū ꝯcluditur p Bndicam⁹ dño ⁊ ſenſus eſt dem⁹ gr̄as / gl'iam / ⁊ honore deo p tāto bñficio ſuo q᷑ nos pduxit ad finē hui⁹ officij in quo debitas et laudes pſoluim⁹ ⁊ ipſe vice v̄ſa mentes nr̄as ſua ꝯſolatiōe refecit hic ſenſus ex reſpōſiōe ppl'i declarat̄ dicentis Deo gr̄as Iſte finis officij Bñdicamus dño aliqñ d᷑ ab ipſomet ſacerdote q̄ dixerat orōne/aliqñ ab alijs clericis q̄ hñt capas cū ſceptris ad regendū chorū/nōnūq̄ꝫ vero a paruis pueris ratio hui⁹ diuerſitatis eſt diuerſa feſtoꝝ ꝯditio q᷑ differunt p magis ⁊ minus ſolēne et etiā q᷑ laus dei prius eſt agēda a maioribus eccl'ie q̄ ſuo exēplo moueāt medios et minores ad ſilr agendū Uerū q᷑ oīs humana laudatio minor eſt dignitate dei de quo ſapiens eccl'iaſticus ait q̄ maior eſt omni laude. ſ creature. ideo ſemper vltimum Bñdicam⁹ d᷑ a minoribus et pueris qui etiam ſua puritate denotāt quales eſſe debent dei laudatores hactenus et breuiſſime de horis canonicis in genere

## Caput tertiū de officio matutinoꝝ. qḋ noctnos ⁊ laudes ſimul ꝯplectit̄

1 Canonicarū horarū ordo.

Ueniētes iā ad ꝓpria ſinglaꝝ horaꝝ dicam⁹ imprimis de officio matutinoꝝ. Ratio ordinis eſt q᷑ licet modern⁹ eccl'ie vſus in dñicis hiſtorialib⁹ ⁊ in alijs feſtis a veſpis ſumat officioꝝ p̄ncipiū t̄n apḋ veteres in oib⁹ dieb⁹ ab horis nocturnis ſeu matutinis ordiebātur ſacerdotes officia eiuſdē diei ( qḋ etiā nunc obſeruam⁹ in diebus ferialibus ) eo quod paſſio chriſti in his horis cōmemorata nocte inchoata eſt Quare ⁊ nos hic doctrinaliter ꝓcedentes morē antiquorū obſeruabim⁹ a matutinali officio horarū canonicaꝝ ꝓpriā conſiderationem incipientes Poſſunt adhuc alie rōnes adaptari vt aliū ordine temporꝫ eccleſiaſtice hiſtorie teneamus in qua hore nocturne fuere priores diurnis Nam in primitiua eccleſia inſtante pſecutiōe infideliū dñorum et principum terre non poterant fideles in die et manifeſte diuinarum laudum officia celebrare ſed nocte ſurgentes occulte per domos congregabantur et officia diuina agebant nocturna anteq̄ꝫ liceret eis facere diurna tum quia in primo cap̄ huius dictum eſt horas nocturnas ſignificare tempora legis nature et legis ſcripture que preceſſerunt tempus legis gratie repreſentatum in horis diurnis tum deniq; moraliter quia ordo conuenientior eſt vt a tenebris procedamus ad luce. i. a vicijs ad virtutes/ab ignorantia ad ſcietiā a penitetia ad gr̄am a captiuitate ad libertatem ⁊c. Ad hoc ergo ſignificandum a nocturnis horis incipimus nox enim peccatum et ignorantiam/dies gratiam et

ſcientiā in aperto ſignificant: nocturnum ergo officium laborē penitentiū deſignabit per quem ad libertatis gaudium peruenitur. Sane circa tempus officij nocturni multiplex fuit modus obſeruatus a ſacerdotibus eccleſie chriſtiane. nā antiquiores in primitiua eccleſia arbitrantes ſe eſſe milites chriſti conſcriptos ⁊ ad deffenſionem populi fidelis deſtinatos in bello ſpirituali aduerſus principes ⁊ poteſtates tenebrarum (vt notat apoſtolus ad Epheſios.6.) quattuor vigilias noctis obſerbauant more aliorum militum terrenorum in caſtris ſuis. ideo officium matutinorum in quattuor partes. ideſt in tres nocturnos ⁊ laudes diuidebant ideſt in diuerſis horis noctis eas canebant: vt vel ſic in qualibet vigilia noctis ſeorſum diuina officia celebrarent. Has quattuor vigilias noctis hyſtoriographi vocant nocticinium/gallicantum tempeſtum/ ⁊ aureliū. Verū in p̄ma noctis vigilia ad primū nocturnū ſoli ſacerdotes veniebāt nec populū inuitabant labore diurno fatigatum. quare nec tunc inuitatorium dicebatur: niſi forte in vigilijs magnarum feſtiuitatum (in quibus totus populus cum toto clero per totam noctem diurnis laudibus inuigilabat) in alijs vero diebus communibus plebei non veniebant ad eccleſiam vſqꝫ ad ſecundam noctis vigiliam: ⁊ tunc dicebatur inuitatorium in principio ſecundi nocturni. In tertia autem vigilia cantabatur tertius nocturnus: in quo etiam euangelium cum ſua homelia legebatur toti populo audiendum. Laudes deniqꝫ in quarta noctis vigilia circa aurorā letiſſime cantabantur. At quia paulatim refrigeſcente fidelium deuotione laici populares nolebant iam ad nocturnas ſurgere horas: nec prelatis eccleſie viſe ſunt honeſte tales vigilie ob pericula mulierum: ideo mutate ſunt iſte vigilie in ieiunia profeſtorum. Clericis quoqꝫ viſum eſt oneroſum toties ſurgere a ſomno in qualibet nocte: ideo ex permiſſione ſanctorum patrum omnes tres nocturni (premiſſo inuitatorio) cum ſuis laudibus reducti ſunt ad ſecundam noctis vigiliam: que a media nocte incipitur. quare tunc campane pulſantur vocantes clericos ad horas nocturnas: ⁊ hunc modum communiter obſeruant omnes latini tam in eccleſijs cathedralibus clericorum quam etiam in monaſterijs religioſorum. Hic vſus preter authoritatem pſalmiſte dicentis: media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ideſt ad laudandum te ſuper iudicia iuſtificationis tue ⁊c. Confirmatur etiam rationibus: tum quia tali hora noctis deus pro liberatione ſui populi a captiuitate duriſſima occidit primogenita egyptiorum: in quo myſterio figurata eſt liberatio totius humani generis a captiuitate diaboli. pro qua liberatione Deum laudare obligamur. Tum quia tali hora natus eſſe peribetur Jeſus Saluator noſter iuxta illud Sapientie. 26. dum medium ſilentium tenerent omnia et nox in ſuo curſu medium iter haberet: Omnipotens ſermo tuus domine a regalibus ſedibus venit. tum quia in euangelio legimus chriſtum ſepius pernoctaſſe in oratione vſqꝫ ad talem horam noctis. tum quia fere in media nocte poſtq̄ꝫ Jeſus captus eſt a Judeis legitur illuſus/ conſputus et velatus. tum quia circa illam horam demones hoſtes noſtri maxime conantur contra nos ſecundum illud pſalmi: Poſuiſti tenebras et facta eſt nox in ipſa pertranſibunt omnes beſtie ſilue. ⁊c. tum quia illo tempore intempeſte noctis homines mali multa peccata committunt ſecrete pro quibus orandum eſt vt conuertantur. tum quia tali hora ſpectamus iudicium generale dicente chriſto in euangelio: media nocte clamor factus eſt ecce ſponſus venit ⁊c. tum quia vt tenebras peccatorum noſtrorum ſuo lumine expellat in hora tenebrarum orandus eſt deus. tum deniqꝫ quia communiter in tali hora noctis poſt ſomnum facta digeſtione in ſurgit caro contra ſpiritum: ad quam domandam pro caſtitate (que valde eſt conueniens eccleſiaſticis) ſurgēdum eſt poſt mediam noctem: nam illius hore frigiditate ⁊ mentis deuotione (que orando ⁊ pſallendo accenditur) motus carnales reprimuntur. ideo dicitur eccleſiaſtici.23. vigilia honeſtatis domat carnem ⁊c. Propter has ergo rationes ⁊ alias huiuſmodi tali hora noctis deum laudare ac benedicere ex debito volentes celebramus matutinale officium. Cuius ſingulas partes ſigillatim proſequi volentes dicimus ꝙ initium eius ſumit ſacerdos ab eo qui eſt omnium rerum p̄ncipium: ⁊ ſine quo nihil boni cogitare/loqui/ aut agere valemus immo nec os ad loquendum apperire: hoc eſt ſine deo qui per pſalmiſtam dixit. Aperi os tuum ⁊ ego implebo illud. Premiſſa ergo in ſilentio dominica oratione/⁊ beate virginis Marie ſalutatione ad preparandum (vt diximus) mentem future orationi: incipit ſacerdos officium dicens. Domine labia mea aperies: cui reſpondens chorus addit: et os meum anuntiabit laudem tuam: qui verſus ſumitur ex pſalmo. 50. et ponitur ibi modus indicatiuus pro imperatiuo ideſt aperies pro aperi: eſtqꝫ iuſta ⁊ rationabilis petitio. quia enim non eſt ſpecioſa laus Dei in ore peccatoris: orandus eſt deus vt in laudem ſui os ſacerdotis aperire dignetur: aperire inquam: non tam apertione corporali (quam homo pro ſua voluntate facere poteſt propria virtute) q̄ꝫ apertione morali. quia illam ſine gratia dei adiuuante non poſſet homo benefacere. Eſt ergo ſenſus huius principij. o Domine aperi labia mea emundando os meum ab obſcenis ⁊ turpibus verbis/⁊ apertum implendo tuis laudibus ſanctis. quod ideo petit ſacerdos ne forte ſi ipſe preſumeret ſine gratia dei aperire labia ſua ad laudes dei: audiret ab eo illud pſalmiſte improperiū qui ait peccatori autem dixit deus quare tu enarras iuſtitias meas/⁊ aſſumis teſtamentū meū per os tuū ⁊c. vel poteſt dici ꝙ p tale princi-

Matutinorū tp̄s ⁊ hora.

Matutini quare in media nocte.

De principio matutinorum dn̄e labia. ⁊c.

pꝛium matutinoꝛum ſacerdos coꝛreſpondet ad il
lud quod dixerat in completoꝛio nam in pꝛinci
pio illius noctis volens ſe ⁊ pp̄lm ſuū deo com
mendare muniera t clauſeratqꝫ os ſuum ſigno
crucis dicens Conuerte nos deus ſalutaris no-
ſter ſcilicet ad coꝛ noſtrum vt clauſo oꝛe ⁊ omni-
bus ſenſib⁹ extrinſecis pie meditemur in te Ra
tionabiliter ergo ſacerdos volens incipe officiū
illius diei oꝛat deum vt ipſe qui clauſit os eius
aperiat qui etiam habet clauē dauid/⁊ ſi clau-
dit nemo aperit niſi per gr̄am ſuā ad hoc vt di-
gne Deum laudare poſſit Hanc dicti pꝛinci-
pij intelligentiam declarat reſponſio choꝛi Et
os meum annunciabit laudem tuam q d ad
hoc oꝛo vt aperias os meum et labia vt dig-
ne te poſſim laudare per totum hunc diem cu
ius officijs nunc pꝛincipium facimus in matu-
tinis nunc pꝛimo oꝛa noſtra aperimus ac laxa-
mus ad tuas laudes canendas ⁊ pꝛedicandas
Sed quia diabolus deo inuidet de ſuo honoꝛe
(quem nos ei ſupplices exhibemus) ideo niti-
tur diuinas laudes impedire in nobis.cuiqꝫ nos
reſiſtere non valemus ex noſtris viribus ideo
ſacerdos poſt choꝛi reſponſionem ſtatim petit a
deo adiutoꝛium gratie ſue ad reſiſtendum impe
dimentis diaboli dicens Deus in adiutoꝛium
meum intende quod in pꝛecedenti capitulo de-
claratum eſt.Deinde ſequitur verſus.Gloꝛia pa
tri ⁊ filio ⁊c̄.vt oſtendatur finis ad quem oꝛdina
tum eſt hoc officium nocturnum.quia ad laudē
4 De inuitatoꝛio. ⁊ honoꝛem dei qui eſt trinus ⁊ vn⁹ Ne vero ſa-
cerdos ſolus dei laudes cantet in ſiletio ſed po
tius reſonent in excelſis inuitat alios non ſolū
clericos ſed ⁊ fideles omnes ad aſſiſtendum ſi-
bi in diuinis laudibus ſolenniter peragendis
cum canticis gloꝛie vt vel ſic coꝛtina coꝛtinā tra
hat Exo 29 Et qui audit dicat veni.Apocal.21
ideo ſequitur Inuitatoꝛium ideſt verſiculus q-
dam verbo imperatiuo inuitās alios ad dei lau
des canendas ⁊ quamuis illius verſiculi ꝓ di-
uerſitate officioꝛum verba varientur ſemper ta-
men eadem eſt ſententia eius ſcilicet vt conue-
niant fideles ad laudandum ac benedicendum
deum Hoc inqꝫ Inuitatoꝛium ſacerdos ipſe per
ſeipſum immediate non dicit.ſed per alios qua-
ſi nuncios ſuos.cum ſit ipſe quaſi pater famili-
as qui mittit ſeruos ſuos vocare inuitatos ⁊c̄
quo verſu Inuitatoꝛio a miniſtris pꝛopoſito / ⁊
a toto choꝛo repetito additur ab eiſdem canto-
ribus pſalmus xciiij Uenite exultemus domi-
no in quo redduntur rationes quare deus ſit ab
hominibus continue laudandus quia ratione
ſue maieſtatis ⁊ excellentie.quoniam deus ma-
gnus/ratione creationis ⁊ omnipotentie Quo-
niam ipſius eſt mare/ratione gratificationis ⁊ be
neficentie Hodie ſi vocem ei⁹ Deniqꝫ ratiōe no-
ſtre penalitatis ⁊ miſerie Quadraginta annis
quia enim iudei ſub veteri teſtamento debuerāt
deum laudare ⁊ benedicere pꝛo ſua liberatione
a captiuitate egypti ⁊ pꝛopter alia in eos maxi-
ma beneficia.fueruntqꝫ ei ingrati quia deū non
laudauerunt ſed econtra ſepius contra eū mur-
murauerunt ideo terram pꝛomiſſionis non in-
troierunt:ſed pene omnes in deſerto perierunt.
Eadem ratio erit de nobis Chꝛiſtianis ſub no-
uo teſtamento:ſi ſuper tot ⁊ tantis beneficijs a
deo receptis cōtra deum ingrati fuerimus.quia
non introibimus in terram pꝛomiſſionis ideſt
celeſtis patrie nobis pꝛomiſſe.ſed peribim⁹ om-
nes in deſerto huius miſere vite Hec eſt decla-
ratio huius figure ab apoſtolo tradita pꝛime coꝛ-
rin x.⁊ Hebꝛe.iiij Repetitur autem Inuitatoꝛiū
pꝛedictum ad ſingulos verſus illius pſalmi ſed
omnino ſimiliter ad omnes Nam ad quoſdam
eoꝛum repetitur integre ad alios diminute ad
ſignificandum ſcilicet ꝗ non omnes chꝛiſtiani
audiunt vel recipiunt hanc ſalubꝛem inuitatio-
nem perfecte ſed quidam eoꝛum valde imper-
fecte Repetitur quidem Inuitatoꝛium integre
ſexies pꝛopter illius numeri perfectiōem qua-
tenus fideles perfectos ſignificet Et ter repeti-
tur imperfecte ad ſignificandum illa tria gene-
ra maloꝛum hominum qui ad cenam Domini
inuitati renuerunt eam ⁊ noluerunt venire.qua
les ſunt / ſuperbi / auari/ ⁊ luxurioſi.Et aduer-
tendum ꝗ cantus dicti pſalmi magis eleuatur
ꝗ̄ inuitatoꝛij cantus ad denotandum ꝗ in pꝛi-
mitiua Eccleſia fideles ſubmiſſa voce inuitabā-
tur ⁊ ſecrete veniebant ad officia diuina ⁊ lau-
des dei ſed poſtea data eis libertate inuitaban-
tur publice ⁊ ſonitu campanarum ⁊ ſic palam
veniebant ad hoꝛas canonicas In officijs au-
tem luctuoſis moꝛtuoꝛum ⁊ ſepulture chꝛiſti in-
uitatoꝛium non pꝛemittitur Matutinis ex moꝛe
Eccleſie Romane:quamuis quedam alie eccle-
ſie hoc Inuitatoꝛio vtantur Regem cui omnia
viuunt venite adoꝛemus cum ſuo pſalmo Alie
Eccleſie dicunt pꝛo Inuitatoꝛio illum Pſalmi
verſum Doloꝛes inferni circundederunt me et
gemitus moꝛtis ⁊c̄. Sed tale Inuitatoꝛium nō
dicitur ab eis paſſim ⁊ vbiqꝫ ſed tantum in pꝛe-
ſentia funeris magni vel in anniuerſario ſolen-
ni quando multi inuitantur ad pompam exe-
quiarum. Poſt Inuitatoꝛium ⁊ Pſalmum ei 5 De aliis partibus matutinoꝝ
immixtū cātatur hymnus in officijs nō luctuo-
ſis.ad denotandum ꝗ nō ſufficit immo parum
eſt Deum oꝛe laudare ſed requiritur ad perfe
ctionem laudis diuine ꝗ ille voces pꝛocedant
ex laude interioꝛe que eſt mentis exultatio in
deo/et iucunda deuotio / ⁊ hec per hymnum ſi-
gnificatur vt pꝛius dictum eſt vel poteſt dici ꝗ
inuitatoꝛio adiungitur hymnus letitie cantus vt
inde ſignificetur ꝗ gentiles vocati ad fidem per
iudeoꝛum Apoſtolos leti venerunt iuxta illud
pſalmi audiuit ⁊ letata eſt ſyon Hec hiſtoꝛia
patet in actibus Apoſtoloꝛum Poꝛro quia ad-
huc non ſufficit Deum coꝛde et oꝛe laudare niſi
etiam adiungatur bona operatio relacta in deū
quando opoꝛtunitas occurrerit:adeo poſt inuita
toꝛiū ⁊ hymnū pſalmi adduntur cū ſuis āntipho-
nis in q̄bus (vt pꝛedictum eſt) ſignificatur bo-
na operatio charitate infoꝛmata. Poſt pſalmos

additur verſus in citatiuus auditorum ad atten
tionē pro lectionibus mox futuris Uerum an
teꝙ incipiantur lectiones dicitur oratio domini
ca ſecrete ⁊ in ſilentio. Dicitur inquā ad petēdū
gratiam recte ⁊ ſane intelligentie illius doctrine
que ſtatim legenda eſt ⁊ ſimiliter ad repellenda
impedimenta diabolice inuidie qua perturbare
nititur mētes fidelium a perceptione illius do-
ctrine. Secrete vero dicitur oratio illa. qꝛ tunc ſa
cerdos ad ſolum deum loquitur Ultima tamē
petitio eius ſcilicet et ne nos inducas in tentatio
nem alta voce profertur cum ſua reſpōſione ad
declarandam in tentionem principalem totius
orationis hoc eſt ad vincēdam diaboli tentatio-
nem ne mentes fidelium perturbans a fructu
lectionum priuet. Poſt dominicam orationem
premittuntur lectionibus preces quedā quibus
breuiſſime imploratur ſanctorum dei interceſſio
ad obtinendū ab eo id quod in oratione domini
ca petebatur ſ ꝙ aperiat deus corda fidelium
ad legem ſuam audiendam ne ſemen bone do-
ctrine tunc audiende aut volucres celi comedāt/
aut ſpine ſuffocent/aut in petra que non habet
humorem areſcat. His premiſſis petita benedi-
ctione a preſbitero incipit lectionem primam de
doctrina catholica pro fidelibus cui adiungitur
reſponſorium ſignificans illius doctrine fructum
(vt ſuperius dicebatur) ⁊ conſequenter legūtur
alie due lectiones primi nocturni preuijs benedi
ctionibus ſuis/atqꝫ reſpōſorijs ſequētibus Fini-
to autem primo nocturno eodem modo et ordi-
ne cantantur Antiphone/pſalmi/verſus/ lectio-
nes ⁊ reſponſoria ſecūdi ⁊ tertij nocturni. Quorū
6 numerorum. i. ter trium ternariorum in noctur-
Quare tres nocturni triplicis trini. nis valde rationabilis fuit cauſa inſtitutiōis vel
qꝛ hoc officio nocturno decantantur laudes deo
qui eſt vere trinus ⁊ vnus nimirum ergo ſi huiꝰ
officij partes ternario numero ſint diſtribute: ita
ꝙ in eo ſint tres nocturni/⁊ in quolibet eorū tres
pſalmi/tres lectiones ⁊ tria reſponſoria vel forte
tres iſti nocturni tres fidelium ſtatus denotant
in hac vita. ſ. ante legē/ſub lege veteri/⁊ ſub gra-
tia chriſti. cuius ſignum eſt qꝛ in tertio nocturno
legitur euangelium de doctrina chriſti cui etiam
propter inperfectos additur homelia declaratiua
eius ⁊ qꝛ in quolibet illorum ſtatuum fideles tri
pliciter ſe habuerunt et ideo quilibet nocturnꝰ
eſt tripartitus in pſalmos/lectiones ⁊ reſpōſoria
Ab adam n vſqꝫ ad Moyſen due prime etates
mundi cum medietate tertie tres patriarcharum
ordines habuerūt a Moyſe vſqꝫ ad chriſti aduētū
populꝰ hebreorum tres habuit differēcias ſub
iudicibus/ ſub regibꝰ ſuis/⁊ ſub tirānis alienis.
a chriſto vſqꝫ ad nos tres notiſſimas ſcimus fuiſ
ſe temporum qualitates primam ſcilicet euange
lice doctrine predicationem ſub perſecutione in
fidelium paganorū: ſecundam eiuſdem doctrine
examinationem ſub impugnatione hereticorū
tertiam deniqꝫ pacificam legis chriſtiane obſer-
uationem ſub deuotione religioſorum In quoli
bet etiam differencias ſingulorum ſtatuum fide
les colebant deum tribus modis primo enim in
ſiſtebant operibus bonis/quod ſignificant tres
pſalmi. ſecundo docebant alios fidei veritatem
ſignificatā in tribus lectionibus. tertio fructifica-
bant ad proximorum edificatiōem ⁊ eccleſie dei
augmentationem ad quam pertinent tria reſpō-
ſoria. Et qꝛ ex ternarijs conſurgit nouenariꝰ. ideo
ex tribus tripartitis nocturnis conficitur officiū
matutinale nouenarium immo quilibet noctur
nus per ſe eſt nouenarius. quatenus per hoc ſi-
gnificetur ꝙ ſancti dei homines in quolibet ſtatu
per bona opera/per ſanam doctrinam/⁊ ꝑ deuo
tam fructificationem in proximos meruerunt ef-
fici conciues angelorum qui etiā tribꝰ trinis hie
rarchijs numerati perficiunt nouenarium in cō-
tinuis dei laudibus de quibꝰ dicitur in pſalmo
beati qui habitant in domo tua domine in ſecl'a
ſeclorꝫ laudabunt te Ad illius ergo eccleſie triū
phantis imitationem hoc matutinale officium
inſtitutum eſt. quo ſub nouenario ſuarum parti
um quotidie deum laudemus cum angelis at-
tendetes in antiphonis dilectionem/in pſalmis
operationem/in verſibus attentionem/ in lectio
nibus cognitionē ac demum in reſponſorijs fru-
ctificationem Uerūtamen Romana eccleſia cū
quibuſdam alijs quādo in officio nocturno can-
tatur Te deum laudamus dimittit nonum reſ-
ponſorium putans ꝙ ille hymnus equiualeat
reſponſorio ⁊ ſuppleat ipſum ſignificat etiam ꝑ
hoc ꝙ totum officium matutinale tendit ad lau
des dei. vel etiam ꝙ homines digne deum lau-
dantes cantabunt nonum reſponſorium in con-
ſortio angelorum vbi perficiet nouenarius qui
in hac vita inperfectus eſt. Predicti tamen nu-
meri nocturnorum/pſalmorum/lectionum/⁊ reſ
ponſionum (qui in feſtiuitatibus ſanctorum aſſi
7 due obſeruatur) in officijs de tempore dominica In matutinis ipſis alijs numeri obſeruātur.
libus ⁊ ferialibus atqꝫ in vigilijs ſanctorū mutā
tur in alios numeros tū maiores tum et mino-
res non ſine alicuius miſterij rationabili cauſa
In dominicis ſiquidem diebus licet tres noctur
ni cantentur in matutinis cum nouem lectioni-
bus ⁊ totidem reſponſorijs tamen in primo no-
cturno ponuntur duodecim pſalmi in alijs autē
duobus terni pſalmi cum ſingulis antiphonis
more ſolito cantantur In diebus etiā ferialibꝰ ⁊
in vigilijs ſanctorum Matutini non habent niſi
vnum nocturnum duodecim tamē pſalmorum
cum tribus tamen lectionibus ⁊ totidem reſpō-
ſorijs Inſuper in duodecim pſalmis primi no-
cturni dominicalis ⁊ vnici nocturni ferialis nu-
merus antiphonarum variatur nec ſinguli pſal
mi ſingulas habent antiphonas ſicut in alijs
diebꝰ feſtiuis. qꝛ in die dominico duodecim pſal
mi predicti cum tribus tamen antiphonis cātan
tur ita ꝙ quaternis pſalmis adaptetur vna ſo-
la antiphona immo apud quaſdā eccleſias vna
etiam ſola glorificatio i vnum gloria patri In
diebus autem ferialibus duodecim pſalmi cum
ſex antiphonis cantantur: ita ꝙ binis pſalmis
apponatur vna antiphona. ⁊ ſecundum quoſdā

vna glorificatio Horum omnium rationes dñs
Guillelmus in ſuo rationali aſſignare volens
imaginat⁹ eſt q̄dam myſteria ibi ſignificari De
Prima opinio de dieb⁹ dñicis. nocturno eñ primo dñicali ait ꝙ cum dies dñi-
cus ad chriſti reſurrectionem pertineat (in quo
etiam ſanctorum omnium reſurrectio inchoata
eſt) ⁊ primus nocturnus iam fuerit adaptatus
patriarchis legis nature. quorum precipui fue-
re duodecim quos paulo inferius nominabim⁹
tandemq̄ʒ patriarchaꝝ numerus ad duodecim
filios Jacob fuerit terminatus (qui ⁊ ipſi fuere
patres totius populi veteris legis ſcripte) con-
ueniens fuit primo nocturno dici dominici duo
decim dicare pſalmos quorum duodecimus
Dñe quis habitat (reſurrectione ſanctoꝝ patri-
archarū videtur reſonare Sed q̄ꝛ ad ſuam reſur
rectionem peruenire non potuerunt ſine ſtructu-
ra trium virtutū Theologalium ⁊ quattuor car-
dinalium ideo illi duodecim pſalmi ſub tribus
antiphonis per quaternarios diuiſi cantantur
et iuxta tres diſtinctiones temporis patriarcha-
rum ſuperius enarratas coaptari debent eis ter
quaterni pſalmi hoc modo In prima eñ parte
illius temporis (dimiſſo Adam primo peccato
re) quattuor viri iuſti p̄ncipaliores fuere Abel/
Enos/Enoch/⁊ Lamec quibus dicit ſatis apte
correſpondere quattuor primos pſalmos primi
nocturni dñicalis ſi bene notentur aliqui v̄ſus
eorum aliqualiter inſinuantes illorum ſanctoꝝ
proprietates In ſecunda parte illius temporis
precipui ſanctorū fuere hi quattuor Noe/Sem/
Heber/⁊ Thare quibus applicantur quattuor
ſequentes pſalmi eiuſdē nocturni vt videri po
teſt ex aliquibus eorum verſibus In tertia par-
te temporis legis nature principaliſſimi ſancto
rum fuere etiam quattuor iſti Abraham/Yſaac/
Jacob/⁊ Joſeph quibus dicit conuenire quat-
tuor finales pſalmos primi nocturni dñicalis
Scd's nocturnus iam ad ſctōs veteris legis ſcri-
pte refertur q̄ ſub tribus pſalmis tres coꝝ ordi-
nes denotat ſacerdotes/iudices ⁊ reges tenēdo
ordinem pſalmorum ⁊ illarum p̄ſonarū ⁊ quia
iſti ſancti habuerunt fidem magis explicitam
q̄ȝ precedentes patres in lege nature. propterea
in hoc ſecundo nocturno cuilibet pſalmo datur
ſua antiphona ſuaq̄ʒ propria glorificatio Terti⁹
item nocturnus ſanctis noui teſtamenti dicatus
ſuis tribus pſalmis tres coꝝ ſtatus Apoſtolos/
Martyres/⁊ Doctores/inſinuat p̄ ordinem pſal
morum ⁊ ſtatuum Antiphoneq̄ʒ iſtoꝝ pſalmoꝝ
ſingule ad All'a terminātur ad ſignificandū ma
iorem illoꝝ ſanctoꝝ p̄fectione atq̄ʒ leticiā ſpūale
in operibus mandatoꝝ dei Unde etiā iſte noctur
nus cōtinuatur laudibus mediante hymno Te
De dieb⁹ ferialib⁹ deū laudam⁹ In dieb⁹ vero ferialibus ⁊ in vigi-
lijs ſanctorū ait ille doctor ꝙ duodecim pſalmi
cantanť in vnico nocturno tum ꝓpter breuitate
q̄ꝛ illi dies ſunt dieʒ laboris corpalis in quibus
non eſt fidelibus tantum ocij ad vacandū lau-
dibus diuinis ſicut in feſtiuis diebus tum quia
non debet fieri tanta ſolennitas in ferialib⁹ offi-
cijs ſicut in dominicalib⁹ ⁊ ſanctoralibus. ideo
tunc contrahitur officium matutinorum ad vnū
tantum nocturnum tum deniq̄ʒ ad ſignificādū
ꝙ illud officium dirigitur ad laudandum deum
pro duodecim horis vnius noctis Et q̄ꝛ ex pre-
cedentibus conſtat ꝙ antiphona charitatem ſi-
gnificat que gemina eſt ad deum ⁊ ad proximū
duobus preceptis diſtincta. propterea in officio
feriali matutinorum quibuſlibet duobus pſal-
mis datur vna antiphona Et eadem ratiõe ali-
que eccleſie dant eis vnum Gloria patri vt ni-
hil ſit mediū inter illos duos pſalmos ſicut nec
inter charitatem dei ⁊ proximi qui ſolum ꝓpter
deum eſt charitate diligendus Qui vero cuili-
bet pſalmo ſuum Gloria patri apponunt me
dium facientes inter duos pſalmos ad chriſtū
reſpiciunt qui fuit mediator dei ⁊ hominū Ex
tali itaq̄ʒ ordine nocturni officij ferialis reſultat
in eo ſenarius antiphonarum et glorificationū
qui rep̄ſentat ſex dies ſeptimane in q̄bus labo-
randum eſt fidelibus ꝓ ſua ſuſtentatiõe vel etiā
ſex mundi etates in q̄bus ſancti dei hoīes labo
rauerunt ex charitate propter quietem ſeptime
etatis Poteſt etiam idem numerus ſignificare
ſex cuiuſlibet hoīs etates poſt ſuā infantiam in
q̄bus debet iuſto labore proficere ⁊ ſibi ⁊ proxi-
mis exercendo in eos ſex op̄a miſericordie que
ex charitate ꝓcedunt Sed ne ex conſideratione
p̄dicta numeri ſenarij ternarium horis noctur-
nis p̄ neceſſarium neglexiſſe videremur in die-
bus ferialibus ſtatim poſt duodecim pſalmos
predicto ordine cātatos p̄miſſo verſu incitatiuo
cum orõne dñica leguntur tres lctões de hiſto
ria currente in illa hebdomada ad ſignificādū
doctrinā ſanctoꝝ patrum triplicis legis nature/
ſcripture/⁊ grẽ Interponunť quoq̄ʒ lectionibus
ferialibus tria reſpõſoria ad innuendū ꝙ oīa il-
la q̄ p̄dicti ſancti triū temporū docuerunt dirige-
bātur principaliter ad laudem diuine trinita-
tis quam etiam fide/ſpe/charitate coluerunt
vel per tres illas lectiones cum ſuis reſponſo-
rijs idem ſignificare voluerunt autores officio-
rum in die feriali quod p̄ tres nocturnos in die
dominico vel feſtiuo: ſed breuius propter cauſas
predictas poſſunt etiam in hoc ternario lectio
num denotari tres ille vigilie noctis quas chri
ſtus in euangelio expreſſit dicens ꝙ pater fami
lias ſi in prima ⁊ ſi in ſecunda ⁊ ſi in tertia vigi
lia venerit ⁊ ſeruos ſuos inuenerit vigilantes
⁊c Per quas vigilias tres principales partes vi
te hominis intellexit Diuinus Gregorius iuue-
tutem ſcilicet ſenectutem ⁊ mediam etatem in q̄-
bus vigilare ac laborare debet maxime in die-
bus ferialibus Aduertendum etiam ꝙ in heb-
domada Paſchali et Penthecoſtes ad alleuiā-
dum laborem ſacerdotum propter ſolennita-
tem officij tam in die dominico q̄ȝ in ferijs nō fit
niſi vnus nocturnus ex tribus tantū pſalmis in
matutinis cū ſingulis antiphonis ⁊ glĩficatiõib⁹
Et tribus lectionibus quarum prima eſt euan
gelium alie due ſunt de homelia. quibus addū-

tur tria reſponſoria ſed propter hoc non mutat
officij ſignificatio predicta. ex quo ibi obſeruan-
tur numeri ternarius ⁊ nouenariꝰ ſicut in alijs
diebus omnibus Hec dominus Guillelmus in
Secũda opinio clarior. ſententia. Ego vero ſolam rationem litteralem
intendens facilius breuius ⁊ clarius dicerem ad
has queſtiones ex determinatis in principio p̄-
cedentis capituli circa autores diuinorum offi-
ciorum Nam cum pſalmi totius pſalterij ſint
centum ⁊ quinquaginta ⁊ eorum primi centum
et octo fuerint a beato Hieronymo ex mandato
Damaſi pape in ſeptem partes diuiſi ꝓ noctur-
nis officijs totius ſeptimane. que partes ſi om-
nes fuiſſent equales ⁊ duodenario non comple-
rent totum numerum predictum (quia ſepties
duodecim ſunt preciſe octoginta quattuor) re-
manerent ergo viginti quattuor pſalmi matuti-
nales quos oportuit diſtribui iterum per dies
hebdomadis Ergo propter excellentiam diei
dominici decretum eſt ſibi fieri aliquam additio
nem in officio matutino ſup omnes alios dies
ſeptimane et ita p̄ter ſuos duodecim pſalmos
quos omnes ponimus in primo nocturno ad-
diti ſunt ei ſex alij pſalmi pro alijs duobus no-
cturnis Remanent autem adhuc decem ⁊ octo
pſalmi collocandi per alios dies ex quibus q̄r-
tus pſalmus Cum inuocarem ⁊ pars trigeſimi
In te domine ſperaui atq; nonageſimus pſal-
mus Qui habitat propter eorum ſignificationē
conuenientem donati ſunt completorio quoli-
bet die totius hebdomadis cantandi In prima
etiam dominicali additi ſunt quinq; pſalmi iſti
vigeſimus primus Deus deus meus reſpice vi
geſimus ſecundus Dominus regit me vigeſi-
mus tertius Domini eſt terra vigeſimus quar-
tus Ad te leuaui vigeſimus quintus Iudica
me domine Additur etiam in prima omnibus
diebus ſeptimane pſalmus quinquageſimꝰ ter
tius Deus in nomine tuo In laudibus vero
diei dominici ⁊ omnium aliorum feſtorum po-
nuntur quattuor iſti pſalmi nonageſimus ſecū-
dus Dominus regnauit nonageſimus nonus
Iubilate deo ſexageſimus ſecundus Deus deꝰ
meus ad te et pſalmus ſexageſimus ſextꝰ Deꝰ
miſereatur et ita remanent adhuc ſex pſalmi
collocandi per alios ſex dies feriales in laudibꝰ
hoc modo q̄ pſalmus quinquageſimus Miſe-
rere mei deus primo loco ponitur in laudibꝰ in
omnibus ferijs Secundo autem loco variātur
pſalmi per ferias ⁊ ibi collocantur alij quinq;
pſalmi remanentes ſcʒ quintus pſalmus Ver-
ba mea pro feria ſecunda. quadrageſimus ſecū-
dus Iudica me deus pro feria tertia ſexageſimꝰ
quartus Te decet hymnus ꝓ feria quarta. octo-
geſimus nonus Domine refugium pro feria q̄n
ta ⁊ nonageſimus primus Bonum eſt cōfiteri.
pro die ſabbati in laudibus aut ferie ſexte pſal-
mus ſecundus ex alia parte pſalterij veſperali
acceptus eſt Ex p̄dictis ergo patet ratio q̄re in
primo nocturno diei dn̄ici poſiti ſunt duodecim
pſalmi ⁊ in quolibet die feriali pro vnico noctur

no etiam duodecim pſalmi ⁊c. quia hoc totū fa-
ctum eſt vt diſtribueretur prima pars pſalterij
que dicta eſt matutinalis per dies ſeptimane q̄
diſtributio aliter fieri non poterat ita bene Alij
autem quadraginta duo pſalmi ſecunde partis
pſalterij officijs veſperorum conceſſi ſunt diſtri-
buendi in ſeptem partes quarum quelibet ha-
bet q̄nq; pſalmos qui omnes ſunt triginta q̄nq;
incipiendo a pſalmo centeſimo nono Dixit do-
minus. ⁊ procedendo per ordinem. Reſidui ve-
ro ſeptem pſalmi hoc ordine diſtribuuntur. quia
pſalmus centeſimus decimus ſeptimus Confi
temini domino additur prime dominicali poſt
Deus in nomine tuo pſalmus vero centeſimus
decimus octauus Beati immaculati cantatur
in quattuor horis diurnis Prima / Tertia / Se-
xta et nona ſingulis diebus ſeptimane pſalmꝰ
autem centeſimus trigeſimus tertius Ecce nūc
benedicite adiungitur alijs tribus predictis in
completorio vt habeat quattuor pſalmos vt in-
ferius declarabimus Pſalmus item centeſimꝰ
quadrageſimus ſecundus Domine exaudi vt
prius diximus ponitur ſecundo loco in laudibꝰ
ſexte ferie Demum alij tres pſalmi remanentes
ideſt centeſimus quadrageſimus octauus Lau
date dominum de celis ⁊ centeſimus quadrage
ſimus nonus Cantate domino ⁊ centeſimꝰ q̄n-
quageſimus Laudate dominum in ſanctis eiꝰ.
pro vno pſalmo cantantur quinto loco in laudi
bus omnibus diebus ſeptimane. Horum ratio-
nes inferius in ſuis locis reddentur pro nunc
ſatis eſt q̄ declarabimus hanc pſalmorū diſtri-
butionem factam eſſe ad hoc vt in circulo viniꝰ
hebdomadis totū pſalteriū abſolueret in horis
diuinis ex mādato damaſi pape diuo Hierony-
mo autore. Tādē vero in diebꝰ dn̄icis ⁊ feſtiuita
tibꝰ ſctōꝝ finito tertio nocturno cātat ſolēniter hym S Te deum laudamꝰ
nus Te deū laudamꝰ in iubilo vocis ad ſignifi
candum q̄ in tertio tp̄e ſ legis euāgelice fideles
ſerui dei magis clare ⁊ cū maiori gaudio deum
laudant: q2 maiora bn̄ficia eis collata recognoſ-
cūt. q̄ oibꝰ alijs p̄teritis generationibꝰ maxime
q2 in eis impleuit deꝰ oēs ꝓmiſſiones q̄s olim
deꝰ fecerat antiq̄s p̄ribꝰ de filio ſuo mittēdo ad
nos ꝓ liberatiōe totiꝰ hūani generis vel moralr
ꝑ hunc hymnū denotat q̄ ſi nos bonis operibus
rn̄derimꝰ doctrine ſcte mr̄is eccl'ie ꝑueniemꝰ ad
celeſte laude dei cū angelis in gl'ia de q̄bus fit
mētio in iſto hymno ſimulq; ad reſurrectionis
gaudiū ꝑducemur qđ ſignificat dies dn̄icꝰ Hūc
laudis cāticū ſicut ⁊ alios hymnos eccl'ie ſancti
doctores ediderūt excerpētes aliq̄ ex ſacris ſcrip-
turis biblie nec dr̄ iſte hymnꝰ in diebꝰ ferialibꝰ
nec in vigilijs ieiunādis nec in officijs luctuoſis.
q̄ laborē ⁊ triſticiā ſalubrē ſignificant. Finito hoc
hymno (vel q̄n ipſe nō dr̄) poſt nonū reſpōſoriū
additur verſus a ſacerdote quo incitare intendit
auditores ad permanendū adhuc attētos ad of-
ficium diuinū nondū completū ſed adhuc ſuſpē
ſum in futurum Eſt enim ille verſus (vt ſupius
diximꝰ) trāſitus q̄dam a nocturnis ad laudes.

9 De laudibus matutinis.

de quibus iam dicendum est. Laudum propria hora est crepusculum matutinum. i. in ortu luciferi et iam rutilante aurora. et illa hora est multipliciter priuilegiata diuinis mysterijs. tum quia in ea creasse dicitur angelos qui statim deum laudauerunt et propterea dicuntur astra matutina. Job 38. tum quia in illa hora liberauit populum suum a captiuitate egyptijs in mare demersis tum quia illa hora christus venit ad discipulos suos ambulans super mare et liberauit eos a submersione. tum deniq3 quia in aurora surrexit christus a mortuis: per quam suam resurrectionem nos transtulit de tenebris erroris ad lucem veritatis fidei catholice et religionis sancte Propterea prudenter factum est vt laudes immediate adiungantur nocturnis quibus non datus est aliquis finis sicut alijs horis canonicis quatenus per hoc ostenderetur nocturnos et laudes vnum tantum esse officium vnamq3 horam canonicam ad dei laudes decantandas ordinatam. Dicitur tamen hec pars vltima matutinorum appropriato nomine laudes (cum generaliter omnes hore canonice sint diuine laudes) quia omnes psalmi eius/omnes antiphone/hymnus et canticum Zacharie magis clare resonant laudes dei seu benedictiones et gratiarum actiones quam in alijs horis canonicis vt patet ex vocabulis laudis/et benedictionis ibidem frequentissimis Incepturus vero sacerdos laudes imprimis diuinum imploret auxilium ad eas digne pagendas per versiculum Deus in adiutorium etc. Et finito Gloria patri. cantor intonat primum psalmum preuia sua antiphona et consequenter per omnes alios psalmos Sed antiphonarum qualitas et numerus in laudibus multipliciter variantur pro diuersitate diocesum/officiorum et temporum anni quarum particulares rationes hic omittimus vbi doctrine tantum communi diuinorum officiorum intendimus Forma et artificium istarum laudum omnino similis est officio vesperorum nam cantantur omni die in laudibus quinq3 psalmi. tum ad notandas quinq3 apparitiones christi ad suos discipulos in die resurrectionis significate in die dominico tum ad impetrandam gratiam a deo pro reformatione quinq3 sensuum nostrorum quibus per diem mox incipientem vti debemus vigilantes tum deniq3 ad laudandum deum pro suis magnis beneficijs specialiter collatis populo christiano qui in toto procursu sexte etatis quinq3 varietates statuum dicitur habere a quibusdam sanctis vt paulo inferius declarabimus Unde patet ratio quare (cum psalmi qui cantantur in laudibus ante hymnum sint septem vt patet ex supradictis) reducti sunt ad numerum quinarium concludendo duos vel tres psalmos sub vno Gloria patri. hoc enim factum est propter sacramentum numeri quinarij qui in hoc officio maxime est obseruandus et non excedendus Sancti vero doctores rationabiliter adaptarunt hoc officium laudum ad figurandum totum discursum ecclesie christiane a natiuitate christi vsq3 ad finem mundi. quia enim tres nocturnos triplicibus fidelibus legis nature/scripture et gratie comparauerant. et per hymnum Te deum laudamus. aduentum christi et principium ecclesie sue significauerant. conueniens visum est vt officium laudum adderetur ad denotandum (vt diximus) procursum populi christiani in hac sexta mundi etate In quo tempore quintuplex fidelium status manifeste cognoscitur et cuilibet eorum vnus aptatur psalmus laudum maxime dominicalium Primus status christianorum fuit in populo et patria Judeorum vbi regnum christi incepit nam ipse primo deinde apostoli eius fundamenta fidei et religionis christiane sua predicatione firmauerunt quod manifeste designat primus psalmus laudum Dominus regnauit Secundus fidelium status fuit in transitu discipulorum christi ad gentilitatem dispersis illis per vniuersam terram ad conuertendas omnes gentes ad fidem christi et huic statui correspondet psalmus secundus laudum Jubilate deo omnis terra Tertius status christianorum fuit post conuersionem gentilium et suppressionem hereticorum pacata iam ecclesia in omni terra vt quiete et secure possent intendere laudibus diuinis et salutaribus sacramentis qualem statum nos habemus iam a multis annis ex dei clementissima bonitate et hunc statum significat tertius psalmus laudum Deus deus meus. cum alio psalmo Deus misereatur nostri. sibi adiuncto: quod notari potest ex principalioribus versibus eorum Quartus fidelium status in hac sexta etate mundi erit post nostra tempora sub persecutione antichristi positis christianis quasi in camino ignis i magne tribulationis qualis non fuit a principio mundi Et illius tyranni figura fuit Nabuchodonosor rex Babylonis qui seruos dei misit in fornacem ignis quem statum clarissime designat canticum eorum Benedicite omnia opera domini. Danielis 3 quo ipsi in igne positi benedicebant deum in omnibus suis operibus et illo modo se habebunt in tribulatione antichristi. Quintus status fidelium erit post mortem antichristi circa finem mundi quo tempore ecclesia dei in omnibus membris suis reformabitur quantum ad fidem et mores infidelesq3 omnes gratia dei illustrati conuertentur ad christum: et sic eum laudabunt vniuerse creature sue. talem itaq3 temporis qualitatem aperte demonstrat quintus psalmus laudum Laudate dominum de celis cum duobus sequentibus quia omnes illi tres psalmi ad hoc vnum propositum faciunt manifeste Ratio autem quare tertius in laudibus psalmus est binus et quintus est trinus tresq3 complectens psalmos in promptu esse potest: quia tertius christianorum status bifariam est variatus in temporalibus scz per prosperam et aduersam fortunam/vel per pacem et bellum christianorum inter se propter bona huius vite/vel propter varios successus belli contra infedeles sarracenos in quibus fideles aliquando vincebant et aliquando vincebantur

Cursarius psalmorum in laudibus dominicalibus

Prima opinio.

tur ab infidelibus Quintus etiam ſtatus in fine mundi tres habebit differentias incipietur enim ſub perſecutione Antichriſti / mediabitur in reformatione/⁊ finē habebit in generali mortuorum reſurrectione Alij vero tres ſtatus chriſtianorum ſimplices fuere ideſt vniformes in ſe ipſis quia non conſtat eos tales habuiſſe diuerſitates ideo ſimplicibus pſalmis deſignati ſunt.

Secūda opinio verior. Sunt etiam qui aliter dicant de iſtis quinqʒ pſalmis laudum dominicalium ſcilicet ꝙ ordinati fuerunt ad laudandum deum pro quinqʒ principalibus beneficijs eius exhibitis toti humano generi vniuerſaliter ⁊ populo fidelium ſpecialiter In primo enim pſalmo Dominus regnauit laudatur deus de beneficio creationis quo firmauit orbem terre ideſt terram habitabilem pro hominibus ſeparando aquas ab eo In ſecundo pſalmo Jubilate deo aguntur deo gratie de beneficio electionis populi fidelis quo ſeparauit eum ab infidelibus/primo in Diluuio ſecundo in Abraham/ tertio in Moyſe ſub quo etiam fidelibus ſuis Deus legem ⁊ cerimonias iuſtaqʒ iudicia dedit ad maiorem ſui populi decorem. In tertio pſalmo laudum duplici fideles laudant deum de beneficio liberationis ſui populi a duplici captiuitate ſcilicet egyptiaca et babilonica quas illi meruerant pro ſuis peccatis In quarto loco per canticum trium puerorum benedicitur deus a fidelibus de beneficio redemptionis omnium fere populorum a morte peccati ⁊ a poteſtate diaboli per incarnationem ⁊ aduentum filij dei ad nos qui viſitauit nos oriēs ex alto. Nam ipſe per doctrinam/ per paſſionem ⁊ per reſurrectionem ſuam liberauit nos a predictis malis vnde per omnes creaturas dei que in hoc cantico introducuntur ad benedicendum deo debent intelligi omnes hominum nationes ſiue iudeorum ſiue gentilium cōprehenſe in miſterio redemptionis Hinc etiam patet ratio quare illud canticum nō terminetur ad Gloria patri. quia omnes verſus eius gloriā/ laudē ⁊ benedictionem dei reſonāt verum ad explicādas tres pſonas diuinas que Danielis 3 non expreſſe nominantur appoſuit eccleſia illi cantico verſum illum Benedicamus patrem et filium cum ſancto ſpiritu ⁊c In quinto pſalmo laudum (ex tribus compoſito) laudatur deus a ſuis fidelibus pro beneficio glorificationis eorū quam habēt hic in ſpe ⁊ ſolo iure in alia autem vita habebunt illam gloriam in re ipſa ⁊ vera poſſeſſione. Et quia ad illam ſunt admittendi homines ex omnibus gentibus/populis tribubus ⁊ linguis vt dicitur Apocalyp 7 ideo i hoc pſalmo introducuntur ad laudandum deum homines creature pro gloria ſanctorum de qua ibidē dicitur gloria hec eſt omnibus ſanctis eius Veruntamen quia preter gloriam eſſentialem ſanctorum ( que eſt viſio fruitiua dei et communis omnibus ſanctis)ponitur alia gloria accidentalis aureola dicta que non communicatur omnibus/⁊ eſt triplex aureola Martirum/ virginum et doctorum ideo iſte quintus pſalmus hanc gloriam vtramqʒ ſignificans complectitur tres pſalmos ſub vno gloria patri Poſſet etiam dici ꝙ iſte ternarius in vnitate glorie deſignat diuinam maieſtatem. que eſt vna in trinitate perſonarum Poteſt etiam hoc referri ad tres angelorū hierarchias ad quas ſancti homines ſunt aſſumendi Sed de ſupradicto q̄nario pſalmorū in officio laudum quedam alie ponuntur rationes in libro rationali domini Guillelmi ⁊ quilibet etiam vir doctus pro ſuo arbitrio poſſet alias excogitare omnium tamen aliarum probabiliores ſunt iſte due opiniones quas hic notauimus

10 De laudibus ferialibus. In diebus vero ferialibus aliqui predictorum quinqʒ pſalmorum mutātur ⁊ valde rationabiliter nam cum illi dies ſignificent fidelis populi labo[rem] ſicut dies dominicus quietem et gloriam reſurrectionis primus ille laudum pſalmus Dominus regnauit qui eſt glorie ⁊ letitie tollitur ⁊ loco eius ponitur pſalmus Miſerere mei deus. qui laborem ⁊ penitentiam denotat Simili fere ratione pſalmus ſcd̄s laudū Jubilate deo ſubticetur in ferijs ⁊ loco eius ponuntur in diuerſis diebus alij pſalmi quos ſex vltimos ſuperius in diſtributione notauimus eoſqʒ aliqui volunt aptare ad ſignificandos ſex varios ſtatus chriſtianorum in hac ſexta mundi etate que eſt tempus peregrinationis ⁊ laboris eorum Sed quia hoc nullam habet certitudinem conſulto relinquimus Quarto loco in laudibus ( tertio pſalmo non variato ) legitur canticum aliquod ve.le ⁊ in diuerſis ferijs varium Nam ſicut in die dominico legitur canticū puerorum Benedicite omnia opera domini domino Danielis 3 ita in feria ſecunda legitur canticum Eſaie 12 Confitebor tibi domine feria tertia canticum Ezechie Ego dixi in dimidio dierū Eſa 38 feria quarta canticum Anne Exultauit cor meum primi Regum 2. feria quinta canticum Moyſi ⁊ Marie Cātemus domino Exodi 15. feria ſexta canticum Abacuch 3 Domine audiui auditum Sabbato deniqʒ iterum ponit aliud canticum Moyſi Audite celi Deutero 32 Ratio iſtorum canticorum in talibus diebus poſitorum nulla certior mihi occurrit q̄ʒ vt cantica diuine laudis a patribus antiquis edita non dimitterentur in officijs eccleſiaſticis ad noſtram inſtructionem valde vtilia ⁊ differentia perfectionis eorum ex ſuo ordine notatur vnde canticum trium puerorum excelentius alijs omnibus oſtēditur quia primo in die dominico collocatur Dominus autem Guillelmus in ſuo rationali hec ſex cantica comparauit ſex pſalmis ſecundo loco poſitis in laudibus ferialibus ⁊ cum talibus binarijs diſcurrit per ſex ſtatus fidelium in eccleſia chriſtiana vt in eis ſignificet proprietates illorum ſtatuum ſed quia hec adaptatio eſt mere voluntaria ⁊ nullum habet certū fundamētum eam nolui recitare breuitatis gratia Quintus deniqʒ pſalmus laudum non mutatur ſicut nec tertius in diebus ferialibus quia in eis

cõmemorantur bona opera ⁊ virtutes ſine qui-
bus nullo vnq̃ tempore placuit deo labor vel
Capl'm. penitentia hominis Jam vero finitis q̃nq̃ pſal-
mis laudum in quolibet die ſeptimane ⁊ etiam
in diebus feſtiuis preſbyter legit capitulum i.
paruam quãdam lectionem qua ortatur fideles
ad perſeuerandum adhuc in dei laudibus ſed
talis lectio variatur pro diuerſitate dierum ⁊ fe-
ſtiuitatum. Ratio autem continuationis huius
lectionis ad quinq̃ pſalmos precedentes dicta
eſt in nocturnis vbi idem ſimiliter fiebat quia
ſcilicet bone operationi debet addi doctrina vt
Hymnus conuenienter ⁊ recte agatur Poſt capitulum in
communi vſu eccleſiarum cantatur hymn⁹ loco
reſponſorij.quod immediate additur lectioni in
omnibus horas exceptis laudibus/veſperis/⁊ cõ-
pletorio ad ſignificandum ( vt diximus in no-
cturnis) fructum bone doctrine in auditoribus
Et ratio poſitionis hymni in hoc loco laudum
poteſt eſſe duplex. tũ quia iam preceſſerãt in no-
cturnis ( qui laudibus continuati fiunt vna ho-
ra canonica cum eis ) plura reſponſoria poſt le-
ctiones tum quia natura huius officij laudum
magis requirebat hymnum q̃ reſponſorium
poſt lectionem nam fidelis populus audita ſa-
lubri exortatione de laudibus dei letatur ⁊ ideo
in iubilo cantat hymnum ad laudem dei De
veſperis autem ⁊ completorio quare non habe-
ant reſponſorium poſt lectionem:alia ratio eſt q̃
Verſus. inferius ſuo loco dicetur. Expleto hymno addi-
tur verſus excitans fidelium attentionem ꝓ cã-
tico noui teſtamenti quod in predictis trib⁹ offi-
cijs immediate ſequitur ex ſpeciali priuilegio ſu-
per omnes alias horas canonicas verſus ergo
ille canticum precedens facit fideles attentos ad
ipſum ne ſint tardi vel diſtracti aut ſomnolenti
ad audiendas in eo ⁊ firmiter credendas dei ꝓ-
miſſiones que in fallibiliter implentur in popu-
Cãticum lo dei In laudibus ergo introducitur canticum
zacharie. Zacharie patris Joannis baptiſte Benedictus
dominus deus iſrael Luce.1 quia in eo fit mẽ-
tio de promiſſionibus dei factis ad patres anti-
quos quas omnes deus impleuit ſuo tempore:
et ſimul cum hoc innuit nobis vt caueamus ab
incredulitate circa promiſſa dei ne puniamur
ſicut Zacharias Et ponitur hoc cãticum in of-
ficio laudum omni die ſeptimane ⁊ in omnibus
feſtiuitatibus ſanctorum:nec pretermittitur etiã
in officijs luctuoſis quia iuxta apoſtoli manda-
tum omni tempore debemus laudare deum in
pſalmis/hymnis/⁊ canticis ſpiritualib⁹ Et lau-
damus deum in iſto cantico de magna ſua cle-
mentia erga nos quia viſitauit nos oriẽs ex al-
to ⁊ fecit redemptionem plebis ſue in magna
miſeria iacentis Qua etiam de cauſa ad eſt ꝓ be-
neficio redemptionis recolendo ponitur iſtud
canticum in ſexto loco poſt quinq̃ pſalmos lau-
dum cantaturq̃ ante ſolis ortum quia in eo fit
mentio de aduentu redemptoris in ſexta mun-
di etate poſt quinq̃ alias iam elapſas Explica-
tur etiam in eo ortus vel natiuitas Joannis ba-
ptiſte qui velut lucifer ante ſolem chriſtum ve-
nit predicans ⁊ baptizãs vnde ibi dicitur Et tu
puer propheta altiſſimi vocaberis ⁊ preibis an-
te faciem domini parare vias eius Cantamus
autem canticum iſtud non ſedentes ſed ſtantes.
quia ſumitur ex euangelio legis noue ad quod
audiendum ſurgere ſolemus Poteſt dari alia
ratio omnium eorum que dicta ſunt de iſto can-
tico Zacharie:ſcilicet/q2 in eo fit mentio de my-
ſterio redemptionis noſtre qui eſt principaliſſi-
mus finis creatus propter quem inſtitute ſunt
a ſanctis doctoribus omnes laudes diuinorum
officiorum hoc ad recolendum et regratiandum
deo maximum ⁊ potiſſimum ſuorum benefi-
ciorum in nos Jdeo ponitur quotidie in fine
laudum et officiorum noctis in aurora quando
nox finitur vt inde cognoſcatur q̃s ſit finis prin-
cipalis omnium laudum diuinarum. Et iſta etiã
ratio poteſt reddi de poſitione canticorum in
veſperis ⁊ completorio circa finem diei.q̃uis in
ſuo loco preter hanc communem alie ꝓprie aſ-
ſignabuntur rationes de illis cãticis Finito cã-
tico repetitur antiphona eius integra que dile-
ctionem ſignificat quam debem⁹ habere in dei
laudib⁹ Unde ad hoc magis explicandum of-
fertur incenſum in altari dum cantatur Bene- Incen-
dictus cum ſua antiphona quia deuotio noſtra ſum.
ex igne charitatis procedens eſt deo offerenda
iuxta dictum pſalmiſte. Dirigatur oratio mea ſi-
cut incenſum in conſpectu tuo domine Et inter
alia que ex deuotione noſtra deo offerimus de-
bemus etiam cãticum iſtud glorioſum ex nimia
charitate deo offerre Uenit aũt iſte vſus incẽſan-
di altare dei ex lege.ve.in qua deus p̃cipiebat q̃
in altari timiamatũ ſemp eſſet ignis ⁊ q̃ põtifex
certis dieb⁹ feſtiuis intraret ſcta ſctoꝝ ad offeren-
dũ incẽſum deo vt patet de Zacharia Luce i. et
q̃ ſacerdos hebdomadarius bis in quolibet die
ſcz mane ⁊ veſpere offerret incẽſum in altari.qđ
etiã factitat ſacerdos euãgelic⁹ in laudib⁹ ⁊ veſ-
peris Tandẽ in dñicis dieb⁹ ⁊ feſtiuis finita an-
tiphona cantici p̃ſbyter alta voce oib⁹ alijs ta-
centib⁹ ⁊ audientib⁹ orõnẽ dicens finẽ imponit
matutinis ⁊ toti officio nocturno cũ bñdicamus
dño a miniſtris eius cantato De quo modo cõ-
muni finiendi horas canonicas in capitulo p̃ce-
denti dedim⁹ rõnem Attamen in dieb⁹ ferialib⁹
finita antiphona cantici immediate dicuntur p̃-
ces ante orationem ſed ⁊ poſt eam finitam ad-
duntur ſanctorum ſuffragia i commemoratiões:
quorum rationes propter iſtius capituli prolixi-
tatem relinquuntur reddende in capitulo ſeq̃n-
ti ſuper preces que dicuntur in primis

## Caput quartum de quattuor horis diurnis Prima/Tertia/Sexta et Nona.

1 De nci= b⁹ iſtarū horarū.



Diurnū officium conſeq̄n= ter ſubiungendū eſt nocturno re= cta ratio exigit: ſi quidem apoſto= lo teſte nox pre= ceſſit diē quod officium ex di= ctis ſupra princi paliter conſiſtit in quattuor illis horꜫ q̄ pſalmū .xii. Bti immaculati decātāt ternis fere illi⁹ partinōib⁹ vbi etiā ⁊ horas diei in q̄b⁹ talia officia pagūt ānotabim⁹ ex more eccl'ie ro mane vt etiā ex noīb⁹ illoꜫ officioꜫ manifeſte de clarantur Siquidem prima dicitur eo q̄ illō of ficium in prima hora diei. i in ortu ſolis agi ſo= leat et ſimiliter Tertia/Sexta/⁊ Nona dicūtur propter alias horas diei talibus officijs dicatas Hymni quoqꜫ a beato Gregorio editi pro tali= bus officijs eaſdem temporum conditiones ex= plicant vt in prima Iam lucis orto ſydere i. ſo= le In tertia Nunc ſancte nobis ſpiritus i in hac ora diei tertia qua olim refuſus fuiſti pectorib⁹ apoſtolorum ⁊c̄ In ſexta Rector potens meri= diem nominat que eſt hora diei ſexta In nona Rerū de⁹ notat clarū veſpe qn̄ ſol iā declinare incipit ad occaſum qꜫ illa eſt hora diei nona. Di= citur aūt clarū veſpe ad differētiā hore veſptine

2 Significatio eorum.

q̄ eſt veſpe ſub obſcurū qꜫ tunc claritas diei val de diminuitur Significāt aūt hec quattuor offi= cia allegorice diſcurſum legis euangelice tū ex natura pſalmi p̄dicti in eis decātati qui p̄ octo= narios verſuum procedens proprietatem habet legis euangelice que reſurrectionem chriſti pre= teritam ſepius commemorans etiam aliorum ſanctorum reſurrectiōem futuram predicat atqꜫ expectat in octaua mundi etate tum etiam ex or dine iſtorum officiorum diei ad nocturnum offi= cium p̄cedens Siquidem in matutinis varias mundi etates preteritas commemorando p̄ no= cturnos tandem circa auroram deuenimus ad laudes quibus pro gratia legis euangelice no- bis reuelate deum laudabamus multipliciter Conueniens ergo fuit vt horas diurnas ſubiū= gentes de ſucceſſu ⁊ profectu eiuſdem legis euā gelice myſtica ageremus quia poſt legem iſtam nulla alia lex diuina reuelata expectatur in hac vita quare etiam in officijs eccleſie poſt illam cō memoratione legis euangelice in tertio noctur= no matutinorum ⁊ in laudibus habitā non erat celebranda per horas diei aliqua alia lex poſt iſtam futura ſed neqꜫ lex moſaica preterita cui⁹ ſtatum nocti comparauit apoſtolus relinquitur ergo vt in horis diurnis de ſola lege euangelica diei aſſimilata ageretur: quatinus de ea fieret a fidelibus latior contemplatio ⁊ prolixior decan= tatio. Moraliter quoqꜫ iſte hore diurne poſt ma tutinos principium bone vite ideſt penitentiam ſignificantes vt iam dictum eſt ad profectum et perfectionem virtutum aptari poſſunt teſtante apoſtolo Paulo fuiſtis inquit aliquando tene= bre .i. peccatores nunc autem lux in domino ideſt iam iuſti Nox ergo ⁊ tenebra ſtatū peccati mor= talis ſignificat. quare et officium nocturnum de diuinis laudibus penitentiam ⁊ conuerſionem peccatoris ad deum ſignificare prius diximus: que conuerſio eſt principium bone vite hominis. ergo officia diurna ad exercitium virtutum ⁊ cō tinuum profectum iuſtificati hominis ſunt refe= renda iuxta illud ſapientis dictum iuſtorum ſe= mita quaſi lux ſplendens creſcit vſqꜫ ad perfe= ctum diem ¶ Premittitur autem hymn⁹ pſal= mis in his quattuor horis diurnis ⁊ hic in ſin= gulis horis inuariabilis eſt per omnes dies to= tius anni. ad ſignificandum fidelium iubilatio= nem quotidianam de qualitate temporis diur= ni. quod ex ſua natura iocundum eſt quia libe= rat nos a tenebris ⁊ carcere noctis qua impedie bamur in multis operibus bonis ſed orto iam ſole poterit exire homo liber ad opus ſuum to= ta die et quia delectatio auget operationem vt docet Ariſtoteles in ethicis ideo premittit̄ hym= ni delectatio pſalmis operationem ſignificanti= bus Petimus etiam in hymno illo gratiam dei qua liberemur a tentationibus ⁊ periculis hui⁹ mundi i malorum hominum ⁊ cauſarum natu= ralium atqꜫ euentuum cauſalium ⁊ inopinato= rum. quibus impediri poſſemus in operib⁹ bo= nis Neceſſarium eſt ergo vt in primis deū ore= mus pro ammotione illorum impedimētorum antequam exerceamus nos in bona operatiōe: et qꜫ quotidie egem⁹ iſto dei adiutorio ideo quo tidie eſt nobiſ repetenda eadem petitio quare et idem hymnus in eadem hora diei Eadē poſſet dari ro de inuariabilitate hymni ꝯpletorij p̄ totū annū qꜫ eſt petitio ꝓ liberatiōe nr̄a a phātaſma tis nocturnis In his etiā quattuor horis diei ſola vna p̄mittit̄ antiphona trib⁹ pſalmis cuiuſlibet hore quā q̄dā eccl'ie nūq̄ variāt ſalte in officijs de tpe. ad ſignificandā ſcz vnitatē charitatis ne= ceſſarie ad oīa bona opa q̄ etiā inuariabilis eſt ⁊ nunq̄ excidit vt apl's dicit Alie tñ eccl'ie rōnabi lius iſtas āitphonas variāt. i alias hñt ꝓ dieb⁹ dñicis/alias ꝓ ferijs/aliaſqꜫ pro diebus feſtiuis ſctorū qꜫ vt Gregori⁹ dicit ex vna charitate mlte alie ꝟtutes ꝓcedūt ad diuerſa bona opa inclinā tes Charitas eñi patiēs eſt/benigna eſt/oīa ſuf= fert/oīa credit/oīa ſperat ⁊c̄ Non eſt etiā bonū q̄ tot partes eiuſdem officij ſint inuariabiles p̄ oēs dies ne faſtidiū gereret apd̄ ſimplices fideles er go cū inuariabilitate hymnorū onerosa eēt anti= phonarū idētitas p̄ oēs dies maxime qꜫ varietas partiū in vocib⁹ ſicut ⁊ in colorib⁹ bene diſpoſi= ta pl'chritudinē affert. De ternario aūt pſalmorū in ſingulis iſtarū q̄ttuor horarū ⁊ de qualitate eorū in ca̅pl'o primo hui⁹ ſcām⁹ ſermonē. ſ ad in ſinuandas duodecim horas diei in q̄b⁹ deū lau dare obligamur His generalitatib⁹ horaꜫ diur= naliū p̄libatis incipiam⁹ iā agere de ſingl'is cap̄.

3 Hymnus quare p̄mittit̄ in his horis

Quare vna antiphona ꝓ trib⁹ pſalmis.

5 Ratiões hore pme

## ¶ De hora prima.

Sit in ortu ſolis ꝛ inci-
piete hora prima diei incipimꝰ
et nos Deum laudare ac be-
nedicere propter multa tum
quia per ſolis preſentiam qui
tunc primo apparet educit nos
deus a tenebris ꝛ carcere noctis. quam ſine im-
pedimento ſathane permiſſit nos pertraſire tūc
quia eſt principium diei de quo chriſtꝰ ait. Mat-
thei. 6 primum querite regnum dei ꝛ iuſtitiam
eius Debemus ergo incipere diem a cultu diui
no tum quia in tali hora pluebat deus manna
populo ſuo in deſerto Exo xvj tum quia chriſtꝰ
redemptor noſter ſepius illa hora veniebat ad
templū ꝛ manicabat ad predicandum vt dici-
tur Joannis 8 Tum quia in die ſue paſſionis
manefacto vt dicitur Luce 23 Ductus eſt Jeſus
ad Pilatum iudicem accuſandus ad mortem
pro noſtra redemptione tum quia in die ſue re-
ſurrectionis ſtatim orto ſole angelus nunciauit
mulieribus deuotis ipſum reſurrexiſſe a mor-
tuis ꝛ pauloPoſt apparuit Magdalene tum de-
niqꝫ quia in eadem hora poſt aliquot dies ſtans
in littore maris apparuit ſeptem diſcipulis piſ-
cantibus vbi etiam Petro apoſtolo committēs
oues ſuas dedit claues regni celorum Merito
ergo pro talibus ac tantis myſterijs illius hore
decreuit eccleſia deum laudare quotidie in ea-
dem Cuius principium alias expoſitū ¶ Deus
in adiutorium petit auxiliū gratie dei ad digne
peragendum nō ſolum illud officium prime ſed
etiam omnia alia officia ꝛ bona opera per totū
Hymnus diem Eadem petitio magis explicatur in hym-
no Jam lucis orto ſydere quo preter iubilatio-
nem fidelium in cantu eius ſignificatam peti-
tur a deo vt nos ſeruet a nocentibus malis ſ ho
minibus ꝛ alijs cauſis naturalibus atqꝫ a caſi-
bus fortuitis a linguis ꝛ queſtionibus verborū/
ab infectionibus ſenſuum noſtrorum ne vanita
tes hauriant ab his obiectis terrenis / a vicijs
carnalibus Gule ꝛ Luxurie / ab omni vecordia
ſenſuum interiorum / ꝛ tandem vt in fine diei a
principio noctis poſſimus mundi apparere co-
Antiphona. ram domino ¶ Quo hymno finito ſubditur an-
tiphona pſalmos prime intonans i charitas ad
bona opera vt iam dictum eſt Pſalmi commu
nes huiꝰ officij ꝓ quolibet die tres notati ſunt
quibus etiam quarto loco additur ſymbolum fi
dei Quicunqꝫ vult ſaluus eſſe ad modum vniꝰ
pſalmi decantandum ſub eadem antiphona
Pſalmi tres. ¶ Quorum pſalmorū ꝛ ſymboli rationem aſſi-
gnantes dicimus ꝙ quia pſalmus 118 Eſt ora-
tio peregrinantium vt eius principium inſinuat
viam nominans decreuerunt ſancti pr̄es ipſum
debere cantari per partes diuiſum in his quat-
tuor horis diurnis ita ꝙ quilibet duo octonarij
verſuum eius pro vno pſalmo acciperentur cū
ſuo Gloria patri in fine. cum autem ille pſalmꝰ
habeat preciſe viginti duos octonarios: quot ſūt
littere alphabeti hebraici a quibus incipiūt il-
li verſus. patet ꝙ ex toto pſalmo hoc modo diui
ſo fient vndecim pſalmi ad quattuor autem ho-
ras predictas ( que ternos debent habere pſal-
mos ) deerit vnus pſalmus. Quare illum addi-
derunt hore prime in principio videlicet pſal-
mum 53 Deus in nomine tuo eo ꝙ concordet
hymno prime in petitionibus ſuis ſcilicet de ꝓ-
tectione a nocentibus ꝛ periculis per totū diem:
et quia illa deprecatio eſt conueniens peregri-
no fideli ad hoc vt expedita ꝛ ſecura fiat via eiꝰ
¶ Deinde poſt iſtum pſalmum addunt due pri-
me partitiones predicti magni pſalmi 118 ꝛ ita
prima habebit tres pſalmos ante ſymbolum fi-
dei ſicut ꝛ quilibet aliarum horarum ſequentiū
pro quibus remanent Alie nouem partes pro
ternis pſalmis earum Premiſſa ergo petitione
primi pſalmi Deus in nomine tuo pro libera-
tione ſua ab inimicis in via huius vite. incipitur
pſalmus Beati immaculati in quo petuntur a
deo virtutes ille quibus ſe armare debeat pere-
grinus contra hoſtes vie quarum due notantur
in illis duabus primis partibus eius que can-
tantur in prima videlicet cingulum caſtitatis in
parte prima Beati immaculati et Galea ſpei
eterne ſaluationis in parte ſecunda Retribue
ſeruo tuo ꝛ quia tertio requiritur ſcutum fidei
quod nominat Apoſtolus ideo additur ſym-
bolum Quicunqꝫ vult Juxta dictum apoſtoli
Petri cui reſiſtite fortes in fide Quarto eſt ne-
ceſſarius gladius ſpiritus quod eſt verbum dei:
et hic traditur in capitulo vel lectione parua re-
gi ſeculorum immortali que doctrina oritur ex
ſupradictis Oportet ergo ꝙ p̄cedant bona ope-
ra ex charitate facta per pſalmos ꝛ antiphonam
deſignata ꝛ poſtea ſequatur doctrina de rebus
ſpiritualibus ꝛ de ſecretioribus fidei myſterijs
nam ꝛ de Jeſu ſaluatore noſtro legitur ꝙ cepit
prius facere ꝛ poſtea docere Sed dimiſſo ſym-
bolo ( quod etiam quedam eccleſie non ponūt
in prima ) tres pſalmi predicti treſqꝫ glorifica-
tiones eorum dicuntur in hoc officio tum ad ꝑ-
ſoluendas laudes deo debitas pro duabus vel
tribus primis horis diei Cum ob reuerentiam
ſanctiſſime trinitatis quam in omnibus officijs
eccleſiaſticis commemoramus tum deniqꝫ pro-
pter tria principalia beneficia que a deo recepi-
mꝰ ſcilicet quia nos creauit/ quia nos redemit/
et quia nos gubernat incolumes Sed inter has
ſecunda ratio potior ꝛ generalior ternario pſal-
morum continuato in his quattuor horis diur-
nis Uerum quia in illis duabus primis parti-
bus pſalmi 118 ſunt quattuor octonarij verſuū
qui cum pſalmo Deus in nomine tuo precedē-
ti faciunt numerum quinarium dici poteſt ꝙ
hoc reſpicit referturqꝫ ad munimen quinqꝫ ſen-
ſuum noſtrorum ne forte per diem vanitates
hauriant quod prius in hymno petieramus Ca
pitulū aūt p̄dictū eſt doctrina ſūpta ab ap̄lo pau
lo q̄ incitat fideles ad dādā quotidie gl̄iam deo
pro ſua dignitate ꝛ ꝓ beneficijs ſuis in nos. cui

lectiōi a preſbytero lecte reſpondent duo clerici cum toto choro dicētes alternatis vicibus reſpō ſoriū Chriſte ieſu fili dei viui ꝛc̄ quo explicatur dignitas eius regia cum predicetur deo patri equalis ſedenſq; ad dexteram eius rex ſempiternus Sequitur verſus incitans fideles ad attentionem circa dicta ꝛ dicenda. Exurge chriſte adiuua nos qui etiam cōſonat qualitati temporis vt ſuperius diximus Demum adiungitur oratio in hac hora hui⁹ diei vel alia ſimilis ſententie: qua ſacerdos pro ſe ꝛ pro toto poplo ſuo petit a deo gratiam bene incipiendi laudes dei ꝛ bene proſequendi eas per totum diem ꝛ in fine concludit more ſolito cum. Benedicam⁹ domino Hactenus de prima communi i que dici ſolet quotidie in diebus feſtiuis ꝛ dominicis nō hiſtorialibus

6 De pma dnicali. ¶ In diebus vero dominicis quādo ponitur de nouo aliqua hiſtoria in Matutinis tunc officio prime adduntur illi qnq; pſalmi qui immediate ſequuntur nocturnos diei dominici ſcilicet pſalm⁹ 21 Deus deus meus reſpice cum alijs quattuor ex ordine ſequentibus quibus ſubiungitur pſalmus Deus in nomine tuo ꝛ poſt ipſum additur pſalmus 117 Confitemini domino quo finito adiungitur pſalmus Beati immaculati hoc eſt due prime partes ei⁹ pro duobus pſalmis Et ita fit prima ſatis longa ex nouem pſalmis ꝛ vno ſymbolo fidei Ratio huius additionis vna poteſt eſſe litteralis videlicet ne aliquid de Pſalterio pretermittat in circulo vnius hebdomadis nam pdicti ſex pſalmi in nullo alio die ſeptimane introduci poſſunt in nullo quoq; alio officio diei dominici ſeptimane quia omnes pſalmorum numeri pro illis diebus ꝛ officijs iam ſunt rationabiliter taxati oportuit ergo ꝙ huic prime dominicali adderētur ne intacti remanerent. Alia erit ratio myſtica. nam dies dominicus (vt predictum eſt) reſurrectionem chriſti ſignificat cui⁹ laudes commemorat pſalmus Confitemini vt patet ex illo eius verſu Hec dies quam fecit dominus ꝛc̄. Alij vero quinq; pſalmi. licet ad litteram videātur paſſionem chriſti recolere (que eſt generalis materia omniū ſeptem horarum canonicarum) tamen in hoc officio ad qnq; apparitiones chriſti in die ſue reſurrectiōis ſignificādas ad aptari poſſunt vel quia ſicut oportuit chriſtū prius pati ꝛ poſtea intrare in gloriam ſuam i ſue reſurrectiōis ita oportuit in hoc officio prius rememorari paſſiōem chriſti per illos quinq; pſalmos quibus ad idem propoſitum ſubiungitur pſalmus Deus in nomine tuo loquens de inſurrectione malorum contra eum ꝛ poſtea per pſalmum. Confitemini. celebrari a fidelibus cū gaudio reſurrectiōis ei⁹ que ex ignominia paſſionis iuxta ſe poſite glorioſior apparet ꝙ ſi ſeorſum recoleretur Moralis etiam poteſt eſſe alia ratio: quia ex quo eccleſia in hymno prime petierat liberari per diem a nocentibus ꝛ in communib⁹ diebus per pſalmum Deus in nomine tuo explicare ceperat malorum hominum perſecutionem contra virum iuſtum ſeruū dei ideo in die dominico ſolenniore vult illam perſecutionem malorū amplius ac extenſius declarare addens illos quinq; pſalmos prius memoratos. qui expreſſe de illa materia loquuntur ſed ne de tanta tribulatione fidelis homo deſperet poſt illos quinq; pſalmos additur pſalmus Confitemini. quo declaratur deum eſſe laudandum in camino tribulationis quia ipſe eum adiuuat ad vincendam tentationem ꝛ inde viro iuſto accreſcit magna gloria ꝛ hanc ſignificat nouenarius iſtorum pſalmorum huius officij vt in precedēti capitulo dictum eſt vbi de nouenario nocturnorū agebamus ¶ Sed domin⁹ Guillelm⁹ dicit hic ꝙ rationabiliter pſalmus Confitemini. cātatur poſt pſalmum Deus in nomine tuo ꝛ ante pſalmum Beati immaculati in prima dominicali. Secūda opinio. quia in pſalmo Deus in nomine tuo petierat eccleſia errorꝫ depoſitionem. in pſalmo Confitemini. oratur fideles ad laudis cōfeſſionem. in pſalmo autem Beati immaculati. ad rectam operationem In pſalmo vero Retribue ſeruo. ad bonorum operum retributionem ꝛ quia fides eſt fundamentum omnium premiſſorū additur ſymbolum fidei maxime circa duos articulos principaliſſimos ſcilicet de trinitate diuinaꝝ perſonarum ꝛ de incarnatione filij dei verum qꝛ hoc ſymbolum antiquitus non dicebatur in hoc officio prime: ideo quēdam eccleſie morem antiquum ſectantes idem ſymbolum dimittūt maxime in diebus quando cantatur Credo in miſſa maior quod etiam eſt ſymbolum fidei omēs articulos explicans editumq; eſt in cōcilio Niceno Alie etiam eccleſie non dicunt capitulum nec reſponſorium in prima. licet dicant verſum Exurge domine ꝛ hoc maxime in aduentu ꝛ ſeptuageſima ꝛ per hoc (vt aiunt) repreſentant morem apoſtolorum chriſti qui poſt aſcenſionē domini ꝛ ante aduentum viſibilem ſpiritus ſancti in eos (qui in tertia repreſentatur) non predicabant populis ſermonem doctrine ſed erant perſeuerantes in orationibus et in alijs bonis operibus Capitulum autem (vt prius dictum eſt) doctrinam predicatorum eccleſie ſignificat et reſponſorium denotat fructum illius doctrine in auditoribus: ideo iſti putant ꝙ fideles a principio diei ante horam tertiam deberent ſolū vacare orationibus ꝛ alijs bonis operib⁹ Poſtea vero in alijs horis quaſi accepto iam ſpiritu ſancto debent predicatores populum docere ideo dicuntur iam capitula cum ſuis reſponſorijs in Tertia/Sexta/et alijs vſq; ad finem diei hec ille ¶ In diebus vero ferialibus officiū prime nō habet niſi tres pſalmos conſuetos cum ſymbolo fidei et poſt Antiphonam dicitur capitulum cum reſponſorio et verſu rationibus iam dictis Sed ante orationem dicuntur preces in prima ſicut etiam notauimus in matutinis ꝛ cōſequenter in oib⁹ alijs horis diurnis ē eadē obſeruātia licet pces matutinoꝝ ſint penit⁹ eedē ꝛ repetēde in omnibus alijs horis exceptis prima ꝛ com-

Prima opinio.

7 De pma feriali et de pcib⁹.

pletorio que habent proprias ⁊ diſtinctas preces
ab alijs quinqꝫ horis: propterea ꝙ in alijs dua-
bus agitur principium ⁊ finis diei. Incipiuntur
autem preces ab oratione dominica cui tamen
premittitur Kyrie eleyſon tribus aut nouem vici-
bus et hoc fit genibus flexis ad ſignificandam
humilitatem noſtram ⁊ miſeriam huius vite in
qua ſumus. quam etiam deo oſtendimus per
Kyrie eleyſon. i. Domine miſerere. ſed qui tribus
tantū vicibus hoc dicunt triplicē miſeriam no-
ſtram deo oſtendunt. ſ. natiuitatis/ vite/ ⁊ mortis
vel tentationē mundi/ carnis ⁊ demonis vel de-
niqꝫ ſunt illa tria ad que preces ſunt dirigende
vt dicemus ſtatim qui aute nouies Kyrie eleyſon
dicunt eādem triplicem miſeriam noſtram cui-
libet diuine perſone ſeorſum exponunt ⁊ ſic no-
uenarium faciūt ad ſenſum alias dictum Per
orationem vero dominicam in ſilentio dictam iā
ſignificauimus preparari metes fidelium ad ea
que ſequuntur abijciedo muſcas a phantaſia In
precibus autem cuiuſlibet hore canonice tria p̄n
cipaliter petit eccleſia a deo primum eſt vt pur-
gentur per gratia dei mentes noſtre a mūdanis
deſiderijs ⁊ vanis cogitationibus ſecundum vt
concedatur indulgentia ex diuina miſericordia
⁊ vera penitentia his qui peccauerunt Tertium
eſt vt tribuatur auxilium gratie dei iuſtis tenta-
tis ac tribulatis ne deſſiciant in certamine. Hec
tria clariſſime notari poſſunt in verſiculis pſal-
morum diuerſorum quos ille preces excerpunt
quibus etiam permiſcetur credo in deum i ſym
bolum apoſtolorum in Prima ⁊ in complecto-
rio. ad proteſtandam fidem catholicam per totū
diem ⁊ ſimiliter per totam noctem inuiolabiliter
obſeruandā Tandem adiungitur pſalmus miſe
rerē mei deus quem nomine cuiuſlibet peccato
ris locum penitentie querentis a deo introducit
eccleſia eoqꝫ finito ⁊ repetito verſu exurge domi
ne adiuua nos vel alio ſimili in ſentētia. excitat
fideles ad audiendum attēte orationem vel col-
lectam quam profert pro ſe ⁊ pro toto populo
quam concludit ſacerdos cum Benedicamus
domino ſed adduuntur quedam alie cōmemo-
rationes ſanctorū cum ſuis orationibus quibus
omnibus finitis repetitur iterum et ſecundo
Benedicamus domino ⁊ hoc a paruis pueris ⁊
ſic imponitur finis officio feriali. In diebus autē
dominicis ⁊ in feſtiuitatibus ſanctorum nec di-
cuntur preces/ nec ſuffragia nec fideles flectunt
genua in horis canonicis ⁊ hoc propter gaudiū
reſurrectionis in talibus diebus ſignificatum ⁊
8 propter breuitatē. ¶ Abſoluto officio prime ſolet
De precioſa. dici precioſa i. parue quedam preces quottidia-
ne ⁊ que nunqꝫ dimittuntur propter quācunqꝫ
ſolennitatem Iſta tamen precioſa non eſt pars
huius officij hore prime cuius ſignum eſt qꝛ nō
omnes eccleſie eam dicunt in hoc loco ſed que-
dam in matutinis/ alie poſt nonā/ alie aliter cum
ſit quedam deuotio ſeu deuota oratio preter om
nes horas canonicas licet ex inſtitutione eccle-
ſie ſit quottidie eccleſiaſticis iniuncta: ideo poteſt
indifferenter poni in fine cuiuſlibet hore canoni
ce. Modꝰ tamen Romane eccleſie ⁊ quarundā
aliarum qui ponit precioſa in fine hore p̄me eo
eſt rationabilior quo cōmunior vt pote ꝙ ſacer-
dos qui ad deū orauerat in prima etiā ad ſctōs
eius ſe cōuertat dicens illud pſalmi. Precioſa
in conſpectu domini ⁊ reſpōdetur ei altera pars
eiuſdem verſus mors ſanctorum eius deinde in
cipit ſanctos inuocare addens Sancta Maria
⁊ omnes ſancti ⁊c ⁊ habita reſponſione aliorum.
Amen ſanctorum quaſi fauore fretus iterū au-
det loqui ad deum ⁊ petere auxilium gratie eis
ad bona opera totius diei. dicens Deus in adiu
torium meum ⁊c Et accepto reſponſo conſueto
ab alijs hoc idem ſecundo ⁊ tertio repetit qua-
tenus contra triplicem tentationē. ſ. diaboli/ mū-
di/ ⁊ carnis deus trinus velit fideles ſuos adiu-
uare. in tertia vero vice addit verſum gloria pa-
tri vt oſtendat ſe in his que ad noſtram vtilitatē
petit etiam diuinum honorem querere In fine
tamen huius verſus concludit per Amen ſine
all'a qꝛ ibi loquitur ſacerdos de nr̄a miſeria ⁊ la
borioſa peregrinatione in qua continue pecca-
mꝰ ⁊ ideo cōtinua egemꝰ dei miſericordia Qua-
re loco all'a ſubdit Kyrie eleyſon i Dn̄e miſerere
tribus vicibus cum oratione Dominica in ſilen-
tio appoſita ratione alias dicta qua oratione fi-
nita ſacerdos explicat ſuam petitionem circa dei
miſericordiam quam implorauerat dicēs Reſpi
ce domine in ſeruos tuos ⁊c. vbi per filios ſeruo
rum dei intelligit bona opera eorum vt patet ex
eo ꝙ addit et opera manuum noſtrarum diri-
ge ſuper nos ⁊ qꝛ omnia bona opera noſtra ab
vna radice charitatis procedūt ad vnumqꝫ finē
ordinātur beatitudinem ideo ea ad vnum opus
reducens concludit ⁊ opus manuum noſtrarū
dirige cum gloria patri. ratione paulo prius di-
cta. Tandem vero deuota oratione/ dirigere di-
gnare domine petit gratiam dei qua dirigantur
ſenſus ⁊ corda noſtra ad opera mandatorum
legis dei qua gratia obtempta audet dicere ad-
iutorium noſtrum in nomine domini et conſe-
quenter per pſalmū. 116 Laudate dominū om-
nes gentes laudat deū pro tanto beneficio di-
cens quoniam confirmata eſt ſuper nos miſeri-
cordia eius ⁊c Deniqꝫ alia breuiore oratione ac
tiones noſtras Comendat deo omnes fidelium
actiones in toto die quatenus ipſe eas beneaſ-
pirando preueniat/ ⁊ cooperādo comitetur atqꝫ
perficiendo ſubſequatur

## ¶ De tertia.

9 De ſecundo officio hore tertie bre- Ratiōes hore tertie.
uiuſcule agentes dicimus ꝙ in
illa horā deum laudare tenemur
propter multa tum qꝛ in ea primi
noſtri parentes Adā ⁊ Eua pec-
cauerunt ut colligi poteſt ex tex-
tu ſacro Geneſis tertio ex quo peccato facta eſt
corruptio totius nature humane/ ⁊ infectio pec-
cati originalis. quod eſt radix ⁊ fomes omnium

peccatorum actualium quorum veniã a deo petere intendimus in hoc officio: ex quo radix eorum in tali hora incepit tum qꝛ eadem hora in die penthecoſtes lex vetus fuit data Moyſi in monte Sinay vt colligitur ex verbis Exodi 19 tum qꝛ in ſimili hora chriſtus in die ſue paſſionis fuit in domo Pilati flagellatus/irriſus ⁊ ſpinis coronatus pro noſtra redemptione ⁊ tunc iudei inſtabant vocibus magnis vt crucifigeretur: qua de cauſa euangeliſta Marcus dicit chriſtum hora tertia crucifixum ſcilicet linguis iudeorum tum deniqꝫ qꝛ in tali hora diei penthecoſtes ſpiritusſanctus effuſus eſt in apoſtolos vt notatur in hymno huius officij Nunc ſancte nobis ſpiritꝰ idest in hac hora tertia dignare promptus ingeri noſtro refuſus pectori in qua primo effuſus es pectoribus apoſtolorum Poſt hymnum premiſſa antiphona varia quidem pro diuerſitate officiorum cantantur tres alie partes magni pſalmi. IIS hoc eſt tertia legem pone Quarta memor eſto ⁊ quinta bonitatem feciſti ad modum trium pſalmorum cum ſuis glorificationibus vt denotetur totum officium tendere ad honorem ſanctiſſime trinitatis/⁊ ad perſoluendum deo debitas laudes pro tribus horis diei Repetita vero Antiphona poſt pſalmos legitur capitulum i. breuis lectio doctrine cui mox ſubiungitur reſponſoriũ lectionis fructũ oſtẽdens Et licet hymnus huius officij ⁊ pſalmi nunq̃ varientur tamen capitulum ⁊ reſponſorium ſicut ⁊ antiphona pro diuerſitate dierum ⁊ temporum anni atqꝫ feſtiuitatum occurentium diuerſificantur Verum hoc reſponſorium Tertie quedam eclceſie in ſolennioribus feſtis faciunt reſponſorium magnum i vnum de reſpõſorijs nocturnorum ⁊ communiter accipitur ſextum In alijs vero diebus minoris ſolennitatis reſpõſoriu tertie eſt breue ſimiliter in ſexta ⁊ nona omnibus diebus ponuntur breuia reſponſoria ⁊ nũq̃ magna Poſt reſponſorium dicitur verſus alta voce a pueris vt incitentur auditores ad attentionem non ſolum precedentium ſed etiam pro oratione ſequenti quam preſbiter in fine proferens pro ſe ⁊ pro toto populo concludit per Benedicamus domino tamen in diebus ferialibus poſt verſum ⁊ ante orationem dicuntur preces in Tertia/ſexta/⁊ nona ſ ille que in matutinis ferialibus dici ſolent

*Hymnus.*

*Tres pſalmi.*

*Capitulũ*

*Reſponſorium*

*Verſus.*

## De ſexta.

*Ratiões hore ſexte.*

In hora diei ſexta que ⁊ meridies Deum laudare iubemur officio eccleſiaſtico propter has maxime rationes tum qꝛ in ea primi parẽtes noſtri folijs arborum ſeſe cooperientes aſconderunt a facie dei ⁊ inuenti peccatum ſuum excuſare voluerunt tum quia in die ſue paſſionis chriſtus volens pro eis ſatiſfacere deo hora ſexta a iudice cõdemnatus ⁊ a miniſtris crucifixus eſt tum qꝛ per ſamariam tranſiens illa hora feſſus ſedit ſuper puteum iacob prope ciuitatem Sicar aut ſichem Demum qꝛ aſcenſio chriſti ad celos vt colligi poteſt ex textu actuum primo circa meridiem creditur facta fuiſſe Hymnus etiã huius officij Rector potens expreſſe meridiem nominat ⁊ per calorem Illius hore feruorem charitatis chriſti erga nos deſſignat qua per paſſionẽ ſuam nos a morte liberauit ⁊ per aſcenſionem viam vite eterne reſerauit Sexta etiam pars pſalmi IIS Defecit in ſalutare tuũ anima mea admirationem fidelis populi proponit ſuper exceſſu charitatis chriſti erga nos in miſteria redemptionis noſtre quod ſalutare dicitur ⁊ huic parti alie due adiunguntur vt fiant tres pſalmi ad honorem ſanctiſime trinitatis pro tribus horis diei ſexta/ſeptima/⁊ octaua Ceterum de antiphona capitulo/Reſponſorio/verſu/⁊ oratione huius officij nihil aliud ſcribedũ occurrit pter id qđ notatum eſt in officio hore tertie ſimiliter ⁊ de precibus penitentialibus que Dicuntur in diebus ferialbus ⁊c.

*Hymnus*

*Tres pſalmi ⁊ reliqua.*

## De nona.

*Ratiões hore none.*

In hora ſimilr diei nona Deũ laudamus iuſte quidem ⁊ rationabiliter tum qꝛ in ea primi parentes noſtri de paradiſo eiecti ſunt tum qꝛ propter correſpondentiam reparationis chriſtus in die ſue paſſionis hora nona ſpirans celum nobis aperuit dum ſpiritum ſuum in manus patris cõmendauit/tũ qꝛ in eade hora repagula inferni confregit ⁊ ſanctos patres limbi viſitauit tum quia hora fere. Nona diei turbas in deſerto panibus miraculoſe ſaciauit tum qꝛ in ſimili hora Cornelius centurio monente angelo petrum apoſtolum pro ſaluatione ſua vocauit tum deniqꝫ qꝛ ſancti apoſtoli petrus ⁊ Johannes aſcendentes in templũ ad horam orationis nonam paraliticum ſanauerunt Hymnus etiã huius officij ⁊ illius hore qualitatem explicat ⁊ per clarum veſpere recuparationẽ lucis ſolaris in die paſſionis chriſti circa horam nonam denotat Pars nona magni pſalmi IIS Mirabilia teſtimonia tua domine cõmemorare videtur miracula que in chriſti paſſione cõtigerunt in teſtimonium ſue diuinitatis ſ qꝛ terra mota eſt/petre ſciſſe ſunt/monumẽta aperta/⁊ velum templi ſciſſum eſt ⁊c Cui etiã alie due partes eiuſdem pſalmi adiũgũtur ad conplendum numerum ternarium in laudẽ diuine trinitatis ⁊ ad ſoluendum debitum diuine laudis pro horis nona ⁊ decima diei Unde patet q ex vndecim partibus pſalmi IIS cum pſalmo Deus in nomine tuo principio prime appoſito fiunt duodecim pſalmi in horis diurnis correſpondentes duodecim horis diei quãuis alij dicant q iſte quattuor hore diurne non dicũtur niſi pro decem horis diei adaptantes prime tñ duas horas ⁊ none alias duas ponuntur tamẽ in omnibus iſtis terni pſalmi propter reuerentiam diuine trinitatis ad quam diriguntur iſte

*Hymnus*

*Tres pſalmi ⁊ reliqua.*

laudes Dictū eſt eñ ſupra q officium veſperorū adaptatur hore vndecime ⁊ completorium duodecime De antiphona/capitulo/reſponſorio/verſu ⁊ oratione ſufficient declarationes in horis precedentibus habite Hactenus ergo de quattuor primis diei officijs ſeu horis canonicis in ſenſu litterali ⁊ allegorico de chriſto ⁊ de eccleſia atqꝫ de miſterijs noſtre redemptionis ſed preter hos ſenſus poſſet dari alius moralis ꝑ informatione vite noſtre in qua ſolent diſtingui quattuor ſtatus bone vite ſ ſtatus incipientium deſignatus in prima/ſtatus proficientium in tertia / ſtatus perfectorum in ſexta/⁊ ſtatus vere humilium in nona ſed qꝛ hec vberrime proſecuti ſumus infra in cap̄ 6 in expoſitione pſalmi Beati immaculati.ideo vſqꝫ ad illum locū differatur hic ſenſus moralis

## ¶ Caput quintum de veſperis ⁊ completorio.



Alia duo officia diurna veſpertinum ſecundum ⁊ completorium ad vndecimam ⁊ duodecimam diei horas prius dicta ſunt pertinere ⁊ differunt a predictis quattuor officijs i ſuo artificio valde notabiliter Aſſimilantur namqꝫ laudib⁹ matutinis in quibus pſalmi cum ſuis antiphonis premittuntur ⁊ poſt capitulum additur hymnus loco reſponſorij cum verſo ſequente ⁊ tandem ante orationem finalem precinitur canticum noui teſtamenti cum ſua ātiphona ad modum vnius pſalmi et hoc quidem iſtis tribus officijs cōmune magnam eorum perfectionem oſtendit ut ex ipſorū declarationibus peculiaribus licebit intueri

¶ Sane hora veſpertina deum laudamus qꝛ
2
tali hora ſacramentū Euchariſtie inſtituit Mat-
Rationes thei 26 ⁊ die ſequenti eadē hora de cruce depo-
ho e veſ- ſitus fuit Joannis 19. Dicitur autem illa hora
pertine. veſpera ſtella que tunc oritur vel qꝛ eſt finis diei ſicut mane eſt eius principium Geneſis 1 Et licet ſecundum antiquum eccleſie vſum ab Eſdra ſuptum hoc officium ſit principium horarum canonicarum in toto die naturali nihilominus ratione alia attēta ꝑ qualitate temporis dicitur hoc officium veſpertinū a veſpera que eſt finis diei Item licet in veteri lege dies noctem precederet tamē poſt chriſti reſurrectionem nox diem precedit ideo nocturnum officium diurno prius eſſe debet:quod in veſperis ⁊ completorio finem
Quare facit Dicuntur autem cōmuniter in hoc officio
quinque primo quinqꝫ pſalmi aliquando cum vna anti-
pſalmi in phona aliquando cum ſingulis antiphonis in
veſperis.

quo numero primo ſignificantur quinqꝫ chriſti vulnera quorum quintum ſ perforationem lateris in hac hora ſuſcepit Joannis 16 Secundo ad purgationem quinqꝫ ſenſuum noſtrorum ab inmundicijs per diem contractis nam teſte Apoſtolo Jacobo Beatus vir qui non lapſus eſt verbo.qꝛ ſepties in die cadit iuſtus ita dici poteſt de viſu auditu ⁊ alijs ſenſibus Tertio per hunc numerum denotatur fletus virginis Marie ⁊ ſancti Joannis ⁊ trium aliarum feminarum quas euangeliſte cōmemorant iuxta crucem ieſu qꝛ eis occiderat ſol verus i mortuus erat chriſtus de quibus dicitur in pſalmo.ad veſperum demorabitur fletus nec receperunt conſolatione quo uſqꝫ die tertio mane iterum eis ortus eſt ſol ideo ſubditur ⁊ ad matutinum leticia eodem modo nunc eccleſia per officium veſpertinū flere videt ⁊ per officium matutinum i per laudes letari cū illis ideo in laudibus iterum aſſumit quinarū numerum pſalmorum vt primis quinqꝫ fletum/ ſecundis leticiam perſonet maxime qꝛ etiam in illis caſum aliquorum fidelium quibus occidit ſol iuſtitie ⁊ in iſtis reſurrectionem aliorum quibus idem ſol oritur/contemplatur quare ad veſperum dicitur flere ⁊ ad mane letari eodem numero quinario ſed Computo cantico quod admodum pſalmi cantatur cum ſua antiphona tā in veſperis q̄ꝫ in laudibus celebratur numerus ſenarius.qꝛ in ſex diebus creationis nulle alie hore diei explicantur niſi veſpere ⁊ mane Gene. 1 In veteri quoqꝫ lege his duabus horis fiebat iuge ſacrificium agni inmaculati ob beneficium diuine gubernationis licet ſacrificium veſpertinum ſecundum legem debebat eſſe pinguius ⁊ melius ſacrificio matutino propterea officium veſperorum ſolemnius cenſetur officio laudum quod vel ex eo maxime patet qꝛ in eo dicitur canticum virginis Marie.quod omni alio cātico eſt profecto excellentius Poſt pſalmos ⁊ antiphonas cōmunis vſus tam in laudibus q̄ꝫ in veſpe-
ris legit Capitulum 1 Doctrinam ⁊ poſt capitu- Captm.
lum hymnum.i iubilationem loco reſponſorij q̄uis quedam eccleſie prius cantent hymnum
in veſperis q̄ꝫ legāt capitulum Quedam etiam Hymnus
eccleſie in ſolemnioribus veſperis cantant reſpōſorium poſt capitulum ⁊ ante hymnum ſed modus Romane eccleſie videtur melior ⁊ cōmunior.qꝛ ſi canticū Zacharie in laudibus excludit reſponſorium apud omnes eccleſias/ multo magis canticum virginis Marie debet ipſum exclu-
dere In veſperis finito hymno ponitur verſicul⁹ 3
incitans ad attentionem pro cantico virginis ſe- Canticū
quente.Magnificat anima mea dominum luce virginis.
primo in quo notantur promiſſa dei ⁊ impletio Marie.
eorum quatenus firmiter in nobis ſpes de promiſſa nobis gloria eterna in alia vita ⁊ dum cantatur Magnificat ſacerdos turificat altare offerens deo populi deuotionem ⁊ deinde miniſter turificat totum pplm vt ſimus odor bonus corā deo ⁊ proximis Et hec eſt ratio quare in ſolennioribꝰ feſtis antiphona huius cantici triplicat

idest tribus vicibus cantatur vt ſit tempus ſuf=
ficiens ad turificandum omnes anteq̄ finiatur
canticū Et nota q̄ licet canticum virginis Ma
rie fuerit prius q̄ cāticum Zacharie tamen hoc
prius in laudibus ⁊ illud poſterius in veſperis
decantatur nimirum q̄ canticum Zacharie cō=
memorat Joannē baptiſtam qui fuit lucifer an
te ſolem chriſtum ſed canticum virginis Marie
commemorat eiuſdem virginis humilitatem ⁊ ali=
as eius magnificas virtutes que fidelibus mō=
ſtrate ſunt in veſpera mūdi. Et etiā q̄ hora veſ=
pertina depoſito filio ſuo de cruce ipſa eū mor=
tuum tenens in gremio deplanxit Unde di
gnū eſt vt quotidie in memoriam virginis Ma=
rie hoc canticum in veſperis decantetur quod
etiam facit multum ad noſtram eruditionem
quatenus imitatores effecti humilitatis eius nō
ſuperuiamus de noſtris bonis operibus/neq̄
de laudibus diuinis quas per totum diem per=
ſoluimus Utrumq̄ autem canticum ſ. ⁊ Zacha
rie ⁊ virginis Marie ſexto loco cantatur in ſuo
officio matutino ⁊ veſpertino vt per hoc denote=
tur in ſexta mundi etate per miniſteriū virginis
Marie ⁊ precurſore beato Joanne baptiſta im=
pleta eſſe omnia que deus promiſerat ſanctis
patriarchis ⁊ prophetis de redemptione huma=
ni generis vt in eiſdem cāticis expreſſe dicitur
De cantico aūt Symeonis clara eſt ratio quare
vltimo dicatur in completorio nam ⁊ ipſum tem
pore fuit aliorum vltimum ⁊ ab homine iam de
cedente ab hac luce editum pertinereq̄ videtur
ad ſeptimam mundi etatem quieſcentium ani=
marum ideo nimirum in ſeptima horarū cano=
nicarum canitur ab eccleſia quando receditur iā
a luce dici vt deinceps indulgeat ſomno ⁊ quie=
Oratio. ti Finito cantico virginis Marie ⁊ recantate
eius antiphona in diebus dominicis ⁊ feſtiuis
ſtatim dicitur oratio vel collecta finalis in dieb⁹
vero ferialibus adduntur preces prolixiores q̄
in aliis horis diurnis adduntur ⁊ ſuffragia ſan=
ctorum ſicut in matutinis Ceterum eſt notādū
q̄ in omnibus feſtis in quibus dicuntur nouem
lectiones in matutinis dicuntur prime ⁊ ſecūde
veſpere de eodem feſto niſi aliud ſuperueniat
Sed in feſtis trium lectionum non ſunt ſecunde
veſpere ratio huius eſt tum vt appareat diffe=
rens illorum ſanctorum dignitas quia ſtella dif
fert a ſtella in claritate tum q̄ primis veſperis
gloria anime ⁊ ſecundis gloria corporis ſancto=
rū ſignificatur de qua ſecunda ſtella magis certi
ficatur eccleſia in maioribus feſtis q̄ in minori=
bus In officio autem deffunctorum quod a veſ
peris incipitur non ſunt ſecunde veſpere eo q̄ ta
le officium ad ſolam anime gloriam terminatur
de qua cum certi ſimus de aliquo ſancto per au
toritatem eccleſie non amplius fit pro eo officiū
deffunctorum hactenus de veſperis

## ¶ De completorio.

4 Ratiōes cōpletorij.

Hora cōpletorij in nocte ſue paſſionis chri=
ſtus patrem orauit in horto ⁊ die ſequenti
eadem hora fuit poſitus in ſepulchro merito er=
go eccleſia in tali hora deum laudat ⁊ gratias ei
agit Dicitur autem hoc officium completorium
quod in eo completur diurnus labor hominis
ſiue in horis canonicis ſiue in aliis actibus ⁊ ex=
ercitiis humanis ⁊ finito labore indulgetur quie
ti. chriſtus etiam poſt laborem ſue paſſionis quie
uit in ſepulchro Incipitur autem hoc officium
preter aliorum morem per Conuerte nos deus
vt etiam ſupra dictum eſt quia per totum diem
digreſſi fueramus ad negocia humana ⁊ intēti
fueramus cure corporis in quibus actibus ſepe
homo recedit a deo ideo petit ſacerdos pro ſe ⁊
pro toto fidelium populo quaſi receptui canen=
do dicens Conuerte nos deus Uerum religioſi
⁊ canonici regulares atq̄ eccleſie quedam cleri=
corū ab eis inſtitute ante hoc principium legunt
aliquam lectionem l. de vitis patrum vel de fe=
ſto ſequente vel de textu ſacre ſcripture ⁊ legit il
lam vnus de minoribus clericis chori premiſſo
Jube domne benedicere ſicut in lectionibus no= Jube dōne.
cturnis cui ſacerdos reſpondet Noctem quietā
⁊ finem perfectum quia in iſto officio eſt finis ⁊
diei/⁊ laborum/⁊ officiorum / principiūq̄ noctis
atq̄ quietis Lectio ſequens hanc benedictionem
frequenter eſt illa prime Petri 5 Fratres ſobrij
eſtote ſcilicet in ſomno ⁊ vigilate in orationibus
priuatis ne intretis in temptationes diaboli q̄a
aduerſarius veſter diabolus circuit querens quē
veſtrum deuoret i. deuorare poſſet ⁊ hoc maxime
procurat in nocte propter otiū hominum quod
eſt valde aptum temptationibus Lectione iſta
finita per Tu autem domine additur oratio do=
minica in ſilencio. quaſi reſpōſio ad lectionem p
effectum quia lectio precipiebat fidelibus orare.
Deinde fit confeſſio generalis pro peccatis leui=
bus per diem cōmiſſis ⁊ data abſolutiōe incipit
preſbiter completorium dicens Conuerte nos Conuerte nos deus.
deus ad ſenſum predictum ⁊ hoc dicit ex humili
tate reputans ſe peccaſſe in die q̄ bonarum mē
tiū eſt ibi culpā timere vbi forte culpa nō eſt vel
hoc dicit ex perſona totius eccleſie in qua multi
ſunt peccatores Facto hoc principio petit auxi=
lium gratie dei ad digne laudandum ipſum in
completorio per Deus in adiutorium ſicut in a=
liis horis omnibus Unde colligitur q̄ Conuer
te nos deus reſpicit peccata preterita que obijci= Quattuor pſalmi in cōpletorio.
untur ſed Deus in adiutorium ad bona futura
que procurantur Poteſt etiam ex dictis haberi
ratio quare in hoc officio premiſſa antiphona
dicuntur quattuor pſalmi quia ad obtinendam
remiſſionem peccatorum per diem commiſſorum
ex mala inclinatione quadrifarij noſtri corporis
vel etiam ad muniendum ipſum corpus infirmū
contra timores nocturnos/cōtra fantaſmata no
ctium/contra caſus fortuitos/⁊ contra illuſiones
demonum dicitur enim primo pſalmus quar=
tus cum inuocarem quo et miſericordia dei im=
ploratur pro delictis/⁊ ſomnus quietus petitur
ſiue corporis in lecto ſiue mentis in deo Secun
do additur pſalmus trigeſſimus In te domine

ſperaui quo iſta quies mentis ⁊ corporis petita in precedenti pſalmo declaratur fieri in ſpe ſalutiſere ſurrectionis a ſomno qua iterum poſſit laudare deum ⁊ intendere alijs rebus neceſſarijs Sed huius pſalmi non dicuntur niſi ſex verſus tum ad euitandam prolixitatem huius pſalmi quia valde magnus eſt tum quia chriſtus in ſexta mundi etate ⁊ in ſexto die hebdomadis ſancte dicto ſexto verſu huius pſalmi ſ in manus tuas ſpirauit vt dicitur Luce. 23 ⁊ ſic quieſcere cepit a ſuis laboribus tum qꝛ ſoli illi ſex verſus faciunt ad propoſitum huius officij completorij tum deniqꝫ qꝛ huic parti huius pſalmi optime conſonat pſalmus ſequens 90 qui habitat quo petit eccleſia protectionem dei in nocte ⁊ in ſomno ſ a tentationibus diaboli que quadruplices deſcribuntur ſ timore nocturno ideſt a tentatione leui ſed occulta A ſagitta volante in die ideſt leui ⁊ aperta a negocio per ambulante in tenebris ideſt a graui ⁊ occulta tētatione ab incurſu ⁊ demonio meridiano ideſt a graui ⁊ manifeſta In quarto deniqꝫ pſalmo.133 Ecce nunc benedicite incitatur fidelis populus ad laudandum ⁊ benedicendum deum ſuper protectione ſua in nocte quam ex certa ſpe quaſi iam exhibitā nobis credit eccleſia Et dicuntur iſti quattuor pſalmi omnes ſub vna antiphona in quolibet die more aliarum quattuor horarum āte veſperos ad ſignificandum ſ ꝙ ex ſola dei charitate mouetur eccleſia ad huiuſmodi laudes diuinas celebrandas

Capl'm.

Poſt pſalmos predictos dicūtur capitulum/hymnus ⁊ verſus ſed non eodem ordine apud omnes eccleſias nā monachi ⁊ alij clerici eos imitantes qui ante principiū cōpletorij premiſſerant lectionem ⁊ confeſſionem non dicunt poſtea capitulum in completorio tum ad euitādam prolixitatē quia iam preceſſerat lectio alia tum etiam qꝛ inſtante nocte ⁊ tempore dormiendi ac quieſcendi ſicut ceſſamus ab alijs laboribꝰ ita debemus ceſſare a lectionibus Alie eccleſie licet dicant capitulū tamen prius cantant hymnum ꝙ̃ capitulum qꝛ viris pfectis ſignificatis per completorium non eſt neceſſaria exhortatio lectionis ſed ſufficit eis exercitatio in dei laudibus ad hoc vt poſtea exultent in deo ſuo que exultatio per hymnum ſignificatur Legunt tamen capitulum poſt hymnum qꝛ non eſt pretermittenda exhortatio etiam viris perfectis ꝙ̃diu in hoc mundo viuunt qꝛ ſepius cadit iuſtus ſaltē venialr nec nocet admiſſo ſubdere calcar equo Alijs demum placet modus ⁊ ordo qui in laudibus ⁊ veſperis obſeruatus eſt ſ ꝙ capitulum p̄cedat hymnū / ideſt exhortatio iubilationem ita ꝙ hymnus ſit pro reſpōſorio ad lectionem

Hymnus

Quedam tamen eccleſie poſt capitulum ⁊ ante hymnum dicunt reſponſorium illud in manus tuas domine capitulum autem completorij vbi ponitur ſemper eſt illud Hiere 14 tu in nobis es domine ⁊c quo deus oratur adeſſe populo ſuo eū inuocanti ⁊ nomen eius laudanti hymnus etiā ſemper eſt ille Te lucis ante terminum nec variatur ad modum hymni laudum ⁊ veſperorum· ſed eſt ſemper idem ad modum aliarum horarū diei in quibus nunꝙ̃ variatur hymnus qꝛ denotat qualitatem temporis in quo illud officium cantatur Hymnus ergo iſte per modum exultationis petit illud idem quod pſalmi precedentes ſcꝫ protectionem ⁊ auxilium dei contra illuſiones demonum ⁊ phantaſmata noctium quibus ſepe poluuntur corpora ſeruorum dei vnde ſubditur verſus Cuſtodi nos domine qui excitādo homines ad attentionem pro cantico ſequente notat totius officij huius effectum ⁊ finem iā declaratum

Canticū ſimeōis.

Cāticum ſymeonis Nunc dimittis ſeruum tuum domine Luce 2 tum ex authore (qui migraturus ex hac luce illud cecinit) tum ex materia qꝛ pacem ⁊ quietem ſomni reſonat tum deniqꝫ ex hora que ipſum introducit eccleſia manifeſte conuenit officio completorij quatenus nos allecti promiſſionibus dei in eo declaratis ⁊ iam completis leti quieſcamus in domino. Circa quod canticum hoc etiam notare conuenit ꝙ cum in omnibus horis canonicis cōmuniter ſeptem partes notentur totum officiū integrantes ſ principium pſalmi/ hymnus / lectio/ reſponſorium/verſus/⁊ oratio in tribus tamen earum additur octaua pars que eſt canticū propter earum excellentiam vt diximus He enim tres hore canonice maxime ad reſurrectionem chriſti pertinent (que octauam etatem ſignificat) nā chriſtus in crepuſculo matutino reſurrexit/in veſpera ſe diſcipulis manifeſtauit/⁊ in cōpletorio cum eis cenauit paceqꝫ letificauit eos ꝓpter in his tribus officijs hymnus letitie cantus poſt pſalmos ponitur qui etiam ſtatim cōtinuatur cantico noui teſtamēti (quo dei promiſſiōes implete narrantur) in alijs autem horis canonicis hymus precedit pſalmos inſinuās leticiā ex qua ſeruus dei ad bona opera procedit Tadē

Oratio.

ſubditur oratio finalis immediate poſt canticum licet in diebus ferialibus interponantur preces proprie huic officio ſcꝫ aptate ad ſignificandam quietem corporis ⁊ pacem mentis in nocte cui etiam ſignificationi cōcordat oratio Viſita queſumus domine qꝛ tamen viſum eſt patribus ꝙ ad repellendam diaboli infeſtationem multum valet aſperſio aque benedicte ideo qñ hec oratio dicitur a ſacerdote vnuꝫ clericorum totum populum fidelem ⁊ etiam chorum ſacerdotum aqua benedicta aſpergit

Aſperſio aque benedicte.

Quedam tamen eccleſie putantes tempus illud (quo talis oratio dicitur) eſſe paruum ⁊ non ſufficiens ad aſperſionē illam premittunt illi orationi cantantes pſalmum 66 Deus miſereatur noſtri quo finito dicitur illa oratio que per totum annum inuariabilis eſt in hoc officio ſicut dictum eſt de pſalmis/capitulo/hymno/⁊ verſu ⁊ hoc forte propterea qꝛ in illis omnibus fit ſermo de illa pace ⁊ quiete ad quam ſuſpiramus in alia vita ⁊ illa eterna eſt ⁊ inuariabilis iuxta illud pſalmi verſiculum In pace inidipſum dormiam ⁊ requieſcam tale quiete anime ſomno ⁊ quiete corporis

ſignificamus quā in hos officio frequenter perſo namus. Hactenus ergo de ſeptem horis canonicis eccleſie chriſtiane breuiſſime dicta ſint: ⁊ ex quinto libro rationalis domini Guillelmi excerpta pro maiore parte licet clariore ſtilo ⁊ plano ſcribendi modo ſcꝫ Theologico tradita propter ſimplices eccleſiaſticorum: qui vel non habent vel nō intelligunt predictum autorem valde prolixe ⁊ grauiori dicendi modo de his rebus agentem. In fine omnium horarũ canonicarum communis vſus eccleſiaſticorum fere vbiqꝫ terrarũ habet cantare ſalutationem virginis Marie ab eccleſia editam. ſ. Salue regina: tum in memoriam pietatis eius qua interfuit ſepulture chriſti in illa hora. tum etiam ad inuocandā ipſam in adiutorium noſtrum contra pericula nocturna. Salue regina

## Caput ſextum exponit

ſecundum varios ſenſus pſalmum. 118. Beati immaculati in via: qui pre ceteris omnibꝰ in toto pſalterio maxime venit in vſum eccleſiaſticorum.

Preter illa que in ſuperioribus capitulis ex rationali diuinorum officiorum excerpſimus: viſum eſt adhuc couenientes q̄dā ab alijs autoribus accepta ad calcem huius noſtri primi libri addere: ⁊ eorum primum occurrit expoſitio diuiniſſimi pſalmi/ Beati immaculati: eo ꝙ apud eccleſiaſticos ſit frequentiſſimus et per octonarios verſuum procedens noui teſtamenti grām miro reſonet artificio. Eſt enī metrice compoſitus in hebreo ſermone: ⁊ procedit per litteras alphabeti hebraici. ita ꝙ cuilibet tali littere correſpondeant octo verſus ab ea incipientes. Unde cum due ⁊ viginti ſint littere apud he-
1 Forma huiꝰ pſalmi. breos teſte beato Hieronymo: cōſtat totidem eſſe octonarios verſuum in hoc pſalmo. Qui ſicut in exteriore artificio grāmaticali apparet ſpecioſiſſimus: ſuaqꝫ magnitudine longe alios omnes ſupat pſalmos. ita in ſenſu interiore eſt fecūdiſſimꝰ in omni ꝟtute ⁊ bona doctrina. Eſt enī velut quedam apotheca totius religionis ⁊ ſanctitatis: qui ⁊ ſolus ſufficeret inſtitutioni ſeu eruditioni cuiuſlibet viri perfecti: ſi iugiter illum per-
Materia eius. legeret/ ruminaret ac meditaretur. Nimirum igitur ſi eccleſia chriſtiana decreuerit hunc pſalmũ quotidie decantandum a clericis in choro per horas diei a mane vſqꝫ ad veſperam: vt ſit eis quaſi panis cotidianus idest quotidie legendus/ conficiendus/ edendus/ ⁊ digerendus/ ac incorporandus. Ideo ante q̄ꝫ ad eius expoſitiōem veniamus: pauliſper nobis immorandum erit cōmēdationi eius multiplici: ne forte ex nimia aſſiduitate viLeſcat apud indoctos: cum certe quicquid in laudem eius dici poteſt ab hominibus:
2 Septem ornamenta huius pſalmi. minus ſit ſua dignitate. Faciūt autem ad cōmendationem huius pſalmi multa egregia ⁊ preclara eius epitheta: ex quibus ſeptem precipua ānotabimus que memorie gratia hoc verſu colligimus. Laus/ Magnus/ Planus/ Doctor/ Repetit/ Vibrat hec vox. Primum itaqꝫ horum ſeptē: Primũ.
eſt laus multorum ſanctiſſimorum doctorum ꝙ hunc pſalmum ſuper omnes alios pſalmos totius pſalterij mirifice cōmendauerunt. ſcꝫ Ambroſius/ Auguſtinus/ Caſſiodorus: ⁊ alij plures qui eius expoſitioni multiplici inſudauerūt. Horū enī autoritas ſufficit ad hoc vt iſte pſalmꝰ habeatur quaſi totius vite chriſtiane ſpeculum/ paradiſus deliciarum/ ortus omnium pomorum apotheca omnium medicinarum/ liber omnium moralium ſentēciarum/ ⁊ demum ſicut firmamentum ſtellarũ. Nam quilibet eius verſus nō indigne dici poteſt has omnes habere proprietates Secũdũ.
per figuram. Secundum in ordine eſt magnitudo huius pſalmi tā in numero verſuum q̄ꝫ in profunditate ſententiarum. habet enim octies viginti duos hoc eſt cētum ⁊ ſeptuaginta ſex verſus. Qui numerus ſicut excedit omnium aliorũ pſalmorum numeros: ita etiam noui ⁊ veteris teſtamenti ſacramēta explicat. Nam viginti duo ad vetus teſtamentum pertinēt: cum ſit numerꝰ hebraicarum litterarum ſimiliter ⁊ librorum veteris legis: quos diuus Hieronymus computat in ꝓlogo galeato. Octonarius vero ad nouum refertur teſtamentum: cum ſit reſurrectione dñica ⁊ beatitudinibus euangelice conſecratus. Tertiũ.
Tertio iſte pſalmus ceteris preſtat in planicie ſeu claritate verborum. eſt enim perfacilis in ſuperficie littere qui etiam a paruulis pueris intelligi poſſit. ſed (vt Auguſtinus ait) quanto in facie videtur apertior: tanto eſt miſteriorum altitudine profundior: in quo fluuio ⁊ agnus peditat
⁊ indus elephas natat. Excedit quarto iſte pſal- Quartũ.
mus ceteros q̄ eſt eis doctrinalior idest meliori artificio docēdi procedens ſcꝫ per litteras alphabeti notiſſimas ⁊ preclaro genere metri. ſ. elegiaco (vt declarat origenes) aures fideliũ ſuauiſſime demulcet. Nec arbitrādum eſt ſolum a caſu vel humana phantaſia hunc pſalmum procedere ꝑ illas litteras apud hebreos (eo modo quo apud nos procedit ille hymnus A ſolis ortu cardine) ſed ſi grauioribus autoribus Ambroſio/ Auguſtino/ Caſſiodoro credimus: grandia myſteria crepitant littere iſte alphabetice quaſi tituli premiſſe verſibus ſuis. Sūt enī quaſi aperiſſima elementa ſchole ſpirituſſancti: quibus adhuc tenera ⁊ lactans viri iuſti nutriatur infantia. Nam ſicut pueri hebreorum in his litteris ꝑmū legendi vſum accipiunt: ita ſerui dei his verſibꝰ quaſi elementorum bene viuendi modum addiſcunt. Accedit ad hoc earundē litterarum nominum interpretatio: que ordinate diſpoſita totam huius pſalmi ſententiā totāqꝫ eius continentiā breui epilogo explicat. Concordāt omnes catholici doctores nominatim Euſebius de preparatione euangelica: ⁊ Hieronymus ad Marcelam de optimo genere interpretandi: ⁊ poſt eos Ambroſius/ Auguſtinus/ Caſſiodorus ⁊ alij multi ꝙ nomina litterarũ alphabeti in nulla alia lingua preter Hebraicam ſignificant aliquid aliud

preter illas litteras mere ad placitum authorū volentium ſic eas nominare. Sed in ſermõe hebreo nomina litterarum alphabeti omnia prius fuere ſignificatiua aliarum rerum vt Aleph eſt doctrina / Beth domus / Gimal retributio ⁊ ſic de alijs vſq₃ ad Thau quod eſt ſignum vt patet ex gloſa ordinaria ſuper hunc pſalmum Et ratio huius diuerſitatis eſt q₂ cum tota lex vetus ſit figuralis ⁊ ſignificatiua miſteriorum chriſti ⁊ ſue eccleſie voluit deus ꝙ ipſa ſcriberet in ea lingua cuius omnes littere eſſent ſignificatiue hoc eſt in hebraica Tota ergo ſumma ⁊ intentio principalis huius pſalmi quam inſinuant littere capitales ⁊ principia ſuorum verſuū hec eſt ꝙ lex dei eſt doctrina ducens homines ad ſignum qui eſt chriſtus caput noſtrum ⁊ medicamentum humane nature vt inferius magis declarabimus procedentes per ſingulas interpretationes litterarum Huic rei vnum ſimile declarat ſctūs Auguſtinus in ſermone de natiuitate chriſti allegans verſus grecos Sybillarum ⁊ notans litteras capitales eorū eodē modo In hoc pſalmo littere initiales verſuum eius inſinuant materiam ⁊ doctrinam huius pſalmi. qui intendit fidelibus commendare doctrinam legis dei que eſt via rectiſſima ducens homines ad vltimum finem felicitatis eterne ad quem velut ſagittarij ad ſignum aſpicere debet in actionibus ſuis

Quintū priuilegiū.

¶ Quinto iſte pſalmus hanc ſingularem excellentiam habet ſuper omnes alios ꝙ in tanta ſuorum verſuum numeroſitate nullus fere verſus eſt in quo nō fiat mentio de lege dei Cuius ad tollendum faſtidium ⁊ etiam ad ſignificandum myſteriū ipſa varijs vocabulis nominetur aliquando in numero ſingulari aliquando in plurali / vocatur n lex / ſermo / eloquiū / mādatum / via / iudicium / iuſticia / iuſtificatio / teſtimonium ⁊c Huius repetitionis aſſidue eiuſdem rei multe aſſignantur cauſe a diuerſis doctoribus ſ. vel ad oſtendendam vehementiam affectus deuoti hominis ad obſeruantiam legis dei vel ad explicādam neceſſitatem auxilij diuini pro quolibet legis opere bene implendo vel deniq₃ ad inflamandum legentis deſyderium reſpectu vere beatitudis ad quam optime dirigit doctrina huius pſalmi eo modo quo peregrini in terra aliena frequentiſſime interrogant de via que eos perducat ad locum optatum quatenus euitent omnia pericula errorum

Sextum.

¶ Sextum priuilegiū huius pſalmi eſt q₂ totus vibrat amore dei. Eſt n ignitus ⁊ affectuoſus vt apparet ex ſuo modo loquendi q₂ fere in oībus ſuis verſibus ſermo hoīs dirigitur ad deum in ſecunda perſona vt ſit quaſi ſoliloquiū deuotiſſime orationis qua homo familiariter loquitur ad deum ſuum nunc quidē ſicut ſeruus fidelis ad dilectiſſimum dominum cui ſemper vult bene ſeruire nunc vero ſicut filius chariſſimus ad patrē cui in omnibus deſſiderat complacere ⁊ ſecundum precepta eius viuere nūc deniq₃ ſicut amicus ſuauiſſimus cupiens eius beatitudine perfrui ideo viam querit qua ad illā peruenire poſſit.

Septimum.

¶ Septimo i hoc pſalmo formatur vox omnium ſtatuum eccleſie militantis ⁊ ad dominum peregrinantiū Ait enim Ambroſius ꝙ hic loquitur cum deo omnis ſanctorum chorus ſ Apoſtolorum / Martirum / Cōfeſſorū / Virginum / ⁊ coniugatorū Item dominorū ſeruorum / prelatorum / ſubditorum / penitentiū ⁊ innocentium ⁊ aliorum omnium Conſonat Auguſtinus dicens ꝙ hic breuiter loquitur generalis iuſtus cū deo ſuo modo profitēdo quod accepit / modo ſperando quod meruit hec clariſſime apparere poſſunt cuilibet ſingulos verſus deuote contemplanti quod etiam innuit huius pſalmi forma per octonarios procedens Cuius vnaqueq₃ pars in ſe perfecta eſt ⁊ ſufficiens adeo vt ſiquis hanc doctrinam bene ſeruet in vita ſeptem dierum numero reuoluta perueniet ad octauam reſſurrectionis ⁊ perfectam circunciſionem cordis in octaua mundi etate quando erit ſeruis dei plena beatitudo ſuperne patrie Digne igitur cum multa deuotione ⁊ ſine faſtidio iſte pſalmus venit quotidie in eccleſia dei decantandus ⁊ pie meditandus cum ſit tā laudatiſſimus / tam latus / tam profundus / tam plenus / tam artificioſus ⁊ omni affectu pietatis repletus

3

De autore huius pſalmi.

¶ His p̄miſſis in huius pſalmi cōmēdationem veniendum eſt iam cum dei adiutorio ad eius expoſitionem ⁊ inter varios ſenſus premittendus erit litteralis pro quo in primis ſupponamus ꝙ author huius pſalmi fuit regius propheta Dauid. quod verum eſt non ſolum ſecundum opinionem Auguſtini qui hoc tenet de omnibus pſalmis. ſed etiam ſecundum Hieronymum qui quoſdam pſalmos tribuit alijs autoribus Nam ipſe verba huius pſalmi citans in epiſtola ad Marcellam / ⁊ in alia ad amicum egrotum / ⁊ in alia ad Nepotianum ⁊ Fabiolam ea dicit a Dauid eſſe prolata ⁊ decantata

Intentio huius pſalmi

Dauid ergo in hoc pſalmo introducit quemlibet iuſtū viatorem ex deſyderio beatitudinis deum orantem vt eum dirigat per legem ſuam ad illam conſequendam Et q₂ vt principes apoſtolorum Petrus ⁊ Paulus probant nō eſſe aliud nomē datum hominibus in quo oporteat nos ſaluos idest beatos fieri niſi per ieſum chriſtum quem propoſuit deus propiciatorem per fidem in ſanguine ipſius ideo conſequenter hic pſalmus dirigit iuſtū viatorem ad chriſtum qui eſt via veritas ⁊ vita ſuorum ſeruorum dirigit inquā viatorem vt oret chriſtum pro ſua directione ad beatitudinem acquirendam

4

A peregrinis dicebantur iſte pſalmus i ve. lege.

Et q₂ Hieruſalem illa terreſtris ciuitas paleſtine figura fuit Hieruſalē celeſtis in qua beatitudo ſanctorū conſiſtit ideo in tempore veteris legis fideles peregrini undecūq₃ venientes Hieroſolimam quotidie per viam memoriter recitabant vel cantabant hunc pſalmum ⁊ pie meditabantur doctrinas eius orantes deum pro ſua directione ⁊ cuſtodia in itinere donec peruenirent in Hieruſalem Quam intrantes ⁊ ad templum deuote accedentes ad gradus ſcale templi obuium habebant ſacerdotē qui preuio gradus illos moroſe aſcendebant

peregrini deuote pſallentes Canticum gradum
quod a pſalmo 119. hunc ſequente ſ Ad dominũ
cum tribularer clamaui incipitur ⁊ ſic per ſingu
los gradus ſingulos pſalmos canẽtes peruenie
bant ad portam templi in ſummo gradu illius
ſcale vbi iam cãtabant Ecce nunc benedicite
dominum qui pſalmus eſt finis illius cantici
Poſtea vero templum intrãtes afferebãt ſuum
ſacrificium deo per man⁹ ſacerdotis qui pro eis
orabat ⁊c Hunc ordinem dicitur rex Dauid in-
ſtituiſſe peregrinis pro tempore illius legis qui
etiam ſpiritu magno preuides futura chriſti my-
ſteria (per que fideles directi in via huius ſeculi
aſcenderent ad illam celeſtem ciuitatem ⁊ tem-
plum) hos edidit pſalmos propheticos pro via-
toribus in lege euangelica Sancta igitur mater
eccleſia chriſtiana in tempore legis euangelice
hanc figuram peregrinorum intelliges/ſciensqꝫ
vitam iſtam terreſtrem ⁊ mortalem viam eſſe ad

*Eccleſia militans peregri-natur in terra.*

aliam celeſtem ⁊ immortalem gloriam que eſt
finalis beatitudo pie ac deuote ſtatuit hũc pſal-
mum vie peregrinantium quotidie in templo
dei a ſacerdotibus decantandum ſolenniter in
horis diurnis pro ſe ⁊ pro toto dei populo pere-
grinante in hoc mundo ad celeſtem Hieruſale
que viſio pacis ⁊ qetis interpretatur Orat enim
eccleſia hoc pſalmo deum quotidie ꝓ ſua dire-
ctione ⁊ cuſtodia in hac via ab omnibus pericu-
lis tentationum diaboli/mundi ⁊ carnis ⁊ alio-

*Dauid peregri-nus.*

rum etiam inimicorum corporalium ⁊ caſuum
fortuitorum. Unde conſtat ſeruos dei in hoc mũ
do ſemper eſſe peregrinos ideſt extra patriam
exiſtẽtes ⁊ ad illam tendentes quod notauit
Dauid in pſalmo dicens Quoniam aduena ego
ſum apud te / ⁊ peregrinus ſicut omnes patres
mei. ⁊ hoc ſemper fuit verum a principio mundi

*Patres legis na-ture pere-grini.*

⁊ ita erit vſqꝫ ad finem eius Et quamuis apud
patres legis nature iſte pſalmus peregrinanti-
um nondum eſſet editus eius tamen ſententia
⁊ ſumma iã erat frequẽs more patriarcharum
quorum omniũ vocem magnus ille pater Abra
ham expreſſit cum poſteris ſuis Yſaac ⁊ Jacob
niam vt ait apoſtolus ad hebreos 11 peregrinos
ſe eſſe fatebantur ſuper terram quod ſonat inter
pretatio huius nominis hebreus nã ſic hebreos

*Chriſtus pegrinus.*

nominabant Qui autem hoc dicũt (inquit apo-
ſtolus) ſignificant ſe patriam querere non qui-
dem terrenam ſed meliorem ideſt celeſtem que
eſt perfecta beatitudo in celis Et ſicut homo ex
duplici ↄſtat natura ideſt anima rationali ⁊ car
ne ita etiam duplex eſt ab eo expetenda quere-
daqꝫ beatitudo altera in anima ſola / altera in
corpore ſimul cum anima ⁊ vtraqꝫ earum proue
nit hominib⁹ ꝑ chriſtum mediatorem dei ⁊ homi

*Chriſtia-ni pere-grini.*

num ⁊ ſine iſto medio eſt eis impoſſibilis Nam
in primo ſuo aduentu per ſacramenta gratie ab
eo inſtituta procurauit nobis beatitudinem ani
me remanentib⁹ adhuc corpib⁹ ſctõꝝ in ſepul-
chris corruptionis in ſcđo vero aduentu remota
omni prorſus corruptiõe a natura hũana glorifi
cabit chriſtus ſeruos ſuos completa beatitudi-
ne corporis ⁊ anime Sancti ergo dei ante ad-
uentum chriſti peregrinantes in hoc ſeculo pri-
mo per ſolam legem nature deinde etiam per le
gem ſcripture reuelatam tendebant ad chriſtum
expectantes ab eo vtramqꝫ beatitudinem quia
vtraqꝫ erat eis adhuc futura (neqꝫ enim anime
eorum ab hac vita decedentes glorificabantur
in temporibus illis) ſed poſt aduentum chriſti
primum fideles per legem gratie peregrinantur
poſt chriſtum ⁊ decedentes ab hac vita percipi-
unt ab eo beatitudinem anime. expectantes al-
teram ſtolã glorie in corpore vtriſqꝫ itaqꝫ pere-
grinis hic pſalmus debet putari communis:
quem dauid eorum medius pro omnibus ⁊ in
perſona omnium edidit indifferenter accipiens
legem dei ab eo tam ſepe repetitam pro lege na

*Epilog⁹ predicto-rum.*

ture vel ſcripture vel gratie Ex premiſſis ergo
patet non ſolum autor huius pſalmi ſcꝫ regius
vates dauid. ſed etiam perſona loquens hic cum
deo a Dauide introducta vcꝫ quilibet iuſtus via-
tor in hac mortali vita patet etiam materia hu-
ius pſalmi qꝛ eſt deuota oratio viatoris ad deum
qua petit directionem ⁊ cuſtodiam ſui per legẽ
dei que eſt via ad habẽdam beatitudinem fina-
lem patet quoqꝫ forma huius pſalmi ſcilicet ele-
giaca per octonarios verſuum procedens in ſin-
gulis litteris alphabeti Hebraici quo numero
tam litterarum ꝙ verſuum vtriuſqꝫ teſtamenti
perfectio inſinuatur nobis neceſſaria ad beatitu 5

*Mod⁹ ꝓcedendi i hoc pſal-mo Ethi-ce doctri-ne cõpa-ratur.*

dinem acquirendam Unde conſtat ꝙ hic pſal-
mus agens de via per quã homines veniant ad
beatitudinem ſupernaturalem ideſt de virtuti-
bus ⁊ operibus meritorijs quibus peruenitur
ad dei viſionem ⁊ fruitionem beatificam per ſi-
milem habet modum ethice doctrine philoſo-
phorum in qua ipſi etiam diſputant de via qua
homines perueniant ad ſuam beatitudine na-
turalem hoc eſt de ſcientijs ⁊ virtutibus quibus
peruenitur ad contemplationem prime cauſe to
tius vniuerſi ⁊ aliaꝝ ſcđaꝝ cauſarũ ſiue ſpũaliũ
ſiue corporalium In ethica autem doctrina Ari
ſtoteles philoſophorum omnium ordinatiſſim⁹
ab ipſa beatitudine ſiue vltimo fine orſus eſt
Deinde egit de ſingulis virtutibus tam morali-
bus ꝙ intellectualibus ſine quibus illa beatitu
do nõ attingitur ab hominibus Rationem au-
tem huius ordinis ſtatim adiecit in prohemio
ethicorum dicens huius nimirum cognitio finis
ad noſtram vitam multum confert ideſt ad bene
viuendum ⁊ veluti ſignum ſagittarij habentes
facilius quod oportet ideſt virtute aſſequamur
Quod ſi ita eſt amittendum eſt id ipſum ideſt fi-
nem vltimum qui eſt beatitudo/quaſi per figurã
comprehẽdere ideſt ſaltem in genere quid ſit co-
gnoſcere in primis Eode modo iſte noſter pſal-
mus in principio proponit nobis hominis bea- 6

*Uocabu-lũ beati-tudinis ꝗ modo ac-cipitᵣ hic.*

titudinem in genere declaratam Deinde proſequi
tur de operibus meritorijs ſecundum legem dei
quibus ad eam peruenitur Uerum ⁊ ſi a voca-
bulo beatitudinis iſte pſalmus incipiatur pro-
pter cauſam dictã ſcꝫ quia cognitio finis prece-
dere

dere debet media ad illum ordinata. tamen ſi ad
ſenſum littere bene aduertamus hoc nomē ma-
gis debet ſummi in hoc loco ꝓ beatitudine ſpei
q̄ꝫ pro beatitudine rei quemadmodum etiam ac
cipitur Matthei 5 vbi dicitur Beati pauperes
ſpiritu. ⁊c̄ Eſt autem beatitudo ſpei actus virtu-
tis precxcellens ⁊ meritorius quo quis dignus
efficitur beatitudine rei. acquiritqꝫ ius ad eam ⁊
qui huiuſmodi actus bene exercent dicūtur bea-
ti in hac via quales ſunt paupertas voluntaria
luctus/pax/mititas ⁊c̄. Beatitudo ergo que in
principio huius pſalmi nomine concreto propo-
nitur ſupponit pro beatitudine ſpei ⁊ cognotat
beatitudinem rei ſecundum modum loquendi
7 logicorum iam expoſitum Diuiſio huius pſal-
Diuiſio multiplex hui⁹ pſal.
mi in partes ſuas ex forma eius clareſcit ſcilicet
partitione vigenaria ſecunda litterarum hebrai-
carum ſed reſpiciendo ad materiam eius aliter
poteſt diuidi ⁊ hoc multis modis. primo enim
ſecundum Ambroſium diuiditur in prohemium
et tractatum nam prima littera Aleph primuſqꝫ
Prima diuiſio bimembris
octonarius verſuum videtur eſſe prologus ad
totum pſalmum in quo generaliter (vt diximꝰ)
agitur de beatitudine vltimoqꝫ fine hominis. in
alijs autem litteris ⁊ octonarijs omnibus ſpecia
liter datur doctrina moralis de medijs quibus
ad illam beatitudinem peruenitur et incipitur
tractatus in primo verſu littere Beth vbi dici-
tur in quo corrigit adoleſcentior ⁊c̄ Nomen eīn
prime littere doctrina interpretatur ⁊ cum mate-
ria totius pſalmi ſit doctrina quedam moralis
fidelium viatorum de medijs neceſſarijs ad bea
titudinem: euidenter ſequitur q̄ primus octo-
narius (qui eſt littere Aleph) ſit titulus ⁊ pro-
logus totius pſalmi et ſi primus octonarius eſt
ſermo de beatitudine finali conſtat autem q̄
omnes volunt eſſe beati ideo iſte pſalmus do-
cet quod plurimi neſciūt ideſt qua via homines
tendere debeant ad veram beatitudinem ne for-
te errent deuiantes ab ea Secūdum vero vſum
et modum officiorum eccleſiaſticorum in quibꝰ
Alia diuiſio q̄drimembris
iſte pſalmus cantatur: quadrifida ſit eius diuiſio
per primam/tertiam/ſextam/⁊ nonam/quā diui-
ſionem valde noſtre intentioni accommodāt in
hoc opere eccleſiaſtico inferius latiſſime proſeq̄-
mur Nunc autem magis ſcholaſtice agentes
8 ad bimembrem diuiſiōem huius pſalmi reuer-
Prima expoſitio hui⁹ pſalmi literalis
tamur. que licet apud varios doctores varia ſit
tamen in prima expoſitione huius pſalmi (que
litteralis eſt) Nicolaum de lyra imitabimur bre-
uiuſcule recolligentes dicta eius quo autore p̄-
ſupponente diuiſionem predictā a beatoqꝫ Am-
broſio acceptam primus octonarius de littera
Prohemiū pſalmi.
Aleph iterum diuiditur in duas partes equales
ideſt que quaternis verſibus conſtant primus
enim quaternarius loquitur de beatitudinis ſta-
tu ſecundus ibi · vtinam dirigantur: agit de bea
titudinis appetitu Statum autem beatitudinis
vie (que eſt beatitudo ſpei) declarat regius ꝓ-
pheta oſtendendo qui ſunt vere beati in hac vi-
ta ideſt digni ex operibus ſuis beatitudine pa-
trie (que eſt beatitudo rei) ⁊ hoc in duobus pri-
mis verſibus ⁊ qui non ſunt digni ea ſed po-
tius indigni et hoc in alijs duobus verſibus
Iterum digni beatitudine patrie ſunt duo ſtatꝰ
hominum in hoc mundo ſcilicet actiui ⁊ cōtem-
platiui Primus verſus Beati immaculati. ad Aleph Beati immaculati.
actiuos pertinet qui ſe exercētes in moribꝰ am-
bulant ſecundum legem ideſt precepta dei: ⁊ do-
mant omnes ſuas paſſiones freno rectе rationis
nis vt fiant immaculati. Secundus verſus Bea
ti qui ſcrutantur de contemplatiuis loquitur q̄
ſedatis animi paſſionibus continuo ſtudio ſcru-
tant̄ archana ſctāꝝ ſcripturaꝝ. q̄ faciūt toto cor-
de ideſt nō ſolum per pure theorice intellectum
ſed etiam per affectum charitatis in voluntate ⁊
pratice applicando ad mores Indigni etiam
beatitudine patrie ſunt duplices peccatores qui-
dam per commiſſionem multorum malorum:
qui ſcilicet operantur iniquitatem ideſt iniuſti-
tiam contra proximos ⁊ de his eſt tertiꝰ verſus.
non enim qui operantur Alij per omiſſionem
ideſt negligenter facientes mandata dei. que ipſe
precepit cuſtodiri nimis ideſt valde diligenter vt
dicitur in quarto verſu Tu mandaſti. in quo de-
uotus peregrinus iam incipit loqui ad deum in
ſecunda perſona ⁊ in ſingulari numero cum ha-
ctenus in tertia perſona ⁊ pluraliter loqueretur
de omnibus hominibus in genere. cuius ratio
vna eſſe poteſt quia omnes homines naturali-
ter appetunt beatitudinem de qua hic erat ſer-
mo initialis vel vt Caſſiodorus ait propheta lo-
quitur pluraliter in principio huius pſalmi vt de
eccleſia non de capite chriſto pſalmum eſſe in-
telligendum inſinuet: deinde ad ſe conuertit ſer-
monem ſingulariter intendens loqui ad deum
de q̄litate vite ſue In ſecunda vero parte hu-
ius prohemij per alios quattuor verſus agitur
(vt diximus) de beatitudinis appetitu nō qui-
dem vt incitentur homines ad beatitudinē appe
tendam. ſed tali appetitu p̄ſuppoſito ex naturali
hoīs inſtinctu noſter pegrinus quattuor optat
habere a deo Primū eſt bene viuere ſcdm legē
dei ſcꝫ cuſtodiendo mandata eius. q2 hoc nō po-
teſt homo ex ſe: ſed indiget deo adiutore ac dire-
ctore ꝓpter infirmitatē ⁊ ignorantiā naturalem
hominis ex peccato originali vt patet in quinto
verſu vtinā dirigantur ſecundo optat cognoſce-
re mandata eius vt cognita adimplere poſſit di-
cens in ſexto verſu: tunc nō confundar ſcꝫ cū re-
probis cū te docente ꝑſpexero ideſt intellexero
mādata tua ⁊ te adiuuante ea impleuero Tertio
p̄ſuppoſito adiutorio ⁊ directione gr̄e dei dicit ſe
affectare honore dei in oībꝰ bonis q̄ aget ſcdm le
gem ſuā bene intellectam: ideo in ſeptimo verſu
Cōfitebor (inq̄t) tibi. ſcꝫ cōfeſſiōe laudis ⁊ gratiaꝝ
actiōis habēdo iam cor a te directū ꝑ hoc q̄ te do
cente didici iudicia. ⁊c̄. Quarto his p̄ſuppoſitis
cōcludit in octauo verſu ergo iuſtificatiōes ideſt
mādata tua q̄ ſunt regule iuſticie: cuſtodiā dilig
ter· dūmodo nō me derelinquas a tua directiōe.
alias non potero ea adimplere meis viribus vel
D

ad minus mea opera ſecundum mandata tua non eſſent meritoria vite eterne ſine gratia tua licet quantum ad ſubſtantiam actus facerē op⁹ legis tue. Reſolutorie ergo ex toto iſto prohemio vel primo octonario littere Aleph colligitur doctrina de beatitudine in generali q̄tum ad duo principalia ſcilicet de hominum ad eā tendentium ſtatu atq; appetitu. que iam declarata ſunt. deinde per totum reſiduum hui⁹ pſalmi in alijs litteris et verſibus earum proſequitur ꝑpheta in ſpeciali de predictis duorum hominum ſtatibus qui digni ſunt beatitudine celeſti vnde totum reſiduum huius pſalmi diuiditur in duas partes principales prima eſt de operibus vite actiue. ſecunda de actibus vite cōtemplatiue et incipietur in vndecima littera vel octonario ibi Defecit in ſalutare tuum ꝛc̄. Et in vtraq; parte orat peregrinus deum pro adiutorio et directione ſua in huiuſmodi actibus vite virtuoſe ſecundum legem dei. et vt ſeparet eum a malis hominibus ꝛ peccatoribus qui a beatitudine vera excluduntur qui ꝛ in ſecundo ꝛ tertio verſibus prohemij notati ſunt. In prima parte de operibus vite actiue duo principaliter petit a deo fidelis peregrinus ſcilicet remotionem impedimenti ꝛ aſſecutionem iuuamenti. Impedimentum iterum triplex notatur Primum eſt ſenſualis appetitus/rebellio/ꝛ impulſus de quo ait in ſecundo octonario In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam qui a littera Beth incipitur quod nomen latine interpretatur domus. ideo denotat hanc eſſe doctrinam domeſticam ſcilicet de correctione filiorum ꝛ ſeruorum aliorumq; domeſticorum. quatenus a vicijs abſtineant refrenatis paſſionibus ſuis Secundum impedimentum eſt virtutis humane defectus de quo dicitur in tertio octonario Retribue ſeruo tuo ꝛc̄ qui a littera Gimal inſcribitur que eſt retributio vel plenitudo. quia cum virtus naturalis hominis ſit inſufficiens ad bonum operādum vt prius dictum eſt petit peregrinus adiutorium gratie dei quam per peccatum perdiderat vt ſibi retribuatur .i. iterum tribuatur ad habendam boni operis plenitudinem Tertium impedimentum eſt corporis aggrauantis pondus de quo ait in quarto octonario Adheſit pauimento anima mea qui a littera Daled prenotatur que latine eſt porta vel pauper vel timor quia ex porta .i. principio ſue natiuitatis habet pauper homo impedimentum quo ſemper debeat timere ne cadat Aſſecutionem iuuamenti triplicem petit peregrinus/prima eſt fides dirigens/ſecunda ſpes ſubleuans/tertia eſt charitas inflammans Nam ad bene exercenda opera vite actiue iuuat primo fides dirigens hominem ad vltimum finem ſuper naturalem q̄ etiam duplex eſt ſcilicet fides ſimplicium que ſufficit eis ad ſalutem. et fides maiorum que etiam alios edificat ad gloriam Primam fidē petit peregrinus in quinto octonario Legem pone mihi domine. qui a littera He incipitur quod vocabulum eſt pronomē femininum tertie perſone. et latine eſt hec vel iſta quia hec eſt victoria que vincit mundum fides noſtra ꝛ iſta eſt optima via ad beatitudinem habendam lex dei ſancta Fidē maiorum petit in ſexto octonario Et veniat ſuper me. cuius inſcriptio eſt littera Uau. que eſt coniunctio copulatiua latine et poteſt etiam hoc nomen eſſe due dictiones coniunctio ꝛ pronomen hoc modo Ua hu ideſt et ille quod ſatis apte conuenit fidei maiorum qua non ſolum ſibi ſed etiam alijs proſunt docendo eos/ac etiam reſpondendo pro eis argutijs infidelium ꝛ hereticorum Orat ergo peregrinus vt fidei ſimplicium (quam habet) adiungat deus fidem perfectorum qua proficiat non ſolum ipſe ſed ꝛ ille ideſt p oximus Spes ſubleuans hominem ad procurandam ſibi beatitudinem duo maxime reſpicit ſcilicet gratiam dei preuenientem/ꝛ motum liberi arbitrij cooperātem Gratiam dei petit peregrinus in ſeptimo octonario Memor eſto verbi tui qui a littera Zain inſcribitur ꝛ latine ſonat/huc vel ducte ſcilicet in beatitudine Bonum vſum liberi arbitrij in octauo petit octonario Portio mea domine a littera Chet inchoato que latine vitam/pauorē ꝛ quādoq; etiam peccatum ſignificat: quia in vita ſua ſeruus dei timet cadere in peccatum propter liberi arbitrij vertibilitatem Charitas autem ſtimulans ad bene agendum mouet hominem ex conſideratione beneficiorum dei in nos ꝛ hoc dupliciter primo ex beneficijs anime noſtre in nono octonario Bonitatem feciſti. qui a littera Tet prenotatur ea enim ſignificat ſcopare mundare ꝛ ſeparare bonum a malo que ſunt officia charitatis ad animam pertinentia. Secundo ex bn̄ficijs corporis in octonario decimo Manus tue domine fecerunt me. a littera Iod incipiente: que principium vel manum aut etiam confeſſionem ſeu laudem ſignificat latine. quia ſeruus dei commemorato ſuo principio quo proceſſit a deo in plenitudine bonorū inde aſſurgit ad confeſſionem ꝛ laudem dei Hacten⁹ de his q̄ peregrinus petit a deo ad ſui directionem in operibus vite actiue quibus dignus efficiatur beatitudine celeſti. Conſeq̄nter vero ꝑ totum reſiduum huius pſalmi petit auxiliū ꝛ directionē dei quantum ad actus vite contemplatiue q̄ (teſtimonio chriſti) eſt ſuauior vita actiua cum faciat hominem deo proximiorem Et hec conſideratio diuiditur in duas partes nam primo peregrinus loquitur de vite contemplatiue ſuauitate Secundo de eiuſdem ſublimitate ibi Mirabilia teſtimonia tua dn̄e ꝛc̄. Suauitatem iterum vite contemplatiue dupliciter annotat ſcilicet quantum ad eius obiectum ꝛ quantum ad contemplandi modum Adhuc obiecti contemplati duas deſcribit excellentias Prima eſt eius mira ſuauitas de qua in vndecimo octonario Defecit in ſalutare tuum. a littera Chaph inſcripto que latine incuruationem ſeu humiliationem ſonat Nam vir contemplatiuus

Beth. In q̄ corrigit.

Gimal. Retribue ſeruo.

Daled Adheſit pauimento.

Fides.

He. Legē pone.

Uau Et veniat ſup me

Spes.

Zain Memor eſto

Chet. Portio mea.

Charitas

Tet Bonitatē feciſti.

Iod. Manus tue.

Caph Defecit i ſalutare tuum.

feſſus longa militia in hac vita cupit diſſolui et eſſe cũ chriſto et valde deſiderans domini aduẽtum optat reuerti ad ſuum principium de quo prius dixerat Manus tue domine fecerunt me Secunda excellentia eiuſdem obiecti eſt ſua ſtabilitas ⁊ permanentia quam oſtendit in duodecimo octonario In eternum domine qui a littera Lamed incipitur et latine interpretatur cor vel ſeruitus quia diuina precepta legis dei ſunt corde iugiter meditanda et humili ſeruitute colenda celeſtia enim ſunt et nihil adulterina opinione in eis miſcendum eſt Circa cõtemplationis modum quattuor facit peregrinus primo enim oſtendit quomodo contemplatio perficit intellectum hominis in tercio decimo octonario Quomodo dilexi a littera Mem incipiente que latine ſonat viſcera vel ex eis. quia ex intimis viſceribus cordis meditatur ea que dei ſunt ab aliis ſanctis tradita imo ⁊ ſuper eos intellecta Secundo declarat quomodo contemplatio perficit affectum ſeu voluntatem hominis in quarto decimo octonario Lucerna pedibus meis qui a littera Nun/incipitur et latine ſonat vnicum vel filium aut paſcua vel in ſempiternum quia hec myſteria que contemplatur de vnigenito filio dei eterni luminis claritate qui eſt ⁊ paſcua fidelium reficiens appetitum intelligenda ſunt Tertio oſtenſa bonitate contemplationis ſacre doctrine deteſtatur malitiam deceptionis erronee in quintodecimo octonario Iniquos odio habui ⁊c̃ a littera ſamech inchoato que eſt coniunctio vel ſuſtentatio/adiutorium / aut firmamentum vel auditus vel obedientia quia nemo firmatur in bono qui non audit quid ſequi et quid euitare debeat nec amici cõtra deũ audiendi ſunt Quarto docet quod formidabilis ſit falſa doctrina in ſexto decimo octonario Feci iudicium cuius littera initialis eſt Hain i oculus vel fons.quia iuſtus preuidet vnde eſt fons vel origo peccati aut virtutis et hinc ſagax oſtẽditur in diſcretione legis dei contra hereticos peruerſores Sublimitatem vero contemplatiue vite dupliciter deſcribit noſter peregrinus primo quantum ad eius aſcenſum ſecundo quantum ad ipſius conuictum iocundum ibi principes perſecuti ſunt me Aſcendit autem ad ſublimitatem contemplationis duplici via.primo freq̃nti meditatione cum lectione ſecundo feruenti oratione de qua ibi Clamaui in toto corde Meditationis ⁊ lectionis frequentiam declarat in decimoſeptimo octonario Mirabilia teſtimonia tua dñe qui a littera Pe ideſt ore incipiens deſiderium explicat intelligendi mandata legis dei ideo aperit os ad deum petendo/querendo et pulſando Et quia ex frequenti meditatione legis dei naſcitur zelus vel ſitis iuſticie ideo in octauo decimo octonario Iuſtus es domine agitur de iſto ſancto zelo erga obſeruatores legis ſimiliter ⁊ contra preuaricatores ⁊ incipitur a littera ſadic que interpretatur iuſticia quia de ea ibi manifeſte loquitur.Ad feruentem orationem

Lamed. In eternum dñe.

Mem Quomodo dilexi.

Nun. Lucerna pedibus meis.

ſamech Iniquos odio habui.

Hain Feci iudicium.

Pe. Mirabilia teſtimonia.

ſadic Iuſtus es domine.

duo requiſita declarat:primum eſt eius qualitas in nono decimo octonario Clamaui in toto corde et incipitur a littera Coph que latine ſonat vocare/concludere/vel circundare quia ſeruus dei concluſus vel circundatus ab hoſtibus debet circumſpicere ⁊ auxilium petere cauſam periculi non diſſimulando Secũdo requiritur humilitas orantis de qua in vigeſimo octonario agit vide humilitatem meam cuius principiũ eſt littera Res que latine eſt principium vel caput aut pauper quia deuote orãs videndo paupertatem ſuam debet inniti chriſto ſuo capiti ac principi humiliter ei obediendo De iocundo conuictu ſapientie et vite contemplatiue agitur in vigeſimo primo octonario principes perſecuti ſunt a littera Sin incepto que fecunditate vel medicamentum ſignificat quia contra vulnus peccati optimum medicamentum eſt iocũda conſolatio legis diuine et item aduerſitas ex perſecutione malorum equanimiter tollerata quia inde anima fecundatur tandem huius iocunditatis augmentum in vigeſimoſecundo petit octonario Appropinquet deprecatio qui incipitur a littera Thau quod eſt ſignum vel cõſummatio quia viri perfecti et conſummati eſt hanc petere appropinquãdo ad beatitudinem que eſt conſummatum hominis bonum et ſignum totius vite moralis Hec igitur eſt breuis et ſummaria expoſitio litteralis huius pſalmi ex gloſa ordinaria et poſtilla Nicolai de Lyra excerpta que cum ſit aliarum omnium prima ſeu fundamentum optime diei dominico aptata eſt totius hebdomadis principio et dierum omnium primo Sed cum hec expoſitio ſit litteralis et ſcholaſtica per bimembres diuiſiones fere ſemper procedens tota reſpicit duos predictos ſanctorum ſtatus in hoc mundo ideſt actiuos et contemplatiuos Quia tamen vt ab initio in prologis diximus alium ſenſum habent autoritates ſacre ſcripture in libro eccleſiaſticorum officiorum ab eo quem habebant in ſuis libris originalibus Biblie Eccleſia autem hunc pſalmũ per quattuor horas diurnas quadrifida partitione ſecauit Conueniens videbitur iuxta hanc diuiſionem quadrimembrẽ alias quaſdam addere expoſitiões ſpirituales ex deuotiſſimis quibuſdam religioſis depromptas hic ſuperaddere quas ad numerum ſenarium perducemus vt pro reliquis ſex diebus ſeptimane ſingulas demus intelligentias huius pſalmi quatenus deuotus viator in quolibet die nouum habeat modum contemplandi in hoc ſoliloquio cum deo ſuo ¶ Altera ergo ⁊ ſecunda expoſitio ad feriam ſecundam pertinens appropriat hũc pſalmum fonti paradiſi terreſtris ex quo quattuor flumina diuidũtur ad irrigandam totam terram i eccleſiam catholicã Primus namque fluuius in quattuor octonariis hore prime lauat ſordes penitentiũ vt ſint immaculati:pertinetque ad incipientes Scd's fecũdat terrã bene operantium in ſex octonariis hore tertie ex

Coph. Clamaui i toto corde.

Res Uide humilitatẽ meam.

Sin. Principes perſecuti ſunt.

Thau. Appropinquet deprecatio.

Secũda expoſitio cõreſpõdẽs ſecũde ferie ſeptimãe.

pertinet ad proficientes in religione chriſtiana
Tertius fluuius nutrit quaſi piſces in aquis tri-
bulationum fortiter patientes in ſex octonarijs
hore ſexte et pertinet ad laborantes actiuos
Quartus deniqꝫ fluuius potat ſitim ardentium
contemplatiuorum in ſex octonarijs hore none
et pertinet ad uiros perfectos in ſanctitate. Ho-
rum membrorum declaratio talis ſubiungitur
Cum enim non ſint niſi viginti duo octonarij
verſuum in hoc pſalmo vt ſuperius ꝓbauimus
ex litteris alphabeti hebraici. non potuerũt cui-
libet quattuor primarum horarum diei dari ſex
octonarij. ideo in ꝑmo loco duorum octonariorum
( qui deſunt ) ꝑmittitur pſalmus Deus in noie
tuo ſatis conformis ſententie annotate in pmo
fluuio Nam hoc pſalmo verus penitens ſen-
tiens ſe tentationibus tribulatum in ꝑmis pe-
tit auxilium dei Deinde incipiens pſalmũ Bea-
ti immaculati. in quattuor ꝑmis octonarijs eius
allicitur ad reſurgendum a peccato ex conſide-
ratiõe beatitudinis ſupne. in qua eſt omnis ma-
Primus fluuius. li carentia/omnis boni affluentia / eſt clara dei
viſio ſimul ⁊ pfecta fruitio Ad hec quattuor per
ordinem referri poſſunt ꝑdicti quattuor octona-
rij hore pme ſeu primi fluuij in quo introduci-
tur vox peregrini de beatitudine incipientis cõ-
ſiderare nam primus octonarius eſt vox ſuſpi-
rantis ad future vite puritatem Beati immacu-
lati. Secundus octonarius eſt vox deſiderantis
eterne beatitudinis abundantiam. in quo corri-
git Tertius octonarius eſt vox ad claram dei vi-
ſionem anhelantis Retribue ſeruo tuo Quart⁹
octonarius eſt vox concupiſcentis perfectã dei
fruitionem Adheſit pauimento ſingulos autem
32 verſus huius fluuij facile exponet vir ingenio-
Secund⁹ fluuius. ſus ad hoc propoſitum ¶ Secundus fluuius
vt ꝑdiximus pertinet ad ꝓficientes in hora ter-
tia in cuius primo octonario Legem pone ſo-
nat vox peregrini vitam bonam deſiderantis
In ſecundo ⁊ veniat de perſeuerantia confiden
tis in tertio Memor eſto ē vox eterna bona ſpe
rantis in quarto Portio mea terrena omnia cõ
temnentis in quinto Bonitatem feciſti. propo-
nitur vox de beneficijs acceptis gratias agetis
in ſexto Manus tue eſt vox hominis ſe humi-
Tertius fluuius. liantis Et hoc modo debent applicari iſti qua-
draginta octo verſus ¶ Tertius fluuius in ho-
ra ſexta reſpicit ſtatum pugnantium ⁊ perfecte
actiuorum in cuius primo octonario introduci-
tur vox peregrini timentis decipi a mundana
proſperitate ideo ait Defecit in ſalutare. In ſecũ
do octonario eſt vox aduerſa fortiter ſuſtinetis
ibi in eternum domine In tertio contra concu-
piſcentias decertantis Quomodo dilexi In q̃r-
to contra ignorantiam ſe conſolantis lucerna
pedibus In quinto ſonat vox peregrini tribula
ti ab homine iniquos odio habui In ſexto ten-
tati a demone feci iudicium ⁊ ad hoc propoſi-
tum ſunt applicandi iſti 48 verſus ¶ Quartus
Quartus fluuius. deniqꝫ fluuius in hora nona adaptatur ſtatui p
fecte contemplatiuorum. Unde in primo octo-
nario eius loquitur peregrini mens contempla
tione illuminata mirabilia. In ſecundo affectio
eius in deum inflammata Juſtus es domine
In tertio auditur vox deuote orantis Clamaui
in toto In quarto humilitatem ſuam recognoſ
centis vide humilitatem In quinto mentis trã-
quille ⁊ nihil preter deum timentis principes p.
In ſexto demum octonario peregrinus vir per-
fectus cupit diſſolui ⁊ eſſe cum deo appropin-
quet deprecatio ⁊ per hec patet intelligentia horum
48 verſuum. Secundum ergo hanc expoſitio-
nem totus iſte pſalmus apparet vere fluui⁹ pa-
radiſi ſuo impetu letificans ciuitatem dei ⁊ ſuo
mirabili artificio ⁊ profundo ſenſu Nimirum er
go ſi ſupra in fine capituli 4. dictum fuerit ꝙ
hic pſalmus annotat quattuor ſtatus fidelium
viatorum ſecundum ſenſum eccleſie ipſum per
quattuor horas diuidentis nam prima notat
initium bone vite ⁊ conuerſionem peccatoris
Tertia ſignificat profectum Sexta perfectũ ſta-
tum Nona conuenientiſſime adaptatur ad hu-
militationem viri iuſti conſiderantis defectibus
ſuis naturalibus Has ſignificationes iſtorum
officiorum prenotant qualitates illarum hora-
rum diei. nam in prima hora lux ſolis et calor
oritur ⁊ incipit/in tertia augetur/in ſexta perfici-
tur i. eſt in culmine ſue perfectionis/in hora no-
na iterũ calor ac lux decreſcit ac humiliatur di-
cte etiam qualitates horarum in hymnis illorũ
officiorum explicantur ⁊ etiam in ipſis pſalmis
qui cantantur in eis Ad initium enim bone vi- Stat⁹ incipiĕtiũ.
te que eſt conuerſio peccatoris ad deum hec tria
pertinent primo ꝙ homo a malis ⁊ iniquis ſo-
cijs recedat quod ſonat pſalmus Deus in no-
mine tuo Secundo vt colat mundiciam cordis:
quam laudat pſalmus Beati immaculati ter-
tio vt conetur ad cuſtodiã legis dei ſub ſpe mer-
cedis eterne ꝓ qua orat pſalmus Retribue ſer-
uo tuo Similiter alia tria requiruntur ad pro- Stat⁹ ꝓficientiũ.
fectum virtuoſe vite primum eſt frequens medi
tatio in lege dei i. in ſacris libris ⁊ hanc petit ꝑ-
mus pſalmus tertie Legem pone Secundum
eſt ſpes auxilij gratie dei que innuitur in pſal-
mo Memor eſto tertium eſt guſtus dulcedinis
diuine bonitatis quam notat pſalmus Bonita-
tem feciſti Eodem modo ad conſummatam p- Stat⁹ perfectorum.
fectionem viri ſancti concurrunt alia tria. Pri-
mum eſt ꝙ obliuiſcatur terrena omnia propter
deum quod eſt ab eis deficere vt ſonat primus
pſalmus ſexte Defecit in ſalutare Secũdum eſt
ꝙ deuote meditetur myſteria ⁊ ſecreta dei. ⁊ huic
alludit pſalmus Quomodo dilexi tertium eſt
diligens pugna contra hoſtes anime de quib⁹
dicitur iniquos odio habui Tandem ex ma- Stat⁹ humilium.
gna perfectione vite moralis ſerui dei efficiun-
tur vere humiles quia defectus ſuos cognoſcẽ-
tes ſe nihil eſſe reputant. Uident enim ſepius ſe
tentari ⁊ vix poſſe reſiſtere tentatiõi quod in eis
deus pmittit ad tollendã ab eis ſupbiã vnde et
paulus aplus de ſeipſo dicit: ne magnitudo re-
uelationum extollat me. datus eſt mihi angel⁹

Sathane ſtimulus carnis mee ⁊c̄ cum em̄ aliqſ tentatur deſcendit profecto ab altitudine ſue cō templationis ad conſiderandam ſuam fragilitatem ⁊ ꝗ̄ facilis ſit ad lapſum. indeq; humiliatur conſiderans tria principaliter Primo occulta dei iudicia qui ſepe permittit multos viros ſanctiſſimos cadere in pc̄ta grauiſſima et ideo dicit Mirabilia teſtimonia tua domine Secundo ꝙ ex ſua naturali virtute non poteſt ſe in bono conſeruare: ideo indiget: clamare in toto corde Tertio ꝙ non debet eſſe ſecurus in hac vita que tota eſt tentatio ⁊ plena periculis de quibus ait principes perſecuti ſunt me ⁊ ideo beatus vir qui ſemper eſt pauidus Ad hunc etiam ſenſum moralem alludunt capitula/reſpōſoria/ verſus ⁊ orationes iſtorum quattuor officiorum de tempore in diebus dominicalibus ⁊ ferialibus ſi bene notentur verba que etſi varia ſint in officijs dominicalibus ⁊ ferialibus tamen in ſententia concordant.

10

Tertia expoſitio corꝛeſpōdēs tertie ferie.

❡ Tertia expoſitio huius diuiniſſimi pſalmi tertie quoq; ferie hebdomadis applicabilis exponit ipſum ſub parabola cuiuſdam horti valde delicioſi qualis erit paradiſus terreſtris de quo dicit̄ Geneſis 2 Plātauerat autem deus paradiſum ⁊c̄. vbi quattuor arborum ſpecies notantur ſcʒ lignum pulchrū viſu/lignum ſuaue ad veſcendum/lignum vite/ et lignum ſcientie boni ⁊ mali Hanc imaginationem tradere incepit ſanctus Auguſtinus ſup hūc pſalmū. cui etiā (vt aiūt) in viſiōe oſtenſus eſt ſub ſpecie arboris pulcherrime ⁊ habēs viginti duos ramos principales de quorum quolibet procedebant alij octo ramuſculi ⁊ ex eis q̄dam gutte dulciſſime continue rorabant quia ex ſingulis verſibus immo ⁊ verbis huius pſalmi rorant ſenſus ſuauiſſimi qui tam dulces ſūt in mente hominis ꝗ̄ cibi corporales in ore eius Hanc arborem ſponſa in canticis aſcēdere optabat vt apprehenderet fructus eius qui ꝑdulces eſſent gutturi ſuo ſpōſa hec eſt ſancta chriſti eccleſia que quotidie hunc pſalmum decantat et meditatur deuotiſſime quod in quattuor horas canonicas diuiſum videtur aſſimilare ipm quadruplici arbori predicte in paradiſo terreſtri

Primum lignū paradiſi pulchrum

❡ Nam in parte eius q̄ cantatur in prima commemorans pulchritudinē ⁊ munditiā beatitudinis eterne videtur eſſe lignū pulchrum viſu In tertia legem dei introducens q̄ eſt iugum ſuaue Matthei.11. videtur eſſe lignū ſuaue ad veſcedū

Secūdū lignū ſuaue

In ſexta ſalutaria dei beneficia referens q̄bus homo viuit vtraq; vita videtur eſſe lignum vite.

Tertiū lignū vite.

In nona demq; hora mirabilia dei opa diligenter ſcrutans q̄d aliud apparet ꝗ̄ lignū ſcientie boni ⁊ mali' ideſt de ꝑſcientia dei circa electos et reprobos tam hoies ꝗ̄ angelos' Ad hāc imaginatione ingenioſi ⁊ deuoti facile applicabunt ſingulos verſus iſtius pſalmi vt inde colligant multiplices fructus guſtui mentis ſuauiſſimos.

Quartū lignū ſciē tie.

11

Quarta expoſitio ꝓ quarta feria.

❡ Quarta intelligentia huius pſalmi pro feria quarta hebdomadis imaginatur in ipſo quaſi vna apotheca aromatum et ſpecierum ſuauiſſimarum pro odoratu mentis quam imaginationem notauit diuus Ambroſius ſup hunc pſalmum ⁊ poſt eum Caſſiodorus ſcʒ notando interpretationes ſingularum litterarum hebraicarum a quibus iſti verſus incipiunt immo et notando ſingula verba iſtorum verſuum vſq; ad primarias deriuationes eorum quaſi terens ſpecies aromaticas minutiſſime vt inde reſultet ſuauiſſimus odor ad vite humane documentum Et licet ſuperi' in prima expoſitiōe aliqua breuiter tetigerimus de his interpretationibus addemus nihilominus hic quedam alia a peritiſſimis hebreorum noſtre etatis accepta diuidētes has omnes litteras in quattuor partes correſpondenter ad quattuor horas canonicas in quibus iſte pſalmus cantatur ſcilicet Aleph/ Beth/Gimal/ ⁊ Daleth pro quattuor octonarijs hore prime. Item He/Vau/Zain/Chet/Tet/et Iod / pro hora tertia Deinde Caph / Lamed/ Men/Nun/ſamach ⁊ hain/In hora ſexta tandem Pe(ſadic/Coph/Res/Sin/Thau/ꝑ hora nona.

❡ Ex quattuor igit̄ litteris hore prime attenta illorum nominum interpretatione latina colligitur hec ſententia Doctrina domus dei (que eſt eccleſia eius) et retributio premij eterni pro obſeruatione eius non dabitur niſi pauperibus ſpiritu ⁊ vere humilibus iuxta dictum chriſti anguſta eſt porta qua intratur ad vitam et diuites non poſſunt per eam intrare. ⁊ loquitur ibi de doctrina fidei catholice: cuius portam ſi volumus intrare oportet nos humiliari ita ꝙ non ſimus ſuperbi aut curioſi circa articulos fidei (qui ſunt porta huius doctrine) quaſi volētes eos noſtro ingenio naturali comprehēdere· ſed potius debemus articulos illos nobis reuelatos adeo humiliter credere Prouer 3 altiora te ne queſieris ſed que precepit tibi deus hec cogita ſemper ⁊c̄. Nam pro tali humilitate dabitur huiuſmodi retributio vite eterne etſi bene notētur illi quattuor octonarij verſuum (qui ab iſtis litteris incipiuntur ⁊ de beatitudine ac retributione meritorum loquuntur) eadem ſententia colligetur Et ſi voluerimus ſubtilius contēplari he quattuor littere correſpondent diuiniſſimo nomini Tetragrammaton nam ex eis fiunt iſte due dictiones Ab / Gad / que chaldaice ſignificant dominus exercituum et hoc idem hebraice dicitur Iehouah Cebaoth quod epitheton ſacra ſcriptura ſoli deo attribuit ideo ſemper ſcribitur adiunctum nomini deo tetragrammaton quod eſt Iehouah

Quattuor lr̄e hore prime.

❡ Sex vero littere ad horā tertiam pertinentes ſi latine interpretentur hāc exhibent ſententiam lex dei nutrimentum vite bone manus eleuat ad laudem dei nam littera/He/quinta in ordine alphabeti legem dei ſignificat que primo ſcripta eſt a Moyſe in Penthatheuco Vau que eſt principium ocum ſignificat Zain/a verbo Zun/quod eſt nutrire ſignificat nutrimentum Chet eſt vita Tet bonitas interpretatur Iod / autem manum laudemq; diximus ſignificare. Ad hanc ſententiam facile

Sex litte re hore tertie.

accommodari poſſunt omnes illi verſus huius pſalmi qui a talib⁹ litteris incipiunt ⁊ in officio tertio cantantur: que legem dei multipliciter cō- mendat. vtpote per quam inſtituitur omnis bo- na vita ſeu bona actio hominis ¶ Sex iſte litte- re hebraice capita verſuum hore ſexte ad hūc ve- niunt ſententiam Humile cor quid in eternum firmabit niſi fons vite? patet hoc ex interpreta- tionibus nam Caph littera humilitatem / La- med cor ſignificat Mem/vero in principio di- ctionis ſepe interrogat Nun/eternitatem deno- tat/ſamech firmitatem Ayn fontem ſignificat Quam etiam ſententiam facile quis colliget ex verſibus qui cantantur in officio ſexte que tota fere intendit conflictui viri iuſti contra varieta- tes tentationum quibus ipſe humiliter reſiſtit ¶ Sex tande littere verſuum hore none ad hūc ſenſum trahi poſſunt. Os iuſti fortificat pauper- tatem ⁊ fecundat conſummationem patet ex in- terpretationibus nam Pe eſt os ſadic iuſticia. Coph fortificatio Res paupertate denotat Sin fecunditatem Tau conſummationē. Huic etiam ſenſui conſonant manifeſte omnes verſus hore none que de conſummatiua perfectione viri iu- ſti loquitur ⁊ conſiſtens in contemptu omnium terrenorum bonorum paupertas ſpiritus dicit. Qui ergo voluerit has quattuor ſententias in vnum ſimul colligere habebit in breui ſumma totam huius pſalmi continentiam ¶ Pro feria quinta ſeptimane dabitur alia ⁊ quinta expoſi- tio huius pſalmi per quattuor horas diurnas in quattuor partes diuiſi ⁊ conſonat diſtinctiōi ſta- tuum populi fidelis in veteri lege que declarat in fine pſalmi 134. qr diuidebat in domū iſrael/ in domū Aaron/domum Leui/⁊ timentes deū- per quam etiam figurabatur ſingulis diſtinctio ſtatuum in populo fideli noue legis Eſt enī do- mus iſrael totus chriſtianorum popul⁹ qui pre alijs omnibus deum videt ſibi ſpecialiter reue- *latum et ad eum pertinent pſalmi* hore prime quibus fidelis populus introducitur orans deū pro ſua liberatione a periculis ⁊ aduerſitatibus huius vite ⁊ petens auxilium quo recta via pue- niat ad felicitatem alterius vite Domus Aaron in eccleſia chriſtiana eſt ſtatus prelatorū ⁊ alioꝝ ſacerdotum qui tenet primatum in toto fideliū populo et eius vocem referunt pſalmi hore ter- tie que legem dei nominat nam ſacro teſtante eloquio fideles legem debent requirere ex ore ſacerdotis in tertia ergo orant ſacerdotes deum ꝓ ſeipſis vt ſua gratia eos faciat idoneos mini- ſtros ⁊ diſpenſatores legis dei ⁊ ſuorum ſacra- mentorum Domus Leui in eccleſia dei eſt ſta- tus religioſorum qui dati ſunt ſacerdotibus in adiutorium ꝓ miniſterio verbi dei ⁊ ſacramen- torum ⁊ ad eos referri poſſunt pſalmi hore ſexte vt ſint voces eorum auxilium dei petentium ad ſuſtinendum laborem in continuo ſeruitio dei ⁊ certamē contra vitia ⁊ tentationes diaboli De- niqꝫ timentes deum ſunt omnes proſeliti ⁊ ca- thecumini qui eccleſiam dei nouiter introierunt

Sex iſte hore ſexte

Sex iſte hore nōe.

12 Quinta expoſitio pro feria quinta.

Domus Iſrael

Domus Aaron.

Domus Leui.

Dom⁹ timētiū dn̄.

ex timore perditionis anime ſue ⁊ eos reſpiciūt pſalmi hore none quibus velut infirmi in timo- re domini viuentes clamant ad eum quotidie pre anguſtia iniquorum eos affligentium Se- cundum hanc igitur imaginationem totus iſte pſalmus eſt doctrina politica ſeu ciuilis aut le- galis que omnes ſtatus eccleſie ordinat ⁊ diſpo- nit. Uerum iſte diſtinctiones ſtatuum/fluuiorū/ lignorum ⁊ alie huiuſmodi non ſunt intelligen- de cum precaſione ata q̄ octonarij verſuum qui exponuntur de vno ſtatu non poſſint alteri cō- uenire ⁊ econtra Uerba enī huius pſalmi gene- ralia ſunt ⁊ omnibus fidelibus indifferēter ap- plicabilia decuit tamen ad tollendam confuſio- nem pſalmum hunc diuidere ſecundum predi- ctas imaginationes vel alias ſimiles ⁊ ſeorſum applicando iſtis vel illis ſtatibus fidelium ex- ponere de eis hos vel illos verſus huius pſal- mi ex quo textus eius pro ſua maxima profun- ditate poteſt omnes tales ſenſus ſine violentia ſuſtinere. motiuum ⁊ fauorem dedit authoritas eccleſie doctoribus ſacris has imaginationum expoſitiones ſcribentibus ex quo ipſa infallibi- lis eccleſia in ſuis officijs diurnis quadrifaria partitione ſecauit ⁊ non dubium eſt quin ad ali- quem talem ſenſum ¶ In ſexta feria hebdoma- dis poterit hic pſalmus accipi a deuoto peregri- no velut quoddam ſuaue ſoliloquium hominis viatoris cū deo ſuo vt ſit hec ſexta expoſitio ad virtutem (que dicitur religio vel cultus latrie) pertinens qua omnes actus ſuos vir fidelis or- dinat ad honorem dei principaliter Ad religio- nem aūt q̄ttuor maxime ſunt neceſſaria hec mē- tis prōptitudo/ volūtatis gratitudo/ diuinoꝝ me- ditatio/ ⁊ in eis delectatio. Licet horū duo p̄ma magis ad vita actiuā alia duo magis ad cōtem- platiuam referri poſſunt tn̄ ad has q̄ttuor reli- gionis cōditiones trahi poſſunt ꝑ ordinē q̄ttuor hui⁹ pſalmi partes ꝑ horas canonicas diſperſe Peregrin⁹ ergo dirigens ſermone ſuū ad deum ſuper omnia dilectum ac ſi eum ſibi preſentem videret in pſalmis hore prime declarat ſuam promptitudinem ad deuote ſeruiendum ei qui enim ex deuotione aut religione inclinatur ad opera vite bone prompte et delectabiliter ea fa- cit ex amore dei Exodi 35 Multitudo filiorum iſrael obtulit mente promptiſſima atqꝫ deuota primitias deo ſuo et hanc promptitudinem iſte hic proteſtatur cum dicit viam mandatorum tuorum cucurri cum dilataſti cor meum ¶ In pſalmis etiam hore tertie manifeſtat ſue volun- tatis gratitudinem religioſus enim ſeruus dei opera virtuoſa etſi ſint difficilia ipſe gratis et ſi- ne triſtitia exercet ex amore teſte apoſtolo pau- lo vnuſquiſqꝫ inquit ſicut deſtinauit in corde ſuo ⁊ non ex triſtitia ⁊c̄. Et de hac gratitudine iſte dicit hic paratus ſum ⁊ non ſum turbat⁹ vt cuſtodiam mandata tua In pſalmis hore ſexte deſiderat peregrinus legis dei lectionem ⁊ me- ditationem Deuotus enim ſeruus dei ſatagit continuo meditari ſacras ſcripturas etiam in

13 Sexta expoſitio ꝑ ſexta ſeria

Prōptitudo.

Gratitudo.

Meditatio.

horis quibus alij homines dormiunt aut vacāt alijs delectationibus corporeis vt notat ſapiens Eccleſiaſtici 39 Juſtus cor ſuum tradidit ad vigilandum diluculo ad deum qui fecit illū. Hanc meditationem vigilātiſſimam preſtatur iſte hic dicens quomodo dilexi legem tuam dñe tota die meditatio mea eſt ꝛ prius dixerat media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ꝛ iterum puenerunt oculi mei ad te diluculo Jn pſalmis tādem hore none iſte peregrinus monſtrat ſuauitatem ꝛ delectationem ſuam in deo nam qui in huiuſmodi ſtudio diuinarum ſcripturarum continue ſe exercet mirum immodum delectatur dicente Salomone non habet amaritudinem cōuerſatio illius ſed leticiam ꝛ gaudium ꝛ de eadem delectatione iſte hic dicit letabor ego ſuper eloquia tua ꝛ quam dulcia faucibus meis eloquia tua ꝛc.

Delectatio.

14 Septima expoſitio ꝓ die ſabbati.

¶ Septima tandem huius diuini pſalmi expoſitio ad ſabbatum pertinens deſcribit ipſum velut fornacem magni incendij diuini amoris nam cum ſepiſſime legem dei cōmemoret de qua in Deutheronomio dicitur ꝙ eſt ignea lex in dextera dei ꝛ hic dicitur ignitū eloquium tuum vehementer ſatis apta erit imaginatio predicta expoſitioni huius pſalmi et hoc quadrupliciter iuxta varias amantium affectiones. Introducitur enim hic deuotus peregrinus vt bonus ſeruus loquens cum domino ſuo / vt dilectus filius cum patre ſuo / vt coniux chariſſima cum ſponſo ſuo / ꝛ ſicut amicus fidelis cum amico ſuo Jn octonarijs ſiquidem hore prime videtur loqui bonus ſeruus ad amantiſſimum ſibi dominū cupiens ei fideliter deſeruire ex memoria premij eterni vel beatitudinis ideo orat vt remoueātur per auxilium dei oīa impedimēta Jn octonarijs hore tertie loquitur vt fili⁹ dilectus ad optimū patrem ſuū cupiens ſcire voluntatē eius ad faciendū eam vnde ꝛ petit illuſtrari ꝛ doceri a deo Jn octonarijs hore ſexte loquitur vt coniux chariſſima cum ſponſo ſuo zelātiſſimo vnde oſtēdit ſe quaſi exardeſcens in amorem eius ideo petit ab eo viſitari. Jn octonarijs denique hore none loqtur vt fidelis amicus inferior ad ſuū amicū ſuperiorē cupiens frui preſentia eius ꝛ magnalia ſua ſcrutari ideo orat ꝓ reuelatione ſecretoꝝ Hec intelligentia mira eſt et ꝑfecto ſuauis plenaqꝫ deuotionis ꝛ pietatis ꝙ nr̄m amorē affectuoſum freqnti petitiōe oſtendimus corā deo ad impetrandū ab eo grām pro intelligentia ꝛ cuſtodia ſancte legis ſue. quaten⁹ viator hic eā intelligens ope pficiat ꝛ ſic ad beatitudinem pueniat. Et hoc in hora pma et quia legem dei homo nec per ſe intelligere neqꝫ per ſe adimplere valet ratione ſue ignorantie / ꝛ cecitatis / ratione ſue impotentie ꝛ fragilitatis / atqꝫ ratione iniqui Sathane impedientis ideo petit a deo aliqd directiuum ſ lege ꝛ ſcientiā in hora tertia petit aliquod confortatiuum ſ virtutem et grām in hora ſexta Petit demum aliqd auxiliū ſcilicet dei aſſiſtentiam in hora nona. Ad hāc ergo intentionē applicari poſſunt omnes octonarij verſuum huius pſalmi licet pro vehementia affectus deuoti peregrini (qui tumultuari⁹ eſt) vix poſſit ordo preciſius in eo obſeruari pre amoris impulſu. Hec ſunt que pro qualicunqꝫ exercitio deuotionis eccleſiaſticorum ānotanda duximus ſuper diuiniſſimum ꝛ nobis quotidianū pſalmum Beati immaculati. in quibus ſi quis ſe exercere voluerit frequenter (auſim dicere) non erit illi tedio crebrior eius repetitio ſed potius gaudio ꝛ nouos in dies inueniet ſuper eo ſenſus atqꝫ affectus

Deuotus ſeruus.

Dilectus filius.

Sponſa chariſſima.

Fidelis amicus.

## ¶ Caput ſeptimum docet bonos eccleſiaſticos vtilem modum ſe ꝑparandi ad ſingulas horas canonicas



Ante orationem inqt ſapiens prepara animā tuam in timore domini ꝛ Hieremias in Trenis effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum domini leua ad eū man⁹ tuas. Ex his ꝛ alijs huiuſmodi ſacre ſcripture teſtimonijs moueri debent deuoti eccleſiaſtici diuinis miniſterijs dedicati ad preparandum ſe ante officium diuinum taliter vt horas canonicas digne exoluant atqꝫ inde coram deo mereantur aliquod premium eternum nec debent eſſe contenti clerici vt ſolum ſatiſfaciant precepto eccleſie per actum exteriorem dicentes horas ſuas rite ꝛ ſecundum ordinem ab eccleſia inſtitutū quatenus euitent peccatum tranſgreſſionis ſed preter hoc conari debent ad implendam intentionem precipientis hoc eſt ad finem propter quem hec officia inſtituta ſunt ab eccleſia ſcꝫ vt debite colatur deus a miniſtris ſuis per virtutē religionis et latrie eleuando cor ad deum exorandum et etiam vt ſua oratione obtinere valeant beneficia miſericordie dei pro ſe ꝛ pro toto ſuo populo cuius bonis et laborioſis actib⁹ honorifice ſuſtentantur Et licet de hac mentis preparatione clericis per neceſſaria ad bene pagenda diuina officia multi deuoti ſcriptores multa ſcripſerint valde bona ego tamen ex pluribus pauca recolligā ꝛ iudicio meo magis neceſſaria atqꝫ vtilia ꝙ propter memorie iuuamētum in hoc verſu ꝓponuntur

1 Motiua bona ad hāc ꝑparationē.

Excutiens / purga / gratus / ꝓpone / petas / ſanct

Cuius ſenſus eſt tu ſacerdos has ſex diligentias habeas ſaltem ſemel in die ante horas canonicas ſcilicet ꝙ excutias a te torporem corporis et anime ꝙ purges mentem tuā a malis cogitationibus ꝛ affectionibus ꝙ agas grās deo de beneficijs ab eo acceptis ꝙ habeas ſanctum propoſitum. i. fine in horis dicendis hoc eſt deū

2 Sexuplex ꝑparatio ſacerdotis.

et non bona temporalia. ꝙ petas a deo auxiliū
gratie ſue ad perficienda officia deuote ⁊ deniq̄
ꝙ ſanctos dei inuoces vt intercedant pro te ad
obtinendam gratiam quam petis a deo ſi forſi-
tam tu non es dignus exaudiri. Extenſius autē
Prima. declarando has diligentias ¶ De prima earum
dicimus ꝙ ſacerdos oraturus debet ante omnia
excutere a ſe torporem corporis ſomnolenti ma-
xime in horis nocturnis ⁊ deſidiam mentis in-
deuote ac frigide ⁊ hoc tam in horis diurnis
ꝗ̄ in nocturnis. alias ſua oratio parum aut ni-
hil valeret apud deum. qui vigilantiſſimum re-
quirit oratorem / abominaturq̄ deſidem ⁊ ſom-
nolentum Tria ſunt autē que maxime proſunt
ad huius torporis excuſſionem ⁊ feruoris incita-
tionem vz ꝙ homo ſe ipſum quaſi alterū allo-
quatur dicens Lauda anima mea dominum.
Benedic anima mea domino ⁊c ꝙ incipiat ſecū
cogitare obligationes multas quibus tenetur
diligenter ſeruire ⁊ laudare deum ſcilicet ratio-
ne creationis / redemptionis / gubernationis / pro
miſſionis ſcilicet facte in baptiſmo / euaſionis
a periculis maxime ab inferno / ⁊ mercedis in ce-
3 lo ⁊c ꝙ etiam ſi opus fuerit habeat tunc homo
aliquod exercitium corporale vt puta ꝙ ſurgat /
deambulet / percutiat pectus / eleuet manus / ⁊
oculos ad celum / genua flectat in terra ⁊c. nam
ſepius anima noſtra ad corporis mutationem et
Secunda. ipſa mutatur corpori ſe conformans ¶ De ſecū-
da diligētia dicit ſcriptura ꝙ iuſtus in principio
orationis accuſator eſt ſui ⁊ pſalmiſta iniquita-
tem ſi aſpexi in corde meo non exaudiet deus
ergo oportet ante orationem purgari cor homi-
nis ab immundiciis ⁊ dicere cum publicano de-
us propitius eſto mihi peccatori. eiiceretq̄ a ſuo
intellectu vanas ⁊ inutiles phantaſias ⁊ curioſi-
tates ſimiliter ⁊ a ſuo affectu concupiſcentias re-
rum temporaliū ⁊ omnes occaſiones peccatorū.
Tertia. ¶ Mēte hominis ſic purgata tertia diligētia eſt
vt ſeruus dei ſe conuertat ad exercitium gratitu
dinis non enī eſt dignus recipiendis qui ingra-
tus eſt ſuper bonis iam receptis ⁊ ita qui per
orationem ſuam gratiam dei petere intendit de-
bet ante omnia deo gratias agere de beneficiis
tam ab eo receptis rememorando ſcz beneficia
creationis / redemptionis / ⁊ gubernationis qua
a periculis multis eſt liberatus / ſanctis inſpira-
tionibus vocatus / in ſtatu honoris collocatꝰ ⁊c.
nihil enī ita inflamat mentem noſtram ad cha-
ritatem / nihil magis nos excitat ad laudem ꝗ̄
memoria beneficiorum preteritorum ⁊ ſpes futu
Quarta. rorum ¶ Uerum ne peccatorum noſtrorum et
diuinorum beneficiorum memoria ſterilis ſit et
ſuperficialis ſed potius ⁊ verbis ⁊ opere ac vir-
tute fiat ⁊ ſit realis fructiferaq̄: propoſitum men-
tis firmum / ſanctum / ac bonum finem ſtatuere
debet deuotus clericus que erat quarta diligen
tia ſuperius notata ſecundum enim propoſitum
noſtrum erit curſus profectus noſtri ⁊ totius bo-
de intentione ni operis initium eſt recta intētio ⁊ ſanctum pro-
poſitum dicente domino in euangelio. ſi oculus

tuus fuerit ſimplex idest rectus totum corpus
tuum lucidum erit. ⁊ ſi oculus neq̄ idest intentio
mala ſimiliter ⁊ corpus tenebroſum erit: propo-
nat ergo eccleſiaſticus in principio horarum ca-
nonicarū quolibet die quo vult eas dicere ad in-
tentionem ſancte matris eccleſie Romane ſcz
vt deus colatur ⁊ laudetur ab eo vt ſoluat ei de
bitum pro omnibus ſuis beneficiis ⁊ pro omni-
bus horis diei ⁊ noctis (vt ſuperius in capitulo
huius primo declaratum eſt) ac tandem vt illo
ſuo labore virtuoſe agat / peccatum euitet / ⁊ in
parte ſatiſfaciat exoluens penam ei debitam ꝓ
ſuis peccatis preteritis. ¶ Sed quoniam propo Quinta.
ſitum hominis nullum eſt niſi adſit gratia dei
preueniens ⁊ cooperans (ſepe enī homo vnum
proponit ⁊ deus aliter diſponit Prouerb 12. nō
eſt in homine via eius qui diſpoſuit viam ſuam
ſed domini eſt dirigere greſſus eius) ideo quin-
ta diligentia deuoti clerici erit petere a deo ut in
ſpiret ei per gratiam ſuam bonam intentionem
et ſanctum finem in omnibus actibus ſuis ma-
xime in horis canonicis ſoluendis Thobie pri-
mo pete a deo vt vias tuas dirigat ⁊ omnia con
ſilia tua in ipſo permaneāt eſt enī via que vide-
tur homini bona ſed extrema eiꝰ perducunt ad
mortem Unde poſtq̄ homo propoſuit aliquid
apud ſe non debet confidere de ſuo iudicio ſed
petere auxilium gratie dei que ipſum illuſtret et
dirigat omne enī propoſitum iuſtorum hominū
potius in gratia dei ꝗ̄ in propria induſtria fun-
datur vt etiam notauit Dauid in pſalmo 118 cu-
ius plures verſus hanc petitionem continent ſcz
vtinam dirigantur vie mee Confitebor tibi in
directiōe cordis ⁊ alii ſimiles ¶ Eadem ne for- Sexta preparatio.
ſitam orans propter peccata ſua reputetur indi-
gnꝰ exaudiri a deo in predicta petitione directio-
nis ſue debet ſexto leuare oculos ſuos ad mon-
tes idest ad ſanctos dei amicos vnde veniat au-
xilium ſibi Job 5 voca ſi eſt qui tibi reſpondeat
⁊ ad aliquem ſanctorū conuertere quatenus ſcz
ſuis precibus deo acceptiſſimis intercedat pro
eo faueatq̄ illi ad optinendum gratie auxilium
qua dirigatur eius bona intentio. Hec pauca exer-
citia ſi quolibet die prelibauerit deuotus clericꝰ
horis canonicis ⁊ omnibus aliis ſuis actibus
bonis valde meritorie aget non tantum apud
homines ſed etiam apud deum ¶ Tali prepa-
ratione premiſſa deuotus clericus ad ſonum
campane pulſate ſi fuerit hora matutinorum
dicat media nocte clamor factus eſt ecce ſpon- Meditationes de
ſus venit exite obuiam ei Matthei 25 in aliis
vero horis dicat vox dilecti mei pulſantis can- uote ante
ticorum. 5 ⁊ pro memoria hos notet verſus. officium.
¶ Cuſtodis pulſum chriſti tu ſuſcipe verbum
Quo citatus ais. cor tibi preſto deus.
Ueniens autem ad eccleſiam prius ante altare
genibus flexis adorato ſacramento hos verſus
quaſi a deo audiat
Ante chorum quid ſis facturus mente reuolue
Quid trahat attende / corāq̄ parato deo
Tunc oibus negociis dimiſſis cum audierit ſi-

gnum abſqȝ mora aliqua bonus clericus ꝑgat ad chorum vel ad ſuum oratorium inſtar illius diuini equi de quo dr̄ Job 39 vbi audierit buccinam dicit Vah vel ad ſimilitudinem magorū dicat hoc ſignum magni regis eſt eamus et inquiramus eum. qualiter aūt diſpoſitus debeat accedere ad locū diuini officij patet ex ꝑmiſſis q̄ oīa verſiculus iſte rememorat.

¶ Collectus. purus templū ſucceſus adito

Jam vero ingreſſus locū quid agere pꝛimū debeat ſeruus dei hic etiā verſus declarat

4 Septem diligētie ipſo officio.

¶ Occurrens/lege/linque/videns/cole /dirige/ credes Ubi ſeptē breuiſſime notentur. Pꝛimū eſt q̄ occurras deo habitanti in loco illo quodā ſpeciali modo ſaluteſqȝ eum humiliter vel tāq̄ regem tuum/vel vt patrem/vel vt ſponſum/vel quaſi iudicem/aut medicum/aut ꝑceptorē tuum ꝛc̄ Scōm eſt vt interim q̄ alij veniunt nec incipitur officium legas aliq̄d deuotum quo tua deuotio accendatur Tertium q̄ relinquas omnes curas rerum aliarum extra diuinum officium. Quartum q̄ eleues oculos et aſpicias altitudinem templi dei vt inde eleuetur cor tuum ad contemplandam eius maieſtatem Quintum q̄ deum ibi colas latria .i. adores cū flectendo genua corā altari Sextum q̄ ad ſtallum tuum veniens in choro dirigas intentionē tuam ad deum vt iam dictum eſt. Septimum q̄ firmiter credas illas autoritates ſacre ſcripture que in illo officio leguntur ꝛ q̄ confidas de diuina miſericordia q̄ te iuuabit ad bene agendum officium tuum quatenus inde reportes fructum coram eo ¶ Modus aūt quo exoluendum aut peragendum eſt diuinum officium a bono clerico hic declaratur

5 Tres cōditiones obſeruande.

Sis reuerēs/ſimul attendens/deuotꝰ in horis.

Senſus eſt. q̄ habeas tres conditiones ideſt reuerentiam deo/attentionem officio/ꝛ deuotionē religioſam/vt oīa facias ꝑpter honorē dei. q̄ ſic declarantur nam ꝑ exercitādo affectu deuotionis debet ſeruus dei in quolibet officio horarū canonicaꝝ reuoluere ꝛ mente cogitare eiꝰ cauſas tum generales tum ſpeciales q̄ explicant myſteria oīm dicendoꝝ in eo de q̄bus iam copioſius egimus in ſupioribꝰ capitulis huius libri. turpe ē eīm his q̄ diuino cultui ſunt dedicati neſcire cauſas ſacrorū officiorū ſicut etiā idē reꝑhēditur in digeſtis aduocato ꝛ cauſas tractāti forēſes ſi ius in quo hoc verſatur ignoret ꝛ Malachie 2 dr̄ ad noſtrum ꝑpoſitum de eccliaſticis labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiā .i. rationem diuinoꝝ myſterioꝝ: ꝛ legem req̄rent ex ore eius Repetentes ergo breuiſſime totam doctrinam illorum capitulorum quibuſdam verſibus rationes diuinorum officiorum explicabimus Et primo quare potius in templo dei dicantur iſta officia q̄ȝ in domibus particularibus nr̄is Joānes valenſis his reſpondet verſibus

6. Septem hore canonice quare.

¶ Sex lucror in ſyon ꝑegrinor ꝛ inſtruor. oro.
Participo ſacris dn̄i de morte recordor.
Adiuuor a ſanctis in quoꝝ laude laboro.

Cur aūt potius illis ſeptē horis diei ꝛ noctis q̄ȝ alijs diuina officia a patribus ſunt inſtituta hi duo verſus dant rationes

Omnia/dona/cadit/etas/typus/alia/ꝑſtant.
Nam ſancti. ſactis ſacris paſſuſqȝ: opari.

Hoꝝ verſuum ꝑmus dat rationes quare in numero ſeptenario hore canonice ſint inſtitute ab eccleſia ad laudandum deum ſcȝ quia ſeptenarius vniuerſum tempus ſignificat/quia ſeptem ſunt dona ſpiritus ſancti/quia ſepties in die cadit iuſtus/quia ſeptem ſunt etates mūdi et maioris ꝛ minoris/ꝛ quia in multis figuris veteris legis talis numerus fuit commēdatus Secundus verſus cum duobus verbis finalibus ꝑmi dat rationes quare potius in illis horis diei et noctis quam in alijs dicātur hore canonice ſeu laudes dei a fidelibus que alias declarate ſūt Preſuppoſitis igitur his generalibus cauſis et rationibus horaꝝ canonicaꝝ: ſpeciales ſingularum rōnes etiam verſibus commemorabimus.

¶ Pꝛimo de matutinis

¶ Occidit/Dauid/natus / pernox. modo captꝰ Matutini.
Nunc mala/nunc hoſtes/caro/clamor tempore. luſtret.

Hoꝝ verſuum ſententia ſeu declaratio requirēda eſt ſuperius in capitulo 3. huius ꝑ ordinem. Rationes aūt laudū ex eodē cap̄ tertio hic v̄ſus commemorat.

Nūc creat/ꝛ laudant/merſit/ſurgit/mare donat.

Cauſe autem ꝛ rationes quatuor ꝑmarum diei horarum ex capitulo quarto huius his verſibus colligi poſſunt.

¶ Rationes hore ꝑme.

Ad ꝑmas volucer ſurgas. gere te velut ante Prima.
Reſpiciens/docet/exaudit/templans/ oꝑantur.
Scripta/exempla mouent. ꝛ aues docet hec bona merces.

In his verſibus dantur rationes quare homo debeat ſurgere in ꝑma hora diei. ſed de officio hore ꝑme ſequuntur verſus

Primas feruenti ſtudeas exoluere cultu.
Principiū/manna/templo/latuſqȝ paret.

¶ De cauſis ꝛ rōnibus hore tertie. Tertia.

Peccant/ſubclamant/cedunt/nunc ſpūs ꝛ lex

¶ De cauſis ꝛ rōnibus hore ſexte. Sexta

Expulſus/lapſus/crucifixus/ſol/modo ſcandit.

¶ De cauſis ꝛ rōnibus hore none. Nona.

Expirat/paſcit/fregit/centurio/ſancti

Ex capitulo aūt quinto huius colligūtur rōnes et cauſe inſtitutionis duarū horaꝝ vltimaꝝ diei.

¶ Pꝛimo de veſpis Veſperi.

Nuncqȝ columba/ꝛ Loth/agnum nunc hoſtia/ carnes
Aduenit/curat/cenat/tollunt/paruit tunc

¶ De cauſis ꝛ rōnibus completorij

Exit: ꝛ intumulant paret. finemqȝ. reſurgens Completorium.

Que rationes in ꝑdicto capitulo quinto iam declarate ſunt Sed q̄ hoc officiū aliorum omnium vltimum magna cum deuotione ſit a clericis exoluendum ꝛ a toto populo requirendum his verſibus declaratur.

Nunc requies/tacitum/reddeuntq;/parans/vel amittes
Munit/plura bona/mala/ ſcādala/vgo Maria.
Ubi decem tanguntur rationes ad probandum quod dictum eſt de cōpletorio Prima q2 hec eſt hora requiei qua ceſſandum eſt a laboribꝰ diurnis Secunda q2 eſt tempus tacendi ideſt ceſſandi a locutione humana ⁊ vacandi diuine in ſilētio Tertia q2 in tali hora nō ſolum homines ſed etiam bruta animalia ad domum reddire ſolent ideo ſignificat ꝙ peccator tunc debet reddire ad cor. Quarta q2 ex tunc deo parandus eſt lectus cordis noſtri in pace vt dormiat ⁊ requieſcat nobiſcum Quinta q2 illa hora debet homo cōmiſſa peccata per diem dolendo reparare cogitans de fine vite ſue. Sexta q2 tunc debet homo ſe p̄munire contra timores nocturnos ⁊ phantaſmata horribilia Septima q2 in hoc officio ſunt plura bona pro hominis cuſtodia in nocte gratiā dei impetrātia. Octaua q2 abſens ab hoc officio completorij plura mala incurrit ideſt carentias predictorū bonorum Nona q2 talis fratres ſuos ſcandalizat ⁊ inquietat ſua abſentia Decima tandem debemus intereſſe completorio p̄pter honorem beate virginis Marie cui nos cōmendamus in Salue regina. Hactenus vel in

7 Epilogꝰ ſeptē capitulorū.

tranſcurſu ⁊ breuiſſime nos dixiſſe ſufficiat de ſeptem horis canonicis eccleſie chriſtiane: ⁊ hoc quidem non abſolute ſed reſpectiue ideſt conſiderata huius negotij magnitudine. Jam vero quedam generalia documenta circa miſſe celebrationem hic addenda decreuimus quibus tranſitum faciamus ad huius noſtri operis librum ſecundum in quo exponenda duximus ſigillatim omnia officia Miſſalia totius anni

# Caput octauum de his

que ex neceſſitate prerequiruntur in ſacerdote miſſam celebraturo que ſunt tria hec Poteſtas ordinis/facultas ſermonis/⁊ rectitudo intētionis



Iſſe celebratio in eccleſia chriſtiana (quod etiam in prologis huius operis diximus) ſicut ordine tēporis preceſſit omnes alias horas canonicas poſterius editas ita etiam in ratione finis eas omnes ſubſequitur vz q2 alie hore a ſanctis patribus clericis impoſite ſunt ad maiorem honorem cultum ⁊ deuotionem officij Miſſalis quatenus illis p̄exercitamentis muniti ſacerdotes cum maiori

1 Miſſa finis omnium officiorum eccleſie

mentis preparatione/reuerentia et deuotione accedere valeant ad ſupremi illius miſterij celebritatem Uerum q2 illa canonicarum horarum p̄ludia erant remota preparatio ſacerdotis ad ſacrificium eucharíſtie pagendū appoſita eſt alia propinquior in ipſo miſſe officio ſeorſum ab aliis horis canonicis eam eccleſiaſtici miſſam cathecuminorum appellant de qua impreſentiarū aliqua dicemus ſalte in genere pro complemēto huius noſtri primi libri Huic etiam generali rationi ſiue officij Miſſalis aliqua documenta p̄mittemus neceſſario ſupponenda ad eucharíſtie conſecrationem ac totius miſſe celebrationem deuotam Eruntq3 triplicia quedam ſ ex parte miniſtri conſecrantis/quedam ex parte ſacramēti conficiendi ⁊ alia demum ex parte circunſtantiarum loci ⁊ temporis in quo miſſa eſt celebranda. Hec tamen omnia non ſunt equaliter prerequiſita ⁊ neceſſaria ad hoc officium peragendū ſed eorum aliqua ſunt ſimpliciter neceſſaria ad

2 Tria pre ſupponenda ad miſſe celebrationem.

Eucharíſtie conſecrationem ſic ꝙ eis non poſitis conſecratio non fieret alia vero ſunt non ſimpliciter neceſſaria ſed decenter appoſita ad legitime conſecrandum ſic ꝙ eis non exiſtentibus licet non impediretur ſed fieret conſecratio: tolleretur tamen fructꝰ Eucharíſtie qui deberet fieri in ſacerdote celebrante Que igitur requiruntur ex parte ſacramenti ſunt ſimpliciter neceſſaria: que vero ex parte circunſtantiarum ſecundo modo ſunt requiſita ⁊ cōgruentia que autem ex parte ſacerdotis miniſtri huius ſacramenti partim primo modo partim ſecundo ſunt neceſſaria Et gratia melioris intelligentie explicabimus eas ſigillatim. Ex parte eīn ſacramenti requiritur debita materia eucharíſtie ideſt: panis ⁊ vinum ⁊ debita forma verborum ſine quibus nulla eſſet conſecratio Eucharíſtie. Ex parte circunſtantiarū requiritur primo locꝰ vel communis vt eccleſia vel proprius vt altare vel inſtrumenta vt calix patena corporalia ⁊c Secundo tempus determinatum vt dies ⁊ hora certa Tertio ꝙ ſint aliqui aſſiſtentes ſacerdoti miſſam celebranti puta duo vel tres ⁊c Ex parte demq3 ſacerdotis primo modo requiſita ſunt hec tria poteſtas ordinis/facultas ſermonis/⁊ rectitudo intentionis Nō eīn poſſunt conſecrare homines his tribus carentes: vt femine laici/⁊ alij non presbiteri immo neq3 angeli Item muti vel elingues inſuper fatui ⁊ vniuerſaliter carentes vſu rationis qui non poſſunt habere intentionē demū ⁊ ſacerdotes puerſam habentes intentionē non conſecrant Secundo modo requiſita ex patre ſacerdotis ſunt hec duo ſc3 impedimentorum remotio ⁊ conuenientium appoſitio Impedimenta rurſus triplicia ſunt vz mortalis culpa/pena canonica/⁊ indiſpoſitio certa vt ſolutio ieiunij/pollutio. ⁊c Conuenientia apponeda ſunt duplicia q̄dā eīn ſunt res pmanētes vt ſacre veſtes/liber/lumē ⁊c Alie ſunt res ſucceſſiue vt orationes preuie ⁊ ſacramētū penitētie ⁊c. De ſingulis iſtorum prerequiſitorum p̄lixius dicturi ordiamur ab illis tribus que ex parte ſacerdotis ſimpliciter diximus neceſſaria ad eucharíſtie conſecrationem ⁊ inter ea incipiemꝰ a poteſtate ſacerdotis Euangelica ſacerdotis poteſtas ſupernaturalis a deo ſibi conceſſa tota reſpicit corpus chriſti circa quod ipſe aliquid miniſterialiter operari poteſt autoritate dei ſuffultꝰ

Poteſtas vel charater ſacerdotalis duplex.

Sed ſicut diſtinguitur duplex corp⁹ chriſti verū ſcʒ et myſticum ita etiā ponitur duplex ſacerdotalis poteſtas quarum altera eſt poteſtas ordinis/altera iuriſdictionis Prima reſpicit corpus chriſti verum Secunda vero corpus eius myſticum Eſt autem corpus chriſti verum caro eius ſacratiſſima ex vtero virginis matris aſſumpta de qua Joānis primo dicitur ⁊ verbum caro factum eſt ſuper hoc itaqʒ corpus chriſti dicitur ſacerdos accepiſſe a deo poteſtatem ordinis qua ſcʒ poteſt ipſum conſecrare/offerre in altari/et alijs fidelibus diſpenſare:ſic q nullus alius a ſacerdote poſſit hos act⁹ exercere in eccleſia dei Corp⁹ chriſti myſticum eſt eccleſia catholica vel populus fidelium chriſtianorum:de quo apoſtolus i Corin 12 ait.vos eſtis corpus chriſti ⁊ membra de membro ſcʒ principali quod eſt caput preducta Nam deus filium ſuum hominem factū dedit caput ſuper omnem eccleſiam que eſt corpus eius ad Epheſios.I. Sup hoc igitur corpus chriſti myſticum ideſt figurale accepit ſacerdos euangelicus poteſtate iuriſdictionis qua poteſt alios fideles ſoluere/ligare/docere/corrigere/confortare/atqʒ ab eis neceſſaria vite accipere quibus ipſe ſpiritualia adminiſtrat hac itaqʒ dei autoritate ſacerdos efficitur iudex in cauſis ſpiritualibus De his duabus ſacerdotum poteſtatibus ponemus aliquas propoſitiones ſecundum peritiores Theologorum ⁊ ab alijs communiter conceſſas

*Prima coclusio.*

¶ Prima eſt q ſicut iſte due poteſtates habent diuerſos actus ⁊ ſuper diuerſa obiecta ita etiam ſunt res diuerſe ideſt diſtincti habitus ſeu caracteres in anima ſacerdotis probatur clariſſime ex modo quo chriſtus has dedit poteſtates apoſtolis a principio ⁊ ſimiliter ex modo quo nunc epiſcopus faciens ordines eas tradit preſbyteris quos ordinat Chriſtus enim diuerſis temporibus ⁊ locis ideſt ſeparate ⁊ ſeorſum eas conceſſit apoſtolis nam ſuper corpus ſuum verum dedit eis poteſtatem in vltima cena quando ſacramentum euchariſtie inſtituit, poſtq̄ enim panem a ſe conſecratum apoſtolis diſtribuerat dixit eis hoc facite in meam commemorationem Matthei.26.cum concord quo verbo manifeſte dedit eis poteſtatem conſecrandi ⁊ diſtribuendi corp⁹ chriſti verum Sed ſuper corpus eius myſticum tunc non dedit eis poteſtatē ſed poſt ſuam reſurrectionem Quia licet ante paſſionem ſuam promiſerit apoſtolis hāc poteſtatem non tamen tunc eam conceſſit eis ſcʒ quando Petro dixit Matthei 16 Tibi dabo claues regni celorum ⁊ quodcunqʒ ſolueris ſuper terram ⁊c.⁊ capitulo 18 apoſtolis omnibus dixit quecunqʒ ſolueritis ſuper terram ⁊c ſed poſt reſurrectionem ſuam conceſſit eis de facto iſtam poteſtatem nam in die ſue reſurrectionis apparens apoſtolis ſuis in cenaculo inſufflauit in eos dicens accipite ſpiritumſanctum quorum remiſeritis peccata ⁊c.Joannis 20 ⁊ poſt paucos dies petro ſeorſum dixit paſce agnos meos/paſce oues meas Joannis 21 in quibus autoritatibus manifeſte explicatur poteſtas ſuper corpus chriſti myſticum (quod eſt eccleſia) petro ⁊ apoſtolis alijs conceſſa Similiter epiſcop⁹ in ordinatione noui ſacerdotis primo dans ei poteſtatem ordinis tradit ei calicem cum patena ⁊ pane ⁊ vino per hec verba accipe poteſtatem offerendi ⁊ conficiendi pro viuis ⁊ mortuis deinde aliquibus interpoſitis epiſcopus intendens tradere eidem poteſtatem iuriſdictiōis imponit manus ſuper caput eius cum his verbis.accipe ſpiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata ⁊c patet ergo probatio prime veritatis

*Secūda coclusio.*

¶ Secūda propoſitio ſit hec:q iſte due poteſtates poſtq̄ ſunt hominibus legitime collate per epiſcopum ſunt ab eis penitus inauferibiles per humanam potentiam itaqʒ ille qui iam effectus eſt ſacerdos ⁊ predictas duas poteſtates legitime conſecutus, quantumcunqʒ poſtea fuerit ab eccleſiaſtico iudice excomunicatus ſuſpenſus/vel degradatus ſemper tamen habet poteſtatem conſecrandi ⁊ abſoluendi atqʒ ligandi ⁊c. Huius veritatis ſignum eſt q quando talis ſacerdos poſtea recōciliatur ⁊ ad communionem eccleſie admittitur non iterum ordinatur ad hoc vt poſſit exercere actus illos in eccleſia dei.immo hoc eſt a iure prohibitum prima queſtione prima in multis capitulis.ergo tales ſuſpenſiones ⁊ degradationes non tollunt a ſacerdote poteſtates ordinis aut iuriſdictiōis.ſed ſolum vſum talis poteſtatis non quemlibet ſed ſolum licitum e bene ordinatum. A ſolo ergo deo poſſet talis poteſtas ſacerdotis ſubtrahi a quo ſolo tradita eſt.nec credendum eſt deum illam ab aliquo ſacerdote abſtuliſſe niſi per reuelationem diuinam hoc fieret notum hominibus.

*Tertia cōclusio.*

¶ Tertia propoſitio he due poteſtates ſunt equales in omnibus ſacerdotibus eccleſie chriſtiane tam maioribus q̄ minoribus nam eiſdem ſignis exterioribus eademqʒ forma verborum conferuntur omnibus ſacerdotibus eccleſie Veruntamen vſus talium poteſtatum non ſemper eſt equaliter permiſſus in omnibus ſacerdotibus vt paulo poſt declarabitur

*Quarta cōclusio.*

¶ Quarta propoſitio q predicte poteſtates licet preſupponant in homine habente eas ſacramentum babtiſmi non tamen prerequirunt in eo gratiam ſpiritusſancti vel charitatem ſunt enim gratie gratis date que poſſunt ſtare cum peccato mortali Verum ad digne ſuſcipiendum tales poteſtates vel ad digne exercendum actus earū gratia in homine requiritur.qr cum nemo ſciat de ſe vel de alio viatore an odio vel amore dignus ſit coram deo totus ordo eccleſiaſtice hierarchie cōfunderetur ex dubitatione iſta ſi ſacerdos habet vel non habet has poteſtates quia dubius eſt an ſit vel non ſit in gratia et item qr tales poteſtates date ſunt ſacerdotibus ad aliqualiter ſe habendum ad alios homines non autem ad deum.ergo indifferens eſt ad habendas illas quomodo ſe habeant ſacerdotes ad deū penes amorem vel odium dummodo poſſint ad homines tales actus exercere.

*Quinta cōclusio.*

¶ Quinta

propoſitio ex p̄dictis patet quomodo differt hec
poteſtas eccleſiaſtica ſacerdotū a poteſtate do
minorum ⁊ iudicum ſecularium Cum qꝛ hec ad
animas illa ad corpora reſpicit principaliter diri
genda tum qꝛ hec a ſolis fidelibus illa autem
etiam ab infidelibus haberi poteſt tum deniqꝫ
qꝛ hec cum peccato indigne ſuſcipitur indigneqꝫ
exercetur illa vero ſine noui peccati reatu ⁊ ſuſci
pi ⁊ exerceri valet ab homine exiſtente in pecca
to Specialiter autem veniendo ad ſingulas
predictarum poteſtatum eccleſiaſticarum poni
tur hec ſexta propoſitio ❡ Q̄d poteſtas ordinis (Sexta cō cluſio.)
corpus chriſti verum reſpiciens ⁊ ordine prior ⁊
dignitate excellentior eſt in quolibet ſacerdote
poteſtate iuriſdictionis ſuper corpus chriſti my
ſticum. De ordine conſtat ex probatione prime
propoſitiōis ⁊ item qꝛ vſus ſancte matris eccle
ſie habet vt nulli concedatur poteſtas abſoluen
di in foro conſcientie niſi prius habeat poteſtatē
conſecrandi Inſuper quia figura debet p̄cedere
figuratum corpus autem chriſti verum eſt figu
ra eccleſie que eſt corpus myſticum deniqꝫ quia
chriſtus tali ordine iſtis poteſtates dedit apoſto
lis ⁊ ſimiliter epiſcopus presbyteris. adhuc quia
ab humanitate chriſti organo mediatiſſimo diui
nitatis emanant omnia dona gratiarum ad to
tum corpus eccleſie chriſtiane prius ergo debuit
ſacerdos euangelic⁹ accipere poteſtatem ſuper
corpus chriſti verum q̄ ſuper myſticum De di
gnitate etiam probatur multis ſanctorum docto
rum autoritatibus que hanc ſacerdotis poteſta
tem preferunt angelice dignitati. Marie virginis
maternitati / regie ac imperiali maieſtati / atqꝫ
omni terrene ſublimitati nec tamen ex ea ſacer
dos debet ſe extollere ſed potius humiliare quo
niam actum illum conſecrationis mirabilē ſi ip
ſe non agit naturali ſua potentia/neqꝫ ſuis me
ritis ſed ſola diuine maieſtatis aſſiſtentia hoc tā
tum miraculum ſua virtute operatur ex pacto
quo pepigit eccleſie ſue ſponſe chariſſime cuius
ſacerdos miniſter indignus eſt ⁊ ad cuius vocē
deus hoc operatur miraculum. Unde ſi in tanto
miniſterio ſacerdos indigne concurrat cum deo
damnationem eterne mortis incurrit Debet er
go humiliari ⁊ ſupplex deum orare vt ſua gra
tia ipſum faciat dignum quamuis autem hec
poteſtas ordinis ſacerdotalis tres actus exerce
at circa euchariſtie ſacramentum ( qui ſunt con
ſecrare offere/⁊ diſpenſare ) tamen ipſa vnica ⁊
indiuiſa ponitur a ſanctis doctoribus Poteſta
tem vero iuriſdictionis quam habet ſacerdos ſu
per alios homines bifariam diuidunt quarum
altera eſt in foro interiore ſecrete penitentie. alte
ra in foro exteriore publice audientie de qua ſit
hec ſeptima p̄poſitio in ordine ❡ Q̄d hec pote (Septima cōcluſio.)
ſtas ſolis prelatis ⁊ iudicibus conueniens poteſt
eē in homine ſine ſacerdotali poteſtate ordinis.
poteſt enim dari ſimpliciter tonſurato cuius ſi
gnum eſt quia chriſtus conceſſit eam ſuis diſci
pulis multis diebus ante paſſionem dicens
Matthei 18. ſi te non audierit dic eccleſie ideſt
prelato vel iudici eccleſiaſtico quo tempore apo
ſtoli adhuc non erant ſacerdotes nec habebant
poteſtatem ordinis ⁊ qꝛ hec poteſtas non eſt ſa
cramentalis nec principaliter pertinet ad ani
mas ſed ad corpora valde ſimilis poteſtati laica
li dominorum temporalium nec per eam imme
diate iudices eccleſiaſtici poſſunt apperire vel
claudere celum hominibus ſed ſolum templum
materiale in terra qualem poteſtatem habebant
ſacerdotes ve le ideo impreſentiarū a noſtro p̄
poſito eſt relinquenda vbi de ſacramentali pote
ſtate noſtrorum ſacerdotum p̄ncipaliter agimus. q̄
etiam dicitur clauis regni celorū illa vero alia
poteſtas eſt minus perfecta ⁊ ſolum clauis regni
terreni ❡ Diuiditur autem poteſtas iſta iuriſdi (Claues regni celorum.)
ctiōis in ſacramento penitentie per duas ſpecies
que dicuntur due claues ſacerdotis ad apperien
dum celum hominibus dignis ⁊ claudendum
indignis altera earum dicatur clauis ſcientie/al
tera clauis poteſtatis vel ſententie ab antiquio
rib⁹ Theologis. que diſtinctio etiā colligi poteſt
ex verbis chriſti ad petrum dicentis tibi dabo
claues regni celorum ❡ Clauis ſcientie non eſt (Clauis ſcientie.)
ſcientia ſacerdotis actualis vel habitualis . quia
multi habentes hanc clauem ſunt valde ignorā
tes/carentqꝫ ſcientia non modo ſeculari ⁊ philo
ſophica ſed quod peius eſt ſcientia clericali ⁊
Theologica Eſt ergo clauis ſcientie autoritas
ſacerdotis ad cognoſcendum iuridice de cauſa
peccatoris ſcꝫ an ſit dignus vel indignus regno
celorum. quia licet hoc idem poſſet cognoſcere
theologus non ſacerdos tamen ille non eſt
iudex ordinatus a deo ad cognoſcendum de iſta
cauſa ſicut ſacerdos miniſter chriſti ❡ Clauis (Clauis pōtis)
poteſtatis vel ſententie eſt autoritas proferendi
ſententiam iuridice in cauſa illa qua ſententia
denunciatur iſte dignus ille indignus regno ce
lorum vnde additur octaua propoſitio de hac
poteſtate iuriſdictionis ſacramentalis ſit hec.
Quod ſicut poteſtate ordinis ſuper corpus chri
ſti verum. ſacerdos non conſecrat vel conuertit
panem in corpus chriſti niſi miniſterialiter ita
dicendū eſt de hac poteſtate iuriſdictionis in ſa
cramento penitentie q̄ ſacerdos non aperit vel
claudit celum hominibus niſi miniſterialiter de
prima poteſtate dicit Euſebius q̄ ſol⁹ ille ſacer
dos inuiſibilis ideſt chriſtus ſubſtantias panis
et vini in ſubſtantias corporis ⁊ ſanguinis ſui
ſecreta virtute commutat. de hoc etiam prius di
ctum eſt in ſexta propoſitione Secūda pars hu
ius p̄poſitionis ſimiliter declaratur qꝛ ſolus de
us eſt qui aperit celos iuſtis ⁊ claudit illud pec
catoribus ipſe autem homo viator ſuis actibus
bonis aut malis aperit vel claudit ſibi celum
meritorie videlicet qꝛ bonis actibus meretur ſi
bi illam apertionē celi fieri a deo ⁊ e contra ſuis
malis actibus vel peccatis demeretur celi clau
ſuram ⁊ ſuam expulſionem a regno dei. Sacer
dos autem euangelicus ſuo miniſterio vt iudex
a deo inſtitutus in terra autoritate eius primo
cognoſcit deinde pronunciat hunc eſſe dignum

admitti in celo ſcilicet vere penitentem ideo di-
cit ei ego te abſoluo ideſt iudico ⁊ declaro te eſſe
dignum regno celorum ⁊ propter hoc miniſteri-
um quo miniſtrat deo in illo ſacramento dicitur
peccatori aperire celum ⁊ habere clauem ideſt
poteſtatem aperiendi regnum celorum Nolen-
tem vero penitere neqꝫ a peccatis ſuis ceſſare
idem ſacerdos iudicat ⁊ pronunciat indignum
admitti in regnum celorum dicens ei non te ab-
ſoluo ⁊ ꝑpter hoc dicitur ei claudere celū mini-
ſterialiter Hactenus igitur de primo requiſito
ex parte ſacerdotis ad celebrandum Miſſe offi-
cium quod erat poteſtas ordinis ſcilicet ad con-
4 ſecrandum ¶ Secundo vero de neceſſitate ſa-
cramenti requirebatur in ſacerdote facultas ſer-
monis ideſt ꝙ poſſit loqui ⁊ verba proferri alias
non poſſet conſecrare euchariſtiam hoc eñ eſt
generale in omni ſacramento quod ſemper duo-
bus integratur ſcilicet propria materia ⁊ propria
forma verborum dicente Auguſtino ſup Joan-
nem accedit verbum ad elementum ⁊ fit ſacra-
mentum. Quare manifeſtum eſt ꝙ deficiente al-
terutro iſtorum duorum nullum poterit confici
ſacramentum ⁊ quia formam ſacramenti (que
ſunt verba) nõ poſſunt proferre muti ⁊ elingues
conſequens erit ꝙ ſacramentorum miniſtri eſſe
non poſſint ergo nec officium miſſe (in quo ſa-
cramentum euchariſtie conſecratur) celebrare
poſſunt Nec ſufficit adhoc ſacramentum confi-
ciendum ꝙ ipſe mutus in altari offerat panem
et vinum agatqꝫ omnia alia geſta neceſſaria et
ꝙ alius ſibi aſſiſtens proferat verba conſecratio-
nis qꝛ nec illo modo ipſe mutus conſecrat: ſed
ille qui verba profert ſi ſit ſacerdos patet hoc
in ſimili de baptiſmo qꝛ oportet ꝙ ab eodē ho-
mine ⁊ aquam aſpergi ⁊ ſacramenti verba pro-
ferri nec eſſet verꝰ baptiſmus chriſti in caſu quo
mutus puerum intingeret ⁊ mancus verba pro-
ferret Uerum in hoc aliquãtiſper differt eucha-
riſtia a baptiſmo quia vnus ſacerdos poſſet pa-
nem conſecrare in altari quem alius teneret in
manus etiam ſi proferens verba panem non
tangeret vt in caſu premiſſo de duobus altero
muto altero manco In eo enim licet non poſ-
ſet alicui miniſtrari baptiſmus poſſet tamen fie-
ri euchariſtia immo vſus eccleſie romane habet
qꝺ in miſſa ſummi pontificis cardinales preſby-
teri aſſiſtant ei ⁊ ſecum conſecrant panem ⁊ vi-
num que tamen ipſi non tangunt ſed ſolus põ-
tifex idem vſus apparet in miſſa cuiuſlibet epiſ-
copi ordines celebrãtis qꝛ aſſiſtunt ei duo alij
preſbyteri ſecum conſecrantes idem etiam obſer-
uatur in conſecratione noui epiſcopi qꝛ ipſe ſi-
mul conſecrat hoſtiam cum alio epiſcopo eum
ordinante. Mutus ergo aut elinguis homo cõſe-
5 crare non poteſt euchariſtiam neqꝫ miſſe officiū
agere ¶ Tertio requiritur etiam de neceſſitate
ſacramenti euchariſtie in ſacerdote integritas aut
rectitudo intentionis que conditio eſt generalis
et neceſſaria in omni ſacramento cum eñ ſacra-
menti miniſtratio ſit actus humanus (quia ſo-

De facul-
tate ſer-
monis.

De recti-
tudine itē-
tionis ſa-
cerdotis.

li homini eſt a deo conceſſus) debet eſſe delibe-
ratus ⁊ ex certa intentione factus non caſualis
vel impremeditatus quia in tali actu homo nõ
differt ab alijs agentibus naturalibus ⁊ creatu-
ris irrationalibus Et item qꝛ ſacramenta data
ſunt eccleſie chriſtiane ergo non poſſunt diſpen-
ſari niſi a miniſtris eius quilibet autem miniſter
alterius debet ſequi intentionem eius qꝛ coope-
ratur ſuo principali agenti cui miniſtrat alias nõ
diceretur miniſtrare ſed potius impedire actionē
eiꝰ Que aūt ⁊ qualis debeat eſſe intentio ſacer-
dotis conſecrantis ¶ Dimiſſis varijs modis di-
cendi theologorum ponitur hec propoſitio oc-
taua in ordine. Qꝺ ad cõſecrãdum de neceſſitate
ſacramenti euchariſtie requiritur in ſacerdote
intentio actualis aut virtualis ſpecialis aut ſal-
te generalis qua ipſe velit facere quod eccleſia
chriſtiana intendit facere ex illa materia cum il-
la forma Iſte particule ſic declarantur: qꝛ ſacer-
dos quando miſſam celebrat cum venit ad pro-
ferenda verba conſecrationis ſuper panem ⁊ vi-
num aliquando eſt attentꝰ ad ea que facit ⁊ di-
cit aliquando eſt diſtractus ⁊ cogitat de alijs re-
bus quando ergo ipſe eſt attentus ⁊ actualiter
cogitat de illo ſacramento tunc habet intentio-
nem actualem quia vult de facto conſecrare et
ex tali voluntate procedit ad opus exterius acci-
piens panem in manus ⁊ dicens ſuper eo verba
conſecrationis ⁊ ſimiliter ſe habet in calice vini.
Sed quando eſt diſtractus nec atualiter cogi-
tat de pane aut vino nec de verbis conſecratio-
nis que profert tunc non habet intentionem ac-
tualem Sed poteſt habere virtualem quia ſcili-
cet tales actus facit in virtute cuiuſdam intẽtio-
nis preterite quam prius habuit quando actua-
liter voluit ire ad miſſam celebrandam ad pro-
poſitum ergo dico ꝙ bonus ⁊ deuotus ſacerdos
debet quantum poteſt conari ad habendam in-
tentionem actualem propter reuerentiam tanti
ſacramenti ſed qꝛ illa non ſemper eſt nobis poſ-
ſibilis propter fragilitatem noſtram qꝛ humana
phantaſia eſt labilis ab alijs in alia multiplicit
ideo non eſt credendum ꝙ actualis intentio ſa-
cerdotis ſit de neceſſitate ſacramenti ſufficit er-
go virtualis ita ꝙ preceſſerit in eo aliqua inten-
tio actualis cuius virtus adhuc manet ⁊ mouet
ſacerdotem ad agendum ⁊ dicendum omnia il-
la q̄ ſunt de neceſſitate ſacramenti. Dicitur autē
manere virtus precedentis intentionis in operã-
te quandiu ipſe non habuerit contrariam inten-
tionem illi priori precedenti nam poſt talem cõ-
trariam intentionem iam non agit in virtute pri-
oris intetionis ſed in virtute poſterioris contra-
rie donec renouet priorem. Hec diſtinctio actua-
lis ⁊ virtualis intentionis clara eſt in omnibus
bonis operibus Nam in peregrinationibus/ in
edificationibus templorum in recitationibꝰ ho-
rarum ⁊ in alijs actibus lõgeuis ſufficit homini
intentio actualis que fuit in principio illius actꝰ
et virtus eius durat per omnes partes illius ac-
tionis quamdiu non interuenerit cõtraria intē-

Octaua
cõcluſio.

Intentio
actualis.

Intentio
virtualis.

tio Nō eñ peregrinus actualiter cogitat in quolibet paſſu de ſua peregrinatione nec ſacerdos in quolibet pſalmo aut verſu de ſua recitatione: neqꝫ edificans templū in quolibet lapide cogitat de ſuo edificio ꝛ ſic de alijs Sufficit ergo ſere ſemper intentio virtualis in actibus humanis ꝛ nō eſt neceſſaria actualis Ruꝛſus quelibet iſtarum intentionū maxime actualis poteſt eſſe duplex altera generalis ꝛ altera ſpecialis.patet in ſimili de credulitate fidei.poteſt eñ quis generaliter credere quicquid eccleſia credit non cogitando ſpecialiter de aliquo articulo fidei poteſt etiam determinare ſe ad iſtum vel illum articulū puta de trinitate vel de incarnatione Ad propoſitum noſtrum intentio generalis in ſacerdote ad conſecrandum eſſet ſi in ſua miſſa ipſe vellet per ea que agit ꝛ dicit facere quod eccleſia chriſtiana ſolet velle ꝛ facere Sed intentio ſpecialis eſſet ſi cogitaret ꝛ vellet per illa verba conuertere panem in carnem ꝛ vinum in ſanguinē chriſti ſuo miniſterio Et quia non omnes ſacerdotes eccleſie ſunt tam docti vt determinēt vel determinare valeant ſuas generales intentiones ad particularia.ideo ponit hec nona ꝓpoſitio in ordine

duplex intentio generalis et specialis

Intentio generalis.

Intentio ſpecialis.

Nona cōcluſio.

¶ Nō licet qlibet ſacerdos conari debeat quantum poteſt habere intentionem ſpecialem circa ſacramentum euchariſtie propter reuerentiam eius illa tamen non eſt de neceſſitate requiſita ad conſecrandum ſed ſufficit generalis intentio predicta Probatur ſecunda pars.qꝛ nō eſt neceſſaria maioꝛ aut melioꝛ intentio ſacerdotis ad cōſecrandum qꝫ baptizantis ad baptizandum ſed in baptiſmo ſufficit intentio generalis ꝛ non eſt neceſſaria ſpecialis ergo ſimiliter in euchariſtia maioꝛ patet a ſimili qꝛ vtrobiqꝫ eſt ſacramētū eccleſie requirēs certā materiam/formam/miniſtrum ꝛ intentionem rectam minoꝛ clara eſt qꝛ in baptiſmo quilibet homo viatoꝛ poteſt eſſe miniſter illius ſacramenti ſiue ſit fidelis vel infidelis et maſculus et femina maioꝛis etatis et minoꝛis propter neceſſitatem ſacramenti illius ſed non quilibet talis poteſt habere ſpecialem intētionem per baptiſmum delendi peccatum originale ꝛ conferendi virtutes infuſſas ꝛc̄ ergo ſufficit in quolibet ſacramento intentio generalis ꝑdicta ꝛ nō eſt neceſſaria actualis ſpecialis Eſt tamē differentia in miniſtro quia in euchariſtia que non eſt tante neceſſitatis ſicut baptiſmus non quilibet poteſt eſſe miniſter eius ſed ſolus fidelis adultus maſculus ꝛ ſacerdos propter ſacramenti maieſtatem Patet ergo que ꝛ qualis intentio requiritur ꝛ ſufficit in ſacerdote ad conſecrādum qꝛ actualis vel virtualis ſpecialis vel generalis Ex qua determinatione ſequūtur aliqua Primum eſt qꝫ ſicut homo infidelis poteſt vere baptizare ſi adhibeat materiam ꝛ formam baptiſmi ſic etiam ſacerdos hereticus poteſt vere conſecrare ſi verba ſacramentalia ſuper panem ꝛ vinum proferat. Probatur hoc qꝛ quilibet talis poteſt habere intentionem que ſufficit ad baptizandum ꝛ conſecrandum ſcilicet velle facere quod eccleſia facit in talibus ſacramētis. Secundum eſt qꝫ non ſolum hereticus circa alios articulos fidei ſed etiam circa ſacramentum euchariſtie diſcredens ſacerdos poteſt vere conſecrare nam prius dictum eſt qꝫ caracter vel poteſtas ſacerdotis oꝛdinis ē indelebilis a ſacerdote rite oꝛdinato ergo habens materiam ꝛ formam euchariſtie cum intentione requiſita poteſt conſecrare ſed talis hereticus circa ſacramētū euchariſtie poteſt eſſe ſacerdos rite oꝛdinatꝰ ꝛ habere intentionem requiſitam qꝛ licet diſcredat illi articulo putans hoc eſſe figmentum nihilominus poteſt velle facere quod alij fideles ſacerdotes faciunt quando illud ſacramentum miniſtrat que intentio licet ſit generalis tamen ſufficit in propoſito vt probatum eſt. Huius ſimile apparet in bonis ꝛ deuotis chriſtianis qui non credentes actione magicam ſuperſticioſam habere aliquid virtutis ſepius cum illa intentione generali illam exercent ad probandum quid inde ſequetur ꝛ aliquando deo permittente ad actionem illam ſequitur effectus artis magice ergo ꝛc̄.poterant hic plura alia dici que ob breuitatē relinquntur

Correlarium primum.

Correlarium ſecundum.

# ¶ Caput nonū de remotione impedimentoꝛum a ſacerdote pro licita et oꝛdinata Miſſe celebratione · que ſunt tria hec/ culpa/pena/et impedimentum perſonale

DIcamus iam de his que ex pte ſacerdotis prediximus ſecūdo modo eſſe neceſſaria ad conſecrandū ſcilicet nō ſimpliciter ſed ad bene et oꝛdinate cōſecrandum quoꝛū primum erat remotio impedimentoꝛum ꝛ inter ea culpam primo loco nominauimꝰ Eſt autem duplex culpa ſiue peccatum ſcilicet moꝛtale ꝛ veniale quoꝛum differentia eſt qꝫ per peccatum moꝛtale tollitur ab homine grā dei vel charitas per veniale aūt non niſi feruoꝛ charitatis ꝛ adhuc ille non omnis ſed intenſus quia veniale peccatum remittit feruoꝛem charitatis Hec eſt ſententia doctiſſimoꝛum Theologoꝛum pariſienſium ſecundum quos ponuntur alique propoſitiones de iſto impedimēto culpe Prima ſit hec Quod culpa venialis nullo modo impedit ſacerdotem a licito ꝛ oꝛdinato vſu ſacramenti euchariſtie ſiue quantum ad conſecrationem ſiue quantum ad ſumptionē eius Probatur qꝛ ad tales actus bene agendos ſufficit qꝫ homo ſit in gratia ꝛ charitate dei que non tollitur per veniale peccatum vt diximus Secunda propoſitio Quod culpa moꝛtalis ſiue ſit peccatū oꝛiginale ſiue actuale eſt impedi-

1 Culpa duplex.

Prima cōcluſio.

Secūda cōcluſio.

mentum de neceſſitate remouendum tam a conſecrante ꝙ̄ a recipiente euchariſtiam Probatur quia talis culpa expellit gratiam ⁊ charitatem ab homine cum non ſit ei compoſſibilis in eadem anima nemo autem exiſtes ſine gratia dei poteſt licite euchariſtiam cõtrectare immo nec aliquod aliud ſacramentum qꝛ charitas facit hominem dignum amicitia dei ⁊ mundum coram deo ſed de hoc ſacrameto euchariſtie dicit apoſtolus p̄me Corint 11 ꝙ debet ſe probare homo an ſit dignꝰ ad vſum eius nam q̄ indigne ſumit reus erit ⁊c̄ De aliis vero ſacramẽtis omnibus dicitur Exo 19 ſacerdotes qui accedunt ad dominũ ſanctificentur ne percuniam eos vnde Auguſtinus Nemo ſacerdotũ debet ad ſcta accedere ſi mundus non eſt dicitur em̄ Leuiti 21 qui habuerit maculam nõ offerat panes coram domino neqꝫ accedat ad miniſterium eius conſonat Eſaias

Correlariũ p̄mũ.

capitulo 1 ⁊ capitulo 52. Mundamini qui fertis vaſa dñi Unde fundat ſanctus Thomas hanc concluſionem ꝙ ſuſcipiens vel exequens ordinẽ in peccato mortali peccat mortaliter qꝛ de lege nature eſt ꝙ homo res ſanctas ſancte ptractet iuxta illud Deutero 16 Juſte quod iuſtum eſt exequeris ⁊ hoc maxime verum eſt in hoc ſacramento euchariſtie quod quanto ceteris dignius eſt tanto eſt abuſus eius grauius peccatũ. Conſecrans autem vel ſumens euchariſtiam in peccato abutitur hoc ſacramento tum qꝛ ipſum (vt ſpecies ipſe monſtrãt) eſt cibus ⁊ potus aie: dare aũt cibum ⁊ potum mortuo eſt abuti eo ⁊ hoc verum eſt tam in ſpiritualibꝰ ꝙ̄ in corporalibꝰ. tum qꝛ ibi cõtinetur chriſtus qui ē ſanctus ſanctorum ⁊ ipſe non eſt ponendus in receptaculo immundo tum deniqꝫ qꝛ hoc ſacramentũ ſignificat vnitatem corporis miſtici chriſti qui ergo ad ipſum accedit facto oſtendit ſe ad vnitatem eccleſie pertinere quod falſum eſt de exiſtente in peccato mortali omnis ergo talis ad hoc ſacramentum accedens culpam fictionis incurrit vbi agit myſteriũ veritatis ac p̄inde abutit ſacramẽto

Correlariũ ſecundum

Ex dictis ſeq̄tur etiã ꝙ ſi laicus in peccato ſumẽs euchariſtiã rationibus p̄dictis peccat vno alio peccato de nouo ſacerdos in p̄cto ꝯſecrãs ⁊ ſic miſſa perficiens peccat duobus peccatis nouis ⁊ hoc qꝛ indigne conſecrat ⁊ indigne ſumit euchariſtiam

2 Quis dicatur eſſe in peccato.

Aduertendum tamen ꝙ aliquis homo tripliciter poteſt dici eſſe in peccato mortali p̄mo quantum ad actum ſcilicet dum habet malam voluntatem vel malam operationem. Secundo quantum ad reatum dum poſt actum peccati nondum contritus eſt neqꝫ penituit de ſuo peccato preterito Tertio quantum ad eccleſiaſticum forum ſcilicet anteꝙ̄ confeſſus fuerit vel abſolutus a ſacerdote. Differunt autem iſti modi per hoc ꝙ ſecundus poteſt ſeparari a p̄mo ⁊ tertius ab vtroqꝫ. poteſt em̄ aliquis eſſe in peccato 2 modo quando non erit p̄mo modo puta quando eſt dormiens Similiter poteſt aliquis eſſe in peccato tertio modo quando nõ erit duobus p̄mis modis talis eſt ille qui eſt vere contritus de ſuo peccato preterito ſed nondum eſt confeſſus vel abſolutus a ſacerdote ⁊ ſi homo moriatur in p̄cto duobꝰ p̄mis modis damnatur ad infernum non autem ſi ſolum tertio modo qꝛ talis diſcedit in gratia

Anceps dubium.

Sed dubium eſt an ſic accedens ad euchariſtiam peccet mortaliter nouo peccato (qꝛ de p̄mis duobus modis nullus dubitat) ⁊ quibuſdam viſum eſt ꝙ non peccat qꝛ eſt in gratia nec videtur ꝙ homo teneatur eſſe in meliori ſtatu ad bene communicãdum ꝙ̄ ad bene moriendum

Reſponſio.

Alij vero melius dicunt tenẽtes ꝙ taliter accedens ſcilicet in peccato tertio modo ſolum peccat communiter ⁊ regulariter ſecus autem in aliquibus caſibus Hec opinio ſic declaratur qꝛ ſacramentum euchariſtie ſignificat vnionem eccleſie chriſtiane quare ad eius rectum vſum requiritur ꝙ accedens ſit vnitus ⁊ reconciliatus non ſolum deo ſed etiam eccleſie, deo autem reconciliatur homo per contrictionẽ eccleſie per confeſſionem ergo non ſufficit ad recte ⁊ licite conſecrandum vel comunicandum ꝙ homo ſit ſine peccato ſecundo modo ſed oportet ꝙ etiam tertio modo Eſt ⁊ alia ratio quia iuxta dictum ſapientis nemo ſcit an odio vel amore dignus ſit coram deo ergo per ſolam contritionem ſine ſacramento penitentie minus certus erit homo ꝙ ſit in grã vt digne accedat ad euchariſtiam. ꝙ̄ cum ſacramento penitentie debet ergo propter maiorem ſui certitudinem prius confiteri peccata ſua nam ſepius homo putat ſe eſſe contritum qui vix eſt attritus per ſacramentum autem penitẽtie ex attrito fit contritus dicimus autem hoc eſſe verum cõmuniter ⁊ regulariter qꝛ aliquando dantur caſus in quibus homo cõtritus vel non poteſt habere confeſſorem vel non proprium ſacerdotem vel nõ poteſt ſine ſcandalo intendere confeſſioni ac deſiſtere ab euchariſtie executione nam in talibus caſibꝰ voluntas pro facto reputatur ⁊ ſic impeditus a confeſſione reputatur pro confeſſo etiam in foro exteriori iudicis eccleſiaſtici. Si ergo talis homo tunc conſecret vel recipiat euchariſtiam quando rationabiliter non debet ceſſare ab illo actu. clarum eſt ꝙ ſine p̄cto nouo conſecrat ⁊ communicat: vt ſi ſacerdoti p̄fectionem miſſe iam cantãti occurrat peccatum mortale nõdum ab eo confeſſum vel ſi laico ad pedem altaris iam genuflexo inter alios fideles ad communicandum tale quid ſue memorie occurrat ⁊c̄. extra hos ergo caſus ⁊ alios ſimiles (qui videtur neceſſitare homines ad communicãdum ſine confeſſione) quilibet exiſtens in peccato mortali ſolum tertio modo ⁊ audens conſecrare vel communicare: mortaliter peccat de nouo vt expreſſe notant verba capituli. omnis vtriuſqꝫ ſexꝰ extra de pe. ⁊ remi. vbi communicaturis in paſchate. p̄cipitur ꝙ confiteantur omnia peccata ſua proprio ſacerdoti. ⁊ eadem eſt ratio in quocunqꝫ alio tẽpore anni ſiquis communicare vel conſecrare voluerit. Quare hec doctrina eſt verior ⁊ ſecurior ꝙ̄ oppoſita ad cuius rationem reſpondendo

dicimus q in vtroqȝ caſu ſcilicet bene comunicādi ⁊ bene moriēdi eſt ſimilis regula generalis obſeruanda ⁊ ſimiles exceptiones occurentes

3 Quot modis poteſt hō cognoſcere ſi eſt in gratia.

¶ Aduertēdum tamē circa predicta q tripliciter poteſt aliquis ſcire de ſe an ſit in gratia ⁊ liber a peccato duorum modorum peccatorum. primo p reuelationē dei ſecundo per naturalem euidētiam. tertio per moralem coniecturam tum ponūtur propoſitiones

Primo. Prima q ad hoc vt homo nō indigne cōſecret vel comunicet: requiritur q aliquo modo ſciat ſe liberatum eſſe a peccato mortali per veram cōtritionem huius ratio clara eſt qȝ ſi nō eēt liber a peccato indigne accederet ad euchariſtie ſacramentū

Secūdo. Secūda propoſitio Quod non opus eſt aut neceſſarium q homo hoc ſciat primo modo ideſt per reuelationem dei illa enī rariſſima eſt ⁊ pauciſſimis fideliū cōmunicatur Unde ſi talis eſſet neceſſaria ad rectum euchariſtie vſum vix poſſet inueniri ſacerdos non indigne conſecrans aut laycus cōmunicans

Tertio. Tertia ꝓpoſitio Neqȝ eſt neceſſarium ad hoc ſacramētum q homo ſciat ſe eſſe ſine peccato ſecūdo modo ideſt per euidentē ratione naturalem Quia euidētia naturalis ſemp habetur vel per experientiam vel inductiōem vel per demonſtrationē ſed homo de ſtatu conſcientie ſue bono vel malo non poteſt habere experientiam teſte apoſtolo paulo. I Cor 4. Nihil mihi conſcius ſum ſed non in hoc iuſtificatus ſum nec habet euidentiā de hac veritate ex terminis cum hec ſit contīgēs nō p ſe nota ego ſum in grā vel in peccato nec eſt propoſitio demōſtrabilis ex principijs per ſe notis. cū pēdeat ex gratia dei, ⁊ libera eius volūtate que eſt hominibus ignota Relinquitur ergo quarta propoſitio quod ad non indigne conſecrandum vel communicandum ſit neceſſariū hominē ſic ſe probaſſe q ſciat ſe non eſſe in peccato probabiliter ⁊ per moralem cōiecturā qualis requiritur in negocijs ⁊ agibilibus humanis groſſo ⁊ figurali modo vt Ariſtoteles docet in ꝓhemio ethicorū hoc eſt q ſciat ſe habere deteſtationē vel penitudinem de peccatis ab eo commiſſis ideſt q doleat de preteritis ⁊ proponat abſtinere ſe ab eis in futurum habeatqȝ propoſitum confitendi peccata ſua proprio ſacerdoti quando opꝰ fuerit Sed qȝ hec moralis certitudo non eſt euidētia: ideo cū ea ſtat hominem eſſe in peccato mortali duobus primis modis ſed tūc peccatū mortale in homine exiſtens non eſt ſibi imputabile ad nouā penā ita q ſi cum tali ꝓpoſito ad ſacramentū accedat incurrat nouum peccatū irreuerentie vel indigne cōtractationis ſacramenti Quare ſequitur clariſſime q tripliciter poteſt aliquis ad euchariſtiā accedere: primo digne. ſecundo indigne. tertio non indigne ⁊ ſic datur mediū inter duo ꝓma extrema p ab negationem vtriuſqȝ.

4 Triplex acceſſus hominis ad ſacramentum.

Digne. Digne accedit ille qui eſt in gratia dei ⁊ liber a peccato ⁊ ex tali actu meret augmētum ſue gratie propter bonū opus meretur etiā et augmentum glorie.

Indigne. Indigne accedit exiſtens in peccato de quo nec contritus eſt neqȝ confeſſus ⁊ ille per talem actum peccat nouo peccato vno vel pluribus vt prius dicebatur

Nō indigne. Non indigne accedit (imo neqȝ digne) ille qui eſt in peccato cuius tamē habuit contritionem ⁊ confeſſionem fecitqȝ diligentiam talem ad ſe purificādū qualis poteſt eū certificare moraliter q iam nō ſit in peccato. talis enī conſecrās vel comunicās neutro modo ſe habet qȝ ex quo eſt in peccato non meretur a deo gratiam vel gloriam ex quo etiam fecit bonam diligentiam ad ſe probandū: et talem q putat ſe iam non eſſe in peccato ille inqȝ excuſatur apud deum a peccato irreuerētie ſeu indigne cōtrectationis ſacramēti ⁊ ſic medio modo ſe habet. Hec dotrina eſt pia ſana ⁊ ſecura

Cōtraria opinio. licet quibuſdam Theologis non placeat aſſerētibus q nullus faciens talem diligentiam aut examinationē ſui manet in peccato quia facienti quod in ſe eſt deus ſemper dat gratiam vel reuelat culpam

Reprobatio eius. Sed hec ratio non cogit tum qȝ ſtat aliquem putare ſe feciſſe quod in ſe eſt et tamen non feciſſe. tum qȝ homo nō obligatur tam ſtricte ad examinādum ſe ipſum vt quelibet negligentia huius probationis ſit ei peccatum vel inducat reatum noui peccati tum deniqȝ qȝ in hoc caſu (ſicut in multis alijs) locū habet ignorātia facti inuincibilis q̄ oīno excuſat a peccato accedentem ⁊ ideo nō indigne accedit: Satis eſt ergo q homo fecerit talem ſui probationem ad nō indigne accedendum ad ſacramentum euchariſtie que bona probabilitate morali videatur ei ſufficiens qȝ eſt talis qualem ipſe feciſſet in quolibet alio negotio arduo pro aliquo magno bono temporali acquirendo vel magno malo euitando neqȝ eſt putandum q preceptum apoſtoli pauli ſtrictius voluerit hominem obligare quo ait probet autē ſeipſum homo ⁊ ſic de pane illo edat ⁊ de calice bibat q d ſi homo talem fecerit probatiōem ſui ſecurus poterit ad euchariſtiam accedere ſecurus inquā a nouo peccato

5 Pena canonica multiplex.

¶ Secundū genꝰ impedimenti ſacerdotis quo prohibetur a celebratione miſſe eſt pena canonica ideſt a iure canonico impoſita ipſo facto vel a iudice eccleſiaſtico p canones eccleſie. nam talis pena ſic prohibet fidelem ab vſu euchariſtie vel cuiuſlibet alterius ſacramenti q miniſtrans vel recipiens ſacramentum ſcienter cum tali pena canonica mortaliter peccat Huius generis ſex ſunt ſpecies aſcendēdo a minoribus ad maiores. prima ſuſpenſio ſecunda interdictū tertia excommunicatio/ quarta irregularitas / quinta infamia/ſexta degradatio vel totalis depoſitio Harꝫ prime quattuor quādoqȝ ſunt a iure quādoqȝ due vltime nunqȝ a iure ſed ſemp a iudice infligūtur qȝ ſunt acerbiſſime pene

Suſpēſio. Suſpenſio eſt prohibitio alicuius perſone ad tēpus ab aliquo officio eccleſiaſtico quo alias ſibi liceret vt quādo aliquis clericus ex rationabili cauſa prohibetur ne dicat miſſam infra tot dies/menſes vel annos

Interdictum. Interdictum proprie loquendo reſpicit locum in quo prohibentur ad tempus fieri publice diuina officia vel eis intereſſe.

Duplex Excōicatio maior. Excōmunicatio maior eſt ſeparatio

paratio alicuius hominis a conſortio vel communione fidelium.

Minor.

Minor autem excommunicatio licet ſic non ſeparet in foro exteriori tamen qui cum illa conſecrat vel recipit eucharistiam ſcienter peccat mortaliter ita bene ſicut cum excommunicatione maiori.

Irregularitas

Irregularitas eſt inhabilitatio ad ſuſceptionem ordinum vel ad executionem actuum eorum hoc communiter infligitur a iure/et quandoq; ꝑ peccatis/quandoq; ſine peccatis. Exemplum primi vt ꝑ ſymonia / pro furto in ordine / pro miniſterio in ordine non ſuſcepto / et pro contumacia in non ſeruando cenſuras eccleſiaſticas. Exemplum ſecundi vt pro bigamia / ſeruitute / illegitimitate / mutilatione / et iudicio ſanguinis.

Infamia

Infamia eſt ſtatus leſe dignitatis quantum ad vitam et mores que prohibet ab omni actu legitimo etiam poſt actam penitentiam nam declaratus infamis a iudice nullos actus honoris et dignitatis exercere valet in eccleſia.

Degradatio.

Degradatio eſt priuatio alicuius adſemper ab exercitio alicuius ordinis eccleſiaſtici ſed non ab omnibus ordinibus vt alicui clerico vel ſacerdoti prohiberetur adſemper actus ordinum maiorum relictis ordinibus minoribus. Si autem omnium ordinum ſuſceptorum actus ſibi prohiberentur illa iam eſſet depoſitio a ſtatu clericali ſic q̃ talis homo non amplius gaudet priuilegio clericorum ſed penitus efficitur laycus et ſubiectus curie ſeculari et talis pena nunq̃ infligitur alicui niſi pro grauiſſimis delictis vt pro hereſi / ſciſmate / reuelatione confeſſionis etc. Quicunq; ergo aliqua tali cenſura eccleſiaſtica fuerit prohibitus (etiam ſi ſine culpa ſua hoc pateretur) non poteſt ſine peccato mortali miſſam celebrare neq; euchariſtiam ſumere aut alijs miniſtrare.

6 Impedimentum perſonale ſacerdotis.

¶ Tertium impedimentum principale ſacerdotis ad miſſe celebrationem nec eſt culpa nec pena eccleſiaſtica ſed eſt indiſpoſitio perſone ſiue naturalis ſiue accidentaria huius generis due ſunt ſpecies iſte ſolutio ieiunij et corporalis immundicia. De primo eſt aduertendum q̃ preceptum eccleſie de conſecratione diſt 2 liquido eſt q̃ communiter et regulariter quilibet conſecrans vel recipiens euchariſtiam debet eſſe ieiunus. Dico autem communiter et regulariter quia in caſibus neceſſitatis euchariſtia poteſt conſecrari vel recipi a non ieiunis ſine peccato communicant enim infirmi morituri etiam non ieiuni ſimiliter et ſacerdos in aliquibus caſibus poteſt licite in alijs vero tenetur conſecrare et ſumere non ieiunus.

Ieiunium triplex.

Sed ieiunium triplex ſolet diſtingui primum dicitur ieiunium temperantie ſecundum eccleſie vel abſtinentie tertium autem dicitur ieiunium nature. Et ſicut ſecundum addit ſupra primum ita et tertium ſuper ſecundum.

Ieiunium temperantie

Eſt igitur ieiunium temperantie ac ſobrietatis carentia cibi et potus pro loco et tempore ſecundum rectam rationem ad habendam vel conſeruandam bonam diſpoſitionem tam corporis q̃ anime cuilibet enim homini prudenti et diſcreto dictat recta ratio q̃ aliquando debeat pro ſanitate corporis ſeruare dietam id eſt abſtinere a cibo et potu per diem integrum vnum vel plures vel per diei partem magnam aut paruam iuxta boni medici conſilium. Eadem ratio dictaret eidem aliquando eſſe abſtinendum pro bona diſpoſitione mentis ſcilicet ad contemplandum vel ad aliquod aliud opus virtuoſum expedite agendum quemadmodum apoſtolus inducit exemplum de militibus ſecularibus dicens q̃ omnis ille qui in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet ſcilicet ꝓpter victoriam.

Concluſio

Et de tali ieiunio ponitur hec concluſio q̃ de eo nullum eſt preceptum poſitiuum datum hominibus a deo vel ab eccleſia ſed eſt ſolum de iure naturali non ſcripto exterius ſed interius expreſſo homini a deo vt dicitur in pſalmo Signatum eſt ſuper nos etc. Secunda concluſio q̃ poteſt quis tale celebrare ieiunium etiam ſi pluries in die comedat quia cum pluralitate commeſtionum in eodem die ſtat virtus temperantie que eſt huius ſpeciei ieiunium.

Ieiunium eccleſie.

Ieiunium eccleſie vel abſtinentie eſt quo homo vnam comeſtionem in vno die non tranſgreditur neq; veſcitur quibuſlibet cibis ſed certis et determinatis ab eccleſia, dicitur notanter vnam comeſtionem quia de potu nulla eſt prohibitio ab eccleſia poſita potus enim eſt neceſſarius homini etiam extra horam prandij ſcilicet ad digerendum et deducendum cibum ideo licitum eſt taliter ieiunanti pluries in eodem die bibere ſine ſolutione ieiunij licet etiam ei ſumere medicinas quoties opus fuerit in die ieiunij poteſt denique licite ad veſperam facere collationem cum electuarijs vel alijs ſpeciebus ad melius digerendum cibum. Alij dicunt q̃ etiam cum pane et pomis ad euitandum nocumentum potus tunc neceſſarij dummodo principalis intentio hominis collationem facientis non ſit ad comedendum ſed potius ad medendum vel ad euitandum nocumentum vt diximus.

Concluſio.

De hoc autem ieiunio ponitur hec concluſio q̃ licet hoc ieiunium ſit difficilius primo de eo tamen datum eſt preceptum poſitiuum ab eccleſia a quo nihilominus excipit quedam genera perſonarum vt pueros / ſenes / infirmos etc. Secunda concluſio q̃ hoc ieiunium ſoluitur per ſecundam comeſtionem per cibi vetiti manducationem et per peccati mortalis maxime carnalis perpetrationem et ratio eſt quia hoc ieiunium indicitur fidelibus ꝓpter carnis macerationem ac mortificationem vt ſpiritus poſſit viuere.

Ieiunium nature.

Ieiunium nature vel ſimpliciter eſt totalis carentia cibi et potus ſuſcepti in ſtomachum vel in via ad ipſum et hoc a principio illius diei in quo quis dicitur vel tenetur eſſe ieiunus hoc itaq; ieiunium difficilius eſt ſecundo quia non ſolum per ſecundam comeſtionem ſed etiam per primam ſoluitur et non ſolum per cibum ſed etiam per potum etiam ſi ſit aqua ſimplex. Dico notanter a principio diei quia licet varijs modis dies naturalis incipiatur a diuerſis eccleſia tamen quo ad ieiunia ſolummodo incipit diem a me

dia nocte precedente et protrahit ipſum vſq3 ad
mediam noctem ſequentem diei ieiunij qui er-
go poſt mediam noctem comedit aut bibit quā-
tulumcunq3 illud ſit ſoluit ieiunium nature li-
cet poſſit obſeruare ieiunium eccleſie vel abſti
nendo De hoc itaq3 ieiunio nature ponitur ta
lis concluſio ꝙ preceptum eccleſie quo cauetur
ꝙ eucharistia non conſecret neq3 ſumatur niſi a

Cōcluſio

ieiunis eſt intelligendum de hoc ieiunio natu-
re ait enim Auguſtinus ad Januarium placuit
ſpiritui ſancto vt ad honorem tanti ſacramenti
prius in os chriſtiani intraret corpus dominicū
ꝙ alij cibi Secunda concluſio ꝙ non requiritur
de precepto ſed tantum de conſilio ꝙ cibus an-
te mediam noctem aſſumptus a ſacerdote fuerit
iam digeſtus vel ꝙ poſt mediam noctem ſacer
dos prius dormierit ꝙ miſſam celebret vel lay-
cus communicet quia huiuſmodi operationes
anime vegetatiue in homine non ſubſunt im-
perio rationis neq3 ſtant in poteſtate hominis
quare ſuper eis nullum datur preceptum Ter-
tia concluſio ꝙ hoc nature ieiunium non ſolui-
tur per hoc ꝙ ſaliua hominis ingrediatur per
guttur eius vel etiam reliquie ciborum in den-
tibus remanentes vel aliqua parua ſtyla aque
qua os fuerat ablutū. quia iſta omnia tranſeunt
cum ſaliua nec poteſt homo ſemper iſta ſepara-
re a ſaliua De immundicia corporali que ho-
minem impedit ab vſu euchariſtie dicamus pri
mo generaliter ex ſententia ſaluatoris Matthei
15 ꝙ nulla talis de per ſe impedit celebrationē
aut ſacram communionem euchariſtie licet be-
ne de per accidens ſcilicet ratione culpe conco-
mitantis vel ſequentis illam immundiciam po-
teſt hominem ab hoc officio impedire De primo
enim ait dominus ꝙ non lotis manibus man
ducare non coinquinat hominem vbi glo ordi
nihil quod eſt extra hominem coinquinat cum
interius hoc quidem per ſe verum eſt ſecus per
accidens Pro cuius declaratione dicamus ſe-
cundo ſpecialiter ꝙ immundicia corporalis eſt
triplex quedam ſuperficialis ex contactu rerum
immundarum vt puluis/lutus/ſanguis ꝛc̄ alia
eſt infirmitas corporalis que tamen viſa ab alijs
cauſat in eis horrorem ſeu abominationē quan-
dam vt lepra/apoſtema/menſtrua/fluxus/ſemi-
na ꝛc̄. alia denique eſt mediocris immundicia que
nec adeo extrinſeca eſt ſicut prima neq3 tam in-
trinſeca ſicut ſecunda ꝛ hec eſt pollutio libidino
ſa que iterum duplex eſt altera in vigilia alte-
ra in ſomnis ſordidis tunc ponuntur concluſio
nes circa predicta Prima cōcluſio ꝙ immundi-
cia prima ſuperficialis non impedit ex neceſſita
te precepti niſi forte ratione conteptus et craſſe
negligentie nam ad litteram de illa loquebatur
chriſtus in illa autoritate Matthei allegata ſi ta
men ſcienter quis vellet cum manibus ſic im-
mundis tangere hoſtiam conſecratam vel ex ru-
ſtica negligentia ſe lauandi incurrit peccatum
irreuerentie: aliquando quidem mortale aliquā-
do autem ſolum veniale Secunda concluſio. ꝙ

Immūdi cia corporalis triplex.

Immūdi cia exterior.

Immūdi cia infirmitatis.

immundicia que eſt infirmitas corporalis horri-
bilis (ſanis videntibus) non impedit de neceſſi-
tate precepti vt expreſſe declarat Gratianus in
decretis diſt 5 licet ſua determinatio ibi maxi-
me vera quo ad laycos ſumentes euchariſtiam
ſecus autem de ſacerdote miſſam celebrante qꝛ
propter morbum lepre prohibetur a publica ce-
lebratione miſſe qua debeat ſanis miniſtrare vt
in capitulo Tua nos de clerico egrotante poteſt
nihilominus leproſus ſacerdos miſſam celebra-
re in ſecreto poteſt etiam ꝛ publice alijs lepro-
ſis euchariſtiam miniſtrare ſi autem infirmitas
ſecreta fuerit nullo modo impedit ſiue a conſe-
cratione ſiue a communione vt patet de fluxu ſe-
minis aut ſanguinis Tertia concluſio ꝙ im-
mundicia tertie ſpeciei que eſt pollutio libidino
ſa quantum ad primam ſpeciem eius ſcilicet in
vigilia manifeſtum eſt ꝙ impedit tam conſecrā
tem ꝙ ſumentem euchariſtiam quia coniuncta
eſt ſpirituali immundicie peccati quod ex pre
miſſis facit hominem indigne accedere ad hoc
ſacramentum immo etiam ipſi coniuges inter
dicuntur ab euchariſtia ipſo die actus coniuga-
lis vt patet de conſe diſt 2 omnis homo Ex
hac concluſione ſequitur ꝙ pollutus in vigilia
per actum culpabilem tenetur illo die abſtinere
ab hoc venerabili ſacramento Et ſi queras vſq3
ad quantum tempus debet ſe abſtinere? dico ꝙ
in hoc caſu non poteſt dari vna regula pro om-
nibus que determinet vſq3 ad quot dies vel ho-
ras ſed vnuſquiſq3 probet ſeipſum ꝛ tamdiu
abſtineat ab euchariſtia quouſq3 animus eius
ſit iam quietus ꝛ pacatus expeditus phantaſijs
carnalibus ſeu commotionibus ad illecebram
Uerum quidam antiqui theologi poſuerunt re-
gulam ꝙ neceſſe eſt taliter pollutum abſtinere
per ſpacium vnius diei naturalis ꝙ eſt viginti
quattuor hore ſed certe hec ſententia non eſt ſe-
cura quia pro varietate complexionum et con-
ſuetudinum predicta animi quietatio que huic eſt
poſſibilis in vno die illi non euenit in tribus
et quod iſte faceret in viginti quattuor horis ali-
que faciliter poſſet in ſex Poſſet tamen dari
vna communis determinatio ſatis rationabi-
lis vt diceretur in hoc caſu quod prius dictum
eſt de ieiunio ad euchariſtiam requiſito ſcilicet
ꝙ poſt actum libidinoſe pollutionis / interueniat
vna nox ꝛ ſomnus conſuetus anteꝙ homo acce-
dat ad altare chriſti/nam hoc ſpacium temporis
videtur communiter ſufficiens ad quietandum
phantaſiam ꝛ appetitum hominis ab omni paſ
ſione aut commotione carnali non multum ex-
ceſſiua et vehementi eſto exempli gratia ſacer-
dos hora meridiana vel ad veſperam ſic culpa-
biliter pollutus tranſacta illa nocte in ſomno
quieto poterit die ſequenti (preuia tamen con-
tritione et confeſſione ſui peccati) ſine indigni-
tate accedere ad celebrationem miſſe maxime
ſi tali immineat neceſſitas miſſam celebrādi vel
communicandi ꝛ cum hoc ipſe non ſentiat in ſe
magnam ſenſualitatis cōmotione ad libidinem

Immūdi cia pollutionis diurne

Di bium bonū n.

Reſpōſio

eadē ratio eſt de laycis ad communionem De coniugatis vero (qui in actu illo non peccant) dici poteſt ꝙ licite communicarent ante meridiem ſi in nocte immediate precedente non fuerint ſibi carnaliter commixti et hoc dico de cōſilio propter reuerentiam tanti ſacramenti

Immūdicia pollutiōis nocturne.

¶ Quarta concluſio de pollutione nocturna ſi que fit in ſomno ꝙ licet de ea varie ſint theologorum ſententie et modi dicendi poteſt ſatis ſecure teneri ꝙ ſi illa ſit totaliter facta in ſomno a principio eius uſqꝫ ad finem et nullam poſt ſe relinquet ſenſualitatis commotionem notabile ideſt que multum occupet hominis phātaſiam non impedit de neceſſitate hominem ab euchariſtia etiam ſi in nocte immediate precedente cōtigerit cuius ratio eſt quia illa corporalis immūdicia nullam habet ſpiritualem immundiciam annexam quia non pluſqꝫ egeſtio vel vana hominis que non impedit Nec refert ad propoſitum ſi talis hominis pollutio proceſſit ex culpa precedente vel non ex quo ipſa in ſe nullum eſt peccatum. cum nihil habeat de voluntario qđ Auguſtinus dicit eſſe neceſſario requiſitum ad peccatum dicens in primo De ciuitate dei c. 12 ſup geneſim ꝙ peccatum adeo eſt peccatum qꝛ eſt voluntarium ꝙ ſi nullo modo eſt voluntarium nullo modo eſt peccatum Dixi notanter ſi illa pollutio ſit totaliter facta in ſomno quia ſi principium eius vel finis fuerit in vigilia potuit eſſe voluntaria et peccatum et tunc impediret illo modo qui dictus eſt de pollutione facta in vigilia Non refert etiam ad hoc propoſitum ſi poſt ſomnum pollutio illa que totaliter facta eſt in ſomno placeat vel diſpliceat homini tum qꝛ poteſt in caſu dabili licite placere ei tum quia ſi illa complacentia ſit peccatum impeditur homo ab euchariſtia ratione talis peccati in vigilia commiſſi non autem ratione pollutiōis nocturne que omnino nullum fuit peccatum tum deniqꝫ quia quando talis pollutio placet poſt dormitionem communiter relinquit poſt ſe notabilem ſenſualitatis commotionem et phantaſie inquietationem ratione cuius homo redditur ineptus ad euchariſtie ſacramentum ꝓpter indeuotionem et diſtractionem animi a rebus diuinis Dixi communiter. quia aliquando placet homini illa pollutio propter finem honeſtū ſcilicet propter exonerationem ſue nature qua animus eius quietatur

Epilog⁹.

Poteſt ergo dici reſolutorie de hac libidinoſa pollutione ꝙ ſiue illa fuerit facta in ſomno ſiue in vigilia ſiue fuerit culpabilis ſiue licita eatenus et non aliter impedit hominem ab euchariſtia quatenus inquietat phantaſiam eius et commouet ſenſualitatem ad illecebram qua ceſſante et preuia contritione cum confeſſione de peccatis preteritis quilibet poterit ſecure accedere ad euchariſtie ſacramētum quia in tali caſu remanet in eo ſola immundicia corporalis exterior que (vt ſuperius dictum eſt) non impedit de neceſſitate ſed ſolū de conſilio et ex deuotione.

## ¶ Caput decimū de appoſitione rerum conuenientium ipſi ſacerdoti ad debitam miſſe celebrationem



Equirebatur vltimo ex parte ſacerdotis euchariſtiam conſecraturi appoſitio quorundam conuenientium que duplicia diſtinguuntur ꝑmanentia videlicet et tranſeuntia vel ſucceſſiua permanentia ſunt ſacre veſtes que vt beatus Hieronymus ait rationabiliter ſunt ab eccleſia inſtitute pro viris eccleſiaſticis in templo dei differentes a veſtibus profanis hominem extra diuina officia quatenus ex mutatione veſtium corporis immutetur animus ſacerdotis ſecundum affectus ſuos ad deuotius meditandum myſteria diuina que pertractat Depoſitio ſiquidem ſecularium veſtium ſignificat in ſacerdote expoliandum eſſe veterem hominem cum actibus ſuis et econtra inductio nouarum ſacrarumqꝫ veſtium denotat reformationem hominis in ſanctitate et iuſticia Inuentus eſt autem vſus iſte veſtium ſacerdotalium partim quidem ex veteri lege partim etiam ex additione ſanctorum patrum noui teſtamenti Mandauit enim deus Moyſi Exodi 28 vt faceret quaſdam ſanctas veſtes in gloriam et decorem ſacerdotibus quibus decenter induti ſacerdotio fungerentur coram domino eadem ratio eſt de noſtris ſacerdotibus in eccleſia chriſtiana vt ſacris veſtibus ornati appareant venerabiles toti populo vt habeāt inde bone conuerſationis exemplar ſicqꝫ a reliquo populo diſcreti ordinate et inoffenſe valeant ſacris miniſterijs deuotius intendere Specialiter autem veniendo ad ſingula veſtium genera dicamus prius de communibus veſtibus ſacerdotum poſtea de pontificalibus

1 Sacre veſtes.

2 Veſtes cōmunes ſacerdotuꝫ ſex.

¶ Communes ſacerdotum veſtes ſunt ſex numero he amictus/alba/cingulum/manipulus/ſtolla ſiue orarium/et deniqꝫ caſulla ſiue planeta Que ornamenta tum ex numero/tum etiam ex eorum diſpoſitione et officia ſacerdotum et virtutum perfectionem deſignant ſenarius enim numerus perfectus dicitur ab Arithmeticis ꝙ reſultat precise ex ſuis partibus aliquotis ſimul additis que ſunt vnitas/binarius et ternarius. Debet ergo ſacerdos in hoc ſuo ſenario veſtium habere omnes iſtas partes ſcilicet vnitatem eccleſiaſticam ſic ꝙ non ſit ab eccleſia diuiſus per aliquā cenſurā vt prius diximus debet habere binariū charitatis dei et proximi vel binariū iuſticie q eſt

declinare a malo ⁊ facere bonum ſimiliter ⁊ ter-
narium virtutum theologalium ideſt fidem re-
ctam / ſpem firmam/⁊ charitatem perfectam et
ita fiet dignus hoc ſenario veſtium que vite per-
fectionem ſignificant vt dicem⁹. Sex etiam ſunt
communia ſacerdotum officia in populo dei ſci-
licet baptizare/cathezizare/predicare / cōſecrare/
abſoluere/⁊ ligare Et quia ſacerdos his ſacris
veſtib⁹ indutus chriſtū repſentat ⁊ qualitatē ſue
vite qualis eſſe debeat ideo harū veſtiū ſignifica-
tionem ad duos ſenſus breuiter enarrabim⁹ al-
3 legoricum ſcʒ de chriſto ⁊ moralem de ſacerdote
Significatio veſtium allegorica. ipſo Chriſtus ſūt in pſalmo 109 dr̄ ſacerdos in
eternum cuius etiā ſacerdotiū in ſua paſſiōe cō-
ſummatū eſt vnde inſtante hora paſſiōis ſacrifi-
cium inſtituit in pane ⁊ vino ſcđm ordinē Mel-
chiſedech qđ eucharistie ſacrificiū decreuit nobis
futurum perenne memoriale ſue paſſionis ſacer-
dos ergo euangelicus ad hoc ſacrificiū accedēs
chriſtū repſentat eiuſqʒ paſſionē ⁊ mortē cōme-
morat teſte apoſtolo qui ait. quotiēſcunqʒ mādu-
cabitis panē hunc ⁊c. I Corin II Debuit igitur
ſacerdos euchariſtiā cōſecraturus talib⁹ veſtib⁹
indui q̄bus geſta paſſiōis chriſti ſignificarentur.
ſitqʒ miniſtro ad gloriā ⁊ honore qđ ſummo pō-
tifici in ſacrificio illo veſptino fuit ab impijs da-
tum in cōtumeliā ſcʒ nunc ſuis veſtibus eū ſpo-
liando/nunc alienis induendo nunc ligādo ipm
nunc flagellando/⁊ tandē plenū opprobrijs ad
altare crucis deducendo q̄ oia ſacerdos immo-
laturus in altaris ſacrificio exprimit ⁊ declarat
nō ſolum verbis ⁊ geſtis ſed etiā in veſtib⁹ vnde
amictus quo ſacerdos caput ſuū velat ⁊ faciem
ſignificat velame qđ iudei in domo cayphe po-
ſuerunt ſup faciē chriſti Matthei 26 Alba deno-
tat veſtē albam qua eluſit eū Herodes Luce 23
Zona/manipulus ⁊ ſtolla ſignificant tria liga-
mina chriſti q̄bus ipſe in ſua captiōe/flagellatio-
ne/⁊ crucis baiulatiōe fuit vinctus ita ꝙ ordine
recto cingulū ad captione/manipulus ad flagel-
lationem ⁊ ſtolla ad crucis baiulationē ſup hu-
meros ſuos referantur Caſulla demū ſignificat
illam veſtem coccineam ſeu purpuream quā in
deriſionē fuit indut⁹ in domo pilati. Joānis 19
Poteſt ⁊ aliter de chriſto exponi hec ſacerdota-
lis veſtitura allegorice. ita vt amict⁹ caput coope-
riens ſignificet humanitatē chriſti q̄ diuinitatem
eius cooperiebat de qua apoſtolus dicit I Cor. II
Caput chriſti deus eſt Alba linea denotat vite
ſue candorē in omni genere virtutū maxime in
caſtitate virginali cingulum ad charitate eius re-
ferri pōt q̄ alligare voluit corpori eccl'ie ſue de q̄
idē ap̄lus ad Coloſ 3 dicit ꝙ ē vinculū pfectiōis
Manipulus quē in leua gerit ſacerdos ē brauiū
beatitudinis qđ chriſt⁹ in hac vita ( q̄ ē ſiniſtra dei)
obtinuit cū eſſet ſimul viator ⁊ ꝯphenſor ⁊ de ea
dr̄ Canti 2 Leua eius ſub capite meo ⁊c̄ Stolla q̄
collo ſacerdotis imponitur obedientiā chriſti ſi-
gnificat qua fact⁹ eſt obediēs pr̄i vſqʒ ad mortē
Phil' 2 Caſulla totū corp⁹ ſacerdotis tegens eſt
plenitudo grāꝝ in chriſto de qua Joānis. I. vidi-

mus eū plenū grē ⁊ veritatis vel ſi magis placet
eſt vniuerſalis eccl'ia qua ipſe chriſtus tegitur vt
veſtimēto de quo Eſa 49 oībus his veſtieris
hunc ſenſum notat Auguſtin⁹ ſup Joāne loq̄ns 4
de tunica chriſti incōſutili Moralis vero ſignifi- Alia ſignificatio moralis earūdem veſtium.
catio harū veſtiū pōt eſſe de qualitate vite ⁊ mori-
bus ſacerdotis cōſecrātis imo ⁊ cuiuſlibet fidelis
cōmunicātis atqʒ toti⁹ fidelis ppl'i aſſiſtētis offi-
cio miſſe meſa eñ hec ſacramētalis eſt cena ma-
gni regis vel nuptiale cōuiuiū ad qđ q̄ ſine ido-
nea veſte introierit ligatis manib⁹ ⁊ pedib⁹ ſic
detrudetur in tenebris horrendi carceris Mat-
thei 22 hanc idoneam veſtem ſpiritualem ſigni-
ficat corporalis veſtitura ſacerdotis qui non ſo-
lum p ſe ſed etiam in perſona omnium circun-
ſtantium imo ⁊ totius eccleſie ſacram hoſtiam
deo offert vt expreſſe ſonant verba canonis ſe-
creti in multis locis Amictus ergo vel ſuphu-
merale aut galea ſignificat ſpem theologicam
vt notat apoſtolus Ad ephe 6. quia ſacerdos in
hoc miniſterio non debet preſumere de ſuo pro-
prio merito ad perficiendum conſecratiōem eu-
chariſtie que omnium hominum merita exce-
dit ſed in ſolo deo ſuo debet confidere cuius mi-
rabili potentia ⁊ immenſa miſericordia fit illa
tranſmutatio Manipulus fidem ſignificat q̄ ve-
lut ſcutum ponitur in leua militis armati fidem
autem idem apoſtol⁹ ſcuto aſſimilat vbi ſupra.
que adeo eſt neceſſaria ſacerdoti celebranti hoc
ſacramētum vt ſine ea vix poſſit perfici ex defe-
ctu intentionis. Charitatem ptendit caſulla vel
planeta que omnibus veſtibus alijs ſup poni-
tur vnde apoſtolus Coloſ 3 ſup omnia ſūt cha-
ritate habere ⁊c̄. Debet eñ ſacerdos ad miniſte-
rium ſacramenti altaris ex charitate accedere i.
ꝙ amore dei ⁊ proximi velit miſſam celebrare:
hoc eſt principaliter vt deus ſuo officio laudetur
ac honoretur a fidelibus ⁊ vt proximus conſo-
letur ac ſpiritualibus beneficijs adiuuetur nam
eandem virtutem chriſtus in euangelio Mat-
thei 5 dicit eſſe neceſſariam offerentibus mune-
ra ſua in miſſa ſacerdotis ſi offers inquit mu-
nus tuum ad altare ⁊c̄ Accedat igitur ſacerdos
et quilibet alius fidelis communicaturus ad al-
tare imprimis armatus tribus virtutibus theo-
logicis Deinde preditus virtutibus moralibus
maxime illis quattuor que dicuntur cardinales
ideſt principales inter omnes has omnes tuni-
ca alba ſignificat/que totum ſacerdotis corpus
circundat ⁊ vndiqʒ concludit eſt enim virt⁹ mo-
ralis quelibet (teſte Ariſtotele) habitus quidam
(non dubium quin mentis) quo anima huma-
na veſtitur ⁊ cum hec veſtis ante ⁊ retro / a de-
xtris ⁊ ſiniſtris/corpus tegat nimirum pars an-
terior prudentiam denotat que futura reſpicit
principaliter vt agat bona ⁊ caueat mala opera
Poſterior iuſticiam ſignificat que de preteritis
ſatiſfacit p verā penitentiā vnde ap̄lus pctā pte-
rita deteſtans ⁊ futura merita deſiderans dixit
q̄ retro ſunt obliuiſcens ad anteriora me extēdo.
Pars dextra temperantiam oſtēdit que neceſ-

ſaria eſt ſeruis dei in proſpera fortuna que eſt dextra ne delicijs excedant auertentes ſe a bono incommutabili deo propter commutabilia et parua hec bona terrena Siniſtra deniqȝ huius tunice pars fortitudinem protendit que requiritur in aduerſis ne moleſtijs ꝛ tentationum a bono opere deſiſtāt eſt inſuper hec veſtis linea ad ſignificandum moralis vite laborem que experientia indiget ꝛ tempore vt dicit Ariſtoteles ſic etiam linum poſt multas attritiones ꝛ diuturnas lotiones ad candoris perfectionem peruenit. Cingulum vero ſacerdotale quo veſtis alba reſtringitur ad lumbos ſacerdotis caſtitatem ꝛ carnis continentiam inſinuat iuxta dictum chriſti Luce 12. Sint lumbi veſtri precincti qđ Gregorius exponens ait lumbos percingimus cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus que maxime neceſſaria eſt vbi agitur miniſteriū ſacramenti mundiſſimi ideſt carnis virginee noſtri ſaluatoris Unde eccleſia latina iuſta ex cauſa celibatum ꝛ perpetuam continentiam ſuis ſa-

5 cerdotibus indixit. ¶ Preter has autem communes veſtes ſacerdotum habent epiſcopi alia nouem ornamenta que ſunt caligę / ſandalia / ſuccinctorium / tunica / dalmatica / mitra / chirothece / annulus / ꝛ baculus quorum ratio eſt duplex. prima communis quia epiſcopi nouē officia habent ſupra omnes ſacerdotes ſcilicet clericos ordinare / virgines bñdicere / baſilicas dedicare. clericos diſponere / ſynodos celebrare / criſma conficere / veſtes ꝛ vaſa conſecrare. Altera eſt ratio ſpiritualis de ſingulis eorum. nam per caligas ſignificatur rectitudo greſſuum in honoribus ſuis per ſandalia que pedes tegunt denotatur contēptus terrenorum per ſuccinctorium quo ſtolla ligatur cum alba amor honeſtatis ꝑ tunicam perſeuerantia quia deſcendit vſqȝ ad talos qui ſignificant finem vite. per dalmaticam denotatur largitas in operibus miſericordie. per chirotecas cautela. per mithram ſcientiam vtriuſqȝ teſtamenti ꝛ propterea habet duo cornua per baculum cura paſtoralis quia epiſcopꝰ debet colligere vagos quos ſignificat curuitas in capite baculi. Debet ſuſtentare infirmos quod ſignificat ſtipes baculi debet ꝛ pungere lētos qđ ſignificat ſtimulus in fine baculi vnde verſus.

Collige / ſuſtenta / ſtimula / vaga / morbida / lenta

per annulum ſignificatur ſacramentū fidei qua epiſcopus deſponſatur eccleſie Sed preter hec ornamenta archiepiſcopi habent pallium in ſignum priuilegiate poteſtatis ꝛ amplioris quā alij epiſcopi quod ſignificat forma pallij quo archipreſul totus vndiqȝ circundatur ſed ſummus pontifex ſcilicet epiſcopus Romanus non vtitur baculo in ſignum ꝙ ipſe non habet coarctatam poteſtatem ſicut alij prelati. quam coarctationem curuitas baculi ſignificat Sed de his ſatis nos dixiſſe ſufficiat ꝛ ſatis occaſionaliter vbi ſolum de veſtibus ſacerdotalibus ad rectā miſſe celebrationem requiſitis determinare fuerat principalis intentio. Dicamus tandem hoc ca-

6 pitulo de conuenientibus apponendis ſacerdoti celebraturo que ſunt tranſeuntia vel ſucceſſiua ideſt de orationibus prerequiſitis ante miſſe inchoationem que duplices ſunt: videlicet hore canonice in quibus repreſentatur paſſio chriſti ſicut ꝛ in miſſa ꝛ hore ſeu deuotiones priuate q̄ faciunt ad ſacerdotis purificationem vel ad incitandam eius deuotionem Hore canonice dicuntur ille que ſecundum canones eccleſie ſunt ordinate ꝛ ſacerdotibus impoſite ad quotidie dicendum eas in templo dei vt orent deum pro ſe ꝛ ꝑ alijs fidelibus Et has ſupius diſtinximꝰ per horas nocturnas ꝛ diurnas Nocturne hore ſunt matutini per tres nocturnos diuiſi in honorem ſanctiſſime trinitatis ꝛ ad ſignificandū tres fidelium ſtatus in lege nature / ſcripture / ꝛ gratie. His nocturnis quidam adiungunt laudes matutinas vt ſint nocturni ꝛ laudes vnum officium vnius hore canonice Alij vero laudes horis diurnis annumerant facientes eas ſeptem iuxta illud pſalmi ſepties in die laudem dixi tibi vt intelligatur ſolum de die artificiali qui cōtra noctem diuiditur tamen alij priores de die naturali hoc intelligunt qui conſtat ex nocte et die artificiali vt ſint omnes hore nocturne ꝛ diurne preciſe ſeptem ſcilicet matutini (in quibus laudes comprehenduntur pro officio nocturno) deinde ſuccedunt hore diurne. Prima / tertia / ſexta / nona / veſperi / ꝛ completorium Sed de hac opinionum diuerſitate ꝛ de rationibus tum cōmunibus tum proprijs horarum canonicarum ſuperius in primis quinqȝ capitulis huius libri ſatis ſufficienter nos dixiſſe putamus Nunc autem videre oportet quas iſtarum horarū teneatur ſacerdos dicere ante miſſe celebrationem ꝓ quo dubio eſt diſtinguendum de duplici miſſe celebratione altera publica ꝛ ſolenni in eccleſijs cathedralibus ꝛ etiam collegialibus altera priuata in eccleſijs minoribus ſeu parrochialibus vel ſacellis Dico ergo ꝙ decreta eccleſiaſtica que determinant horas canonicas dicendas ante miſſam maxime debent intelligi q̄tum ad miſſas publicas ꝛ ſolennes in maioribus eccleſijs in quibus cauetur ꝙ ante miſſam precedant hore nocturne omnes ideſt matutini ꝛ laudes ex diurnis etiam prima ꝛ tertia ꝛ hoc in diebus dominicis ꝛ feſtiuis nam in diebus ferialibus non ieiunandis etiam ſexta debet dici ante miſſam: in diebus autem ieiuniorum (quia miſſa retardatur) non debet dici miſſa principalis ante q̄ſ ſit dicta nona in choro Ab hac tamen regula generali excipitur dies natalis domini in quo miſſa que dicitur in galli cantu celebratur ſtatim poſt matutinos anteq̄ dicantur laudes ſimiliter miſſa de aurora vel crepuſculo dicitur poſt laudes ꝛ ante primam excipiuntur etiā miſſe defunctorum q̄ anniuerſarie dicuntur in eccleſijs maioribꝰ poſt primā ꝛ ante tertiā Similiter ꝛ q̄dam alie miſſe extra ordinarie q̄ nō ſunt ꝑncipales in talibꝰ eccleſijs Quantū ad miſſas vero ꝑuatas vel q̄ dnr in minoribꝰ eccleſijs. maxime vbi nō eſt

Ornamēta pōtificis nouē.

Hore canonice p̄requiruntur ad officiū miſſe

Cōcluſio

conſuetudo cantandi publice horas canonicas non eſt determinatum in decretis eccleſie que hore debeãt p̃cedere miſſam Veruntamen qꝛ ſacerdos nõ debet accedere ad miſſam celebrãdã ſine aliqua preuia ſui animi p eparatione (quia ad eam ordinate ſunt hore canonice) videtur eſſe de neceſſitate precepti ꝙ alique hore canonice in eo precedant miſſe celebrationem quare ſequitur ꝙ talis miſſa priuata non poſſit licite dici ante matutinos ꝛ laudes De alijs vero horis ſequentibus non apparet aliquod preceptum dei vel eccleſie quod obliget ad peccatum mortale ſi non dicantur ante miſſam illam Debet tamẽ ſacerdos timorate conſcientie ex conſilio quantum bene poterit conformare ſe cõſuetudini eccleſiarum principalium ꝛ ſine aliquali neceſſitate nunq̃ȝ dicere miſſam anteq̃ȝ dixerit matutinos/laudes/ꝛ primam de tertia autem non eſt magna vis ſi miſſam non precedat De tempore autem in quo dicende ſunt ſingule hore canonice ſimilis eſt facienda diſtinctio ſicut de officio miſſe quia in eccleſijs maioribus matutini debent cantari in media nocte aut parum poſt laudes circa auroram prima in ortu ſolis vel prope tertia per duas aut tres horas poſt ortum ſolis ſexta circa meridiem nona poſt meridiem exceptis diebus ieiuniorum vt prediximꝰ veſperi fere per tres horas poſt meridiem completorium aliter/prope occaſum ſolis/in occaſu ſolis vel parum ante horum temporum rationes ſuperius date ſunt Quando vero hore canonice priuatim dicuntur a ſacerdotibus in ſuis domibus vel in eccleſijs minoribus.tales temporum determinationes non requirũtur de neceſſitate precepti ſecus de bonitate conſilij ꝛ propter varias occupationes que occurrere ſolent ſacerdotibus maxime curialibus ꝛ ſcholaſticis hoc tamen videtur de neceſſitate precepti ꝙ hore canonice alicuius diei non retardentur vſq̧ poſt mediam noctem ſequentem ſine magna ꝛ ineuitabili neceſſitate poteſt ergo quilibet ſine peccato dicere horas ſuas priuate in quacunq̧ hora totius diei naturalis qui computatur a media nocte precedenti vſq̧ ad mediam noctem ſequentem diei illius cuius ſunt ille hore. imo etiam ratione ſtudij vel alterius eccleſiaſtice ꝛ honeſte occupationis poteſt quis ſine peccato dicere matutinos diei ſequentis parum ante mediam noctem De horis tandem non canonicis que ſunt

7 Deuotiones ſpeciales.

ſpirituales deuotiones ad purificandum mentes fidelium excitandamq̧ deuotionem erga ſacramentum euchariſtie nulla eſt regula generalis pro omnibus ſacerdotibus ſed hoc relinq̃tur arbitrio vniuſcuiuſq̧ veruntamen pro epiſcopis ordinauit papa Celeſtinus hos quinq̧ pſalmos/ Quã dilecta tabernacula Benedixiſti dñe Inclina domine Credidi De profundis eo ꝙ omnes immunditie anime noſtre quinq̧ ſenſuũ inordinatione contracte ſunt debent ergo quinq̧ pſalmorum recitatione purgari ꝛ detergi.dicuntur tamen ſpecialiter predicti pſalmi.quia continent quedam ſpecialia que directe ꝛ per ſe conueniunt celebraturis euchariſtie ſacramentum vt patere poteſt bene aduertẽti Poteſt etiã quilibet ſacerdos q̃tumcunq̧ ſimplex eoſdẽ q̃nq̧ pſalmos dicere ex ſua deuotione.ad quos tamẽ non tenet̃ ex precepto Alij eligũt illos quinq̧ pſalmos qui adduntur in magna prima dominicali.in quibus ſpecialis fit mentio de paſſiõe chriſti.Alij premittunt ſeptem pſalmos penitentiales Alij quaſdam ſpeciales confeſſiões ꝛ deuotiones ab Auguſtino ꝛ ab alijs doctoribꝰ editas Sufficiant ergo ea que dicta ſunt eſſe neceſſaria ad miſſe celebrationem ex parte ſacerdotis miniſtri euchariſtie ſiue ſimpliciter ad conſecrãdum ſiue ad ordinate ꝛ licite conſecrandum id eſt ſine peccato irreuerentie aut mortalis negligentie

## ❡ Caput vndecimũ agit de prerequiſitis ad miſſe celebrationem tum ex parte ſacramenti/tum etiã ex parte circũſtantiarũ loci/temporis ꝛ perſonarum.



Xparte autem ſacramenti duo diximus eẽ ſimpliciter neceſſaria ad conſecrandum.ſcilicet debita materia / et certa verborum forma que ex ſacro textu euãgelij expreſſe habentur a chriſto inſtituta Debita materia eſt panis ex granis frumenti reſultans ꝛ vinum ex racemis vitis confluens dicitur notanter panis quia neq̧ grana frumenti/neq̧ farina/neq̧ maſſa vel paſta poſſunt conſecrari Dicitur ex granis frumenti nam ex fabis vel caſtaneis vel alijs leguminibus panis confectus non poteſt conſecrari Frumentum autem eſt nomen generis ſub ſe multas habens ſpecies ſcilicet triticũ/ ordeum/ſiliginem/ſpeltam/auenam ꝛc̃. Et licet inter illas ſpecies triticum ſit optimum ꝛ perfectiſſimum frumentum ideoq̧ de pane triticeo nulla ſit dubitatio quin ſit debita materia conſecrationis de alijs tamen ſpeciebus eſt magna doctorum controuerſia an panis alterius frumẽti cuiuſcunq̧ ſit vere cõſecrabilis nam quidam eorum dicunt ꝙ nullus panis ſpecie differens a pane triticeo poteſt conſecrari etiam ſi ſacerdos attentaret eum conſecrare alij dicunt ꝙ omnis panis cuiuſcunq̧ frumenti poteſt vere conſecrari alij demum de aliquibus ſpeciebus panum hoc concedunt de alijs negant Sed quia nec ex textu euãgelij nec ex determinatiõe eccl'ie Neq̧ etiã ex ſententia irrefragabili alicuiꝰ ſcti doctoris. demũ neq̧ ex ratione euidẽti apparet excluſio

1 Materia euchariſtie duplex

Panis frumẽti.

aliculus ſpeciei veri panis frumētī ab hoc ſacra=
mento.probabilioꝛ videtur ſecunda opinio ſecū=
dum quam ponuntur concluſiones Prima ꝙ
omnis panis cuiuſcunqꝫ frumenti eſt/vera ma-
teria conſecrationis/poteſtqꝫ vere conſecrari ta-
men ſacerdos attemptans ſcienter conſecrare
panem non triticeum peccat moꝛtaliter Prima
pars ex coꝛroboꝛatiōe ſecunde opinionis manet
pꝛobata.Secunda autem pꝛobatur tum quia ta
lis ſacerdos ſe diffoꝛmat communi ritui eccle=
ſie qui ſcienter non alium panem ꝙ̄ triticeū aſſu
mit conſecrandum tum etiam quia exponit ſe ⁊
alios fideles adoꝛationi creature ex dubitatiōe
ſupꝛadicta procedenti. Secunda concluſio Quod
panis (qui eſt debita materia cōſecrationis)po=
teſt eſſe ⁊ azimus ⁊ fermentatus Pꝛobatur ex
communi vſu eccleſie quia ſacerdotes latini cō=
ſecrant panem azimum.greci fermentatum ⁊ ta
men vtriqꝫ vere conſecrant.additur huic conclu
ſioni altera pars ſcilicet ꝙ in hac differentia gre-
coꝛum ⁊ latinoꝛum quilibet ſacerdos tenetur ſe
cōfoꝛmare ſue eccleſie alias peccaret moꝛtaliter
Vinū vi- ¶ De vino euchariſtie diximꝰ notanter ꝙ ſit ex=
tis. preſſum ex racemis nō ex pomis/aut moꝛis/aut
ex alijs huiuſmodi rebus diximus etiam vinū
non agreſtem/non acetum non deniqꝫ ſuccum
ex folijs vitis ſed ex racemis iam maturis vnde
et muſtum eſſet conſecrabile:quia eſt vinum rea
liter licet nondum defecatum De hoc etiam vi=
no ponuntur concluſiones Pꝛima/ꝙ licet vinū
album ⁊rubeum differant ſpecie tamen quodli-
bet eoꝛum ſeoꝛſum ⁊ ſimul mixtum eſt apta ma=
teria ad conſecrandum in euchariſtia huius pꝛo=
batio eſt ſimilis pꝛime concluſioni de pane ſupꝛa
poſite ſcilicet quia non reperit̄ determinata ſpe-
cies vini vitis in ſacra ſcriptura vel in iure eccle-
ſiaſtico in qua ſola debeat fieri conſecratio ꝙ̄uis
chꝛiſtus ſolam vnam ſpeciem vini conſecrauerit
Unde ex hac veritate ab omnibus doctoribꝰ cō-
ceſſa coꝛroboꝛatur pꝛedicta pꝛima concluſio de
pane frumenti. quia licet chꝛiſtus ſolam vnam
ſpeciem panis conſecrauerit ( ꝗ foꝛte fuit panis
oꝛdeaceus ) non tamen per hoc excluſit ab eu-
chariſtia alias ſpecies panis frumenti ſicut nec
alias ſpecies vini vitis ab eo quem ipſe cōſecra=
uit Secunda concluſio ꝙ aqua vino miſcenda
non eſt de neceſſitate ſacramenti.licet ſit de ne=
ceſſitate miniſtri.pie enim creditur ꝙ chꝛiſtus vi=
num aqua mixtum conſecrauit iuxta illud Pꝛo=
uerb 9 ſapientia increata poſuit menſam ⁊ miſ=
cuit vinum Unde ſacerdos ſcienter aquam non
miſcens vino peccat non ſequens vſum ⁊ tradi=
tionem eccleſie que etiam aquam ponit in cali=
ce chꝛiſti pꝛopter myſterij ſignificatiōem de qua
inferius dicemus. Quod autē vinum purum ſine
aqua poſſit conſecrari patet ex verbis chꝛiſti in
euangelio qui ſolum vinum nominauit non fa=
ciens mentionem de aqua De hoc etiam et de
omnibus ſupꝛadictis eſt determinatio eccleſie in
decretis de con diſt 2 per totum. Foꝛma autem
conſecrationis euchariſtie etiam eſt duplex ſicut

⁊ materia nam foꝛma conſecrationis panis ſunt 2
hec verba Hoc eſt enim coꝛpus meum Foꝛma foꝛma eu
autem conſecrationis vini hec Hic eſt enim ca= chariſtie
lix ſanguinis mei Quoꝛum verboꝛum ſenſum duplex.
clarum expoſitiōemqꝫ latiſſimam in tertio libꝛo
huius trademus ſed nunc ponuntur concluſio=
nes Pꝛima ꝙ in vtraqꝫ pꝛedictarum foꝛmarum
illa coniunctio/enim nō eſt de ſubſtantia foꝛme
nec de neceſſitate ſacramenti quia ea pꝛeter miſſa
bene fieret conſecratio cum non reperiatur dicta
a chꝛiſto in euangelio cuius ſolis verbis fit con=
ſecratio Peccaret tamen ſacerdos ſcienter illam
particulam dimittens ideo eſt de neceſſitate mi=
niſtri ex traditione eccleſie. Secunda concluſio
ꝙ alia omnia verba que pꝛedictas foꝛmas pꝛece
dunt aut ſequuntur in textu canonis miſſe non
ſunt de eſſentia ſacramenti ſed de ſolennitate.ſūt
tamen de neceſſitate miniſtri Hanc concluſionē
pono pꝛobabiliter ⁊ nō aſſertiue pꝛopterea quia
quidam ſolennes doctoꝛes putant ꝙ in foꝛma
conſecrationis ſanguinis omnia illa verba que
ſacerdos dicit ꝙ̄diu tenet calicem in manibus
ſunt de neceſſitate/⁊ de eſſentia/foꝛma/ſcilicet ab
illo loco Hic eſt enim calix vſqꝫ In remiſſiōem
peccatoꝛum incluſiue ſed hoc certe eſt ſatis du=
bium vt alias videri habet Tertia concluſio ꝙ
in iſtis duabus foꝛmis euchariſtie omnis ⁊ ſola
illa mutatio verboꝛum per additionem vel ſub=
tractionem vel tranſpoſitionem ex qua ſententia
et veritas oꝛationis mutaretur nec maneret ea=
dem que pꝛius impedit effectum conſecrationis
qui eſt tranſſubſtantiatio panis in coꝛpus ⁊ vini
in ſanguinem chꝛiſti Alie vero mutationes ver=
boꝛum ſcienter facte licet conſtituant ſacerdotem
peccatoꝛem non tamen impediunt conſecratio=
nem.pꝛobationes clare ſunt ex pꝛedictis Quar=
ta concluſio ꝙ non eſt neceſſarium ꝙ pꝛedicta
verba conſecrationis dicantur latine:ſed in quo
cunqꝫ idiomate poſſent habere virtutem conſe=
crandi nam chꝛiſtus ⁊ apoſtoli non latine ſed
hebꝛaice illa verba pꝛotulerunt.ſed de his ⁊ mul
tis alijs queſtionibus ad hoc negocium pertinē
tibus nunc ſuper ſedeamus de quibus in tertio
libꝛo huius operoſius agemus De circunſtātijs
autem loci/tempoꝛis/⁊ perſonarum/que de con=
gruitate requirunt̄ ad oꝛdinatam euchariſtie ce= 3
lebꝛationē; dicamus eam tripharíam diſtingue= Locus ad
tes ⁊ pꝛimo de loco vbi hoc ſacramentum eſt con= cōſecran=
ficiendum.qui adhuc triplex diſtinguitur ſcilicet dum tri-
communis pꝛopꝛius ⁊ pꝛoximus communis lo- plex.
cus eſt templum vel eccleſia materialis pꝛopꝛius
eſt altare vel ara pꝛoximus eſt calix cum pate=
na de his tribus locis eſt latiſſima determina=
tio ⁊ doctrina in decretis de conſe diſt pꝛima per
totum vbi de eccleſia pꝛobantur iſte concluſiōes Eccleſia.
per oꝛdinem ſcilicet ꝙ non in quolibet loco re-
gulariter debet miſſa celebꝛari ſed incerto et de=
putato ad hoc tantum myſterium ꝙ nomine ec=
cleſie etiā debet itelligi capelle vel ſacelli ↄſecra=
ti ꝙ talia loca debet eſſe nō interdicta ſiue a iure
ſiue a iudice.quia in talibꝰ nō licet miſſā celebꝛare.

quod in caſu neceſſitatis eccleſie dirupte/vel tpe guerre/vel in itinere per terram non per aquam poteſt miſſa celebrari ſub diuo ſine eccleſia ꝙ etiam extra tales neceſſitates ex permiſſione epiſcopi ꝛ pro cauſa rationabili conceſſa licentia poteſt miſſa celebrari per domos fidelium ꝛ in locis honeſtis ſue dioceſis ꝛc̄ De altari in eadem

**Altare.**

diſtinctione declarantur he propoſitiones ꝙ nec in eccleſia neqꝫ extra eam neqꝫ de licentia epiſcopi nec ſine illa poteſt miſſa celebrari ſine altari ideſt ſine ara conſecrata ab epiſcopo ꝑ vnctionem chriſmatis ſacri. Quod altare illud vel ara debet eſſe tabula lapidea non enormiter fracta et hoc inſtitutum eſt ꝓpter lapidis communitatem/ꝓpter ſoliditatem ꝛ ꝓpter ſignificationem: nam propter primum eſt facilis ad habendum propter ſecundum eſt aptus ad perdurandum propter tertium refertur ad chriſtum ſignificandum Quod altare debet eſſe veſtitum aut ornatum duabus pallijs ꝛ corporali conſecratis de ſindone munda ideſt de lino albo curato nō de ſerico aut lino tincto Qd̄ altare debet eſſe illuminatum lampade vel candela tempore celebrationis De calice ꝛ patena in quibus immediate cōtinentur ſpecies ſacramentales notātur ibidem iſte determinationes Qd̄ calix cum patena ꝛ corporali debent eſſe conſecrata ab epiſcopo Quod calix ꝛ patena ſi non ex auro ſaltē ex argēto fiant ſi aliqua tñ eccl̄ia eſt valde pauper calicem ſtanneum cum ſua patena poterit habere Quod ex ere vel auricalco calices non fiant quia ob vini virtutem eruginem cauſant ꝛ vomitum ꝓuocāt Quod nullus in ligneo aut vitreo calice conficere preſumat ſimiliter nec in lapideo tum ꝓpter ligni poroſitatem/tum ob vitri fragilitatem/tum deniqꝫ ob lapidis ponderoſitatem ꝛ ineptitudinem ¶ De tempore vero celebrationis miſſe etiā habetur in eadem diſtinctione prima de conſecratione/ſcilicet ꝙ miſſa principalis eccleſie non debet fieri niſi in aliqua trium horarum hoc eſt in diebus dominicis ꝛ feſtiuis hora tertia diei/in ferialibus hora ſexta vel prope/in diebus ieiuniorum circa horam nonam Quod verum eſt communiter ꝛ regulariter: nam in ſabbatis quattuor temporum quando celebrantur ordines propter officij prolixitatem poteſt miſſa prolongari vltra horam nonam ꝛ in ſabbato ſancto quod eſt paſchatis vigilia miſſa poteſt celebrari in fine diei circa noctis principium Uerum in his omnibus multa decreta ſunt abrogata per contrariam cōſuetudinem vniuerſalis eccleſie De miſſa vero priuata ꝛ minus principali non eſt aliqua determinatio hore certe ab aurora vſqꝫ ad meridiem extra quos terminos miſſa regulariter nō eſt celebranda Dico regulariter: quia in nocte natiuitatis chriſti vt prius diximus miſſa celebratur in gallicantu In caſu etiam magne neceſſitatis et de licentia epiſcopi poſſet miſſa celebrari extra predictos terminos In nocte aūt miſſa nullomodo eſt celebranda regulariter quia myſterium eucharıſtie ad nouum pertinet teſtamentū

**Calix et patena.**

4 **Hora miſſarum triplex.**

**Tertia.**

**Sexta.**

**Nona.**

quod eſt lex gratie ꝛ diei comparatur Ad roma 13 Sicut lex vetus dicta eſt nox cui tamē gratia non eſt conceſſa a deo De circunſtantibus autē perſonis vel aſſiſtentibus officio miſſe dicitur in decretis de con diſt prima Hoc quoqꝫ ſtatutum eſt vt nullus preſbyterorum miſſarum ſolennia celebrare preſumat niſi duobus preſentibus ꝛ ſibi reſpondentibus cum quibus ipſe ſacerdos tertius habeatur ꝛ ratio eſt quia ſacerdos pluraliter loquitur ad populum dicens Dominus vobiſcum ꝛ Orate pro me fratres ꝛc̄ Sed hoc ſtatutum iam eſt abrogatum maxime quantum ad miſſas priuatas ꝛ alias que dicuntur in articulo neceſſitatis neqꝫ obligat niſi quantum ad miſſas principales eccleſiarum principalium Huc vſqꝫ de omnibus preſupponendis ꝛ pre requiſitis ad euchariſtie cōſecrationem ꝛ ordinatā miſſe celebrationem Unde pro concluſione huius capituli dicamus finaliter de pena qua puniendus eſt ſacerdos qui ex premiſſis aliquid ſcienter omittit vtputa ſi dicat miſſam ſine veſtibus ſacris aut in loco non ſacro ꝛc̄. Et reſolutio ſtat in duabus cōcluſionibus ſecundum decreta eccleſiaſtica Prima ꝙ omnis ſacerdos iſta ſcienter dimittens extra caſum neceſſitatis extreme peccat mortaliter non quia per talem omiſſionē impediatur effectus ſacramenti ſi non deſit debita materia ꝛ forma ſed quia non facit quod ab eccleſia eſt rationabiliter ordinatum ꝛ ſacerdotibus mandatum ad ſolennitatem huius ſacramenti/ad ſignificationem myſteriorum chriſti/et ad deuotionis exercitationem tam ſacerdotis q̄ fidelis populi Secunda concluſio Qd̄ loquendo de pena canonica vel cenſura eccleſiaſtica ſacerdos taliter negligens incurrit aliquando irregularitatem ꝛ nulla alia pena inuenitur impoſita a iure Tertia concluſio Qd̄ hec irregularitas (que eſt perpetua priuatio ab officio et beneficio) non inuenitur in iure niſi in duobus caſibꝰ primus eſt ſi ſcienter celebrat in loco a iudice interdicto ſecundus ſi in calice non idoneo ſecūdum conditiones ſupradictas Horum primum notatur in capitulo poſtulaſti. de clerico excommunicato miniſtrante ꝛ ex capitulo tanta de exceſſibꝰ prelatorum: ꝛ ad huc clarius in capitulo Si qui de ſententia excommunicationis libro ſexto ſecundum habetur ex capitulo vltimo de celebratione miſſarum.

5 **Perſone circūſtantes officio miſſe.**

6 **Pena ſupra negligētys ſacerdotis.**

## ¶ Caput duodecimum de generali expoſitione Miſſe cathecuminorū que a principio vſqꝫ ad finem offertorij incluſiue ſe extendit



Am vero ad ipſius officij miſſalis declarationem generalem accedentes a vocabuli miſſe diffinitione et diuiſione ordiamur Solenitas igitur que in ſacrameto euchariſtie peragi

**Officij miſſe tria nomina.**

Res diui na tur Res diuina/officiū/ꝛ miſſa dici ſolet res in
quā diuina qꝛ ibi ſolius dei res agitur/dum lau
deꝫ eius decantantur beneficia hominibus exhi
bita recoluntur opera a ſolo deo factibilia per-
tractantur ac deniqꝫ deus ipſe in hoc officio de
celis ad terrā venire ꝛ nobiſcū manere dignat
Officium Officium vero dicitur quaſi efficium vel effectio
qꝛ ( vt Raban⁹ inquit ) licet plura ſint officioꝝ
generaillud tamen precipue quod diuinis reb⁹
verſatur hoc nomine cenſetur eſſe nuncupandū
ibi eñ efficitur mirabilis illa tranſformatio qua
creatura in creatorem modo ineffabili conuertit
et creator in creatura nouo quodam eſſendi mo-
do a ſeculis inaudito preſentialiter adeſt non ſic
in alijs ſacramentis in quibus ꝛ ſi gratie ſigna
oſtendantur creature quedam ſenſibiles nulla
tamē ibi eſt talis effectio ꝛ miraculoſa tranſmu-
tatio Officioſum etiā ideſt virtuoſum opus hoc
pre ceteris cenſendū eſt quod totum ad dei ho-
norem ordinatur·ꝛ velut holocauſtum acceptiſſi
mum per manus ſacerdotis deo patri vnigeni-
tus eius filius offertur immolatur victimatur
Miſſa. Miſſa etiam dicta eſt vel qꝛ ad nos tunc mittit
angelus teſtamēti noui mediator vel qꝛ tūc fide-
lis populus ad deum mittit vota ꝛ ſupplicatiões
ſuas/vel tertio qꝛ ab eo negotio foras mittendi
ſunt infideles /ethnici / ꝛ excommunicati imo
etiā poſt primam eius partem fideles cathecu-
2 mini. Diuiditur itaqꝫ miſſa a diuerſis doctorib⁹
Diuiſio varie. nos autem trifida eius ſectione erim⁹ cō-
miſſe tri- tenti. treſqꝫ ponemus miſſe partes principales.
fida. Prima eſt populi ꝛ offeredi ſacrificij preparatio
ſecduna ſacrificij immolatio ſeu cōſecratio· tertia
cōſecrati miſterij participatio/diſtributio/ꝛ cōmu
nio Prima pars extediturа principio miſſe vſqꝫ
ad finem offertorij ꝛ dicit miſſa cathecuminorū
ideſt fideliū nō dū baptizatoꝝ ſed iā inſtructorū
in doctrina fidei nā cathezizare eſt inſtruere ꝛ do
cere vnde cathecumin⁹ inſtruct⁹ vel inſtrued⁹ dr
in fine Tales igit poſſunt intereſſe huic/negotio
pme partis miſſe q̄ tota e doctrina fidelis ppl̄i ꝛ
ante pfationē emittebant foras acclamante dia-
cono exeant oēs cathecumini. qꝛ nondum bapti-
zati non ſunt de corpore eccleſie. quod ſignifica-
tur in corpore chriſti vero·ideo tales non debent
adeſſe conſecrationi eius Secunda pars miſſe
pertinet ad ſacrum canonem quem ſacerdos ſe-
crete legit ꝛ incipitur in Te igitur clemētiſſime: ꝛ
durat vſqꝫ Preceptis ſalutaribus moniti. a quo
loco vſqꝫ ad fine miſſe agit tertia pars Sed his
duabus dimiſſis vſqꝫ ad tertium librum huius
noſtri operis nunc de prima miſſe parte tantum
Subdiui ſio dicam⁹ iterū diuidetes ipſā in tres alias ſecūdū
triplicia pparatoria fidelis populi ad deuotā ſa-
crificij oblationem nā quedā pparatoria pcedūt
miſſe introitum quedam introducunt docendū
populum ꝛ quedam pertinēt ad diſponendum
3 ſacrificiū. Preparatoria que introitum precedūt
Ante miſ ſe introi tum tria in ipſo pmo altaris acceſſu tria hec ſunt. genera-
lis cofeſſio/altaris oſculatio/ꝛ incēſi thurificatio
quibus tria ſignificantur que reddunt fideles di
gnos ad celebrādum ꝛ miſſe aſſiſtendū Primū
eſt emudatio a peccatis /ſecundum eſt vnio mē-
brorum et capitis Tertium vero deuotio celebrā
tis atqꝫ aſſiſtentis Quia igitur teſte ſalomone in
prouerbi,s Juſtus in principio accuſator eſt ſui
ideo ſacerdos iam ſacris veſtibus inductus ad
altare accedens anteq̄ ſacrum inchoet officium Cōfeſſio
miſſe corā aſtantibus peccata ſua confitetur non gñalis.
quide in ſpecie ſed tantum in genere qꝛ hoc ſuf-
ficit ei ad ſignificandā predictam ſui emundatio
nem a peccatis ſimiliter ꝛ aſſiſtentes ſua peccata
confitentur ibi coram ſacerdote orates vt ab eis
purgari mereantur iuxta illud pſalmi Dixi cōfi-
tebor aduerſum me ꝛc̄ vnde qꝛ hec confeſſio ex
vtraqꝫ parte eſt generalis non adhibetur ei ali-
qua abſolutio ſed abſolutiōis poſtulatio aut de-
pcatio ſcilicet miſſeratur tui aut veſtri ꝛc̄ De qua
ponitur talis concluſio Qꝺ iſta confeſſio genera
lis cum ſua deprecatione adiuncta valet multū
ad delendum peccata venialia hominis ꝛ etiam
mortalia oblita Hanc probat magiſter ſententia-
rum authoritate ſancti Auguſtini Percutiunt
etiā pectora ſua taliter cōfitentes exemplo illius
publicani de quo in euangelio dominus loquit
per hoc ſignificare volētes cor hominis (a quo
omnia peccata procedūt teſte ſaluatore) eſſe ca-
ſtigandum per penitentiam cor.n carnis noſtre
intra pectus latet: quo etiam cor ſpirituale ideſt
voluntas ſignificatur Secūdo ſacerdos accedēs Oſculum
ad altare oſculatur ipſum ad ſignificandā vnio- altaris.
nem membrorum cum ſuo capite ideſt fidelium
cum chriſto qui eſt caput ſuper omnem eccleſiā
ad Coloſ I. Altare ſiquidem chriſtū ſignificare
dixit apoſtolus Hebre.13 per ipſum offerimus
hoſtias deo ꝛc̄. Sacerdos ergo populum fidelem
repreſentās in iſto actu altare oſculatur ac ſi di-
ceret in perſona eccleſie ad chriſtū ſponſum ſuū
illud canticorum primo oſculetur me oſculo oris
ſui ꝛc quod ad litteram ſcripſit Salomon ſigni-
ficans deſſiderium antique eccleſie ſanctorum
patrum ſpectātium filij dei incarnationem que
vere eſt oſculum dei ad humanitatem noſtram
De quo dauid in pſalmo. miſericordia ꝛ veritas
obuiauerūt ſibi·iuſticia ꝛ pax oſculate ſunt ꝛ nō
ſolū in perſona chriſti vnio duarū naturarum di
citur oſculū. ſed etiam totus chriſtus dicitur eſſe
vnitus eccleſie fidelium per fidem ꝛ ſacramenta
quaſi ſponſus eius dans ei oſcula gratiarum de
quo ioannis 3 Dixit ioannes baptiſta qui ha-
bet ſponſam ſpōſus eſt ꝛ ad Ephe 5 Dicitur ma
gnum ſacrametum ideſt matrimonium chriſti ꝛ
eccleſie figuratū in matrimonio primorū noſtro-
rum parentum Ade ꝛ Eue Cōſonat Eſaias ca-
pitulo 61 loquens in perſona vtriuſqꝫ coniugis
et dicens·induit me dominus veſtimēto ſalutis
ideſt humanitate ſalutari ꝛ indumento iuſticie
ideſt populo iuſtorum circundedit me quaſi ſpō-
ſum decoratum corona ꝛ quaſi ſponſam ornatā
monilibus ſuis Ad propoſitum eucheriſtie dici-
mus ꝙ qꝛ in conſecratione ſacerdotis filius dei
aduenit quaſi iterum incarnandus ꝛ vniendus

eccleſie ſue:ideo quod antiqui patres optabant
oſculū petentes hoc ide ſacerdos noīe toti⁹ ppl̄i
fidelis ſe optare ſignificās altare oſculatur quaſi
diceret oſculetur me oſculo oris ſui ideſt vniatur
mihi chriſt⁹ in hoc altaris ſacramento Tertio idē
Thuriſicatio altaris. ſacerdos miſſo incenſo in ignem thuriſicat totū
altare (ſecūdum morem romane curie) ad ſigni-
ficandum ſcilicet deuotionem ꝛ orationem cele-
brātis ꝛ aſſiſtentiū eſſe dirigendam in deum iux-
ta illud pſalmi Dirigat orō mea ſicut incenſum
in conſpectu tuo quod etiā in apocalipſi ioānis
ſignificatū eſt capitulo.8 vbi aſtitit angelus iux
ta aram templi.ꝛc̄.vſqꝫ aſcendit fumus aroma-
thum que ſunt orationes ſanctorū angelus ille
ſacerdotem ſignificat qui Malachie.2 dicit an-
gelus domini exercituum Altare quod eſt ante
conſpectum dei eſt ipſe chriſt⁹ qui aſtat pro no-
bis apud patrem Data ſunt ergo ſacerdoti a fi-
delibus incenſa multa ideſt cōmiſſe ſunt oratio-
nes multe vt offerat eas āte thronū dei in thu-
ribulo aureo eccleſie militantis vbi continue ar
Prima officij miſſalis expoſitio. det ignis charitatis que facit orationes fidelium
deo acceptas Sacerdos ergo altare thuriſicans
oſtēdit ſe illuc accedere vt oratiōes ꝛ vota popu-
li fidelis offerat deo patri per filium ſuum quod
eſt altare aureum ideſt charitate plenum. Que
vero in ipſo miſſe officio ab introitu vſqꝫ ad of-
fertorium cātant a ſacerdotibus.ad illuminatio-
nem ꝛ doctrinam fidelis populi pertinent ꝛ hoc
Introit⁹ multipliciter Primo eīn introit⁹ miſſe denotat
aduentum chriſti ad eucharīſtiam eſſe deſſiderā-
dum a fidelibus preſentibus ſicut olim antiqui
patres deſiderabant aduentum eius in mundū
dicentes illud Eſaie.16 emitte agnum domine
dominatorē terre ꝛc̄.ꝛ illud 45 Rorate celi de-
ſup ꝛ nubes pluant iuſtum ꝛc̄ et illud. 64 vti-
nam dirumperes celos ꝛ venires ꝛc̄. Hoc deſide
rium denotat bina aut trina repetitio euſdem
introitus que magnam affectionem clamantis
kyrie eleyſon oſtendit Secūdo Kyrie eleyſon ideſt domine mi
ſerere oſtendit chriſti aduentum predictum non
ſolum eſſe deſiderandum ſed inſtanter poſtulan
dum ideo toties eadē petitio reiteratur ideſt no-
uies in honorē diuinarum perſonarum in qua-
rum qualibet ſunt alie due vnde ter petimus a
patre vt miſereatur noſtri ſcilicet faciendo nobis
hanc miſericordiam aduentus filij ſui ꝛ ſimili-
ter a filio ter idem petim⁹ dicētes chriſte eleyſon
Gloria in excelſis deo. et totidem a ſpūſancto Tertio Gloria in excel-
ſis deo declarat ipſum aduentū quando iam p̄-
ſens fuerit eſſe cum gaudio recipiendum ꝛ eidē
congratulandum ſicut etiam in nocte natiuita-
tis chriſti hoc docuit angelus paſtores tali voce
Oratio vel collecta. eos letificās Quarto oratio vel collecta hortatur
fideles vt intelligant poſtulationi gratie ipſius
eſſe inſiſtēdū cum venerit:nam illa ſemper petit
aliquid a deo per chriſtū filium ſuum quare et
oratio dicta eſt q: orat deum petens aliquid ab
eo Sed collecta vocatur q: quādo ipſa dicitur a
ſacerdote iam totus populus debet eſſe collect⁹
ideſt cōgregatus in eccl̄ia/ vel debet eſſe collect⁹

ideſt mente recollectus ꝛ bene attentus non au
tem diſtractus Quinto epiſtola eſt doctrina vel Epiſtola.
apoſtolorum vel prophetarum cui ſemper a fide
libus eſt innitendum dicēte paulo ad Rom 15
quecūqꝫ ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcri-
pta ſunt ꝛc̄. Sexto graduale eſt cātus populi ex graduale
predicta dotrina cōmoti ad penitentiā quaſi in-
tellexerit ꝙ lamento penitentie inſiſtendum eſt
in ſtatu huius vite miſere hic cantus etiam dicit̄
reſponſorium q: per ipſum populus reſpondet
lectioni proficiendo in bonis operibus ideo vo-
catur etiā graduale Septimo alleluia gradua-
li ſubiungitur vt oſtendat ꝙ non ſolum de nr̄a Alleluia.
miſeria eſt dolendū:ſed etiā de expectatione ad-
uentus chriſti cum leticia eſt gaudēdum Octa-
uo euāgeliū eſt doctrina chriſti proponens fide Euāgeliū
libus eius mādata quibus ſolicite ꝛ deuotiſſime
obediendū eſt. Nono adiūgitur ſymbolum fidei.
Credo in vnum deum quod eſt a fidelibus pu- Credo in vnū deū
blice confitendum quaſi approbando documen
ta chriſti ex euangelio accepta. Decimo in offer- Offertorium.
torio notat̄ deuotio populi qua de bonis a deo
acceptis intendit ei fideliter ſeruire Hec decem
myſteria ſicut fuerūt neceſſaria ſanctis patribus
ante chriſti aduentum quibus prepararentur ad
deuote ipſum recipiendum quādo venit in mū-
dum in aſſumpta hūanitate viſibilis hominibus
apparens ita etiam modo eadem ſunt neceſſa-
ria fidelibus preſentibus in miſſe officio ad de-
uote ſuſcipiendum ipſum venientem ad nos in-
uiſibiliter in eucharīſtie ſacramento Et ſentētia
totius officij eſt ꝙ iſte aduētus eſt a nobis deſi-
derandus/poſtulandus/acceptandus/cuius etiā
gratie ꝛ doctrine inniti debemus necnon ꝓpter
eius memoriam eſt nobis ingemiſcēdum ex pe-
nitentia a qua ſua incepit predicatio atqꝫ exultā
dum in ſpe ſuperne letitie. Debem⁹ inſuper mā-
data eius diligenter obſeruare ꝛ fidei ſue verba
publice confiteri ac deniqꝫ in eius preſentia do-
na ꝛ munera nr̄a fideliter offerre Hec eſt in ſum
ma declaratio Alexādri de Hales in vltima pte
ſue ſumme theologice Sed ſanctus Thomas de
aquino ſimiliter in vltima parte ſue ſumme aliā
affert intelligentiam huius officij breuiſſime di- Sc̄da expoſitio ei⁹
cens Nō q̄a in hoc ſacramento eucharīſtie totū dē offici.
myſterium noſtre ſalutis comprehenditur ideo
nimirum cū maiori reuerentia ꝛ ſolemnitate per
agitur q̄ꝫ alia ſacramēta Unde ante conſecratio
nem eucharīſtie hoc officium premittitur velut
quedam preparatio ad digne agenda ea que ſe-
quuntur Cuius preparationis prima pars eſt Preparatio populi.
laus diuina in miſſe introitu ſecundū illud pſal
mi ſacrificiū laudis honorificabit me ꝛ illic iter
quo oſtendam ſalutare dei q d a laudibus diui
nis ſumit̄ iter ꝛ via ad hoc ꝙ deus oſtendat no-
bis ſalutare ſuum q: hic eſt modus perſuaden-
di quemlibet dominum aut iudicem a quo ali-
quid petere volumus Sumit̄ autem iſte introi-
tus vt plurimum ex pſalterio aut ſaltem addit̄
ei aliquis verſus alicuius pſalmi.q: vt Dyoniſi⁹
ait in p̄mo capitulo eccle.hierar.pſalmi cōprehē-

du͞t per modum laudis dei quicquid in ſacra ſcriptura continetur Secunda pars eſt cōmemoratio noſtre miſerie dū petitur dei miſericordia dicendo kyrie eleyſon ter quidē pro perſona patris/⁊ ter pro perſona filij cū dicitur chriſte eleyſon ⁊ ter pro perſona ſpiritusſancti addendo iterū kyrie eleyſon ⁊ hoc contra triplicem miſeriā noſtram ſcilicet ignorantie/culpe/⁊ pene. Tertia pars cōmemorat celeſtem gloriam ad quam tēdimus poſt preſentem miſeriam dicendo gloria in excelſis. que ſolum cātatur in diebus feſtiuis in quibus fit memoria de celeſti gloria pretermittitur autem in officijs luctuoſis que commemorāt noſtram miſeriam. Quarta pars continet orationem quam ſacerdos dirigit ad deum pro ſe et pro toto populo ad impetrandam gratiam qua digni habeantur tantis myſterijs hucuſqʒ preparatio Deinde addit inſtructio fidelis populi eo ꝙ hoc ſacramentū eſt myſterium fidei vt in canone dicitur hec autem inſtructio primo quidē et diſpoſitiue fit per doctrinam prophetarum et apoſtolorum que in epiſtola legitur per minores ordines ⁊ ſubdiacones poſt eam cantat chorus graduale quod ſignificat profectum bone vite ex predicta doctrina prouenientēs et alleluia quod ſignificat ſpirituale gaudium de illo profectu Sed in officijs luctuoſis ⁊ de ieiunio loco alle dicit tractus/qui ſignificat gemitū mentalem de humana miſeria hec enim tria conſequi ſolent in hominibus ex predicta doctrina epiſtole Secūdo populus dei perfecte inſtruitur per doctrinam chriſti in euangelio traditā que non legitur niſi a ſummis miniſtris qui dicūtur diacones ⁊ quia chriſto credere debemus tanquam in fallibili veritati lecto euangelio cantatur ſymbolum fidei credo quo populus proteſtat ſe firma fide aſſentire doctrine chriſti cantatur autem hoc ſymbolum maxime in diebus dominicis ⁊ in alijs feſtis in quibus celebratur aliquis articulus fidei cum gaudio Sic igitur populo preparato ⁊ inſtructo acceditur cōſequenter ad celebrationem myſterij quod quidē offertur deo vt ſacrificiū ⁊ conſecratur ac ſumitur vt ſacramentum ideo primo cātatur offertorium dum peragitur oblatio eius Poſtea in canone ſequenti aduenit materie oblate conſecratio ⁊ ſacramenti perceptio Circa oblationē vero duo agūtur primum eſt laus populi in cātico offertorij quod ſignificat letitiam offerētiū. Secūdum eſt oratio ſecreta ſacerdotis qua petit vt oblatio populi ſit deo accepta conformiter ad illud quod Dauid ait primi Paralip 29 ego in ſimplicitate cordis mei letus obtuli vniuerſa hec et populum tuum qui hic repertus eſt vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria ⁊c. et addit orationem Domine deus cuſtodi hanc voluntatem ⁊c hec Thomas Poſſet etiā aliter ⁊ clarius reddi ratio eorum que in hoc officio aguntur et dicuntur non tam ex parte populi fidelis vt hactenus dicebatur quam ex parte chriſti a nobis deſiderandi ⁊ recipiendi in hoc ſacramento quod cum ſit rememoratiuum dominice paſſiōis ( vt docet

Inſtructio populi.

Celebratio myſterij.

6 Tertia expoſitio huius officij.

apoſtolus i Cor.xi ) ideo totum miſſe officiū videtur fuiſſe ordinatum a patribus ad ſignificandum primum chriſti aduentum in carnem ⁊ totum diſcurſū vite eius vſqʒ ad paſſionē et reſurrectionem ſuam Et quia ipſa chriſti paſſio tā verbis quam ſignis denotatur in ſecūda parte miſſe vt videbitur in tertio libro huius operis conſequēs eſt vt hec prima pars miſſe de qua nunc agimus declaret certis myſterijs aduentū chriſti in mūdū et totum procurſum vite ſue excepta paſſione. Aduentus autem filij dei in mundum fuit quidē primo deſideratus ⁊ figuratus a patribus legis nature deinde prophetatus ⁊ ānunciatus a prophetis legis ſcripte tandē exhibitus/natus/⁊ datus filijs eorum in tempore legis gratie hoc totū notauit chriſtus Luce.10. dicens apoſtolis Beati oculi qui vident que vos videtis ⁊c. Dico enim ꝙ multi reges ⁊ prophete voluerunt hec videre ⁊c ergo deſiderium patrū legis nature ſignificat miſſe introitus quem cantat chorus antequam appareat ſacerdos qui repreſentat chriſtū. Sed kyrie eleyſon toties replicatū denotat multiplicia prophetarū oracula que omnia fere eundem ſenſum habent ſcilicet chriſtum ſaluatorem mundi eſſe naſciturum et paſſurum pro nobis ex maxima miſericordia ad releuandam miſeriam noſtram ſed Gloria in excelſis oſtēdit chriſtum iam natum ⁊ ab angelis decātatū atqʒ a paſtoribus ac Magis adoratū in ſua pueritia Oratio vero ad preſentationem chriſti in templo referri poteſt quando Symeō ſacerdos dei ſanctiſſimus propoſuit ei petitionē gratie ⁊ ſaluationis pro omnibus gentibus vniuerſaliter ⁊ pro populo iſrael ſpecialiter dicens Nunc dimittis Epiſtola predicationem ſancti Joannis baptiſte precurſoris chriſti repreſentat qui fuit medius inter prophetas ⁊ apoſtolos illos ſequens ⁊ hos precedens dicente domino Matthei 11 lex ⁊ prophete vſqʒ ad Joannē ideo lectio illa aliquando ex prophetis ⁊ aliquando ex apoſtolis ſumitur Graduale protēdit populi profectum qui prouenit ex predicatione Joānis parantis viam domino de hoc profectu dicitur Luce 3 ꝙ multi iſraeliti commoti ex predicatione eius veniebant ad ſuum baptiſmum confitētes peccata ſua ⁊ interrogātes eum de modo bene viuendi. dicebant enim quid faciemus Alle/ſignificat baptiſmū chriſti in quo ( vt dicitur Matthei.3 ) apertum eſt celum/⁊ ſenſibiliter mōſtratum eſt myſterium diuine trinitatis quia filius apparuit in carne/pater in voce/ſpiritusſanctus in colūba Et inde incepit ⁊ virtutē recepit baptiſmus noſter quo renaſcimur in filios dei ⁊ de hoc deum laudare debemus quod ſonat hebraicum aleluia i Laudate deum ſcilicet pro tāto beneficio Euangelium manifeſte reſonat chriſti predicationem poſt Joannem qua fideles inſtruxit dando eis legem gratie ⁊ decorando eccleſiā ſuam ſacramentis diuine miſericordie Symbolū fidei predicationē ⁊ doctrinam apoſtolorū denotat Tandem offertorium ſignificat conuerſionē gentiū ad fidem chriſti qua ſeipſos ⁊ bona ſua

Deſiderium patrum antiquorum.

Oracula vatum.

Virgo edit puerum. Chriſti preſentatio.

Joānis predicatio.

Profectus populi.

Baptiſmus chriſti

Doctrina chriſti.

Predicatio apoſtolorum

Cõuerſio gentium.

vero deo obtulerunt. Hec generaliter de officio miſſe cathecuminorum impreſentiarum nos dixiſſe ſufficiat nam ſpecialior ſingulorum officiorum declaratio ex ſecūdo libro huius operis requirenda eſt ſatis copioſe

7 Significatio offertorij.

At quia inter cantandum offertorium a clericis in choro ſacerdos in altari panē ⁊ vinum eucharistie materiam conſecrandam deo offert ponens ea ſuper aram ⁊ dicens quedam verba quibus ſe oſtendit non tātum pro ſe et ſuo nomine ſolo illud ſacrificium offerre deo ſed etiam pro tota eccleſia fidelium generaliter ⁊ pro aliquibus perſonis ſpecialiter ad impetrandam gratiam bonorum tam corporalium q̄ ſpiritualium ⁊ eis ſic oblatis conuertit ſe ad populum vt accipiat oblatiões eorum ideo ad huius offertorij maiorem declarationē duo hic ſunt notanda alterum de ſignificatione eorum que ſacerdos ibi facit ⁊ dicit: alterum de cōditione ſeu qualitate munerum a populo offerēdorum Circa primum dicimus q non ocioſe ſacerdos primo ſe conuertens ad populū ſalutat ipſum dicens Dominus vobiſcum. quā etiā ſalutationē prius fecerat iam bis ad alia myſteria nam poſt introitum ⁊ alia quedam prius expreſſa immediate ante orationem ſalutauit populum ad conſolandum ipſum ſuper deſiderio quo in introitu deum inuocauerat optās vt cum eis ſit dominus ad talis deſiderij completionē. deinde ante euangeliū iterum ſalutauit populū orans vt cum eis eſſet domin9 ad inſtructionis perfectionem Nunc autē tertio ⁊ ante offertoriū populum ſalutat petens vt cum eis ſit dominus ad oblatorum ſuorum munerum gratam acceptionem.q d dominus ſit vobiſcum vt in ſacrificium acceptiſſimū deo offeramini/circa eucharistie ſacramētū deuotione afficiamini/⁊ vt oblato a me ſacrificio in corporemini ⁊ re vera Dominus eſt cum ſuis fidelibus quādo eos ſibi oblatos ſuſcipit/quando eos circa ſuum ſacrificium affici facit/⁊ quādo eos ſibi vnit/huic ſalutationi ſacerdotis.ex parte totius populi reſpondet chorus ⁊ cum ſpiritu tuo quatenus hoc ſacrificiū non ſolum manibus ſed ſpiritu offeratur deo ⁊ ab ipſo acceptetur ſecundum illud danielis 3 in animo cōtrito ⁊ ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur A te domine ⁊c. et pſalmo 50 ſacrificium deo ſpiritus cōtribulatus cor contritum ⁊ humiliatū deus nō deſpicies ⁊ Joannis.4. ſpiritus eſt deus ⁊ eos qui adorant oportet in ſpiritu ⁊ veritate ⁊c. Deinde ante offertoriū premittit ſacerdos verbum/oremus/exortando ad orationē ſecretā quam tamen illico non dicit ſed offertorium ad innuendum q pura oratio exigit q deo munera et dona placabilia offerantur ex affectu popul9 ergo domino offerendus.prius debet toto in ipſum eleuari affectu vt ſe dignum faciat ſacrificium deo acceptabile. Unde ad predictam exhortationem ſacerdotis ſtatim ſubiungitur cantus offertorij ab offerendo dicti/qꝛ dum clerus illud cantat fiunt a populo oblationes quatenus nō ſolus ſacerdos ſed cum ſacerdote totus populus vota ſua deo offerat ⁊ in ſacre eucharistie oblatione particeps fiat.

8 Qualitates offerētium.

Determinatio offerendorum munerū ſic declaratur debent eīm fideles offerre deo principaliter perſonas ſuas deinde munera ſua cum gaudio vnde quādiu ſacerdos munera a populo recipit cantur offertorium ad ſignificandum q cum mentis iubilo talia deo ſunt offerenda. Hilarē eīm datorem diligit deus ſecūde Cor.9 ideo Moyſes dicebat populo Exodi. 35 omnis voluntarius ⁊ pronus animo offerat dona deo ⁊c. Eccleſiaſtici.35 In omni dato hilarem fac vultum ⁊ in exultatione ſanctifica decimas tuas. Hec autē conſuetudo cantandi inter offerēdum ex lege veteri traxit originem dicitur eīm ſecundi Paralip 29 q cū offerrent holocauſta ceperūt laudes canere domino atq3 in diuerſis organis que Dauid rex iſrael preparauit cōcrepare. An vero quilibet fidelis obligetur ad offerēdum in miſſa Reſpondemus per has propoſitiones

Prima cōcluſio.

Prima eſt decretū Gregorij ſeptimi de conſe.diſt.prima omnis chriſtianus procuret ad miſſarum ſolennia aliqua deo offerre ⁊ ad memoriā reducere quod dominus per Moyſen dicit Exo 23 non apparebis in conſpectu meo vacuus ⁊c.ſed pro intelligētia huius decreti (qꝛ a varijs vario modo intelligitur) ſit hec ſecunda

Secūda cōcluſio.

propoſitio Quod omnis chriſtianus officio miſſe aſſiſtēs tenetur de precepto offerre deo aliquā oblationem ſpiritualem ſcilicet interiorem volūtatem actualem vel habitualem aut ſaltem virtualem:que ſeipſum exhibeat promptum ⁊ obedientem diuinis preceptis ⁊ recognoſcat ſe ſubiectum deo ſicut domino ſuo.ſed hec propoſitio maxime vera eſt de illa miſſa quā quis ex precepto tenetur audire vt puta in diebus dominicis et in alijs feſtiuitatibus ſolenniſſimis De miſſis autem quotidianis hec propoſitio nō concederetur ab omnibus doctis theologis

Tertia cōcluſio.

Tertia propoſitio Quod ſine hac ſpirituali oblatiōe corporalis dona minime ſunt deo accepta dicitur eīm Geneſis 4.q reſpexit de9 ad Abel ⁊ ad munera eius ad Caim autem ⁊ ad munera eius non reſpexit qꝛ hic non offerebat deo interiorem voluntatem ſicut ille. Deus autē prius reſpicit ad perſonam q̄ ad munera eius nec poſſunt ei placere dona oblata niſi etiā placeat ea offerens perſona ideo in pſalmo 39 dicitur ſacrificium et oblationē noluiſti.aures autem perfeciſti mihi: aures inquit ad audiendum obedienter mandata dei ⁊ chriſtus in euāgelio Luce 21.ſi offers munus tuum ad altare ⁊c. et paul9 1 Thimo 5 corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt pietas autē ad omnia valet

Quarta cōcluſio.

Quarta propoſitio offerre aliquid de exteriori ſubſtantia hominis in miſſa eſt opus bonum deo gratum/⁊ homini vtile ac fructuoſum. Ratio eſt qꝛ ordinatur in deum ⁊ fit propter honorem ⁊ reuerētiam eius in recognitionem ſupremi dominij ⁊ ad proteſtandum q hec bona exteriora ſunt homini data adeo deus etiam tam in veteri q̄ in noua lege precepit fieri ſibi oblationes vt patuit in allegato decreto.of-

ferēs deniqꝫ in miſſam aliquem ſpecialem fru⸗
ctum conſequitur ex illo ſacrificio. tum propter
ſuam deuotionem. tum etiam propter ſacerdotis
ſpecialem applicatiōem miſſe ad offerentes de
quo in tertio libro huius dicemus copioſe ſuper
Quinta concluſio. primo memento Quinta propoſitio ꝙ in preci⸗
puis feſtiuitatibus eccleſie ⁊ in alijs quibuſdam
vbi ex conſuetudine loci fideles offerre ſolent·
ſinguli ex precepto obligantur ad offerēdum in
miſſa aliquid corporale de ſua ſubſtātia Ratio
huius eſt qꝛ homo aliquādo obligatur iure na⸗
turali ad offerēdū in miſſa ſcilicet in recognitio⸗
nem ⁊c. vt prius dicebatur· ſed hoc in nullis alijs
diebus magis ꝙ̄ in predictis dominicis diebus
et in feſtiuitatibus atqꝫ in diebus conſuetis eſt
obligatoriū ergo hec propoſitio eſt vera que ma⸗
xime intelligi debet de illis perſonis q̄ ſunt ca⸗
pita domorum ⁊ que poſſident bona propria in
alijs autem nō cadit tanta obligatio ad offeren⸗
Sexta cō cluſio. dum. Sexta propoſitio. Quod presbitero parro⸗
chiali pauperi (qui populo ſacramēta miniſtrat)
nec alias vnde viuat habenti offerre tenentur
parrochiani ſui bona exteriora quibus ſe valeat
ſuſtentare. hec veritas in iure naturali ⁊ diuino
fundata eſt quod apoſtolꝰ I. Cor. 9 declarat di⸗
cens Quis militat ſuis ſtipendijs? Quis plantat
aut colit vineam ⁊ de fructu eius non comedit?
Quis paſcit gregē ⁊ de lacte eius non māducat?
⁊c. et ſubdit ibidem apoſtolꝰ allegans ius diui⸗
num reuelatū et dicens· nunquid ſecundū ho⸗
mine hec dico? ideſt ſola hūana ⁊ naturali rōne·
an ⁊ lex nō hoc dicat? ſcriptū eſt enī Deutero. 25.
non alligabis os boui trituranti ⁊ ꝙ ad litteram
iſta lex intelligat̄ de ſacerdote laboranti in area
fidelis populi. probat ipſe ſubdēs Nunquid de
bobꝰ cura eſt deo? an propter nos hoc dicit ſcri⸗
ptura? ſi itaqꝫ nos vobis ſpiritualia ſeminamus
magnum eſt ſi veſtra carnalia metamꝰ Sequi⸗
tur Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur
que de ſacrario ſunt edunt? ⁊ qui altario ſeruiūt·
cum altario participant: ita ⁊ dominus ordina⸗
uit Luce 10 vt qui euangelio ſeruiunt, de euan⸗
9 gelio viuant dignus eſt (inquit) operarius cibo
qualitas offerendorum ſuo De rebus autem offerēdis exterius quales
eſſe debeant. ponuntur ſequētes propoſitiōes
Prima concluſio. Prima eſt ꝙ oblatio ſit pinguis ſaltem deuo⸗
tione ita ꝙ plus ex corde procedat ꝙ̄ ex manu
offerentis· ſecundū illud pſalmi holocauſta me⸗
dulata offerā tibi ⁊c. eccleſiaſtici. 35. oblatio iu⸗
ſti impinguat altare ⁊ odor ſuauitatis eſt ante
conſpectum domini ideo chriſtus in euangelio
Luce 16 ptulit viduam que era minuta obtulit
alijs diuitibus multo plura ⁊ maiora offerentibꝰ
Secūda concluſio. qꝛ illa ex maiore deuotione obtulit ꝙ̄ alij Se⸗
cunda propoſitio ꝙ oblatio ſit lata ſcilicet chari
tate ait enī Gregoriꝰ in quadam homelia expo⸗
nens illud Matthei 5 ſi offers munus tuum ad
altare ⁊c ꝙ nullum ſacrificium deꝰ acceptat niſi
quod in altari boni operis flāma charitatis ac⸗
cendit prius ergo charitatem primo exoluat q̄
munus ſuum deo placere exoptat. ideo notāter
dominus ait: vade prius reconciliare fratri tuo
⁊c. ergo ex his duabus propoſitionibus patent
due ſpecies charitatis a quibus procedere debet
omnis oblatio ſcilicet ꝙ fiat propter honorem
dei quam vocamus deuotionem ⁊ ſine detrimē⸗
to proximi quod eſt ſeruare charitate ad ipſum.
quare non immerito chriſtus reprehendit Mat⸗
thei 16 phariſeos qui ſuadebāt hominibus me⸗
lius fore ſi ſubſtantia terrena domino offeratur
in templo ꝙ̄ ſi alendis parentibus expenda⸗
tur in domo. eadem ratio eſt de vxore/filijs/fra⸗
tribus/⁊ alijs quibus homo eſt debitor qꝛ obla
tio nō eſt facienda in detrimentum eorum ideſt
taliter ꝙ eis deſint neceſſaria. nō enim ſunt exer
ceda conſilia violando precepta Tertia propo Tertia cō cluſio
ſitio quod oblatio ſit mūda acquiſitione hoc eſt
nō ſit res turpiter vel iniuſte acquiſita nec retēta
qꝛ talis non offert quod ſuum eſt ſed alienum
contra illud Prouerbio 3 honora dominum de
tua ſubſtātia· nam immolantis ex iniquo obla⸗
tio eſt maculata ⁊ nō ſunt deo bene placite ſub⸗
ſanationes iniuſtorum. q. d. ſubſanatio vel irriſio
eſt non oblatio offerre de furto rapina vſura/vel
alio quouis iniuſto lucro Eccleſiaſtici 4. qui of⸗
fert ſacrificium de ſubſtantia pauperum quaſi
qui victimat filium in conſpectu patris ſui. ⁊ ca⸗
pitulo 24. dona iniqua nō pbat altiſſimꝰ neqꝫ
in multitudine eorum propiciabitur peccatis de
iuſte ſed turpiter acquiſitis bonis dicit̄ Deutero
23 non offeres mercedē proſtibuli in domo dei
tui. neqꝫ ſacerdotes propter ſcandalum debent
tales oblationes recipere vt docet ſanctꝰ Tho⸗
mas 2.2.q.46 Et cancellarius Pariſien in de
ſollicitudine eccleſiaſticorum Quarta propoſitio
ꝙ oblatio ſit vtilis in ſuo valore. vtile enim or⸗ Quarta cōcluſio.
dinatū̄r ad finem qui in oblatione duplex eſſe
debet: primꝰ honor dei ſecundus ſuſtētatio ſuorū
miniſtrorum ſacerdotū. Ad honorem dei perti⸗
nent candele que ſignificant diuinam ſapientiā
cuncta illuminantem ⁊ thus ⁊ alia huiuſmodi
que nō cedunt in vſum ſacerdotum extra eccle⸗
ſiam Ad ſuſtentationem miniſtrorum pertinent
omnia que conferunt ad victum vt panis/vinū/
carnes/piſces/farina/frumentum / ⁊c et omnia
que ad veſtitum vt panus/lintheum/corium/⁊c.
et omnia vtenſilia vt archa/menſa/vaſa/libri/⁊c.
et deniqꝫ pecunie quibus omnia predicta com⸗
parari poſſunt: qꝛ Eccleſiaſtici 10 pecunie obedi⸗
unt omnia ⁊ Ariſtoteles 5 ethicorū dicit numus
eſt cōmunis menſura rerum. Quinta propoſitio Quinta cōcluſio.
oblatio careat ſuperſtitione eſt enī ſuperſtitio va
na obſeruantia que neqꝫ ex natura ſua/neqꝫ ex
ordinatione diuina neqꝫ ex autoritate eccleſiaſtica
habet aliquā virtutem ad id ad quod applicatur
ſed ſi effectum conſequatur eſt ex cooperatione
diabolica ppter pactū expſſum vel ſub intelle⸗
ctum hominum perditorum cū demonijs ſi er⸗
go offerens offerat aliquam rem que ad nullum
finem oblationis poſſet refferri per aliquam cō⸗
uenientem rationem ideſt que neqꝫ pertinet ad
honorem dei neqꝫ ad vtilitatem ſacerdotum. ta⸗

lis oblatio erit ſupſticioſa vana ⁊ diabolica non meritoria aut religioſa ſed criminalis ⁊ blaſſe- ma vt ſi offerens panem ſimul offerat arenam putans ꝙ ille panis ſiue arena vel nõ erit acce- ptus deo vel non tantum valebit ad faciendum aliquam gratiam offerenti Et ſi offeres vinum faciat vim in figura vaſis vt ꝙ ſit quadratum ꝙ nõ habeat anſas vel ꝙ ſi eas habeat ſint tot nu- mero preciſe Et ſi offerẽs pecunias ponat cum eis clauum putans ꝙ ille clauus habeat virtutẽ ad hoc vel illud bonum conſequendum ⁊ ſic de alijs caſibus plurimis ſed veruntamen vt di- cit cancellarius Pariſieñ in tractatu de dire- ctione cordis nõ eſt facile rationes ſingulas om- nium que fiunt inuenire multa em̃ prima facie apparẽt ſuperſticioſa in deuotionibus popula- rium. que tamen per bonam directionem inten- tionis ſaluari poſſent ad quam ſufficit leuis cõ- iectura dum populus intentione ſimplici ſequit̃ ritum ⁊ modum patrie ⁊ intendit honorare deũ vel ſanctos per talia opera ſtante in eo ſemper fidei ſoliditate ⁊ animo ad informationẽ parato vt ſi maiorẽ deuotionẽ habeat ad virginẽ Ma- riam in tali eccleſia vel imagine ꝙ̃ in tali. ſi ad honorem huius vel illius ſancti offerat anima- lia viua/ vt gallum aut porcellum ⁊ alia multa. Dum modo non addatur poſitiue aliqua intẽtio praua ⁊ omnino cõtraria catholice religioni dũ modo etiam in talibus non ponatur firma ſpes putando ꝙ ſine illis obſeruationibus a deo vel ſanctis auxilium conſequi non poſſent vel ꝙ ꝑ eas deus vel ſancti neceſſitantur facere illud qđ ab eis petitur dum deniqȝ non paſſim queratur tentari deus aut ſancti quaſi debeant miraculo ſe facere ſemper illud quod queritur ab eis ſed de his ſatis

Moralis dux

## ¶ Caput tertiumdecimũ

de duplici preparatione ſacerdotis proxima ad conſecrandum ⁊ offerendũ deo eucharíſtie ſa- crificium



Oſt offer- torium preparat ſe ſacerdos ad cõſecrandum et offerendum deo eucharíſtie ſacri- ficium pro ſe et pro toto populo ſuo ⁊ vtit̃ duplici preparatione al- tera ſecreta ⁊ al- tera manifeſta ꝙ̃ dicitur ꝑfatio Dicitur autem ſecreta preparatio prima q2 in ea ſacerdos nullum facit verbũ ad populum neqȝ accipit aliquam reſponſionem ab eo ⁊ in hac ꝑparatiõe tria principaliter facit. Primo enim incenſat materiam ſacrificij iam in ara collocatam ſecundo lauat manus ſuas et tertio dicit orationes ſecretas ita ꝙ incenſo ſe ꝑ-

1 Secreta prepara- tio ſacer- dotis.

parat deuotionis odore/ lotione mũdicie nitore/ oratione vero cordis ardore Muneribus igitur ſacrandis per ſubdiaconem ad altare adductis et per diaconem ſacerdoti oblatis / atqȝ eiſdem per ſacerdotem in medio altaris ſuper palla collocatis ſacerdos munera ipſa primo incenſat vel thurificat ⁊ hoc incenſo ſuper thuribulo in crucis modũ circumducto ipſoqȝ thuribulo fu- mante ſimili modo ſuper hoſtiam ⁊ calice circũ- moto quatenus thuris incenſo ⁊ crucis ſigna- culo omnes diabolice nequitie ⁊ fraudis conat9 execrẽtur ne cõtra ipſum ſacerdotem aut ſuum ſacrificiũ quoquomodo preualeat. nã ſacro hu- iuſmodi fumo omne genus demonis extricatur Thobie 6. et crucis ſignaculo diabolũ exterreri docet apoſtolus ad Philip 2. Deinde man9 la- uat ſacerdos in altari potius ad ſignificandum aliquid ꝙ̃ ad euitandam cõtaminationem cor- poris chriſti. quod in eucharíſtia talem modum eſſendi habet vt a nulla re corporali cõtingi aut contaminari queat Significat autem hec lotio primo reuerentiam quia myſteria diuina tractã- da ſunt etiam cum mundicia corporali ſecundo ſignificat mentis mundiciam quam principali- ter debet habere ſacerdos vnde ſicut prima eius lotio extra altare ſignificauit emundationẽ mẽ- tis a peccatis mortalibus ita hec ſecũda que fit in altari ſignificat eiuſdem mentis mundiciam quã debet habere quantum fuerit poſſibile etiã a venialibus ⁊ a reliquijs mortaliũ ideo abluẽs ſe ſacerdos dicit illud pſalmi 25. verſiculum Lauabo inter innocentes manus meas non ſẽ inter peccatores vt prius in alia ablutione an- te miſſam ⁊ circũdabo altare tuum domine ⁊c̃ q d Amplius laua me domine ab iniuſtitia mea pſalmo 50 ⁊ qui lotus eſt ſcilicet prima vice nõ indiget niſi vt pedes anime lauet que ſunt affe- ctiones ſenſualitatis inſurgentes ⁊ erit mundus totus Joãnis 13 Tertio ſignificat hec lotio ꝙ ſa- cerdos oblaturus hoſtiã hanc deo prius debet rigare conſcientiam ſuam lachrymis compun- ctiõis pſalmo 6 Lachrymis meis ſtratum meũ rigabo Prefigurata fuit hec lotio in vet le Exo- di 30 vbi dominus dixit Moyſi facies labium eneum ad lauandum ſacerdotib9 ⁊c̃. Preparat ſe tertio ſacerdos orationis ſuffragio et hoc du- pliciter primo ipſe ſolus orat ſecrete ſecũdo ora- tionis auxiliũ petit a populo circunſtãte Ablutis igitur digitis vtriuſqȝ manus venit ſacerdos ad mediũ altaris ⁊ inclinans ſe orat ſecrete ſed ſe- cundũ morẽ eccleſie Romane inſtitute ſunt ibi tres orationes Prima in ſpiritu humilitatis ⁊c̃ qua poſtulatur acceptatio diuina reſpectu hui9 ſacrificij maxime quatũ ad effectum ſue conſe- crationis Secunda eſt veni ſanctificator omni- potens qua petitur materie illius conuerſio in res diuinas que eſt termin9 conſecrationis Ter- tia ſuſcipe ſancta trinitas ⁊c̃ qua petitur ſacrificij profectus in nobis qui eſt gratiarum actio/ ⁊ be- neficiorum dei cõmemoratio ſanctorum collau- datio/ ⁊ fidelium peregrinantium ad bonum ꝓ-

Thuriſi- catio.

Ablutio.

Oratio ſe- creta.

In ſpiritu humilitatis. modo Uerum quedam alie eccleſie ſolam pri-
mam iſtarum trium orationum dicūt in hoc lo-
co cuius fere omnia verba ſumpta ſunt ex ora-
tione Azarie Danielis 3 ꝛ notat duo que maxi-
me faciūt orationem exaudibilem apud deum
ſcilicet humilitatem orantis ꝛ contritionem cor-
dis pſalmo 50 Cor cōtritum ꝛ humiliatum de-
us nō deſpicies que duo in propoſito ſunt val-
de neceſſaria vbi agitur cōmemoratio dominice
paſſionis que pro peccatis noſtris ab eo humili-
ter ſuſcepta eſt quare ꝛ nos in eius memoria hu-
miliari ꝛ conteri debemus In hac ergo humili-
tate eccleſie orat ſacerdos ſuſcipi oblationē hui⁹
ſacrificij confidens ꝙ ſic oblatum non erit ſper-
nendum Conſequenter ſacerdos petens oratio-
nis ſuffragium a populo circunſtante conuertit
Orate fratres. ſe ad eum ꝛ dicit Orate ꝑ me fratres ꝛc̄ quia vt
oblatio ſua ſit perfecta et grata deo interpellat
etiam eccleſie ſuffragia de qua in eccleſia dicit
Malachie 3 Placebit deo ſacrificium iuda et
Hieruſalem ſicut dies ſeculi ꝛ anni antiqui ꝛc̄
Appellatione fratrum ſacerdos denotat eccleſie
vnitatem in charitate ꝛ pace chriſti Indiget au-
te ſacerdos adiuuari orationibus aliorum quo-
niam ipſe (vt dicitur Hebre 5 ) circundatus eſt
infirmitate ꝛc̄ et ideo dicitur Jacobi 5 ad ſacer-
dotes orate pro inuicem vt ſaluemini multum
enī valet oratio iuſti aſſidua Quod vero dicit ſa-
cerdos vt meum ꝛ veſtrum ſacrificium ꝛc̄ deno-
tat ꝙ nō ſolum pro ſe ꝛ nomine proprio ſed etiā
pro alijs fidelib⁹ ꝛ ex parte eorū offert deo illud
ſacrificiū Unde eorum perſonas ꝛ munera ibi
apud deum cōmendat debet enim teſte apoſtolo
Hebre 5 quemadmodum pro ſe ita ꝛ pro popu-
lo offerre hoſtias ad expiationem peccatorū ip-
ſe homo ex hominibus aſſumptus ꝛ pro homi
Reſpōſio populi nibus conſtitutus in his que ſunt ad deū Huic
ſacerdotis petitioni reſpōdet populus circūſtās
ide in ſententia licet diuerſis verbis dicunt enim
quidam memor ſit dominus ſacrificij tui ꝛ holo
cauſtum tuū pingue fiat pſalmo 19 Alij dicūt
Spiritusſanct⁹ ſuper veniet in te ꝛ virtus altiſſi-
mi obumbrabit tibi Luce primo Alij dicunt
ſuſcipiat dominus ſacrificium de manibus tuis
ad laudem ꝛ gloriam nominis ſui atq3 ad ſalutē
tuam ꝛ noſtram Alij dicunt ille te exaudiat qui
te cōſtituit interceſſorem pro peccatis tuis ꝛ alio-
rum fidelium viuorum ꝛ mortuorum Alij aliter
multifariam Quia vero ſacerdos ante offertoriū
excitauerat populum ad orandum dicens oremus
et interpoſito offertorio ratione ſuperius dicta
orationem diſtulerat ideo poſt offertorium ꝛ que-
dam alia que debito ordine premittenda erant
Sacra. accedit ad ſecretam orationem que alias Sacra
dicitur et per eam ſacerdos petit a deo vt popu
lus fidelis cum ſuis donis oblatis incorporetur
deo in vnitatem corporis chriſti ac per inde ac-
ceptabiliter ei offeratur hoc ſacrificium Hec ſen-
tentia expreſſius ꝗ͂ alibi patet in ſecreta oratione
prime dominice aduentus ( a qua miſſale Ro-
manum ſuum facit principium ) vbi dicitur hec
ſacra nos domine potenti virtute mundatos ad
ſuū faciant puriores peruenire principium haud
dubiū quin ad illud quo chriſtus ſeipſum obtu-
lit in ara crucis a quo principio hoc ſacramentū
eucharistie emanauit Et notandū ꝙ in hac ora-
tione ſecreta ſacerdos incipit iam repreſentare
paſſionem chriſti cuius principium fuit ſecretum
conſilium ꝛ machinatio iudeorum qua ceperūt
ſecrete tractare de morte chriſti vt habet Joanis
11 ꝛ hec eſt vna cauſa quare ex ordinatiōe eccle-
ſie iſta oratio ſecrete dicat a ſacerdote ꝛ inde ſa-
cra vel ſecreta nominatur Alia ratio eſt quia in
iſta oratione incipit ſacerdos offerre deo ſuum
ſacrificium ꝛ poſtulare ab eo multiplex pro no-
bis beneficium ideo oportet hec ſacra que petū-
tur quodāmodo celari a cōmuni populo vt ea
amplius veneretur Solent enī cōmuniter om-
nibus nota aſſiduitate vileſcere ꝛ contemni vn-
de mandat dominus Matthei 7 Nolite ſanctū
ſcilicet panem dare canibus ꝛ margaritas noli-
te proijcere ante porcos ne forte conculcent eas
pedibus ſuis ꝛ canes cōuerſi diſrumpant vos.
ſepius enī hec ſacra myſteria audita a popuları-
bus indeuotis conculcantur ab eis quaſi vilia ꝛ
ſuis verbis lacerant ſacerdotes tanꝗ deceptor-
res fidelium In huius figuram mandabatur in
le ve numerorum 4 ſacerdoti Aaron ꝛ filijs ei⁹
vt ipſi ſoli ingredientes tabernaculū federis do
mini inuoluant omnia vaſa quando mouenda
erant caſtra hebreorum per deſertum Alijs autē
laycis cōminatur dominus penam mortis ſi ali
qua curioſitate procurarent ea videre ꝛ non ob
aliam cauſam niſi vt ea non vilipenderent aſſi-
duitate ſed venerarentur raritate Aduertēdum
etiam ꝙ hec oratio ſecreta correſpondet publice
collecte que dicta eſt in pricipio miſſe vnde quot
fuerunt ille collecte totidem debent eſſe ſecrete ꝛ
eodem ordine ſituate Sed tunc prime ſecre-
te non debet premitti verbū oremus qr iam hoc
premiſſum erat ante offertorium Secunde autē
ſecrete cum alijs omnibus ſub vna concluſione
finiendis anteponendum eſt idem verbum ore-
m⁹ qr ille in materia petitionis ſue diſtincte ſūt
a prima ideo noua exhortatio requiritur licet ſe-
creta Et aliquando in oratione ſecreta propter
feſtū quod agitur de chriſto aut de virgine Ma
ria aut de alio ſancto fit mentio de eis quatenus
ob reuerentiam illius feſti ꝛ patrocinium illius
ſancti populus offeres melius vniatur deo Sic Secrete orōnis cōcluſio.
igitur procedens ſacerdos venit ad concluſionē
ſecrete orationis quam alta voce proferens di-
cit Per omnia ſecula ſeculorum Et huius exal-
tationis ſue vocis duplex eſt ratio Prima ad ſi-
gnificādum ꝙ licet imminente tempore paſſio-
nis chriſtus prius ſe abſconderit a iudeis mortē
eius machinantibus ꝛ propterea receſſerit in re-
gionem iuxta deſertum vt dicitur Joānis 10 tā
poſtea ante ſex dies paſche ſe manifeſtauit palā
ambulans ꝛ docens in Hieruſalem vt exhibe-
ret ſe promptum ad paſſionem quaſi verum a-
gnum paſchalem pro ſalute omniū immolandū.

Secunda ratio qꝛ licet illa oꝛo propter cauſam
predictam debuerit ſecrete dici ⁊ celari a populo
tamen qꝛ fructus eius eſt cōmunis omnibus et
debet percipi a populo conueniens fuit vt ſaltē
finis ⁊ concluſio eius omnibus communicaretur
alta voce prolata Dicte autem concluſioni a to-
to populo audite reſpondet choꝛus ſacerdotum
nomine omniū dicens Amen ideſt ita fiat in no-
bis ſicut tu ſecrete petiſti pro nobis coꝛam deo
poteſt etiam intelligi amen ideſt verum eſt quod
dixiſti ⁊ nos coꝛde ⁊ oꝛe ꝯfitemur eandem veri-
tatem quam tu ſecrete confeſſus es coꝛam deo
dicentes illud Prouer 8 iuſti ſunt omnes ſermo-
nes tui ⁊ non eſt in eis prauū quid atqꝫ peruer-
2 ſum Audiens vero ſacerdos populi deuotiōem
Secūda pre ac fidelē confeſſionē ſentiensqꝫ ipſum iam pre-
patio ſa diſpoſitum ꝑparatumqꝫ ad altioꝛa incipit pre-
cerdotis fationem ( que prelocutio interpretatur ) eo ꝙ
publica. preloquatur omnibus publice quedam de illius
ſacramēti altitudine ⁊ maxima reuerētia quate-
nus eos attentioꝛes reddat ⁊ aptioꝛes ad diuina
Prefatio myſteria Ad cuius pꝛefationis intelligentiam
eſt in primis notandum ꝙ ipſa referri poteſt ad
illud myſterium de quo dicitur Matthei.26.cū
concoꝛ ꝙ primo die azimoꝛū miſſit dominꝰ Je-
ſus duos diſcipulos in ciuitatem Hieruſalē di-
cens eis Euntes parate nobis paſcha vt mādu-
cemus ⁊c̄ ⁊ in eadem nocte poſt eſum agni paſ-
chalis inſtituit hoc ſacroſanctū euchariſtie myſte-
rium ad quod illa apoſtoloꝛum miſſio fuit que-
dā prefatio ſeu preparatio qualis eſt hec noſtra
prefatio ad euchariſtie conſecrationē atqꝫ ſum-
ptionem in officio miſſe que eſt cena paſchalis
precioſiſſime victime cū pane ⁊ vino de celo ad
nos miſſe Diuiditur autem iſta prefatio in tres
precipuas partes pꝛima eſt exhoꝛtatio fidelium
ad laudandum deum Secunda eſt laudis exhi-
bende ratio ibi Uere dignū ⁊ iuſtū ē Tertia eiuſ-
dem laudis iam exhibite acceptatio ibi cū quibꝰ
⁊c̄ Excitatio fidelium ad diuinam laudem tribꝰ
Dñs vo- verbis continetur primū eſt Dominus vobiſcū
biſcum. quo ſacerdos imprimis fidele populū dei ſalu-
tat optans eis diuini adiutoꝛij aſſiſtentiam ad
pertractanda altiſſima myſteria huius ſacramē-
ti que ſunt angelis tremenda hominibus non
curioſe diſcutienda Sed humiliter ſuſcipienda
et veneranda vt ſit ſenſus dominus ſit vobiſcū
inſpirando in coꝛde mouēdo in oꝛe ⁊ adiuuādo
in bono opere Cui ſalutationi populꝰ reſpōdet
Et cū ſpi- Et cum ſpiritu tuo quaſi optans vt ea que non
ritu tuo. niſi ſpiritusſancti operatione fieri poſſunt perfi-
ciantur a ſacerdote eodem ſpiritusſancto ſuble-
uante ſpiritū eius ad diuina ⁊ ſibi vniente nedū
ſacramentaliter ſed etiam ſpiritualiter nam ſpi
ritus eſt deus Joānis 4 ⁊ in ſpiritu ⁊ veritate
opoꝛtet eū adoꝛare maxime in hoc ſpiritualiſſi-
mo ſacramento vbi dicente domino Joānis 6
Spiritus eſt qui viuificat caro autem non pro-
deſt quicꝙ̄. Reſpōſione populi tā deuota audi-
ta ſacerdos addit ſecūdum verbum volens po
pulum in communione charitatis ad altioꝛa ꝑ-
ficere ideo hoꝛtať dicēdo Surſum coꝛda ſcilicet Surſum
leuate quod verbum mirabiliter exponit Cypri- coꝛda.
anus papa de co iſe diſt I Quando ſtamus ad
oꝛationē ⁊c̄. Poteſt tamen aliter dici ſurſum coꝛ-
da leuate intellectu veritatis/affectu charitatis/
rectitudine intentionis/⁊ virtute conuerſatiōis
De ꝑmo dicitur in pſalmo 63 accedet homo ad
coꝛ altum ⁊ exaltabitur deus ſcilicet quando ho-
mo in hoc ſacramento nihil carnale cogitat ſed
omnia alta eſſe intelligit.vt ꝙ chꝛiſtus in altare
veniens nihilominus in dextera patris manet·
vt nos ſibi incoꝛpoꝛatos ad eiuſdē patris dexte-
ram exaltet ꝙ ſumptus a nobis in cibum den-
tibus non decerpitur/nō diuiditur/nō digerif vt
pereat ſed manens ſaluꝰ ⁊ integer nos ſibi vnit et
in ſe tranſmutat De ſecūdo dicit apoſtolus que
ſurſum ſunt ſapite non que ſuper terrā/que ſur-
ſum ſunt querite vbi chꝛiſtꝰ eſt in dextera dei ad
Colo 3 Sapimus enim ⁊ querimus celeſtia per
charitatis exaltationem que etiam virtus in hoc
ſacramēto perficitur vbi nimiam dei ad nos di-
lectiōem aduertimꝰ. qua ſe nobis dedit in cibū
quo ſibi incoꝛpoꝛemur ⁊ ad altam domū patris
proueh amur vbi omnes eterne vite abundant
panibus Luce 15 De tertia eleuatiōe coꝛdis di-
citur Job 16 ad deum ſtillat oculus meus ideſt
intentio mea que deuotione ⁊ memoꝛia domini-
ce paſſionis ſtillat lachꝛymas ⁊ non niſi in altū
ad deū dirigitur ſequif ibidem terra ne operias
ſanguinem meum dicit chꝛiſtus fidelibus neqꝫ
locum in te latendi inueniat clamoꝛ meus quia
terreno ⁊ depꝛeſſo coꝛde ſanguis chꝛiſti nō debet
operiri ⁊ clamoꝛ eius quo ad cōmuniōem voca-
mur non debet latere ſub affectione terrena ſed
potius coꝛde eleuato ad celū hec omnia debemꝰ
venerari De quarta poteſt intelligi illō apoſtoli
Philip 4 noſtra conuerſatio in celis eſt qꝛ inde
ſaluatoꝛem expectamus dominum noſtrum ie-
ſum chꝛiſtum qui in hoc ſacramento incoꝛpo-
rando nos ſibi refoꝛmauit coꝛpus humilitatis
noſtre configuratum coꝛpoꝛi claritatis ſue.ideo
nimirum ſi ſacerdos debeat populū hoꝛtari di-
cēdo ſurſum coꝛda leuate Cui protinus ex per-
ſona populi aſſiſtentis reſpondet choꝛꝰ Habe- Habemꝰ
mus ad dominū ꝙ d ad nihil altius coꝛ noſtrum ad dñm
exaltari poteſt/neqꝫ in aliquo alto tutius locari
vt altiſſima ⁊ ſpiritualia dona bene percipiat
Trenoꝛum 3 leuemus coꝛda noſtra cum mani-
bus ad celos ne improperium Eſaie 29 ſuper
nos veniat dicentis appropinquat populus iſte
oꝛe ſuo ⁊ labijs ſuis gloꝛificat me coꝛ autem eiꝰ
longe eſt a me Tali ⁊ tam deuoti reſponſioni po-
puli ſacerdos ſubiungit tertium verbum excitās
intentionem eius ad gratiarumactionem ⁊ di-
cens Gratias agamus dño deo noſtro ⁊ in hoc Gratias
iam ſe vnit populo per verbum agamus ex quo agamus.
eiuſdē doni debent eſſe participes coꝛpoꝛis ſcili-
cet ⁊ ſanguinis chꝛiſti vnum ( inquit apoſtolus)
coꝛpus ſumꝰ omnes qui de vno pane ⁊ de vno
calice participamus I Coꝛinť 10 Agere vero
gratias deo eſt eius dona digne percipere/diſ-

crete cognoſcere/⁊ deuote in ipſum referre tunc
eñ digne accipitur donum a deo. cum nos indi-
gnos talibus beneficijs exiſtimamus ⁊ ꝙ mere
gratis hec accipimus ⁊ dum ea que reddimus
a deo eſſe minime dubitamus primi paralip vl-
timo tua ſunt omnia dñe ⁊ que de manu tua ac-
cepimus dedimꝰ tibi Diſcrete cognoſcũtur do-
na dei ſi cũ apoſtolo dicamus i. Corint. 3 nõ ſpi-
ritum huius mundi accepimus ſed ſpiritum qui
ex deo eſt vt ſciamus q̃ a deo donata ſunt nobis
omnia enim dona ſua deus dat in ſpiritu ⁊ in
ſpiritu data cognoſcuntur quando qualia ſint ⁊
quantam in nobis habeant virtutem intelligi-
mus Deuote inſuper in ipſum datorem refe-
runtur dum eis vtimur ad finem propter quem
data ſunt ⁊ ſolum deum ex his laudari exopta-
mus dicentes cum Juda apoſtolo in fine ſue ca-
nonice Soli deo ſaluatori noſtro/gloria/magni
ficentia/imperium/⁊ poteſtas ⁊c. Hortatur etiam
ſacerdos ad agendas gratias domino deo no-
ſtro/vt ſignificet tres eius excellentias quibus
triplicia nobis exhibet beneficia pro quibus ei
ſunt agende gratie eſt enim dñs per potentiã qua
nos creauit ac poſſedit De. vltero 32 poſſedit/fe-
cit/⁊ creauit te. eſt deus ꝑ prouidentiam qua nos
redemit pſalmo 30 Redemiſti nos domine deꝰ
veritatis/eſt nr̃ per beneficientiã qua nos ſalua
bit pſalmo Deus nr̃ deus ſaluos faciendi. ipſe eſt
eñ qui nos de nihilo creauit/ſuo ſanguine rede
mit/⁊ ſuo munere nos ſaluabit Ipſe in creatio-
ne dedit naturam/ in redemptione gratiam/in
ſaluatione dabit gloriam Poteſt aliter dici gra
cias agamus domino nos ſua virtute portanti
Hebreo i. portans omnia verbo virtutis ſue deo
nos ſua ſapientia gubernanti Sapiẽ 14. tum
autem gubernans omnia prouidentia noſtro ſu-
um regnum nobis promittenti Luc. 22 ego diſ-
pono vobis ⁊c In his etiam tribus vocabulis
tres perſone diuine notãtur in domino perſona
patris propter potentiam in deo perſona filij
propter ſapientiam in noſtro perſona ſpiritus
ſancti propter amorem ſeu beniuolentiam vel
notantur tres ſubſtantie in perſona chriſti qui
eſt dominus omnium per naturam diuinam/eſt
deus idest diuinus per animam ſanctificatam/
noſter per carne noſtram aſſumptam ⁊ de his
omnibus ſunt ei agende gratie Huic autẽ ex-
hortationi reſpondet populus aſſentiendo di-
Dignũ et iuſtũ eſt. gnum ⁊ iuſtum eſt/ Dignum quidem ex parte
eius q2 ipſe eſt dominus deus nr̃ iuſtum quan-
tũ ad nos q2 nos populꝰ eius ⁊ oues paſcue eiꝰ
vel dignum pro ſua magnifica in nos liberalita-
te/iuſtum pro noſtra in eum humilitate ipſe eñ
dat omnibus affluenter ⁊ nõ improperat Jacobi. i
Unde ⁊ gratiarumactione eſt digniſſimus nos
aute nõ habentes quid aliud rependamus ei ni-
ſi honore pſalmo 115 Quid retribuã dño ꝓ oibꝰ
3 q̃ retribuit mihi tenemur ex iuſticia ei grãs age-
Rõnes di re i Theſſa. In oibus gratias agite Excitato iã
uine lau- populo fidelium ad confitendũ dño per dignas
dis. gratiarũactiones ſacerdos in ſcda parte ſue p-

ſationis rationẽ adiungit predicte exhortationis.
que duplex eſt altera excellentia diuina/ altera
officioſitas angelica prima tangitur ibi: nos tibi
ſemper ⁊c Secũda ibi per que maieſtate tuã ⁊c
Sed ante has rationes diuine laudis a nobis ex-
hibende ſacerdos populi reſponſionem predi-
ctã approbat qua dixerat dignũ ⁊ iuſtũ ẽ Et ad-
dit quinqꝫ verba ap ꝓbatiua ſcꝫ vere/dignũ/ et Uere di-
iuſtum eſt/equũ/et ſalutare. q̃ dupliciter poſſunt gnũ ⁊ iu-
exponi primo de beneficijs cõmunibus ſcdo de ſtum eſt.
hoc ſingulari beneficio ſacramenti eucharistie
Ergo vere dignum ratiõe ſue excellẽtie/iuſtum/
rõne ſue beneficientie equũ ratioe ſui beneplaciti/
ſalutare ratioe ſui promiſſi vel dignũ q2 nos li-
bera voluntate creauit/iuſtum q2 ſua miſericor-
dia redemit / equum q2 nos gratuito iuſtificat/
ſalutare q2 nos perpetuo glorificat. Specialiter
autem loquendo de iſto ſacramento eucharistie
dici poteſt ꝙ illa quinqꝫ verba correſpõdet quin
qꝫ excellentijs eius eſt eñ ſacramẽtum ſincere
veritatis ideo vere eſt excellentis nobilitatis ideo Uere
dignum/eximie liberalitatis ideo iuſtum/põde-
rate equitatis ideo equum/ſumme virtuoſitatis
ideo ſalutare/primũ declarat ad differẽtiã ſacra-
mentorũ ve legis q̃ habebãt vmbram non veri-
tate rerum diuinarum Hebre 10 hoc autem ve-
re continet autorem ois grẽ ideo Joan i dicitur
ꝙ lex ꝑ Moyſem data eſt in vmbris et figuris
ſed gratia ⁊ veritas per ieſum chriſtum facta eſt
ſecundum ex eadem differẽtia oſtenditur q2 hoc dignum
ſolum eſt dignum deo ſacrificium non autem ea
que in veteri lege offerebantur dicente Michea
propheta capitulo 6 Quid dignum offeram do-
mino nunquid holocauſtomata et vitulos an-
niculos nũquid placari poteſt dominus in mil-
libus arietum an in multis millibus hircorum
pinguium nunquid dabo primogenitum meũ
pro ſcelere meo/aut fructũ ventris mei pro pec-
cato anime mee q d nullum horum eſt dignũ
quouſqꝫ hoc ſacrametum eſt inſtitutum in quo
deo patri eius chariſſimus filius offertur vnde
Apocalipſi 5 dignus eſt domine deꝰ noſter ⁊c. Juſtum
probatur tertiũ/q2 magnitudine domini libera-
lis iuſte conſequitur obligatio grãrumactionis
ideo iuſtum eſt pro magno huius ſacri conuiuij
dono magnas deo agere gratias pſalmo 118
vtinam dirigantur vie mee ad cuſtodiendas iu-
ſtificationes tuas ⁊c et Gregorius cum augen-
tur dona ⁊ rationes donorum creſcunt Quartũ Equum
deducitur ex illo Sapien 11 omnia in numero
pondere ⁊ menſura diſpoſuit deus ergo diuina
equitas exigit vt vnumquodqꝫ remetiatur ea
qua menſum eſt menſura Luce 6 quare neceſ-
ſe eſt ꝙ deo benefactori per equalitatem reſpon-
deamus in ratione dati ⁊ accepti ⁊ cum nihil
equum ex nobis habeamus correſpondens do-
nis eius dedit nobis filius dei ſe ipſum in
hoc diuiniſſimo ſacramento vt quem prius no-
bis dederat pater in precium noſtro redem-
ptionis iterum offeramus et in ſacrificium pro
peccatis / hoſtiam placationis / holocauſtum

intime ac pfecte vnionis vt vel sic equa mensu-
ra correspondere valeamus suo dono dū equale
donum reddimus ei p deuotam huius sacrifi
cij oblationem ideo non tantum iustum sed etiā
equum est p hoc sacramentum dignas deo repē
Et saluta re. dere gratiarum actiones Quintum deniqȝ con-
cluditur/ ⁊ salutare est enim hoc sacramentum eter-
ne salutis ⁊ omnium salutarium effectuum vir-
tuosissima causa quare salutare est deo gratias
rependere deuotissimas pro tanto bn̄ficio Hoc
salutare desiderabant patres ve test Nam Ja
cob Genes 49 ait salutare tuum expectabo do
4 mine ⁊ Symeon illud recepisse gloriatur Luce
Prima 2 Quia viderūt oculi mei salutare tuum ⁊c Ap
ratio diui probata vt diximus notandis verbis ppli respō
ne laudis sione sacerdos prosequitur primam ratione di
Nos tibi uine laudis ⁊ confessionis dicens Nos tibi sem
per ⁊ vbiqȝ gratias agere dignum ⁊ iustum est
vbi iam sermonem suum conuertit ad deū pplo
Semper. dimisso addens duo hec aduerbia/ Sep ⁊ vbiqȝ
semper inquit quia in hoc tempore gratie et in
eternitate future glorie nunc enim percipitur a no
bis christus vere quidem sed latens in sacramē
tali specie Sed tunc in veritatis faciali manife-
statione ideo dicitur in psalmo 33 Benedicam
dominum in omni tempore: semper laus eius in
Et vbiqȝ ore meo Ubiqȝ dicit quia trina huius mūdi ma
china deo gratias agit Celum pro angelice rui-
ne restauratione/ terra pro ecclesie militantis re
demptione/ infernus pro sanctorum patrum li-
berationem/ vel eorum qui in purgatorio sunt ex-
piatione vnde apostolus ad Philip 2 in nomi-
ne Jesu omne genu flectatur celestiū terrestriū ⁊
infernoꝝ ⁊ Ephe 2 pacificās p sanguinē suū ⁊ q̄
in celis sunt ⁊ q̄ in terra psalmo 102 In omni
loco dominationis eius Benedic anima mea dn̄o
Gratias Offertur itaqȝ hoc sacrificium ad laudem dei p
agere celestibus ad glorificationem / pro terrenis ad
gratie perfectionem/ pro infernis ad purgatorij
liberationem ergo dignum ⁊ iustum est in omni
tempore ⁊ in omni loco deo gratias agere Eum
autem cui gratie agende sunt sacerdos dignis
combinationibus verborum exprimit dicens Dn̄e
Dn̄e scte sancte pater omnipotens/ eterne deus vt ex illis
primam assignet rationem diuine laudis quia
ipse dominus sanctus seruos suos sanctificans
a peccatis emundando/ pater omnipotens filios
suos exaltans meritis ⁊ gratiis accumulando/
eternus deus cultores suos remunerans pmijs
eternis beatificando Potest aliter dici ad ppo-
situm eucharistie Dn̄e sancte/ dona sanctificatia
Pr̄ ops. de thesauris tue dominationis in hoc sacramēto
magnifice pparando/ pater omnipo/ paterne cha-
ritatis affectū in filiorū pane declarando/ eterne
deus/ deitatis tue alimonia mortales ad eterni-
tatis immortalitate mirifice vegetando De pri-
mo in psalmo 111 Gloria ⁊ diuitie in domo eius
De scd̄a in psalmo 67 Parasti i dulcedine tua
pauperi deus De tertio in psalmo 110 memo
Eterne riam fecit mirabilium suorum ⁊c. Tāto ergo do
deus. mino/ patri/ ⁊ deo iustum est gratias agere Per

christum dn̄m nostrum tanq̄ per mediatorem ⁊
aduocatum nostrum q̄ sit mediator inter deum
et hoīes notat vocabulum christus qui vnctus
interpretatur cuius est vnctio deitas natura vn
cta humanitas ipse ergo christus noster p diui-
nam naturam deo coniungitur per humanā ho
minibus participans vtrisqȝ mediator dei ⁊ ho-
minum homo christus Jesus primo Thimo 2
est etiam dominus vniuersorum productione/
noster redemptione Apocalyp 1 Redemisti nos 5
deo in sanguine tuo Ostensa vero prima ratiōe Scd̄a ra
diuine laudis que est diuine nature excellentia tio diui
sequitur iam secunda ratio que est laus angeli- ne laudis
ca cum dicitur Per quem maiestatem tua lau-
dant angeli Et pot dupliciter exponi sicut pars
superior/ primo de beneficijs generalibus/ secū-
do de eucharistie sacramento Per christum er Per quē
go maiestatē dei laudant angeli quia ab eo hn̄t maiesta
esse per creationem ⁊ scientiam per illuminatio tem tuā
nem ipse est enim dei virtus ⁊ dei sapientie 1. Cor
primo ⁊ non solum laudant sed adorant et tre
munt laudant enim quia per filium facti sunt Ge Laudant
nesis 1. Dixit deus verbo suo ⁊ facta est lux idest angeli
natura angelica de qua in psalmo verbo dei ce-
li firmati sunt Adorant quia ipse est dux celestis Adorant
exercitus secundi Esdre 9 exercitus celi te ado dn̄atioes
rant psalmo 96 Adorate eū omnes angeli eius
Tremunt quia ipse dominus eorum Job 29 co Tremūt
lumne celi contremiscunt ⁊ pauent ad nutum ptātes
eius vel potest dici laudant virtuti maiestatis
eius testimonium exhibendo/ adorant excellen-
tiam maiestatis eius reuerendo/ tremunt poten-
tiam maiestatis eius administrando aut ei fa-
mulando tremunt dico no metu formidinis sed
conceptu admirationis ex quibus verbis satis
innuitur q̄ diuina maiestas est a nobis maxi-
me laudabilis quia eam laudant angeli quorū
testimonium est maxime autenticum Est maxi-
me reuerenda/ quia eam adorant dn̄ationes qui
habent dominiū sup oēs inferiores angelos bo-
nos est maxime admiranda/ q2 eam tremūt po-
testates qui aduersarias virtutes demonū ma-
xime subditas habent Patet ergo scd̄a ratio q̄-
re nos debemus semp deo gratias agere ipsum
laudare ⁊ benedicere Sequitur adhuc cōfirma
tio eiusdē ratiōis Celi celorūqȝ virtutes etiā po- Celi celo
test intelligi de celis corporalibus q̄ ipsi deum rumqȝ vir
laudant q2 materiam ⁊ viam laudandi prestant tutes
hominibus sicut ⁊ cetere creature corpales oēs
iuxta illud psalmi 148 Laudate eum celi celo-
rum ⁊c ⁊ dicitur pluraliter celi ad denotandum
plures esse celos pluresqȝ celorum virtutes ⁊ in
fluentias quibus ista inferiora generantur ⁊ in
esse conseruantur Potest etiam hoc intelligi de
celis spiritualibus qui sunt angeli specialiter illi
qui dicuntur throni idest sedes dei Esaie vltimo
celum mihi sedes est celorum virtutes sunt alij
angeli sic dicti quos Gregorius ponit supremos
infime hierarchie vbi Dionysius collocat princi-
patus Beata seraphin sunt angeli supremi in Ac bt̄a se
ter omnes vt vel sic ostendatur q̄ oēs angelorū raphin.

ordines etiam qui ſpecialiter nominati nõ ſunt
habent officium laudandi deum ſicut ſcriptũ eſt
Laudate eum omnes angeli eius laudate eum
omnes virtutes ei9 hi ergo omnes concelebrant
Socii et exultatione concelebrant — id eſt pari voto celebrant laudes diuinas Socia
exultatione non enĩ perſoluunt diuinas laudes
ſine maxima exultatione vnde pſalmo Beati q
habitant in domo tua domine in ſecula ſeculo
rum laudabunt te Specialiter applicando ad
eucharistiam poteſt ſecundo exponi hec littera
vt per eam oſtendatur cuius cui in hoc ſacramen
to gratie agende ſunt ſuper eminens magnitu
do angelice vocis preconio vbi tria notantur ſcꝫ
laudis altiſſime preconium per quem maieſtate
tam reuerentie ſumme obſequium Laudant
angeli adorant tremunt ꝛ in altiſſimis celebra
tum gaudium Celi celorumq virtutes. ꝛc. Ad
primum horum duo pertinent verba Per quẽ
vt oſtedatur mediatoris in laude officium Ma
6 teſtatem vt declaretur laudati culmen eximium
Angeli p xpm laudant deũ triplicit — Per mediatorem chriſtum in hoc ſacramento
exiſtentem datur angelis beatis laudis materia
multiplex ideo p ipſum laudant deum ſua enĩ
reedificatione perficitur eorum cuſtodie effectus/ꝛ
caſus eorum reparatur defectus / atqꝫ in cuſto=
Primo. — dia augetur profectus De primo dicitur in pſal
mo 90 Angelis ſuis mandauit de te vt cuſto
diant ꝛc. Chriſtus autem ſue redemptiõis ope
re maxime hoc diuiniſſimo ſacramento cuſtodie
angelice effectum dedit hoſte deuicto vnde Apo
calyp 12 Audiui vocem magnam de celo nunc
facta eſt ſalus ꝛ virtus ꝛ regnum dei noſtri ꝛ po
teſtas chriſti eius ꝛc. Sequitur Propterea leta
mini celi ꝛ qui habitatis in eis id eſt angeli Su
per quo Gregorius ait hec vox magna eſt vox
angelorum laudantium in contemplatiõe tante
gratie ꝛ ad mirantium dei filium qui angelicam
cuſtodiam ad effectum ſalutis prouexit De ſecũ
Secũdo. — do dicit apoſtolus Ephe primo gratificauit nos
deus in dilecto filio ſuo ꝛc. ſequitur propoſuit in
eo in diſpenſatione plenitudinis temporum in
ſtaurare omnia ꝛ que in celis ꝛ que in terra ſũt
et Luce 15 Dominus duplici parabola de oue
et dragma perdita reſtaurationẽ ruine angelo=
rum explicat Cui cõſonat illud Amos 9 in die
illo ſuſcitabo tabernaculum Dauid quod cecidit
ꝛ reedificabo aperturas murorum eius ꝛ ea que
corruerant inſtaurabo ꝛ reedificabo illũ ſicut in
diebus antiquis ſic itaqꝫ p gratiam chriſti me
diatoris que maxime nobis communicat in hoc
ſacrameto reparauit deus tabernaculum celeſte
quia angelorum numerum diminutum ex ho
minibus reintegrauit De tertio in preallegato
Tertio — pſalmo 90 In manibus portabunt te quia vir
tute ſanguinis chriſti manus adiuuatur ange
lica vt homine facilius prouehat ad virtutum p
fectione licet eni ope angelorum nos portemur
in via morum tamen hoc nõ bene poſſent niſi re
moto prius p ſanguine chriſti pondere circunſtã
tium peccatorum ꝛ deuicto tentatore qui ad malũ
nos incitat. vnde ꝛ Matthei 4 dicitur ꝙ poſtꝗ
chriſtus diabolum temptatorẽ deiecit acceſſerũt
angeli ꝛ miniſtrabant ei hec de primo verbo p
que ad oſtendendum mediatoris officium Lau
dant vero culmen eximium tangitur in verbo ma — Maieſtatem tuã.
ieſtatẽ tuam quod a maioritate vel magnitudi=
ne deriuatum eſt nomen vt ſit maieſtas magnitu
do ſemp ſtans ꝛ nunꝗ declinans ad paruitatẽ
talem magnitudinẽ ſuam deus maxime oſtedit
in hoc ſacramento in quo mirabili maieſtate ef
ficit vt incomprehenſibilis in tam parua ſpecie
comprehendatur/vt ſumptus ab homine ſemp
maneat in ſeipſo / vtqꝫ regnans in celo mactet
tur in altaris miniſterio De primo dixit Salo
mon 3 Regum 8 Si celum ꝛ celi celorum te ca
pere non poſſunt quanto magis dom9 hec par
ua quam edificaui tibi talis eſt parua forma ho
ſtie ſed ꝙ in ea continetur totus chriſtus effi
cit maieſtas diuina que verbum abbreuiatũ fe
cit ſuper terram Eſaie 10 abbreuiatum quidem
primo in incarnatione/ſed magis abbreuiatum
in panis ꝛ vini ſpecie De ſecundo dicitur Joan
nis 6 ſicut miſit me viuens pater ꝛ ego viuo p
pter patrem ſic qui manducat me viuet propter
me quod Auguſtinus exponens dicit ſe audiſſe
a deo cibus ſum grandium nõ tu me mutabis
in te ſicut cibum carnis tue ſed tu mutaberis in
me Sumitur ergo a nobis vt cum ipſo viuam9
manet ſemper in celo vt ipſi conregnemus Lu
ce 22 ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pa
ter meus regnum vt edatis ꝛ bibatis ſup men
ſam meam in regno meo De tertio apoſtolus
prime Corin 11 quotieſcunqꝫ manducabitis ꝛc.
mortem domini annunciabitis vnde offerimus
ipſum in altari commemorantes paſſionem et
morte eius ꝛ figuraliter ipſum mactamus ideo
vtimur altari pro cruce/calice pro ſepulchro/pa
tena pro lapide ſuper poſito/pallis aut corpora
libus pro ſindone in qua fuit inuolutus Cum
his tamen omnibus credimus illud apoſtoli ad
Romanos 6 Chriſtus reſurgens ex mortuis
iam non moritur mors illi vltra non dominabi
tur Maieſtas ergo diuina in hoc ſacramẽto lau
datur ab angelis per chriſtum dominũ noſtrũ
in cuius ſacerdotio ac ſacrificio eadem maieſtas
vt dictum eſt tot mirabilia operatur Poſt lau
dis altiſſime ꝓconium tangitur in angelis ſum
me reuerentie obſequium cum ſubditur Lau — Laudant angeli.
dant angeli / adorant dominationes / tremunt
poteſtates In hoc enim ſacramento eſt ſumma
dei virtus ꝛ ſummus honor virtutem vero decet
laus honorem autem reuerentia quia laus eſt
preconium virtutis honor exhibitio reuerentie
que duplex eſt altera attendens magnitudinem
eius cui ſit reuerentia ꝛ dr adoratio altera par
uitatem eius qui exhibet reuerẽtiam ꝛ dicitur ti
mor aut tremor ſecundum hoc ergo diſtingũtur
illa tria vba ſcꝫ ꝙ angeli laudant dei virtutem
qua de hoſte hũani generis triũphauit p hoc ſa
crificiũ vnde ſcõi paralipo vltio dr in orone ma
naſſe regis iuda qm te laudat ois vt9 celorũ hoc
enĩ officiũ cõe ẽ oim celeſtiũ ſpũum ideo ãgeli hic

dñi oẽs eorum ordines quorū laus (vt dicit beatus Gregorius) admiratio eſt de ſapientia ⁊ maieſtate dei talem in hoc ſacramento virtutem perficientis

Adorant dominationes.

Adorant dominationes honorem eius qui in hoc ſacramento cõtinetur eſt enī plenum omni gratia non ſolum creata que eſt accidens ſed deo qui eſt gratia ſubſiſtens ⁊ increata atq; fons totius gratie et virtutis quare debetur ſibi etiam ab angelis honor ſummus qui eſt adoratio hanc greci Theoſebiam dicūt aut latriam vt recitat Auguſti 10 de ciui dei De qua etiā apoſtolus Hebreo 1. cum introducit primogenitū in orbem terre dicit ⁊ adorant eum omnes angeli eius Introduxit autem pater filium ſuū in hunc mūdum primo per incarnationem in vteru virginis Marie Introducit ſecundo eum quotidie qn hoc ſacramentu conficitur ⁊ ſumitur a fidelibus in vtero ſancte matris eccl'e Et notater explicantur hic dñationes (qui eſt ſupremus ordo ſcḋe hierarchie) ad incitandū fideles ad dei adorationem quia ſi illi celeſtes ſpiritus qui ex proprietate ſui nominis videtur minus inclinati ad exhibendā alicui reuerentiam ſc; dñationes deū adorant quātomagis nos infirmi homines debemus eum adorare

Tremūt poteſtates.

Sequitur tremūt poteſtates ſc; magnitudinem eius qui adoraſ Tremor enī conſurgit ex conſideratione proprie fragilitatis reſpectu maieſtati dei ad quā omnis creatura quantūcūq; perfecta ſi comparetur no modo parua ſed nulla videbiſ vnde ad immenſam huius ſacramenti maieſtatem neceſſe eſt omne creatura tremere/aut pauere nam ⁊ in paſſione chriſti (cui' hoc eſt memoriale) ſaxa ſciſſa ſunt/⁊ monumenta aperta terra tremuit ⁊ ſol obſcuratus eſt ⁊ ſicut in precedenti honoris ſpecie induxerat dñationes ita ⁊ nūc poteſtates ad quas (vt Dionyſius 8 in capl'o de celeſti hierarchia dicit) pertinet oẽs comprimere ⁊ neminem timere tn cognoſcentes ſuā poteſtatem fere nihil eſſe reſpectu diuine que eſt in hoc ſacramento merito tremunt quanto ergo magis humana fragilitas pauere debet ante hoc ſacramentū cū audit tremere celeſtes poteſtates Sequitur in prefatione tertium quod premiſimus in altiſſimis celebratum gaudium cum aut ſacerdos celi celorūq; virtutes/ac beata ſeraphin ſocia exultatione concelebrant

Celi celorūq; virtutes

Vbi etiā tria precipua ſunt nota. ſc; celi/celorum virtutes ⁊ beata ſeraphin vt oſtendat quanta cū iocūditate angeli oẽs aſſiſtūt huic tremendo myſterio celi hic dicunſ angelice mentes que ſup'a ſe cū qui in ſacramento eſt veneratur nam chriſtus aſcendit dignitate etiā ſcḋm humanitatem aſſumpta ſuper oẽs celos ⁊ vertices angelicos vt dicitur Ephe 4 Celorū virtutes ſunt illi de quibus in pſal' 102 Benedicite dño oẽs virtutes eius miniſtri ei' qui facitis volūtatem eius et hi concelebrant eum qui pre oibus voluntati dei patris perfecit vt dicit Joānis 17 opus conſumaui ⁊c

Beata ſeraphin.

Beata ſeraphin eſt ſuprem' ordo angelorum qui tot' ardens in veſtibulo trinitatis cõtinenter aſſiſtit/ac perinde antonomatice beatus dicitur tñ q; ſuper ſe contēplatur altitudinē diuine ſapiētie ⁊ ſuauitate huius ſacramenti ideo etiam concelebrat ſolenniter ⁊ iocūde cum alijs angelis hoc venerandum myſteriū Quia ergo illa excellētiſſima celorū agmina ſic cōcelebrant ⁊ feſtiuant dei maieſtatem in hoc ſacramento omo irrationabile eſſet ſi hoies ab hac celebritate ſe ſubtraherent nec cū angelis deū laudare vellet Haberetq; contra tales locum illa reprehenſio Job 38 vbi eras cū me laudarent aſtra matutina. i. angeli a principio mundi creati ⁊ iubilarent oẽs filij dei/ergo in prefatione ad excitandā noſtram tarditatem in veneratione huius tanti ſacramenti introducūtur angelorū ordines deū laudantes ⁊ adorātes quatenus eorū exemplo ⁊ nos moueamur ad digne ⁊ deuote aſſiſtendum celebrationi miſſe

⁊ Diuine laudis acceptatio.

Sequitur tandem prefationis pars vltima qua cõfeſſionis exhibende acceptatio poſtulatur dum addit ſacerdos. cum quibus ⁊ noſtras voces vt admitti iubeas deprecamur Vbi clara eſt ſententia q; ſupplicat vt voces hominū in laudibus dei miſceātur cõcelebrationibus celeſtibus angelorum et hoc quidem non iniuſte quia duo ſunt genera creaturarum rationaliū in angeli ſc; ⁊ homines. quos deus creauit vt laudibus diuinis inſiſterent et gratiarum actiones ei iugiter redderēt ſicut notat Magiſter in 2 diſtin 1 Dum ergo ea⁊ pari voto concelebrat quid aliud apparet niſi q inferiores ⁊ ſuperiores corde in eadem celeſti cithara reſonat de qua Apocalip 14 et audiui vocem quaſi citharedorū citharizantium in citharis ſuis ⁊c

Cū quib' ⁊ noſtras voces ⁊c.

Dicit ergo ſacerdos cum quibus ſcilicet angelis/dominationibus/⁊ poteſtatib' noſtras voces humiles quidem ſed rationabiles vt admitti in laude ſacramenti iubeas deprecamur quia ſine tuo iuſſu ⁊ gratia iuuate hoc non poſſemus implere vt inter angelos noſtre voces audiantur ⁊ hoc deprecamur

Supplici confeſſione

Supplici confeſſione non ſuperba preſumptione ſed ante conſpectum maieſtatis tue proni laudem tuam humili proſequamur deuotione

Epilog' pfatiōis.

Reſumentes igitur totam prefationem breui ſermone dicimus q intentio eccleſie ea inſtituentis fuit vt ſacerdos ante ſacramenti conſecrationē ⁊ ſumptionē preloqueref pp'lo excitans ipſum ad deuote celebrandū hoc tñ myſterium Et primo ponit verba incitantia dicens ei Dominus vobiſcum ſc; per gratiam ſuam que neceſſaria eſt ad hoc negociū Surſum corda ⁊ cogitationes ⁊ affectiões vr̃as leuate a terrenis ad celeſtia grās ⁊ laudes ⁊ bndictiones agam' dño deo nr̃o q; hoc vere dignū ⁊ iuſtū eſt equū ⁊ ſalutare qd' ſcḋo pbat duplici rone tum ppter excellentiā ſue maieſtatis q; dñe ſcte pater oipotēs eterne deus p chriſtū dñm noſtrū tum etiā ppter imitatione angelice officioſitatis q p ipſum maieſtatē tuā laudant angeli adorāt dñationes tremunt poteſtates/celi celorūq; virtutes ac beata ſeraphin ſocia exultatione concelebrant Tertio deniq; orat pro noſtre laudis acceptatione dicens cum quibus ⁊ noſtras voces vt admitti iu-

beas deprecamur supplici cõfessione dicẽtes ꝛc̃

S Prefationes speciales. Sunt vero preter hãc cõmunem prefationẽ quedam alie speciales. pro quibusdã festiuitatib⁹ sollennissimis que quidem non sunt ab ista diuisione sed ad maio em deuotiõis excitationem ex materia festi occurrẽtis causas diuine laudis supaddunt pro magnitudine mysterij tunc celebrati et sunt ille numero decem autentice idest autoritate vniuersalis ecclesie roborate quarũ nouem priores notãtur in canone de co di i Inuenimus vbi dicitur inuenim⁹ has nouẽ pfationes in sacro cathalogo tantũ recipientes ꝛc̃ prima est de resurrectione christi scda de eius ascẽsione tertia penthecostes quarta de natali dñi quinta de eius epiphania sexta de aplis septima de trinitate octaua de cruce. nona de ieiunio decima isup addif de btã virgine vt pz in decretis 70 distinctiõe sanctoꝝ canonũ. ex cõsilio Placentino ab Urbano papa quarũ prefationũ sententie qꝛ plane sunt in his q̃ superaddunt prefationi cõmuni predicte cõsulto eas relinquimus inexpositas lectoꝝ arbitrio

# Caput quartũdecimũ

et finale de expositione communis hymni / siue laudis angelorum ꝛ hoim qui incipitur sanctus sanctus



Xcitato populo fideli ex precedente prefatione ad cõfitẽdum dño mirabilia operanti in hoc sacramento: atqꝫ premissa ad deũ supplicatione vt nostras laudes cum vocibus angeloꝝ acceptaret/seu admitteret ordinauit eccĩa hymnum a choro decantãdum qui est cõmunis angeloꝝ ꝛ hoim excelsa laudatio adorãde trinitatis finita ergo pfatione chorus incipit cantare sanctus/sanctus/sanctus ꝛc̃ ꝛ hũc hymnũ Sixtus papa i instituit in predicto loco cãtãdum valde rationabiliter nam supplicatio precedens erat iusta cõfidit ergo eccĩa eam exauditã esse a deo propter cuius honorem facta est ideo adaptat hymnũ diuine laudis mixtum ex dictis angeloꝝ ꝛ hominum

1 Diuisio hymni. Diuiditur itaqꝫ iste cãtus in duas partes principales prima est vox angelorũ secũda hoim que incipit ibi Osanna in excelsis Pleni sunt ꝛc̃. Prima (que est laus ãgelica) sumif ex caplo 6 Esaie vbi dicif q̃ seraphin clamabant sub excelso dei solio sanctus/sanct⁹/sanctus dñs deus exercituum plena est oĩs terra glĩa ei⁹ ꝛ Apocalip 4. dicitur q̃ quattuor aĩalia nõ habebãt requiẽ die ac nocte dicẽtia sanctus/sanct⁹/sanctus / dñs deus oĩpotens qui erat ꝛ q̃ est ꝛ qui venturus est Scda (que est laus humana) sumitur ex euangelio Matthei 21. ꝛ Joãnis 12 vbi dicitur q̃ illi qui preibant/comitabãtur/ꝛ sequebantur dñm venientẽ in Hierusalẽ locum sue oblationis ꝛ sacrificij vespertini clamabat dicẽtes osanna in excelsis Benedictus qui venit in nomine dñi osanna in excelsis Nimirum ergo si hymnus iste qui sacrificio premittitur eiusdem passionis rememoratiuo ex predictis duabus vocibus cõponatur In quo etiam (vt beatus Gregorius dicit in q̃rto dialogorum ima summis) et terrena celestibus cõiunguntur ꝛ differunt aliter iste due partes huius hymni quia voce angelica vnitas essentie diuine ꝛ trinitas personarum cõmendatur: sed voce humana vnio diuinitatis et humanitatis in christo predicatur Que pars iterum subdiuitur in orationem scꝫ Osanna in excelsis ꝛ gratiarumactionem videlicet Benedictus qui venit ꝛc̃ ꝛ sic totus iste cantus tribus ex partibus integratur Cuius duplex erit declaratio Prima generalis de ipso deo absolute considerato Secunda specialis de eucharistie sacramento

Dicitur ergo in prima parte laudis angelice Sãctus ter ad significandũ personarum in deo trinitatem ꝛ semel dominus deus sabaoth ad explicãdam essentie/vel nature diuine vnitatem vt declarat Magister libro i sententiarum dist 2 ac si diceret sanctus pater / sanctus filius/ sanctus spiritus qui tres sunt vnus dñs deus ꝛc̃ vel repetitur illud nomen ter ꝓpter triplicem perfectionem quã significat esse in deo scdm triplicem huius nominis interpretationẽ: duas latinas ꝛ vnam grecam scdm enĩ gentiles sanctũ dicitur quod est lege statutum ꝛ firmatum a sancio verbo qđ est firmiter statuo ꝛ ordino ab omnibus inuiolabiliter obseruandũ ꝛ sic apud eos dicuntur leges sancte idest firme et valide obligantes populum Secũdum hebreos vero sanctum dicitur a sanguine quasi sanguine tinctum vel respersum quia vt apostolus notat Heb 9 omnia in sanguine mundantur ꝛ sanctificantur scdm legem Nam apud eos nihil dicebatur sanctum quod non esset sanguine hostie respersum ac perinde deo consecratum ꝛ ad alios vsus cõmunes non applicandũ ꝛ sic apud eos dicebãtur sacerdotes sancti et vasa templi sancta idest sanguine tincta Tertio hoc nomen sanct⁹ translatum est a greco agios idest sine terra vel separatum a terra: ꝛ sic sctũs dicitur ille qui est separatus ab immũdicijs et actibus terrenis vel negotijs mundanis ꝛ sic exponit Origenes illđ Leuitici Sãcti estote idest separati ab immũdicijs Est ergo sanctus idem quod firmus / ab omni imperfectione mundus/ꝛ a terra sublimiter eleuatus que tria maxime conueniunt diuine nature quia ipsa est firma cum sit immutabilis et eterna Malachie vltimo Ego dñs ꝛ non mutor est ab omni imperfectione munda quia simpliciter perfectissima Leui 19 sanctus dominus deus noster est deniqꝫ super omnia terrena sine proportione eleuata qꝛ infinita psal' 112 excelsus sup oẽs gentes dñs ꝛ propterea ter dicif sanctus etiã essentialiter Si vero accipiatur psonaliter

2 Prima declaratio.

Sanctus sanct⁹ sanctus.

pater eſt ſanctus Joannis 17 pater ſancte ſerua
eos ꝛc̄ filius eſt ſanctus Luce 1 Quod naſcet ex
te ſanctū vocabit ꝛc̄ ſpūs eſt ſanct⁹ Joānis 20
accipite ſpiritū ſanctū Et quelibet perſona dicit
ſanctus non quaſi ab alio ſanctificatus ſed qꝛ eſt
ſanctificans creaturā ſequit ſingulariter ꝛ no re
plicate dn̄s deus qꝛ licet ſit dn̄s pater/ dn̄s fili⁹/
ꝛ dn̄s ſpūſſanctus tamē(ſicut dicit Athanaſius)
nō tres dn̄i ſed vnus eſt dn̄s ſimiliter no tres dij
ſed vnus eſt deus de quo Deutero 6 audi iſrael

Dn̄s de⁹ ſabaoth.

dn̄s deus tu⁹ vnus eſt Additur hebreū ſabaoth
quod virtutū vel exercituū interpretat qꝛ de⁹ no
ſter eſt dn̄s exercituū celeſtiū angelorū qui dicū
tur virtutes ꝛ terreſtriū hominum viatorū nam
eccl'ia xp̄i ſiue triūphantiū in celis/ ſiue militan
tium in terris eſt velut caſtrorū acies ordinata
Canticorū 6 ꝛ tot exercitus deus habet in terra
quot ſunt hominū ordines in eccl'ia totq; in ce
lis quot ſunt angelorū ordines ideo benedicitur

Pleni ſunt celi et terra.

dn̄s deus exercituum Sequitur pleni ſunt celi ꝛ
terra i angeli ꝛ hoīes glōia tua que eſt beatitu
do eterna ill'i quidem in re ꝛ poſſeſſione iſti ve
ro in ſpe ꝛ promiſſione pleni quidem ſunt quia
quieti ꝛ ſatiati iuxta id pſalmi ſatiabor cū appa
ruerit glo ia tua vel pot dici q̄ pleni ſunt celi per
apertam viſionē/ et terra p fidei reuelatione glorie
chriſti i notitia glorioſe paſſiōis ſue reſurrectionis
aſcēſiōis ꝛc̄ qꝛ in oēm terrā exiuit ſonus ap̄lorū
predicantium gloriam chriſti ad Rom̄ 8 poteſt
etiā intelligi de preſentia corporali chriſti que in
celis eſt aperta in terris velata ſpeciebus ſacra
mētalibus/vel pot intelligi de preſentia diuinita
tis eius iuxta illud Hieremie 23 Celū ꝛ terram
ego impleo Poteſt demq; hoc aptari glīoſe ſue
gubernationi qua vt dicitur Sapiētie 8 attingit
a fine vſq; ad finem fortiter ꝛ diſponit oīa ſuaui

Oſanna i excelſis.

ter In ſcd'a parte huius cātici que eſt vox huma
na primo ponit oratio vel petitio verbo hebrai
co oſanna i ſalua nos in excelſis i in celis quo ad
aīas p̄ncipaliter qꝛ ad hanc ſalutē procurandā
hoībus p̄ncipaliter venit chriſtus nō aūt in ter
ris ante finē mūdi quo ad corpora Sed poſt die
iudicij ſaluabit etiā corpora ſanctorū ideo ponit
bis oſanna ꝓpter duas humane ſalutis partes
que ſunt ſtolla mētis/ꝛ ſtolla corporis vt ſit ſen
ſus obſecramus ſalua nos in excelſis primo ſe
cundū aīas poſtea ſcd'm corpora ꝛ notandum q̄
iſte humane laudis verſiculus etiā inuenitur in
pſalmo 117 ſub alijs verbis O dn̄e ſaluum me

Benedictus q̄ venit in nomine dn̄i

fac ꝛc̄ Poſtea ſequitur Benedictus qui venit in
noīe dn̄i Ubi ſcd'o ponitur gratiarū actio de be
neficio incarnationis chriſti Benedictus ergo ſit
filius dei qui venit ad nos ſcd'm humanitatem
aſſumptā in noīe dn̄i i dei p̄ris ſui Joānis 5
Ego veni noīe p̄ris mei ideſt tanq; legatus eius
q̄rens gloriā ꝛ honorē eius in oīb⁹ geſtis ꝛ v̄bis
meis ego inquit non q̄ro gloriā meā ſed honorifi

3 Scd'a declaratio.

co patrē meū ꝛc̄ Joānis 8 Specialis et ſcd'a ex
poſitio huius cantici erit in ordine ad euchariſtie
ſacramētum qd' verbis canonis imediate ſequē
tis conficitur Ubi primo ter dicitur Sanct⁹ vel
propter perſonarū diuinarū diſtinctionē que oēs
ſingulariter in hoc ſacramēto operate ſunt. ſicut
in chriſti incarnatione nam virtus altiſſimi que
eſt potētia patris obūbrauit virgini dum ſuimet
perfectā imagine impreſſit virginis vtero ꝛ huic
ſimiliter noſtre redēptionis ſacramento Umbra
eni vt vult Origenes eſt forma in ſpeculo reſul
tans ex facie reſpicientis Spiritus aūt ſanctus
ſuperueniēs tam in vterū virginis in quo panis
iſte cofectus eſt ) q̄ in ſacramentū euchariſtie(in
quo ſubſtātia panis materialis traſubſtantiatur
in corpus chriſti ) ſua operatione oīa perficit fi
lius vero eſt qui oīa a patre impreſſa ꝛ ab ſpiritu
ſancto perfecta tam in vtero virginis / q̄ in ſa
cramento ſibi vniuit ideoq; dixit caro mea vere
eſt cibus/ꝛ ſanguis meus vere eſt potus Joa 6

Sanctus ter.

Uel dicitur Sāctus ter ꝓpter tres ſubſtātias in
chriſto ex quibus hoc ſacramentum cōficitur ſcʒ
antiqua/noua/ꝛ eterna ideſt corpore aīa ꝛ deita
te quarum quelibet eſt res ſancta. Corpus enim
chriſti dicitur ſubſtantia antiqua quia de maſſa
corporis antiq̄ Adam ſumpta eſtq; ſanctū quia
ab omni inquinamēto peccati mūdum ꝛ immu
ne quippe quod nō per ſeminum cōmixtionem
ſed per ſpiritusſancti operationem cōceptum le
gi originalis macule nō fuit obnoxium Anima
chriſti dicitur ſubſtātia noua quia in hora incar
nationis eius fuit de nouo creata eadem etiam
dicitur ſancta qꝛ in ipſo ſue creationis momen
to omni ſanctitate fuit repleta ideſt omni gratia
et ſapientia ad Coloſ 2 in quo ſunt oēs theſau
ri ſapientie et ſcientie dei Diuinitas chriſti pro
culdubio eterna eſt et vere ſanctiſſima ex cuius
ſanctitate filius dei tam corpus/ q̄ animam ſibi
vniuit ſanctitate plena adeo vt ille homo qui eſt
filius dei omni ſanctitate redundaret ad totius
eccl'ie ſue ſanctificationē copioſam Joānis 1
de plenitudine eius omnes accepimus et infra
cap 17 ego pro eis ſanctifico meipſum Hac igi
tur ratione dicit in hoc hymno Sāctus ter q d
q̄ chriſtus in hoc ſacramento cōtētus eſt Sctūs
propter carnis mūdiciam/Sanctus propter aīe
gratiam/Sactus demq; propter diuinitatis ex
cellentiam quia tn̄ in chriſto eſt vna tm̄ perſo

Dn̄s de⁹ ſabaoth

na Additur in ſingulari dominus de⁹ ſabaoth
in quibus verbis tria ſignificātur ex quibus pe
det huius ſacramenti cōplementum ſcilicet fa
cultas/modus/ꝛ virtus nam in verbo dominus
oſtenditur eius facultas / ſiue copia diuitiarum
Joelis 3 dominus diues eſt in omnes qui inuo
cant eum modus in verbo Deus quia habet ſa
pietiā/ſiue prouidentiam regiminis omnium cre
aturarū maxime hoīm Sapiētie 14 tu aūt pater
gubernas oīa prouidentia ꝛ 1 Petri 5 ipſi cura
eſt de nobis Uirtus oſtēditur in verbo Sabaoth
ideſt virtutū ad facienda miracula vel i exercituū
qꝛ oēs exercitus eccl'ie triūphātis ꝛ militātis huic
ſacramēto vel aſſiſtunt vel miniſtrant miniſtrat
eni eccl'ia ꝛ aſſiſtit celeſtis curia ad hoc vt demo
nū virtus expellat ne īpediat miniſteriū noſtrū
quo chriſti corpus myſticum ſuo capiti vniatur ꝛ

hec virtus celeſtis curie ab eo profluit de quo di‑
citur in pſalmo 23 Dns virtutũ ipſe eſt rex glie
plení ſũt celi ⁊ terra ꝛc. Sequitur pleni ſunt celi ⁊ terra gloria tua quia
angeli ⁊ homines beati (in quorum laudem hoc
ſacramentum offertur) ſunt pleni ⁊ ſaciati glo‑
ria eius per viſionem ſue diuinitatis atqꝫ huma‑
nitatis viatores etiam homines ſunt pleni glo‑
ria ideſt gratia eius in quorum adiutorium pa‑
riter ⁊ cibum hoc ſacramentum cõficitur Com‑
prehenduntur etiam nomine terre exiſtentes in
purgatorio quibus etiam hoc ſacramentum ſuf‑
fragatur vt ⁊ ipſi pleni ſint miſericordia liberati
Oſanna i excelſis a ſuis penis Deinde ſubditur oratio / Oſanna i
obſecramus ſalua nos in virtute huius ſacramẽ
ti in excelſis celis quia non poteſt eſſe nobis ſa‑
lus ſine ſanguine chriſti vt probat apoſtolus ad
Hebre 9 Similiter neqꝫ remiſſio penarum Za‑
charie 9 Tu autem in ſanguine ꝛc̃ vt omnes in
hoc ſacramento ſanguinis tui ſalues in quo to‑
tius relucet operatio trinitatis Additur tertio gra‑
Bñdict⁹ q̃ venit in noĩe dñi tiarumactio Benedictus qui venit in nomine
domini nam ſicut patres ve teſt patriarche ⁊ ꝓ‑
phete ſimiliter ⁊ patres no teſt apoſtoli / marty‑
res ⁊ confeſſores licet diuerſis temporibus vna
tamen fide benedicebant chriſtum in primo ſuo
aduentu ad ſe offerendum in ſacrificium paſſio‑
nis ſue ꝓ omnibus ſic etiam nos in eadem fi‑
de ⁊ gratiarumactione dignum eſt vt recipiam⁹
ipſum venientem ad altare noſtrum offerẽdum
a nobis ſacrificium ſalutare ideo cantam⁹ cum
turbis ipſum cõmitantibus dicentes Bñdictus
q̃ venit in noĩe dñi bñdictus inquã non ſic ꝙ ex
nr̃a bñdictiõe ipſe fiat btũs aut aliq̃d bonum ei
accreſcat. ſed q2 bñdictus ꝑdicaꝛ a nob ſ atqꝫ lau‑
datur eo ꝙ ipſe venit ad nos plenus bñdictioni‑
bus q2 pater bñdictionem oim gentiũ dedit illi
Eccleſiaſtici 44 ⁊ q2 ipſe bñdictus bñdixit nos
in omni bñdictione ſpũali ſic ergo bñdictũ eum
dicẽtes ⁊ grãs ei agẽtes in laude ꝑdicam⁹ bona
q̃ ipſe in nos effudit ⁊ ſic bñdict⁹ qui venit ſicut
olim ſemel ſe offerẽdo ita quotidie oblationem
illam in altari repñtando pſalmo Benedictus
dñs die quotidie ꝓſperũ iter ad ſalutẽ nr̃am fa‑
ciat ꝑ ſuam oblationẽ nobis deus ſalutariũ nr̃o‑
rum Venit tandem in noĩe dñi ideſt ad oſtenden‑
dam nobis potentiã domini ſui dum nos ꝑ hoc
ſacramentũ ab infimis exaltat ad ſuperos / a pau‑
pertate nos releuat ſuis diuitijs / a caſu peccati
nos ꝓſeruat ſua virtute Repetitur in fine iterũ
Oſanna i excelſis Oſanna in excelſis q2 petimus vt ſaluet nos in
ſecunda ſalute in fine mundi a miſeria pene per
gloriam reſurrectionis q̃ pri⁹ nos ſaluauit a cul‑
pa ꝑ grãm ſue bñdictionis Quatenus vt dicitur
primi regum ſcđo ſuſcitet in die iudicij de pulue‑
re egenũ ⁊ de ſtercore erigat pauperem ppl'm ſuũ
fidelem vel ſedeat cũ principibus illis celeſtib⁹
et ſolium glorie teneat in excelſis.

## Primi libri de officijs

eccleſiaſticis in genere finis.

## Secundus liber huius eccleſiaſtici operis exponit iam ſpecialiter ſingula officia miſſalis de tempore: et communia de ſanctis. Habet xxxvj. capita principalia.

## Caput primum huius

libri Prohemium diſtinguit librum Miſſalem et ſimiliter quemlibet alium officiarum eccleſie Romane in quattuor ꝓcipuas partes



Niuer
ſum tempus a
principio mun‑
di vſqꝫ ad finẽ
eius licet a ſctis
doctoribus ſuꝑ
textum biblie in
ſepte etates fue‑
rit diſtributum
correſpõdẽter ad 1
ſeptem dies pri‑ generalis diuiſio tẽporũ quadrifaria.
mordialis creationis rerum phiſica tamẽ qua‑
dam ratione officiorum eccleſiaſticorum autores
in quadras non inepte idem tempus diuiſerũt
Sicut enim in regione ſublunari nos ambiente
Elemẽta quattuor quattuor ſunt prima corpora vocata elementa
ignis / aer / aqua / ⁊ terra ita in humano corpore
Humores quattuor noſtro quattuor principales diſcernũtur humo‑
res ꝑdictis quattuor elementis correſpondẽtes
colera igni / ſanguis aeri / flegma aque / ⁊ melan‑
cholia terre Immo penes talium humorum ex‑
Cõplexiones q̃tuor. ceſſus vel predominia in humano corpore ſub
latitudine humane complexionis (que tempe‑
rata eſt calida et humida) diuiduntur quattuor
principales hominum complexiones colerica /
ſanguinea / flegmatica / ⁊ melancholica Maximi
etiam philoſophorum non totum tempus (cui⁹
nec principium neqꝫ finem nouerunt) ſed quã‑
libet temporis periodum ſiue magnã ſiue par‑
uam eadem ducti ratione (de quadrifida mun‑
di et hominis particione) in quattuor diuiſerũt 2
Diei naturalis ꝑtes quattuor. partes Nam diei naturalis (a media nocte in‑
cipiendo more eccleſiaſtico) prima pars que et
nox dicitur frigida ⁊ humida ponitur vt aqua et
flegma / ſecunda mane humidum ⁊ calidum vt
aer ⁊ ſanguis / tertia meridies calidus et ſiccus
vt colera / veſpera deniqꝫ pars quarta ſicca ⁊ fri‑
Mẽſis lunaris q̃tuor gida vt terra ⁊ melancholia Menſis etiam lu‑
naris ex ipſa lune manifeſta oſtenſiõe quattuor
docetur habere hebdomadas prima enim qua‑
dra a coniunctione luminarium vſqꝫ ad diem
ſeptimum ſanguinea ponitur vt aer ſecunda ad
diem quartumdecimum terminata colerica di‑
citur vt ignis tertia hebdomas plenilunium ſe‑
quens melancholica eſt vt terra. quarta deniqꝫ

p̄dicti menſis finem faciens flegmatica cenſetur velut aqua Annus quoqȝ ſolaris quattuor notiſſima tempora habet ver/dico humidum et calidum/eſtatem calidam ɤ ſiccam/autumnum ſiccum ɤ frigidum/ɤ hyemem frigidam ɤ humidam Hominis item naturalem vite periodum quamuis Yſidorus ſeptenariam faciat ad ſimilitudinem ſeptem etatum mundi maioris tamē Ptolemeus phiſica ratiōe quadritariam docet debere habere partitionem pueritiam videlicet flegmaticam/adoleſcentiam ſanguineam/iuuentutem colericam/ɤ ſenectutem melancholicā Pari ergo ratione totalis mundi vita ſeu periodus maxima in quattuor precipuas humani generis varietates diuidi potuit a ſanctis illis Theologis qui eccleſiaſtica officia ordinantes ɤ principium ɤ finem mūdani curſus ex fide ac reuelatione diuina cognouerunt prima namqȝ eius pars fuit legis nature ſtatus ab Adam vſqȝ ad Moyſen ſecunda legis ſcripte a Moyſe vſqȝ ad chriſti aduentum Tertia legis euangelice a natiuitate chriſti vſqȝ ad eius aſcenſionem in celū Quarta deniqȝ pars fuit doctrine eccleſiaſtice ab aſcenſione chriſti vſqȝ ad finem huius ſeculi Et conſonat iſte varietates ſatis bene prelibatis diei naturalis/menſis/lunaris/anni/ſolaris/ɤ vite cuiuſlibet hominis partib⁹ quaternis Primum enim horum quattuor mundi maioris temporum actū eſt ſub patriarchis quod ɤ a ſanctis doctoribus eccleſie dicitur tempus peccati vel preuaricationis aut deuiationis hominū a vero deo qꝛ in eo non ſolum primi parentes noſtri peccauerunt preuaricantes mandatum dei in paradiſo terreſtri ſed etiam omnes fere filij ſui poſt eos ad vitia immaniſſima atqȝ ad falſa idola deuiarunt quare tempus illud propter nimiam obtenebrationem rationis humane rectiſſime aſſimilatum eſt nocti/hyemi/pueritie/ɤ vltime quarte menſis lunaris in genere humano Secundum tempus fuit ſub ꝓphetis ſcilicet a Moyſe vſqȝ ad Malachiam et dicit tempus reuocationis aut renouationis hominum qꝛ in eo deus ꝑ ſuos prophetas cepit reuocare homines ad ſe et legem nature iam in eis valde obſcuratam renouare per illuſtrationem diuine reuelationis in lege ſcripture ideo optime tempus illud aurore/veri/adoleſcentie/nouiqȝ illuminationi lune comparatur Tertium fuit tempus plenitudinis gratie ſub chriſto principe in terris agente cum hominibus ſcilicet a ſua natiuitate vſqȝ ad aſcenſionem eius Diciturqȝ a ſanctis tempus viſitationis ſeu recōciliationis mūdi inquo vnigenitus dei filius aſſumpta humanitate noſtra viſitauit nos oriens exalto/ɤ per ſacrificium paſſionis ſue reconciliauit homines deo patri quare tale tempus palam conſonat meridiei/eſtati/iuuentuti/ɤ plenilunio Quartum deniqȝ tempus decurrit nunc ab aſcenſione chriſti ſub doctrina ſancte ac eccleſie doctorum ɤ appellatur ab eis tempus peregrinationis/penitentie/et laboris populi fidelis. nam conſumatis iam in priore tempore tertio omnibus humane ſalutis myſterijs non aliud reſtabat agendum ſeruis dei niſi ꝙ in hoc tempore vltimo mundi laborioſis virtutum actibus peregrinarentur ad celeſtem illā Hieruſalem que eſt beatitudo perennis merito ergo tali tempus veſperi/autumno/ſenectuti/et lune decremento adaptatur Cum itaqȝ ſuperius in prolegis generalibus huius noſtre operis oſtenſum ſit ꝙ ſacroſancta eccleſia chriſtiana in ſuis officijs de diuinis laudibus in templo dei intendit totam mundi periodum cōmemorare ꝑ totum anni circulum ſicut ɤ per omnia vnius diei officia vt etiam in primo huius operis libro declaratum eſt capitulo tertio intendatqȝ predictarum quattuor humani generis varietatū ſacramenta recenſere (quod ex hiſtorijs matutinalibus deduximus demqȝ ex officijs miſſalibus adhuc oſtendem⁹ in hoc ſecundo libro) nimirū ſi quadrifidum in quattuor principales partes diuiſum fecerit totum ſuum librum officiariū ſeu totum eccleſiaſticum officium Nam tempus deuiationis hominum a deo eccleſia reꝑſentat a Septuageſima vſqȝ ad fine Quadrageſime legit enim tunc temporis in matutinis ſucceſſiue ꝑ ſuas hebdomades librum geneſis qui omnes hiſtorias priorū etatum mūdi ab Adam vſqȝ ad Moyſen breuiter narrat Tempus aūt reuocationis eorundem hominum ad deum ſub ſpe reparationis eorum a ſuo lapſu celebrat in aduentu domini qui ad feſtum natiuitatis eius terminat vnde ɤ tunc oracula Eſaie ɤ aliorum prophetarum hunc reparatorem promittentium ex parte dei legit in officio nocturno Tempus vero viſitationis ac reconciliationis hominum cum deo ſuo comemorat eccleſia tum in feſtis natalicijs tum ɤ in tempore paſchali ɤ hoc propter duplicē chriſti reparationis vitā quam habuit apud nos in hoc mūdo prius ſcȝ mortale ɤ poſtea immortalem ideo in talibus temporib⁹ legit in matutinis libros noui teſtamenti hanc viſitationē et reconciliationem deſcribentes vt epiſtolas pauli/actus apoſtolorum/ɤ apocalipſim Joannis ɤc Tempus deniqȝ peregrinationis fidelium celebrat eccleſia a penthecoſte vſqȝ ad aduētū dn̄i excluſiue videlicet docens per multas dominicas quibus ɤ qualibus actibus fideles ſeſe exercere debeant in hac ſua peregrinatione ad hoc vt bene perueniat ꝓmereantqȝ ſuam beatitudinem qꝛ ſcilicet viriliter pugnando contra hoſtes anime prudenter ſe habendo in proſperis/ɤ paciēter in aduerſis Huius ſignū eſt qꝛ in tēpore illo eccleſia legit in matutinis libros regū ɤ Machabeorū de bellis/libros ſapientie ſalomonis ɤ aliorū de prudentia/libros Job ɤ Thobie de patientia/et tāde vltimos ꝓphetarū veteris legis de ſpe eterni premij Ad hoc etiā tēpus peregrinationis pertinet illud breue interuallū quinqȝ vel ſex dn̄icarū ab octauis Epiphanie vſqȝ ad ſeptuageſimā prout in expoſitione illorū officiorū declarabit Comemoratio namqȝ myſterij nr̄e pegrinatiōis nr̄e bipartita eſt in officio eccleſiaſtico quēadmodū

Anni ſolaris qttuor.

Humane vite partes qttuor.

3 Maioris mūdi tēpora qttuor

Tempus deuiationis.

Tempus reuocationis.

Tēp⁹ viſitatiōis.

Tēp⁹ peregrinationis.

4 Eccleſiaſtici officiarij partes qtuor

Septuageſima.

Aduent⁹

Natalicia ɤ paſchalia feſta

Officia poſt penthecoſtē.

etiam dictū eſt de myſterijs viſitatōis ꝛ reconci-
liatōis in feſtiuitatibus/natalicijs/ꝛ paſchalib⁹
predicto rū officio rū modi diuerſi
Modi etiam editionis ꝛ cantus eorundem offi-
ciorum diuerſi hec eadem myſteria perſonant
nam a ſeptuageſima vſq; ad finem quadrageſi
me omnia leticie cantica ſubticentur ſcilicet Te
deum laudamus/Gloria in excelſis / ꝛ Alleluia
q̄ videlicet illa officia commemorant res lame-
tabiles et luctuoſas ideſt lapſum humani gene-
ris ꝛ peccata primorum parentum econtra vero
in feſtis natalicijs ꝛ paſchalibus omnes diuino
rum officiorum cantus leticiam reſonant pro-
pterea q̄ res letiſſimas repreſentent hoc eſt na-
tiuitatem ꝛ reſurrectionem chriſti et generaliter
omne opus noſtre reparationis non enī poſſunt
filij ſponſi lugere (ait chriſt⁹) q̄diu cum eis fue-
rit ſponſus In aduentu autem temperatum eſt
gaudium in officijs eccleſie (ſicut ꝛ lux aurore
ſubobſcura eſt) nam dimiſſis alijs leticie canti
cis ſolum Alleluia et parum ſolenniter canta-
tur nam tempus vet legis in aduentu repreſen
tatum temperatum habuit gaudium ſcilicet pro
cedens ex ſpe ſaluatoris futuri nondum autem
preſentis Tandem in officijs eccleſie poſt octa-
uas Epiphanie et poſt octauas Penthecoſtes
cantus leticie quandoq; aſſumuntur ꝛ quando
q; dimittuntur quia vita peregrinantium per
mixtas ſolet habere conſolationes cum tribula
tionibus ſecundum illud pſalmi. 118 Cantabi-
5 les mihi erant iuſtificationes tue in loco pere
Lib i miſſalis diuiſio quadrifida.
grinationis mee Ex premiſſis ergo patere po-
teſt clariſſime lib i miſſalis Romani (cuius ex
poſitioni principaliter intendimus in hoc ſcdo
libro) quattuor eſſe partes principales ſicut et
cuiuſlibet alterius libri officiorum eccleſie quos
omnes ſimul cum libro Miſſali ſufficienter de
clarabim⁹ Verum non omnes ille partes ſunt
in ſeipſis continue ꝛ vnite ſed (vt prediximus)
ex cauſis vrgentibus alique earum ſunt in ſuis
membris diſperſe ac ſeparate Hanc vero diui
ſionem quadrifidam librorum eccleſiaſticorum
intelligimus quantum ad officia de tempore
nam in officijs communibus de ſanctis noue
nariam in ſuo loco faciemus diuiſionem Atq;
in ſingulis predictorum officiorum duos princi
paliter requiremus ſenſus vnum hiſtoricum
Mod⁹ procedēdi in expoſitione officiorum.
ad fideles preteritos aut futuros pertinentem
(quorum egregia geſta hec officia commemo-
rant) Alterum moralem ad fideles preſentes
directum quibus neceſſaria ſalutis monita tra-
dere intendit eccleſia pro qualitate ſingulorum
temporum anni Verum in commentario no-
ſtro licet totum vnum officium ad duos ſenſus
exponamus tamen quaſdam eius partes ma
gis ad vnum et quaſdam magis ad alium ſen-
ſum contrahemus nam communiter Introitus
Miſſe/Graduale / et alij cantus a beato Grego-
rio ordinati pro clericis in choro principalius reſ
piciunt hiſtoricum ſenſum de geſtis aliorū tem
porum in tali officio commemorans Oratio ve-
ro cum epiſtola magis ad doctrinam moralem
q̄ ad hiſtoriam facere videntur ſed Euāgelium
miſſe cathecuminorū pars pancis altiſſima vtrā-
q; intelligentiam eque principaliter reſpicit At-
tamen his duobus ſenſibus a nobis hic tradi-
tis ſemper eſt a lectore preſupponendus ac pre-
requirendus ſenſus litteralis cuiuſlibet autori-
tatis ſacre biblie ad illud officium adducte quē
ex gloſis communibus poſtillis/ſermonibus/et
homelijs faciliter habere poterit ac propterea
de illo ſenſu hic fere nihil tetigimus niſi valde
raro ꝛ vbi notabilem difficultatem eius plenius
aut per neceſſariam illius coherentiam ad nros
ſenſus hiſtoricum ꝛ moralem Intendimus enī
in hoc opere ſimplices ſacerdotes ac predicato-
res principaliter erudire quatenus ꝛ ipſi valeāt
plebem fidelem mediocriter atq; ſalubriter do-
cere declarando et officium eccleſiaſticum ad
tres ſenſus ſcilicet litteralem ex communibus
gloſis/hiſtoricum ex his noſtris commentarijs/
atq; moralem ſuper altero pdictorum ſenſuum
edificatum

## Caput ſecundum de pri

ma libri miſſalis parte hoc eſt de tempore aduē-
tus agit in generali eſtq; pheminium ad eam par-
tem ſolummodo



T ſi ordo hiſtoriarū mun-
di (quas eccle-
ſiaſtica officia cō
memorent vt p̄
notauimus) ha-
beat q̄ deuiatio
humani generis
a deo de q ſunt
officia ſeptuage
ſime ꝛ ſexageſi-
me tempore p̄- 1
ceſſerit eius reuocationem ad deum de qua agi- Ab aduē
tur in aduentu noluerunt tamen patres offi- tu officia
ciorum eccleſiaſticorū inſtitutores a ſeptuageſi eccleſie in
ma ſed potius ab aduentu officiarios libros in choanda
choare ꝛ hoc multis ex cauſis tum in deteſtatio eſſe.
nem peccatorum noſtrorum quia noluerunt ab
humanis erroribus ordiri tum quia officia ſep-
tuageſime ſunt lamentabilia et nimis onerosa
que ſtatum propoſita fidelibus nimis exterre-
rent ſimpliciores tum quia in aduentu noui re-
gis omni regni officia ſolent inuocari apud ſe-
culares et ſimiliter chriſtus in ſuo aduentu ſa-
cerdotium ꝛ omnia legis ſacramenta innouan-
do mutauit Conueniens ergo fuit vt in libris
officiorum eccleſie fieret innouatio ſeu inchoatio
ab aduentu noui regis chriſti Cum deniq; quia
eccleſia in ſuis officijs principaliter reſpicit chri-
ſtum hominū reuocatorē ac reparatorem quod
ipſe in primo ſuo aduentu egit per ſeipſum ꝛ ſu-
os predicatores apoſtolos idq; faciet in ſecun-
do aduentu per angelos miniſtros ſuos propter
quod in apocalipſi de ſeipſo dicit Ego ſum Al-

pha ⁊ Ω. id eſt principium ⁊ finis hominum ma-
xime fidelium ergo conueniens fuit vt officia ec-
cleſiaſtica ⁊ a chriſto inciperēt ⁊ ad eundem ter-
minarentur ac per inde principium libri officia-
rij eccleſie ſumeretur a primo chriſti aduentu ⁊
finem haberet in ſecūdo de quo agit vltima do-
minica poſt penthecoſte aduentui proxima Nec
Obiectio obſtat huic ſententie quod apoſtolus Paulus
vocat chriſtum ſecūdum adam de celo celeſtem
poſt alium qui in principio mundi creatus fue-
rat de terra terreū ⁊ de quo agitur in officio ſe-
ptuageſſime ab eo igitur prior videretur officia-
rium librum eccleſie incipiēdum ⁊ non a poſte-
riori celeſti Quare a ſeptuageſima ⁊ non ab ad-
uentu debuiſſet incohari Ad quod Responde-
mus ꝙ licet ille Adam terrenus fuerit prior ce-
leſti ordine generationis ⁊ temporis tamen iſte
Reſpōſio illum longe precexcelit ordine perfectionis ⁊ in
ratione finis ⁊ item qꝛ eccleſia catholica per hec
ſua officia intēdit fideles inducere ad hoc vt ab-
iecta vetuſtate prioris Adam induant hunc no-
uum hominem qui ſecundum deum creatus eſt
in omni ſanctitate ideo magis debuit ſua officia
incipere a chriſto pricipaliter intēto in eis ⁊ per
conſequens ab aduentu de renouatione mun-
di per chriſtum ꝙ̃ a ſeptuageſima de vetuſtate
primi hominis terreni que eſt abijcienda. Aduē-
tus itaqꝫ commemorans ſuis officijs humani ge-
2 Aduent' hebdomades q̃ttuor neris renouationem per oracula prophetarum
quattuor fere hebdomadis celebratur cuius nu-
meri duplex eſt ratio iuxta duos ſenſus quos in
his officijs intendimus Prima eſt hiſtorica de
cōmemoratione temporis reuocationis ſub lege
veteri qꝛ totum illud tempus a Moyſe vſqꝫ ad
chriſtum quadrifarium fuit quattuorqꝫ varios
Quattuor veteris popli ſtatus. ſtatus habuit in eo fidelis populus dei primus
fuit ſub iudicib' a Moyſe vſqꝫ ad regem dauid
excluſiue ſecundus ſub regibus ſuis fidelibus
vſqꝫ ad captiuitatem babilonicam Tertius ſub
tyrannis infidelibus vſqꝫ ad Malachiam ⁊ reedi-
ficationem templi ⁊ ciuitatis ſancte Hierulalem
Quartus ſub ſilentio omnium prophetarum et
ſabbatiſmo legis ſcripte idest per ſexaginta et
duas fere annorū hebdomades a Malachia p-
pheta vſqꝫ ad chriſtum In quo tpore neqꝫ ap-
paruit miſſio prophetarū ad populum dei/neqꝫ
aliqui libri de canone veteris legis ampli' ſcri-
pti ſunt ſed talia omnia ceſſauerūt pariter ⁊ bel-
la quaſi conſtituto populo illo in ſabbato vel re-
quie ſua preter parui cuiuſdā temporis pertur-
batiōem que deſcribitur in libris Machabeoꝝ
Altera ſolet dari ratio moralis ſcilicet pp̄ter du-
plicem chriſti aduentum ad nos. quem in his of-
Quattuo chriſti aduētus. ficijs decantamus ac celebramus primus eius
aduentus fuit in mundum per incarnationem
ſecundus erit aduētus ad iudicium per genera-
lem hominum reſurrectionem tertius quotidie
fit aduentus eius in mentem per gratificatione
quartus ſimiliter eſt quotidianus aduentus ad
mortem per vite exinanitionem De primo ho-
rum dicitur Io. primo in propria venit et

capitulo 13 exiui a patre ⁊ veni in mundum de
Secūdo Mathei 24 tunc videbunt filium ho-
minis venientem in nubibus celi. de Tertio Ioā-
nis 14 ad eum ſcilicet qui diligit me veniem' ⁊
manſione apud eū faciemus de Quarto Luce
12 Beatus ſeruus quem cum venerit dominus
inuenerit vigilantem Et quia aduentus dei ad
mortem hominis eſt valde incertus eodem teſte
qui ait vigilate qꝛ neſcitis diem neqꝫ horā ideo
ad hoc ſignificandum hebdomada quarta ad-
uentus nō habet certum dierum numerum ſed
fere ſemper manet imperfecta que etiam in hoc
correſpondet quarto tempori legis veteris quod
alijs tribus fuit imperfectius atqꝫ incertius pro-
pter ſilentium prophetarum que diximus Ve-
runtamen iſtarum quattuor dominicarum ad-
uentus officia nō ſunt adeo diſtincta inter ſe ꝙ
vnū eorum preciſe agat de vno aduentu chriſti
et alterum de altero ſolum imo ſi bene inſpicia-
mus hec officia in miſſali Romano quodlibet
iſtorum officiorum de quolibet predictorum ad-
uentuum ſimul agit ſecundum diuerſas tamen
ſui partes quamuis in principalioribus partib'
hec dominica magis iſtum aduentum explicet
ꝙ̃ illa et econuerſo illa magis illum ꝙ̃ iſtum
quod euangelia clariſſime demonſtrāt. Attamen 3
quia horum quattuor aduentuum chriſti duo Duo pncipalioꝛes aduentus chriſti.
ſunt principaliores ⁊ nobis manifeſtiores ſcili-
cet aduentus in mundum ⁊ ad iudicium ideo
euangelia huius temporis ſolos illos duos ad-
uentus expreſſe cōmemorant de alijs vero duo-
bus idest de aduentu in mentem et ad mortem
(qui ſunt minus manifeſti vulgaribus) in alijs
partibus minus principalibus iſtorum officio-
rum fit mentio hoc eſt in orationibus in hym-
nis/⁊ in quibuſdam antiphonis ⁊ reſponſorijs
Imo ſi bene contemplemur qualitates iſtorum
officiorum ſolus primus chriſti aduentus ſcili-
cet in carnem ad redimendum nos eſt principa-
liter intentus in eis nam hec officia de aduentu
domini ad feſtum natalis eius terminata ad ip-
ſum quoqꝫ ordinantur ſicut in finem illius autē
feſti officiū fere totum eſt de predicto primo chri-
ſti aduentu intendit enī eccleſia in illo die quo-
libet anno chriſtum naſcentem ex virgine matre
nobis repreſentare licet preter ſenſum litteralem
etiam ſpiritualiter aliquid aliud velit fidelibus 4
ſignificare vt ibidem videri habet Ergo in toto Aduētus chriſti in carnē principaliſſimus.
aduentu principalis intentio eccleſie dirigitur ad
recolendam prenunciationem/expectationem/et
deuotam petitionem patrum antiquorum ſuper
miſſione ſaluatoris in mūdum per ſuam incar-
nationem pariter ⁊ natiuitatem ⁊ propterea in
ſenſu hiſtorico qui eſt principalior in hoc opere
diſtinctionem quattuor hebdomadum aduent'
ad ſignificandos quattuor ſtatus populi veteris
rettulimus magis quam ad quattuor chriſti aduent'
Quare ⁊ lectiones matutinales omnes in hoc tem-
pore ab Eſaia accepte ſunt qui ceteris illius le-
gis prophetis ⁊ clarius ⁊ copioſius de illo aduē-
tu prophetauit Introitus etiam miſſarum dñicalium

huius tēporis ſi bene notentur omnes ſunt vo-
ces illorum patrum deſiderantium ⁊ petentiū a
deo huius ſaluatoris miſſionem. Idem eſt fere
ſententia aliorum cantuum chori in miſſa .ideſt
Gradualis/ offertorij/ cōmunionis/ ⁊c̄. Epiſtole
etiam omnes ſunt exhortationes prelati ſiue ve
teris ſiue noue legis quatenus ſe bene prepararēt
ad deuote ac honorifice recipiēdum ſaluatorem
venientem ad nos in humilitate noſtre carnis
qui aduētus in feſto natalis eius ab eccleſia re-
preſentatur. Euangelia quoqꝫ fere omnia pri-
mū chriſti aduentum olim a deo promiſſum pa
tribus proteſtantur iam eſſe impletum filijs eo-
rum nam euangelium de iudicio finali quod in
officiario Romano primum eſt etiam quibuſdā
tropis p̄ imum aduentum deſcribit. Capitula
deniqꝫ omnia ad laudes ⁊ ad alias horas diei
fere nihil aliud predicant q̄ chriſti primum ad
uentum quale eſt illud Egredietur virga de ra-
dice ieſſe Eſa. xi. ⁊ illud Ecce virgo cōcipiet cap.
7. ⁊ illud erit in nouiſſimis diebus cap. 2. ⁊ illud
venite aſcendamus ibidem ⁊ illud in diebus il-
lis ſaluabitur iuda Hieremie 23. ⁊ alia plura ad
idem propoſitum. Hactenus de toto tēpore ad-
uentus in genere dictum ſit.

## ¶ Caput tertiū de officio

prime dominice aduentus que commemorata
veteris populi fidelis qualitate dum ſub iudici
bus ſuis ageretur ⁊ primum chriſti aduentum
in carnem per hiſtoriam ⁊ ſpiritualem aduentū
in mentem per tropologiam declarat



Euenendo
iam ad ſingula
officia huius te
poris in ſpecie
p̄mittemus cui
libet eorum ſu-
um argumentū
p̄cipaliter reſ-
piciens ad ſen-
ſum hiſtoricum
eiuſdem officij
quem ſuperius
in prologis latentem diximus ⁊ abſconditū ho-
minibus noſtri ſeculi. Et q2 quattuor hebdoma-
des aduētus ad quattuor principales ſtatus fi-
delis populi ſub lege veteri retulim⁹ pro intro-
ductione officij prime dominice aduentus enar-
rabimus in primis qualitatem primi ſtatus he-
breorum q̄ breuiſſime ⁊ tali argumento ſubiū-
gemus ſenſum hiſtoricū hui⁹ officij ſup quo etiā
ſenſum morale de doctrina fideliū p̄ſentiū edifi-
cabimus. ¶ Hebreorum genus in ſanctiſſimo
patriarcha Abraham incepiſſe dicitur quem ob
fidei catholice ſinceram profeſſionem dominus
deus ſeparauit a patria ⁊ cognatione ſua ⁊ veni-
re precepit cum omni domo ſua ad terram pro-
miſſionis in principio tertie etatis mundi q2 ta-
men terram illam ipſe in vita ſua non poſſedit:
ſed poſt quadringentos annos ⁊ eo plures po-
ſteri eius filij ⁊ nepotes acceperunt illam in poſ-
ſeſſionem ideo toto illo tempore intermedio he-
brei fuere peregrini in terra aliena ⁊ cōmixti in-
ter infideles ⁊ pertranſierunt de gente in gentē
et de regno ad populum alterū quouſqꝫ neceſſi-
tate famis perurgentis compulſi deſcenderunt
cum Jacob patre ſuo in Egyptum vbi longiſſi-
mo tempore reſidentes multiplicati ſunt valde
in magno numero adeo vt propter illam maxi-
me cauſam odio proſequerentur eos egyptij af-
fligentes inſuper eos dura ſeruituti. quare ipſi
hebrei coacti ſunt clamare ad deum ſuum ſepiſ-
ſime orātes vt mitteret eis ſaluatorem qui libe-
ratos ab illa peſſima captiuitate egyptiaca / p̄-
duceret in terram promiſſionis ideſt que promiſ-
ſa erat patribus eorum quorū clamoroſam pe-
titionem tandē deus exaudiens miſit eis Moy-
ſen qui per multa miracula ⁊ ſtupenda prodigia
eductos hebreos ab illa ſeruitute traxit per de-
ſertum verſus terram promiſſionis eiſqꝫ legem
figuralem in multis cerimoniarum generibus
dedit acceptam a deo in monte ſynai qua prefi-
guraret ſimul ⁊ prophetaret veri ſaluatoris ad-
uentum quem ipſi certiſſime expectare deberēt.
Hac itaqꝫ lege accepta populus hebreorum ſub
Moyſe/ Joſue/ ⁊ alijs iudicibus gubernabatur ⁊
in deſerto ⁊ in terra promiſſionis annis multis
tum proſpere tum ⁊ aduerſe fortune varietatib⁹
alterne agitatus. Hec tota hiſtoria colligitur ex
ſacris libris Geneſis/ Exodi/ Joſue/ Judicū/ atqꝫ
ex approbatis hiſtorijs Joſephi/ Comeſtoris et
quorundam aliorum ⁊ comprehendit totum pri-
mū ſtatum hebreorum quem diximus ſub iudi-
cibus iſrael fuitqꝫ tempus quingentorū annorū
fere. Quem etiam ſtatum cōmemorare intendūt
officia eccleſiaſtica in hac prima dominica aduē-
tus cum tota ſua hebdomade eo q̄ tunc tēporis
in patribus illis fuit multipliciter figuratus et
primo profetatus aduētus chriſti in carnem de
quo vt in precedenti capitulo diximus eſt prin-
cipalis ſermo in toto aduētu. A matutino igitur
vel nocturno officio exordium noſtre expoſitio-
nis ſumentes ſub confidentia diuini auxilij p̄
ponimus verſiculū inuitatorium de primo chri-
ſti aduentu loquentem. Ecce veniet rex occurra
mus obuiam ſaluatori noſtro. ⁊ intelligimus in
ſenſu hiſtorico hāc eſſe vocem principum vel iu-
dicum veteris populi qua ipſum exhortādo in-
citabant in egypto ad ſe deuote preparandum
pro aduētu ſui redemptoris qui tunc fuit Moy-
ſes miſſus a deo ad educendum illos a captiui-
tate illa preparatio autem eorum reſpectu talis
redemptoris erat firmum animi propoſitum ad
credendum ⁊ faciendum libentiſſime quicquid
ille eis preciperet ex parte dei ⁊ ad ſequendum
eū quocunqꝫ eos vellet ducere. Sed quia Moy-
ſes ille particularis Redemptor erat figura chri-
ſti veri ⁊ vniuerſalis redemptoris omnium ho-
minum nō tam a captiuitate corporali q̄ a ſpi-
rituali ſeruitute animarum ſub poteſtate diaboli

Matutinorum officium.

Similiter figurata in illa captiuitate hebreorū
egyptiaca ſub poteſtate Pharaōis ideo in moy
ſe credebant futurum aduentum chriſti que etiā
ipſe Moyſes promittendo prophetabat dicens
Deutero 18 Prophetam ſuſcitabit vobis deus
de fratribus veſtris ipſum audietis ſicut et me
figuram eius quia ſcilicet erit ſicut ⁊ ego media
tor inter vos ⁊ deum / ⁊ legiſlator veſter quare
dignum eſt vt ipſum obedienter audiatis ſicut ⁊
me audiſtis loquentem vobis ex parte dei Di=
co enī vobis ꝙ omnis anima que non audierit
prophetam illum predicto modo peribit de po
pulo ſuo ſicut etiam vidiſtis ꝙ aliqui ex vobis
corporaliter perierunt quia noluerunt me audi
re nec obedire Secundum hoc ergo inuitatoriū
predictum de vtroq; redemptore ⁊ figurali et fi
gurato erit exponendum hiſtorice nomine pre-
dictorum principum iudeorum dicentium pp̄lo
dura ſeruitute oppreſſo in egypto. Ecce cito ve=
niet rex ideſt rector ⁊ gubernator miſſus a deo/
ad vos redimendum venite ergo paſſibus me=
tis deuotiſſime ⁊ occurramus obuiam ſaluatori
noſtro humiliter ac honorifice recipiendo ſcilicet
parati ad credendum ⁊ obediendum ei libentiſſi=
me Poſt inuitatorium hymnus Verbum ſup
num prodiens ſignificat iubilationem fidelium
noui teſtamenti de impletione huius promiſſio
nis facta in eis verius ac perfectius ſub redem
ptore chriſto q̄ in iudeis ſub Moyſe primo du=
ce ſuo eode modo debent intelligi alij duo hym
ni ad laudes ⁊ ad veſperas pro tempore aduen-
tus Moralis autem ſenſus eiuſdem inuitatorij
reſpicit nos fideles preſentes quos eiſdem ver,
bis bonus prelatus noſter exhortatur ⁊ incitat ad
bonam animi preparationem faciendam in no=
bis pro die natalis chriſti in fine aduentus futu
ro Antiphone pſalmorum in nocturnis ⁊ Reſ=
ponſoria que lectionibus Eſaie interponuntur
nihil aliud reſonant q̄ ſaluatorem mittendum
a deo ad ſeruos ſuos in afflictione poſitos ⁊ poſ=
ſunt(ſicut inuitatorium)ad duos ſenſus p̄dictos
exponi vt ſint voces prelatorum vtriuſq; popu
li ad ſubditos ſuos quod enim illi predicabant
ſuis de aduentu ſaluatoris futuro hoc iſti predi
cant nobis de feſto natiuitatis proximo ſed pri-
mum reſponſorium matutinorum aſpiciens a
longe preter morem aliorum officiorum totius
anni quattuor habet verſus connumerato Glo
ria patri vt in eo denotentur quattuor chriſti ad
uentus predicti / quattuorq; hebdomades hui⁹
ſacri temporis illos commemorantes. Antipho
ne laudum omnes fere loquuntur de aduentu Laudes.
redemptoris ⁊ de feſto natiuitatis domini iuxta
duos ſenſus predictos idem apparet in verſib⁹
capitulo / hymno ⁊ alijs partibus illius officij
Per horas diei ſimiliter Antiphone/Capitula/
Reſponſoria ⁊ Verſus/eādem repetunt materiā
eaſdemq; habent duas intelligentias hiſtoricā
et moralem que ex p̄miſſis cuilibet poſſunt eſſe
clariſſime Similiter ⁊ miſſale officium hui⁹ diei
eandem ſequitur intentionem de duobus po=
pulis/de duabus eorum captiuitatibus/de duo
bus redemptoribus/de duobus eorum aduen,
tibus ¶ Introitus ergo miſſe huius diei Ad te Introitus
leuaui animam meam ex pſalmo 24 Inſinuat miſſe.
anguſtiam ⁊ afflictionem veteris populi hebreo
rum ſiue in deſerto ſiue in egypto ſiue etiam in
terra promiſſionis ſub multiplici ſeruitute tyran
norum oppreſſi in qua etiam ab inimicis deri=
debantur tanq̄ abiecti ⁊ viles vel poteſt intelli=
gi eſſe vox totius humani generis preſſi ſub po=
teſtate diaboli ſeruitute peccati originalis ⁊ mul
torum aliorum ⁊ hunc ſenſum magis explicat
cantus vel intonatio illius littere que procedit
ad modum magni ſuſpirij vel gemitus.quaſi ſit
vox hominis in anguſtia poſiti cum illa tamen
triſticia fideles illi habebant aliquam conſola
tionem ex firma ſpe quam cōceperant de ſua libe
ratione ab illis malis ideo clamabant ad deum
vt mitteret eis ſaluatorem non propter merita
ſua ſed ex bonitate dei qui non derelinquit ſer,
uos ſuos ſperantes in ſe Additur verſus vias
tuas domine demōſtra mihi ex eodem pſalmo
et loquitur de via ſue liberationis qua poſſint
exire ab illa dura ſeruitute Has enim vias de⁹
illis demonſtrauit in mari rubro ⁊ in deſerto du
ce Moyſe quibus etiam peruenerunt ad terraꝫ
ꝓmiſſionis Chriſtus etiam in ſuo primo adue=
tu fidelibus demonſtrauit vias quibus itur ad
celū (terram viuentium promiſſam) ſeruis ſuis
bonis de quo ductore dicitur Eſaie. 2 docebit
nos vias ſuas ⁊ ambulabimus in ſemitis eius.
Moralis ſenſus pro nobis preſentibus denotat
in hoc introitu anguſtiam tēptationum multaꝝ
quas patimur ab hoſtibus anime demone/mū,
do/⁊ carne ideo leuamus ad deum exorandum
animas noſtras cum ſpe euadendi ſine peccato
ab illis tentationibus per adiutorium gratie
dei quam maxime nos habituros confidimus
in aduentu ſuo rep̄ſentatiuo ideſt in feſto natiui
tatis eius debite a nobis celebrato Hunc mora
lem ſenſum introitus p̄dicti explicat oratio vel
collecta ſequens Excita queſumus domine po= Oro vel
tentiam tuam ⁊ veni loquitur enī de aduentu dei collecta
in mentem noſtram per gratiam ſuam cui⁹ po=
tentia adiuuamur ad vincendam omnem tenta
tionem vel poteſt referri hec oratio ad rep̄ſente=
tiuum aduentum feſti natalis eius qđ magna ⁊
ſola dei potentia fieri potuit ex matre virgine
ad liberandum nos ab imminentibus peccato
rum noſtrorum periculis tentationum Poteſt
tertio per hiſtoriam intelligi hanc eſſe orationē
populi hebreorum qui magna miraculorum po
tentia liberatus eſt ab illa captiuitate egyptij re
gis Poteſt etiam eſſe orō totius humani gene,
ris ad deum qui magna chriſti potentia per cru
cem ſuam liberauit ipſum a ſeruitute diaboli
¶ Epiſtola hora eſt iam nos de ſomno ſurgere Ep̄le ar=
Ad rom̄ 13 per hiſtoriam intelligitur eſſe ſermo gumētū.
redemptoris Moyſi ad filios Iſrael captiuos in
egypto confortans eos atq; excitans ad prepa=
randum ſe ad exitum ab illa captiuitate perdu=

catum angeli qui eos p̄cedebat. licet eñ ſenſus litteralis apoſtoli in illo capitulo quando hanc epiſtolam ſcripſit ad Romanos chriſtianos eēt comparare legem veterem vt noctem ad legem nouam que eſt dies penes excellentiam huius ad illam tamen autores huius officij introduxerunt hanc lectionem per hiſtoriam ad loquendum de primo ſtatu hebreorum in egypto / vel de ſtatu humani generis ſub peccato reſpectu redempto is expectati vel p tropologiam ad ſignificandam p̄parationem fidelium p̄ſentium pro feſto natiuitatis futuro Si ergo p hiſtoriam referenda ſit ad patres vel.e In hac epiſtola introducitur Moyſes loquens ad eos de ſua bona p̄paratione ad expectandum angeli ſaluatoris aduentum qui liberaret eos ab illa egyptiaca ſeruitute figurali ⁊ ſimiliter ad expectandū chriſti aduentum qui liberaret eos ab ſpirituali captiuitate anime figurata Et pduceret eos in patriam celeſtis regionis que eſt verior ac perfectior hominis liberatio hec moyſi exhortatio ad populum ſuum in egypto habetur in libro Exodi cap̄ II ⁊ 12 ⁊ declarat amplius eam apoſtol9 Paulus Hebre II Ergo ſecundum hanc intelligentiam hec epiſtola diuiditur in tres partes prima hortatur eos ad vigilandum ſecunda ibi abijciamus ergo ⁊c̄ incitat illos ad veſtium ornatum tertia ibi induimini ⁊c̄ Aſſumit fideles ſecum ad reuerenter ſaluatori ſuo obuiandum

Prima pars epl'e

Ad dignam quippe fidelis populi Hebreorum p̄parationem in egypto vt liberarentur ab illa captiuitate corporali primo neceſſarium fuit vt vigilarent ⁊ a ſomno ſurgerent quia vt habetur Exodi II.vltim a plaga ( qua egyptij percuſſi a domino compulſi ſunt populum Hebreorum libertate donare ) fuit occiſio primogenitorū que facta eſt in noctis medio quare rex eorum nocte conſurgens circa aurorā vocatis Moyſe ⁊ Aarō ducibus hebreorum iuſſit eis vt cito educerent populum ſuum de terra egypti Moyſes ergo ſtatim eos a ſomno excitans dicebat fratres hora eſt iam nos de ſomno ſurgere quia iam premittimur immo compellimur exire a captiuitate in fine huius noctis immo ſi bene aduertim9 hec noſtra captiuitas erat quedam nox et ſomnus grauiſſimus priuans nos dei cultura et libertas iam nobis ſuccedens dies erit quandoquidem proſperitas diei / aduerſitas nocti ſolet comparari Poteſt etiam p hanc noctem noſtre captiuitatis intelligi totum tempus legis nature p̄cedens p duas etates cum dimidia in quo totum humanum genus fuit captiuum ſub poteſtate diaboli ⁊ liberatio noſtra modo adueniens ſicut dies figurat liberatiōem vniuerſalem totius humani generis a poteſtate diaboli que fiet p aduentum ſaluatoris in mundum ppter hoc enim ſupius in cap̄ I huius tempus legis nature obſcure nocti comparabatur/temp9 aūt legis ſcripture ( quod modo incipit ) erat velut aurora diei in qua a ſomno ſurgendum eſt ideo dico vobis q non ſolum in hoc die noſtri exit9 ab egypto quia incipitur aurora hora eſt iam nos de ſomno corporali ſurgere a lecto materiali ſed etiam in hoc tertie etatis medio hora eſt ⁊ tempus opportunum nos ſurgere de ſomno ſpirituali torporis ⁊ ignorantie vel potius cecitatis humani generis quia nunc p illuminationem diuine reuelationis in lege ſcripta incipient homines clarius videre que agenda ſunt.iam eñ nox illa p̄ceſſit id eſt p̄teriit Dies autem diuine illuſtrationis appropinquabit Statim eñ cum exierimus in deſertum ſeparati ab infidelibus reuelabitur nobis deus ⁊ inſtruet nos ſua doctrina ſalutari nunc eñ ppior ideſt magis ppinqua nobis eſt noſtra ſalus q̄ cum primum credidimus ſcilicet in noſtris ſanctis patribus Abraham/Iſaac/⁊ Iacob qui fuerunt primi patres fidei ⁊ religionis noſtre Sed defuncti ſunt ipſi non acceptis repromiſſionibus terre ſancte vt dicitur Hebre II que tamen proxime nobis dabitur in poſſeſſionem vbi erit noſtra ſalus cōpleta Clariorem etiam doctrinam ſalutationis animarum habebimus in hoc ſecundo tempore legis ⁊ pphetarum q̄ in p̄mo tempore patriarcharum quia nos propinquiores ſumus aduentui ſaluatoris animarum ⁊ clarius de eo pphetamus tam verbis q̄ factis patriarche autē obſcurius

Secunda pars epl'e

Ad ſignificandum autem exterius gaudium noſtre liberationis a captiuitate iſta cōueniens eſt vt etiam abijciamus opera tenebrarum ideſt veſtes nocturnas ⁊ induamur arma lucis ideſt veſtes diei q d faciamus quod dominus deus noſter pmiſit nobis Exodi II ſpoliemus egyptios aſtuta ſimulatione paſchatis nr̄i omni auro / argento / ⁊ veſtib9 p̄cioſis ⁊ nos qui prius dura ſeruitute oppreſſi induebamur veſtibus nigris/ſordidis/⁊ laceris more captiuorum abijciamus iam talia opera obſcura ⁊ vilia cum veſtibus eis conſonis ⁊ induamur arma ideſt veſtes lucis ideſt diei feſtiui p̄cioſas quibus noſtre feſtiuitatis paſchalis ſolennia peragamus ſic vt in die iam ſolēni honeſte ideſt honorabiliter ambulemus non iam abiecte vt hactenus ſub ſeruitute ſed honorifice quaſi in libertate poſiti qua libertate deus noſter nos beatificabit Immo ſi bene ſapim9 has omnes diuitias ab egyptijs acceptas tanq̄ ab iniuſtis poſſeſſorib9 dedicemus deo noſtro ad hoc vt ex eis fiant vaſa ſancta ⁊ veſtes glorioſe ad miniſteria ſacerdotū in templo dei ad honorem ⁊ gloriam ei9 Nam hoc facientes his exterioribus ornamentis ſignificabimus differentiam interioris diſpoſitionis animarum in hoc ſecundo tempore legis date ad eam quam habuerunt homines in priore tempore legis nature tunc enim homines nocte cecitatis ſpiritualis oppreſſi ⁊ valde ſopiti induebantur veſtibus anime ignominioſis qr quaſi in nocte poſiti ⁊ obtenebrata ratione naturali fere nullam videbant claritatem dei ⁊ ideo veſtes tenebrarum habebant triplices iuxta tres noctis proprietates.quibus homines dormire facit hē ſunt obſcuritas/frigiditas/atq3 humiditas cui9

proprietates noctis

ſignum eſt qꝛ locus obſcuru3/ꝛ tempus frigidũ/
atq3 pueritie etas humida aptiſſima ſunt ad dor
miendum H c tria mala habuit tẽpus illud pri=
mum in mũdo ſc3 ignorantie obſcuritatem/cha=
ritatis frigiditatem/ꝛ carnalis cõcupiſc ntie hu=
miditatem vnde cõſequenter homines illius te
poris triplices veſtes anime ignominioſas i ve
ſtem nigr i funebrem/ veſtem immũdam carna
lem/ꝛ veſtem laceram iniuri ſe induebant ꝛ igno
rantie eñ obſcuritas cauſat veſtem nigra in mẽ=
te vnde ꝛ tunc orta eſt ydolatria funeſtiſſima car
nalis cõcupiſcentia cauſat veſte immũdam Gu=
le ꝛ Luxurie Ad quarũ punitionem tunc venit
diluuium ꝛ ſubuerſio Sodomorũ charitatis de
niq3 frigiditas pertinet ad veſtem lacera de iniu
ria proximorum hinc proceſſit homicidiũ Cay in
ꝛ diuiſio turris Babel atq3 venditio Joſeph a fra=
trib⁹ ſuis Nos ergo fratres (inquit Moyſes he
breorum populo) qꝛ iam preterijt nox illa primi
tepori ꝛ appropinquat dies ſecũdi abijciamus
a mentibus noſtris opera tenebrarũ i. obſcuri il
lius teporis hoc eſt illã ignorãtiam tam craſſam
et induamur arma lucis ideſt veſtes diei ſeu cla
re intelligentie doctrine ſalutaris que ex diuina
illuſtratione tradeẽ nobis vt vel ſic honeſte am=
bulemus in hoc die ſcdi tpis vel põt intelligi ꝙ
ambulem⁹ in veſtibus nr̃is taliter induti ſicut
ſolet homines ambulare induti in die ideſt pre
cioſe ꝛ honorabiliter ꝛ ita abijciamus veſtem ni
gram funebre Item no ambulemus in hoc ſcdo
tempore in comeſſationibus ꝛ ebrietatibus gule/
non in cubilibus ꝛ impudicitijs luxurie ( qꝛ hec
pertinent ad veſtem immundam hominu primi
temporis de quibus dicitur Geneſ 6 ꝙ ois caro
corruperat via ſuam) ſed ambulemus in ſobrie
tate et caſtitate veſtibus precioſiſſimis ait n m
lex ſcripta nobis a deo nuc reuelada hec vitia re=
primens multos cibos prohibebit/ et circũciſio
nem in mebro genitali precipiet Inſuper nõ am
bulemus in cotentione ꝛ emulatioe ſiue inuidia
ad proximos que eſt veſtis lacera i rancor in cor
de nam lex dei dilectionem dei ꝛ proximi in no
bis renouabit dece preceptis duarũ tabularum
que omnia ſunt regule de charitate ꝛ iuſtitia er=
Tertia pſ epiſtole. ga deũ ꝛ proximos Talibus ornati veſtibus cor
poris ꝛ anime venite fratres mei (inquit Moyſes
hebreis) occurramus obuia ſaluatori noſtro deo
noſtro Ipſe eñ precedet no in via qua pgimus
ad patriã libertatis noſtre qꝛ mittet angelũ ſuũ
ante nos ad noſtrã protectione ꝛ cuſtodia Vos
ergo ſuper oẽs alias veſtes p cioſas induimini
etia inſignia regis noſtri eleuateq3 eius vexilla
in altum qꝛ hoc pertinet ad ſalute veſtram ideo
dico vobis induimini Jeſum i ſaluatoris veſtre
ſignum Chriſtũ ideſt vnctionem ſanguinis agni
paſchalis in poſtibus domo u/ꝛ in ſuperlimina
ribus portarũ n m illo ſigno Jeſu chriſti i ſalu=
tifere vnctiois liberabimini ab exterminatore an
gelo qui veniens ſuper egyptios percutiet eos
plaga magna remanentibus vobis illeſis et hoc
dico ꝙtum ad corporis ornatũ Similiter etiam
interi in mẽte debens ſupinducere vos inſignia
dei vr̃i quia eñ deus noſter ignis conſumens eſt
Hebreo 12 ꝛ ignea lex in dextera eius induimi=
ni ergo ipſum queadmodum ꝛ ferrũ induit ignẽ
quãdo ei apponitur qꝛ fit ex eo clarum ꝛ lucẽs/
calidũ ꝛ ardens/molle ꝛ ſe extedens/ pulchrũ et
nitens eode modo ꝛ fideles ſerui dei in hoc ſecũ
do tempore poſiti in fornace ignee legis dei has
induet virtutes/ ꝛ per eas induet deum ſaluato
rem ſuũ portantes inſignia eius hoc experientia
docuit in ſanctis illius legis nam Moyſes pri=
mus prophetarũ ſecundi temporis apparuit cla
rus ꝛ lucens cũ deſcenderet de mote ſinai ex lo
cutione cũ deo in medio ignee nubis Dicitur eñ
Exod 34 ꝙ filij iſrael non poterat intendere in
facie Moyſi ꝓpter claritate vultu eius Helias
propheta ſanctiſſimus apparuit calidus et ar=
dens Eccliaſti 48 Helias quaſi ignis ꝛ verbũ
eius quaſi facula ardebat Dauid regius ꝓphe=
ta apparuit mollis ꝛ ſe extedens nam dicitur de
eo ſecundi regũ 23 Erat aũt Dauid mitiſſimus
omniũ homi Daniel quoq3 apparuit ſuo tepore
pulcher ꝛ nitens qꝛ vt diciẽ in principio ſue pro=
phetie abſtinuit ab omni immũditia ciborum et
venereorum oẽs etiã alij ſancti illius teporis ſm
magis ꝛ minus ad illas perfectiones acceſſerũt
preparãtes ſe ad redeptoris vniuerſalis aduetũ
deſideratiſſimũ Donec ventum eſt ad tepus na=
tiuitatis ei⁹ qn Symeon ſacerdos ſanctiſſimus
chriſto reuerenter occurrens in teplo Hieroſoly=
mitano vocem omniũ ſactorũ ſecundi temporis
exprimens dixit ſpirituſancto plenus Nunc di=
mittis ſeruũ tuum dñe ꝛc Hec pauca de primo
ſenſu hiſtorico epiſtole ſatiſfacere poſſunt viris
doctis qui ſciũt ex paucis multa elicere In ſen= Moralitas eple.
ſu aute tropologico ſiue morali ꝓ fidelibus hu
ius noſtri teporis epiſtola ſimiliter eſt ſermo ex=
hortatorius boni prelati ad plebem fidele qua=
tenus in hoc ſacro tepore aduentus (quod eſt cõ
memoratiuum ſecundi temporis mundi ſcilicet
veteris legis ꝛ prophetarum ) ſeſe preparẽt tri=
bus modis predictis ad chriſti aduentum repre=
ſentatiuum ideſt ad feſtum natalis eius in quo
etiam fiet deuotis aduentus dei in mentem pri=
mo ergo ortatur eos ad vigilãdum ſpiritualiter
in boni3 actibu3 ꝛ ad ſurgendum a ſomno cul=
pe preterite ſimiliter ꝛ torporis ſeu negligentie
de ſomno culpe loquitur apoſtolus paulus ad
Ephe 5 Exurge a mortuis i a peccatis tu q dor
mis De torpore ꝛ negligentia dicit Salomon
Prouerb 6 vſq3 quo piger dormis Surgit aũt
ſeruus dei ab vtroq3 ſomno per vera penitentiã
de peccatis ſuis ꝛ per diligetem exercitatione in
opibus bonis vigilat aũt per continuam cõſide=
rationem ſtatus ſui apud deum querẽdo remedia
ſue ſalutis cũ omni diligentia Ait ergo prelatus
fratres mei in chriſto hora eſt i tepus conuenies
et oportunũ in hoc ſacro aduentu nos a ſomno
ſurgere ad ſenſum datũ nam toto tepore prece=
dentis eſtatis ꝛ autumni ꝓlixe dormiuim⁹ ideſt
vacauimus a bonis opibus qꝛ fere nullũ exerci=

tium habuimus in predicationib⁹ ⁊ in ſacramē
tis eccleſie opus eſt ergo vt nunc ad cor redeun-
tes ⁊ peccata o mittamus et predictis exercitijs
intendamus Ratio huius exhortationis ſubdi-
tur qꝛ nūc iam aduentu propior eſt noſtra ſalus
ideſt doctrina ſalutaris in predicationibus con
tinuis/vel in ſacramentis deuote recipiēdis vel
noſtra ſalus i.ſalutaris aduentus dei in mētem
noſtrā eſt magis prope nos nunc/ꝙ̄ in toto tem
pore precedenti cum ſolum credidimus ideſt fi-
dem habuimus ſine operibus bonis que mor
tua dicitur/nec poteſt nos ſaluare apud deum
vigilemus ergo in hoc tēpore intendendo operi
bus bonis quibus diſponamur ad bene recipiē
dum regem noſtrum repreſentatiue ad nos ve-
nientem in feſto natalis eius Et ſicut apoſtolus
in ſuo tempore dicebat Romanis ꝙ nunc ideſt
in tempore legis euāgelice propior eſt nobis no
ſtra ſalus/ꝙ̄ in tempore legis veteris ita et nos
dicere poſſumus ꝙ nūc ideſt in hoc tēpore pacis
eccl'ie(que iam a trecentis annis viget in nobis)
propior eſt nr̄a ſalus in tāto ſplendore tām mul
tiplicium doctorū/et tam aſſiduo exercitio ſacra-
mentorum/ꝙ̄ in primitiua eccl'ia ſub multiplici
perſecutione tyrānorum hoc eſt facilius poſſunt
ſaluari fideles nunc in eccleſia chriſtiana libere
ſe exercente in actibus fidei ⁊ religionis / ꝙ̄ in
primo eius tp̄e quando erat nimis oppreſſa ab
infidelibus tyrannis/⁊ a perfidis hereticis Addit
exhortationis p̄dicte alia ratio qꝛ nox male vi-
te noſtre iam p̄ceſſit in eſtate ⁊ autumno in qui-
bus valde laxauimus habenas ad vitia nūc au
tem ſuccedit principium hyemis aduentui dica-
tum ⁊ aurore comparatum ideo oportet facere
aliquod bone vite principium que dies eſt iuxta
illud apoſtoli ad Ephe 4 fuiſtis aliquādo tene-
bre nunc aūt lux in dn̄o vt filij lucis ambulate
nam dies natalis dn̄i appropinquabit ideſt cito
veniet in quo oportebit nos ſanctos apparere
coram dn̄o Ad hāc aūt ſanctificationem noſtrā
acquirendam premittitur hoc ſacrū tempus ad-
uentus dn̄i quo fideles diſponātur ad diem na
talis eius quare in primis monet eos prelatus
vt vigilent ⁊ a ſomno pc̄ti ſurgāt qꝛ vita vitioſa
hominis perſeuerantis in peccato ſomnus dici-
tur ⁊ nox ꝓpter ſupradictas tres noctis cōditio-
nes obſcuritatem ſcʒ frigiditatem ⁊ humiditatē
homo eñ in pc̄to viuēs eſt in obſcuritate igno-
rantie/in frigiditate amicicie dei/ ⁊ in humidita-
te carnalis cōcupiſcentie. Hec tria figuraliter no
tantur in eo quod dicitur Job 40. de diabolo
principe mūdanorum/ ſeu peccatorum hominū
Sub vmbra dormit/⁊ in ſecreto calami/⁊ in lo-
cis humentibus ideſt requieſcit in cōſcientijs ho
minum obſcuris/frigidis/ et humidis modo ex
poſito Nec mirū alicui videat ꝙ tempus eſtiuū
valde clarum ⁊ in quo dies ſunt prolixiores hic
vocem⁹ noctem tempus aūt hyemis ſub obſcu-
rum / et cuius dies ſunt breuiſſimi appellemus
die qꝛ teſte ap̄lo Caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpm̄ ⁊
ſpūs aduerſus carnem Gal' 5 ideo tempus cla-
rum ⁊ iocundū pro corpore eſt obſcurum ⁊ triſte
pro anima qꝛ in eo homines laxant habenas ad
vitia que eſt tenebra anime Econtra vero hoc
tempus hyemis pro corpore obſcurum et nubi-
loſum diligentia bonorum prelatorum efficitur
pro cōſcientia clarum ⁊ ſerenū quia in eo bonis
doctrinis predicationū homines illuminātur et
exercitijs ſacramentorum a vitijs purgatur Sic
eñ contraria ſunt ſibi opera carnis ⁊ mentis no
ſtra ergo epiſtola non multū curans de his que
ad corpus pertinent ſed ſolū de his que ad ani-
mam vocat eſtatem tempus obſcurū ⁊ hyemem
tempus clarum cum dicit nox preceſſit dies aūt
appropinquauit Quāuis dici poſſit ꝙ diem vo
cat feſtum natalis dn̄i appropinquans quo re-
preſentabitur nobis aduentus chriſti in carnem
quo ipſe lux vera mūdū illuminauit quia ſplen-
dore ſue ſapientie fugauit tenebras noſtre igno-
rantie Eſaie.9 ambulantibus in regione vmbre
mortis lux orta eſt eis et populus qui ambula-
bat in tenebris vidit lucem magnam ipſe etiam
eſt verus ignis qui mūdum frigidum ardore ſue
charitis accendit. Luce 12 ignem veni mittere in
terram ⁊ quid volo niſi vt ardeat Ipſe deniqʒ eſt
ver⁹ ſol iuſtitie qui radijs ſue caſtiſſime vite ne-
bulas humane concupiſcentie carnales effuga-
uit Eccleſiaſtici 43 aperti ſunt theſauri ſolis et
euolauerunt nebule ⁊c Hos itaqʒ effectus faciet
in ſuis ſeruis deuotis feſtū natalis eius ſi bene
eos paratos inuenerit/ac vigilantes ſiue a ſom-
no excitatos Secundo principaliter prelatus fi Secūda pars.
deles preſentes hortatur ad ſe ornādum precio-
ſis veſtibus anime pro tāti feſti digna celebrita-
te dicens ex quo vt dixi iam nox preceſſit ⁊ dies
appropinquabit abijciamus ergo op̄a tenebra-
rum ideſt peccatorum que animā obtenebrāt ⁊
induamur arma lucis i opera virtutum que illu
minant Diſtinguit aūt tria genera veſtium abij-
ciendarum quas etiam ſupra cōmemorauimus
conformiter ad tres noctis dictas ꝓprietates ve-
ſtis nigra/vel funebris eſt auaritia Threnor.4
Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum ⁊c.
veſtis immūda eſt gula vel luxuria Jude vnico
capitulo odientes eā (que carnalis eſt ) macula-
tam tunicā veſtis lacera eſt ſuperbia/vel inuidia
Prouerb 13 inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia.
Abiectis ergo horum vitiorum veſtib⁹ ignomi-
nioſis opus eſt vt induamur precioſos virtutū
habitus ne nudi remaneamus ⁊ appareāt vere-
da noſtra in conſpectu dei vt dicitur 1 Petri 4.
Conſonat Paulus ad Coloſ 3 induite vos ſi-
cut electi dei viſcera miſericordie/benignitatem/
humilitatem/modeſtiā/pacientiam ⁊c Sequitur
ſuper omnia aūt charitatem habete que eſt vin-
culum pfectionis De qua etiā Salomon Pro-
uerb 10 vniuerſa delicta operit charitas ſcilicet
tanꝙ̄ veſtis honeſtiſſima cum qua in die ſolemni
honeſte ambulemus Tertio principaliter prela- Tertia pars.
tus in hoc ſermone cōmonet fideles ad occurrē
dum ⁊ obuiandū reuerenter regi noſtro ad nos
venienti in feſto natalis eius . quia debemus

occurrere cum vexillis ⁊ ſignis eius ideo in fine epiſtole dicitur induimini dn̄m noſtrum ieſum chriſtum .i. imitamini vitam eius virtutibus preclaram ⁊ hoc eſt deferre inſignia eius de quibus dicitur Sapientie 5 q̄ ipſe in ſuo aduentu induit pro thorace iuſticiam/⁊ accepit pro galea iudiciū rectum ſumpſitq̧ ſcutum inexpugnabile equitatem. Hec inq̄ ſunt vexilla regis noſtri que ipſe in carne aſſumpta pre ſe ferebat· nam vt dicitur Actuum .i. cepit facere ⁊ docere ſcȝ obſeruantiam preceptorū dei que ſunt regule de iuſticia/de iudicio/⁊ de equitate. De iuſticia quidem .i. de iuſta obediētia ad deū de iudicio recto ad proximū/⁊ de equitate ad ſeipſum ſcȝ ſcd̄m regulam temperantie hec omnia opera in vita chriſti claruerūt mirabiliter Nos ergo eade inſignia .i. opera induamur in hoc ſacro tempore aduentus quatenus ei digne occurramꝰ in feſto natalis eius repreſentatiue ad nos venienti. ⁊ tunc etiam ipſum induemus ſicut ferrum induit ignem in hac fornace ſancte matris eccleſie ex qua quilibet fidelis deuotus euadit clarus et lucens per fidem Matthei 5 Sic luceat lux vr̄a corā hoīb9 ⁊c. Secundo fiet calidus et ardens per charitatem. Leuit 6 ignis in altari meo ſemper ardebit .i. in corde deuoto efficietur tertio mollis ⁊ ſe extēdēs per ſpei longanimitatem 1 Corint. 13 que retro ſunt obliuiſcens ad vlteriora me extēdens ⁊ deniq̧ euadet pulcher ⁊ nitens per exteriore mundiciam/modeſtia/⁊ caſtitatem Sap̄ 4. O q̄ꝫ pulchra eſt caſta generatio cū claritate ⁊c.

**Reſpōſorium vel graduale** Poſt hūc ſermonem prelati ad ſuū populum ſiue veteris/ ſiue noue legis. chorus clericorum note eiuſdem populi ad hanc lectionem reſpondentis cantat Reſpōſoriū ſiue Graduale ſcȝ: vniuerſi qui te expectant ⁊c. ex predicto Pſalmo 24. nam populus fidelis ex predicta epiſtole lectione concepta fiducia de aduentu ſaluatoris /⁊ de ſua liberatione per eum reſpondet dicens ſe iam habere firmam ſpem de impletione predicte promiſſionis dei q2 vniuerſi .i. omnes qui in eo ſperant fideliter nūq̄ꝫ confundūtur fruſtrati ſua ſpe. Hoc nāq̧ modo populus Hebreorum in veteri lege ſpem habuit in dn̄o de ſua liberatiōe ab egyptiaca ſeruitute· ⁊ de introitu ad terram promiſſionis· ſimiliter etiā maiores eorum patriarche et prophete certā ſpem habuerūt de aduentu Meſſie in mūdum pro ſua liberatiōe a ſeruitute diaboli quātum ad animas et hoc maxime poſtq̄ꝫ Moyſes prelatus eorum fecit eis ſermonem prehabitum in prima expoſitiōe epiſtole hiſtorica Similiter etiam populus chriſtianorū in noua lege ex ſermone prelati ſui habito in ſcd̄a expoſitione epiſtole morali ſpem concepit certam de ſua liberatione a varijs tentationibus per aduentū meſſiem dei. qui maxime ſperatur in feſto natiuitatis chriſti verſus Uias tuas dn̄e demonſtra ⁊c. eode modo exponedus eſt ſicut ſupra in introitu miſſe

**Aleluia.** Aleluia Oſtende nobis dn̄e ex pſalmo 84. eſt deuota oratio fidelis populi ad deū loquētis et petentis accelerationē ſue liberationis / vel p aduētum Meſſie/ vel per feſtū natiuitatis eius ſcȝ ad duos ſenſus predictos ⁊ notāda ſunt verba huius verſus q2 aduentus dei in carne/vel in mentem dicitur hic miſericordia dei ꝓpterea q2 non ex meritis noſtris ſed per viſcera miſericordie ſue viſitauit nos oriēs ex alto Dicit etiā idē aduētus ſalutare dei .i. ſalus/ vel ſaluatio noſtra a deo/vel ſalutare interpretatur effectiuū ſalutis· inde impoſitum eſt hoc nomen Jeſus chriſto in ſuo aduentu quod ſaluator interpretatur: q2 aduentus eius erat ordinatus ad ſaluandum nos· vt dicitur Matthei 1. hanc miſericordiā ⁊ hoc ſalutare deus oſtēdit nobis quādo humanitatem noſtrā aſſumēs cū hoībus coſeruatus eſt p̄dicās eis miſericordiam ⁊ indulgētiā/ ac liberationē a ſua captiuitate iuxta illud Eſaie 61 euāgelizare pauperibus miſit me dn̄s predicare annū placabilem dn̄o .i. iubileū in vniuerſa terra ⁊ captiuis apertionem .i. liberationem a ſua captiuitate ad iſtum ſenſum allegauit Chriſtus hāc prophetiā de ſe intelligēdam Luce 4. Feſtum etiam natalis dn̄i (quod de ꝓximo expectamus) eiſdem nominibus cenſeri debet· quia eoſdem effectus habet in hominibus deuotis: ideo etiam hec oratio a preſentibus facta ad illud feſtum eſt referēda Alie eccleſie (extra Romanā) alios verſus habet pro Aleluia ſed fere oēs veniūt ad eādē ſententiam

**Euangelij argumentum.** Euāgelium huius prime dn̄ice varium eſt apud varias dioceſes Sed q2 officia Romani ordinarij exponēda ſuſcepimus principaliter ꝓpter eius antiquitatē ⁊ maiorem autoritate· ideo eius euangeliū eſſet nobis hic exponedū ⁊ alijs partibus huius officij colligandum verum quia omnes alie partes huius officij clare loquuntur de primo chriſti aduentu in mūdum: euangelium aūt officiarij Romani Erunt ſigna in ſole et luna expreſſe loquitur de ſcd̄o aduentu chriſti ad iudiciū ideo cōuenientius euangelium mihi viſum eſt ⁊ magis cōforme alijs partibus huius officij Jllud qd̄ ponit eccl̄ia Toletana cum multis alijs eccleſijs et religionibꝰ ſcilicet Cum appropinquaſſet ieſus hieroſolymis· illudq̧ hic exponemus ad duos ſenſus predictos reſeruātes euangelium officij Romani pro ſcd̄a dn̄ica huius aduentus. cuius omnes fere partes de iudicio finali clariſſime agūt Sed ne aliquid pretermittamus in miſſali Romano nō expoſitum. in quarta huius aduetus dn̄ica illud adequabimꝰ. Uoluit tamē (vt opinor) autor Romani officiarij vtrūq̧ chriſti aduentū ſimul ꝓponere in principio aduetus fidelibus/vel per euangeliū de iudicio finali ibi poſitū voluit primum chriſti aduētum abditiſſimis tropis inſinuare vt inferiꝰ declarabimus Euāgelium itaq̧ Toletane eccleſie ex capitulo 21 Matthei ſumptum ſolet etiam legi in officio eccl̄iaſtico dn̄ica ſexta in quadrageſima: ſcȝ ad benedictionē ramorum ſed ad aliud longe propoſitū/q̄ꝫ in hac prima dn̄ica aduetus ideo ſenſus hiſtoricus eiuſdē euangelij non erit vtrobiq̧ idem (ſecus de ſenſu litterali) ſed alius in illo officio/⁊ alius in iſto requiritur hiſtoricus ſenſus

ſenſus In illa enim dominica ſexta quadrageſi-
me hoc euangelium introducit chriſtum ad paſ-
ſionem ſuam venientem in hieruſalem ante ſex
dies paſche vt alter euangeliſta expreſſit: et ideo
exponēdum eſt: nunc de illa honorifica receptio-
ne chriſti in Hieruſalem Similiter et de myſte-
rijs trigeſime ſexte generationis eccleſie chriſtia-
ne vt infra ſuo loco dicemus In iſta autem pri-
ma dominica aduentus hoc euangelium de
ſcribit per hiſtoriam / liberationem populi dei a
duplici captiuitate ſua corporali / ſcilicet et ſpi-
rituali per aduentum duplicis ſaluatoris figu-
ralis videlicet et figurati / vt notauimus in pre-
cedentibus huius capituli. Per tropologiam
vero aduentum dei in mentes fidelium deuo-
torum que fiet in feſto natiuitatis Chriſti deſi-
gnat ad liberādum eos a ſeruitute ſuarum ten-
tationum Et hos duos ſenſus huius euange-
lij opinione mea intendebant huius officij au-
tores Alterum pro patribus veteris legis In
exitu iſrael de egypto Alterum pro fidelibus
preſentibus in eccleſia chriſti in exitu ſuo a car-
nali conuerſatione. Ad ſenſum ergo hiſtoricum
diuidamus hoc euāgelium in tres partes Qua-
rum prima declarat qualiter deus aduenerit
ad liberandum ſuum populum Secunda ibi
hoc autem totum factum eſt inſinuat qualiter
hoc remedium fuerat prius a deo patribus pro-
miſſum Tertia ibi plurima autem turba con-
cludit qualiter ſaluatoris aduentus effecerit in
ſuo populo magnum fructum ¶ In illo itaqꝫ
Prima pars euā-gelij. tempore reuocationis / et renouationis mundi
circa medium tertie etatis Uidens deus afflic-
tionem populi ſui qui erat dura ſeruitute op-
preſſus ſub Pharaone in egypto videns quo-
qꝫ totius humani generis lapſum quo ſub ty-
rannide diaboli captiuum idolis ſeruiebat dixit
illud Exodi 3 Uidens vidi afflictionem po-
puli mei in egypto / et audiui clamorem eorum
propter duriciam illorum qui preſunt operibus.
Ideo deſcendi et veni vt liberem ipſum de ma-
nibus eorum. Cum ergo appropinquaſſet ieſus
ideſt ſaluatio populi dei hoc eſt tempus in quo
debebat ſaluari a deo per aduentum ſaluatoris
miſſi ad eos vt perduceret in pace hieroſolymis
ideſt ad terram promiſſionis vbi ſita eſt ciuitas
Hieruſalem que pacem ſignificat Et cum iam
veniſſet Betphage ( que eſt domus bucce) ideſt
iam precepiſſet eis deus Exodi 12 Ut comede-
rent agnum paſchalem qui et phaſe ideſt tranſi-
tus dicitur ad montem oliueti ideſt ad altitudi-
nem miſericordie ſue qua commotus erat eos li-
berare mittens duos diſcipulos ſuos ideſt ſer-
uos annūciatores doctrine ſue Moyſen et Aarō
qui eſſent ductores illius populi dixit eis ite in
caſtellum ideſt fortiſſimum regnum egyptiorum
quod contra vos eſt ſcilicet odio et duro labore
vos proſeques et inuenietis aſinam alligatam
ideſt plebem / vel ſynagogam iudeorum capti-
uam et pullum cum ea. ideſt populum gentilem
ei adherentem vt plane dicitur Numerorum.
11 Nam vocatur ibi vulgus promiſcuum multi
enim ex gentilibus egyptijs adherebant aliquo
modo fidei iudeorum / et ſequebantur eos colen-
tes deum hebreorum Soluite ergo plebem me-
am ab illa ſeruitute duriſſima miraculoſis ope-
rationibus. quas ego ponam in manu veſtra et
adducite mihi ideſt ſeparate eos ab infidelibus
vt venientes in deſertum locum ſacrificent mi-
hi / et ſeruientes colant me Et ſi quis vobis reſi-
ſtens vt Pharao vobis aliquid dixerit ideſt pre-
ceperit vt non ſoluatis predictam aſinam reſpō-
debitis ei ex parte mea / et dicite qꝛ dominus
deus hebreorum iis ſeruis ſuis opus habet.
Hec hiſtoria clare patet Exodi 5 Ubi Moyſes /
et Aaron ex parte dei dixerunt Pharaoni Di-
mitte populum meū vt ſacrificet mihi in deſer-
tum. Eadem hiſtoria etiam figurauit modum
quo vniuerſalis ſaluator humani generis filius
dei Jeſus chriſtus venit in mundum ad liberan-
dum genus humanum a ſeruitute diaboli que
erat ydolatria / et quedam alia vitia immundiſſi-
ma De illo aduentu ait apoſtolus ad Gala 4.
Quando venit plenitudo temporis miſit deus
filium ſuum etc. Notantur itaqꝫ in hac prima
parte euangelij quattuor precipua que perti-
nent ad modum ſui aduentus in mundum Pri-
mum eſt finis propter quem venit vbi dicitur
Cum appropinquaſſet Jeſus ideſt ſaluator hu-
mani generis hieroſolymis ideſt viſioni pacis.
Unde colligitur qꝛ finis ſui aduentus fuit viſio pa-
cis ideſt vt pacem cōponeret inter deū et hoīes /
inter angelos et homines / atqꝫ inter homines
et homines Ante aduentum enim chriſti deus
natus erat hominibus teſte apoſtolo eramus
inquit omnes natura filij ire et hoc propter pec-
cata hominum. qui deſerto vero deo creatori ſuo
ad falſos deos ſe conuertebant Angeli etiam
hominibus irati erant quia eorum dominum
homines offenderant Judei quoqꝫ et gentiles
diuerſos deos habentes inimici erant In ad-
uentu autem chriſti omnes iſte inimicitie ablate
ſunt / et facta eſt pax omnium Ephe 2 Ipſe eſt
pax noſtra qui fecit vtraqꝫ vnum nam veniens
euangelizauit pacem / et his qui prope ideſt iu-
deis / et iis qui longe erāt ideſt gentilibus et pacifi-
cauit que in celis / et que in terra ſunt ergo Cum
appropinquaſſet Jeſus hieroſolymis Senſus
erit ideſt cum adueniſſet pacificandis homi-
nibus etc. Et in hoc denotatur finis ſui aduen-
tus primi Secundo declaratur via per quam
venit cum ſubditur et veniſſet Betphage Uia
enim per quam venit ad nos filius dei eſt ſan-
ctiſſima mater eius virgo Maria de qua in
quadam proſa cantatur in eccleſia Hec eſt via
per quam venit ad nos vera deitas et Ber-
nardus in quodam ſermone ait Uirgo egre-
gia ipſa eſt via regia per quam ſaluator ve-
nit ad nos Ipſa enim eſt domus pudici pe-
ctoris / et templum dei ſed dicitur domus
oris quia ex verbis oris ſui habuit quod eſſet
domus dei ſcilicet quando legationi ange-

li Gabrielis reſpondens. ait Ecce ancilla domi-
ni fiat mihi ſecūdum verbum tuum venit ergo
dominus in Hieruſalem per Betphage ideſt
per vterum virginis Tertio notatur forma quā
veniens habuit vbi dicitur ad montem oliueti
ideſt pinguedinis olei quod miſericordiam ſi-
gnificat Canticorum 1 Oleum effuſum nomen
tuum forma enim ſui aduentus fuit miſericor-
dia. quia ⁊ pater eius qui diues eſt in miſericor
dia cum eſſemus mortui peccatis conuiuifica-
uit nos in chriſto filio ſuo Ephe 2 ⁊ ipſemet chri-
ſtus filius dei ex miſericordia venit in mundum
ad tollendum miſeriam noſtram vnde predicās
dixit Matthei 11 Miſericordiam volo ⁊ non ſa
crificium ideſt nolo mortem peccatorum Quar-
to deniq; notatur actus quem chriſtus veniens
exercuit vbi dicitur miſit duos diſcipulos ⁊c. ve-
nit enim predicans doctrinam dei in terra et mi-
ſit per mundum diſcipulos ſuos ad predicandū
eam Hoc officium ipſe primo exercuit vt patet
Matthei 4 et poſtea diſcipulos ſuos ad idem
per mundum miſit Matthei vltimo ad illumi
nandum genus humanum ⁊ conuertendos ho-
mines ad deum primo Judeos per aſinam ſi-
gnificatos / ſecundo gentiles quos denotat pul-
lus aſine indomitus hos enim precepit ab er-
roribus ſuis ſolui vt adducerētur ad verum de-
um qui prius ſeruiebant falſis dijs quod domi
ni mandatum ipſi diſcipuli deuote implentes
innumeros gentilium et iudeorū populos chri-
ſto domino acquiſierunt ⁊ deſuper ſedere fecerūt
per regalem preſidentiam ſuper eos quaſi ſub-
ditos ſuos veſtimenta autem diſcipulorum ſu-
per tales populos poſita ſunt eorum doctrine/
exempla/⁊ miracula quibus mentes hominum
preparabant ad hoc vt chriſto ſubderentur quaſi
domino ⁊ regi ſuo Ex predictis ergo patet ꝙ pri-
ma pars huius euangelij breuiſſimo enigmate
deſcribit primum chriſti aduentum ad liberan-
dum genus humanum a captiuitate ſpirituali
ſub poteſtate diaboli que figurata fuerat in illa
corporali hebreorū captiuitate ſub manu Pha-
raonis regis egypti a qua redempti ſunt p Moy
ſem ducem eorum Veruntamen vtraq; populi
Secūda pars euāgelij. dei liberatio erat promiſſa a deo antiquis patri
bus anteq̄ fieret ſcilicet ſanctis patriarchis et
prophetis De prima enim ſcriptum eſt Geneſis
15 vbi dominus dixit Abrahe ſcito ꝙ peregrinū
ſit futurum ſemen tuum in terra aliena ⁊ ſubijci
ent eos ſeruituti atq; affligent quadringentis
annis Veruntamen gentem cui ſeruituri ſunt
ego vindicabo Jpſi autem egredientur cū ma
gna ſubſtancia ⁊ generatione quarta reuerten-
tur huc ideſt ad terram promiſſionis De ſecun-
da liberatiōe (que eſt principalior) habetur Ge-
neſis 22 Vbi dictum eſt Abrahe in ſemine tuo
benedicentur omnes gentes quod exponens
apoſtolus Gal 3 ait Non dixit deus in ſemini-
bus quaſi in multis ſed in ſemine vno qui eſt
chriſtus ⁊ Geneſis 49 prophetauit Jacob pa-
triarcha ꝙ ex tribu Juda naſceretur chriſtus qui
mittendus erat a deo ⁊ ipſe inquit erit expecta-
tio gentium Eſaias quoq; ⁊ alij prophete om-
nes de eo prophetantes promiſerunt aduentum
eius qui mittendus erat a deo Sed inter cete-
ros Zacharias propheta magis expreſſe con-
ditiones eius notauit ideo euangeliſta alijs di-
miſſis hunc allegauit dicens hoc autem totum
quod diximus circa modum veniendi ſaluato-
ris ad liberandum populum dei a captiuitate
ſua factum eſt vt impleretur ita ſicut deus pro-
miſerat quod dictum eſt per prophetam Za-
charie 9 Dicite filie ſion ideſt plebi mee ſubie-
cte ſpeculatori tyranno regi egyptij / vel diabo-
lo qui eſt princeps mundi huius Ecce rex tuus
meſſias venit tibi manſuetus ſedens ſuper aſi-
nam / et pullum ⁊c. Hanc promiſſionem pro-
pheticam impleuit deus quantum ad primam
liberationem ſui populi a captiuitate egypti
quando miſit ad eos Moyſen ducem et recto-
rem populi fidelis. quare exhortans eos ad obe
diendum ei reuerenter / et amoroſe dixit ecce
ideſt attende popule meus diligenter ad ver-
ba mea et eleua mentem ad contemplandas
conditiones ducis tui quē ego mitto ad te vt in-
de cognoſcas eum et inclineris ad ſequendum
eum obedienter Primo quia eſt rex et paſtor
bonus non tyrannus propterea accepi eum de
cuſtodia et paſtu gregis Exodi 3 Secūdo quia
eſt tuus frater ideſt de tua cognatione et pro-
genie quia de filijs iſrael/et non ex alienis De
quo etiam apoſtolus Paulus ait Hebreorum
11 ꝙ zelo fidei negauit ſe eſſe filium filie Pha-
raonis ⁊ maluit affligi cum populo dei/ q̄ tem-
poralis regni infidelium egyptiorum habere
commercium Tertio quia venit tibi ideſt ad vti-
litatem tuam hoc eſt ad procurandum bonum
tuum non ſuum venit enim ad te liberandum
ab hac dura ſeruitute qua premeris in egypto
Quarto quia eſt manſuetus ſuper oēs homines
totius mundi vt dicitur Numerorum 12 Jdeo
non te gubernabit cum rigore ſed cum manſue-
tudine / et benignitate Quinto quia venit ad te
non in furioſo equo ſed ſedens ſuper aſinam/
vel pullum (quod expreſſe habetur de Moyſe
Exodi 4 Jdeo non eſt ambicioſus honorum ⁊
dignitatum propter quas faciat iniuſtas exa-
ctiones in populo Debetis ergo principem ta-
les proprietates habentem leto animo / et re-
uerenter ſuſcipere obedireq; ei / ac ſi qui ipſum
quocunq; vos duxerit ex mandato dei Et quia
(vt diximus) Moyſes ille redemptor particula-
ris figura fuit meſſie redemptoris vniuerſalis
totius mundi ideo eaſdem quinq; conditio-
nes/ et in altiori gradu debetis in meſſia con-
templari/et venerari audientes prophetam di-
centem toti humano generi ecce attēde erige te
in deuotam contēplationem tui ſaluatoris vt cū
venerit reuerēter ſuſcipias ipſum ꝑpter quinq;
Primo propter ſtatum quia rex Apoc 19 Rex
regū et dns dn̄antium Secūdo ꝑpter affectū q2
tuus ſcz frater cum futurus ſit homo verus ſicut

et in Geneſ 37 Frater enim et caro noſtra eſt Tertio propter beneficium quia venit tibi ideſt ad vtilitatem tuam non ſuam hoc eſt venit tibi dare regnum ſuum Matthei 25 Venite benedicti poſſidete paratum vobis regnum. Quarto propter officium quia venit manſuetus non rigoroſus Matthei 11 Diſcite a me quia mitis ſum et humilis corde Quinto propter comitatum humilem quia venit ſedens ſuper aſinam ⁊c̃ Jacobi 2 Nonne deus elegit pauperes ſcilicet ſocios in hoc mundo Hec namq̧ quinq̧ genera perſonarum ſolent homines mundani libenter recipere ideſt reges/conſanguineos/ benefactores/ſocios/et humiles Chriſtus autem cum venerit has omnes pſonas ſimul geret apud vos ideo debetis eum deuotiſſime expectare/⁊ reuereter ſuſcipere cum venerit Hac dei promiſſionē propheticam patribus factā de chriſto deus impleuit in fine quinte etatis mundi / et in principio ſexte mittens Jeſum nazarenū filium Marie virginis de ſemine Abrahe/ ex tribu iuda/ex ſtirpeq̧ Dauid vt patet Matthei 1 Et tamen quando venit gentiles (quibus nulla erat facta promiſſio de eo) pro maiore parte eum inauditu auris faciliter ei obedierunt et deuotiſſime receperunt quo contra de iudeis dicitur pro maiori parte Joannis 1 ꝙ ſui eum non receperunt ⁊c̃

Tertia pars euangelij

Miſſo tandem a deo in mundum vtroq̧ ſaluatore predicto figurali ſcilicet ⁊ figurato attendere oportet effectum ſuum/⁊ fructum quem fecit in populo dei ſibi comiſſo Et primo hoc exponamus de Moyſe Plurima inquit turba ſcilicet iudeorum / et aliorum eis adherentium in Egypto volens prompte obedire duci ſuo/ ⁊ ſequi eum ſtrauerunt veſtimenta ſua in via / alij autem cedebant ramos de arboribus et frōdes oliuarum/aut ſpatulas palmarum/⁊ ſternebant in via. Hec figuraliter ſignificant officia hebreorum in egypto que ipſi faciebāt in via ad prompte et expedite eundum quo duceret eos ſaluator Moyſes miſſus a deo quia nudabant ſe veſtibus ſuis ſuperioribus/ ⁊ ſtrauerunt eas ſuper iumenta ſua ad liberius ambulandum per viā Aliqui etiam eorum ex nimia leticia deferebant ramos in manibus ſuis / et in ſignum victorie dei ſui ſuper omnes deos egyptiorum Alij deniq̧ faciebant ſibi ſerta virentia ex floribus et frondibus arborum/ et herbarum maxime autem ex oliua et palma que victoriam ſignificāt. Poſſunt etiā hec corporalia geſta adaptari miraculis que facta ſunt per manum Moyſi in egypto ad expediendum viam qua hebrei exirent de captiuitate illa et fuerunt decem principalia miracula ante illum exitum facta que dicuntur decem plage egypti Nam eorum quedam facta ſunt in elementis terra/aqua/ ⁊ aere alia in arboribus alia in iumentis alia in hominibus que prolixe narrantur in capitulis Exodi 7 8 9 10 11 Poſſunt ſimiliter per hec intelligi miracula que facta ſunt in ipſo exitu hebreorum ſcilicet obumbratio nubis precedentis diuiſio maris rubri vt pateret hebreis via tuta/ ſubmerſio egyptiorum in mari quorum ſpolia atq̧ arma acceperunt hebrei hoc eſt ergo quod dicitur plurima turba ſcilicet egyptiorum ſtrauerunt veſtimenta ſua in via qua perſequebantur iudeos quia dimiſerunt eis ſpolia ſua Alij vero ſcilicet iudei cedebant ramos ⁊c̃ Colligebant ſpolia nudatis egyptijs/ et turbe iudeorum que precedebant ideſt principaliores eorum et turbe que ſequebantur ideſt minores pueri/ et mulieres cantantes pre gaudio leticie cantica dicebāt oſanne .obſecro ſalua nos in excelſis ideſt in celis qui ſaluaſti nos in terris de hoc clamore legitur Exodi 15 Vbi dicitur ꝙ poſt tranſitum maris rubri quo hebrei ſaluati ſunt ſubmerſis egyptijs Moyſes et omnes maiores natu filiorum iſrael cecinerunt canticum domino dicentes cantemus domino Glorioſe enim magnificatus eſt ⁊c̃ Et ſimiliter maria ſoror Moyſi cum alijs mulieribus ⁊ pueris aſſumens tympanum in manibus ſuis idem canticum ſeorſum a viris cecinerunt Bene ergo dicitur ꝙ turbe que precedebant ideſt maiores populi et que ſequebātur ideſt minores idē canticū clamabant dicētes ⁊c̃ Similiter oportet notare fructus quos verus meſſias in Moyſe figuratus fecerit in aduētu ſuo Nam poſtq̧ ipſe predicauerat in omni regione iudeorum doctrinam celeſtem qua paratur via in celum vbi vera beatitudo miſit predicatores in vniuerſum mundum qui primo in Hieruſalem/⁊ in omni iudea/⁊ ſamaria ⁊ deinde omnibus regnis gentilium vſq̧ ad extrema terre loca predicarent eandem doctrinam dicēs eis Ego miſi vos vt eatis et fructum afferatis. Joannis 15 Fructus predicatorum fuit conuerſio populorum ad fidem chriſtianam Nam primo quoſdam ex iudeis deinde multos ex gentilibus ad ſe traxerunt Et tunc verificatum eſt quod hic dicitur turbe que precedebant ideſt multi iudeorum qui priores erant in cognitione rerum diuinarum et turbe que ſequebantur ſcilicet gentilium qui poſteriores venerunt ad fidem chriſti ſequentes doctrinam apoſtolorum omnes iſti eandem eccleſiam conſtituentes chriſtianam eandemq̧ de vero meſſia profitentes/ atq̧ in eo omnem ſpem ſalutis ſue ponētes clamant quotidie per vniuerſum mundum. Benedictus qui venit in noīe dn̄i oſanna in excelſis. Quibus verbis tres notant virtutes theologice Charitas in eo qḋ dicitur benedictus fides qui venit in nomine dn̄i ideſt legatus a deo Spes oſanna i obſecro ſalua in excelſis his virtutibus populi fidelium inclinati ad omnimoda opera bona alij ſtrauerunt veſtimenta ſua in via ideſt corpora ſua que ſunt veſtes animorum expoſuerunt morti propter deum vt martyres Alij cedebant ramos doctrinarum ſanctarum de arboribus ideſt de libris ſacre ſcripture et ſternebāt alijs fidelibus in via huius vite vt doctores Alij frondes oliuarum ideſt opera miſericordie ſeu eleemoſynas faciēdo eccleſias/ monaſteria/

hoſpitalia magnifice dotauerūt vt ſeculares domini reges/⁊ principes terre Hactenꝰ ſenſu hiſtorico pertinēte ad duos liberatores populi dei a duplici captiuitate eius Super hunc ſenſum hiſtoricum facile edificabitur moralis ſenſus pro fidelibus preſentibus in hoc ſacro tempore aduentus In quo ieſus ideſt ſaluator animarū prelatus ſpecialiori cura/⁊ vigilia appropinquat hieroſolyme ideſt ſue eccleſie ꝑ officia repreſentantia primum chriſti aduentum Venitq; Bethphage ideſt ad os/⁊ vocem predicatoris per frequentiam ſermonum in hoc tempore venit etiā ad montem oliuarum ideſt ad opera miſericordie excitanda apud fideles quia debent magis frequentari in hoc tempore/ꝙ in precedentibus elemoſyne/ ⁊ alia charitatis opera in proximos mittit nunc diſcipulos ideſt curatos animarum vt adducant ei per ſacrameta eccleſie aſinā ideſt plebem eis ſubiectam ⁊ pullum indomitū ideſt dominum temporalem conuertant ad ſeruiendum deo in hoc ſacro tempore ⁊ ad hoc melius peragendum imponant eis veſtimenta ſua ideſt bona exempla virtutum quatenus chriſtus in feſtis natalibus veniens poſſit ſuper eos ſedere ideſt quiete manere per conſcietie ſerenationem et deuotam ſuorum myſteriorum contemplationem Deinde prelatus ipſum fidelem populum hortatᷣ in autoritate Zacharie allegata vt ſe bene prepararet ad deuote ſuſcipiendum chriſtum in die natalis domini/vel ſacramentaliter / vel ſpiritualiter ⁊ hoc propter quinq; eius excellentes proprietates ſcilicet quia optime regit ⁊ gubernat animas ſuorum/quia valde eas diligit/quia eis multa bona affert quando venit/ quia ſe affabilem et non ſeuerum eis oſtendit/et tandem quia venit ſanctis angelis aſſociatus Tali vero cōmonitione prelati plurima turba fidelium in hoc ſacro tempore deuote ſe preparat ad bene occurrendum regi ſuo venienti nam alij humiliant corpora ſua ad diſciplinas ⁊ ieiunia alij intendunt operibus miſericordie/ſeu elemoſynis pauperum Alij ſtudio ſanctarum ſcripturarum vacant et contemplationi alij denique orationibus/tum publicis/tum priuatis ſe ⁊ alios proximos iuuant/atq; conſolantur ⁊ tam maiores/ꝙ minores quotidie in templo dei clamare non ceſſant Benedictus qui venit in nomine domini oſanna ideſt ſalua nos ducens animas noſtras in excelſis ideſt ad celeſtem beatitudinem que valde excelſa eſt Cantus offertorij Ad te leuaui animam meam vbi ſupra Eſt gaudium fidelis populi ſuper doctrina lectionis euangelice que denunciauit eis aduentum ſaluatoris ad ſui liberationem a miſeria Unde concepta fiducia ex magna dei liberalitate petit iterum ab eo auxilium et fauorem ad vincendos deinde hoſtes / ſiue corporales vt in lege veteri/ſiue ſpirituales vt in lege noua Secreta oratio Hec ſacra nos domine ſenſum moralem offertorij explicans offert deo ſacrificium eucharistie pro fidelibus preſentibus petens etiam a deo cordis mundiciam qua digne preparatus perueniat ad feſtum natiuitatis chriſti que fuit principium huius tam venerandi ſacramenti Cantus poſt cōmunionem Dominus dabit benignitatem ex pſalmo 84. Eſt vox fidelis populi tam veteris/ ꝙ noue legis qui poſt ſuam liberationem a captiuitate/ et miſeria oſtendit certiſſimam ſpem quam habet de ingreſſu terre promiſſionis / vel celeſtis glorie ex benignitate dei Sed in ſenſu morali(quem oratio ſequens Suſcipiamus domine explicat)proximam nunciat chriſti natiuitatem repreſentatiuam ex virgine Maria que etiā dicitur terra que dabit benignitate ideſt benignum fructum de qua Eſaie 14. Aperiatur terra ⁊ germinet ſaluatorem ⁊ apoſtolus ad Titum 3 Apparuit benignitas et ſaluatoris noſtri ⁊c. Petit etiam hec oratio miſericordiam gratie dei in medio templi ſui ideſt eccleſie chriſtiane que eſt fidelium populus Sumitur ille modus loquendi ex pſal.47 Qui de aduentu ſaluatoris clariſſime loquitᷣ Ex hoc primo libri miſſalis officio quod vtcunq; enarrauimꝰ patet clare modus et intentio quem proſequimur in toto opere circa expoſitiones diuinorum officiorum ad duos ſenſus hiſtoricum ⁊ moralem ſupradictos

Moralitas euangelij.

Cantus offertorij

Communio.

¶ Euangelium erūt ſigna in Sole/ ⁊ Luna qđ eccleſia Romana legit in hac prima dominica aduentus in ſequēte dñica exponemus de ſcđo aduentu chriſti ad iudicium quia (vt diximus) eccleſia Romana in ſuis officijs permixte et ſimul vtrunq; chriſti aduentum decantat Poſſet tamen hoc euangelium primo aduentui adaptari accipiendo per ſolem chriſtum/per lunam virginem Mariam/vel eccleſiā per ſtellas apoſtolos/et alios pdicatores doctrine euāgelice nam in primo chriſti aduentu in illis omnibus magna ſigna apparuerunt de quibus Eſaie 7 Ecce dominus dabit vobis ſignum Uirgo concipiet ⁊ pariet ⁊c.et Hieremie 31 Nouum faciet dominus ſuper terram ⁊c Agei.2 mouebo celum et terram cum venerit deſideratus cunctis gentibus ⁊c Nam in primo aduentu multa ſigna ideſt miracula noua / et inaudita apparuerunt in celo ⁊ in alijs elementis/atq; in hominibus ⁊c. Et hoc modo poſſet procedi per totum euangelium.

## ¶ Caput quartum de dominica ſecunda aduentus: in cuius officio commemorata felicitate veteris populi ſub regibus ſuis: agit de ſecundo Chriſti aduentu ad iudicium per hiſtoriam/et de aduentu dei ad mortem hominis per Tropologiam.

Argumētū officij.



N p̄-
cedētis capi-
tuli exordio of
ficium huius
ſecūde domi
nice aduentꝰ
per hiſtoriam
retulimus ad
ſignificanduꝫ
ſtatum popu
li hebreorum
ſub regibꝰ ſu-
is fidelibus ⁊ de cognatione ſua De quo ſta-
tu pleniſſime agitur in quattuor libris Regum
⁊ in duobꝰ Paralipomenon quare hic ſuppoſi
tis illis hiſtoriis ſacri textus cū additionibꝰ Joſe
phi in libro de antiquitatibus ⁊ Magiſtri hiſto
rie ſcolaſtice hoc breue ſumarium colligimus
ꝙ ſtatus ille ſecundus annorum fere quingen
torum fuit populo hebreorum honoratiſſimus
⁊ fauorabilis valde tum quia a ſuis regibus
protegebātur ab infidelium incurſibus melius
ꝙ̄ antea tum quia eis ducibus exercitus ipſi
audebant inuadere infideles ⁊ vincēdo illos di
latabant imperium ſuum tum quia ſub illis
lex dei bona / cerimonie / et ſacrificia legalia
optime ſeruabantur tum quia vigebat iuſticia
in illo regno qua mali puniebantur et boni tu-
ti manebant in domibus ſuis tum deniqꝫ quia
in tepore illo claruerunt multi ſancti viri ⁊ pro
phete ſacrorum librorum ſcriptores magis ꝙ̄
in precedente de quo dicitur Judicum 17 in
tempore illo inquit non erat rex in iſrael ⁊ qui
libet faciebat quod volebat ſcilicet quia non
erat poteſtas coercius malorum circa obſeruan-
tiam legis et circa conuictum proximorum vi-
de illa neceſſitate compulſi iudei quia non erat
iuſticia in regno illo petierunt regem a deo qui
eos pacificaret recto iudicio iuſticie ⁊ compeſce
ret effrenatos delinquentes et in deū et in pro-
ximos Et licet in primo illo libro Regum deus
per Samuelem prophetam videatur difficul-
taſſe illā petitione iudeorum ⁊ non libenter illā
exaudiuiſſe hoc tamen ipſe non fecit propterea
ꝙ iudei meliorem ſtatum haberent prius ſine re-
gibus / ꝙ̄ ſub eis poſtea habuerunt ſed potius
voluit premunire eos ad recte parendū regibus
bonis qui tamen iudicio et opinione traſgreſſo-
rum viderentur eſſe mali/et tyranni propter exe-
cutionem iuſticie contra eos propterea voluit
prius per illam difficultatem extorquere ab eis
conſenſum tam malorum/ꝙ̄ bonorum illius po
puli regem petetis ſcilicet ad hunc fine vt poſt
ea regibus ſuis actus iuſticie exercentibus eſſent
obedientes nec rebellarent pretextu tyrannidis/
et violetie ipſorum regum quandoquidem cum
tali conditione regem acceptaſſent vnde factum
eſt vt nullam rationem iuſte querele haberent
contra deum qui tali ſeruituti eos ſubiugaſſet ex
ipſorum electione Status ergo ille ſecundus iu
deorum ſub regibus ſuis fuit tempus iudicij/ et
iuſticie exercende quod licet eſſet bonis homini-
bus iocūdiſſimum erat tamen malis ⁊ flagitio-
ſis valde moleſtum Conſtat ergo ſignificationi
huius officij in quo principaliter agitur de ſecū-
do chriſti aduentu ad iudicium in fine mūdi ꝙ̄-
uis alique partes eius ad primum chriſti aduen
tum pertineant Nam in Matutinis/ Inuitato- Matuti-
rium / Antiphone / et Reſponſoria lectionibus ni.
Eſaie permixta oia reſonant iudicem venturū ⁊
regem in magna poteſtatis maieſtate ad terrorē
malorum ⁊ conſolationem bonorum In primo
enim reſponſorio cū tertio/⁊ ſexto eccleſia ad bo-
nos dirigens ſermonem conſolatur eos annun-
ciando illum chriſti aduentum ideo vocat eos
Hieruſalem/ Sion ⁊c In ſecundo autem quar-
to/⁊ nono reſpōſorijs malos deterret nominan-
do iudicem ſeueriſſimū/ ⁊ regem potentiſſimum
venturū ſuper eos Et in ſenſu hiſtorico poſſunt
omnia hec eſſe verba Samuelis ꝓphete loquē-
tis ad populum Hebreorum de futuro rege ſibi
diuinitus prouidendo ad conſolationem bono-
rum ſpe pacis/⁊ quietis habende in regno ⁊ ad
terrorem malorum per cōminationem penarū/⁊
iuſticie rigorem Similiter antiphone laudū ad- Laudes.
uentum iudicis perſonant ſcilicet ecce in nubi-
bus celi ecce apparebit dominus ⁊c. Idem vide-
re licet in alijs cantibus per omnes horas diei.
Hoc eſt in antiphonis/capitulis/reſponſorijs/et
verſibus que omnia predictas duas intelligen-
tias habere debent Introitus miſſe huius diei Introitꝰ
populus Sio Ecce dñs veniet ⁊c. Eſaie 30 Le- miſſe.
ticiā reſonat ad duos ſenſus Siue propter exal
tationem populi veteris ad honorem regie gu-
bernationis (que teſte Ariſtotele eſt aliarū opti-
ma) ſiue propter ſpeciem glorie chriſti/quā oſten
det in ſuo ſecundo aduētu ad letificandum ſan-
ctos ſuos quorum corpora reformabit configu-
rata glorie claritatis ſue In primo enī ſenſu Sa
muel introducitur ad iudeos Secūdi ſtatus ve
te le dices Populus ſion i ciuitatis Hieruſale
que in mōte ſion ſita eſt ecce dominꝰ ⁊ rex tuus
veniet tibi a deo miſſus ad tui optimā guberna-
tionē pariter ⁊ honorē Veniet inqꝫ ad ſaluādas
omnes gentes tuas ab oppreſſione malorū que
te vexabant per furta homicidia/adulteria/⁊ alia
mala tū ab intraneis/ tum ⁊ ab extraneis hoſti-
bus illata et auditam faciet dominus ideſt pu-
blicam ⁊ manifeſtam gloriam vocis ſue in regi-
bus tuis valde glorioſis et quorum geſta et fa-
ma audientur in omni terra habitabili ⁊ hoc ni-
mirum fiet in leticia cordis veſtri ſcilicet quia
videbitis vos liberatos a malis precedentibus
et honoratos bonis preſentibus regibuſꝙ glo-
rioſis Verſus Qui regis iſrael intende/ex pſal-
mo 79 Eſt vox populi letificati de bona annū
ciatione introitus qui et deum orat pro illius
promiſſionis impletione ſcilicet vt ipſe qui eſt
proprius rex iſrael / et poteſt ſa iliter eis proui
dere de bono rege intendat ſaluti eorum qui

ſunt populus eius ꝛ oues paſcue eius ideo pe-
tunt ſibi prouideri de bono paſtore Et quia re-
gnum illud iudeorum fuit figurale de regno
chriſti quod maxime apparebit in ſecundo eius
aduentu ideo eadem verba introitus ſunt pro-
phetia de aduentu chriſti ad iudicium finale
Hoc modo populus Syon ideſt eccleſia chri-
ſtiana que magna dei ſecreta ſpecularis ecce do
minus tuus ieſus chriſtus veniet in die finalis
iudicij ad ſaluandas omnes gentes ab oppreſ-
ſione diaboli ꝛ a dominio mortis ꝛ auditam fa
ciet dominus in toto mundo gloriam ideſt au
toritatem ꝛ potentiam vocis ſue qua omnes ad
iudicium citabit in iuſſu in voce archangeli ꝛ in
nouiſſima tuba vt ait apoſtolus ꝛ hoc fiet in leti
tia cordis veſtri qꝛ ſtatim reſumetis corpora ve-
ſtra glorioſa ꝛ loquitur ad bonos ſeruos dei quo
rum oratio ad deū pro impletione tanti boni eo
rum eſt verſus ſeques qui regis iſrael ideſt po
pulum videntium deū intende petitioni noſtre
cum effectu optato qui per longam aduent⁹ hu
ius ſecundi dilatione videbaris noſtri oblitus
Hec ſctórum petitio de acceleratione ſecundi ad
uetus chriſti ad iudicium habetur expreſſe Apo
ca 7 Vidi inquit animas interfectorum ꝛc̄ Se
ſum moralem huius introitus pro fidelib⁹ pre-

Oratio.

ſentibus explicat oratio vel collecta ſequens ex
cita dn̄e corda nr̄a ꝛc̄ que in perſona toti⁹ eccle-
ſie petit a deo vt p gr̄am ſuam fideles excitet a
ſomno culpe ꝛ negligentie ſpūalis quatenus
optime preparet vias per quas ipſe ventur⁹ eſt
ad iudiciū pticulare in morte cuiuſlibet eorū ꝑ-
parent cōſcientias ſuas maxime in hoc ſacro tem
pore aduētus ad ſecure expectandū eius aduen
tuū in morte vt poſſint ei occurrere leti quaſi bo

Epiſtole argumentum.

ni ſerui reddentes ei fidele ratione de talentis ſi
bi cōmiſſis Epiſtola quecūqꝫ ſcripta ſūt ꝛc̄. R-
IS quamuis in ſupficie littere videatur ſermo de
primo chriſti aduentu in mūdum (quo chriſt⁹ ad
populum iudeorum miſſus venit/ ſolis eis pre-
dicauit in ſua propria perſona quod fecit ad im-
plendas promiſſiones dei factas ſanctis patri-
b⁹ iudeorū tamē re vera hec ep̄la ſicut ꝛ alie hu-
ius officij partes omnes inducitur ad loquēdū
de ſecundo chriſti aduentu ad iudicium figura-
to (vt diximꝰ in erectione regni iudeorum in ſe-
cundo tempore veteris legis. Eſt ergo hec epiſto
la ſermo boni ꝑlati ad populū ſuū ſiue in vete-
ri ſiue i noua lege quo fideles ſibi ſubditos vult
facere attentos ꝛ ſolicitos de ſua ꝑparatione ne
ceſſaria ad hoc vt ſecuri ꝛ leti expectare poſſint
aduentum ſui regis glorioſi ad faciendum iudi-
cium ꝛ iuſticiam in hominibus ſui regni Prepa
ratio aūt iſta in duobus maxime conſiſtit ſ in
paciencie perſeuerātia ꝛ in ſpei lōganimitate eſt
enim patientia de malo preſente longanimitas
vero de bono futuro abſente que duo obiecta cō
tinue ſe offerūt ſeruis dei in hac vita nam ꝛ ma
la plurima ſuſtinent a mundanis peccatoribus
ꝛ plurima bona expectant poſt hanc vitam. cum
dominus eorum iuſtus iudex fecerit vindictam
in nationibus ꝛ in crepationes in populis tales
ergo continue deſiderant ſecundum chriſti aduē
tum ad iudicium quo et liberentur a malis pre-
ſentibus ꝛ potiantur bonis eternis Hec duo
preparatoria valde commendat ſermo noſtre e-
piſtole ad ſecundum chriſti aduentum relatus.
Que diuiditur in tres partes Prima commonet
fideles ad hec duo ex ſacris ſcripturis Secun-
da ibi dico autem idem facit ex chriſti geſtis ſeu
exemplis Tertia ibi deus autem addit oratio-
nem ad hoc ipſum pro eis Ad pacientiam et

Prima pars epiſtole.

ſpem habedas ante iudicis aduentum in vtroqꝫ
populo prelatus ſuos fideles exhortās ait Fra
tres mei chariſſimi in chriſto ſcire vos oportet ꝙ
quecunqꝫ ſcripta ſunt tam in lege ꝙ̄ in prophe-
tis ac etiam in ſacris libris hiſtorialib⁹ (vbi plu-
rima geſta ſanctorum patrum narrantur et qua
liter ſe habuerunt tam in aduerſa ꝙ̄ in proſpe-
ra fortuna) hec inꝙ̄ omnia exempla et conſilia
ſcripta ſunt ex mandato dei ad noſtram doctri-
nam ideſt nobis neceſſariam in hac vita vt in-
de doceamur habere patientiam in aduerſis cū
ſpe liberationis noſtre ab eis potius ex dei mi-
ſericordia ꝙ̄ ex noſtra iuſticia ꝛ inde conſole-
mur inter anguſtias preſentis vite. ꝙ ſi hec regu
la eſt generalis in communibus aduerſitatibus
ꝛ periculis huius temporis ſcilicet ꝙ deus non
deſerit ſperantes in ſe ſed facit eis cum ten-
tatione prouentum et hoc docent ſacre ſcriptu
re prophetarum et apoſtolorum in multis caſi-
bus periculoſis qui acciderunt ſeruis dei et mi
rabiliter liberati ſunt multo magis credendum
eſt hoc eſſe verum in extremo periculo finalis iu
dicij dei vbi agetur de toto hominis bono vel
malo in eternum Diſcamus ergo habere paciē
tiam ꝛ conſolationem in his malis temporali-
bus que nobis occurrunt ante iudicium finale:
ꝛ experti dei miſericordiam in eis concipiamus
firmam ſpem euandendi periculum damnatio-
nis eterne in illo iudicio vbi maxime nobis erit
neceſſaria dei miſericordia ſine qua tunc nul-
lus poterit euadere a perditione Hec eadem
doctrina confirmatur ex conditione ipſius dei
qui eſt autor pacientie ꝛ dator ſolatij ideſt con-
ſolationis ſeruis ſuis quando opus eſt quia dat
eis gratiam qua pacienter ſubſtineāt mala oc-
currentia ſcilicet vel a deo immiſſa vel a malis
hominibus illata ꝛ tandem conſolatur eos Si
ergo hec eſt conditio dei communiter erga ſer-
uos ſuos credendum eſt ꝙ ſimiliter vobis da-
bit id ipſum ſapere in alterutrum ideſt ꝙ paci-
enter vos ad inuicem ſufferatis in malis ſecū-
dum ieſum chriſtum ideſt doctrinam eius/ vel ſe
cundum exemplar eius qui multas iniurias /
vulnera/ ꝛ magnam contradictionem patienter
ſubſtinuit a peccatoribus adeo vt pateretur ſe
iniuſte iudicari et condemnari ad mortem Et
ita oportet vos vnanimes ideſt conformes ani-
mo / etiam vno ore deū honorare ideſt laudare
ꝛ benedicere in aduerſitatibus veſtris ſcietes qꝛ
ipſe vulnerat ꝛ medetur / percutit ꝛ ſanat/ ꝛ poſt

tempeſtatem tranquillum facit oportet etiam ꝙ
non murmuretis contra deum in aduerſis per
impacientiam ſicut multi fatui de quibus apo/
ſtolus 1 Cor.10 dicit ꝙ perierunt propter ſuam
inſipientiã Debetis etiam exemplo chriſti pdi=
cto vos inuicem ſuſcipere 1 miſericorditer ſubue=
nire in neceſſitatibus ⁊ ſufferre inimportunitati/
bus ſicut ⁊ chriſtus ſuſcepit vos homines predi/
ctis modis Et ideo deus merito ſue humilita=
tis/ pacientie/ et miſericordie exaltauit atq; ho
norauit illum iudicem faciens ſuper omnes
homines viuos et mortuos Job 36 cauſa tua
quaſi impij iudicata eſt iudicium cauſamq; re/
cipies Simili modo exaltabit deus et honora/
bit humiles ſeruos ſuos qui pacienter tollerant
malorum perſecutiones nam deus ob tale me
ritum faciet eos aſſeſſores iudicis chriſti in fine
mundi Matthei 16 Sedebitis ⁊ vos iudican
tes ⁊c̃ et quia feciſtis opera miſericordie in pro=
ximos inuenietis dei miſericordiam in iudicio
eius Matthei.5 Beati miſericordes quoniam
ipſi miſericordiam conſequentur ſcilicet a deo
qui etiam in iudicio vniuerſali opera miſericor
die remuneraturus iuſtis dicet eis venite bene/
dicti ⁊c̃. Matthei.25 Patet ergo optima prepa/
ratio fidelis populi ad ſecure expectandum ad/
uentum futuri regis iudicisq; tremendi in fine
mundi nam ⁊ fideles veteris legis eodem mo
do expectabant imo ⁊ deſiderabant dari ſibi
a deo regem ac iudicem rectiſſimum quod de/
us impleuit eis quando Samuel propheta vn/
xit Dauid in regem illius populi qui anteꝙ de
facto regnaret fecit multa bona illi populo et
ſimul cum hoc paſſus eſt ab eis multa mala
que omnia ipſe equo animo tollerauit et pa/
cienter ſubſtinuit propter que merita deus ip/
ſum exaltauit in regem et iudicem toti⁹ ſui po/
puli qui etiam ex zelo diuini honoris iuſto iudi/
cio perſecutus eſt omnes ydolatras regni ſui
faciens diligentem inquiſitionem contra iude=
os qui colebant deos alienos Item ex charita/
te proximorum fecit ſeueriſſima iudicia contra
latrones et homicidas aliosq; malefactores in
populo Bonis autem hominibus pacificis at/
q; humilibus deuoteq; religionem et legem dei
ſui obſeruantibus Dauid rex fuit valde beni/
gnus miſericors ⁊ fauorabilis ⁊ ad tales Sa/
muel dirigebat ſermonẽ noſtre epiſtole vt ſecuri
et quieti expectaret aduentum ſui regis atq; iu/
Secũda pars epiſtole. dicis De quo ſtatim ſubditur dico enim chriſtũ
ideſt vnctum illum in regem a Samuele aſſero
vobis fore Jeſum ideſt ſaluatorem ſui populi
a perſecutione malorum hominum cuius ſignũ
p eceſſit in eo quãdo liberauit exercitum iudeo
rum de manu Golie et de toto exercitu philiſti=
norum ⁊ hunc dico miniſtrum ideſt gubernato/
rem ⁊ paſtorem futurum circunciſionis ideſt po/
puli iudeorum quod voluit deus propter verita
tem ideſt ad verificanda verba ſua hoc eſt ad
confirmandas ideſt firmas et certas faciendas
promiſſiones patrũ.ideſt patribus factas Pro/
miſerat enim deus populo hebreorum per os
ſancti Jacob patriarche Geneſis 49 non aufe=
retur ſceptrum regni de tribu Juda ⁊c̃ propterea
ergo reiecto Saule de alia tribu/electus eſt Da/
uid de tribu iuda vt eſſet rex ſuper populum dei
et miniſtraret iuſticiam faceretq; iudicium rectũ
in regno ſuo vos autem gentes ideſt minores
populi hebreorum ſuper tam grandi miſerico/
dia vobis facta in ta bono rege honorate deum
laudate ⁊ gratias agite qui dedit vobis talem
regem iuſtum / pium / ⁊ virilem in actibus ſu/
is dicite ergo in laude dei illud quod ſcrip/
tum eſt in libro pſalmorum propterea confite/
bor tibi domine ideſt laudabo te in gentibus po
puli tui pacificandis ⁊ rurſus Eſaias pro=
phetauit de huius regis ſublimitate erit in/
quit virens et fertilis radix ieſſe qui fuit pater
Dauid q; ex ea naſcetur ille qui exurget rege/
re gentes populi ſui et in eo gẽtes ille ſperabũt
pacem ſalutem et miſericordiam a deo Et q;
Dauid fuit figura veri meſſie chriſti ieſu idem
ſermo conuenit fidelibus chriſtianis qui ip=
ſum expectant venturum iudicem in fine mun
di nam ex geſtis eius in primo ſuo aduentu
apud homines confirmatur ſpes de ſua miſeri/
cordia quam faciet ſeruis ſuis in extremo iudi=
tio liberans eos a damnatione Dictum eſt en/
im ꝙ ipſe in primo aduentu miſericordiſſime
ſuſcepit nos nunc autem magis declarando ea
que tunc fecit dico ieſum chriſtum fuiſſe mini/
ſtrum ideſt prelatum ⁊ predicatorem circunciſio/
nis ideſt iudaici populi circũciſi propter veritatẽ
verbi dei ideſt ad confirmãdas promiſſiones pa
trum illius populi quibus deus promiſerat ſe
miſſurũ ſaluatorem ad docẽdum eos in propria
perſona ad implendum ergo hanc promiſſionẽ
dei ipſe meſſias in ſuo primo aduentu miniſtra=
uit iudeis predicando /miracula faciendo/⁊ ſa=
cramenta ſalutaria inſtituendo inſuper ex ſuper
abundanti miſericordia ſua non ſolum iudeorũ
ſed etiam gentilium procurauit ſalutem qui/
bus tamen nihil promiſerat nam miſit ad
eos diſcipulos ſuos apoſtolos et de hac gen/
tilium ſalute per meſſiam procuranda prophe/
tauerant Dauid et Eſaias miſericordiam dei
magnificantes ideo ait prelatus ad fideles ex
gentilibus o gentes honorate deum ſuper mi=
ſericordia vobis facta de qua ſcriptum eſt pſal=
mo 17 propterea ego eccleſia chriſtiana con=
fitebor tibi in gentibus ideſt laudabo te per ora
gentilium ad fidem conuerſorum et iterum in
eodem pſalmo addit eccleſia letamini in vero
deo vos gentiles cum plebe eius antiqua ideſt
cum fidelibus ex iudeis et facite cum eis vn/
am eccleſiam ad laudem dei et iterum in pſal/
mo 116 ſcriptum eſt Laudate dominum om/
nes gentes vbiq; terrarum et magnificate eum
omnes populi omnium nationum iam ſalu/
tem animarum conſecuti et rurſus Eſaias capi=
tulo 11 ait de ſalute gentilium erit radix ieſſe
ideſt ille qui egredietur de radice ieſſe verus

meſſias nō ſolum pro iudeis ſed qui exurget re
gere gentes et in eum gentes ſperabunt ſalutē
animarum eternam ꝛc̄.patet ergo quanta fuerit
chriſti miſericordia in ſuo primo aduentu quare
multo magis ſerui eius debent nunc ſperare de
ſua miſericordia quando iam glorioſus regnat
in celo ꝙ liberabit eos a periculo futuri iudicij
ſui exquo in celum aſcenſurus iā promiſſit om=
nibus gentibus eternam ſalutem Mathei 28
Jte in vniuerſum mundū ꝛ docete omnes gen=
tes ꝛc̄.q d.ex quo gentilium ſalutem eſt operatꝰ
quando eis nihil promiſſerat multo magis eam
operabitur modo poſtq̄ꝫ eis promiſſit illam Ve
Tertia epiſtole ps rum q2 fideles ex ſuis viribus forte non valeret
tāto tempore continuo ſeruare patientiā in ma
lis ꝛ ſpem firmam habere de bonis alonge futu
ris opus eſt orare deum vt ipſe gratia ſua adiu
uet infirmitatem noſtram vt poſſimus conſtan=
ter ſeruare patientiam/ſpem/ꝛ longanimitatem
vt precedens ſermo ſuadebat Deꝰ ergo ſpei no
ſtre obiectum ꝛ cauſa repleat vos fideles omni
gaudio ꝛ pace in credendo hanc noſtram exhor
tationem ꝛ conſilia data vobis quatenus abun
detis magis ſpe ꝛ virtute.i fortitudine ſpiritꝰ ſan
cti expectantes ſine timore aduentum ſecundū
chriſti ad iudicium ſicut etiam antiqui patres ex
pectabant aduentum regis Dauid vt faceret in
eis rectum iudicium q2 ad ſuam expectationem
adiuti ſunt etiā gr̄a dei ¶Ad ſenſū vero moralē
Moralitas epiſtole. hec epiſtola pro preſentibꝰ eſt ſermo preparato=
rius ideſt preparans fideles ad expectandū be=
ne aduentum dei ad mortem cuiuſlibet eorum
in quo etiam fiet iudicium particulare de tota vi
ta hominis preterita Hortat̄ enim hec ep̄la fide=
les habere pacientiam inter mala preſētis vite
cum ſpe diuine miſericordie qua tandem ab eis
liberabitur per mortem ſuam per quam homo
iuſtus tranſit a laboribus ad requiē ſempiternā
Ad hanc pacientiam multum valet monitiones
ſanctarū ſcripturarum que ſub hac ſpe nos con
ſolantur valent etiam exēpla vite chriſti qui per
multiplicem paſſionem ſuam ꝑuenit ad gloriā
immortalitatis vt dicitur Luce vltimo valent de
niqꝫ or̄ones ꝛ ſuffragia ſc̄te matris eccleſie qui
bus deus exoratur ſeu inclinatur adiuuare tribu
latos per gratiā ſuam vt poſſint equanimiter ſu
ſtinere hos labores ꝓpter deum Cantus gra
dualis ex ſyon ſpecies decoris eius pſalmo
Graduale. reſpondet ex parte populi fidelis ad hanc lec=
tionem qua letificatus de conſolatione ſibi da=
ta ex ſpe aduentus boni regis ad faciendum re
ctum iudicium in hominibus contemplatur de
uote modum ſui aduentus in gloria ꝛ maieſtate
regia dicens primo populus veteris legis de re=
ge Dauide ex ſyon arce fortiſſima in hieruſalē
ſpecies decoris eiꝰ quia ex hoc ꝙ vi expugnās
eam obtinuit a Jebuſeis fecit ſibi magnum ho
norem vt patet ſecūdi Regum 5 ꝛ hinc motꝰ eſt
vt erigeret eam in caput/totius regni ſui ꝛ inde
procederet ſpecies decoris ideſt pulchritudo ho
noris eius Ad illam arcem expugnandam ipſe
Dauid manifeſte venit in meridie poſitiſqꝫ ſca=
lis patenter per menia eius aſcēdit Verſus.Cō
gregate illi ſanctos eius ex eodem pſalmo ad
iungit regi ꝛ ſuis militibꝰ etiam ſacerdotes ſan=
ctos ideſt conſecratos ſiue vnctos oleo ſancto vt
ordinaret teſtamentum dei ideſt legem veterem
ꝛ cerimonias eius augerent ſuper ſacrificia pri=
us a Moyſe iſtituta q d.voluit rex Dauid ꝙ hie
ruſalem caput regni ſui eſſet ciuitas ſimul regia
ꝛ ſacerdotalis ideo congregauit ibi ſacerdotes
in templo dei vbi preter ſacrificia et alias legis
cerimonias vigeret etiā ſtudiū ſapiētie legis dī ꝛ
ꝓphetarū ſub doctrina ſacerdotum Secundo in
eodem cantu populus noue legis cātat de chri=
ſto dicens ꝙ ex Syō ideſt expecula celi appare=
bit in die nouiſſimo ſpecies decoris eiꝰ ſ quia
veniet in nubibus celi cum magna gloria ꝛ ma
ieſtate atqꝫ manifeſte ad iudicandas omnes gē
tes nō in humilitate ꝛ occulte ſicut in primo ad
uentu ꝛ congregabuntur illi ſancti eius apoſto
li vt aſſeſores eius in iudicio Mathei.16 qui et
ipſi ordinauerunt teſtamentum eius nouum ſu=
ꝑ ſacrificia veteris legis ideſt melius q̄ꝫ illa erāt:
vel ordinauerunt ſpirituales intelligentias no=
ui teſtamenti ſuper ſacrificia carnalia veteris le=
gis Aleluia Letatus ſum in his que dicta ſunt
mihi pſalmus 121 eſt bonorum hominum exul= Aleluia
tatio ſuper proximo regis ſui aduentu ad iudi=
cium eo ꝙ pertineat ad eorum gloriam ꝛ hono=
rem et hoc verum eſt in vtroqꝫ populo Letatus
inquit ſum ſpiritualiter in his que dicta ſūt mihi
tum in epiſtola iā et in graduali premiſſo de ad=
uentu regis mei.quia eo directore ꝛ autore ibi=
mus ſecuri in domum domini que eſt templum
dei in hieruſalem vbi eum adorabimus ꝛ cole=
mus latria vel que eſt celeſtis aula paradiſi quā
intrabimus in fine mundi cum corporibus no=
ſtris iam glorificatis quod hactenꝰ diutius ꝛ val
de deſiderauimus ideo merito letari debemus
ꝛ illuc introducti ſtantes erunt ideſt quieti ꝛ ſecuri
pedes nr̄i ꝑ quos etiā affectiones ꝛ cogitatiōes
animi intelligere poſſumus q̄ in gloria celeſti nō
fluctuabunt ab alijs in alia euntes ꝛ redeun=
tes ſed omnes noſtre cogitationes erunt pacate
ꝛ ſecure in atris hieruſalem ſiue terreſtris ſiue ce
leſtis Euangelium Erunt ſigna in ſole ꝛ luna Euangelij argumētum.
Luce 21. aperte deſcribit ſecundum chriſti ad=
uentum ad iudicium ꝛ qualitatem ſecundi ſta=
tus veteris populi iudeorum ſub regibus ſuis
exercentibus iudicium in populo illo Ad quem
ſenſum hiſtoricum totum euangelium intelligi=
tur eſſe doctrina Samuelis prophete ſermonē
faciētis populo iudeoꝝ Dauid rege ſuo futuro q̄
ꝓter gubernationē ſecularē ſuorū ſubditoꝝ i pace
et iuſticia etiā reformaturꝰ erat ſacerdotes ꝛ leui
tas quātum ad cerimonias legis dei ꝛ religiōis
ſancte talis aūt ſermo licet bonis ꝛ deuotis ho=
minibus eſſet conſolatorius ꝛ periocundus ſcꝫ
propter quietā ꝛ pacificam vitā eorum in domi=
bus ſuis tū ſceleratis ꝛ flagicioſis irreligioſis et
indeuotis erat valde terribilis ſcꝫ propter expe=

cta'ſionem penarū ſibi debitarum iuxta facinora
ſua Sed pro intelligentia vocabulorum huius
euangelij quatum pertinet ad hūc ſenſum hiſto=
ricum eſt hoc prenotandum ꝙ licet in lege euā=
gelica poteſtas ſacerdotalis qꝛ maior ꝛ dignior
ſeculari per ſole ſignificetur ab Innocentio pa=
pa 3 poteſtas vero regia per luna qꝛ minor eſt
vt ptꝫ i cap̄ Solite De maioritate ꝛ obedientia tñ
in lege veteri por/maior/ꝛ dignior erat poteſtas
regia/q̄ꝫ ſacerdotalis ideo illa p ſole hec vero p
lunam debet intelligi Quia illi ſacerdotes non
habebant a deo poteſtatem ſuper animas homi
num pluſq̄ꝫ alij laici ſed ſolū habebant poteſta
tem ſuper corpora ſcꝫ in his que pertinebāt ad
tēplum dei/ꝛ cerimonias ſacrificiorum propter
quod non dicebantur habere claues regni celo=
rum ſed tāĩus tēpli materialis qꝛ poterant ape=
rire illud dignis ꝛ claudere indignis His p̄miſ=
ſis euāgelium noſtrū in ſenſu hiſtorico habebit
tres partes Prima eſt regie maieſtatis prenū=
ciatio Scd̄a ibi tunc videbunt eſt eiuſdem re=
lis exhibitio Tertia ibi amen dico vobis ꝛc̄ eſt
dictorum certificatio In illo itaq̄ꝫ tēpore veteris
legis quo Samuel propheta iudicabat popu=
lum iſrael ipſe aliorum dn̄s et Ieſus i ſaluti ſui
populi intendens ꝓuidere dixit diſcipulis ſuis
ideſt ſue gubernationi ſubiectis Ecce appropin
quat ſecundus ſtatus huius noſtri populi viuē=
tis ſub lege Moyſi in quo ſtatu ſcd̄o prenuncio
vobis ꝙ erūt magna ſigna excellētie noſtre hoc
eſt videbitis magnas nouitatates ꝛ reformatio=
nes in toto populo iſrael quantū ad omnes ho=
minum cōditiones ꝛ ſtatus Primo enī erunt ſi
gna in ſole i in ſtatu iudicum ſecularū quorum
poteſtas eſt ſicut ſol in populo dei Deinde erūt
ſigna in luna i. in ſtatu ſacerdotū ſacramēta dei
miniſtrantiū.quorum poteſtas/ſeu autoritas lu=
ne cōparatur nam per neomenias ꝛ alias lune
varietates feſta ꝛ officia ſua diſponunt vt patet
in Exodo ꝛ Leuitico Tertio erūt ſigna in ſtellis
ideſt in ſapiētibus ꝛ prophetis qui ad iuſticiam
erudiunt ſeruos dei quaſi lucerne lucētes in ca=
liginoſo loco populi noſtri Quarto erit preſſura
ideſt anguſtia magna in terris i in hominibus
terrenis qui ſequunt voluptates ſuas ꝛ ideo di
citur preſſura gentiū.i hominum armatorum ad
prohibenda vitia ꝛ errores malorum ex manda=
to iudicis cuius publicū editū cōtra maleficos
erit ſicut ſonitus maris quia amare pene comi
natorius ꝛ fluctuum i perſecutionem contra fu=
gitiuos Hec enī oīa cauſabūt cōfuſionem in po
pulo qꝛ de eodem edito aliqui gaudebunt ꝛ alij
triſtabūtur q o erit in populo iſrael in hoc ſecun
do tempore notāda ꝛ admirabilis mutatio ſed
pertinebit ad honorem ꝛ vtilitatem huius popu
li qꝛ fiet in omnibus ſtatibus eius nam pro iu=
dicibus inualidis dabitur vobis rex potentiſſim⁹
qui ſedens in ſolio iudicij ſui intuitu ſuo diſſipet
omne malū In ſacerdotum officijs addetur ma
gna gloria ex regis beneficio et deuotione nam
relecto tabernaculo portanli a Moyſe facto fiet
templum ſtabile ex lapidibus precioſis in quo
etiā inſtituetur noui catores ꝛ noui modi cantuū Noui mo
muſicorū ꝛ pro vno ſummo ſacerdote a Moyſe di
inſtituto addent viginti quattuor pontifices qui
per vices ſuas ordinate miniſtret in templo dei
Numero etia minorum ſacerdotum ꝛ leuitarum
multi addetur augebitur quoq̄ꝫ numerus ſacrifi
ciorum/ꝛ aliarum cerimoniarū religionis ſancte
ex decreto et munificentia regis catholici Con=
gregabitur preterea in templo dei conuentus ſa
pientū doctorum qui quotidiano ſtudio verſent
queſtiones pertinētes ad ſenſus ꝓfundos legis
diuine reuelate in ſacra ſcriptura librorꝫ Moyſi
ad cuius etiam maiorem explicatione inſurgent
in populo dei durante hoc ſecūdo tepore magni
prophete deo pleni qui apertis oraculis aduen=
tum ſaluatoris mundi prenūciantes cōſolabun=
tur populū dei nam de Eſaia aliorum elegātiſſi
mo dicitur Eccleſiaſtici 48 ꝙ ſpiritu magno vi=
dit vltima ꝛ cōſolatus eſt lugētes in Syon Hec
ergo ſunt ſigna que vobis predico futura in ſole
et luna/ꝛ ſtellis ꝛ quia rex catholicus intēdens
diſſipare omne malū in ſuo regno non ſolū pu=
niet latrones/homicidas/ adulteros ꝛ alios hu=
iuſmodi peſtilētes homines deterrebit ſeueritas
te iudicij ſui ſed etiā multos ex maiorib⁹ popu=
li ad ydola colenda declinantes relicto vero deo
ipſe perſequetur per rigoroſam inquiſitionē con
tra eos ideo fiet tūc magna preſſura gentiū ideſt
gentiliter viuentiū hominum in regno iſrael pre
cōfuſione i horrore ſonitus maris ꝛ fluctuū mo=
do expoſito areſcentibus preminia triſticia malis
hoibus ex timore et expectatione pene grauiſſi=
me que ſupueniet vniuerſo pene orbi regni ſui
nam ad hoc rigoroſum iudiciū exercendum per
regis zelum bonū virtutes celorum i angeli cu=
ſtodes huius regni cōmouebuntur ad faciedum
exercitum in auxiliū regis catholici a deo vt pre=
ualere poſſit cōtra perfidos quatenus deinceps
nō liceat cuilibet facere quod voluerit ſicut lice=
bat in tempore iudicum Nam tunc i. in ſecundo Scd̄a ps
tempore quod cito incipiet in vobis oes fideles euāgelij.
huius populi videbunt filium hominis infimi ꝛ
plebei exaltatū ex diuina electione ad honorem
regie dignitatis venientem ad gubernandū po=
pulum dei in nube i veſte glorie indutū:cum po
teſtate magna i exercitu bellatorū hominū valla
tum ꝛ maieſtate i multitudine magnatum aſſo=
ciatū hoc modo incipiet apparere rex inter vos
vt habeatur a ſubditis ſuis in veneratione ꝛ re=
uerentia ex diſſimilitudine amictus/ꝛ comitatus
atq̄ꝫ domus ad alios homines ſui regni His au
tem differentijs fieri incipientibus circa perſo=
nā regis vos humiles ꝛ quieti de populo reſpi=
cite gubernationem eius ꝛ leuate capita veſtra
per ſpem bonam quia appropinquat i prope eſt
redeptio veſtra ab oppreſſione malorꝫ qua tene=
bamini quaſi deiecti/ꝛ captiui Et declarado hāc
prenoſticationem regis futuri dixit illis ſimilitu
dinem i cōparationem ꝛ parabolā in rebus na=
turalibus qua melius intelligeret quod dictum

erat eis de aduētu regis futuri. Cum videtis in‑
quit in anno ſolari ficulneā ꝛ omnes alias arbo
res ꝙ ꝓducunt iam ex ſe fructu poſt folia ꝛ flo
res ſcitis per experientia naturale ꝙ iam hyems
tranſijt ymber abijt ꝛ receſſit ꝛ prope eſt eſtas i
bonam ꝛ iocundū tempus anni ex acceſſu ſolis
ad nos cuius calore vitali excitatur vires natu
rales hominum/ꝛ etiam arborum a dextra que
cōſtipante frigiditate hyemis recluſe erat ad trū
cum ꝛ radices ita et vos putate ꝙ eodem modo
res ſe habeat in moralibus que ad hoies perti‑
nent nam tempus tyrānidis malorum hominū
eſt ſicut hyems gelida que retrahit bonos ꝛ hu
miles vt non audeat apparere in pplo ſed tem‑
pus quo venit ad gubernandum rex ſapiens et
iuſtus qui etia ſoli aſſimilatur eſt ſicut vernum ꝛ
calidū tempus nam huius ſolis calore.i.fauore
boni regis audent loqui/ ꝛ apparere boni hoies
in pplo dei Vos ergo cū videritis hec que dixi
mus de exaltatione regis fieri in patria iſta ſci‑
tote quia ꝓpe eſt regnum dei i.tēpus quo deus
regnet in vobis nam in priore tēpore potius dia
bolus regnabat per malos homines miniſtros
ſuos ꝛ ſub tali regno dei erit redemptio veſtra a
malis predictis Hec oia que Samuel prophe‑
ta dñi predixit iudeis in fine primi tēporis ve le
maxime impleta ſunt ſub regno Dauidis ꝛ filij
ei9 Salomonis qꝛ regnu Saulis magis viſum
eſt pertinere ad tēpus iudicu iſrael ꝛ totū fere ꝑ‑
actū eſt in dieb9 Samuelis qui fuit vltimus iu‑
dicu eius nā in Saule non apparuit tāta virtus
ad debellandū hoſtes regni/neqꝫ ad domadum
ſuperbos populi/neqꝫ ad ꝓhibedum cultū ydo
latrie a iudeis vt pacificaret totum eoꝝ regnum
ſicut fecerunt alij boni reges ideo qꝛ viſo regno
Saulis poterat boni iudei arguere Samuelem
de mēdacio in ſuis ꝓmiſſionibus Additur eius
Tertia p͛s euãgelij.
reſponſio Amen dico vobis ideſt per certitudine
affirmo qꝛ non preteribit generatio hec hominū
quibus ego promiſi bonū regem/ ꝛ pacificatio
nem regni donec omnia que ego dixi fiat i im
pleantur in vobis cū effectu Nam Saule electo
ꝓter inſipietia ꝛ culpa ſuam veniet alius melior
rex ex dono dei qui per gratia ſibi datam / ꝛ per
adiutoriū bonorum angelorum hoſtes regni in
fideles debellabit/ſuperbos pplī domabit/ ydo‑
latras iudeorum fugabit/et totu regnum maxi‑
ma libertate paceqꝫ donabit.Hec inqꝫ oia in die‑
bus veſtris implebunt ſicut deus ꝓmiſit vobis
quia potius celū ꝛ terra ꝛ tot9 mundus corpora
lis periret/ꝙ verba mea a deo mihi inſpirata eſſēt
falſa nam ordinatio diuina de rebus ſpiritu ali‑
bus ſui populi firmior/ ꝛ certior eſt in ſua verita
te/ꝙ tota rerum corporaliū machina in ſua enti
tate ꝛ ꝓpterea audeo dicere ꝙ celū ꝛ terra tranſi‑
bunt ꝑ corruptionem/vel anihilatione verba au
tem non preteribūt ſcꝫ tranſeundo a veritate in
falſitatem qꝛ deus non poteſt mētiri/ nec fallere
prophetas ſuos Hactenus Samuel de aduētu
regis ꝛ iudicis boni in pplo iudeoꝝ. Sed ꝑlatus
eccl͛ie chriſtiane eūdem ſermone facit de aduētu
ſcḋo chriſti ad iudiciū in fine mundi qui figura‑
tus fuit in electione regis Dauid miſſi ad iudicā‑
dū populū iſrael in veteri lege in hoc eñ euāge
lio fit ſermo de modo ꝛ ordine iudicij finalis cir‑
ca qḋ tria notant Primo quedā antecedentia iu‑
dicia Scḋo quedam cōcomitātia Tertio quedā
ſubſequētia Antecedent iudicium tribulationes Antece‑
multe ꝛ magne que hoies affligent vehemēter dētia iu‑
ſed illarū tria genera precipue hic explicātur ſcꝫ diciū tria
ſigna terribilia/antichriſti fallacia/ ꝛ ignis vehe‑
metia De ſignis ꝙ iudicium precedēt dicitur hic Primū.
confuſe erunt i apparebūt ſigna terribilia in ſo‑
le ꝛ luna ꝛ ſtellis in terra ꝛ in mari/atqꝫ in homi
nibus Sed hec ſigna particularius explicantur
in alio euāgeliſta Matthei 24 vbi dicitur ꝙ ſol
obſcurabitur multiplicibus eclipſibus preter cō
ſuetudine alioꝝ tēporū ꝛ luna non dabit lumen
ſuum etiā ſepius eclipſata et ſtelle comate/atqꝫ
ignite cadet de celo.i de aere in terrā ꝛ terremo‑
tus magni erunt ꝑ loca diuerſa in quibus habi‑
tant homines.peſtiletie fames terroreſqꝫ de celo
ideſt tronitua horribilia ꝛ ſigna magna erunt in
mari/ꝛ in oibus fluuijs vocant aute hec ſigna i
miracula qꝛ erūt extra ſolitū curſum naturalem
apparētia qualia nunꝗ prius viſa fuerūt vel qꝛ
deus ordinabit ea ad ſignificādum futura mala
in perſecutione antichriſti de quibus ſecūdo di‑ Secūm.
citur areſcentibus hominibus pre timore ꝛ expe‑
ctatione que ſuperuenient vniuerſo orbi terreno
Antichriſti eñ perſecutio/tyrānis ꝛ fallacia qua‑
druplex futura creditur ſcꝫ per tēporalia mune‑
ra/per falſa miracula/ per difficilia argumēta/et
per exquiſita tormēta ꝛ hec quattuor ſignificant
in predictis ſignis Solis/Lune/Stellarū/ꝛ infe
riorum elementorum Sol eñ fideliū chriſtus eſt.
Malachie 3 Luna eſt eccleſia ſpōſa eius Apo‑
cal͛ 13 Stelle ſunt ſapietes et prelati Daniel͛ 4.
Sonitus maris ꝛ fluctuū ſunt perſecutiones ty‑
rannorum Apoca Prima itaqꝫ antichriſti perſe
cutio erit cōtra auaros quos ꝑ munera pecunia‑
rum obcecabit et decipiet auertens eos a fide
chriſti Danielis 11 dominabitur ſcꝫ antichriſtus
theſaurorum auri ꝛ argēti ꝛ in omnibus precio‑
ſis lapidibus ꝛ veſtib9 egypti dñabitur ꝛc.ſequi‑
tur multiplicabit gloriam i honores hominū et
dabit eis poteſtatē in multis/ꝛ terram i.terrenas
dignitates diuidet gratuito i gratis ꝛ pro ſuo li‑
bito Ex hac perſecutione ſol chriſtus obſcurabi
tur in cordibus fideliū per interpoſitionem nu‑
bis terrenorum bonoꝝ qꝛ diſcredent articulis fi‑
dei ꝛ dimittēt eam Secūda deceptio eius erit ꝑ
falſa miracula cōtra ſuperſticioſos ꝛ curioſos ho
mines Matthei 24 Surgēt pſeudo chriſti ꝛ da
bunt ſigna magna ꝛ prodigia ita vt in errorē du
cātur etiam ſi fieri poteſt electi ꝛ Apoca 13 fecit
ſigna magna ꝛ ſeduxit habitātes in terra Ex hac
iterum perſecutione luna ideſt eccleſia nō dabit
lume ſuum lumen inqꝫ miraculorum que olim
clareſcebāt in ea ſed pro veris miraculis ſancto‑
rum erunt falſa miracula peruerſorū.Tertia de‑
ceptio antichriſti fiet per argumēta ſophiſtica cō‑

tra ſapientes vaniloquos. qui dimiſſa ſacre ſcri-
pture plana firmitate ambulãt in queſtionibus
⁊ vanis doctoꝝ opinionib⁹ cõtẽtioſis De his an
tichriſti argumẽtis dicitur Danielis xi eleuabi-
tur ⁊ magnificabitur contra omnem deũ et ad-
uerſus deum deorum ideſt maximum deũ chri-
ſtum loquetur magnifica ideſt magna et diffici-
lia argumẽta quia nitetur ex ſacris ſcripturis ſe
probare eſſe verum meſſiam a deo promiſſum ⁊
ꝙ ieſus chriſtus fuit falſus propheta ⁊ deceptor
hominum ⁊ in hac perſecutione ſtelle multe et
magne cadent de celo ſancte matris eccleſie qꝛ
prelati et doctores fidelium decepti argumentis
ſophiſticis diſcedent a fide catholica que tunc in
ſolis plebeis et ſimplicibus remanebit Quarta
antichriſti perſecutio erit pergrauiſſima ⁊ imma-
nia tormenta contra ſimplices populos (quos
firmos in fide reperiet) nolẽtes ſue nequitie ac
quieſcere Matthei 24 erit tunc tanta tribulatio
qualis non fuit ab initio mundi nec poſtea fiet
⁊ niſi abreuiati eſſent dies illi non fuiſſet ſalua
omnis caro Et apoca 13 datum eſt illi ideſt per
miſſum a deo bellum facere cum ſanctis et vin-
cere illos ⁊c̃ In qua quidem perſecutione erit
in terris magna preſſura gentium pre confuſio
ne ſonitus maris ideſt publici edicti per preco-
nes antichriſti contra chriſtianos ⁊ pre confuſio
ne fluctuum ideſt tormentorum immaniũ ⁊c̃

Tertiũ. Tertio de ignis vehementia dicitur areſcenti-
bus hominib⁹ ⁊c̃ nam poſt mala predicta iam
appropinquante die iudicij in fine mũdi ignis
ante ipſum iudicem precedet vt dicitur pſalmo.
96 ⁊ inflamabit in circuitu inimicos eius ideſt
peccatores terre. Rationem hui⁹ ignis aſſignat
beatus Auguſt 10 de ciuitatate dei Sicut enim
inundatione aquarum factum eſt diluuium ad
delendum peccatores terre in fine prime etatis
ita magnoꝝ igniũ cõflagratione mũdi huius fi-
gura peribit in fine ſexte etatis Et forte intendit
dicere Auguſt ꝙ ſicut in prima etate mũdi abũ
dabat in hominibus ignis ſiue ardor luxurie.
quem oportuit per aquam extinguere ita etiam
in fine ſexte etatis abundabit in hominibus ge
lu auaritie frigidiſſime ſeneſcẽte iã mũdo d quo
dñs ait Mathei 24 ꝙ tũc abũdabit iniquitas i
iniuſticia inter homines et refrigeſcet charitas
multorum ad quam iterum accendendam opor
tet homines purgari per ignis incendium Poſ
ſumus etiam addere ad verba Auguſtini ſatis
rationabiliter ꝙ ſicut quando factum eſt diluui
um aquarum opperti ſunt omnes mõtes excel
ſi ſub aquis adeo vt ſup eos aſcenderent aque
diluuij quindecim cubitis Geneſis 8 ita in fi
ne mũdi ſuperueniet tanta abũdantia ignis ex
ordinatione dei ꝙ totã terrã cooperiet ⁊ aſcen-
det ſuper eam quindecim cubitis quia vſq; ad
tantum ſpacium aeris aſcendere poſſunt opera
hominum que purganda ſunt Nam ignis ille
veniet vt inſtrumentum diuine iuſticie ad puniẽ
dum peccatores et tria maxime faciet Primo
enim faciẽ terre purgabit ab infectionib⁹ hominũ
ſcḋo corpa hominũ viuentiũ incinerabit vt im-
pleatur illa dĩ ſententia in oĩbus puluis ⁊c̃ et in pul
uerem reuerteris Geneſis 3. Et ad hunc ſenſum
videtur apoſtol⁹ dixiſſe prime Cor 15 Nos qui
viuimus non preueniemus in aduentu domini
eos qui iam dormierunt ideſt non erimus nos
melioris conditionis quantum ad corpora no-
ſtra ꝙ̃ ſancti defuncti quorum corpora omnia in
cinerata ſunt Tertio ille ignis animas quorum
dam fidelium (qui penas temporales ſuis pec-
catis taxatas nondum impleuerunt) plene pur
gabit vt non ſit iam deinde neceſſarium purga-
torium pro animab⁹ hominũ que oẽs iã erũt in
termino ſue vie Hec ſententia de igne vltime ꝯfla
grationis cõfirmatur autoritate eccl'ie vniuerſalis q̃
in officio defunctorum cantat quotidie qui ventu
rus es iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculum per
ignẽ Sed ſancti viri qui nihil purgandum tunc
habebunt nullam penam ſentient ab illo igne.
qui tamẽ corpora eorum incinerabit Additur in
textu euangelij quaſi ratio omnium predicto-
rum cum ſubditur nam virtutes celorum ideſt
angeli cõmouebũtur ſc; miſſi a deo ad faciẽda
oĩa ꝑdicta ſigna qꝛ ſcḋʒ Gregoriũ miracula face
re pertinet ad ordine virtutum. et precedent an-
geli faciem iudicis ad exercẽdam punitionem
peccatorum iuxta illud Sapien 14. armabitur
cum eo omnis creatura contra inſenſatos ſcili-
cet peccatores Sunt tamen qui dicant ꝙ hic p
virtutes celorum intelligendi ſunt omnes noue
ordines angelorum qui cõmouebuntur timore
quodam reuerentiali in aduentu iudicis tã ter-
ribilis vel cõmouebuntur admiratione in ſolita
ſuper tam diſtricto ac rigoroſo examine actu-
um humanorum. Alij dicunt ꝙ iſta clauſula
ſit intelligenda de virtutibus naturalibus cor-
porum celeſtium que cõmouebuntur quadam
diuina motione inſolita ad cauſandos ſupradi-
ctos effectus admirabiles in mundo et concor-
dãt dictum chriſti cum illo Geneſis 6 vbi Moi-
ſes de diluuio loquens dixit ꝙ aperte ſunt ca-
taracte celi ⁊c̃. ideſt applicate ſunt diuinitus vir-
tutes celi ad cauſandam exceſiuam pluuiam
ſuper terrã et ita in fine mundi diuina ordinatio
ne eedẽ virtutes celorum cauſabunt exceſſiuum — Cõcomitãtia iudi-
ignem ⁊ magna incẽdia in omnibus elementis — ciũ tria
Concomitantia iudicium ſimiliter erunt tria p̃-
cipua primum erit iudicãdorum cõuocatio Se- — Primo.
cũdum/geſtorum diſcuſſio Tertium ſentẽtie pro
mulgatio De primo dicit textus ꝙ tũc ideſt poſt
predicta mala hominis reſuſcitati videbunt fili-
um hominis ieſum chriſtum venientem ⁊c̃. Iſta
mortuorum hominum reſurrectio generalis fiet
virtute dei miraculoſa et ſuper facultatem toti⁹
nature create ſed nihilominus angeli ad eam fa
ciendam miniſtrabunt deo qꝛ vt apoſtolus dicit
1 Theſ 4 filius hominis in tuba dei et in voce
archangeli deſcendet de celo quod exponens
beatus Hieronymus dicit ꝙ archangelus Mi-
chael voce terribili que audietur in toto mundo
clamabit dicens. Surgite mortui venite ad iudi-

cium ad quā vocem in ictu oculi omnes homi-
nes quotquot fuerunt ab initio mundi vſqȝ ad
finem reſurgent/et reſuſcitati videbunt iudicem
chriſtū clare apparentem in aere et in nube luci
da eleuatum ſuper omnem terram vt ab omni-
bus poſſit videri. De tali aduentu ipſe chriſtus ait
Joannis 5 omnes qui in monumentis ſunt au-
dient vocem filij dei ꝛc. Item Job 19 in nouiſſi
mo die ſurrecturus ſum de terra et in carne mea
videbo deum ſaluatorem meum ꝛc De ſecundo
Secūdū. dicitur in noſtro euangelio Uidebūt filium ho-
minis venientem ſcȝ ad diſcutienda opera ho-
minum bona et mala conſonat apoſtolus ſecū
de ad Cor 5 oēs aſtabimus ante tribunal chri
ſti vt reddat vnuſquiſqȝ ratione de his que geſſit
in corpore. vnde etiam conſtat q̄ apparebit chri-
ſtus in forma humana ſed totus glorioſus et in
poteſtate magna ideo actuū primo dicitur que
admodum vidiſtis eum aſcendentem in celum
ſcilicet hominem glorioſum in nube lucida ita
veniet ad iudiciū De particulari modo eius diſ-
cuſſionis habetur Matthei 25. cum venerit fili⁹
hominis in ſede maieſtatis ſue congregabuntur
ante eū omnes gentes ꝛc De loco huius iudicij
dicit Johelis 3 q̄ erit in valle Joſaphat ibi ꝑpe
locum caluarie vbi crucifixus fuit chriſtus et in-
iuſte iudicatus ab hominibus verum vbicun-
qȝ in mundo fiat iudicium illud locus ille pote-
rit hebraice dici Joſaphat qd̄ interpretatur iudi
Tertiū. cium De ſententie prolatione dicitur in textu euā-
gelij reſpicite et leuate capita vra ſcilicet ad au
diendam ſententia iudicis diffinitiua n que bo-
nis erit iocundiſſima quia appropinquat rede
ptio vra totalis q̄tum ad corpora ſimul cū ala-
bus ideo ſicut ipſi dicent chriſto venienti. bene-
dictus qui venit in nomine domini ita ipſe reſ
pondebit eis venite benedicti ꝛc. econtra reppro
bi maledicent creatori ſuo et ipſe prudentiſſime
Cōſeq̄nē respondens dicet eis Ite maledicti ꝛc. Tertio in
tia iudi- hoc euangelio declaratur quedam conſequen
ciū tria tia iudicium et ſunt etiam tria precipua ſcilicet
remotio generationū ꝛ corruptionum/gloria co-
ſumata ſanctorum ſcilicet in corpore et anima ſi
mul et pena integra damnatorum et renouatio
omnium mundi corporum principalium Quia
tamen queri poſſet de tempore illius iudicij ge-
neralis poſt qd̄ ſancti accipient illam gloria co
ſummatam in vtroqȝ homine quam tandiu expe-
Primū. ctant Reſpōdet prelatus Amen dico vobis per
certitudinem q̄ hec generatio et corruptio et vni-
uerſaliter omnis tranſmutatio corporum natu
ralium non preteribit ideſt non deſinet eſſe ne
ceſſabit huiuſmodi curſus donec omnia miſteria
ſcripta in ſacra biblia de ſucceſſibus eccleſie mi
litantis fient ideſt compleantur et veniant in ef-
fectum, maxime ea que in hoc euangelio dicta
ſunt antecedentia iudicium ꝛ anteq̄ illa fiant
non erit generale iudicium quo facto celum et
Sc̄dm. terra tranſibūt ab hoc ſtatu in alium meliorem
et eadem ratio eſt de omnibus alijs mundi cor-
poribus principalibus qꝛ tranſibūt ideſt muta-

buntur non quidem ſubſtancialiter aut locali-
ter ſed accidentaliter et qualitatiue qꝛ innoua-
buntur in melius iuxta illud Apoca 21 vidi celū
nouum et terrā nouam ꝛc Elementa ergo poſt
diem iudicij non manebunt impura et mixta ſi-
cut modo ſunt propter neceſſarias generatiōes
et corruptiones rerum ſed erūt pura et ſeparata
in ſuis locis naturalib⁹ qualia a principio mūdi
creata fuerant ita terra erit in medio elementorū
totaliter cooperta aquis et alia tria elemeta cir
ca terram vndiqȝ et perfecte circularia celi etiā
a motibus ſuis ceſſabunt qꝛ non amplius erunt
neceſſarij hominibus ad illa opera que notant
Geneſis p̄mo ſint in ſigna et tēpora dies ꝛ an-
nos et illuminent terram et diuidant die et no-
ctem ꝛc Poſt iudiciū enim remota terre et aque
opacitate vbiqȝ in toto mundo erit claritas ꝛ di-
es continuus ſine nocte obſcuritas autem om-
nis detrudetur in inferno damnatorum vbi erit
perpetua nox ſine die Ecce qualia manebunt
elementa ꝛ alia corpora ſimplicia poſt diem iu-
dicij Mixtorum vero nulla remanebunt in mū-
do hoc eſt nec piſces in aqua neqȝ aues in aere/
neqȝ lapides/metalla/mineralia/vegetabilia/ne
qȝ bruta animalia in terra/ qꝛ hec omnia ad ſer-
uitium hominum facta ſunt pro iſta vita eorum
animali et corruptibili. qua ceſſante poſt reſurre
ctionem hominum generalem nō egebunt cibo
aut potu neqȝ veſtimentis ac perinde nec admi
niculo aliquo ex corporibus mixtis ſola ergo re-
manebūt corpora ſimplicia in vniuerſo hoc e ce-
li et elementa purificata ꝛ ex mixtis corpora hu
mana facta incorruptibilia inperpetuū de quib⁹ Tertiū.
ſubditur in textu verba autem mea ſcȝ de prede-
ſtinatiōe eterna hominū vel ad gl'iam vel ad pe-
na no p̄teribūt ſed vera ſemp manebūt ꝛ eternū
effectum ſortietur in hominibus qꝛ ibunt hi in
vitam eternam illi autem in ſupplicium eternū Morali-
In ſenſu autem morali hoc euangelium poterat tas euan
exponi de iudicio particulari qd̄ fit in ſacramen- gelij
to penitentie ad pedes confeſſoris ſed qꝛ de illo
iudicio poſtea agemus in feria 2 prime hebdo-
madis quadrageſime nunc ad iudicium parti-
culare qd̄ fit in morte cuiuſlibet hominis nos cō
uertamus Siquide ante illum diem ex mia dei
precedant multa ſigna hominem admonentia
vt ſe preparet ad reddendam ratione deo in mor
te ſua ſcilicet in ſole luna ſtellis ꝛc que ad homi
nem tendentem ad mortem applicantur Eccle
ſiaſtes 12 vbi pene eadem verba ponuntur Di-
citur enim ibi memento creatoris tui diligenter
ſcrutens et etiam in diebus iuuentutis tue quā-
to magis in ſenectute anteq̄ veniat tempus af-
flictionis tue ideſt infirmitatis vel fatigoſe ſene-
tutis tue et anteq̄ appropinquent anni de qui-
bus dicas non mihi placet ſcȝ quia appropin-
quat mors naturaliter horribilis antequa tene-
breſcant ſol et lumen et ſtelle et luna per que ſe
ſus hominis intelligutur qui in tali tempore de
bilitantur ſed eorum principaliſſim⁹ dicitur ſol ꝛ
lumen ab obiecto formali eius Alij vocant ſtel-

le. ſantaſia vero que eſt in cerebro humido dici
tur luna anteq̃ reuertantur nubes poſt pluuiā
ſcilicet reumatis a cerebro deſcendentis vnde ſe
pius cauſantur cataracte oculorum que hic nu-
bes dicuntur quando commouebuntur cuſto
des domus ideſt coſte que muniunt mollia cor-
poris ⁊ nutabunt viri fortiſſimi ideſt crura corpꝰ
ſuſtinentia et otioſe erunt non valentes exerce
re officium ſuum molentes ideſt dentes et mo
lares remanētes minuto numero et tenebreſcet
per foramina i caligabunt oculi qui ſunt in fora
minibus capitis et claudent oſtia ideſt labia in
platea ideſt in planicie faciei ꝙ iam non va-
lent clare ⁊ diſtincte loqui ſenex in humilitate
ideſt debilitate vocis malentis ideſt tremen-
tis et conſurgent ſenes a lecto vel a ſomno
ad vocem volucris ideſt galli in nocte quia
non poſſunt iam dormire bene nec vrinam reti
nere ⁊ obſurdeſcent omnes filie carminis ideſt
aures que vel non bene audient vel non delec
tabuntur in cantilenis iuuenū Excelſa q̃ȝ ideſt
ſuperiores anime vires timebunt mortem pro-
pinquam ⁊ formidabunt in via que eſt tunc fa-
cienda poſt mortem quando florebit amigdalꝰ
ideſt caneſcet caput impinguabitur locuſta ideſt
intumeſcet venter ex humoribꝰ indigeſtis ⁊ diſſi
pabitur capparis ideſt virtus renum per infirmi-
tatem vel ſenectutem Quoniam per talia media
ibit homo in domum eternitatis ſue ideſt in ſe-
pulturam a qua non reuertetur et circuibūt ami
ci ⁊ propinqui in platea plangentes ad funus
aſſociandum Memento ergo creatoris homo
anteq̃ rumpatur funiculus argenteus ideſt diſ-
ſoluatur compago tui corporis ⁊ recurrat vita
aurea ideſt catena aurea quam quidam pone-
bant inter animam ⁊ corpus hoc eſt anteq̃ re-
ſoluatur vnio anime ad corpus ⁊ conteratur hy-
dra i caput hominis ſuper fontem ſpirituū qui
eſt cor vel confringatur rota hauſoria ideſt cere
brum non valens haurire calorem ſuper ciſter-
na cordis hoc fit in morte quando iam virtꝰ cor-
dis deficit et caput non poteſt haurire ſpiritus
vitales ab eo nam per morte reuertetur puluis
ideſt corpus hominis in terram ſuam vnde erat
et ſpiritus redeat ad deum qui dedit illum ſcili-
cet vt ſtet coram eo ad iudicium nā cuncta que
fiunt in vita hominis adducet deus in iudicium
illud particulare pro omni errato queret ratio-
nē ſiue bonum ſit ſiue malum nam etiam de
omni verbo otioſo ignoranter prolato faciet di-
ſtrictum iudicium ergo finem loquendi omnes
pariter audiamus ideſt ad quem finem iſta lo-
quimur ſcilicet deum time dum viuis et manda
ta eiꝰ obſerua dum bene potes Hoc enim ideſt
ad hoc eſt creatus omnis homo hec ibi Ex qui
bus ſatis clare patet ad quem ſenſum accipiē-
da ſunt verba euangelij ꝙ ante mortem homi
nis precedent circa eum ſigna multa in ſole et
luna et ſtellis/ac preſſura/arefactio/timor/⁊ con
fuſio et alia huiuſmodi Poſt hec omnia ſequi-
tur mors hominis et tunc videbunt filium ho

minis venientem ad iudicium particulare quia
vt apoſtolus ait Hebreorum 13 ſtatutum eſt ho-
minibus ſemel mori poſt hoc autem Iudicium
et veniet cum poteſtate magna ⁊ maieſtate ideſt
rigoroſe ſe habens cum homine peccatore qui
noluit admoneri ex precedentibus ſignis illius
aduentus vt ſe corrigeret ac prepararet ad exa-
men illud Similitudo de ficulnea hominem tā
git mortuū in qua primi parentes peccauerūt
et ſententiam mortis incurrerunt et in euange-
lio Matthei 21 ⁊ Luce 13 legitur maledicta ⁊ er
radicata quia fructum nō fecit etiam diu expec-
tata irrigata et ſtercoribꝰ adiuta que mortis me
moriam ſignificant Verbum autē certificati-
uum eſt ſententie diuine cōtra hominem iuxta il
lud pſalmi quis eſt homo qui viuit ⁊ non vide-
bit mortem quia celum ⁊ terra ideſt anima ⁊ cor
pus hominis tranſibunt per mortem eiꝰ ab hoc
ſtatu ſed verba dei de ratione vite ſue in iudi-
cio exigenda certiſſima erunt in ſuo effectu vt in
fine allegati capituli 12 Eccleſiaſtes notatum
eſt Cantus offertorij deus tu conuerſus vel con Offertorium.
uertens viuificabis nos ex pſalmo 84 eſt con
gratulatio fidelis populi tam veteris q̃ noue le
gis ſuper reuelata in euangelio ſua renouatio-
ne in aduentu iudicis quam boni maxime deſi
derāt dicentes o bone deus tu cōuerſus ad nos
vel conuertens nos ad te viuificabis nos ideſt
reſuſcitabis nos a morte vel corporis naturali /
vel oppreſſionis tyrānice morali. Et plebs tua
ſic viuificata letabitur in te per continuas lau-
des et gratiarum actiones ſiue in templo hiero
ſolimitano ſiue in paradiſo ethereo Additur
verſus oſtende nobis domine miſericordiā tuā
ex eodem pſalmo quo fidelis populꝰ petit adeo
accelerationem ſui aduentus ad iudicium quia
erit eis valde ſalutaris et magna dei miſericor-
dia cum eis Oratio ſecreta Placare domine ⁊c.
applicat offertorium ad ſenſum moralē pro pre-
ſentibus implorat enim dei miſericordiā allegā
do defectus noſtrorum operum quibus non ſuf
ficimus nos digne et ſufficienter preparare ad
iudicium particulare. Commune Hieruſalem ⁊c
Baruch 4 eſt vox prelati incitantis fidelem po
pulū ad habendam firmam ſpem ſue liberatio-
nis per aduentum regis ad faciendum iudiciū
ſurge inquit a morte qua premeris et ſta firmus
in ſpe in excelſis miſericordie dei ⁊ vide per fidē
certam adherendo eis que predicauimus iocun
ditatem glorie que veniet tibi a domino miſeri-
cordiſſime tecum agente Finalis oratio repleti
cibo ⁊c eſt moralis applicatio predicti cantꝰ com
munionis qua preſentes virtute euchariſtie ſu-
ſcepte petunt a deo gratiam qua ſpretis bonis
aut malis huiꝰ vite corporalis anhelet ad amo Notabile.
rem bonorum alterius vite celeſtis Euange-
lium cum audiſſet Ioānes in vinculis quod
eccleſia Romana legit in hac dominica ſecun-
da aduentus in ſequenti tertia exponemus de
primo chriſti aduentu nam (vt diximus) eccleſia
Romana in ſuis officijs p mixte ⁊ ſimul vtruqȝ

aduentum decantat Sicut ergo in precedēte do
minice principaliter agēs de primo chriſti aduē
tu in toto fere officio poſuit euangelium de ſe-
cundo aduentu ad iudicium ita etiam in officio
huius dominice fere ſemper agens de ſecundo
chriſti aduentu legit euangelium de teſtimonio
Joannis in primo aduentu Poſſet tamen qui
vellet ſine difficultate applicare ipſum ad ma
teriam de ſecundo aduentu quemadmodum
in precedente capitulo inſinuauimus ꝙ hoc no
ſtrum euangelium de iudicio potuit non inepte
accomodari primo aduentui

## Caput quintum de tertia

dominica aduentus cuius officium commemo
rata qualitate veteris populi ſub tyrannis infi-
delibus per hiſtoriam etiam vtrunq; chriſti ad-
uentum recapitulat ⁊ mores fidelis populi pre-
ſentis reformat.

Argumētū officij.



Hiſtoria-
rum ac officiorū
ordo conſonās
exigit vt officiū
huius tertie do
minice referā-
mꝰ ad tertium
ſtatum hebreo
rum ſub guber
namento prin
cipum infideliū
ac perinde tyrā
norum Nam propter innumerabilia peccata iu
deorum (quibus a vero deo patrū ſuorum rece-
dentes turpiſſima idola colebant in terra ſancta
ſibi data in poſſeſſionem eiecti ⁊ inde infidelibꝰ
illorum deorum cultoribus) perſequebatur etiā
prophetas ſanctos adeo miſſos ad ſui correctio
nem pariter ⁊ reformatione in vera religione
Nō immerito ergo puniti ſūt adeo ⁊ traditi tortori
bus infidelibus (quorum deos coluerant in cō-
temptum veri dei ſui) cum tamē ipſe multiplici-
ter eos honorauerit exaltans eos vſq; ad faſtigi
um glorie ⁊ decorem regie dignitatis quam po
ſtea iuſte ab eis auferre decernens primo deus
induxit illius regni diuiſionem in duo regna ſi
bi inuicem valde contraria et pugnantia vt pa-
tet ex 3 libro Regum diffuſe Ex predictis autē
iudeorum bellis inteſtinis quibus ſe inuicem la
cerabant proceſſit deus ad bella externa infide
lium contra eos quibus paulatim et per conti
nuas cedes ac depredationes perducerentur iu
dei ad totalem regni perditionem Primo enim
Salmanaſar rex aſſiriorum ſuperato rege iſrael
duriſſimo bello captiuas duxit decem tribus iu
deorum quos omnes tranſtulit in aſſirios vt pa
tet ex 4 libro Regum et ex libro Thobie remā-
ſitq; ſola tribus iuda cum reliquiis Beniamin
ſub rege ſuo catholico in hieruſale Sed quia iſti
iudei cito receſſerunt a fide ⁊ religione patrū ſuo
rum. et reges iuda noluerunt imitari ſanctitatē
Dauid patris ſui ſed potius colebāt idola in hie
ruſalem ciuitate ſancta dei non immerito etiam
regnum illud iuda non ſolum permittente tra-
ditum eſt in captiuitatem ſub poteſtate Nabuco
donoſor Regis babylonis fuit tamen aliquan-
tula differentia inter captiuitates iſtorum regno
rum populi iudeorum quia regno iſrael decem
tribuum nullus prophetarum promiſit libera-
tionem ab illa ſua temporali captiuitate immo
ſine ſpe ſue liberationis dicit hiſtoria quarti li
bri Regum ꝙ tranſlati ſunt vſq; in hodiernū di
em in Aſſirios Sed regno tribꝰ iuda Hieremias
propheta promiſit liberatione a captiuitate ba-
bilonica poſt ſeptuaginta annos tū quia de ſuc-
ceſſione regis Dauid ꝓmiſſus erat meſſias dux
populi dei tum quia non omnes reges iuda nec
maior pars illius tribus receſſerant a fide ⁊ lege
dei quod fecerant omnes Reges iſrael et maxi
ma pars decem tribuum Debuit ergo dei miſe-
ricordia ſaluare tribum iuda vt in ea fides ⁊ reli
gio catholica perſeueraret vſq; ad chriſti aduen
tum non tamen ita liberauit iudeos a captiuita
te babylonica vt iterum reſtitueret eos ad glori-
am regni ſui ſub regibꝰ generis ſui ſed fere ſem-
per remanſerunt ſubiecti regibus alienis vſq;
ad meſſie aduentum eo ꝙ male vſi fuerant re-
gali dignitate temporali quia tamen ſpes huma
ne reparationis in tribu iuda relicta eſt ideo iu-
deis ſic humiliatis ſub poteſtate infideliū prin-
cipum deus miſit aliquas cōſolationes per pro
phetas ſuos promittens ꝙ eos liberaret ab illa
captiuitate ⁊ daret eis in ſuam patriam reductis
Meſſiam regem proprium non quidem fulgen
tem dominio temporali ⁊ mundana gloria ſed
gratia et virtutibus ſpiritualibꝰ que ſunt via cer
ta ad veram gloriam anime in celis Jllam tem
poris tertij ve le qualitatem (q̄ durauit fere 12
annis) commemorare intendens hodiernum of
ficiū agit de ſaluatoris regis meſſie aduentu quē
iudeis promittebant poſtremi prophetarum Da
niel/Ageus/Zacharias ⁊ Malachias ⁊ quia in
duabus dominicis precedentibus de duplici ad
uentu chriſti ſatis actum fuerat ideo hec tertia ꝑ
modum recapitulationis de vtroq; ſimul aduen
tu diſputat conformiter ad predictos prophetas
vltimos qui finem imponentes ſacris ſcripturis
veteris teſtamenti ſimul cum primo chriſti aduē
tu de ſecundo etiam prophetauerunt vt notari Matutinū
poteſt in finem danielis ⁊ Malachie. ¶ Jn offi
cio ergo nocturno inuitatorium ecce dominus
veniet cum ſplendore magno et primum reſpon
ſorium ecce apparebit dominus ⁊ tertium qui
venturus eſt veniet ⁊ quintum egypte noli time
re clarius loquuntur de ſecundo chriſti aduentu
ad iudicium ſecundum autem reſpōſoriū. Beth
leem ciuitas ſancta ⁊ quartum ſuſcipe verbum
virgo Maria et quidam alij cantus primū no- Laudes.
bis referunt chriſti aduentum Antiphone lau
dum etiam permixte ſunt de vtroq; aduentu ſ;
earum principalior ad iudicium pertinet Ea-
dem apparet alternatio per horas diei in parti-

bus ſuis ſed omnes iſti cantus in ſenſu hiſtori=co intelliguntur eſſe voces patrum tertij tempo ris veteris legis ſaluatorem expectantium qui li beraret eos ab illa captiuitate Babylonica pro quorum clariore intelligentia introducamus ali quem ex prophetis aut prelatis illius temporis vt Hieremiam/Ezechiele/ aut Danielem qui lo quatur conſolando populum iudeorum captiuū et promittendo eis aduentum ſaluatoris futuri in eos tūc facilis eſt applicatio inuitatorij et reſ ponſionum atqȝ antiphonarum ad illud propo ſitum nam fere ſimilia verba reperiūtur in ſcrip turis illorum prophetarū Redemptorꝰ figuralis que pro illo tempore promittebant predicti pro phete ſtatim venturum ad liberandum eos ab il la corporali captiuitate etia figurali fuit rex per ſarum Cyrꝰus vel ſucceſſor eius Darius qui ab ſoluerunt iudeos ab illa captiuitate permitten tes eos redire in patriam ſuam atqȝ reedificare templum et ciuitatem hieruſale ſed redemptor ve rus ⁊ figuratus fuit chriſtus que etiam promitte bant illi prophete Si autem in ſenſu morali pre latus chriſtianorum introducatur loquens ad fi deles preſentes conſolationem eorum pretendit promittendo eis abſolutionem ab operibus la borioſis penitentie in aduentu et liberatione a va rijs tentationibus diaboli/mundi/et carnis per ad uentum repreſentatiuum filij dei in feſto nata lis eius vel ſi de aduentu chriſti ad iudiciū pre latus iſte faciat ſermonem ad preſentes fideles digna eorum preparatione ad bene comparen dum in tali iudicio declarat eis Introitus miſſe huiꝰ Gaudete in domino ſemper ex quarto ca pitulo epiſtole Pauli ad Philipenſes ſumitur eſt qȝ coſolatorius ſermo prelati veteris legis ad populū ſuū in afflictione captiuitatis babiloni ce poſitū ⁊ hoc ex ſpe ſue liberatiōis ab ea per ſal uatore proxime futurū ſpe enim letificātur ho mines q̄ quaſi preſentem facit eis illum quē deſi derat videre Ait ergo propheta predictꝰ ad iude os ſicut oppreſſos ſub impio regis babylonis O fratres mei chariſſimi nolite triſtari vel deiici ani mo in hac veſtra tribulatiōe(que a deo vobis im miſſa erit medicinalis ⁊ ſalutifera ad purganda peccata vr̄a)ſed potiꝰ gaudete in domino ſpem habentes ſemper ideſt in omni euentu fortune ſi ue ſit aduerſa ſiue ſecūda ⁊ propterea iterū re= petens dico gaudete ⁊ ratio eſt qꝛ dn̄s deus ve ſter prope eſt venturus ad vos liberādum Danie lis 9 abreuiate ſunt ſeptuaginta hebdomades ⁊c̄ Sequit̄ ab exitu ſermonis vt iterū reedificet̄ hieruſalem hebdomades ſeptem ⁊ Agei ſecūdo ecce vnū modicū et veniet deſideratꝰ i ſaluator veſter Et qꝛ eſtis inter gentiles infideles taliter viuite inter eos vt modeſtia veſtra nota ſit oībus qua potius eos edificetis q̄ȝ per oppoſita vitia eos ſcandalizetis nā ſic habebūt vos in precio ⁊ honoribꝰ afficient Quod rei probauit euentus na Rex babylonis Daniele et ſocios eiꝰ ſanctiſ ſimos valde honorauit et gubernatiōes prouin ciarū eis cōmiſit Nihil ergo ſoliciti ſitis ideſt nō

Introitꝰ miſſe.

ſit vobis magna cura de his malis temporali bus que vos circundant neqȝ de bonis futuris que deſideratis maxime de reedificatione tem pli et ciuitatis hieruſalem in qua laboratis cum magna hoſtium veſtrorum contradictione ſed quomodocumqȝ facto templo rudi ⁊ impolito petitiōes vr̄e ideſt oratiōes ⁊ ſacrificia ibi obla ta innoteſcāt apud deum ex fide ⁊ charitate atqȝ deuotione veſtra tales enim petitiones liben ter deꝰ audit inquocunqȝ loco factas Verſus ex eodem capitulo cum introitu Et pax dei que exuperat conſolatur eoſdem fideles cōtra bel la exterius mota in eos nam per interiorem pa cem mentis que cuſtodit animas a perditione poteritis ea ſuperare ideo dicitur ⁊ pax dei non mundi doloſa ⁊ fallax ſed vera ⁊ ſimplex que cō ſiſtit in paciencia ⁊ equanimi tollerantia malo rum corporalium mente non perturbata ſed ſe rena quando exteriora ſunt turbulenta ⁊ obſcu ra illa inq̄ȝ pax cuſtodiet vos ab inimicis In eo dem ſenſu idem introitus cum ſuo verſu aptari poſſet ad fideles noue legis laborantes inter p̄ſ ſuras huius ſeculi quos prelatus bonus conſo latur ſpe ſecundi aduentus chriſti ad iudicium inquo boni ⁊ humiles pace dei fruentur Mora liter vero debet intelligi de fidelibus preſentibꝰ qui laborant ieiunantes aduentum nam conſo latio prelati propinquum aſſerit eis feſtum na tiuitatis in quo abſoluentur ab illo ieiunio ⁊ pe nitentia perfruenturqȝ pace ac leticia in vtroqȝ homine ideo hortatur eos in feſtis natalicijs de ponere curas ⁊ ſolicitudines rerum temporaliū ⁊ intendere deuotis orationibus ⁊ meditationi bus rerum ſpiritualium Hūc moralem ſenſum introitus explicat oratio vel collecta ſequēs Au rem tuam queſumus domine que mentis tene bras que ſunt errores ⁊ triſticie optat purgari per lumen gratie ⁊ diuine conſolationis nos viſitā tis quatenus bene diſponamur ad deuote pera genda feſta natiuitatis domini Epiſtole huius dominice ⁊ ſequentis licet in miſſali Romano aliter ordinate ſint q̄ȝ in Toletano ⁊ alijs q̄buſ dam qꝛ tamen eedem epiſtole ſunt non ſit ma gna cura de ordine earum variato hinc ⁊ inde quando quidem eadem eſt intentio idemqȝ ſē ſus hiſtoricus ⁊ moralis vtrauis harum epiſto larum ponatur in hoc officio aut in illo Quia ta men officium huius dominice principaliter ad ſecundum chriſti aduentum rettulimus ſignifi cādum conuenientior epiſtola huic officio viſa eſt illa Sic nos exiſtimet homo p̄me Cor 4 quā etiam ponit eccleſia Toletana cum multis alijs in hac dominica licet eccleſia Romana eam trā ſferat ad ſequente dominicam quartam vt pote que in omnibus his dominicis aduentus per mixta habet officia ex vtroqȝ aduētu chriſti Hec autem epiſtola manifeſtius agit de ſecūdo chri ſti aduentu ad iudicium Et per hiſtoriam intē dit ſedare litem verboram que in tertio tempore iudeorum craſſabatur inter ipſos iudeos in ba bylone captiuos. Hanc litem beatus Hierony-

Oratio

Epiſtole argumentum.

m⁹ narrat in prologo ſuper Ezechielem ſcilicet
q̄ iudei captiui murmurabant contra Hieremiā
prophetam in hieruſalem exiſtentem dicentes
eum fuiſſe mendacem ꝛ deceptorem in ſua pro
phetia qua dixerat hieruſalem ſanctam ciuitatē
euertendam ab exercitu chaldeorum quam ta-
men ipſi adhuc incolumem ſtare videbant qui
ex conſilio Hieremie prophete ſe vltro et ſine bel
lo tradiderant captiuos regi babylonis timo-
re predicte euerſionis hieruſalem ideo deceptos
ſe arbitrabatur a predicto propheta quare ꝛ mur
murabāt cōtra eum modo p̄dicto Ad huius litis
iniuſte ſedationem inſpirauit de⁹ Ezechieli pro
phete etiam captiuo in babylone reſponſionem
pro defenſione Hieremie veridici et ſancti pro-
phete et eandem ſententiam hiſtorice videtur ha
bere hec epiſtola fuit etiam in babylone alia cō-
tentio gentilium caldeorum contra iudeos ſup
fide et religione eorum atq̨ deo ſuo quem gen-
tiles paruifaciebat ex experientia de victoria chal
deorum contra iudeos quos violenter ꝛ contra
voluntatem dei ſui captiuos detinebant freti po
tentia deorum ſuorum Ad hanc contentionem
impiam propellendam hec epiſtola adaptari po
teſt quaſi ſermo Danielis cōtra chaldeos in de-
fenſionem iudeorum allegans ſanctitatem reli-
gionis ſue/ꝛ potentiam dei ſui ſuper omnes ali
os deos Fuit et tertia contentio ſeu lis verbalis
in eodem tertio tempore le ve in terra promiſſi-
oni3 nam iudeis reductis in hieruſalem ex per-
miſſione regis Cyri et incipientibus reedificare
templum ꝛ ciuitatem illam orta eſt contradictio
Samaritanorum contra eos de qua ſcriptū eſt
primi Eſdre 4 ſcilicet quia Samaritani ex inui
dia impediebat op⁹ reedificationis predicte tū vi
armorum tum etiam ꝛ per falſas criminationes
motas contra eos apud regem Sed ad eorum
obiecta reſpodet in hac epl'a Eſdras vel Neemi
as vel aliquis alius taliū iudeorum prelatus
In qualibet enim harum trium contentionum
ad populum iudeorum pertinentium hec epi
ſtola reprehendit temerarie iudicantes de alijs
relinquendo euidentiam rei ad futurum dei iu
dicium pauloposſt expectandum in ipſo tertio te
pore legis veteris et hic erit ſenſus hiſtoric⁹ no-
ſtre epiſtole Moralis autem eius intelligentia
ad populum chriſtianorum pertinebit que repre
hēdit temere iudicantes de ſuis proximis in hac
vita ſuadens vt hoc relinquant dei iudicio futu
ro in fine mundi ꝛ vtroq̨ iſtorum modorū eadē
eſt huius epiſtole diuiſio in tres partes Prima
enim declarat quid licite ꝛ quid nō licite homo
de alijs iudicat Secunda ibi mihi aute temera-
rium iudicium damnat Tertia ibi itaq̨ fratres
ſalubre conſilium adaptat circa huiuſmodi iu
dicia ſed pro adaptione epiſtole ad prima n hi-
ſtoriam de querella captiuorum cōtra Hieremi
am eſt notandum ex 4 libro Regum circa finē
q̄ captiuitas iudeorum babylonica non tota ſi-
mul ſed per partes ꝛ diuiſim facta eſt Primo n
ad perſuaſionē Hieremie rex Iechonias iunior

qui ꝛ Ioachim obſeſſus a rege babylonis vltro
ſe tradidit et cum tota domo et familia ſua ſicq̨
ductus eſt captiuus in babylonem cum multis
nobilibus et proceribus regni ſui:inter quos Da
niel Ezechiel/ Mardocheus ꝛ alij plures nume
rantur Aſportauit etiam rex babylonis cum ho
minib⁹ etiam vaſa/veſtes/et omnia alia precio-
ſa que erant in templo Salomonis nec tamen
deſolauit templum nec ciuitatem ſed poſuit ibi
pro rege iudeorum remanentium Sedechiā pa-
truum predicti Iechonie et fecit eum ſibi tributa-
rium ſub iuramento Quia tamē Sedechias no
no anno regni ſui ꝯfidens de auxilio regis egyp
ti rebellauit contra regem babylonis nec voluit
ſibi dare tributum promiſſum ideo rex babylo-
nis congregato magno exercitu venit contra
eum ꝛ depopulatis multis alijs locis regni iude
orum tandem poſuit obſidionem ſuper hieruſa
lem quā p duos fere ānos ꝯtinuās ibi ſtetit fix⁹
tādē vndecimo anno regni Sedechie capta eſt
hieruſalem ꝛ occiſo rege Sedechia cum filijs ſu
is multiſq̨ alijs tota ciuitas ſubuerſa ꝛ depreda
ta eſt ꝛ combuſto templo Salomonis populus
pro magna parte captiuus ductus eſt in baby-
lonem vbi alter rex prior in carcere vinct⁹ erat
Hec hiſtoria clara eſt in fine libri 4 Regū ꝛ ſe
cundi Paralipomenon Cum ergo fuerit mora
vndecim fere annorum inter primam captiuita-
tem et ſecundam iudeorum Hieremias vero q̄n
do perſuaſit regi Iechonie vt ſe traderet captiuū.
predixerat cito futurum ciuitatis hieruſalem ex
cidium hic factum eſt vt Iechonias ꝛ alij de pri-
ma captiuitate videntes poſt ſuam traditionem
ad huc ſtare ciuitatem et rege poſitum in ea mul
tis annis murmurabāt et querellam faciebant
aduerſus Hieremiam dicentes ſe ab eo decep-
tos falſo vaticinio Cuius tamen veritatem rei
probauit euentus in ſecunda iudeorum captio-
ne Deus ergo in tempore illo intermedio miſit
Ezechielem prophetam qui et iudeos exiſtētes
in babylone conſolaretur et Hieremiam a men
dacio excuſaret qui re vera fuit vir ſanctiſſimus
et ex diuina inſpiratione talia verba fuerat lo-
quutus Dicebat ergo Ezechiel ad iudeos con Prima pars epiſtole.
captiuos in babylone O fratres mei ꝛ cognatio
ne ꝛ religiōe atq̨ tribulatione nolite iudicare te
mere de Hieremia propheta ſed quilibet homo
ex vobis ſic exiſtimet nos prophetas miſſos ad
vos nō vt alios homines communes ex ſuaq̨
phantaſia loquentes ſed vt miniſtros chriſti i.
ſeruos dei ex cuius nomine ꝛ mandato prophe
tamus vobis de chriſto ſaluatore futuro Sum⁹
enim diſpenſatores ideſt executores miniſterio-
rum i ſeruitiorum dei quaſi dicat no exiſtimetis
q̄ nos ſumus qui loquimur quando propphe-
tamus ſed potius ipſe deus loquitur ad vos p
os noſtrum ideo non paruipendatis verba no-
ſtra que potius et verius ſunt verba dei veriſſi-
mi ꝛ nunq̄ mentientis Sed vos neſcio qua phā-
taſia contrarium facitis Quia hic iam inter vos
queritur ideſt fit inquiſitio de prophetis quis ta

lis diſpenſator inueniatur fidelis ideſt certus et dignus fide/an dictis ſuis et hoc iudicio veſtro quod tamen iudicium eſt temerarium quia vultis humano ingenio metiri archana dei et alta conſilia eius Ergo dimiſſo hoc iudicio veſtro quaſi illicito ſolum iudicare poteſtis licite de prophetis an ſint veri ſerui dei ex ſuo modo viuendi exteriore et ſi tales apparuerint iudicio prudentum de verbis eorum que ex parte dei ad vos loquuntur non licet amplius iudicare ſed oportet verba eorum deuote ſuſcipere et firmiter credere quaſi diuina oracula ¶ Pro alia hiſtoria de contentione Babyloniorum infidelium contra iudeos catholicos ſuper fide et religione ſua hanc reprehenſionem faceret Daniel ſanctiſſimus propheta contra eos temere iudicantes de iudeis et deridentes deum ipſorum propterea ꝙ videbant eos victos et captiuos apud ſe Sed hoc iudicium eſt valde impium ⁊ temerarium quia ſepe verus et omnipotentiſſimus deus ſeruos ſuos penis corporalibus quaſi medicinis purgat a peccatis vt inde euadant puriſſimi ſicut aurum quod per ignem tranſit ⁊ vt ſint ipſi alijs exemplar totius patientie et humilitatis ac perinde factis ſuis et ſi non verbis alios doceant quaſi miniſtri dei et diſpeſatores miniſteriorum eius apud alios imperfectiores Sed inter chaldeos perfidos non erat cura de tali doctrina ſed potius inquirebatur apud eos de iudeis captiuis quis eorum inueniretur fidelis ſeruitor regi Babylonis nam illum meliorem reputabant alijs quaſi iam auerſum a deo hebreorum et conuerſum ad deos Babyloniorum Quod tamen iudicium Daniel propheta ſepius et verbis ⁊ factis damnauit vt patet clare in ſua prophetia Pro tertia hiſtoria de contradictione Samaritanorum contra iudeos reedificantes ieruſalem prelatus eorum Eſdras vel aliquis alius hoc eodem modo reprehenderet temerarium iudicium ſamaritanorum quo reputabant iudeos eſſe infideles regi perſarum tunc monarche ex eo ꝙ edificabant ciuitatem rebellem et prodito iam omnibus regibus gentilium. quo contra prelatus iudeorum oſtendit eos eſſe fideles miniſtros regis perſarum de cuius mandato immo ⁊ eius magnifico auxilio ipſi ciuitatem illam reedificabant nam in illo opere iudei potius erāt diſpenſatores miniſteriorum regis q̄ꝫ proditores vt clare oſtendebant patentes littere ipſius regis perſarum ſed hoc viſo ſamaritani iterum inquirebant inter illos iudeos regis diſpēſatores/q̄s inter eos eſſet fidelis ⁊ quis non in reddendis rationibus eorum q̄ diſpenſabat quod certe erat nimis curioſum et valde malicioſum contra iudeos quia rationes ille non erant reddende ſamaritanis ſed alijs regis officialibus Propter quod in omnibus iſtis tribus caſibus propheta vel prelatus iudeorum eandem ſubiungit reprehenſionem contra temere iudicantes dicens mihi autem prophete dei / vel iudeo captiuo/ vel reedificatori libero/ pro minimo eſt ideſt parum vel nullifacio vt ſic iudicer a vobis iudeis vel chaldeis vel ſamaritanis ( referantur ſingula ſingulis ordine debito) errantibus in iudicijs veſtris temerarijs aut ab humano die ideſt lumine rationis naturalis cuiuſcunqꝫ hominis quia illud non poteſt attingere ad bene iudicandum de rebus ſupra naturalibus quas ſola dei ſapientia ordinat in hominibꝰ/ ⁊ ratio quare ego deſpicio veſtra iudicia quia etiā ego meipſum nō poſſum bene iudicare an bene vł male me habeam in miniſterio mihi commiſſo Dato enim ꝙ nihil mihi conſcius ſim de malo miniſterio ideſt non me accuſet mea conſcientia tamen in hoc non iuſtificatus probor quia forte adductꝰ ante dominum meum ad reddendam rationem de meo miniſterio probari poſſem malus miniſter in aliquo opere meo. Qui enim iudicat me an ſim bonus an malus miniſter dominus eſt qui in ſuo iudicio errare non poteſt ego autem decipi poſſum in meo iudicio de me ipſo quanto ergo magis ⁊ vos errabitis volentes de me iudicare quem minus cognoſcitis q̄ꝫ ego me ipſum Vnuſquiſqꝫ enim bene iudicat que cognoſcit/ non autem ea que ignorat Propterea ergo nihilifacio iudicium veſtrum de me quia incertum eſt ⁊ temerariū

Secūda pars epiſtole.

Meum itaqꝫ cōſilium erit fratres ſi vultis mihi acquieſcere nolite in re tam dubia iudicare ante tempus ideſt quoadvſqꝫ veniat dominus ad examen cum ſuis miniſtris nam tunc per euidentiam facti illuminabit ideſt declarabit abſcondita tenebrarum ideſt ſecreta iſta obſcura de quibus preſumitis iudicare et manifeſtabit latentia conſilia ideſt propoſita cordium ſuorum miniſtrorum /per effectus exteriores quibus manifeſte cognoſcetis qui erant fideles ⁊ qui infideles diſpenſatores ſuorum miniſteriorum et tunc facta manifeſtatione veritatis laus vel vituperium erit vnicuiqꝫ miniſtro a deo declarata Referendo autem hic ſingula ſingulis iudei captiui iudicabant de prophetia Hieremie ante tempus quia nondum erat completa malicia ciuitatis hieruſalem quouſqꝫ regnaret Sedechias qui addidit cumulum peccatis eorum et deus non valens vltra ſuſtinere venit ad puniendum eos et ſubuertit ciuitatem ſicqꝫ manifeſtauit qualis propheta fuerat Hieremias/qui etiā ſuis oculis videre meruit quod diu ante prophetauerat ex mandato dei et tunc lamentationes edidit Item chaldei iudicabant ante tempus de iudeis captiuis et de deo eorum quouſqꝫ completa malicia Babylonis miſſo contra eam exercitu Perſarum deleuit eam deus

Tertia pars epiſtole.

ſn vnius noctis tempore ſub magno duce Cy
ro rege perſar̃ ꝛ tũc mãifeſtauit q̃les erãt iudei
et deus eorum qualeſcꝫ chaldei et dij eorum
nam in illo excidio Babylonis iudei libertate
donati ſunt/ꝛ chaldei captiuati Deniqꝫ ſamari-
tani ante tempus iudicabant quoaduſqꝫ ve-
nit publicum Darij regis mandatum per man᷒
Neemie de reedificanda ciuitate ꝛ templo dei
etiam ſumptibus regijs ꝛ receptis iudeis in ſu-
am amiciciam commendauit ſe orationibus eo-
rum puniuitqꝫ ſamaritanos rebelles vt hoſtes
ſuos Hec de ſenſu hiſtorico epiſtole Moraliter

*Moralitas epiſtole.*

vero pro fidelibus chriſtianis huius temporis
epiſtola eſt ſermo prelati increpantis iudicia te-
meraria multorum hominum aduerſus proxi-
mos ſuos maxime ad verſus prelatos ſuos Ad
videndum tamen diſcrimen inter iudicium re-
ctum et temerarium ſeruanda eſt regula que
ponitur primi Regum 16 homo videat ea que
patent deus autem intuetur cor. Et quia nemo
recte iudicat niſi que cognoſcit ideo de exte-
rioribus actibus hominum recte et licite poteſt
homo iudicare et diſcernere quid ſit bonum
et quid malum aut indifferẽs ex ſua ſpecie. quia
eleemoſyna de ſe eſt bona/ furtum malum/am
bulatio indifferens De interioribus vero cogi-
tationibus et intentionibus cordium aliorum
a ſe nullus homo recte ꝛ licite iudicat ſed teme-
rarie et illicite quia vſurpat ſibi quod ſolius dei
eſt/et talis reus erit in iudicio dei. Prelatus er
go ex hac regula arguens temerarios teme-
reqꝫ iudicantes de proximis dicit / ſic nos pre
latos exiſtimet ideſt iudicet homo ſubditus ſi-
cut miniſtros et diſpenſatores miniſteriorum
dei ideſt iudicet de noſtro exteriore miniſterio
hoc eſt an bene vel male agimus officia noſtra
quia de his licite iudicare poteſt Non autem
preſumat iudicare de interioribus noſtris af-
fectionibus ſicut faciunt homines temerarij
quos etiam vos vultis imitari nam hic iam
queritur inter vos de nobis quis noſtrum in
ueniatur fidelis ideſt habens rectam fidem
ꝛ alias virtutes in corde ꝛ an talis ſit interi-
us in animo qualis exterius apparet in opere
an potius ſit ypocrita et fictus hec etenim eſt
curioſa et peruerſa inquiſitio et temerarium
iudicium damnatum a chriſto in euangelio.
Matthei 7 Nolite inquit iudicare proximos
veſtros de talibus et non iudicabimini a deo in
iudicio finali condemnando vos Similiter eti
am apoſtolus prime ad Cor 2 ſicut que ſunt dei
ideſt ſcientiam et voluntatem bene placiti ſui
nemo nouit niſi ſpiritus dei qui in ipſo eſt ita
etiam que ſunt hominis interiora ſecreta cordis
nemo nouit niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt
ergo de talibus nullus homo debet iudicare
quia illicitum eſt et temerarium Ideo vir iu-
ſtus et prudens tale iudicium de ſe factum
ab alijs hominibus debet contemnere dicens
mihi autem pro minimo eſt vt a vobis iudicer
aut ab humano die ideſt cognitione · quia
imperfecta eſt et fallibilis Satis enim eſt mi
hi ꝙ ego iudicer bonus in die domini cuius
ſcientia eſt certiſſima et cum ſit cauſa rerum
ipſa poteſt me facere bonum non autem
ſcientia hominum immo neqꝫ iudicium me-
um de me ipſo quantum ad interiorem meam
diſpoſitionem eſt certum ꝛ infallibile quia vt di
citur Eccleſiaſtes 9 nemo ſcit de ſe vtrum odio
vel amore dei dignus ſit ergo multo minus po
teſt alius homo de alio a ſe ſcire per certitudinẽ
ſuam interiorem diſpoſitionem ſed hoc ſolius
dei eſt cuius oculis patent omnes vie hominũ
ideſt omnes actus eorum tam interiores q̃ ex-
teriores melius q̃ ipſiſmet hominibus quam
uis enim ego nullius peccati ſim mihi conſci-
us tamen non in hoc iuſtificatus ſum ideſt pro-
bat᷒ iuſtus ac ſanctus dicit enim in pſalmo 18.
Delicta quis intelligit quaſi dicat nemo niſi ſo-
lus deus q2 homo in hoc iudicio decipi poteſt ꝛ
putans ſe nullum habere peccatum forte habet
illud. quare ſubditur ab occultis meis munda me
domine ꝛ ab alienis peccatis a me temere iudi
catis vel occaſione mea commiſſis parce ſeruo
tuo quia ſepius ego ſum in culpa ex peccatis ali
enis et hoc me latet propterea conſulit ſapiens
Eccleſiaſtici 5 De propiciatu peccatorum noli
eſſe ſine metu Nolite itaqꝫ fratres ante tempus
iudicij dei vos de proximis iudicare interiora et
occulta ſecreta cordiũ ſed expectate quoaduſqꝫ
veniat dominus ad iudicium in quo illumina-
bit ideſt reuelabit abſcondita tenebrarum ideſt
occulta pc̄ta hominũ et manifeſtabit ꝯſilia ideſt
intentiones cordium et tunc laus aut vituperiũ
erit vnicuiqꝫ non ab hominibus ſed a deo mani
feſtante veritatem factorum ſuorum Ergo dimiſ
ſo temerario iudicio de actibus aliorum ante di
em iudicij dei vnuſquiſqꝫ ſe ipſum iudicet / ſe ar-
guat de peccatis ſuis quia vt apoſtolus ait pri-
me Corinthio 11 Si nos ipſos iudicaremus ne
quaq̃ a dño iudicaremur. i. cõdẽnaremur in ſuo
iudicio Predicte aũt exhortatiõi epiſtole reſpõ
det fidelis popul᷒ ſiue veteris ſiue noue legis
in graduali ſ q̃ ſedes ſup Cherubin de pſalmo

*Graduale.*

17 Optans ꝙ veniat deus ad faciendum iudici
um illud in quo manifeſtabit occulta hominum
merita aut demerita quale promiſſerant prophe
te iudeis in quinta etate faciendũ/et prelati chri
ſtianis in ſexta etate nam ex tali iudicio boni fi-
deles expectant laudes a domino Verſus Qui
regis iſrael intende ꝛc̄ principium dicti pſalmi
addit rationem dicte petitionis ſcilicet quia ipſe
deus eſt rector populi iſrael ſicut paſtor gregis
ſui ideo eius eſt intendere saluti ꝛ honori eorũ
Alleluia excita potentiam tuam ꝛc̄ ex eodem pſal

*Alleluia.*

mo eandem fidelium petitionem repetit · ad
magis mouendum deum quatenus cito veniat
ad faciẽdũ illud iudiciũ. q2 cedet in ſalutẽ popu-
li ſui. Euangelium cum audiſſet Ioãnes in vin
culis. Mathei. 11. quãuis ad lr̃az expſſe agat d̃ p-

*Euangelij argumentum*

mo chriſti aduentu quem Joannis teſtimonio intendit probare iam fuiſſe completum per hiſtoriam tamen qualitatem populi fidelis interno tempore veteris legis manifeſte declarat per Joannis vincula figuratam erat enim vt prediximus populus ille tunc captiuus ſub poteſtate infideliū principum ſicut Joannes ſub poteſtate Herodis ſed pacienter ſuſtinebant illam captiuitatem propter ſpem ſue liberationis quam promittebant ei prophete mox futuram vel per Cyrum vel per Darium vel per Meſſiam Uerum quia tempus illud videbatur afflictis eſſe magnum quod a prophetis enunciatum erat breue et paruum ideo poſt mortem prophetarum ſemper erant in continua anxietate circa aduentum meſſie ꝛ quemlibet hominem ſanctum putabāt eſſe meſſiam dicentes ei Tu es qui venturus es ꝛc. Secundum ergo hāc intelligentiam euangelium noſtrum habebit tres partes Prima denotat populi captiui ſolicitudinem ponens eius interrogationem. Secunda ibi et reſpondens adiungit diuinam reſponſionem ad populi conſolationem Tertia ibi illis autem abeuntibus ſuperaddit prophetarum dei commendationem et veram teſtificationem ſcilicet de aduentu meſſie

*Prima pars.* Jn illo itaqꝫ tempore babylonice captiuitatis iudeorum cum audiſſet ille populus a ſuis prophetis Joannes ideſt gratioſus dei populus iſrael poſitus in vinculis ſue captiuitatis opera chriſti ideſt future meſſie miracula in ſuo aduentu vt pote doctrinam celeſtem / ſacramenta ſalutaria/et alia eius ſtupenda opera mittens ad deum ſuum duos ex diſcipulis id eſt ex prophetis ſuis(quia vltimi prophetarum veteris legis qui de aduentu meſſie appertiſſime locuti ſunt bini miſſi fuere vt Hieremias et Ezechiel/Daniel et Ageus / Zacharias et Malachias)per quos populus interrogabat deum tu es qui venturus es ꝛc quia propter nimiam aduentus ſui dilationem videbatur populus ille iam dubitare de aduentu meſſie Legimus enim tunc multos iudeorum per deſperationem receſiſſe a fide et adheſiſſe gentilibus idolatris

*Secūda pars.* Uerumtamen propter electos ex illo populo deus reſpondes petitioni eoꝝ vt confirmaret eos in fide oſtendit illis multa miracula in tempore illo quibus vacillantes reuocauit ad ſe. nam ceci viſum miraculoſe receperūt vt patet in libro Thobie mortui ideſt damnati ad mortem iudei reſucitati ſunt/ vt patet in libro Heſter/leproſi mūdantur vt in libro Job claudi ambulant vt videre licet in libris Machabeorum multas victorias miraculoſas iudeorum contra inimicos ſuos in tempore quo iudei iam videbantur claudi et manchi viribus naturalibus. Pauperes euangelizantur ideſt ſimplices docentur ſecreta fidei et morum ſcilicet in libro ſapientie ꝛ in eccleſiaſtico Et tande per Malachiam prophetam dominus dixit ad eos Beatus qui nō fuerit ſcandalizatus in me ideſt non offenderit ſuper me per incredulitatem in promiſſis meis ꝛ econtra maledictus qui incredulus fuerit prophetis meis ꝛ non permanient in omnibus ſermonibus legis mee ait enim Malachias mementote legis Moyſi ſerui dei que tota eſt prophetalis per figuras de chriſto rege futuro ꝛ ne ſit in vobis occaſio dubitandi de meis promiſſis dico vobis ꝙ ſtatim veniet dominator quem vos queritis ꝛ angelus teſtamenti quem vos vultis ecce veniet dicit dominus exercituum ꝛ ego mittam angelum meum qui preparabit viam ante faciem meam ꝛc.

*Tertia pars euāgelij.* Quod autem teſtificatio meorum prophetarū de chriſto venturo ſit certa ꝛ digna fide probatur nam illis abeuntibus per mortem ab hoc ſeculo manet eorum doctrina confirmata experientia ꝛ tunc cepit deus dicere ad turbas ideſt ad iudeos turbatos in fide ex dilatione promiſſi ſaluatoris cepit inꝙ̄ dicere de Joanne ideſt de gratia prophetica hec que ſequūtur Quid exiſtis in deſertū veſtre captiuitatis vel veſtre reductionis in Hieruſalem ciuitatem deſertam videre prophetas quos miſi ad vos? Nunquid exiſtis ad aliquem eorum videndum vt arundinem vento agitatam ideſt hominem incertum ꝛ varium in dictis ſuis quaſi dicat non poteſtis hoc dicere de aliquo eorum imo potius experti eſtis eos omnes conſtantes ꝛ certos in ſuis ſcripturis neqꝫ enim prophetabant vobis agitati vento vane glorie hominū Sed iterum quero an exiſtis videre aliquem eorum quaſi hominem mollibus veſtitum ideſt querentem lucra/veſtes / ꝛ cibaria delicata ex ſuo vaticinio vt ſcilicet propter auariciam/aut gulam/aut mundanam gloriam prophetaret: quaſi dicat neqꝫ hoc verum eſt nam qui talia querunt in domibus regum ſunt adulantes vt accipiant hec ab eis quod mei prophete nunꝙ̄ fecerunt ſed inter vos homines plebeos ꝛ pauperes manſerunt ꝛ vobis humiliter predicauerunt Reſtat ergo vt exieritis ad quemlibet eorum vt ad prophetam ideſt nunciū meum fidelem etiam dico vobis ꝛ pluſꝙ̄ prophetam ſcilicet quia non ſolum futuram veſtram liberationem a captiuitate iſta temporali predicauit vobis ſed etiam a captiuitate ſpirituali et eterna damnatione per chriſtum redemptione promiſit qua tandem vos ſocij effecti beatitudinis eterne angelorum imperpetuum pace ac libertate fruamini. vnde quilibet eorum non ſolum vt homo predicauit vobis bona terrena ſed quaſi angelus de celo miſſus promiſit bona celeſtia. hic eſt eñ de quo ſcriptum eſt in Malachia vltimo prophetarum Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam tuam ante te et ſunt verba dei ad populum iſrael vbi quemlibet prophetam vocat angelum ideſt nuncium dei miſſum ad eos.

*Notabile.* Hactenus de ſenſu hiſtorico qui licet videatur ſatis extraneea expoſitio prima facie tamen revera ſi bene aduerterit dociſſimus

quiſq; generalem intentionem officiorum hu-
ius ſacri temporis que ab omnibus concedi-
tur eſſe commemoratio temporis veteris legis
⁊ prophetarum manifeſte conſequitur huius
tertie dominice officium tertium iudeorum ſta-
tum reſonare qui per Joannis vincula deſi-
gnatur eſſe ſtatus eorum ſub captiuitate quem
admodum expoſuimus Jdem etiam denota-
tur ſi hoc euangelium ad ſequentis dominice
euangelium comparetur ſcilicet miſerunt iu-
dei quorum ordo tam in miſſali Romano ꝙ in
Toletano ⁊ omnibus alijs eſt permutatus a
recto ordine ſenſus litteralis vtriuſqꝫ.nam hi-
ſtoria illius euangelij prior fuit ꝙ hiſtoria iſti⁹
vt clare oſtenditur ex plana ſerie littere euan-
geliſte Matthei a capite tertio vſqꝫ ad vndeci
mum Oportet ergo dicere huius ordinis per
mutationem factam eſſe ab autoribus iſtorum
officiorum propter aliquem alium ſenſum iſto-
rum euangeliorum a ſenſu literali eorũ ( quod
etiam a principio in prologis notauimus ) et
hic,eſt ſenſus hiſtoricus quem proſequimur ſci-
licet ad commemorandum hiſtorias veteris
populi cuius prioribus geſtis hoc euangelium
conſonat ſequens autem euangelium poſte-
riori iudeorum ſtatui ideſt quarto ⁊ vltimo ſi-
gnificando magis aptum erit ¶Verũ quia
Aliuſ ſẽ ſuſ hiſto ric⁹ eiuſ dẽ euã gelij.
miſſale romanum hoc euangelium legit in ſe-
cunda dominica aduentus quam correſponde
re diximus ſecundo ſtatui iudeorum ſub regi
bus ſuis dicendum eſt ꝙ hoc euangelium fa
cile poſſet eidem hiſtorie adaptari hoc modo
quia enim populus ille tempore iudicum mul
tipliciter fuerat vexatus et oppreſſus ab infi-
delibus maxime tempore Heli ſacerdotis et
Samuelis prophete quando capta Arca fe
deris domini a philiſteis in bello/ multi iude
orum occiſi et captiuati ſunt ideo talis ſtatus
conuenienter per vincula Joannis ſignificari
potuit.vnde populus ille ex tunc clamare ce-
pit ad deum per Samuelem petens regem
qui precederet eos in bello et liberaret ab ini-
micis , quod vehementer deſiderans a quoli-
bet iudicum querebat populus tu es qui ven-
turus es princeps noſter ad nos liberandum
an alium expectamus? Et ſic proceſſerunt do-
nec datus eſt eis rex Saul a quo ſe ſperabant
liberari ⁊ de inimicis triumphare quia tamen
ipſe propter peccata ſua a deo recedens perdi-
dit diuine gratie adiutorium non ſolum non
potuit populum illum liberare quin potius ip
ſe in bello turpiter corruit et totum exercitum
perdidit Sed ex diuina electione ſuccedens ei
rex Dauid( qui manu fortis interpretatur) mi-
rabiliter de infidelibus triumphauit ſepius ⁊
ſic non ſolum liberauit populum iſrael ab eis
ſed etiam regnum illud ampliſſime dilatauit
ac glorificauit ideo reſpondens queſtioni eorũ
tu es qui venturus es affirmatiue probauit
ſe eſſe illius populi ſaluatorem figuralem ta-
men ſicut dictum eſt de Moyſe ſupra in capitu
lo tertio quia in eo figuratus eſt chriſtus vniuer
ſalis ſaluator humani generis probauit inqꝫ
rex Dauid ſe eſſe illius populi liberatorem per
ſigna multa que ſub ei⁹ regimine facta ſunt in
populo illo hoc eſt quia ceci illius populi vide
runt / claudi ambulauerunt / mortui ſurrexerũt
⁊c. ſcilicet quantum ad mores ⁊ vitam ciuilem
pariter et fidem et religionem Sed nihilomi-
nus multi de illo populo contra regem Dauid
ſcandala mouentes male perierunt. qui autem
non fuerunt in eum ſcandalizati ſed ei obe-
dientes ⁊ fauorabiles beati fuerunt pacifica poſ
ſeſione bonorum ſuorum Et hinc probatus eſt
Samuel propheta talis regis elector ⁊ conſecra
tor non fuiſſe arundo vento vanitatis agitata
nec ſcurra querens lucra in populo dei ſed fuit
verus propheta ⁊ angelus ideſt nuncius dei qui
precedens faciem Dauid regis preparauit ei vi
am ⁊c Preter hunc ſenſum hiſtoricum hui⁹ euã
gelij ſiue ad propoſitum ſecunde dominice ſiue
tertie aduentus eſt in tenrio eccleſie vt diximus
hoc euangelio probare primum chriſti aduen-
tum iã eſſe completũ ⁊ hoc patet primo ex reſ
ponſione chriſti ad interrogationem Joannis
ſecundo ex ſermone quem fecit ad turbas de cõ-
mendatione perſone ipſius Joannis Et licet in
prohemio ſiue primo caplo hui⁹ ſecũdi libri dictũ
ſit ſenſum litteralem harum autoritatum ( que
in officijs eccleſiaſticis adducuntur ) fere ſem-
per eſſe in hoc opere preſupponendum ⁊ non
declarandum quia tamen doctores ſacri circa
hanc Joannis interrogationem ſimiliter ⁊ chri-
ſti reſponſionem multa ⁊ varia ſcripſerunt li-
buit hic ea breuibus perſtringere ⁊ lucide tra-
dere ¶Queſtio ioanis tu es qui vētur⁹ es an De ſenſu
alium expectamus? multipliciter exponitur a ſan litterali
ctis dicunt quidam ꝙ eſt dubitatiua non quidē paucula.
de perſona chriſti ſed ſua paſſione hoc modo tu
es qui vēturus es ſcꝫ ad paſſionem? Alij dicunt
ꝙ eſt admiratiua ſcilicet de tanta chriſti humili-
tate qua ad paſſionem dignatus eſt venire Alij
ꝙ eſt dilatiua ſcilicet ad alium mundum ideſt
querens de deſcenſu eius ad inferos hoc modo
tu es qui venturus es ad inferos? Alij ꝙ eſt pro
uiſiua ſcilicet ſaluti diſcipulorum Joannis qua
tenus ex chriſti reſponſione ipſi conuerterentur
⁊ crederent in chriſtum Alij demum dicunt ꝙ
eſt aſſertiua itaqꝫ prima eius pars non profera-
tur interrogatiue ſed aſſertiue quaſi diceret Joã-
nes vere tu es meſſias qui venturus es ad mũ-
di redemptionem ⁊ hoc eſt firmiter credendum
ab omnibus ſecunda autem pars proferatur
interrogatiue ſic an ideſt nunquid alium Meſ-
ſiam expectabimus quaſi dicat non eſt alius p̄-
ter te expectand⁹ Jnter has intelligentias quin-
ta eſt voluntaria.prima eſt ſatis dubia ne dicam
falſa tertia cum ſecunda eſt pia ac deuota ſed
quarta proculdubio eſt magis littere conſona
ſi bene notentur omnes eius circunſtantie tum
quia occaſio huius interrogationis ponitur
quia Joannes erat in vinculis ideſt in carcere

morti propinquus qua diſceſſurus erat a ſu-
is diſcipulis ideo ante mortem ſuam voluit
prouidere ſaluti eorum ne incredulitate peri-
rent et hac de cauſa miſit eos ad chriſtum
quem ipſi inferiorem Joanne arbitrabantur
quatenus audita reſponſione chriſti ad illam
interrogationem ipſi crederet illum verum meſ-
ſiam tum quia reſponſio chriſti ad diſcipulos Jo
annis dirigitur Nam primo ad eorum conuer-
ſionem fecit coram eis multa miracula Secun-
do exprobrauit incredulitatem eorum dicens bea
tus qui non fuerit ſcandalizatus in me ſcanda-
lo ſcilicet contrario veritati fidei que eſt de diui-
nitate et humanitate chriſti. Sed reſponſio chri-
ſti in ſe conſiderata clariſſime probat ipſum fuiſ
ſe verum meſſiam promiſſum in lege Moyſi et
prophetis omnibus quia miracula eius fuerūt
noua et a ſeculis inaudita inter homines ſcili-
cet ceci vident/claudi ambulant ⁊c nam de his
prophetauerat Eſaias capl.35 deus ipſe veniet
⁊ ſaluabit nos ecce loquitur de aduentu meſſie
Sequitur tūc aperientur oculi cecorum/⁊ aures
ſurdorum patebūt ⁊c de predicatione etiam ſua
dicit pauperes euangelizantur ideſt docentur ⁊
inſtruuntur per euangelium a me predicatum
de qua predicatione meſſie idem Eſaias 61 Di
cens ſpiritus domini ſuper me eo ꝙ vnxerit me
⁊c Sequitur euangelizare pauperibus miſit me
⁊ hanc prophetiam de ſe intelligēdam eſſe chri-
ſtus declarauit Luce 4 Si ergo ea que p ophe
tata erāt de vero meſſia in eo impleta monſtran
tur ſequitur ꝙ ipſe fuerit verus meſſias et prop
terea dixit diſcipulis Joannis baptiſte ite et re-
nunciate Joanni que vidiſtis ⁊ audiſtis quaſi di
cat ſi bene intelligitis prophetias de Meſſia il-
la omnia in me vidiſtis vnde concludit reſpon
ſionem ſuam dicens beatus qui nō fuerit ſcan
dalizatus ideſt non offenderit in me per errorē
contrarium fidei que de neceſſitate requirit ꝙ
homines credant me verum ſaluatorem mundi.
et hanc fidem qui bene tenuerit beatus erit
Commendatio in ſuper Joannis a chriſto fa-
cta ad turbas populorum predicando idem pro
bat ſcilicet ipſum fuiſſe verum meſſiam Pri
mo ex perſona Joannis (qui teſtimonium pe-
ribuerat de Jeſu nazareno ꝙ eſſet verus meſſi-
as) cuius qualitas perſone declarat teſtimo-
nium eius eſſe verum et fide dignum tum quia
erat vir conſtans et firmus in dictis ſuis nō va-
rius et mutabilis ſicut arundo vento agitata
quamuis enim prius dixerat Jeſum eſſe verum
meſſiam nunc querens tu es qui venturus es
non mutat ſententiam quia hoc non querit du
bitans ſed ſaluti diſcipulorum conſulens tum
quia Joannes erat iuſtus et verax in factis ſu-
is non autem fictus adulator ſicut hi qui mol-
libus veſtiuntur et propterea ſequuntur reges
ceteroſqꝫ magnos dominos vt blandiantur
eis in faciem quos derident a tergo non ſic Jo
annes qui in deſerto nutritus aſperrimam pe
nitentiam fecit et ad predicandum veniens he
rodem regem duriſſime reprehendit tum de-
niqꝫ quia ſpiritum prophetie firmiorem ac certi-
orē accepit ꝙ alij prophete omnes quorū teſtimo
nia vt certa accipimus ipſe enim ab vtero matris
ſue conſecratus eſt in prophetam dei ⁊ per os
vtriuſqꝫ parentis prophetauit 2 Idem p obat ex
officio precurſoris quem ipſe Joannes exercuit
fideliter Ante enim conceptus ⁊ natus eſt quā
Jeſus/ante eum predicauit ⁊ baptizauit eſtqꝫ ille
angelus ideſt nuncius dei quem malachias vl-
timus prophetarum ve le predixit eſſe venturum
ante faciem Meſſie vt preconem eius immedia-
tum qr ergo Joannes iam morti propinquus ſue
legationis officium iam compleuit Sequitur ꝙ
verus Meſſias iam venit in mundum eſtqꝫ ille
cui ipſe teſtimonium dedit ſcilicet Jeſus Naza-
renus filius Marie virginis Hec de commenda-
tione Joannis ad propoſitum primi aduentus
chriſti quamuis ipſe Jeſus alibi dicat ꝙ habet teſti-
monium maius Joāne ſcilicet dei patris qui te-
ſtificatus eſt de filio ſuo in baptiſmo ⁊ transfigu-
ratione ¶ In ſenſu autem morali pro fidelibus — Moralitas euangelij.
preſentibus in hoc ſacro tempore dici poteſt ꝙ
Joannes incarceratus eſt quilibet fidelis vin
culis peccatorum alligatus ſed audiens per pre
dicatores eccleſie in hoc aduentu multa opera
chriſti mirabilia que cotidie facit in animas ho-
minum mittit ad eum nuncios ideſt religio-
ſos et ſacerdotes eccleſie vt orent deum pro ſa-
lute anime ſue quibus ipſe chriſtus reſpon-
det per noua miracula que in hoc ſacro tem-
pore fiunt dicens ceci ideſt peccantes per igno-
rantiam iam vident lumen ſane doctrine. clau-
di ideſt peccantes per paſſionem que facit ho-
minem claudicare iam recte ambulant ſcilicet
ſecundum rectum rationis iudicium leproſi. i.
peccantes ex malicia iam mundantur illa pra-
ua affectione per gratiam dei et fiunt benigni
ad omnes Surdi ideſt longa conſuetudine in
durati in peccatis qui et correctionem audire
nolebant iam audiunt obedienter ſuos prela-
tos eos increpantes in predicatione vel in con-
feſſione Mortui ideſt impenitentes vſqꝫ ad
mortis articulum iam reſurgunt a peccatis
ſuis conuerſi ad deum per penitentiam et hoc
per flagellum grauiſſime infirmitatis correcti
vel mortui ſunt infideles nam cum cetera pec
cata hominum infirmitatibus varijs compa-
rentur infidelitas potius eſt dicenda mors ꝙ
infirmitas anime iuxta illud Mathei 19 dimit-
te mortuos ſepelire mortuos ſuos hi ergo mor-
tui per gratiam dei auditis eccleſie predicatio-
nibus reſurgunt ideſt ad fidem veniunt que eſt
vita anime Ex his miraculis multa operatur
chriſtus in hoc ſacro tpe aduentus ſicut etiam in
quadrageſima incitans homines peccatores ad
penitentiam quia ipſi paupers [?] nunc ſpecialiter
euangelizantur a predicatoribus eccleſie vt eos
premuniant pro feſtis natalibus aut paſcalibus
et ad idem propoſitum precedunt in officio ec-
cleſiaſtico iſta euangelia loquentia de Joan-

ne baptiſta quatenus ſicut olim ipſe fuit ange-
lus pꝛeparans viam ideſt coꝛda hominum ad
chꝛiſtum deuote recipiendum in ſuo pꝛimo ad-
uentu ita etiā nunc ab eccleſia introductus exe
plar totius bone doctrine ⁊ ſanctitatis eandem
viam pꝛeparet ad chꝛiſtum deuote colendum a
fidelib⁹ in ſuo aduẽtu repꝛeſentatiuo ideſt in die
ſue ſanctiſſime natiuitatis Cātus offertoꝛij Bñe-
dixiſti domine terram tuam ex pſal. 84. eſt vox
letitie fidelium exeuntium a captiuitate vel coꝛ-
Offerto-rium. poꝛali babylonica/ vel ſpirituali diabolica ⁊ per
aduentum ſaluatoꝛis reductoꝝ in patriam ſu-
am nam purificato fideli populo per penitenti-
am a peccatis ſuis terre ſancte maledictio ideſt
de ſolatio mutata eſt in benedictionem que fuit
reedificatio templi ⁊ ciuitatis Hieruſalem Et
quod dictum eſt ade Geneſis 3 maledicta terra
in opere tuo per pꝛimum aduentum chꝛiſti mu-
tatum eſt in bonum qꝛ ex fructibus terre ſcꝫ pa-
ne ⁊ vino fideles offerunt deo acceptabile ſacri-
ficium ex chꝛiſti benedictione Oꝛatio ſecreta de-
uotionis noſtre ⁊c. applicat pꝛedictum offertoꝛi-
um ad ſenſum moꝛalem pꝛo pꝛeſentibus loques
de aduentu mentali ſaluatoꝛis/ ⁊ de liberatione
a captiuitate ſpirituali animarum Cantus com-
munionis dicite puſillanimes Eſaie. 35 eſt con
Communio. ſolatio fidelis populi a captiuitate ex eūtis qua
pꝛomittitur et aduentus futuri ſaluatoꝛis ad om-
nimode liberandum eos ſiue tempoꝛaliter ſiue
ſpiritualiter tam in hoc ſeculo ꝙ in futuro dei iu
dicio finali vniuerſali vel particulari Ultima
oꝛatio implouramus domine clementiam tuam
ſenſum moꝛalem cōmunionis explicat pꝛo pꝛe-
ſentibus petens ex virtute ſacrificij oblati gra-
tiam dei nos purificantem a peccatis ⁊ pꝛeparā-
tem ad digne celebꝛanda feſta natalis domini.

# Caput ſextum de officio ⁊ ieiunio quattuoꝛ tempoꝛum in tertia hebdomade aduentus ⁊ de oꝛdinatione nouoꝝ clericoꝛum ad duos ſenſus

Argumētū officij.



xanti-
qua patrum in-
ſtitutione habet
conſuetudo ec-
cleſie romane ie
iunia quattuoꝛ
pꝛincipaliū an-
ni tempoꝛum
que ſuperius di
cta ſunt ver e-
ſtas / autumn⁹/
et hyems nam in pꝛincipio cuiuſlibet eoꝛum
ieiunat fidelis populus tres dies vnius heb-
domadis ſcilicet feriam quartam / ſextam et ſab
batum habetqꝫ eccleſia in talibus diebus pꝛo-
pꝛia officia miſſalia que coꝛreſpondent qualitati
tempoꝛis in quo aguntur Huius autem inſti
tutionis pariter et conſuetudinis duplex ratio Pꝛima ratio hu ius inſti tutiōis.
aſſignari ſolet Pꝛima ſumitur ex ipſa tempo
ris natura cum enim inter cetera dei beneficia
hominibus conceſſa in hac vita pꝛecipuum ſit
tempus ( quod totum circulo anni reuoluitur)
dignum et iuſtum cenſuerunt eccleſie pꝛelati at-
qꝫ doctoꝛes vt plebs fidelis in recognitionem
tanti beneficij conſecraret deo in operibus peni
tentie aliarumqꝫ virtutum non ſolum decimam
partem anni in ieiunio quadrageſimali verum
etiam pꝛimitias pꝛincipalium partium eius
que ſunt quattuoꝛ tempoꝛa pꝛedicta et iſte pꝛi-
mitie idcirco vocātur ieiunia quattuoꝛ tempo-
rum in eccleſia nam ſicut quelibet quarta anni
habet tres menſes ita in pꝛimo menſe cuiuſli-
bet quarte inſtituit eccleſia tres dies ieiunan-
dos ſcilicet diē pꝛo menſe hoc eſt in Martio qui
eſt pꝛincipium veri in Junio a quo incipit eſtas
in Septembꝛi pꝛincipio autumni et in Decem
bꝛi qui eſt caput hyemis Officia autem iſtoꝝ
ieiunioꝛum pꝛeter laudes dei quas decantare
intendunt implouant eius miſericoꝛdiam cum
hominibus quatenus ⁊ fructus terre eis conſer
uet / et ab impoꝛtunitatibus ſiue tempeſtati-
bus aeris alioꝛumqꝫ elementoꝛum et beſtiarum
eos liberet / ac deniqꝫ vt fideles ſuos deus in-
ter ſe pacificet Hoc etiam vſus ex ātiqua lege oꝛ
tum habuit in qua per Zachariam pꝛophetam
capitulo 8 deus pꝛeceperat iudeis hec quattuoꝛ
tempoꝛum ieiunia dicens ieiunium pꝛimi / ie-
iunium quarti/ ſeptimi / et decimi erit domui iu
da ⁊c. Uerum hec noſtra ieiunia notabiles quaſ
dam habent differentias et rationes ab illis an
tiquoꝛum ieiunijs ne viderentur chꝛiſtiani ex
obligatione illius legis hec ieiunia obſeruare
quandoquidem etiam in tempoꝛe illo antiquo
ieiunia quattuoꝛ tempoꝛum erant ſolum de iu-
re poſitiuo humano et non ex mandato ipſius
legis quamuis deus talem inſtitutionem po-
ſtea appꝛobauerit in allegata autoꝛitate Zacha
rie Altera ratio hoꝛum ieiunioꝛum atqꝫ officio Secūda ratio.
rum ſumitur ex oꝛdinatione ſacerdotum et alio-
rum clericoꝛum eccleſie chꝛiſtiane que oꝛdina
tio inoleuit ex apoſtoli Petri et ſuoꝛum ſucceſ-
ſoꝛum Romanoꝛum pontificum pꝛimitiue ec-
cleſie vſu atqꝫ autoꝛitate ⁊ in pꝛedictis quattuoꝛ
menſibus anni legitur eſſe facta frequentius ꝙ
in alijs Quia igitur eccleſie chꝛiſtiane ſacerdo-
tes per ſuam oꝛdinationem adipiſcuntur quan
dam gratiam et poteſtatem ſpiritualem ſuper
animas alioꝛum fidelium et illam non ex ſuis
meritis ſed ex miſericoꝛdia dei habere poſſunt
ad pꝛeces fidelis populi ideo decreuerunt
ſancti patres vt ante oꝛdinationes clericoꝛum
non ſolum ipſi ſed etiam omnes alij fideles de

um oraret cum ieiunio pro impetratione illius gratie et ad laudandum deum qui dedit ta-lem potestate hominibus De officijs aūt quatuor temporum primo dicemus in genere deinde exponemus singula eorum in suis locis huiusmodi enim officia licet ad omnes fideles pertineant in materia tamen eorum forma communis principaliter respicit clericos ordinados Siquidē institutū est q ordinandi in sabbato quatuor temporū prius examinentur in quarta feria precedente de ydoneitate et sufficientia eorum tā in litteris q̄ in moribus et hoc fit propter correspondentia ad legem veterem nā in quarta mūdi etate Dauid et Salomō reges hierusalem ordinari fecerunt sacerdotes et leuitas ad ministerium templi dei amplius et perfectius q̄ prius fuerit institutum hoc ministerium a Moyse in tertia mundi etate vnde hac ratione in officio missali eiusdem quarte ferie due legūtur lectiones pro epistola videlicet quia in vtroq3 dei populo et veteri et nouo ordinādi ad ministerium templi dei debuerunt examinari et instrui in his que pertinent ad eorum officia Et sumūtur ille due lectiones quarte ferie ex libris veteris testamenti licet altera ex lege Moysi et altera ex prophetis ad innuendum q in illa quarta mūdi etate lex et prophetia maxime viguerunt in populo dei et q in talibus doctrinis pollere debent viri ecclesiastici sup oēs alios fideles In sexta vero feria eiusdem hebdomadis ordinandorum sola vna lectio epistole legitur et illa ex veteri testamento qr in sexta mundi etate lex et prophete recapitulatur ac recolliguntur in vno christi euangelico huic etate maxime proprio In sabbato deniq3 ordinantur clerici et in missa suorum ordinum leguntur septem lectiones connumerato euangelio et hoc fit ad representandum septem clericorum ordines quattuor minores et tres maiores Unde et propterea prime quattuor lectiōes sumuntur ex veteri testamento que erat doctrina minorum seu imperfectorum hominum tres vero vltime semper sumuntur ex Daniele Paulo et christo qui fuerunt doctores maiorū et perfectorum hominum quamuis non equaliter sed ordine quodam. Possunt etiam he septem lectiones significare septem principales virtutes humanas scilicet quattuor cardinales seu morales que sunt minores et tres theologales maiores nam his omnibus prediti esse debet ministri ecclesie dei/plusq̄ alij omnes fideles hec ieiunia quattuor temporum celebrantes Primo enim prudentiam habere debent vt rationabile sit eorum obsequium et non indiscretum Secundo temperantiam seu moderamen in cibo et potu/in amictu/in verbis et alijs actibus exterioribus Tertio fortitudinem et pacientiam ad tollerandas difficultates suorum officiorum in ecclesia dei Quarto iustitiā qua reddant vnicuiq3 quod suum est scilicet deo laudes horarum canonicarum / et alijs proximis orationes pro eis a quibus emolumenta recipiunt suorum benefi-

Generalis forma istorum officiorum

Prima adaptio.

Secūda adaptio.

ciorum et his virtutibus aptari possunt quattuor prime lectiones minorum ordinum Nam si eas habuerint facile euadent incendium ignis concupiscentie carnalis significatum in quinta lectione de tribus pueris liberatis ab incendio corpo is in fornace ignis ardentis quamuis illa lectio examē ordinadorū quod precessit in quarta feria significare possit iuxta illud psal' 16 igne me examinasti etc et de hoc etiam loquitur apostolus 2 ad Thimoteū 3 hi probentur primo deinde ministrent Sedatis autem passionibus et concupiscentia clerici erunt ydonei ad predicationem doctrine apostolice que est sexta lectio epistole Pauli similiter et doctrine euangelice que septimo loco ponitur Uerum quia diximus tres vltimas huius misse lectiones ad tres virtutes theologicas et maiores pertinere quintam optime aptabimus charitati de fornace ignis vt patet canticorum 8 lampades eius lampades ignis atq3 flammarum et dominus Luce 12 ignē veni mittere in terram etc spem denotat sexta lectio doctrina apostolica promittens celestia euāgeliū deniq3 significat fide manifestissime Hactenus de ieiunijs et de officijs quatuor temporum anni ingenere et quātum ad communem formam eorum differunt vero in materijs officiorum quas vnumquodq3 illorū temporū proprias habet iuxta suam qualitatem vel incomplexione aeris/vel in nationibus hominum in fructibus terre et aliorum terre adherentiū Sed alijs dimissis et ad sua loca reseruatis dicamus hic de principio hyemis Quamuis autem primum quattuor temporum anni sit ver naturali ordine tamen vt notauimus supra in principio scdi capitis officia ecclastica non a vere sed ab hyeme incipere debuerūt Quare inter officia quattuor temporū hyemale huius tertie hebdomadis primo sese offert nobis exponendum et iuxta qualitatem temporis omnes lectiones horum trium dierum sunt de primo christi aduētu in mundum sumunturq3 ex pphetis Esaie qui de messie aduentu et de natiuitate eius temporali multa clarissime disseruit Prima nāq3 lectio ferie quarte huius hebdomadis scilicet erit in nouissimis diebus etc Esaie 2 predicat excellentiam ciuitatis hierusalem et templi eius vel ex eo maxime q saluator mundi factus homo veniens in illud pdicaturus erat legem nouam perfectissimam suis discipulis ex gente iudeorum acceptis deinde docturus erat omnes gentes mundi via in salutis eterne Secunda lectio locutus est dominus ad Achaz Esa 7 describit mirabilem dignitatem in virginis Marie matris christi que futura erat vt signum nouū in terra ideo ait dominus ipse dabit vobis signum ecce Uirgo concipiet etc Euangelium eiusdē officij quarte ferie Missus est angelus Gabriel Luce primo declarat predictas prophetias impletas esse in iesu Nazareno Et maria matre eius narrās ordinē et modū cōcepti eius vel incarnationis filij dei in vtero virginis Marie talem

De officio temporis hyemalis.

De officio quarte ferie.

omnino fuiſſe qualem predicte lectiones Eſaie loge ante predixerant ¶ In ſexta feria vnica lectio epiſtole egredietur virga de radice ieſſe Eſa 11 explicat dotes ꝛ perfectiões ſpirituales quas habiturus erat ſaluatoꝛ müdi promiſſus homo verus ex vtero matris virginis ſcꝫ intellectum/ ſapientiam ꝛ alia dona ſpiritusſancti quibus ipſe aptus ꝛ idoneus eſſet doctoꝛ omnium gentium ſecündum humanitatem aſſumptam doctrinaq; ſua eſſet hominibꝰ ſalutifera atqꝫ perfectiſſima Euangelium Exurgens maria Luce 1 pſalmo Sanctificationem precurſoꝛis chꝛiſti i im conceptu in vtero matris vetule probat ex preſentia ſanctitatis chꝛiſti ad eum approximati per ſalutationem ac viſitationem matris eius nam ipſe Joannes precurſoꝛ eiſdem domꝫ ſpiritusſancti repletus eſt a chꝛiſto quibus idoneus redderetur ad bene preparandum viam domino Cãtus ꝛ orationes hoꝛum duoꝛum officioꝛum facile exponentur concoꝛditer ad lectiones p̃dictas ¶ In ſabbato p̃ma lectio clamabũt ad dominũ Eſa 19 declarat fructum doctrine chꝛiſti in mũdo ex ſuo pꝛimo aduentu ſcilicet conuerſionem totius fere mundi ad verum deum relictis falſis idolis propter que gentilitate egyptũ appellat. Secũda lectio letabitur deſerta Eſa 35 ſpecialius agit de conuerſione gentilium ad fidem chꝛiſti cum prius fuiſſent quaſi terra deſerta Tertia lectio ſuper montem excelſum Eſa 40 agit de officio precurſoꝛis chꝛiſti maxime de ſua predicatione ꝛ teſtificatione de chꝛiſto ꝛ hanc propheciam de ſe alligat ipſe Joannes Luce 3 ꝛ Joã 1 Quarta lectio Hec dicit dominus chꝛiſto meo Cyꝛo Eſaie 45 aſſimilat miſſiam Cyꝛo Regi perſarum qui populum dei a captiuitate babilonica liberauit chꝛiſtus autem totum genus humanum a ſeruitute diabolica ꝛ in fine huius lectionis additur vox antiquoꝛum patrum petentiũ ꝛ deſiderantiũ chꝛiſti aduentum ſcilicet Roꝛate celi deſuper Quinta lectio Angelus domini Danielis 3 figurat chꝛiſtum illo angelo qui liberauit tres ſeruos dei de incẽdio ignis in foꝛnace ideſt chꝛiſtus eduxit ſanctos patres de limbo inferni ꝛ ſimiliter fideles viatoꝛes de hoc mũdo poſito in maligno ideſt in malo igne cõcupiſcentie Sexta lectio epiſtola pauli Rogamus vos 2 Theſ 2 loquitur de chꝛiſti ſecundo aduẽtu ad iudicium ꝛ de perſecutione antichꝛiſti contra eccleſiam dei ante iudicium Predictis autẽ ſex lectionibus Tractus interpoſiti cãtantur ꝓpter ieiunium ꝛ penitentiam ieiunantium ſed cuilibet tractui ſubditur vna oratio explicãs ſenſum eius ꝛ intentionem eccleſie in hoc officio Septimo loco legitur euangelium Anno quintodecimo ex 3 capitulo Luce ꝛ intendit probare ex teſtimonio Joannis precurſoꝛis chꝛiſti completa eſſe in Jeſu nazareno omnia illa que predicte lectiones de meſſia futuro pꝛomittebant vt patet in applicatione tertie lectionis circa finem euangelij vbi Joannes concludens ait ex verbis Eſaie ꝛ videbit omnis caro ideſt omnis homo ſalutare dei ideſt ſaluatoꝛẽ a deo miſſum viſibilem ꝛ cum omnibus conuerſantem interris Offertoꝛium huius officij exponit oratio ſecreta ſicut communionem oratio vltima Preter ſenſum autem datum in officijs ferialibꝰ iſtorum trium dierum de pꝛimo vel ſecundo chꝛiſti aduentu poſſet qui vellet in eis ingeniare ſenſũ hiſtoꝛicum de geſtis veteris legis ſcilicet de officijs ſacerdotum ꝛ leuitarum in templo hieroſolymitano poſt eius reedificatione in quinta mũdi etate que officia iam a multis annis dimiſſa propter captiuitatem iudeoꝛum Eſdras ſcriba ſapientiſſimus dicitur reformaſſe in continua expectatione ſaluatoꝛis mox futuri ideo creditur q̃ ſacerdotes illi tunc frequentabant in templo dei lectiones ꝛ ꝓphetias ſupradictas Inde etiam eliceretur ſenſus moꝛalis eoꝛundem officiorum quem vt diximus orationes aliqualiter explicant pro fidelibus preſentibus ſcilicet qualiter ipſi debeant expectare aduentum mẽtalem dei in animas ſuas quod maxime erit eis poſſibile in feſto natiuitatis chꝛiſti quem ſepius dix imus aduentum repreſentatiuum ſaluatoꝛis et in eo etiã verificabit dictũ Joanis q̃ videbit ois caro ſalutare dei ſcꝫ pia mentis cõtemplatõe ꝛ ſi non oculis coꝛpo eis Aduertẽdu deniqꝫ q̃ eccleſia Toletana cũ alijs multis excepta Romana in qualꝫ ebdomade totius anni p̃ter officia dominicalia ponit pꝛopꝛia officia maxime epiſtolas ꝛ euangelia pro feria quarta ꝛ ſexta etiã vbi nõ occurunt aliqua ieiunia ſed eccleſia Romana hunc moꝛe habet extra quadrageſimã in ſolis hebdomadibꝰ ꝛ ieiunijs quattuoꝛ tẽpoꝛũ anni Et q2 nos in hoc ope principaliter miſſale romanũ ſuſcepimus exponendu ideo talia officia ferialia conſulto dimittimus inexpoſita expreſſe ꝛ foꝛmaliter quauis bene inſpecto modo nr̃e expoſitionis in alijs officijs omnibus poterit faciliter q̃libet vel medіocriter doctus ea exponere dũmodo ſuas expoſitiones faciat conſonas officio domĩnice p̃cedentis in q̃libet hebdomade

De offi cio ſexte ferie.

De offi cio ſabbati.

Senſ⁹ hi ſtoꝛicus.

Mo ra litas

## ¶ Caput ſeptimũ de quarta dominica aduentus cuius officium comemorato veteris populi ſtatu in ſilentio vel ſabbatiſmo legis ꝛ prophetarum preparat fideliũ mẽtes ad digne celebrãdũ feſtũ natiuitatis pꝛimũ



In ẽ ad ientui impo ſituri in officio huiꝰ quarte dñice commemoꝛabimꝰ finale et quartum ſtatum fidelis populi ſub veteri lege qui a tranſitu Zoꝛobabel ducis ꝛ Malachie vltimi ꝓphetarũ vſqꝫ ad

Argumẽtum offi cij.

natiuitatē chriſti trecentos fere annos cōpleuit. Quo tēpore pro maiore parte popul' dei pacifice habitās in terra ꝑmiſſionis expectabat ꝓpinquū meſſie aduentum: queādmodum in principio illius etatis ei promiſerant Ageus ⁊ Malachias nouiſſimi prophetarū veteris legis. Diciturq; illud tēpus ſabbatū idest quies veteris populi: quia tunc ceſſauerunt bella ⁊ tyrānides infidelium cōtra eos: et ipſi plantauerunt vineas/ oliueta/ ⁊ hortos/ edificauerūt domos opuletas/ et ditati ſunt vehementer. Licet quiete illam aliquātulum interruperit circa mediū illius tēporis perſecutio Antiochi regis Syrie: que ſtatim ſedata eſt/ et pax reſtituta: vt patet in duobus libris Machabeorum. Dicitur etiā idem tēpus ſilentium legis/ ⁊ prophetarum: quia in eo nulli ad eos miſſi ſunt ꝓphete/ nulli ſacre ſcripture libri tunc ſcripti ſunt. Nulle hiſtorie de patribus genealogie chriſti poſt Zorobabel. Nā libri Machabeorum tunc editi non ſunt de canone ſacre biblie ſecūdum Hieronymum: nec pertinent ad generalē hiſtoriā ppl'i dei que ab Adam vſq; ad chriſti aduentū ꝓgreditur. Sed eſt quedam particularis hiſtoria de caſu illo particulari. Siluerūt ergo in tēpore illo ora prophetarū/ ſiluerūt ⁊ ſacroꝝ libroꝝ ſcriptores. Siluerūt denīq; hiſtorie generalis eccl'ie antique enarratores: quia iam plībatis oībus neceſſarijs reuelationib' dei ad ſalutem fidelis populi pro illo ſtatu: nō reſtabat tūc fidelibus aliud agēdum/ niſi ꝙ ſe prepararet ad deuote recipiendū ſaluatorē mūdi ſtatim venturū qui ſua celeſti doctrina cōpleturus erat oīa que deerant doctrine legis Moyſi ⁊ aliorū prophetarum. Similiter etiam premiſſis in tribus primis dominicis huius aduētus omnibus que neceſſaria erant ad theorice declarandum fidelibus vtrumq; ſaluatoris aduentum: nō reſtabat iam in hac quarta dominica niſi vt practice docerent chriſtiani ſuam dignā preparationē ad deuote/ ac pie celebrandum feſtum natiuitatis chriſti in quo vterq; eius aduentus repreſentatur. Patet ergo que ſit ꝓpria ⁊ ſpecialis materia huius officij/ eſt enī ſermo preparatorius vtriuſq; fidelis populi idest tam veteris ꝙ̄ noue legis quo incitatur ad deuote recipiendum ſaluatorē ſuum in proximo venturum ad eos/ vel realiter vel repreſentatiue. Quia enī in prima dominica aduētus ſatis copioſe actum erat de primo chriſti aduētu in mundum: ⁊ ſimiliter in ſecunda dominica de eiuſdem aduētu ad iudicium: atq; in tertia facta erat recapitulatio valde artificioſa de vtroq; aduentu ſimul. Conſequēter viſum eſt patribus in hac quarta dominica fidelem populum ſalutari doctrina preparare ad celeberrimum natiuitatis chriſti feſtum/ quod repreſentatiue eſt vterq; ei' aduētus. Quemadmodum in ve. le. ſcriptis iam per ꝓphetas omnibus myſterijs aduētus meſſie in primis tribus temporibus ſuis: reliquum fuit in quarto tēpore moralia quedam precepta per ſapientes ſcribenda tradi ſimplicibus fidelibus (vt patet in libro ſapientie ⁊ in eccleſiaſtico qui non ſunt de canone biblie) quibus practice prepararentur ad ſui meſſie dignam receptionē ⁊ illi tēpori (vt prediximus) hec dominica correſpōdet. ¶ Igitur in officio nocturno ſeu matutino huius diei inſtante iam feſto natalis domini hoc inuitatoriū premittit. Prope eſt iam dominus venite adoremus: quod etiam in quarto tēpore ve. le. ſapientes dicebāt fidelibus. venite inquiunt ⁊ preparamini ad deuote ipſum adorandū: que ſententia ſatis colligi poteſt ex principijs illorum librorum ſapientialium. Primum etiam reſponſoriū lectionibus Eſaie interpoſitū ſcilicet canite tuba in ſion ⁊c̄ eſt vox prelati vtriuſq; populi qua predicatores excitat ad conuocandum fideles tuba ſue predicationis quaten' eis declaret modum ſue bone preparationis ad recipiendum ſaluatorē vt decet. Eandem ſententiā alijs verbis coſonant reſponſoria ſequentia. Similiter ⁊ antiphone laudum quarum prima iterum tuba nominat. Et p horas diei antiphone/ capitula/ reſponſoria/ verſus/ ⁊ orationes/ admonitiones ſunt ſimplicium fidelium ad propoſitum predictū. Introitus miſſe varius eſt in miſſali Romano ⁊ in alijs eccleſijs ſicut etiam euāgeliū ⁊ q̄dam alie partes huius officij ⁊ cauſam huius diuerſitatis paulo inferi' in hoc capitulo dicemus. Communiter tamen ponitur duplex introit' ſcilicet Rorate celi deſuper ⁊c̄ Eſa 40 in libro Romano: ⁊ Memento noſtri domine ⁊c̄ ex pſalmo 105 in toletano ⁊ alijs: ſed vtriuſq; ē eadem fere ſententia. eſt enim vox populi dei/ vel clamor ad deum in quarto tēpore ve. le. licet enī illi eſſent ſatis propinqui natiuitati chriſti tamē videbatur eis nimia dilatio aduētus ſui: que eos affligebat maxime ſub perſecutione Antiochi regis Syrie crudeliſſime ſeuientis in eos: quam afflictionem permittēs deus videbatur iam eorum oblitus in tāto ſilentio prophetarum. Ideo clamabant dicētes. Rorate celi deſuper ⁊ nubes pluant Iuſtū meſſiam quem ſperamus aperiatur terra ad recipiēdum imbrem celeſte/ ⁊ ex illo concipiat ⁊ germinet ſaluatorē noſtrum. Memēto ergo noſtri dn̄e ⁊c̄ Viſita nos in ſalutari tuo meſſia ⁊c̄ Vt lauderis cū hereditate idest eccl'ia tua que tunc videbatur ceſſare a laudibus diuinis impediēte tyrāno illo qui etiā cogebat fideles idolatrare. Verſus. Similiter eſt duplex ſcilicet et iuſticia oriatur ſimul ⁊c̄ vel Confitemini dn̄o ⁊c̄ Ex eodem loco cū ſuo introitu: et incitat fideles ad laudādum deum etiam in medio tribulationis vt ſaltem ſine ſolenitate ſeruent iuſticiam legis ſue. Moralis ſenſus pro preſentibus eſt: ꝙ ipſe in hac hebdomade affectuoſe deſiderant aduentum chriſti repreſentatiuū idest diem natalis dn̄i in quo metaliter adueniens ad nos filius dei irroret intima noſtra ſua gratia: hunc ſenſum explicat oratio ſeques. Excita dn̄e queſumus ⁊c̄ Que petens aduētum chriſti mentalem ad nos optat gratiā eius qua a peccatoꝝ impedimētis liberemur. Epiſtola huius officij in miſſali Romano ponitur illa que dicta eſt in prece-

Matutinī.
Laudes.
Introit' miſſe.
Oratio.
Ep'le argumētū.

dent' dñica ſic nos exiſtimet homo Sed in Tos
letano ⁊ multis alijs legitur hodie Gaudete in
dño ſemper ⁊c̄ Philip 4 Et eſt doctrina prelas
ti vtriuſq; ppli de bona ſui preparatione ad ſu=
ſcipiẽdum ſaluatorem ſuum in proximo ventu
rum/⁊ hortatur eos ad tria precipua Primũ eſt
ſpũale gaudium de natiuitate ſaluatoris Scđm
ibi nihil ſolliciti ſitis ⁊c̄ eſt trãqllitas deuote me
tis Tertiũ ibi Et pax dei ⁊c̄ eſt pacatio noſtri cor
Prima pars. dis Ad gaudiũ ergo ſpirituale prelatus inuitãs
ſuos fideles ait Gaudete in dño ſemper veniens
te ad vos valde cito/ hoc eſt gaudere debetis de
tãto bono/ ⁊ tam ꝓximo vobis ſcilicet ꝙ veniat
ad vos ſaluator tãdiu deſideratus a ſanctis pa=
tribus veſtris ⁊ geminans verbum iterum dico
gaudete vt leto animo ipſum recipiatis nõ cum
triſticia/aut turbatione mẽtis quemadmodum et
olim per Eſaiam dñs de eode ſaluatoris aduen
tu loquens ait Eſa 40 Conſolamini conſola=
mini popule meus ⁊c Ubi geminat verbũ pro
pterea ꝙ populus dei per natiuitatem chriſti ve
nientis ſuſcepit de manu dñi duplicia bona ſcʒ
remedium contra peccatum in hac vita per gra
tiam ſua/ ⁊ liberationem a damnatione inferni in
altera vita per gloria immo in hac vita duplicia
bona recepit ſecundum duas partes humane na
ture hoc eſt in anima ⁊ corpore. Et qꝛ in feſto na
talis chriſti eius aduentum repreſentamus: duplex
gaudiũ accipiem⁹ nã interior actus deuotio=
nis in anima erit iocũdior/ exterior apparatus
veſtiũ/⁊ ciborum fiet in corpore ſolennior Item
in officijs eccleſiaſticis ſẽciores erũt hymni/⁊ cã=
tus/atq; ad pauperes cõmunicãdos eleemoſyne
largiores Sed ne fideles ad quodcunq; gaudiũ
laxetur additur Gaudete in dño ſemper non in
mũdo Itaq; gaudium ſit ſpirituale/non corpo
rale niſi ordinatum ad ſpirituale Unde requiri=
tur ꝙ modeſtia veſtra ideſt moderantia in cibo/
potu/et ludis/ac iocis/ nota ſit omnib⁹ homini=
bus etiã infidelibus qui apud vos ſunt vt inde
edificentur ⁊ trahantur ad fidem Ratio quare ta=
lem preparatione debetis habere hec eſt qꝛ dñs
prope eſt ideſt cito veniet qꝛ in fine huius quar=
ti temporis ve le vel in fine huius quarte hebdo=
madis aduẽtus ideo debetis eſſe dediti ſanctis/
ac deuotis exercitijs ⁊ cõteplationi huius tanti
myſterij tantiq; beneficij vobiſ preſtiti in quo etiã
angelos excedere videmini dicente aplo Heb 2
Nuſq; angelos apprehendit ideſt aſſumpſit filius
Scda pars epiſtole. dei ſed homines Ad hanc vero cõteplationem
requiritur otiũ ideſt ꝙ hoĩes abijciãt a ſe omne
ſolicitudinem negotiorum ſecularitũ vt ſoli deo
vacare poſſint in die dñi Cum enim hoc ſit cõ=
mune omnibus diebus feſtiuis ſcilicet vacare a
negocijs/⁊ laboribus corporalibus (quod ſonat
nomen ſabbati ideſt quietis in tertio ꝑcepto de=
calogi) multomagis eſt hoc obſeruãdum in hoc
feſto ſolẽniſſimo natalis domini ideo dico vobis
nihil ſoliciti ſitis ideſt nullam ſolicitudinẽ mun
danam habeatis in tali tẽpore ſanctiſſimo quia
negotia ſecularia impediũt deuotionem mentis

que neceſſaria eſt ad ſanctificationem diei feſti
vnde ⁊ dñs precepit Exodi 20 De obſeruatione
ſabbati dicens nihil opis facietis in eo Hoc autẽ
tẽpus quartum veteris legis ſabbatũ appellatur
qꝛ in eo ceſſauit omnis ſolicitudo prophetica cir
ca ſcripturas/⁊ hiſtorias ſacras ſed loco precedẽ
tium operũ ⁊ negotiorũ. Uacare debetis in hoc
tẽpore exercitijs virtutum in quietudine mentis
qualia ſunt orationes/obſecrationes/gratiarum=
actiones/⁊ petitiones ad deũ. Unde hortor vos
vt iſto tempore in omni oratione/⁊ obſecratione
cum gratiarũ actiõe petitiones veſtre innoteſcãt
apud deũ quemadmodum ⁊ mundani homines
ſe habere ſolet ad nouum regem venientem quia
ſtatim porrigũt ei petitiones ſup officijs ⁊ digni
tatibus illius regni ergo ſimiliter ⁊ vos qui ſpe=
ctatis veſtrũ regem meſſiam in ꝓximo venturum
ad vos qui eſtis regnum eius debetis prepara=
re ⁊ ordinare petitiões veſtras de multis gratijs
et bonis ſpiritualibus ab eo obtinendis hoc eſt
vt accipiat ex vobis quoſdã in apoſtolos/alios
euãgeliſtas/alios paſtores/⁊ doctores gregis ſui
fidelis ⁊c̄ Sic enĩ de facto petijt a chriſto mater
filiorum Zebedei ꝙ vnus eoꝝ ſederet ad dexte=
ram/⁊ alius ad ſiniſtram Matthei 21 Similiter
alij petierũt ab eo curationes diuerſarũ infirmi=
tatũ/expulſiones demonioꝝ/⁊ alij deniq; regna
celoꝝ Chriſtiani quoq; in hac quarta hebdoma
de aduẽtus debet preparare petitiones ſuas/pro
feſto natalis dñi ſcilicet de pace ⁊ tranquillitate
eccleſie/de ſanitate corporũ/ de vbertate fructuũ
terre/de remiſſione peccatorum/de renouatione
mentis/⁊ de alijs bonis ſpiritualibus Quatenus
ex deuotione conceptus in anima chriſtus p bo=
nas intẽtiones tandem naſcatur ⁊ exeat in bo=
nas operationes ⁊c̄ Hec ſufficit ad hanc fideliũ Tertia pars epiſtole.
preparationem otiũ ſpirituale/⁊ vacatio ab exte
rioribus negotijs mũdanis ſed requiritur etiam
pax interior cordis ita ꝙ ceſſet homo ab interiori
tumultu paſſionũ ſenſualitatis rebellantiũ con=
tra ratione nam ille tumultus/ſiue bellum inte=
rius valde impedit cõteplationem deuote mẽ=
tis erga deũ ſuũ vt impleat ſeruus dei illud dñi
preceptũ Gen 4 Subter te erit appetitus tuus/
et tu dominaberis illius ideſt dominio rationis
ſubijcies vt prudentia tua moderari valeas paſ=
ſiones ſenſuales nam qñdiu manet in homine
rebellio carnis cõtra ſpiritum tãdiu eſt carentia
pacis in interiore homine ꝓpter continuum re=
morſum conſcientie Pax ergo mẽtis eſt vobis
procuranda pro aduentu veſtri ſaluatoris quod
fiet p veram contritionem/ſeu deteſtationem pec=
catorum cum emendatione vite in melius addi=
ta etiam obedientia ſub mandatis dei/et eccleſie
Talem diſpoſitionem habebãt fideles in quar=
to tempore veteris legis de quibus ſcriptũ eſt
1 Macha 1 Leges optime cuſtodiebatur ꝓpter
Onie pontificiſ pietatem/ ⁊ animos odio habẽ=
tes malum eodem modo ſe habebant ſub alijs
multis deuotis/ ⁊ ſanctis prelatis Quãuis non
defuerint in populo/ illo aliqui mali homines

qui aliquando perturbaret pacem illam donec
ventū eſt ad natiuitatē chriſti in qua pax iterū re
cuperata eſt ⁊ ꝯfirmata ⁊ nimirū qꝛ Eſa 9 Pre
dixerat eū futurū principe pacis ⁊ de eode hic di
cit/⁊ pax chriſti id eſt incarnatio filij dei qua due
nature in vna perſona vnite ſunt pace mirabili
iuxta illud pſal 84 Miſericordia ⁊ veritas ob
uiauerunt ſibi Juſticia ⁊ pax oſculate ſunt illa
inq̄ pax chriſti que exuperat omnē ſenſum hu
manum id eſt ſcientiam acquiſitā ab hominibus
que non valet attingere ad cognoſcendū quali
ter facta ſit illa vnio Immo ſuperat ſcientiā an
gelorum qui tamen in natiuitate eius cātantes
annunciauerūt illam pacem ipſa cuſtodiat cor
da veſtra peccata ⁊ intelligētias veſtras ab om
ni quietudine paſſionum ⁊ peccatorū per gratiā
ſuam que eſt quedā participatio ſue gratie vnio
nis vel gratie capitis in chriſto ieſu domino nr̄o
qui per ſuam incarnationē effectus eſt mediator
dei ⁊ hominum ad obtinendum nobis gratiam
dei in qua pax noſtra cōſiſtit Sicut ergo fideles
quarti temporis veteris legis habētes pro ma
iore parte ſue etatis pacē exteriorem id eſt a bel
lis ceſſationem Debeāt ſe preparare ad meſſie
aduentum per pacem interiorem cordis ita etiā
fideles noſtri temporis in fine huius aduentus
debent ſe preparare per pacem interiorem ad fe
ſtum diem natalis chriſti ⁊ ad illam pacem ha
bendam debent ſe vnire deo per veram penite
tiam orātes vt ab illa ineffabili pace chriſti quā
repreſentam⁹ ⁊ cōmemoramus in illo feſto deri
uet ad nos pax gratie ſue ⁊c̄. Et ſic patet vterq̄
ſenſus epiſtole noſtre ſimul tradit⁹ propter ma
ximā eorum ſimilitudinem Cantus gradualis
Graduale. prope eſt dominus ⁊c̄. ex pſal 144. In ſenſu hi
ſtorico eſt conſolatio fidelis populi a ſuis docto
ribus ⁊ prelatis in quarto tempore veteris legis
qua promittebant eis meſſie aduentū valde ꝓ
pinquum ⁊ quod audiret libēter omnes eorum
petitiones ⁊ obſecrationes circa ſpiritualia bona
animorum Verſus Laudem domini loquetur
os meum ex eodem pſal. eſt reſpōſio fidelis po
Alleluia. puli quo ſe preparatū oſtendit ad petitiones fa
ciendas in laudem dei Et ad idem propoſitum
facit alleluia prope eſt vt veniam Eſaye.14 vel
illud Veni domine ⁊ noli tardare Abacuch 2
q̄ ſunt voces prophetarum populum conſolātiū
ex propinquo chriſti aduentu In ſenſu autē mo
rali pro preſentibus iſti cantus ſunt reſpōſiones
Moralita. fidelis populi ad doctrinam epiſtole premiſſe
Congaudet enim de propinquitate feſti natalis
chriſti in hac quarta hebdomade aduētus ⁊ cō
fidit ſe exaudiendum a deo in ſuis petitionibus
dum modo ille fiant in veritate iuſticie id eſt ſint
iuſte (nō enim exaudiet deus petitiones irratio
nabiles ⁊ iniuſtas) Juſte autem petitiones di
cuntur que pertinent ad laudem dei ⁊ ad ſalutē
animarū noſtrarum in natiuitate autem ſua de
us factus eſt ꝓpe nos vt melius audiret petitio
nes nras vult ergo dicere fidelis popul⁹ reſpō
dens ſuo prelato loquenti in epiſtola vere nos
faciemus ea que dixiſti de ꝑparatione noſtra ad
feſtum natiuitatis chriſti ſcilicet quia erimus in
tenti ad bene ordinandas petitiones noſtras vt
ſint iuſte ⁊ rationabiles cum gratiarum actioni
bus de beneficijs ſuſceptis ideo ait popul⁹ lau
dem domini loquetur os meum ⁊ conuerſus ſe
ad deum ait Veni domine ⁊c̄. Euāgelium hu⁹ Euangelij argumentum.
dici variū eſt apud varias eccleſias nam in ec
cleſia Romana hoc ſemper obſeruatur in ieiu
nijs quattuor temporum q̄ dominica immedia
te ſequens habet illud idem officium quod fuit
in ſabbato in quo fiunt ordines clericorum ideo
in miſſali Romano legit hodie euāgelium an
no quintodecimo qḋ etiam in ſabbato precede
ti lectū erat Huius conſuetudinis Romane ec
cleſie ratio hec eſt qꝛ Roman⁹ pōtifex olim faci
ens ordines in ſabbato quattuor temporum nō
poterat eos omnes perficere in eode die ſed pro
cedebat cum eis vſq̄ ad diē dominicum 75 di.
Quod patribus nō enī ſolū ordinabat minores
clericos/⁊ ſimplices ſacerdotes ſed etiam epiſco
pos qui non debent conſecrari/ niſi in die dn̄ico
propter excellentiam illius ſtatus ideo officium
miſſe ordinū diei ſabbati continuabatur vſq̄ ad
diem dn̄icum itaq̄ idem officiū miſſale vtriuſq̄
diei. Alie vero eccleſie talem occupationem non
habentes in hac dn̄ica inſtituerunt ſibi officium
proprium/⁊ non omnes eode modo Hinc ergo
proceſſit diuerſitas euangeliorū in officio huius
dn̄ice Quia ergo euangeliū precedentis ſabbati
vtcūq̄ enarrauimus eo dimiſſo exponem⁹ euan
geliū eccleſie Toletane ſcilicet Miſerunt iudei
ab hieroſolymis Joānis 1 Quod euangelium
eccleſia Romana legit in tertia dn̄ica aduētus:
et ita nihil dimittemus ex officijs Romani miſ
ſalis cuius expoſitionē nos principaliter intētos
ab initio ꝓmiſimus Eſt itaq̄ intentio eccleſie in
hoc euāgelio (ſiue legatur in tertia/ſiue in quar
ta dn̄ica aduentus) probare meſſiam in lege dei
promiſſum iam veniſſe/⁊ illū fuiſſe Jeſum naza
renum ex teſtimonio Joānis baptiſte. Unde et
littera euāgeliſte immediate ꝓcedens ſic habet:
hoc eſt teſtimoniū Joānis quādo miſerunt iudei
ab hieroſolymis ⁊c̄ Per hiſtoriā vero hoc euā
gelium denotat ſtatū populi dei in quarto tēpo
re veteris legis quando de ꝓximo expectabant
aduentū ſaluatoris Suppoſita ergo litterali in
telligetia euāgelij de legatione illa facta ad Joā
nem vt interrogarent eum/tum de perſona ſua/
tum ⁊ de officio baptizandi de nouo introducto
ab eo Nam ex reſpōſione Joānis accipitur teſti
monium clarum de aduētu meſſie iam cōpleto.
Cuius ipſe erat precurſſor immediatus de quo
prophetauerat Eſayas q̄ prepararet viam dn̄o
id eſt corda fideliū ad deuote recipiēdum chriſtū
venientem Per hiſtoriā hoc euangelium ſignifi
cat quartū ſtatum/vel tempus fidelium in vete
ri lege licet ſcḋm eccleſiam Romanā applicetur
ad ſignificandum tertium tempus vete legis in
tertia dn̄ica aduētus Sed parū refert vtri predi
ctorum tempori applicetur. quia ſicut illi de ter

ılo tēpore in captiuitate Babylonica poſiti expe
ctabant ſaluatore ſibi a deo ꝓmiſſum per Hie⸗
remiam qui liberaret eos ab illa corporali captı⸗
uitate/ꝛ reduceret in patria ſuam ita illi de quar
to tepore iam in patria exiſtentes ſine rege pro⸗
prio/ꝛ ſubiecti alieno expectabant ſaluatore ſibi
promiſſum a deo per nouiſſimos prophetarum
Ageum/ꝛ Malachiā qui liberaret eos a captiui
tate ſpirituali animarū ſub poteſtate diaboli et
tandem eductos ab huius vite laboribus perdu
ceret in celeſte patriam cū angelis dei In alijs
omnibus hec duo tepora cocordant nam vtrıqꝫ
fideles ſimiles faceret interrogationes de ſalua
tore ſuo ſimileſqꝫ acciperet reſponſiones De quar⸗
to itaqꝫ tēpore vete legis expoſituri hoc euange⸗
lium diuidemus ipſum (more ſolito) in tres par⸗
tes In quarum prima ꝓponitur multiplex fide⸗
liū interrogatio de ſuo ſaluatore In ſecūda ibi
dixerūt ergo adaptatur ei ꝓportionalis/ꝛ conſo
na reſpōſio In tertia ibi. ꝛ interrogauerūt decla⸗
Prima pars euā gelij. ratur fidelis populi codigna preparatio In illo
itaqꝫ tēpore quarto vete legis miſerunt iudei fide⸗
les aduentum ſui ſaluatoris expectantes pari⸗
ter/ꝛ deſiderantes miſerunt ſacerdotes/ꝛ leuitas
alioſqꝫ miniſtros tepli dei in Hieruſalem quaſi
mediatores inter deum ꝛ populū miſerunt eos
ad Joannem ideſt ad gratiā dei implorandā hoc
eſt vt mitteret eis ſaluatorem tadiu expectatum
a patribus ꝛ cū tanto deſiderio Ut interrogaret
eum de meſſia ſuo per deuotas oratiōes/ꝛ ſacri⸗
ficia in teplo illo quatenus dignaretur deus eis
reuelare determinatū tempus aduetus ſui qua⸗
litatem perſone eius/ꝛ alias circūſtantias parti⸗
culares dicetes Tu qui venturus es ad nos libe⸗
randum quis ꝛ qualis homo futurus es/ſcilicet
an diues/vel paup ꝛ/pōpoſus an humilis rigo
roſus an benignus ꝛc̄ At ille per doctores ſuos
in illo tempore bene calletes oracula ꝓphetarū
de meſſia venturo/ꝛ cōfeſſus eſt veritatē humili⸗
tatis ꝛ paupertatis ſue in qua primo vēturus erat
et confeſſus eſt palā. quia non ſum ego chriſtus
ideſt vnctus oleo materiali ſicut alij reges veſtri
vngebātur in magna gloria diuitiarum q d ego
non ſum venturus ad vos in pōpa mundana/ꝛ
ſicut vnus ex regibꝰ terrenis/neqꝫ tale quid dixe
runt ꝓphete de me. ſed regnum meum non erit
ſcḋm qualitatem huius mūdi ſed vngar in regē
a deo oleo ſpirituali ideſt ſuperabundanti gratia
de qua in pſal' 44 Unxit te deꝰ tuus oleo exul
tationis pre participibꝰ tuis ꝛc̄ Similiter inter⸗
rogatus ſi eſſet Helias / aut propheta Heliſeus
ideſt ſi acturus heremiticā/ꝛ auſteram vitā/ꝛ ab
hoibus ſegregatam Reſpondit ꝙ non quia filius
hominis venit māducans/et bibes cum hoibus
Math 11 Et vitā cōmunem habiturus in victu
et veſtitu Baruch 3 ꝛ cū hominibus cōuerſatus
Secūda pars euāgelij. eſt. Sed quia non ſufficiebat eis reſpōſio dei ne⸗
gatiua Dixerunt ei quis ergo ꝛ qualis futurus
es querimus a te vt affirmatiue reſpondeas
quatenus ſatiſfaciamus fidelibus tuis qui nos
miſerunt ad interpellādum pro eis apud maie⸗
ſtatem tuam Ipſe vero reſpondes dixit vt ſupra
per ſapientiſſimos doctores legis ꝛ prophetarū
ego ſum futurus vox ideſt preco dei in terris. cla
mantis ideſt vocans ad ſe oēs homines mundi
maxime in deſerto gentilitatis vt dixit Eſaias
propheta ꝛc̄ q d qualitas pſone mee ꝛ officium
meum principale cum venero erit predicatio
veritatis fidei/et religionis ſancte omnibus ho⸗
minibꝰ tam per meipſum/qꝫ p diſcipulos meos
in mūdum miſſos Eſt ergo reſolutio mee reſpō⸗
ſionis ꝙ in primo aduetu meo non habebo ex⸗
celſum ſtatū in mūdo ad modum regis terreni
neqꝫ omnino deiectū et ſeparatū ab hominibus
ad modū pauperis heremicole ſed habebo me⸗
diocrem ſtatum ad modū legati dei ideſt ꝓphe⸗
te/vel doctoris miſſi ad clamadum excelſa predi
catione/et ad vocādum oēs homines mundi ad
deum maxime gētiles valde deſertos ideſt obli⸗
tos ꝛ alienos a vero deo qui propterea ſunt in
maximo periculo ſue ꝑditionis ac perinde egēt
maiore remedio. Subſtātia autem mee predica⸗
tionis ad hoies erit Dirigite viam dni ideſt pa⸗
rate ei viā qua intret in aias veſtras ad ſaluādū
vos vt ſitis ei populus ſanctus in quo ipſe habi
tare digneƚ vobiſcum Et illi ſacerdotes/ac leuite
qui miſſi fuerat a fideli pplo ad interrogandum
hec deum ſuum erant. non quicūqꝫ. Sed ex pha
riſeis ideſt ſeparatis a cōmuni cetu aliorum ſa⸗
cerdotum/vel dignitate ſtatus pontificalis qua⸗
les in eccleſiaſtico ꝛ in libris Machabeorū no⸗
tantur Onias/ꝛ Simō filius eius pontifices di⸗
gniſſimi vel perfectionē magne ſanctitatis qua⸗
les notat Lucas euangeliſta Zachariam/ꝛ Si⸗
meonem qui in ſuis orationibus ꝛ ſacrificijs ad
deū loquentes ſepius has interrogatiōes facie⸗
bant ꝛ diuinū reſponſum accipiebant vt expreſ⸗
ſe dicit euāgeliſta predictus Ut ergo ſciret plebs Tertia pars euāgelij.
fidelis qua preparatione deberet diſponi ad di⸗
gnam huius ſaluatoris receptionem ſacerdotes
orantes interrogauerūt ꝛ dixerunt de eo quid er⸗
go baptizas ꝛc̄ ideſt ad quid precipis iſta baptiſ⸗
mata varia ꝛ alias cerimonias legis Moyſi ſi tu
nō es venturus in illis ſtatibus extremis/vel re⸗
gie dignitatis vel heremitice abiectionis ſed po⸗
tius in mediocri ſtatu prophete vel predicatoris
cuiuſdam noue ꝛ ſpiritualis/ac celeſtis doctrine
qua principaliter attrahas ad deum gentiles qui
talibus cerimonijs non ſunt aſſueti q d ad quid
valet iſta lex Moyſi cum tot cerimonijs ſuis/ſi in
aduētu tuo ꝑdicata meliori doctrina he cerimo⸗
nie ſunt dimittēde' Nunqd diſponemur melius
ad meſſie receptione dimittedo has cerimonias
et vacando ſolis ſpiritualibus/actibus/deuotio⸗
nis' Reſpondit eis Joānes ideſt gratioſa dei re⸗
uelatio p angelū Gabrielē qui apparuit Zacha⸗
rie dicens ego baptizo vos aqua materiali que
abluit corpora ideſt precipio vobis has cerimo⸗
nias corporales obſeruadas ad tempus ( quas
Paulus apoſtolus appellat iuſticias vel ſancti⸗
ficationes carnis ) quatenus ex iſtis corporalibꝰ
exercitijs diſcatis obedientiā ſeruare deo in om⸗

nibus mādatis ſuis ⁊ vt per iſta exteriora figu-
rens ſpiritualia myſteria meſſie. quem vos quidē
nunc neſcitis clare cum ſit abſconditus ſub figu-
ris iſtis ſed reuera medius veſtrum ſtat ſcꝫ inter
cerimonias veſtras que nihil aliud perſonāt ꝙ̄
chriſtum ⁊ myſteria eius. ipſe eſt qui poſt me iſta
precipientem venturus eſt ad vos docendū no-
uam quādam doctrinam ſpiritualem quaſi ba-
ptizans animas lauacro ſpiritusſancti Et illa lex
ſua erit tāto melior iſta lege Moyſi quanto pre-
ſtat anima corpori immo ipſe erit lōge melior le-
giſlator ꝙ̄ Moyſes qꝛ etiam vt apoſtolus ait eſt
melior angelis dei cum ſit verus ⁊ naturalis fi-
lius eius ideo dico vobis ꝙ licet poſt me ventu-
rus ſit ordine temporis ad vos docendum tamē
ordine dignitatis ſeu perfectionis ante me fact⁹
eſt ideſt poſitus a deo in altiori gradu dignitatis
cuius ego nō ſum dignus ſoluere corrigiam cal-
ciamenti vel ſeruire ei in minimis Dicitur enim
de eo Hebre. i. tanto melior angelis effectus eſt
quāto differentius pre illis nomen hereditauit/
ſcꝫ qꝛ angeli ſunt ſerui dei ipſe vero filius vnde
Matthei 4 dicitur ꝙ acceſſerunt angeli ⁊ mini-
ſtrabant ei Digna ergo preparatio veſtra ad re-
cipiendum ipſum cum venerit hec erit: vt has le-
gis Moyſi cerimonias obſeruetis diligenter do-
nec ipſe veniat qꝛ lex Moyſi pedagogus veſter
eſt in chriſto ad Galat 3 ⁊ ipſa preparat vos ad
ipſum quaſi quidam precurſor eius nam ex iſtis
cerimonijs carnalibus diſcitis obedientiam ad
bene obſeruanda precepta ⁊ conſilia ſpiritualia
que ipſe tradet vobis Hec myſteria diuine reue-
lationis ad fideles iudeos facta ſunt ꝑ angelos
in Bethania ideſt domo obedientie que erat ec-
cleſia vete. legis vbi erat Joānes ideſt gratioſus
dei angelus baptizās eos modo expoſito trans
iordanem ideſt fluuium iudicij hoc eſt poſt iudi-
cium / ſeu vindictam quā deus fecerat iudeis in
captiuitate Babylonica / et in perſecutione An-
tiochi regis ꝓpter peccata eorum nam talibus
tribulationibus purgati erant a peccatis ſuis vt
poſſent digne recipere ſaluatorem ſuum cōtem-
ptis bonis terrenis que auertūt homines a deo

Mo ali- tas euan- gelij.

¶ In ſenſu aūt morali pro fidelibus noſtri tem-
poris hoc euāgliū notat ꝙ deuoti chriſtiani iſto
tempore aduētus, mittunt ad deum ſacerdotes ⁊
alios eccleſie miniſtros maxime phariſeos ideſt
religioſos vt orent in perſona totius populi ad
Joanem nunc ab eccleſia introductū/ vel, ad pre-
latum ſuum gerētem Joānis officium (eſt enim
precurſor dei ad feſtum natiuitatis chriſti) ⁊ mit-
tunt eos vt interrogēt admiratiue dicentes ei tu
qs es ideſt qualis in hoc officio eccl'iaſtico hoc
eſt quid ſibi vult hec officij hodierni editio quí-
bus ipſe reſpōdes per verba predicatorum ſuo-
rum dicit ſe eſſe vocē ideſt preconem dei ad ho-
mines in hoc officio quia ſicut Joānes olim ita
ipſe nūc clamat in deſerto huius mundi ad pec-
catores vt ſe preparēt ad deuote recipiendū chri-
ſtum in feſto natalis ſui ⁊ hac de cauſa introdu-
cit in hoc euāgelio Joānis teſtimonium/ ⁊ Eſaie
vaticinium ſcꝫ dirigite viam dñi ideſt preparate
animas veſtras taliter vt chriſtus ꝑ eas tranſire
dignetur libere ⁊ ſine offendiculis Siquidem in
anima hominis eſt triplex via per quā chriſtus
debet ſpiritualiter tranſire ad ſalutē eius ſcilicet
memoria/ intellectus/ ⁊ volūtas/ ⁊ quelibet iſtarū
viarū eſt bene dirigēda preparāda ⁊ expediēda
Tranſit eñi deus per memoria quādo homo re-
colit beneficia dei recepta maxime creationem/
redemptionem/ ⁊ gubernationem hominū. Trāſit
per intellectū quando contēplatur homo myſte-
ria chriſti ſcilicet incarnatione/ ⁊ natiuitate eius/
et aduertit quāta dignatio dei fuit ipſum fieri ho-
minem nobiſcū conuerſantem in terris/ ⁊ opera
maxime humilitatis nobis demoſtrante. Trāſit
per volūtatem quando conſiderata maxima dei
charitate erga nos incēdit homo quaſi in amo-
rem eius ⁊ etiam proximi ꝓpter eum a deo vt
velit deo in omnibus cōplacere/ cum ſuper om-
nia honoraret: tam in ſe ꝙ̄ etiā in ſeruis ſuis Di-
rigēde ſunt ergo ⁊ preparande iſte vie in anima
noſtra ad chriſti aduentū ſpiritualem. tunc enim
bene aptatur memoria quādo homo peccata et
mala ſua preterita deteſtans/ obliuiſcitur ⁊ alijs
bonis actibus intēdere incipit dicens cum apo-
ſtolo que retro ſūt obliuiſcor ⁊ ad anteriora me
extēdo Preparatur intellectus ad deū recipien-
dum quando homo curioſitatē abijcit/ ⁊ ſola ne-
ceſſaria ad ſalutē cogitat iuxta coſilium ſapien-
tis Eccl'iaſtici 3. Altiora te ne queſieris ſed que
precepit tibi deus cogita ſemꝑ ⁊ in plurib⁹ eius
operibus non fueris curioſus Expeditur denique
volūtas hominis quādo eiecto a more obſceno
rerū corporaliū incitatur in eo verus amor eter-
norum/ ⁊ ſpiritualiū bonorum Coloſ 3 Que ſur-
ſum ſunt querite non que ſuper terram Patet
ergo quid pro nobis ſenſerit Joānes quādo al-
legans Eſaiā dixit dirigite viam dñi que tamen
autoritas magis extenſa ponit Luce 3 vt patuit
in euāgelio ſabbati precedentis ⁊ ibi magis in
particulari explicat modus hui⁹ directionis/ ſeu
preparationis nr̄e/ cū dicit Dirigite viā domini/
rectas facite ſemitas dei noſtri Sequitur decla-
ratio. omnis vallis implebitur / omnis mons et
collis humiliabit/ ⁊ erūt praua indirecta/ ⁊ aſpe-
ra in vias planas in quibus verbis quadruplex
nobis datur modus dirigendi viam dñi ſcilicet
defoſſa ⁊ humilia eleuādo qꝛ omnis vallis im-
plebitur Tumētia ⁊ alta deprimendo quia om-
nis mons ⁊ collis humiliabitur Tortuoſa rectifi-
cando qꝛ erūt praua indirecta Et aſpera cōpla-
nando ſcꝫ in vias planas Ad primū horum per-
tinet timor male humiliās ſcꝫ qui ducit peccato-
rem in vallē deſperationis vt patuit in Caim ⁊
talis timor indiſcretus et exceſſiuus/ eſt eleuan-
dus ad ſpem diuine miſericordie/ ⁊ ſic vallis im-
plebitur. Ad ſcd̄m pertinet preſumptio male ele-
uans in mōtem ſuperbie vt patuit in lucifero/ et
hec deprimēda eſt ꝑ timorem diuine iuſticie ⁊ ſic
mōs/ ſeu collis humiliatur Ad tertium pertinet
intentio diſtorta ⁊ malus finis in his que homo

agit vt ypocrite ieiunium ꝓpter humanũ fauo
rem ⁊ hec praua tortuoſitas volũtatis eſt dirigẽ
da ſtatuendo finẽ rectũ in deo ſcʒ vt homo ea bo
na que faciebat prius ꝓpter hoīes iam faciat ꝓ
pter deũ ⁊ ſic erunt praua mutata in directa Ad
quartũ pertinet concupiſcentia terrenorum que
animam facit aſperam ad modũ vie petroſe/ſpi
noſe/aut lutoſe nam ambitio honorum ⁊ digni
tatũ mũdi in aīa eſt quaſi lapis in via Job 41
Cor eius indurabitur quaſi lapis. Concupiſcen
tia deliciarũ eſt quaſi lutum Eccleſiaſtes. 9 Mu
lier fornicaria quaſi lutum ⁊c̃ Cupiditas diuitia
rum eſt velut ſpine in via Luce 8 Diuitie ſunt
ſpine/⁊ ſollicitudo earũ ſuffocat ⁊c̃ He aſperita
tes ab anima remouetur per veram penitentiã
qua fideles peccata ſua deteſtantur ⁊ tunc fiunt
aſpera anime in vias planas. patet ergo quid ſit
dicere Dirigite viam dñi Addit etiã prelatus ſe
precedere chriſtũ in nobis quaſi precurſor eius
cuius exterius miniſteriũ ſicut baptiſmus Joã-
nis ad corpus pertinet ſed per hec exteriora ver-
ba ⁊ facta in officijs hui⁹ aduẽtus ipſe prediſpo-
nit fideles ad ſpiritualem ⁊ interiorem animarũ
emũdationem/quã chriſtus faciet in feſto nata
lis ſui de quo ſubdit. Medius veſtrum ſtat quẽ
vos neſcitis ſcilʒ alter prelatus inuiſibilis deus
veſter ipſe eſt q̃ poſt me vẽturus eſt ad vos men
tali aduẽtu/⁊ repreſentatiuo ſed ante me factus
ideſt poſit⁹ eſt a deo quia eſt principalior prela-
tus veſter cuius ego non ſum dignus eſſe mini
ſter etiam ad minima officia eccleſie ſue. Hec in
Bethania facta ſunt ⁊c̃. quia in ecc̃lia chriſtiana
(que eſt domus obediẽtie ſub mandatis dei) da-
tur talis doctrina baptiʒatis in chriſto qui ⁊ iam
ſunt trãs iordanẽ ingreſſi terrã ꝓmiſſiõis que eſt
poſſeſſio vere fidei/et gratie ſalutaris apud deũ
*Offerto-rium.* Cantus offertorij Aue maria Luce 1 Eſt vox fi
delis populi tã veteris q̃ʒ noui qui audita pro-
pinquitate aduẽtus ſaluatoris ſui ex euangelio
cõuertit ſe ad laudẽ ſanctiſſime matris eius que
tam benedictũ fructũ vẽtris ſui eis allatura eſt
Secreta oratio Sacrificijs preſentibus adaptat
offertoriũ ad ſenſum moralem pro preſentibus
petẽs eis a deo augmẽtum deuotionis ad bene
celebrãdum feſtũ natalis dñi Cantus cõmunio-
nis. Ecce virgo cõcipiet. Eſa 7 eſt cõſolatio fide-
lis ppl̃i vtriuſqʒ legis de ꝓximo partu virginis
Marie/aut reali/aut repreſentatiuo quo fiet vt
ſit nobiſcũ deus Oratio finalis Sũptis domi-
ne applicat cõmunionem ad ſenſum moralem
pro preſentibus petens eis augmentũ gratie/et
deuotionis pro digna celebratiõe natalis dñi ⁊c̃
*Epilog⁹ toti⁹ aduentus.* ¶ Finita eſt igit̃ prima pars libri miſſalis ⁊ om
aliorũ ecc̃lie officiorũ de ſacro tẽpore aduẽtus dñi
in quo fit cõmemoratio totius tẽporis ve. legis
et prophetarũ ſcd̃m quattor varios eius ſtatus
Declaratus eſt etiã quadruplex chriſti aduẽtus
ſed aliorum omniũ maxime primus/qui in feſto
natalis eius repreſentatur Appoſite quoqʒ ſunt
doctrine morales neceſſarie fidelibus preſenti-
bus in tali tempore ad dignam eorum prepara-
tionem interiorem pro feſto natalis domini.

Secunda pars libri miſſalis erit De offi
cijs eccleſiaſticis que pertinẽt ad tẽpus
viſitationis/⁊ reconciliationis humani
generis (quod tamẽ in ordine hiſtoria-
rum tertiũ notauimus in principio huius ſecun-
di libri) Et pertinet ad hãc partem officia nati-
uitatis/circũciſionis/⁊ epyphanie dñi Item offi-
cia paſchalia reſurrectionis/aſcẽſionis/⁊ penthe
coſtes que tñ omnia neceſſitate cogente non po
tuerunt ſimul ⁊ continue poni in libro miſſali. et
per cõſequens/nec in alijs libris officiorũ eccle-
ſie ideo hec pars in duas partes ſubdiuiſa eſt
que dici poſſunt prima ſcd̃e/et ſecunda ſecunde *Tranſitus ad ſequẽtia.*
Prima ſecũde continet officia prius nominata
ſcilicet pertinentia ad infantiã/pueritiam/⁊ iuue-
tutem chriſti vſqʒ ad eius baptiſmum incluſiue
Poſtea vero in tertia parte interiectis myſterijs
ſeptuageſime/ſexageſime/q̃nquageſime/⁊ qua-
drageſime que ad tẽpus deuiationis/⁊ preuari-
cationis humani generis pertinet ſequetur pars
ſecũda ſecũde de officijs paſchalib⁹ ⁊ alijs prius
dictis Commemoraturi ergo myſteria temporis
viſitationis/et reconciliationis mundi a deo or-
diemur a chriſti natiuitate

## ¶ Caput octauum ſecũdi

libri de officio vigilie natiuitatis chriſti quo re-
preſentatur qualitas fideliũ in fine veteris legis
prope natiuitatem chriſti atqʒ diſponuntur fide-
les noue legis nunc preſentes ad piam deuo-
tionem tali feſto neceſſariam



Xpeditis *Argumẽtũ officij.*
myſterijs reuo-
catiõis/ac reno-
uationis huma-
ni generis a deo
per legẽ ⁊ ꝓphe-
tas ſuos quibus
archana nr̃e re-
demptionis per
mediatorem chri
ſtũ patribus pro-
miſſũ reuelauit.
ſuccedunt ordine recto officia viſitationis/ac re-
cõciliationis mundi per eũdem mediatorem fa-
cte de quo dicitur Luce 1 q̃ viſitauit nos oriens
ex alto ꝑ viſcera maxime miſericordie ſue. et hãc
quidem viſitationẽ primo fecit ipſe per natiuita-
tem ſuã corporalem ex virgine matre qua venit
ad hanc vitã mortalem cũ hominibus habitan-
dam aliquãto tẽpore ſecũdo per ſuã reſurrectio-
nem que fuit ſibi principiũ alterius vite immor-
talis/⁊ a viatoribus ſegregate Poſtq̃ʒ enim per
mortem ſuã a fidelibus ſuis diſceſſerat iterum ꝑ
reſurrectionem ſuam viſitauit eos non tamẽ ad
conuerſandũ iterum familiariter cũ eis vt prius
Primã igitur viſitatione chriſti declaraturi offi
cia natiuitatis ei⁹ ad duos ſenſus hiſtoricum et
moralem (vt cõſueuimus) exponẽda erunt. Sed
eſt notãdum inprimis q̃ hiſtoricus ſenſus horũ
officiorũ ab eccleſia principaliter intẽtus eſt du-

plex/alter de chriſto vero ſaluatore noſtro / alter de chriſto myſtico hoc eſt de populo chriſtiano qui( vt ſtatim dicemus ) ſimul cum vero chriſto natus eſt/ſimul creſcere cepit/et per ſuas etates ad perfectionẽ deuenit Uerum expoſitio officiorum hiſtorica de chriſto vero eadem eſt cũ ſenſu litterali iſtarũ autoritatũ in textu biblie. Sed expoſitio hiſtorialis de chriſto myſtico differt ab eadem intelligẽtia litterali earũdem autoritatũ Sed ne cõfuſe ꝓcedamus in vtraqꝫ expoſitione hiſtorica hoc modo eas ſeparabimus ꝙ in feſtis natiuitatis/circũciſionis/ et epiphanie principalis expoſitio hiſtorica erit de chriſto vero in dñicis autem diebus poſt dictas feſtiuitates venientibus/ſiue intra/ſiue extra octauas earũ principalior expoſitio hiſtorica erit de chriſto myſtico hãc enim intentionem ipſa officiorum facies inſinuat viris oculatis z claro ingenio preditis. Moralis deniqꝫ expoſitio vtriqꝫ predictarũ ſemper addetur quia fidelibus preſentibus ſemper eſt neceſſaria doctrina ſalutaris

## ¶ De officio vigilie natiuitatis

Argumẽtũ ſpecialius.

Uigilia ergo natalis dñi principium huius ſecunde partis faciemus eo ꝙ ipſa ſignificet tẽpus in fine. ve le. proximũ natiuitati ſaluatoris ex virgine matre. hoc eſt ſignificat tẽp9 a Zacharia ſacerdote ( cui Gabriel angelus apparuit in ſacrario tẽpli) vſqꝫ ad chriſti natiuitatẽ in Bethleẽ ciuitate Dauid qđ fuit ſpaciũ quindecim fere meſiũ tunc eñ cepit deus per ſuũ angelum cõmouere mentes fidelium illius temporis ad ſtatim in vita ſua recipiendum ſaluatorem mundi ad eos venientem. vnde in officio huius vigilie fere omnia verba ponuntur in ſecunda perſona plurali quaſi introducendo angelũ Gabrielem ad eos loquentem z conceptionem ac natiuitate chriſti annunciantem ad quã deberent ſe deuote preparare Per moralitatem vero omnia hec ſunt verba prelati ad nos loquẽtis de feſto natiuitatis chriſti deuotiſſime celebrãdo Sicut enim in aduentu noui regis mundani ciuitas ad quam venit ſolet pridie ante aduentum eius voce preconis cõgregare omnes ciues ſuos vt ſe prepararet ad honorificam z ſolemnem regis receptionem ita ſancta mater eccleſia que dicitur Hieruſale que edificatur vt ciuitas in hoc profeſto natalis chriſti regis ſui qui ipſum repreſentat ad nos venientem ordinauit ſolenne officium velut quodam preconium aduetus eius incitans fideles ad ſe deuote preperandum et hoc efficacius/ꝗ̃ fecerat in toto aduentu ¶ Inuitatorium huius vigilie prelibatur illud Exodi 16 licet aliqualiter mutata forma verborum hodie ſcietis qz veniet dominus z mane videbitis gloriam eius ideqꝫ verſus ſepius repetitur per totum diem in omnibus horis tam nocturnis ꝗ̃ diurnis Et introducitur vt diximus Gabriel angelus loquens ad fideles illius temporis z loquitur de illa gloria quam explicat Joãnes euãgeliſta capite primo ſui euangelij z vidimus (inquit ) gloriam eius ideſt excellentiam ſue ſanctitatis/ſapientie/gratie/z miraculorũ Poſſet idem

Matutinũ

inuitatorium intelligi de ſecundo chriſti aduentu hoc modo hodie ideſt in hac ſexta etate preſẽte / et mane ideſt in ſequente octaua etate videbitis gloriam maieſtatis eius in qua apparebit veniens ad iudicium Eandem ſententiam/licet varijs verbis habent Antiphone/pſalmorum verſus/reſponſoria magna z parua z alij cantus ꝑ totum diem in ſenſu vero morali inuitatorium z alij cantus ſimiles dicuntur in perſona prelati ad fideles preſentes zc̃ ¶ Introitus miſſe huius vigilie eſt inuitatoriũ predictũ hodie ſcietis zc̃ ad duos ſenſus predictos de angelo Gabriele z de prelato eccleſie noſtre Uerſus domini eſt terra pſal. 23. Explicat qualitatem z dignitatem perſone ſaluatoris naſcituri · quãuis in humilitate paupertatis magne qz eſt dñs vniuerſorum bonorum totius mundi. Oro Deus qui nos redẽptionis applicat introitum moraliter ad preſentes fideles z cõmemorãs vtrũqꝫ chriſti aduetum petit pro eis gratiã qua z primũ eius aduetum deuote leticia celebrent z ſcđm ſecuri expectent. Epiſtola ſiue lectio huius officij duplex ponitur apud oẽs fere eccleſias excepta Romana et hoc etiam fit in tribus miſſis diei ſequẽtis quarum lectionũ prima eſt ꝓphetia Eſaie· ſcđa eſt epiſtola Pauli z ſemper cõcordant iſte due lectiones in materia quia vtraqꝫ loquitur de chriſto licet differant in modo loquendi de futuro/z de preterito Prophetia ergo huius officij ꝓpter Sion non tacebo Eſa 62 Referri poteſt per hiſtoriam ad Gabrielem angelũ predictũ qui profitetur ſe precone natiuitatis chriſti miſſus a deo ad cõſolationem fideliũ eam deuote expectantiũ. maxime eorum qui habitabãt in mõte Sion vbi ſita eſt hieruſalẽ ciuitas ſancta nam vt prediximus in capitulo precedẽte ſacerdotes illius templi et alie deuote perſone continue inſtabant deuotis orationibus corã deo petẽtes ſibi mitti ſaluatorem Angelus autẽ denunciat eis chriſtum ꝓxime naſciturũ quem iuſtum ſaluatorẽ appellat z natiuitatem eius/ſplendorem/lucem/z lampadem quia naſciturus erat ex virgine matre ſine corruptione eius ad modũ quo ſplendor/vel radius lucis naſcat̃ ex corpore luminoſo / vel traſit per feneſtram vitreã ſine fractione/vel apertione eius Et ſubdit ꝙ in breui tẽpore videbunt gentes ideſt homines viatores illũ iuſtum z inclitũ principem a deo miſſum vt cõuerſetur inter homines z ex talis principis natiuitate eccleſia fidelium iudeorũ habitura erat magnũ honorem apud deum z homines qz deus ad terrã veniẽs carnem eorũ potius ꝗ̃ aliarũ gentium aſſumpturus erat Moraliter vero hec ꝓphetia poteſt eſſe annũciatio prelati eccleſie chriſtiane loquẽtis de feſto natalis dñi in die ſequẽte cuius feſti hodiernum officiũ eſt preconium a quo dicit ꝙ non tacebit/aut ceſſabit ꝑ omnes horas huius diei donec veniatur ad nocte ſequẽtem in cuius medio

Introitꝰ miſſe.

Oratio.

Prophetia.

rep'ſentatiue in officio matutinorum naſcetur
chriſtus velut lux ⁊ ſplendor ⁊c̄ Unde erit ma-
gnum gaudium/honor ⁊ gloria in tota fidelium
eccleſia q2 non eſt alia natio tam grãdis in toto
mundo que habeat deũ ſuum appropinquatem
Eple ar- ſibi ſicut habent chriſtiani ⁊c̄ ¶ Epla Paulus
gumẽtũ ſeruus Jeſu chriſti Ro. i. expreſſe pertinet ad pre
latum eccleſie chriſtiane vt ſit ſermo eius ad po-
pulũ de natiuitate chriſti exhibita licet repreſen-
tatio eius hodie celebretur vt futura Cõſonatq3
predicte ꝓphetie q̃tum ad tria maxime Primũ
eſt q̃ omnes ſcripture veteris teſtamẽti ꝓmiſerũt
fidelib' ſeruis dei natiuitatẽ ſaluatoris ſui Se-
cundũ q̃ natiuitas illa non ſolũ eſt ab homini-
bus ꝓphetata ex tẽpore ſed etiam a deo prede
ſtinata ab eterno Tertium eſt q̃ eadẽ natiuitas
eſt ab oĩbus hominibus obedienter credenda/⁊
cum gratiarũactione quolibet anno in hoc feſto
Prima recolenda/ac venerãda Quãtum ad primũ pre-
pars. latus dicit ſe Paulũ (quod ſonat os tube) quia
inſtitutus eſt a deo p̃dicator de quo in Ezechie-
le dicitur q̃ debet ſup populum ſonare buccina/
aut tuba aliquãdo quidem ad deterredum pec-
catores per cõminationem penarũ. aliquãdo ad
concitãdum pigros ad pugnã cõtra tentationes
aliquãdo etiam ad cõſolandũ iuſtos ſpe ſuorum
premiorum ⁊ hoc modo ſonat prelatus in hoc offi-
cio annũciãs chriſti natiuitatẽ quaſi os tube. di-
cit etiã ſe ſeruũ Jeſu chriſti q2 eſt fidelis ſeruus
et prudens quem conſtituit dñs ſuper familiam
ſuã vt det illis cibum doctrine in tẽpore ſuo ideſt
quãdo oportet qualis eſt hec vigilia natiuitatis
dñi in qua licet corpora ieiunent' anime tñ indi-
gent refectiõe ſuauis doctrine Dicit tertio ſe apo
ſtolum ideſt miſſum/vel legatum a deo ad cõpo
nendum federa pacis cum populo ſuo que pax
maxime declarata eſt in chriſti natiuitate cantã
tibus angelis Gloria in excelſis deo / et in terra
pax hominibus Unde ⁊ predicationẽ ſuam ap-
pellat euãgelium/ideſt bonã annũciationem de
chriſti natiuitate quale eſt officium hodiernum
ad quod edendum prelatus dicit ſe ſegregatũ ab
alijs negotijs quatenus eſſet melius ordinatũ ⁊
magis deuotũ officium cum ſit de re tam excel-
lenti que fuit olim a multis annis ꝓmiſſa a deo
per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis ideſt de
filio ſuo ad nos mittendo per tẽporalem natiui
Secũda tatẽ Et non ſolũ hec filij dei natiuitas fuit pro-
pars. phetata ab hoĩbus ex tẽpore ſed etiam fuit pre-
deſtinata a deo ab eterno promiſit quidẽ ex tem
pore Abrahe patriarche/⁊ Dauid regi q̃ ex ſemi
ne ſuo filius dei carnem eſſet aſſumpturus ita q̃
idẽ homo eſſet fili9 dei ſimul ⁊ filius hominis
Probauit autẽ ipſe cum venit ſe eſſe filium dei
in virtute tum quia ꝑ ſpiritum ſanctificationis
autore conceptus eſt ⁊ formatus in vtero matris
ſue ſine operatione virili tum etiã ex reſurrectio-
ne mortuorum ideſt a mortuis Jeſu chriſti domi
ni noſtri quia ipſe ꝓpria virtute ſurrexit a mor-
tuis/⁊ alios ſecũ reſuſcitauit' vt dicit Matth 27
que duo ſola dei potentia fieri poſſunt/nec alijs
hominibus ſunt cõmunica'a qui nõ ſunt filij dei
Tertia per naturam Propter quod in memoriam tan
pars. ti beneficij oportet continuas deo gratias agere
per que ideſt a quo nos prelati accepimus gra-
tiam ⁊ apoſtolatum ideſt officium predicãdi hoc
magnum ſacramentũ natiuitatis chriſti homini-
bus ad cauſandũ in eis memoriã tanti beneficij
et ad inclinãdum volũtates eorum ad obedien-
dum fidei huius articuli predicati in oĩbus gen-
tibus ideſt apud oẽs gẽtes mũdi in nomine ei9
ideſt ad diuulgãdum nomen ⁊ famam eius per
omnes gẽtes in quib9 ideſt inter quas vos mei
ſubditi eſtis vocati ad eccleſiã ſuam vt ſitis diſci
puli ⁊ ſerui dñi noſtri Jeſu chriſti/cuius natiuita-
tem vobis hodie annunciamus in craſtinũ cele-
brandam: quatenus ſitis preuia diſpoſitione pa
rati ad tam celeberrimã feſtiuitatem Et hic ſen-
ſus epiſtole eſt moralis pro preſentibus qui ſi ex
perſona prelati ve le. diceretur ad fideles ſui tẽ-
Grãdua poris eſſet hiſtoricus ſenſus Cantus gradualis
le hodie ſcietis vbi ſupra eſt reſponſio fidelium ſe-
ipſos concitãtium ad gaudiũ/ ⁊ leticiam ex pro-
pinquitate natiuitatis chriſti ad duos ſenſus ſu-
pradictos Verſus Qui regis iſrael pſal' 79. Eſt
oratio ſpecialis populi iudeorũ ad deũ vt mittat
eis paſtorem ad gregẽ ſuum regẽdum/⁊ ille pa-
ſtor eſt meſſias naſciturus in ꝓximo Hinc faci
Aleluia le applicaret moraliter ad fideles preſentes. Ale
luia ꝓpter ieiunium non cãtatur niſi quãdo hec
vigilia venerit in die dñico qui ſignificat gaudiũ
reſurrectionis ⁊ tũc cantatur aleluia hodie ſcie
tis vel aliquis alius verſus ad propoſitũ huius
Euãgelij officij Euãgelium cũ eſſet deſpõſata Matthei i
argumen in ſenſu litterali vel hiſtorico de chriſto vero pre
tum nunciat ſaluatorẽ mundi ſtatim fore naſciturum
ex matre virgine ⁊ hoc probat ex verbis angeli
ad Joſeph ſpõſum eiuſdẽ virginis ⁊ in hoc ſen-
Prima ſu euãgelium habet tres partes Primo enĩ de-
pars. ſcribitur reuelationis angelice occaſio Secũdo
ibi hec autẽ explicat dicta angeli reuelatio Ter-
tio ibi hoc autẽ: citatur ad propoſitum ꝓphetica
teſtificatio. Quãtum ad occaſionem reuelationis
ſupponit euangeliſta Mattheus deſponſionem
matrimonialẽ inter Joſeph de tribu iuda ⁊ Ma
riam virginem ex eadem tribu ortam hoc inq̃
preſupponit ex euidẽtia facti ⁊ publica omnium
atteſtatione in ciuitate Nazaret Galilee vt Lu-
cas narrat Supponit etiã idẽ Mattheus virgi-
nem Mariã poſt ſuam deſpõſationem cõcepiſſe
in vtero ſuo filiũ dei hominem factum mediãte
annũciatione angeli Gabrielis quã Lucas euã-
geliſta extenſe deſcribit capite i cũ dixit Miſſus
eſt angelus Gabriel ⁊c̄. Hec duo ſuppoſita no-
tantur hic in principio euangelij cũ dicitur in il-
lo tẽpore ſcilicet propinquo natiuitati chriſti per
tres aut quattuor menſes ante eam Cum eſſet
deſpõſata mater Jeſu Maria Joſeph viro ſuo
anteq̃ iſti duo coniuges cõuenirent ad habitan-
dum ſimul in eadẽ domo immo ⁊ ante celebra-
tionem nuptiarum inuenta eſt Maria ad expe-
rientiam ſenſibilem habẽs filium in vtero licet
ipſum

ipſum cõcepiſſet non ex opere alicuius viri ſed
ex ſpirituſancto mirabiliter formãte humanitatẽ
illa quod tñ Joſeph ſpoſus eius ignorabat ſed
ſolũ eam pregnantem videbat de quo ſubditur
Joſeph aũt vir eius cum eſſet iuſtus erga proxi-
mos qꝛ nemini volebat malũ facere/nec procu-
rare etiã quando iuſte ꝛ de iure poterat ꝛ hac de
cauſa q̃uis ſponſam ſuã pregnãtem ꝛ non de ſe
vidiſſet nolebat tamẽ eam de adulterio accuſare
apud iudice ad inferẽdam ei penã lege taxatam
ſcʒ lapidatione/ꝛ hoc eſt quod hic dicitur ꝛ nolet
eam traducere qḋ eſt diffamare ꝛ publicare per
manifeſtã accuſatione in iudicio quãuis pleriq̧
doctores aliter accipiãt hoc vocabulũ traducere
pro traſportare ꝛ adducere eam in domũ ſuam
vt ſit ſenſus ꝙ iam dedignabat eam recipere in
domo ſua ꝓpter crimen adulterij Sed profecto
hec ſententia non cõſonat littere precedenti.cum
eſſet vir iuſtus ad quid enĩ allegatur ſpõſi iuſti-
cia/vel ſanctitas ſi ſponſam dedignatur recipere
in domũ ſuã qꝛ hoc magis eſt opus ſeueritatis ꝛ
vindicte q̃ ſanctitatis ꝛ miſericordie Rectius er-
go dicitur ꝙ traducere ſit diffamare / publicare/
a cuſare (vt noſter Nebriſſenſis autoritatibꝰ la-
tinoꝝ cõprobauit) ꝛ magis cõſonat cauſe in textu
aſſignate cum eſſet iuſtus i.ſanctus/pius/ꝛ miſe-
ricors qꝛ cõpatiebatur ſpõſe ſue et nolebat cõtra
eam agere Conſonat etiã littere ſequenti voluit
occulte dimittere eam ſcʒ fugiẽdo ꝛ recedẽdo ab
illa patria ꝓpter infamiã ſuã ne vilis ꝛ abiectus
reputaretur a cõuicinis ꝛ amicis ꝙ vxore adulte-
ram ſuſtineret impunitã Patet ergo occaſio et
neceſſitas reuelationis angelice ipſi Joſeph ſcʒ
qꝛ volebat ſpõſam ſuam dimittere ex ſuſpitione
adulterij Sed cũ Joſeph in hoc iudicio decipe-
Scda ps euãgelij. retur ex ignorãtia inuincibili ꝓpter incõſuetum
a ſeculis conceptionis illius modũ ꝓuidit deus
vtriq̧ coniugum per angelicã reuelatione.ſcʒ ne
ipſe Joſeph ꝓfugus fieret a domo ſua per erro-
rem ꝛ ne ſpõſa eius ſeruitio ꝛ ſolatio viri ſui pri-
uaretur ſine culpa ideo ſubditur Hec aũt mala
Joſeph cogitãte ecce angelus dñi ideſt miſſus a
dño apparuit ei in ſomnis i reuelauit ei verita-
te diuini ſecreti (quã ignorabat ) in excuſationẽ
ſpoſe ſue dicẽs Joſeph fili Dauid noli timere de
infamia ſi acceperis Mariã cõiuge tuã que oĩno
immunis eſt a culpa quã tu ſuſpicaris qḋ enĩ in
ea natũ eſt.i cõceptũ de ſpiritu ſancto eſt non aũt
ex attactu alicuius viri Unde filiꝰ quẽ ipſa pa-
riet erit vere filiꝰ dei ꝛ ad hoc ſignificãdum voca-
bis nomẽ eius ieſum i ſaluatorẽ ipſe enĩ ſaluum
faciet ppl̃m ſuũ i qui ei obediet/ac ſeruiet a pec-
catis eoꝝ que eſt principalior hominum captiui-
tas ꝛ a cuius liberatione principaliter dictus eſt
Tertia ps euãgelij. meſſias in lege ꝛ ꝓphetis tãdiu promiſſus Hoc
autem totum factũ eſt ſcʒ quod diximus de con-
ceptione ꝛ natiuitate huius pueri per miraculo-
ſam operatione dei vt impleretur quod dictũ eſt
a dño per ꝓphetam Eſa.7 Dicẽtem ecce virgo
in vtero habebit filium a deo miraculoſe forma-
tum.ſalua matris integritate virginali.non ſolũ
in cõcipiẽdo ſed etiã in pariẽdo ipſum Jta ꝙ in
hac propoſitione Uirgo cõcipiet ꝛ pariet ſubie-
ctum appellet ac ſi eſſet predicatũ equiualeatq̧
iſti.concipiet ꝛ pariet virgo in qua(vt dicunt lo-
gici) predicatum appellat appellatione formali-
vt ſit ſenſus cõcipiet ꝛ pariet manens virgo etiã
poſt conceptum ꝛ partum non ergo debes dubi-
tare(inquit angelus Joſeph) de virginali caſti-
tate ſponſe tue.quã deus ſibi conſecrauit in ma-
trem filij ſui qui poſtq̃ natꝰ erit vocabitur pro-
prio nomine Emmanuel quod eſt interpretatũ
nobiſcum deus eſt enĩ dictio hebraica compoſi-
te figure ex tribus partibus Quarũ prima hym-
eſt latine prepoſitio ablatiui cum Secunda mi-
menu eſt ablatiuus pluralis pronominis primi-
tiui prime pſone nobis Tertia vero pars el eſt
latine Deus quibus aggregatis fit oratio predi-
cte dictioni equiualens cum nobis deus/vel or-
natus nobiſcum deus ideſt deus factus homo
nobiſcum habitans in terris Filius ergo quem
paritura eſt Maria virgo ſponſa tua cum ſit fi-
lius dei erit verus deus et hinc ipſa proprie dici
poterit mater dei Jn ſenſu vero hiſtorico de chri-
ſto myſtico euangelium prenunciat nouum dei
populum ſibi naſciturum quaſi filium ex doctri-
na noue legis euangelice quaſi ex matre cuius
nomen erit Jeſus ideſt ſaluatio nam in eccleſia
illa erit ſaluatio omnium gentium et nullus ex-
tra illam ſaluari poterit a damnatione eterna ſi-
cut neq̧ extra archam Noe aliquis potuit ſal-
uari a diluuio Hanc ſaluationem gentium idem
propheta Eſaias multipliciter prenunciauerat
maxime a capite 60 Surge illuminare Hieru-
ſalem ꝛc̃ Poteſt aliter per hiſtoriam dici ꝙ ma-
ter ex qua naſciturus eſt iſte filius dei nouus eſt
ſacra ſcriptura hebraica vete legis que quidem
prius deſpoſata erat doctori populi hebreorum
nam ( vt Salomon ait in prouerbijs ) ſapientia
dei reuelata facta erat ſibi ſponſa valde amabi-
lis Sed per tranſlationem illius ſcripture in lin-
guam grecã a ſeptuaginta interpretibus iudeo-
rum pro Ptolemeo philadelpho gentili rege
egypti ipſa conceperat de ſpirituſancto nouum
populum dei ex gentibus quod cernens ſpõſus
eius doctor hebreus quaſi indignatus voluit eã
abijcere tanq̃ adulterã ꝛ cõmunem factã ſed di-
uina reuelatione cõfortatus agnouit gentiliũ ſa-
lutem predeſtinatam a deo ꝛ ꝓmiſſam per pro-
phetas ſuos hinc factus eſt hebreorum popu-
lus cuſtos ſacre ſcripture hebraice donec naſce-
retur ex ea ille filius dei adoptiuus qui dicitur
chriſtus myſticus Reuelationem iſtam expreſ-
ſit ſanctus ille Simeon quando Luce 2 dixit.
Lumen ad reuelationem gentium ꝛ gloriam ꝛc̃
¶ Jn ſenſu deniq̧ morali non ſolum hoc euan- Moralitas.
gelium ſed etiam totum officium huius vigilie
repreſentat eccleſiam chriſtianam ſpõſam dei in
toto aduentu vſq̧ ad hunc diem quaſi pregnan-
tem multis myſterijs ſacramẽtorum dei.que ta-
men prelato eius typum Joſeph habenti reue-
lata ſunt per angelum noui teſtamenti qui eſt

chriſtus dominus/vel apoſtolorū cetus ſed hec ſponſa tunc pariet filium ſuum primogenitum quando in officio ſequentis diei ſoleniter decantabit natiuitatem ſaluatoris ⁊c. Cantus offertorij tollite portas ex pſal. 23 Loquitur de introitu chriſti in mūdum per portam natiuitatis ſue incitatq; fideles ad aperiendū ei portas animarum ſuarum per quas deuote recipiant eum venientem ad ſe. Secreta oratio Da nobis queſumus applicat offertorium moraliter ad preſentes petens eis dari gratiā dei ad digne celebrandum feſtum natalis chriſti in craſtinum Cantus cōmunióis reuelabitur gloria domini Eſa 40 Promittit fidelibus cito reuelandum eis filium dei per natiuitatem ſuam corporalem qua videri poſſit ab hominibus Finalis oratio Da nobis queſumus applicat cōmunionem moraliter ad preſentes petens ex virtute euchariſtie ſuſcepte dari eis gratiam ⁊c.

Offertorium. Communio.

## Caput nonum de ſacratiſſimo officio diei natalis domini in quo etiam exordia naſcentis eccleſie chriſtiane ſignificantur ſimul atq; fidelibus preſentibus proponuntur exempla ſue renouationis

Argumentū officij



Umma cū deuotione/ac mētis affectuoſa eleuatione agendum eſt cūctis fidelibus officium natiuitatis chriſti ſaluatoris qđ etiam magna iocūditate pariter ⁊ ſuauitate redūdat Siquidē triplicem eius natiuitatē hodie cōmemorat eccleſia chriſtiana vz eternā ex deo patre tēporalem ex virgine matre ⁊ ſpiritualē/ſeu moralem ex fideli mēte. Propterea ergo tres hodie miſſas ſolenes agit quibus tñ premittuntur horarū canonicarū officia nocturna pariter ⁊ diurna Et in eis omnibus principalis intētio eccleſie eſt ꝑ hiſtoriam celebrare natiuitatē non ſolū chriſti veri ſed etiā myſtici i exordiū populi chriſtiani Secūdaria vero eius intētio eſt fideles preſentes inſtruere cōmonendo eos ad ſimiles actus erga deum pro renouatione ſua quales habuerunt ſancti illius temporis ad puerum Jeſum recēter natum Et quia ſacra ſcriptura euāgelica apud Lucam ordiatur hiſtoriam a paſtoribus bethlemiticis qui ab angelo inuitati venerūt adorare infantulum iam natum ideo inuitatoriū in principio matutinorum eſt vox paſtorū. chriſtus natus eſt nobis venite adoremus ac ſi dicerent ad ſeipſos et ad alios fideles illi⁹ tēporis Chriſtus ideſt meſſias patribus promiſſus natus eſt nobis filijs eorū ⁊ venit ad vtilitatem noſtrā hoceſt vt liberet nos a captiuitate non tam corporali/q̄ ſpirituali ſcz a poteſtate diaboli ideo dignum eſt vt pro tanto beneficio ipſum adoremus Primo quidem ſpirituali adoratione in corde q̄ dicitur latria vel religio procedens ex fide/ſpe/et charitate Secūdo etiam adoratiōe exteriore corporali que eſt proteſtatio interioris latrie et conſiſtit in vocali oratione ſeu laude eius/in genuflexione/in manuum eleuatione/ac deniq; in donorum oblatiōe Moraliter hoc inuitatorium eſt vox noſtrorum paſtorum ideſt prelatorum noſtri temporis inuitantium nos ad predictos actus tum interiores tum etiam exteriores vt habeamus eos in hoc ſacratiſſimo feſto repreſentatiuo natalis chriſti. Hymnusglorioſus Chriſte redemptor omnium Jubilatiōem fidelium inuitatorum ad hoc officium Exhibet recenſendo mirabilia natiuitatis chriſti Deinde in nocturnis cantantur illi pſalmi in quibus expreſſior fit mentio de/vtraq; chriſti natiuitate eterna videlicet ⁊ temporali vel de excellentia ⁊ dignitate regia ſue perſone Antiphone pſalmorum ſunt illi verſus eorum in quibus predicta magis explicantur Lectiones huius officij triphariam diſtinguntur nam in primo nocturno lectiones ſumuntur ex prophetia Eſaie non quidem continue ſed ſeparate ideſt ex illis capitulis eius in quibus clarius loquitur de chriſti natiuitate/predicatione/et regno eius In ſecundo nocturno lectiones ſunt ſermones ſanctorū doctorum eccleſie qbus predicte ꝓphetie Eſaie ⁊ multe alie declarantur cōplete in chriſti natiuitate Unde etiā fideles preſentes cōſolantur atq; erudiuntur circa huius feſtiuitatis deuotam celebrationem Et in eccleſia Romana cōmunius legitur ſermo ſancti Leonis pape vel ſancti Gregorij vel alterius ſancti pōtificis Uerum tertius ſermo ſexte lectioni additus fere in omnibus eccleſijs eſt ille ſermo ſancti Auguſtini inter preſſuras huius temporis ⁊c. quia in eo narrantur verſus ſibillarum de vtroq; chriſti aduentu maxime de horrēdo iudicio finali de quo etiam erat facienda mentio in hoc die correſpondenter ad ſecundam dominicam aduentus In tertio deniq; nocturno cantatur triplex euāgeliū cum ſua homelia vel Gregorij vel Auguſtini aut venerabilis Bede et correſpondent hec euangelia tribus miſſis hui⁹ diei quas ſuperius ad tres chriſti natiuitates rettulimus. Homelie vero doctorum principaliter diriguntur ad moralem inſtructione populi fidelis de his que agenda ſunt in hac celeberrima feſtiuitate Reſponſoria que predictis nouem lectionibus apponuntur omnia ſuauiſſime decantant gloriam dominice natiuitatis cum laude multiplici tam matris parientis q̄ filij naſcentis et ſignificant excellentiſſimum gaudium fidelis populi ſiue illius temporis ſiue noſtri Poſſumus dicere per hiſtoriam q lectiones huius officij proportionantur annunciationibus angelorum in nocte illa reſponſoria vero cantilenis et fecēninis paſtorum vel etiā glioſis cāticis angelorū in nocte illa natalis dñi. Finitis nocturnis qbus myſteria natiui

Matutini. Inuitatorium Hymnus Primus nocturn Secūd⁹ Tertius nocturn⁹

tatis chriſti lătiſſime decantata ſunt legitur alta
et ſuauiſſima voce initium euangelij Matthei
Liber ge ¶ Liber generationis Jeſu chriſti non ſolum
nerationis quia in eo texitur ſeries patriarcharum regum/
et prophetarum / ex quibus deſcendebat chri-
ſtus ſecũdum carnis ſue ſubſtantiam ex virgine
matre aſſumpta ſed etiam quia in fine eius cõ
cluditur ꝙ ex ea natus eſt Jeſus qui vocatur chri
ſtus nam hoc myſterio audito ſtatim chorus ſa-
cerdotum nomine totius populi cũ ingenti gau
dio prorumpit in canticum glorie. Te deum lau
damus Notantur autem in illo euangelio pre ce-
teris patribus genealogie chriſti duo illi Abrahã
et David quia eis expreſſior facta eſt pmiſſio a
deo ꝙ ex eorum ſemine naſceretur chriſtus Et pro
pterea in ſcripturis prophetarum ſepius meſſias
dicitur filius David quod etiam Mattheus in
principio huius euangelij expreſſit dicens Jeſu
chriſti filij David/filij Abraham Sed ne miren-
tur ſimplices ꝙ hec genealogia chriſti ad Joſeph
terminetur qui tamen non fuit pater eius quia
virgo Maria mater chriſti erat coſanguinea vel
de propinqua ipſi Joſeph viro ſuo et ab eiſdem
proauis vterque eorum deſcedebat vnde nihil re-
fert ſi genealogia illa terminetur ad Joſeph/vel
ad virginem Mariam Quia tamen Mattheus
hebraice ſcripſit euangelium ſuum voluit obſer
uare modũ legis veteris in qua genealogie ho-
minum per mares non per feminas computan
tur vt patet in Geneſi/et in libro numerorum / et
clarius in principio Paralipomenõ In fine au
tem euangelij predicti dicitur ꝙ ille Jeſus cu-
ius natiuitatem hodie celebramus vocatur ab
omnibus recte credentibus chriſtus idest meſſias
verus et ſaluator omnium hominum olim in le
ge Moyſi/et prophetis omnibus promiſſum hu-
mano generi hic eſt enim vnus de precipuis ar-
ticulis fidei chriſtiane ideo publice proponitur
omnibus fidelibus in officio huius diei. Diximus
autem fini huius euangelij immediate ſubiun-
gi canticum Te deum laudamus quatenus fi-
deles eo exſoluant deo ſuo debitas gratiarum-
actiones pro tanto beneficio exhibito humano
Laudes generi Et non ſolum iſto paruo hymno inten-
dunt fideles deum laudare ſed etiam latiori offi
cio laudum que ſequũtur in quibus et antipho-
ne/et pſalmi/hymnus et cãticum Zacharie nihil
aliud reſonãt/ ꝙ gaudiũ/leticiam/exultationem
et iubilationem fidelium ſimiliter et laudes dei
cũ gratiarũactionibus Specialius autẽ vltima
antiphona Gloria in excelſis deo in gloria dei
laudes concludit/et canticum Zacharie Bene-
dictus dominus intonat ſuauiſſime quod (vt in
primo libro declarauimus) decantat impletione
promiſſorum dei in Jeſum nazarenũ cuius pre-
curſor fuit Joãnes baptiſta filius eiuſdem Za-
charie Per horas diei antiphone pſalmorum/
reſponſoria / verſus et alia omnia eandem ha-
bent materiam laudis et confeſſionis/ atque gra
tiarum actionis pro beneficio natiuitatis chriſti.

¶ De officijs miſſarum huius diei

Tres miſſe ſolennes hodie can- Tres miſ
tari iubentur in eccleſia dei ad ſe huius
repreſentandũ (quas diximus) diei quid
tres chriſti natiuitates vel ſcdm ſignificãt
alios ad ſignificandum tres fi-
deliũ ſtatus a principio mundi
qui omnes ſaluandi erant per
chriſti natiuitatem/ vel creditã / vel exhibitam a
perditione mortis eterne Sed hos eoſdẽ ſtatus
hominũ ſub lege nature/ſcripture et gratie ſigni-
ficatos diximus in primo libro huius per tres noctur-
nos matutinorum Verũ in hoc die natalis chri-
ſti eadem ſignificatio expreſſior erat facienda non
ſolum in tribus nocturnis matutinorum. ſed etiam
in tribus miſſarum ſolemnitatibus ratione prius
dicta de natiuitate ſaluatoris cõmunis Prima
miſſa que in gallicantu ſub tenebris noctis agi
tur ante laudes ad primum ſtatum fidelium in
lege nature refertur quod tẽpus in principio hu-
ius ſecundi libri nocti aſſimilatum eſt Secunda
miſſa in aurora diei poſt laudes ſignificat ſta-
tum fidelium ſub lege ſcripture quod etiã tem-
pus ibidem crepuſculo/ et principio diei compa-
rabatur Tertia miſſa in clara luce fere meridia
na repreſentat ſtatum fidelium in tempore legis
gratie que meridiei ſimilis eſſe dicebatur vbi ſu
pra Poteſt tertia ratio huius ternarij miſſarum
in hoc die aſſignari per tres differentias tempo-
ris preſens ſcilicet preteritum/et futurum nam
chriſtus per natiuitatem ſuam veniens in mun-
dum liberauit omnes fideles in ſe credentes a
principio mũdi vſque ad finem preteritos/preſen-
tes et futuros quia ſanctos patres iam defun-
ctos ab inferno eduxit et homines ſui temporis
predicationibus et miraculis illuſtrans a vitijs li-
berauit et ad virtutes egregias conuertit futu-
ros denique homines poſt ſe ſacramentis ſaluta-
ribus premuniuit quibus a morte eterna eripe-
retur Sed his rationibus dimiſſis que facile mul-
tiplicaretur ab ingenioſis prima ſuperius aſſigna
ta de triplici natiuitate chriſti rationabilior vide-
tur Dicimus tamen ꝙ iſte tres miſſe non ſeorſum et
preciſe repreſentat tres chriſti natiuitates predi-
ctas imo quelibet earum mixto officio triplice eius
natiuitatem commemorat Hoc patet inductiue
nam ſi introitus earũ notauerimus Prime miſſe
introitus Dñs dixit ad me de eterna eius natiui
tate ex patre loquitur que quia hominibus viatoribus eſt
valde obſcure cognita iuxta illud Eſa 53 Gene
rationẽ eius quis enarrabit ideo in tenebris noctis
decãtatur Tertie vero miſſe introitus Puer na
tus eſt nobis clare agit de natiuitate temporali
chriſti ex matre virgine que quia hominibus eſt
notiſſima Roma I Fides veſtra annunciatur in
vniuerſo mundo ideo in clara luce diei canta-
tur Medie autem miſſe introitus Lux dei ful-
gebit ſpiritualem ſeu moralem ſignificat chri-
ſti natiuitatem in cordibus fidelium per gratiã
dei que licet per certitudine ab hominibus cognoſci
nõ poſſit Eccleſiaſtes 9 Nemo ſcit an odio/ vel
amore dignus ſit apud deum tamen per coniectu-

ras ⁊ allucinãdo aliqualiter ⁊ imperfecte cogno
ſcatur ab eis ideo in aurore luce imperfecta de
cantatur I Petri 2. Donec lucifer oriatur in cor=
dibus veſtris Si autem ad euangelia reſpexeri=
mus prime Miſſe euangelium exijt edictum hi=
ſtoriam natiuitatis tẽporalis chriſti narrat que
in media nocte credit̃ eſſe facta Tertie miſſe euã
gelium In principio erat verbum natiuitatem
eternam ex patre predicat que fit in clara luce
ſue beatitudinis Medie miſſe euangelium Pa=
ſtores loquebantur ſimul verbum eternum pa=
tris nominat ⁊ reuelationem eius temporalem
apud homines declarat quaſi vtrãq; chriſti na=
tiuitatem complectens aliorum medium Eodẽ
modo variantur alie iſtorum officiorum partes
vtrinq; adeo vt nulla iſtarum Miſſarum ſit que
non agat mentionem de tribus chriſti natiuitati-
bus Et hoc quidẽ valde rationabiliter tum pro
pter vnicam ⁊ indiuiſam chriſti tripliciter nati ꝑ
ſonã Tum etiã q2 niſi chriſtus prius natus fuiſ=
ſet ex patre non naſceretur poſterius ex matre a
qua etiam ſi natus non fuiſſet nunq̃ fuiſſet a fi=
delibus creditus et ꝑ conſequens nec in menti
bus eorum natus non ergo ſeorſum ſed ſimul in
eadem miſſa fuit omnis natiuitas chriſti cõme=
morãda His premiſſis in genere veniamus iã
ad ſingula officia miſſalia huius diei ſpecialibus
declaranda.

## De miſſa in gallicantu

*Prime miſſe introit⁹.* Alia vero eterna chriſti natiui=
tas ex pr̃e alias duas eius na=
tiuitates neceſſario ꝓcedit ⁊ or=
dine ⁊ dignitate eãq; in primis
credi oportet a fidelib⁹ ideo pri
me huius miſſe introitus ab ea
exordiens talis eſt Domin⁹ di=
xit ad me filius meus es tu pſal' 2 Et ſenſus eſt
Dominus deus pater meus dixit ad me de quo
hec preſens ſolẽnitas agitur fili⁹ meus verus et
naturalis es tu ego hodie ideſt in eternitate mea
(in qua nihil eſt preteritum aut futurum ſed to=
tum eſt preſens ⁊ immobile quod dicitur hodie)
genui te ex mea ſubſtãtia totam eam tibi cõmu
nicans cum omnibus perfectionibus ſimplici=
ter non aliam numero ſed eandem meam quã
egomet habeo vt ſis mihi conſubſtantialis ⁊ coe
ternus Verſus Quare fremuerunt gentes eſt
principium eiuſdem pſalmi qui teſte apoſtolo
Petro Actuum 2 De chriſto intelligitur ad lit=
teram ⁊ loquitur iſte verſus contra infideles et
hereticos qui hanc eternam chriſti natiuitatem
*Oratio.* negantes impugnant Quo contra oratio ſeques
Deus qui hanc ſacratiſſimã noctem reſpicit or=
thodoxe fidei cultores quibus prelatus gratiam
dei petit qua illuminentur ad credendam et li=
bere cõfitendam vtranq; chriſti natiuitatẽ taliq;
fide mereantur perfrui ſpirituali ac mentali ter-
*Propheſia Eſaie* tia natiuitate in eis Lectio prophetica epiſto
lam precedens populus gentium Eſa 9 Ad tẽ=
poralem chriſti natiuitatem clariſſime pertinet
que et claritatem glorie que fulſit paſtoribus in
media nocte natalis chriſti ⁊ conditiones pueri
recẽter nati deſcribit ſcz humilitatem nature aſ=
ſumpte ⁊ maieſtatem diuine perſone aſſumẽtis
atq; officium ſue legationis in populo dei cuius
ipſe princeps pacificus nominatur Poteſt ta=
men eadem prophetia ſimul cum introitu prece
dete / hiſtorice exponi de chriſto myſtico que de=
us ab eterno predeſtinauerat in filium ſibi ado=
ptandum ipſumq; iam natum per gratiam dei
defendit ab infidelibus et ab alijs inimicis ad=
uerſus eum inſurgentibus Et de hoc nouo po=
pulo dei Eſaias loquens dicit populus gentiũ
qui ambulabat in tenebris ſcz ignorantie ⁊ erro=
ris ydolatrici vidit lucẽ magnam doctrine chriſti
euangelice ⁊c̃ Ep'la Pauli apparuit gr̃a ſal *Epiſtola*
uatoris ad Titum 2 Eſt ſermo moralis prelati *Pauli.*
ad fideles preſentes hortãs eos ad imitandam
infantilem chriſti innocentiam quam ſua natiui
tate temporali exterius mõſtrauit ⁊ ſenſum hu=
ius lectionis idem apoſtolus alibi breuius ⁊ cla
rius expreſſit dicẽs malicia paruuli ſtote ad hoc
vt formetur ideſt cõcipiatur et naſcatur in vobis
chriſtus mentali ac morali natiuitate Et ad hũc
ſenſum epiſtola iſta eſt tripartita Primo enĩ de=
claratur modus exterior temporalis natiuitatis
chriſti ex virgine matre q2 in illo primo ſuo ortu
apparuit mundo totus gratioſus/⁊ benignus vt
puer tenellus ⁊ delicatus Secundo declaratur
modus noſtre imitationis ſcilicet vt abnegãtes
impietatem ⁊ alia vitia ſecularia optimas virtu=
tes amplectamur ideſt iuſticiã/ſobrietatẽ / pieta=
tẽ / ⁊ alias huiuſmodi. Tertio cõcluditur exẽplar
harum virtutum in vita ⁊ actibus chriſti qui ex
magna charitate dedit ſemetipſum ꝓ nobis ⁊c̃
Quãuis per hiſtoriam hec epiſtola poſſit eſſe ſer
mo Simeonis/vel alterius boni prelati in tem=
pore/⁊ loco natiuitatis chriſti quo dictam exhor
tationem moralem faceret ad illos paucos fide=
les qui tunc in chriſtum credebant nam in eis
quaſi naſcebatur populus chriſtianus adhuc
paruulus exiſtens in chriſto quales fuere paſto
res qui ad chriſti cunabula adoranda venerant
et alij quidam pauperes ⁊ plebei qui admiran=
tes de his que dicta erant a paſtoribus ad illos
de puero Jeſu crediderũt in ipſum Cantus gra *Gradua=*
dualis Tecum principium ex pſal' 109 Eſt ite= *le.*
rum de natiuitate eterna filij dei ſicut introitus
miſſe et introducit deum patrem loquentem
ad ſuum filium iam hominem factum et ex vir=
gine Maria natũ declarantiq; ſui filij diuinam
maieſtatem qua ante mundi creatione ipſe iam
erat cum patre principium productiuum omniũ
creaturarum hoc ideo teſtificatur pater de ſuo fi
lio apud homines iam nato ne propter infirmi=
tatem noſtre humanitatis in qua tũc apparuit
putetur habuiſſe principiũ ſui eſſe ex matre ſua
quẽadmodũ impius blaſphemauit Arrius In=
troducitur ergo deus pater loques ad puerũ illũ
paruũ ego inquit deus oĩpotens ſum principiũ
omnium creaturarũ non tamen ſine te/vel ante
te ſed tecum quia tu etiã mecum es principium

creatiuum omnium rerum mundi In die virtutis
tue ideſt in ſpiritu ſancto qui eſt virtus et nexus
amborum/ ⁊ ſimul nobiſcum principium creatu
rarum ⁊ quia ille te clarificabit in virtute mira=
culorum ideo vocatur dies virtutis tue ⁊ ſplen
dor ſanctorum quia eius virtute etiam ſerui dei
ſancti clarent miraculis illuſtranturque varijs do
nis/ ⁊ gratijs Omnes itaque hee tres dicte perſone
ſumus vnum principium creaturarum Sed re
deundo ad propoſitum ego o fili ante luciferum
ideſt antequam crearemus luciferum non modo cor
poralem qui eſt ſtella verumetiam ſpiritualem qui
eſt angelus hoc eſt ante mundi creationem/ ſiue
ab eterno ego genui te ex vtero ideſt ex mea ſub
ſtantia quam quidam theologi vocant memoriam fecun
dam patris Verſus Dixit dominus domino meo
principium eiuſdem pſalmi ad modum gloſe expli
cat perſonam patris que loquebatur in predicto
graduali ſed addit adhuc teſtimonium de filio quod
ſit ſibi equalis in omnibus perfectionibus et mu
neribus dicens Sede a dextris meis et ad equa
Alleluia. litatem mecum Alleluia Dominus dixit ad me
repetit miſſe introitum vt magis confirmet diuini
tatem pueri Jeſu recenter nati ne propter infirmi
tatem carnis putetur eſſe purus homo Poteſt
etiam per hiſtoriam eſſe vox noui populi chriſtiani a
deo adoptati in filium ſuum per gratiam Jeſu chri
Euangelium ſti ſaluatoris Euangelium Exijt edictum a Ce
ſare Auguſto Luce 2 Eſt clara hiſtoria tempo a
is natiuitatis chriſti veri ex virgine matre qua
tum ad circumſtantias loci/ temporis/ modi/ ⁊ perſo
narum concurrentium vt inde clariſſime proba
ri poſſit ipſum Jeſum tunc natum fuiſſe verum
meſſiam ⁊ ſaluatorem mundi olim promiſſum ſan
ctis patribus in lege nature/ ſcripture et in pro
phetis in quibus tales circumſtantie aduentus
meſſie declaratur Vbi primo euangeliſta notat
tempus ⁊ locum huius natiuitatis tempus qui
dem quo vnus ſummus princeps et monarcha
pacifice regnabat in toto mundo ⁊ omnes homi=
nes quaſi vaſſallos ſuos in cathalogo deſcribi
mandabat atque ab eis cenſum ſeruitutis exige=
bat locum vero notat Bethleem ſitam in tribu
iuda in qua olim natus fuerat Dauid rex de cu
ius ſemine meſſias naſciturus erat promiſſus
Secundo euangeliſta declarat modum ⁊ ordinem
natiuitatis De modo enim dicit quod natus eſt in
magna paupertate/ prout olim prophetatum fue=
rat Zacharie 9 Ecce rex tuus venit tibi manſue=
tus etc. Tertio euangeliſta declarat circumſtantias
perſonarum concurrentium ſcilicet angelos an
nunciantes ⁊ manifeſtantes chriſti natiuitatem/
et paſtores quibus annunciabatur viſitantes/ atque
adorantes chriſtum natum Per hiſtoriam vero
de chriſto myſtico tunc figuraliter nato in paſto=
ribus illis in chriſtum credentibus dicunt home=
lie ſanctorum doctorum quod ex tempore illo ſcili=
cet monarchie Romanorum denotatur quod om=
nes gentes mundi erant colligende ſub vnitate
fidei/ ⁊ vere religionis vnius dei Et quod eccleſia chri
ſtiana tunc incipiens ex loco denotabatur eſſe
futura domus panis celeſtis quo anime fidelium
reficiatur in hac via Et quod primi in eccleſia chriſti
quaſi paſtores et rectores aliorum erant exituri de
populo iudeorum non quidem magni domini
ſed pauperes ⁊ plebei hi fuere apoſtoli chriſti de
quibus Paulus loquens ait 1 Co 1 Videte
fratres vocationem veſtram quia non multi no
biles/ nec multi potentes ſecundum ſeculum etc.
Moraliter vero de preſentibus fidelibus dicit ve= Moralitas.
nerabilis Beda in homelia quotidie ſancta fi
delium eccleſia ſuum comitata ductorem inſtar
Marie virginis de rota mundane conuerſationis
(quod galilea ſonat) in ciuitatem iuda ideſt con
feſſionis ⁊ laudis aſcendens cenſum ſue deuo=
tionis regi eterno perſoluit quod beate Marie virgi=
nis exemplo concepit nos de ſpiritu ſancto ⁊ alteri
deſponſata ab altero fecundatur ſcilicet quia dum pre
poſito ſibi prelato iungitur inuiſibilis ſpiritus
virtute cumulatur ⁊ augetur quod etiam deſignat
ipſum nomen Joſeph quod eſt accreſcens nam
inſtantia magiſtri loquentis nihil valet exterius
niſi augmentum ſuperni iuuaminis interius ac=
ceperit quo doctrina bene audiatur ⁊ hoc de to=
ta eccleſia Sed ⁊ de vno quoque fidelium addit
idem Beda quod vſque ad conſumationem ſeculi do=
minus in Nazareth concipi/ ⁊ in Bethleem na=
ſci non deſinit cum quilibet audientium flore ver=
bi dei concepto (quod eſt Nazareth) domum eter=
ni panis ideſt Bethleem in ſe efficit et per bona
opera exterius parit Quotidie enim in vtero vir=
ginali ideſt in mente fideli (cuius ſynderesis num=
quam corrumpitur) per fidem chriſtus concipitur per
baptiſmum naſcitur/ per virtutes et bona opera
fouetur/ inuoluitur/ ⁊ nutritur Significant denique
paſtores gregum prelatos et rectores animarum
Nox cuius vigilias cuſtodiunt ſuper greges ſuos
ſunt pericula temptationum quibus ſe ſuoſque ſub=
ditos cuſtodire non ceſſant boni paſtores Sed
nato domino iam tempus imminebat quo ipſe
paſtor omnium chriſtus ſuas oues (que perierant)
ad vite paſcua reuocaret etc. Offertorium Letentur Offertorium.
celi pſal 95 Gaudium reſonat paſtorum in nocte na=
tiuitatis ⁊ etiam aliorum fidelium illius temporis no
ſtrique etatis inſinuans ex natiuitate chriſti in euan=
gelio audita ad conſolationem/ ⁊ renouationem to=
tius mundi Per celos poſſunt intelligi angeli vel
prelati fidelium per terram boni maxime minores
populi dei Secreta oratio Accepta ſit tibi domine mo
ralem ſenſum offertorij exhibet pro preſentibus
petens acceptationem ſacrificij oblati apud deum
ad obtinendum pro eis gratiam qua chriſto naſcenti
moraliter ſe conforment Cantus communionis In Communio.
ſplendoribus ſanctorum ex pſal 109 Repetit na
tiuitatem eternam chriſti ex patre ſuo vnde pendet
tota laus ſue natiuitatis temporalis eius ⁊ per hi=
ſtoriam poteſt applicari ad chriſtum myſticum filium
dei adoptiuum qui ab eterno predeſtinatus eſt
Finalis oratio Da nobis queſumus domine eundem
ſenſum habet cum oratione ſecreta ſcilicet mo=
ralem pro preſentibus loquens de natiuitate ſpi=
rituali chriſti in mentibus eorum

¶ De ſecunda miſſa in aurora diei

Secunde ſimiliter miſſe huius
diei officium tres chriſti natiui
tates commemorat licet prin
cipalior eius intentio diriga
tur ad ſpiritualem / vel menta-
lem / aut moralem chriſti nati-
Introitꝰ uitate vt patet ex introitu eius
Lux fulgebit hodie ſuper nos quod eccleſia ac-
cepit ex nono capite Eſaie licet aliq̄ aliter mu-
tatis verbis ad ſignificandum illuminationem
fidei inchoatam in natiuitate chriſti ſed per hi-
ſtoriam intelligitur iſte introitus eſſe vox paſto-
rum euntium in Bethleem ad videndum chri-
ſtum natum quem poſt illam claritatem (cum
qua apparuerat eis angelus annuncians illam
natiuitatem ) vocant etiam lucem veriorē quam
ſe viſuros propere expectant dicentes lux iſta q̄
nata eſt fulgebit hodie ſuper nos quando eam
videbimꝰ facietq̄ oculos noſtros valde beatos
et ꝙ lucem vocent chriſtū oſtendit littera ſeq̄ues
quia natꝰ eſt nobis dominus meſſias noſter de
quo Eſaias ait ꝙ vocabitur admirabilis deus
⁊c̄ Eadem verba in eodem ſenſu dixiſſe credū-
tur alij fideles illius temporis gaudētes de na
tiuitate ſaluatoris Verſus Dominus regnauit
decorem pſal' 92 Decantat chriſti nati regiam
dignitatem non ſolum ratione diuinitatis ſed
etiam ratione humane nature aſſumpte qua in-
dutus eſt vt veſtimento decoro et introducitur
iſte verſus etiam ex perſona paſtorum et aliorū
fidelium illius tēporis Moraliter autem iſte in-
troitus cum ſuo verſu poteſt refferri ad fideles
preſentes qui exultant ⁊ gaudent de repreſenta-
tione natiuitatis chriſti audita in matutinis et
laudibus atq̄ in prima miſſa precedente ⁊ con-
tinuare volentes officia eiuſdem feſtiuitatis ad-
dunt aliam lucem precedenti quam intelligunt
eſſe fidem huius articuli hodie ab eccleſia predi
catam de qua Apoſtolus Petrus in prima ſua
canonica capite 2 Donec inquit lucifer oriatur
in cordibus veſtris quod vero additur quia na-
tus eſt ⁊c̄ eſt ratio predicte lucis mentalis ex eo
enim ꝙ filius dei eternus hodie natꝰ eſt in mū
do vt appareret viſibilis hominibus prouenit
ꝙ etiam naſcatur in mentibus noſtris per fidem
cuius oēs articuli in ſimbolo poſiti ſunt de diui-
nitate ⁊ humanitate chriſti quam vtrāq̄ naturā
in ipſo explicat Eſaias cum ſubditur ⁊ vocabi-
tur admirabilis deus ⁊c̄ per hanc itaq̄ fidem ab
hominibꝰ conceptam dominus regnauit in vni
Oratio. uerſa terra ⁊c̄ Oratio Da queſumus omnipotēs
deus vt qui noua ⁊c̄ applicat introitum ad pre-
dictum ſenſum moralem nam facit mentionem
de fide ⁊ preter illam lucem interiorem petit da-
ri fidelibus aliam exteriorem ſcilicet lucem bo-
norum operum de qua chriſtus in euangelio
Prophe luceat lux veſtra coram hominibus Mathei 5
tia Eſaie ¶ Prophetia ſpiritus domini ſuper me Eſaie
61 Introducit chriſtum recenter natum loquen
tem ad paſtores eum adorantes / et ad alios fi-
deles illius temporis in eum credentes eodēq̄
modo poteſt applicari vt loquatur idem chri
ſtus ad nos fideles preſentes et ſenſus huius le-
ctionis eſt vtrinq̄ idem Docet enim chriſtus ſe
miſſum a deo in hunc mundum per natiuita-
tem tēporalem in humanitate aſſumpta ex ma-
tre cum plenitudine gratiarum / ⁊ donorum ſpi-
ritusſancti ad illuminandum corda hominum
luce fidei per euangelij predicationem/ac perin-
de ad ſaluandas omnes gentes et hoc quātum
ad tria Primo quantum ad remotionem ma-
lorum/ſiue corporalium quales ſunt infirmita
tes/captiuitates/luctus/et triſticie ſiue ſpiritua-
lium qualia ſunt reatus peccatorum indignatio
dei contra eos et vindicta penarum Secundo
quantum ad exhibitionem bonorum tum cor-
poralium qualia ſunt honor gaudium et copia
diuitiarum tum ſpiritualium cuiuſmodi ſunt iu
ſticia/fortitudo/religio/⁊ ſancte doctrine predica-
tio Tertio quantum ad dignitatem perſone ſal-
uatoris hec omnia operantis/ad cuius dignam
ac deuotam receptionem incitat fideles Maxi
me hieroſolymitanos quoniam illa ciuitas ſicut
fuit principium ⁊ caput regni Dauid ita erat ele
cta vt eſſet principium et caput regni meſſie vt
pote in qua ipſe habiturus erat per paſſionem
ſuam victoriam contra diabolum et inde exitu-
ra erat predicatio / et doctrina legis euangelice
ad totum mundum ideo exhortās eos ait dici
te filie Sion ⁊c̄. In fine promittit ſanctitatem et
redemptionem populo in ſe credenti ¶ Epiſto Epiſtola
la Pauli Apparuit benignitas ad Titum 3 Pauli.
Quod prophetia precedens dixerat futurū/ipſa
declarat iam factum per natiuitatem ſaluatoris
chriſti ita ꝙ ideo ipſe natus eſt corporaliter in
mundo vt nos faceret ſpiritualiter naſci in deo/
et hoc per ſuum baptiſmum/et predicationem ⁊
ſic ipſe prius exiſtens filius dei factus eſt filius
hominis ita voluit nos prius exiſtentes filios
hominum per eum fieri filios dei heredeſq̄ bo-
norum dei in vita eterna cum filio dei naturali
et ad hunc ſenſum epiſtola habet tres partes
Prima probat chriſti natiuitatem temporalem
factam eſſe non ex meritis noſtris ſed ex miſeri-
cordia dei erga nos Secunda ibi ſaluos nos fe
cit declarat noſtram natiuitatē ſpiritualem per
laua rū baptiſmi quo renaſcimur in filios dei.
Tertia ibi vt iuſtificati concludit fructum/et fi-
nem huius noſtre filiationis ſcilicet vt ſimus
heredes vite eterne ſimul cum filio eius natura-
li Jeſu chriſto domino noſtro Cantus gradua- Gradua
lis. Benedictus qui venit ex pſal' 117 Eſt vox le
fidelis populi deum laudantis pro beneficijs ſi-
bi preſtitis ex temporali natiuitate chriſti que
in epiſtola declarata ſunt cui reſpondet hic can-
tus Ideo ſequitur verſus a domino factum eſt
iſtud ex eodem pſal' attribuens iſta bona miſe-
ricordie dei non meritis noſtris Alleluia Domi- Alleluia.
nus regnauit ex pſal' 92 Decātat pulchritudinē
chriſti mox nati ex virgine matre et poteſt eſſe
vox paſtorum chriſtū adorantiū qui ſimplicitate

plebea laudant pulchritudinem pueri ad ſimili-
tudine regie pulchritudinis/ac ſi dicerent q ſpe
cies eius digna eſt imperio Poſſet etiam iſte
verſus cantari ex perſona eccleſie preſentis que
viſo fructu natiuitatis chriſti in toto mundo pre-
dicat magnitudinem regni eius per natiuitatem
Euangelium. ſpiritualem in mentibus fidelium ¶ Euange-
lium Paſtores loquebantur Luce 2. continuat
hiſtoriam natiuitatis chriſti ad euangelium pre
cedentis miſſe/narrans aduentum paſtorum ad
chriſti cunabula adoranda habetqz tres partes
Prima eſt paſtorum diligentia Secunda ibi et
omnes qui audierunt auditorum aduertentia
Tertia ibi et reuerſi ſunt eſt virorumqz honorificen
tia Sed quia hic litteralis ſenſus de chriſto ve-
ro perfacilis eſt et ſatis peruius ex ſuperficie lit-
tere et gloſſis communibus ideo in ſenſu hiſtorico
de chriſto myſtico dici poteſt q paſtores ideſt pre
lati illi primitiue eccleſie adhuc paruule loque-
bantur adinuicem ſe et alios fideles exhortantes
et dicebant tranſeamus vſqz Bethleem ideſt eccle-
ſiam chriſti iam nati qui eſt panis de celo deſcẽ-
dẽs et videamus verbum dei factum hominem
quod fecit dominus in fine ſeculorum omnium et
oſtendit nobis ideſt propoſuit nobis exemplar
omnium virtutum tranſeamus inqz paſſibus mo-
ralibus que ſunt bona opera et non ſimus ocioſi
ideſt vacui a bonis actibus et videamus nunc ſal-
tem enigmatice per fidem hoc verbum quod
erat in principio apud deum verus deus quod
et caro factum eſt inter homines quod fecit do
minus et oſtendit nobis viſibile in humanitate
aſſumpta. q d. inquiramus per ſacras ſcripturas
que quotidie leguntur apud nos in templo dei
veritatem quam de chriſto redemptore promiſſo
credimus Ad hanc exhortationem prelatorum
venerunt fideles illius temporis feſtinanter quaſi
contendentes intrare per anguſtam portam le-
gis euangelice/et ingreſſi eccleſiam inuenerunt
Mariam ideſt decorem eccleſie ſponſe dei et Jo-
ſeph ideſt ſceptrum prelatorum qui eſt ſponſus eius
chriſti vicarius Inuenerunt etiam infantem ideſt
chriſtum non loquentem ad eos immediate per
ſeipſum ſed per ſuas ſcripturas propheticas/per pre-
latos/et predicatores Inuenerunt inqz ipſum poſi
tum in preſepio quod eſt altare dei panis ſacra-
mentorum inuolutum Videntes autem hec omnia
fideles cognouerunt verum eſſe quod dictum erat
eis a ſuis prelatis de puero hoc Prelati etiam pri
mitiue eccleſie cognouerunt per euangelium verum
eſſe et iam impletum quod dictum erat a prophetis
de puero hoc nam quod illi predixerant futurum eſſe
de chriſto hoc iſti cognouerunt eſſe impletum in
puero hoc nato ex virgine Maria Et omnes fide-
les ſiue ex iudeis/ſiue ex gentibus qui audierunt
myſteria eius a prelatis mirati ſunt et cum magna
admiratione et reuerentia acceperunt doctrinam illam
parati ſemper eam ſeruare et opere complere Sed et
Maria id eſt mater eccleſia mater inqz illius noui po-
puli fidelium conſeruabat et notabat omnia verba ideſt
myſteria hec/de chriſto vero per mirabile concor-
diam/vel correſpondentiam eorum inter ſe Paſtores
demumqz fidelium peractis miniſteriis ſuis in guber
natione eccleſie et finito curſu peregrinationis ſue
reuerſi ſunt ad deum a quo exierant per creationem
et gratioſi in electione in tanto miniſterio et cum
eo in gloria celeſti commanent laudantes et glori-
ficantes deum in omnibus que audierant in hac vita et
viderant in alia dicentes illud pſal. 47 Sicut au-
diuimus ita et vidimus in ciuitate domini etc. Si- Moralitas.
milia dici poſſunt ad ſenſum moralem de paſtori-
bus et aliis fidelibus noſtri temporis in hoc ſacra-
tiſſimo feſto natiuitatis repreſentatiue dni noſtri
Jeſu chriſti nam prelati in epiſtolis et aliis lectionibus
quid aliud loquuntur q tranſeamus per puram con-
templationem vſqz Bethlee et videamus per fidem
hoc verbum etc. Debet enim prelati et alii minores
paſtores fidelium eſſe vigilantes et cuſtodientes vi-
gilias ſuas ſuper greges fidelium ſibi commiſſos
maxime in nocte aduerſitatis hereticorum / vel
tyrannorum talibus enim occurrit angelus dei
confortans eos claritate dei et reuelat myſteria
chriſti que debeant aliis predicare laudantes et
magnificantes deum etc. Cantus offertorii Do Offertorium.
minus firmabit orbem terre etc. ex pſalmo 92 eſt
congratulatio fidelium ex doctrina euangelii my-
ſtice accepta de firmitate chriſtiane fidei quam ec-
cleſia deus firmauit in toto orbe terrarum que
etiam vſqz in finem ſeculi permanebit et non com-
mouebitur Oratio ſecreta Munera noſtra que-
ſumus etc. Petit gratiam qua nos ſpiritualiter
naſcamur in deo ſicut chriſtus temporaliter fa-
ctus eſt homo Communio Exulta filia Sion Communio.
Eſa. 61 Eſt conſolatio fidelium de aduentu ſal-
uatoris in carnem ad ſaluandum eos Oratio vl-
tima Huius nos domine ſacramenti petit reno
uationem mentalem ſignificatam per nouitatem
natiuitatis temporalis chriſti Ex dictis patet q
officium huius ſecunde miſſe principaliter eſt do-
ctrina myſtica/et moralis de natiuitate ſpirituali
chriſti in mentibus noſtris ſignificata per eius
natiuitatem temporalem ex virgine matre.

¶ De tertia miſſa meridiana

Tertie vero miſſe dicte maioris
officium mixtum eſt et ſimul agens
de vtraqz chriſti natiuitate qua-
le fuerat officium prime miſſe de
gallicantu licet permutato ordi-
ne vt ſuperius inſinuatum eſt
Nam introitus miſſe Puer na- Introitus miſſe.
tus eſt nobis Eſaie 9 Loquitur de natiuitate
temporali chriſti eſtqz vox gaudii populi dei ſiue
in primitiua eccleſia/ſiue in noſtro tempore pro-
pter impletionem diuine promiſſionis qua filium
ſuum miſſurus erat in mundum paruulum pue
rum naſcendum ex muliere et hanc promiſſio-
nem ſcripſerat Eſaias expreſſius omnibus aliis
prophetis quod iam impletum eſſe congaudens
fidelis populus verba eiuſdem Eſaie perſo-
nat dicens Puer natus eſt nobis ſcilicet ex vir-
gine matre de qua idem propheta dixerat Ecce
virgo concipiet et pariet et filius dei datus eſt

nobis vt ſit verus homo nobiſcum deus ad nos
ſaluandum Unde excellentior erit omnibus
alijs hominibus quia rex omnis terre et ſum-
mus imperator cuius imperium erit ſuper hu-
merum eius ſcilicet vexillum crucis ſue quam
proprijs humeris baiulauit exiens ad locum ſue
paſſionis/ per quam triumphauit de diabolo et
de toto mundo effectuſq; eſt dominus totius or
bis ⁊ vocabitur anglus ideſt nuncius/vel lega-
tus dei in terris angelus dico magni cõſilij ideſt
noui teſtamẽti lator:in quo ſup precepta addunt
magna conſilia. Verſus Cantate dño pſal. 97
Eſt incitamẽtum eorũdem fidelium ad ſeipſos
vt laudent deũ nouo modo propter noua mira-
bilia que oſtẽdit eis in natiuitate filij ſui ex vir-
gine matre. Oratio Concede queſumus omni-
Oratio. potens deus vt nos ⁊c. Applicat introitũ mora-
liter ad preſentes ſimiliter cõgaudentes de hoc
feſto reputatiuo natiuitatis chriſti petitq; eis a
deo gratiã qua liberentur a vetuſtate peccatorũ
per nouitatem huius natiuitatis chriſti et hoc
pertinet ad ſpiritualem natiuitatẽ eius in men-
tibus noſtris qua renouamur in dño Pro-
Prophetia Eſaie phetia. Propter hoc ſciet populus meus Eſaie.
52 Expreſſe loquitur de natiuitate temporali fi-
lij dei qua venit ipſe in propria perſona ad in-
ſtruendum et conſolandum populum ſuum et
notãtur tria Primum eſt verbum ipſius chriſti
loquẽtis ad populũ ſuum cõſolandũ ⁊ dicentis
ſciet populus meus nomẽ meũ. quo vocor filius
dei. ⁊ hoc ſciet in die illa mee natiuitatis tẽpora-
lis ex hoie nã modus illius cõceptiõis ⁊ natiui-
tatis declarabit me filiũ dei ⁊ q2 ego ipſe ſimili-
ter deus ⁊ homo qui loquebar olim patribus p
prophetas. Ecce adſum vobis preſens in huma
nitate aſſumpta ad docendũ vos in propria pſo-
na non iam per nũcios meos ⁊ dicens tunc de
me loquẽtes o q̃ pulchri ſunt ſuper mõtes ideſt
ſuper oẽs alios doctores ⁊ prelatos populi dei
pedes ideſt diſcipuli ⁊ miniſtri meſſie annũcian
tis ⁊ predicantis pacem hominum cũ deo. quod
eſt bonũ veſtrum pertinenſq; ad veſtram ſalutẽ
ideo dicitur annũciantis bonum predicantis ſa-
lutem ⁊ dicentis ſion ideſt ciuitas ſancta Hieru-
ſalem vel eccleſia dei regnauit deus tuus ſuper
te non autem alieni ⁊ tyranni captiuãtes te imo
ipſe venit ad liberandum te ab eorũ captiuitate
tam corporali q̃ ſpirituali Secundũ eſt verbum
populi reſpondentis ⁊ congratulantis tanto be
neficio Vox inquiunt ſpeculatorũ ideſt p̄dicato-
rum tuorum o dñe rex noſter ſonuit in terra qui
leuauerunt vocem non tantum vocis clamorem
quantũ ſentẽtie altitudinẽ de myſterijs dei altiſ-
ſimi hominibus reuelandis ⁊ ſimul cũ hoc lau-
dabunt deũ in ſuis operibus cum humano ge-
nere maxime in opere incarnationis filij dei q2
oculo ad oculum ipſum viderunt homines am-
bulantes in terris ⁊ cum hominibus cõuerſantẽ
cum cõuerterit dñs ſion ideſt ciuitate Hieruſalẽ
a ſua captiuitate ad libertate Tertium eſt diuina
conſolatio ad populum ſuum dicens gaudete ⁊
laudate ſimul o deſerta Hieruſalẽ a multitudi-
ne ciuium ſuorum propter tyrãnides malorum
principum gaudete inq; quia conſolatus eſt do-
minꝰ populũ ſuum ⁊ redemit a captiuitate ciui-
tatem dilectam Hieruſalem quãdo parauit dñs
brachium ſanctum ſuum ſcz meſſiam in oculis
omnium gentium ⁊ videbunt omnes fines ter-
re ideſt omnes gentiũ nationes ſalutare dei no-
ſtri ideſt ſaluatorem ad nos miſſum per natiui
tate tẽporalem ex muliere Epiſtola Pauli
Epiſtola Paul. Multipharie multiſq; modis Hebreo 1 Licet a
natiuitate temporali principium loquendi acci-
piat tamen principalis eius intentio et tota ſer-
me epl'a eſt de natiuitate eterna filij dei. et diui-
ditur in tres partes. In prima preloquitur de na
tiuitate corporali In ſecũda ibi. qui cum ſit ſplẽ-
dor enigmatice exponit natiuitatem eternam
In tertia ibi cui enim dixit probat natiuitatem
Prima pars. eternã per ſacras ſcripturas multipliciter Con
cordans ergo prophetie predicte hec epiſtola in
principio ait. Multipharie ⁊c ideſt poſt multipli
ces locutiones dei ad homines in ve teſtamen-
to per ſeruos ſuos prophetas de redemptore
mittendo ad nos nouiſſime ideſt in fine veteris
legis miſit deus filium ſuum quaſi legatum de
celis vt loqueretur nobis ex parte dei. cui etiam
certius credere debemus/ q̃ prophetis qui erant
velut ſerui in domo dei que eſt eccleſia ſancto-
rum hic autem eſt filius ⁊ heres vniuerſorũ bo-
norum dei quia deus per ipſum verbum ſuum
omnia fecit que ſunt in mundo De eterna vero
chriſti natiuitate ex patre notantur quattuor.
Secũda pars Primum ꝙ filius dei eſt patri coeternus ſicut
lux vel ſplendor ſoli eſt coeuus / et procedit ab
eo ſine corruptione/ aut diminutione ſubſtantie
ſue. Secundum ꝙ filius eſt conſubſtantialis pa
tri ideſt eiuſdem numero eſſentie / vel nature cũ
eo Tertium ꝙ filius eſt equalis potentie cum
patre et hoc tam in creatione / gubernatione/ et
conſeruatione rerum communiter/ q̃ in ſanctifi-
catione hominum ſpecialiter que eſt purgatio a
peccatis. Quartum ꝙ filius eſt patri in gloria
equalis quãtum ad diuinitatẽ et ſedet ad dexte-
ram eius ideſt in potioribꝰ bonis glorie quantũ
ad humanitatẽ Ex quibus ſequitur ꝙ chriſtꝰ ſit
maior ſiue dignior angelis dei qḋ etiã ex vtraq;
nominatione cõfirmatur q2 ipſe dicitur filiꝰ dei/
illi aute angeli ideſt nuncij ⁊ ſerui Et hoc nomẽ
ipſe chriſtus nõ habet ex gratia adoptionis ſed
Tertia pars. potiꝰ ex naturali iure hereditario Has aũt chri
ſti excellentias ſuper angelos ꝓbat autoritati-
bus ſanctorũ prophetarum que ſunt ſeptẽ Pri-
ma ex pſal' 2 Dns dixit ad me filius meus es tu
ego hodie ideſt in eternitate mea genui te quod
de nulla creatura poteſt verificari Secunda ex
libro 2 Regum cap 7 Ego ero illi in patrem ⁊c
Tertia ex pſal. 96 Ubi dauid introducit filium
dei dicens adorent eum omnes angeli Quarta
ex pſalmo 103 Ubi Dauid angelos vocat mini
ſtros et ſeruos dei etiam vſq; ad ordinem ſe-
raphin qui ſunt quaſi flamma ignis Quinta ex

pſalmo. 44 vbi declarat chriſti regiam digni-
tatem per thronum ideſt ſedem iudiciariam ⁊ p
virgam ideſt ceptrum et per oleum conſecratio
nis ſue Sexta ex pſalmo 101 explicat omnipo
tentiam filij dei ex creatione rerum ⁊ tu domi-
ne in principio terram ⁊c̄ Septima ex pſalmo
Graduale. 109 Sede a dextris meis ⁊c̄ Cãtus gradualis
viderunt omnes fines ⁊c̄. ex pſalmo 97 Cũ ſuo
verſu notum fecit ⁊c̄ ibide leticiam ſonant fide
lis populi d̄ natiuitate chriſti in epiſtola audita
Alleluia. Alleluia. editũ ab eccleſia ex diuerſis locis ſacre
ſcripture dies ſanctificatus illuxit nobis vox
eſt fidelis populi illius vel iſtius temporis qua
fideles ſeipſos inuitant atq; incitant ad exhibē
dum cultum latrie filio dei ad modum magni
luminaris orti apud nos ad totum mundum il-
luminandum vt ſtatim in euangelio dicetur
Euangelium ¶ Euangeliũ in principio erat verbum Joãnis
primo conformiter ad epiſtolam agit ſimul de
vtraq; chriſti natiuitate eterna ſcilicet et tempo-
rali ſed conuerſo ordine nã in prima parte qui
buſdam tropis atq; enigmatib⁹ eternam chri-
ſti a patre generationem ſeu natiuitatem deſcri-
bit. Jn ſecunda ibi. fuit homo miſſus temporalē
eius natiuitatem ex matre virgine declarat Jn
tertia ibi et vidimus gloriam eius manifeſtatio
nem hui⁹ myſterij apud homines ſupaddit. Ad
Prima pars. intelligenda enigmata quibus principium hu-
ius euangelij textꝰ Eſt aduertẽdũ in primis q̃ mi
ſterium proceſſionis perſonarum diuinarum ad
intra õnino ẽ abſconditũ viatorib⁹ ita q̃ hũano
ingenio impoſſibile eſt illud inuenire ſed quia
hoc credere eſt eis omnino neceſſarium ad ſalu
tem. ideo deus per prophetas ſuos decreuit illud
hominibus reuelare. quare neceſſarium fuit pro
pter huius rei arduitatem q̃ ſacra ſcriptura hoc
myſterium tradens vteretur ſimilitudinib⁹ rerũ
que apud nos ſunt et quarũ noticiam habem⁹
ad eleuandum intellectum noſtrum vt poſſit di
uina capere archana Et quia Paulus in epi-
ſtola premiſſa de eterna chriſti natiuitate loquẽs
vſus eſt methaphoris de ſole ⁊ radio vel ſplen-
dore eius de homine et figura vel imagine eius
et ſic de alijs. ideo etiam Joannes in hoc euan-
gelij ſui principio propius accedens ad declara
tionem veritatis adducit ſimilitudinem de intel
lectu hominis ⁊ verbo eius ideſt de cõceptu quẽ
format quãdo aliquid intelligit. in qua formatio-
ne/conceptus eſt quedã ſpiritualis conceptio ge-
neratio ⁊ natiuitas Cõcipit enĩ mens hominis
rem ſibi preſentatã per ſuam ſimilitudinem na-
turalem quam ipſe intellectus concurrente obie
cto producit ſua naturali virtute que dicitur lu-
men intellectus de quo in pſal. 4 Signatũ eſt
ſuper nos lumẽ vult⁹ tui dñe. Productio igitur
vel formatio talis ſimilitudinis naturalis rei ex-
terioris (que etiam conceptus ⁊ verbũ mentale
dicitur) tria ſortitur noĩa rem eandem ſignificã-
tia ſed diuerſis reſpectibus Na in comparatio-
ne ad rem cuius eſt ſimilitudo dicitur concept⁹
vel conceptio q2 per illam res concipitur ab aĩa.
Sed in comparatione ad ipſam ſimilitudinem
formatam ab intellectu dicitur generatio vel na
tiuitas q2 gignitur ⁊ naſcitur ab intellectu tanq̃
a parente Jn cõparatione vero ad intellectum
producentem dicitur verbum q2 per eam intelle-
ctus loquitur apud ſe ⁊ apud deũ. ⁊ de his ver-
bis mentalibus dicit Auguſt. q̃ ſunt verba nul-
lius lingue neq; ſignificant ex impoſitione vel
beneplacito hominũ vt vocabula ſuorum idio-
matum ſed ſuapte natura ſignificãt res ſuas q2
ſunt naturales earũ ſimilitudines ſicut imagi-
nes in ſpeculo Aĩa enĩ hominis ſpeculum puriſ
ſimum eſt in quo reſplendent oĩm rerum ſimili-
tudines. qua de cã Ariſtoteles dicit q̃ anima ho-
minis eſt quodãmodo omnia ideſt totus mun-
dus ſcꝫ repreſentatiue Et propter hanc naturalẽ
horum conceptuum ſignificationem/idem Ari-
ſtoteles dicit q̃ verba mẽtalia ſunt eadem ideſt
ſimilia apud omnes homines quantumcunq;
diuerſorum ydiomatum Joannes igitur aſſimi-
lãs natiuitem eternam filij dei a patre ſuo huic
verbi mentalis productioni ⁊ natiuitati in ho-
mine dicit in principio ideſt in patre deo erat ab
eterno verbum a ſuo intellectu productum vel
genitum intrinſece Ex eo enim q̃ deus intelli-
git ſe ⁊ omnia alia in ſe format conceptum ſeu
verbum quo perfectiſſime naturaliter repreſen-
tantur oĩa nõ ſolum exiſtentia ſed ⁊ poſſibilia eſ-
ſe Hoc verbum alio noĩe dicitur filius dei. q2 gi
gnitur ⁊ naſcitur a deo patre modo p̄dicto ideo
in pſalmis pater introducitur loquens ad filiũ ⁊
dices ego hodie genui te/ante luciferũ genui te/
filius meus eſt tu/⁊ ipſe inuocabit me pater me⁹
es tu ⁊c̄ hic filius dei eſt dñs noſter Jeſus chri-
ſtus ineffabili illa natiuitate ſpirituali ⁊ intelle-
ctuali ab eterno genitus a patre ſuo Sed quia
Eſaias 53 de iſta natiuitate loquens ait. genera-
tionem eius quis enarrabit/q. d. nullus q2 inef-
fabilis eſt hominibus viatoribus ideo in hac ſi-
militudine a beato Joãne introducta eſt magna
et latiſſima differentia eius ad ſuum aſſimilatũ.
Primo q2 intellectus hominis non poteſt vni-
co conceptu aut verbo ſuo omnes res mũdi di-
ſtincte cognoſcere ſicut de⁹ ea oĩa vnico ſuo ver-
bo cognoſcit diſtinctiſſime Secũdo q2 concept⁹
humane mentis nõ eſt eiuſdẽ nature cũ intelle-
ctu vel anima producente/ſed verius creditur eſ-
ſe accidens ſue ſubſtantie realiter inherens (lo-
quor nũc indifferenter de ſpecie intelligibili ⁊ de
conceptu ſeu verbo) ſed verbum intellectus di-
uini eſt ſuo patri conſubſtantiale ideſt eiuſdem
ſubſtãtie et nature diuine quia vere de⁹ eſt ſicut
pater a quo procedit ideo addit Euangeliſta et
deus erat verbũ. qđ non poteſt dici de verbo mẽ
tis nr̃e/ſcilicet q̃ ſit aĩa noſtra Sunt ⁊ alie multe
differentie ⁊ diſſimilitudines ſub hac ſimilitudi-
ne a beato Joãne introducta quas oẽs non eſt
facile enumerare Eſt ergo ſenſus huius prime
clauſule q̃ filius dei eſt verbum vel cõcept⁹ in-
tellectus paterni ab eo eternaliter procedẽs mo-
do ſpirituali. ad ſimilitudinem ferme illius pro-

cedens modo ſpirituali ad ſimilitudinem forme
illius productionis mentalis qua temporaliter
in mente hominis producitur verbum ab intel-
lectu ideo ait euangeliſta q in principio ideſt ab
initio ꝛ ante ſecula iam erat verbum in deo ideſt
filius eternaliter genit⁹ ꝛ idem verbū erat apud
deum patrem ideſt diſtinctū perſonaliter ab eo
quia alia eſt perſona patris/alia filij nulla enim
res poteſt ſe ipſam generare quia eſſet antequā eſ-
ſet/qđ eſt penitus impoſſibile Sed dato q ſit per-
ſonalis diſtinctio patris ꝛ filij.e nihilomin⁹ eadē
eſſentia eademqꝫ diuinitas ideo additur ꝛ de⁹ erat
verbū eque pfecte ſicut pater ei⁹ ꝙcquid em e in
deo eſt deus Et qꝛ de⁹ per ſuam ſciētia creauit
omnia que ſunt in mundo ſicut vno verbo ſuo
cognoſcit omnia ita omnia per ipſum dei verbū
facta ſunt ꝛ ſine ipſo factum eſt nihil neqꝫ fieri
potuit.imo omne quod factum eſt in mūdo pri⁹
ꝙ̄ fieret exterius/erat in ipſo verbo dei concep
tum cognitumqꝫ interi⁹ ꝛ quia cognitio eſt que
dam vitalis operatio ideo omnis creatura ante
ꝙ̄ fieret vita erat in deo quia erat verbum dei
Et quia inter omnes creaturas corporeas ho-
mo habet magnam excellentiam dignitatis qꝛ
viget lumine intellectus ideo illud verbum dei
ꝛ vita omnium rerum erat ſpecialiter lux homi
num ideſt dans eis lucem intelligentie de qua
Dauid ait pſal'o 4.ꝛc̄. Et iſta lux ratiōis hūane
lucet modo in tenebris hui⁹ carceris terreni i
viget in hoc mortali corpore quod quamuis ſit
corruptibile ꝛ aggrauet animā deprimatqꝫ ſen-
ſum hominis hec terrena inhabitatio tamē ſue
tenebre non potuerunt comprehendere ideſt to
taliter extinguere hanc lucem rationis natura-
lis ſed ſemper hec lux in tenebris corporis lucet
quamuis ſub obſcure ac enigmatice propter cor
ruptionem peccati originalis quod rationem na
turalem obſcurauit aliquo modo Poteſt aliter
exponi locus iſte ſcilicet q lux que eſt verbū dei
lucet hominibus ideſt cognoſcitur ab eis ſed
in tenebris ideſt obſcure ꝛ enigmatice quia per
fidem in hac vita ꝛ non per claram dei viſionē
vnde nec tenebre noſtri intellectus comprehen-
dunt ideſt perfecte cognoſcunt lucem illam Ni
mirum ergo ſi vix et tenuiter poſſumus aliquid
dicere de eterna filij dei natiuitate ſꝫ prior expo-
ſitio appareret verior quia per hec verba euange-
liſta voluit notare cauſam et neceſſitatem ſecun
de natiuitatis chriſti ex virgine matre ſcilicet ad
illuminandas tenebras humane nature que ali
as ſunt peccatum originale ꝛ obſcurant lumen
rationis naturalis conſonat euangeliſta Lucas
per os Zacharie dicens illuminare his qui inte
nebris ꝛ in vmbra mortis ſedet Et Eſaias habi
tantibus in regione vmbre mortis lux orta eſt

Secunda pars euāgelij

eis Circa temporalem ergo chriſti natiuitatem
primo agitur de precurſore ante eum miſſo quē
euangeliſta ex quattuor commendat primo ex
natura quia homo fuit(inquit)homo ideſt ratio
nalis ꝛ rationabiliter viuens Secundo ex offi-
cio quia miſſus a deo ſcilicet ad predicandum /
ꝛ baptizandum /ꝛ omnino ad preparandum viā
domino Tertio ex nomine quia Joannes ideſt
gratioſus propter gratiam quam predicauit fa-
ctam humano generi ſcilicet natiuitate filij dei
in mundo Quarto ex teſtimonij autoritate.quia
venit vt teſtimoniū perhiberet de lumine chro
ſcilicet q eſſet verus filius dei/verus deus/qua-
tenus per Joannis teſtimonium fideles induce
rentur ad credendum in chriſtum Sed ne indoc
ti propter laudes predictas de Joanne crederet
ipſum eſſe chriſtum(ſicut de facto quidam iude-
orum crediderunt)additur q ille Joannes non
erat lux de qua prediximus ſed potius teſtifica
tor illius lucis De inde agitur de redeptore chri
ſto premittens neceſſitate aduentus ſui quia ad
illuminandū homines lumine cognitionis dei
quia ante aduentum eius homines ſiue in lege
nature ſiue in lege Moyſi paruam ꝛ ſatis debi
lem noticiam habuerunt de deo qui tamen in
mundo erat per eſſentiam/preſentiam/ꝛ poten-
tiam quia mundus per ipſum factus eſt ꝛ vix
mundus ideſt homines eum cognoſcebant fuit
ergo neceſſarius aduentus filij dei in mundum
ad illuminandum homines imo poſtqꝫ venit in
mundum a principio venit in propria ideſt ad
populum deo magis familiarem ſcilicet popu-
lum iudeorum ꝛ illi ſui eum non receperunt ex
deffectu cognitionis quia pauciſſimi de illo po-
pulo credidederunt in eum ꝛ receperunt ipſum
tanqꝫ verum meſſiam alij vero potius negauerūt
eum ꝛ occiderunt vt expellerent a ſe Conſequē-
ter additur fructus proueniens ex aduentu ei⁹
ſcilicet q homines deificarentur per ipſum ꝛ fi-
lij dei fierent p adoptione gratie.ideo quotquot
receperunt eum credentes dedit eis poteſtatem
gratie filios dei fieri ꝛ hoc per ſacramentū bap-
tiſmi qui nati ſunt ex deo vt fierent filij eius nō
quidem modo carnali ſicut quādo fiunt filij ho-
minum ſed modo ſpirituali vt declarauit chriſt⁹
Nichodemo dicens quod natum eſt ex carne ca
ro eſt ꝛ quod natum eſt ex ſpiritu / ſpiritus eſt.
qui ergo fiunt per adoptionis gratiam filij dei
ex deo nati ſunt per operationem ſancti ſpiritus
in vtero ſancte matris eccleſie ſponſe dei virgi-
nis ꝛ incorrupte Sicut etiam ipſe filius dei fac-
tus eſt filius hominis per obumbrationem ſan-
cti ſpiritus ex matre virgine incorrupta.in cuius
vtero verbum eternum dei factum eſt caro ideſt
homo verus et habitauit in nobis ideſt nobiſcū
factum emanuel et in terris viſus eſt ꝛ cum ho-
minibus conuerſatus eſt Qualem autem noti-
ciam homines habuerunt de aduentu filij dei in

Tertia pars euāgelij.

carnem exponit dicens et vidimus gloriam ei⁹
ꝛc̄ vbi duplicem notat modum cognitionis no-
ſtre de chriſto primus eſt quantum ad diuinitatē
eius quam vocat gloriam ſeu excellentiam chri
ſti Vidim⁹(inquit)gloriam eius nos fideles i
cognouimus diuinitatem ſuam ex predicatiōe /
miraculis/tranſfiguratiōe/reſurrectione eius qꝛ
vt idem euangeliſta alibi dicit ex his que vidi-
mus ꝛ audiuimus et manus noſtre contrectaue

runt de verbo vite deuenimus in cognitionem
diuinitatis eius que tamen diuinitas in eo non
apparuit quali s le ſed quaſi ab alio procedens
quod etiam de ſe ipſe teſtatur dicens Joannis
8 Ego ex deo pceſſi ⁊ veni Et iter miſit me viuēs
pater ⁊ ego viuo ꝑpter patrē Joan 6 ideo vidim⁹
gloria eius quaſi gloriam ideſt diuinitatem filij
vnigeniti a patre ideſt deū a deo procedentem
cognouimus ex dictis ⁊ factis eius apud nos
in quibus ſemper dabat gloriam patri ſuo ⁊ ſi-
militer deus pater in baptiſmo chriſti ⁊ in transfi-
guratione eius voce mirabili teſtificatus eſt il
lum eſſe filium ſuum dilectiſſimum quia vnige-
nitum Per natiuitatem ergo corporalem chri-
ſti ex matre innotuit nobis eius natiuitas eter
na ex patre ⁊ ideo vidim⁹ in enigmate fidei glo
riam diuinitatis eius quam habet ex patre ⁊ nō
a ſe De cognitione vero humanitatis chriſti no
bis comunicata ex temporali natiuitate eius ſub
ditur vidimus eum plenum gratie ⁊ veritatis i
omnigena virtute ⁊ ſapientia vera Sicut enim
humanitas illa fuerat formata mirabili operati
one ſpirituſſancti ita ſpirituſſanctus habitabat
in ea ſingulari quodam modo ⁊ cum plenitudi-
ne omnium gratiarum Nam preter gratias gra
tis datas (quas ſpiritus ſanct⁹ diuidit diuiſaſq
tribuit alijs hominibus chriſto autem tāq capi
ti omnes ſimul) dedit ei tantam plenitudinem
gratie gratum facientis ꝙ Joannes baptiſta de
eo dixerit Joannis 3 ꝙ non datus eſt illi ſpirit⁹
ſanctus ad menſuram aliorum hominum qui
aliquando in ſacra ſcriptura dicuntur pleni ſpi
rituſctō vt patet de Zacharia / Heliſabet / ⁊ Si-
meone nam illorum plenitudo eſt ſolum ſuffici
entie ad ſuam ſalutem vel quando plus redun
dantie ad edificationem aliorū Sed plenitudo
humanitatis chriſti dicitur plenitudo excellentie
ex eo ꝙ excellit omnes alias plenitudines cum
ſit ſanct⁹ ſanctorum .i. princeps ⁊ caput omniū
ſanctorum a quo deriuetur gratia ad eos om-
nes ſicut vnguentum in capite quod deſcendit
in barbam ⁊ vſq in oram veſtimenti pſalō 132.
Unde propter hanc excellentie plenitudine ſta
Hiſtoria tim ſubditur in textu ⁊ de plenitudine eius om
nes accepimus gratiam ⁊c̄ Per hiſtoriam hoc
euangelium vno et totum officium notat exor
dia populi chriſtiani qui etiam eſt filius dei per
gratiam adoptionis collatam ſibi in baptiſmo
quod eſt fidei ſacramentum Primordia autem
natiuitatis eius in hoc mundo duo ſunt primū
fuit eterna predeſtinatio Secundū fuit tempora
lis electio que incepit in nocte natiuitatis chriſti
in illis paſtoribus qui chriſtum adorauerunt cre
dentes in eum ⁊ poſtea alij fideles acceſſerūt qui
mirabantur de his que dicta erant a paſtoribus
ad ipſos Ad hūc ergo ſenſum poſſunt trahi ver
ba epiſtole mirabilia loquentis de filio dei no-
uiſſimo i. de populo chriſtiano quem digniorem
probat populo veteris legis ⁊ angelis ⁊ prophe
tis eius ⁊c̄ Et ſimiliter verba euangelij in prin-
cipio ſcilicet ſexte etatis mundi erat etiam in-
cipiens verbum ideſt opus humane reparatio-
nis ab eterno predeſtinatum figuratum ⁊ ex tē-
pore in patriarchis atq in prophetis promiſſū.
Et verbum hoc erat apud deum hominem fac-
tum in terris quia ab eo incepit ab eoq perfec-
tum eſt op⁹ noſtre redemptionis ⁊ ideo dicitur
ꝙ deus erat verbum ideſt redemptio noſtra et
hoc erat in principio huius ſexte etatis quando
incepit iſte populus redemptus a domino nam
omnia miſteria eccleſie chriſtiane per ipſum fa-
cta ſunt et ſine ipſo factum eſt nihil pertinēs ad
humanam ſalutem Sacramenta enim ſalutis
humane a ſolo chriſto inſtituta ſunt ⁊ ea preſup
ponunt omnes prelati eccleſie ſicut ⁊ precepta
decalogi / ⁊ articulos fidei Alia enim que ſunt
de ſolemnitate ſacramētorum ⁊ diuinorum offi-
ciorum a prelatis eccleſie inſtituta non ſunt ita
de neceſſitate ſalutis humane ſicut ea que ſolus
chriſtus inſtituit de quibus ſubditur quod factū
eſt in ipſo ideſt ab ipſo principe chriſto vita erat
animarum Sed quia iuſtus ex fide viuit que eſt
lux ideo dicitur ꝙ vita erat lux hominum ideſt
fides catholica quam chriſtus predicauit ⁊ poſt
eum ſui apoſtoli ⁊ alij ſucceſſores eorum. Sȝ iſta
lux fidei lucet viatoribus in tenebris obſcurita-
tis quia videmus deum nunc per ſpeculum in
enigmate non facie ad faciem ⁊c̄ Erat hec fides
lux vera dilatata per totum mundum Quod di
citur de Joanne eſt intelligendum de lege vete-
ri que erat prenunciatrix gratie euāgelice quod
eſt Joannes de quo ſequitur ꝙ non erat ille lux
ideſt clara enunciatio veritatis ſed ſolum figura
lis profuit tamen ad hoc vt teſtimonium perhi-
beret de lumine legis euangelice dicitur enim
Ezechielis primo ꝙ erat rota in medio rote
ideſt nouum teſtamentum in veteri vt exponit
Gregorius ad hunc modum cetera que ſequun
tur eſſent intelligenda Conformiter etiam ad Moralitas
hanc expoſitionem hiſtoricam eliceretur expoſi
tio moralis de vno quoq fidelium qui efficitur
filius dei in baptiſmo ⁊ hoc in principio vite ſue
quando accedit verbum dei ad elementū aque
⁊ fit ſacramentum noue regenerationis in chri-
ſto ex aqua ⁊ ſpirituſancto de quo dicitur ꝙ de⁹
erat verbum ſcilicet per concomitantiam quia
cum verbis illis datur ſpirituſſanctus ⁊ ſic per
ipſum omnia alia hominis bona ſpiritualia et
dona gratiarum facta ſunt in mente ⁊ ſine ipſo
factum eſt nihil quia vt Auguſtinus recte ſentit
in infidelibus nulla eſt vera virt⁹ ſed opera que
in eis apparet virtuoſa apud deum reputantur
quaſi nihil quādoquidem etiam in hominibus
fidelibus non habentibus charitatē omnes vir-
tutes eorum Paulus dicat nihil valere quia nō
habent ſpiritum ſanctum ſine quo hec omnia
facta ſunt nihil Et omne quod factum eſt in ho
mine in ipſo ideſt ab ipſo ſpiritu ſancto vita erat
anime / ⁊ lux hominis in tenebris hui⁹ vite Qđ
autem dicitur de Joanne referri poteſt ad res
illas ſenſibiles ſcilicet elementa ⁊ verba que ex
ordinatione dei adhibentur in ſacramentis. nā

rum ſint res corporales in eis non conſiſtit vita ſpiritualis ⁊ lux anime ſed in gratia interiori. iſta tamen exteriora ordinata ſunt diuinitus vt teſtimonium perhibeant de gratia interiori. ait enim Joannes baptiſta Ego baptizo vos aqua ſcilicet in corpore medius autem veſtrum ſtat deus qui baptizat animam in ſpiritu ſancto ⁊ cetera ſequentia (ad hunc modū) Cantus offertorii Tui ſunt celi ⁊ tua eſt terra pſal 88 e iubilatio fidelis ppli cōmoti ex lectione euāgelica ad exhibendū diuinos honores puero nato vt pote vniuerſali dño totius orbis. cuius ipſe non ſolū eſt conditor ſed etiam gubernator/⁊ ſpecialiter humanum reparator ⁊ rector in iuſticia ⁊ iudicio et poteſt hoc dici ex perſona paſtorum/aliorumqꝫ fidelium illius temporis Secreta oratio oblata dñe munera applicat offertorium moraliter ad preſentes petens inſuper eis renouationem mentis ⁊ emundatione a peccatis per gratiam dei Cantus communionis viderūt omnes fines terre pſal 97 eſt gaudium fidelis populi primitiue eccleſie de natiuitate chriſti temporali/qua viſibilis apparuit hominibus et toti mundo innotuit Finalis oratio Preſta queſumus omnipotens deus de preſentibus mo aliter loques eandem intentionem habet cum ſecreta oratione ſed addit ſuper eam petens vt obtenta gratia noſtre renouationis per natiuitatem chriſti ad beatitudinem alterius vite immortalis perducamur Hactenus ergo de toto officio natalis dñi quod per hiſtoriā etiam adaptatum eſt natali populi chriſtiani qui dicitur filius dei adoptiuus et chriſtus myſticus et ad ſimilitudinem chriſti veri habuit ſuam natiuitatem proceſſitqꝫ per ſuas etates/infantiam/ puericiam adoleſcentiam/ iuuentutem / ⁊ plenā etatem de quibus etatibus in officijs ſequentibus pertractabimus.

Offertorium

Communio.

¶ Notabile de alijs tribus diebus feſtiuis adiunctis feſto natalis domini

Audem in hoc capitulo dignū erit aduertere qꝫ ex eccleſie inſtitutione propter aliquam ſignificationem non ex alicuius rei geſte hiſtoria additi ſunt tres dies feſtiui ⁊ quidem valde ſolemnes diei natalis chriſti domini ſcilicet feſtum ſancti Stefani prothomartyris/ ſancti Joannis apoſtoli/⁊ Puerorū innocētū quorum ſanctorum tranſitus ab hac vita ſecundū veritatem hiſtorie non illis diebus fuere quibus eos colimus nam Stephanus 3 die Auguſti lapidatus eſt Joannes etiam apoſtolus 24 die Junij ab hac vita in pace tranſiuit Innocentes autem paſſi ſunt pro chriſto biennio fere elapſo poſt natiuitatem chriſti ſed ignoratur menſis ⁊ dies certus paſſionis eorum ergo hoc inſtituit eccleſia propter ſignificationem aliquam de qua opus eſt vt aliquid dicamus ¶ Unde circa hoc queruntur tria dubia Primum quare addita fuerint tria feſta aliunde accepta diei natalis domini Secundum quare feſta hec potiusqꝫ alia

Tertia dubia.

Tertium dubium erit de ordine eorum ad ſe inuicem hoc eſt quare Stephanus leuita preferatur tanto apoſtolo Joanni ⁊ tertio loco ponantur innocentes martyres qui prius alijs duobus ab hac vita tranſierunt Sed cum intentio eccleſie in his feſtis addinis non ſit oſtendere ordinem dignitatis vel temporis inter ea ad primum dubiū propter numeri ternarij dignitate ac pfectionē qui etiam in propoſito denotat tres in chriſto naſcente ſubſtantias ſcilicet diuinitatem / animā / ⁊ carnem poteſt ſecundo dici hoc inſtitutum eſſe ad oſtendendum feſti natalis chriſti magnā excellentiam ſanctitatis qua fere equiperetur ſolēnitatibus paſchatis et penthecoſtes in quibus eadem de cauſa idest propter excellentiam ſanctitatis diei principalis miſterij addūtur alij duo vel tres dies feſtiui ⁊ colendi a fideli populo quaſi ſatellites ⁊ ſtipatores eius Uerum in hac dierum additione eſt aliquantula differentia inter has ſolemnitates quia in iſta adduntur feſta ſanctorū aliunde tamen accepta ſed in paſchate ac penthecoſte nulla ſanctorum feſta apponuntur diei principali ſed alij dies feſti magis explicantes aut proſequentes idem miſterium diei principalis cuius diuerſitatis hec ratio eſſe potuit qꝛ in die natalis domini celebramus principium vite ſue mortalis qua cum hominibus conuerſatus eſt per omnia fratribus ſimilis effectus ideo hic dies admittit iuxta ſe ſanctorum hominum feſtiuitates quas cum non haberet in diebus ſibi proximis aduocat eas aliūde in paſchate vero agitur de principio ſue vite immortalis ⁊ celeſtis que hominibus viatoribus non conuenit eadem ratio eſt de penthecoſte Poteſt tertio dici ad hoc primum dubium qꝫ ſicut apud homines ſeculares conſuetudo laudabilis eſt ad natales vel nuptias filiorum inuitare ſuos conſanguineos/amicos/ ⁊ vicinos vt congratulentur eis quod etiam legimus in natiuitate ſancti Joannis baptiſte Luce 2 Ita ſimiliter ſancta mater nr̄a eccl̄ia ad feſtū natalis pueri ſui ieſu inuitat hos ſanctos quorum Joannes fuit conſanguineus Stephanus amicus/ ⁊ innocentes vicini ex Bethleem ⁊ finibus eius qui etiam ſancti obtulerunt puero nato ⁊ matri eius encenia precioſa vt Stephanus precioſum vinum ſui ſanguinis ⁊ plurimos lapides precioſos Joannes liliū virginitatis cū ſpeciebus aromaticis aliarum virtutum atqꝫ auro celeſtis ſapientie Innocentes deniqꝫ lac puritatis/⁊ panem ſinceritatis que eſt bethleem quia dederunt chriſto patriam ſuam in domum panis in qua ipſe naſceretur Et hec ratio etiam reſpondet ad ſecundum dubium Ad quod ſecundo dicitur ex illo verbo chriſti Mathei 24 vbicūqꝫ fuerit corpus illuc congregabuntur ⁊ aquile ergo quando filius dei aſſumpto corpore humanitatis noſtre apparuit natus ex virgine matre debuerunt ei cōgregari he due aquile Stephanus ⁊ Joannes qui viſus ſui acumine celos penetrare valuerūt cū pullis ſuis innocentibus, adeo vt chriſtus ſub tē

Ad primum.

Ad ſecundum dubium.

porali Romanorum imperio natus iuxta Danielis prophetiam capitulo 2 vſurparet ſibi eorum inſignia ⁊ vexilla ſcilicet duas aquilas in dieb⁹ (inquit) regum illorum ſuſcitabit de⁹ celi regnū quod ineternum non diſſipabitur imo ⁊ continuet omnia regna hec ⁊c̄ ſucceſſit enim chriſtus ſummus imperator in romanorum imperio qđ ⁊ modo regit ei⁹ generalis vicarius in terris pōtifex romanus nimirum ergo ſi eccleſia inſtitueret hec feſta apponenda natali chriſti quaſi ponens duas aquilas romani imperij in vexillis chriſti Tertio dici poteſt hoc factum eſſe ad oſtendendum ꝙ ſicut beatiſſima virgo Maria ſponſa dei inſtar Rachel dilectiſſime peperit ei filiū dei primogenitum ita eccleſia catholica ſponſa dei ad ſimilitudinem Lie fecundiſſime continue parit ei filios adoptionis plurimos celebrato ergo partu prime ſponſe in die natalis domini debuit celebrari partus ſecunde in multiplici ſobole parit enim martyres ſignificatos in Stephano/confeſſores in Joanne/virgines in pueris innocentibus et ſub his tribus differētijs omnes filij eccleſie comprehenduntur Et hec ratio etiā

Ad tertium dubium

ſatiſfacit tertio dubio querenti de ordine feſtorū iſtorum ſcilicet quia ordo martyrum precedit ordinem confeſſorum ⁊ ille ordinem virginū. Sed additur ad idem hec ſecunda ratio vt ex iſtorū feſtorum ordine declarentur fruct⁹ multiplices natiuitatis chriſti in humano genere nam ipſe propter nos homines ⁊ propter noſtram ſalutē deſcendens de celo natus eſt ex Maria virgine factus homo cuius natiuitas operata eſt hominum ſalutem quantùm ad omnes eorum ſexus etates/⁊ ſtatus ad hoc ergo ſignificandum apponitur natiuitati chriſti Stephanus iuuenis/Joannes ſenex/⁊ innocentes pueri Item in Stephano ſignificatur ſtatus militum / in Joanne ſtatus clericorum/in innocentib⁹ ſtatus popularium qui ſunt minores in populo dei ⁊ quia de illo ſtatu plures ſaluantur q̄ȝ de alijs maiorib⁹ ideo innocentes plurimi fuiſſe narrantur in officio ſui feſti ſed alij duo dies priores ſingulos celebrāt ſanctos illi tamen pauci qui ſaluātur de ſtatibus ſuperioribus eccleſie/maiores ſancti reputantur qȝ illi plurimi de ſtatibus minoribus Tertia poteſt addi ratio ad hoc dubium ꝙ per ordinem iſtorum feſtorum oſtenditur modus et ordo humane ſaluationis prouenientis ex natiuitate ſaluatoris nam per Stephanum (quem apoſtoli prefecerūt menſis ⁊ eleemoſinis viduarum) intelliguntur boni actiui per Joannem cōtemplatiui per innocentes autem ſimplices laici ⁊ minores populi quia ergo per laborem vite actiue peruenitur ad requiem contemplatiue ideo prius proponitur nobis labor in Stephano/deinde quies in Joanne Sicut etiā olim Jacob pri⁹ habuit vxorem Liam laborioſam ⁊ poſtea peruenit ad ſuaues amplexus Rachel formoſe Item per labores ⁊ agones huius vite trāſeunt fideles ad requiem celeſtis glorie ideo prius celebramus laborioſum martyrium Stephani q̄ȝ pacatiſſimum tranſitum Joannis apoſtoli qui in pace ideſt ſine martyrio ⁊ cum lumine glorie ab hac vita diſceſſit iuxta illud chriſti verbum Joannis 21 Sic eum volo manere donec veniam ſcilicet ad tranſitum eius ab hac vita. Sic enim deus ſtatuit vt ſerui ſui prius experiātur aduerſam qȝ proſperam fortunam. quod etiā ſignificatum eſt Geneſis primo vbi prius nominatur veſpere triſticie q̄ȝ mane leticie iuxta dictū pſalmiſte ad veſperum demorabitur flet⁹ ad matutinum leticia hunc ergo modū vite ſanctorum denotat ordo iſtorum duorum feſtorum Innocētum autem feſtum ideo tertio die agitur quia ſignificat modum ſaluationis ſimplicium hominum vel etiam puerorū baptizatorum qui ſine merito proprio ſaluantur per ſolum meritū chriſti nam iſti in gloria poſt alios omnes ſanctorū ordines collocabuntur Sed quia apud multas

Aliud dubiū.

eccleſias latinorum in die ſanctorum innocentiū fiunt multe fatuitates ⁊ inordinationes iocorū inhoneſte intra miſſarum ſolemnia etiam vidētibus ⁊ conſentientibus prelatis/ que conſuetudo non tolleraret ab eis niſi ex cauſa rationabili ideo merito inquirendum eſt hic de ratione talis permiſſionis hoc eſt an iſte fatuitates habeant ſignificationem aliquam propter quam fieri dicant Ad hoc poteſt reſponderi ſatis probabiliter in excuſatione prelatorum (quamuis nō

Reſpōſio.

omnino ſint excuſabiles in multis ⁊ quidem turpiſſimis que tunc fieri permittuntur intra eccleſiam dei) ꝙ duplex innouatio fieri ſolet in illo die inter celebrandum diuina officia cuius vtriuſqȝ datur rationabilis cauſa Primo enim omnia digniora officia et ſedes honoris dantur pueris in illo die eiſqȝ ſeruiunt humiliter maiores ⁊ ſeniores patres clericorum Quod ideo fieri creditur quia iſto die celebrat eccleſia martyrium illorum puerorum quos Herodes rex tyrannus occidit ex populo iudeorum propter auditam famā natiuitatis chriſti regis futuri ideo ad honorem ſanctorum innocentum decreuerūt patres hodie exhibere honorē pueris ſic ꝙ maiores ſui ſeruirent eis quemadmodum in cena domini etiam magni principes humiliant ſe ad lauandos pedes pauperum Sed quia etiā hodie pueri eccleſie habent ſuum epiſcopum qui ſuis officialibus ⁊ miniſtris tyrannice tractant ſeniores patres eccleſie compellentes eos ad vilia quedā officia/inferenteſqȝ eis opprobria multa ⁊ hoc permittitur eis per totum diem vſqȝ ad finem veſperorum ⁊ tunc ille epiſcopus inuerecundus deponitur a maioribus eccleſie/expoliatur ornamentis pontificalibus eijciturqȝ de ſede ſua cum magna ignominia ⁊ tande expellitur ab eccleſia cum omnibus ſequacibus ſuis. ideo dicendum eſt iſta rationabiliter eſſe tollerata in eccleſia dei Si enim in feſto natalis domini nō ſolum commemoratur chriſti primus aduentus in mundum ſed etiam ſecundus ad iudicium: quem aduentum magna eccleſie perturbatio precesſura creditur ſub tyrannide Antichriſti ⁊ ſuorum

miniſtrorum conueniens fuit hoc in iſtis feſtis natalis domini repreſentari non potuit autem melius ꝙ̄ in die ſanctorum innocentium in quo fit mentio de tyrannide Herodis contra chriſtū verum in occiſione tot puerorum nam ſicut per chriſtum verum ſignificat chriſtus myſticus qui eſt populus chriſtianus ita per herodem perſecutorem chriſti veri ſignificabit antichriſtus perſecutor chriſti myſtici Ideo ad ſignificandam illam perſecutionem antichriſti in tali die pueri ⁊ indigniſſimi homūtiones ſublimantur et ecōtra ſeniores ⁊ grauiſſimi viri non ſolum deprimuntur a ſedibuſq̄ ſuis eijciuntur verſietiam inhoneſtis geſticulationibus deridetur ſic enim fiet veraciter In tempore antichriſti ſicut modo ioco ſe repreſentatur in illo die Colligitur enim ex propheta Danielis xi et ex dictis chriſti in euāgelio Matthei.24 et Apocalip 20 ꝙ antichriſtus et miniſtri ſui talibus modis tractabunt fideles chriſti maxime viros eccleſiaſticos et prelatos eorum qꝛ valde irreuerenter ſe habebunt ad eos indignos etiam promouebunt ad honores ⁊ dignitates ſeruos autem dei digniſſimos peſundabunt iniuriiſq̄ afficient multis ⁊ ſic ille peſſimus tyrānus perturbabit totam eccleſiam dei ⁊ peruertet totum ordinem eius Sed non tollerabit diuti⁹ dei iuſticia tyrānidem et blaſphemias eius imo ad veſperā mundi cum magno dedecore deijcietur ipſe et omnes ſequaces ei⁹ vnde apoſtolus ait ꝙ dominus ieſus chriſtus interficiet eum ſpiritu oris ſui et illuſtratione aduent⁹ ſui ideſt quando iam appropinquauerit aduentus eius ad iudicium

## Caput decimum de officio circunciſionis domini in octauo die natalis eius quo etiam chriſti myſtici ſpiritualis circunciſio multipliciter ſignificatur ⁊ declaratur hiſtorice ac tropologice

Argumētum officij.



Ec feſtiuitas fere nullū habet officium proprium cum ſit octauus dies natalis domini qui ad ſui principium reuertitur oēs enim cātus ⁊ pſalmi tā in horis nocturnis ꝙ̄ diurnis ſunt preciſe idem qui in die natalis domini licet in officio miſſe aliquas ſibi partes proprias vēdicet aliter tamen in miſſali romano atq̄ aliter in libris aliarum eccleſiarum Quia enim eccleſia Romana non celebrat feſtum expectationis virginis Marie octauo die ante natalem domini ideo ponit hodie in miſſa orationes de beata virgine ſcilicet De⁹ qui ſalutis eterne cū alijs duabus ſibi correſpondentibus ſimiliter in matutinis aliqua reſponſoria ⁊ antiphonas in honorem beate virginis decantat de qua in die natalis domini nō potuit multa dicere vt decebat.

Matutini

Sed in hiſpania omnes fere eccleſie quia celebrat officium expectationis virginis Marie ad honorem ſui part⁹ virginalis ex inſtitutione ſancti Illefonſi archiepiſcopi Toletani contra hereticos ſui temporis virginitatem deipare Marie negantes ideo non curant hodie tam ſpecialem mentionem facere de virgine Maria in officio miſſali ſed totum ipſum agunt de natiuitate ⁊ de circunciſione domini vnde introitus miſſe Puer nat⁹ eſt nobis ⁊c̄. Eſaie 9 iam expoſit⁹ eſt in capitulo precedente de chriſto vero ad litterā ⁊ de myſtico per hiſtoriam

Introitus miſſe.

Oratio Deus qui nobis nati ſaluatoris diem celebrare concedis octauum ⁊c̄ petit a deo hanc gratiam pro fidelib⁹ populis vt ſicut dei filius per miſericordiā ſuā ſe communicauit noſtre carni ita faciat nos cōmunicari ſue diuinitati per eandem miſericordiā quia vt Auguſti. ait de⁹ fact⁹ eſt homo vt homo fieret de⁹ ſcilicet per participationem gratie ſue per quam teſte apoſtolo Petro diuine ſum⁹ facti conſortes nature

Oratio.

Epiſtola huius miſſe ex ſecūda miſſa natalis domini accipitur apparuit benignitas ⁊c̄ que ibidem expoſita eſt ⁊ loquitur expreſſe de chriſto myſtico per cōformitatem ad chriſtum verum

Epiſtola.

Graduale viderūt omnes fines terre cum ſuo verſu notū fecit domin⁹ ⁊c̄ ⁊ Alleluia multipharie ⁊c̄ vel dies ſanctificatus ⁊c̄ ex tertia miſſa diei natalis domini accepta ſunt et ibidem declarata

Graduale Alleluia.

Secreta oratio Preſta queſumus domine ⁊c̄. petit ſacrificium euchariſtie acceptari a deo ad conferendam nobis mentis purificationem qua recte intelligere valeamus archanum myſteriū natiuitatis vtriuſq̄ chriſti Ultima oratio Preſta queſumus omnipotēs de⁹ ex virtute ſacramenti percepti in memoriam natiuitatis chriſti poſtulat a deo pro fidelibus populis vt hec deuotio ſit eis medicinalis ⁊ cauſatiua perpetue ſanitatis Offertorium tui ſunt celi ⁊ communio viderūt omnes fines terre ex tertia miſſa officij natalis dn̄i accepta ſunt et ibidem ſatis expoſita

Offertorium.

Cum enim in ſolennitatibus eccleſiaſticis octau⁹ dies redeat ad primum/ habeatq̄ fere ſemper eiuſdem diei officium maxime in cantibus chori non eſt requirēda alia expoſitio autoritatum in officio octaui diei ab ea que data eſt in officio primi diei ⁊ principalis excepta generali ſignificatione octaui diei de qua ſtatim dicimus in euangelio huius officij quod ſecundū omnes eccleſias habet proprium ⁊ diſtinctum ab euangelio diei natalis domini ⁊ hoc ſolum reſtat nobis ſerioſe exponendū in toto hoc officio

Communio.

Euangelium poſtquam conſumati ſunt dies octo Luce 2 quamuis ſit minimum omniū euangeliorū totius anni in ſuperficie littere eſt profecto in ſenſu ſuo multiplici ꝙ̄lariſſimum et omnium aliorum maximum continet enim tria puncta profundiſſima/valde notanda et deuotiſſime meditanda Primum eſt de chriſti circunciſione Secundū de ſui nominis impoſitiōe Ter

Euangelium.

*Pꝛima pars.*

tium de Gabꝛielis angeli pꝛenuntiatione Circū
ciſionem autem domini ad varios ſenſus per-
tracturi ſupponamus ex veteri lege breuiſſime
ritum ⁊ modum ſacramenti circunciſionis ⁊ cau
ſas ſue inſtitutionis Incepit namqꝫ circunciſio
quadringentis fere annis anteqꝫ daretur lex Moy
ſi quia incepit in patriarcha Abꝛaham cui do
minus mandauit Geneſis 17 pꝛo ſe ⁊ pꝛo om
nibus familiaribus ⁊ poſteris ſuis maſculis ab
eo deſcendentibus maxime per Yſaac filium ſu
um ⁊ per Jacob nepotem ſuum ꝙ die octauo a
natiuitate cuiuſlibet pueri abſcinderetur ei pelli
cula illa eminens in mebꝛo genitali ⁊ hoc ſub pe
na damnationis eterne in coꝛpoꝛe ⁊ anima ſcili-
cet pueri non taliter circunciſi Unde poteſt col
ligi pꝛincipalis ratio inſtitutionis illius ſacrame
ti ſcilicet in remedium hominis cōtra peccatum
oꝛiginale pꝛo illo tempoꝛe ne pꝛopter tale pecca
tum damnaretur eternaliter ſicut etiam modo
in lege euangelica mandatum eſt nobis ſacra
mentum baptiſmi ad eundem finem ⁊ ſub eade

*Cerimonie circūciſiōis coꝛpoꝛalis.*

pena ex inſtitutione chꝛiſti Mathei vltimo dice
tis qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit ⁊c̄ Cerimo
nie illius ſacramenti Judaici erant iſte in ſūma
ꝙ miniſtraretur ſolis maribus illius populi ꝙ
in membꝛo genitali ꝙ cultro lapideo in octauo
die vt patet ex capꝉo allegato Geneſis 17 Exo
di 4 ⁊ Joſue 5 quarum ceremoniarum cauſe ⁊
ratiōes litterales vulgatiſſime ſunt in gloſſis cō
munibus quibus ſuppoſitis dicamus ſpeciali-
ter de circunciſione chꝛiſti domini ad duos pꝛin
cipaliter ſenſus quos ſemper obſeruamꝰ in hoc
opere alterum de chꝛiſto vero alterum de myſti
co Euangeliſta igitur de chꝛiſto vero loquens aſ
ſerit ipſum (licet nullam haberet peccati oꝛigina
lis maculam. quia de ſpiritusſancto cōceptꝰ erat)
circunciſione ſuſcepiſſe / aliaſqꝫ cerimonias vete
ris legis ad ipſum pertinentes obſeruaſſe Cuiꝰ

*Quare circunciſus ē chꝛiſtus*

obſeruantie multiplex ſolet aſſignari ratio tum
vt veteri legi imperfecte finem imponeret tum
vt agraui onere illius pꝛecepti fideles ſuos libe
raret tum vt iudeis calumnie occaſionem aufer
ret tum vt nobis humilitatis exemplar ſeſe pꝛe-
beret tūm demqꝫ vt circunciſionis magna ſacra
menta nobis commendaret nam quod euangeli-
ſta dicit cōſumati ſunt dies octo ſcilicet a die na
talis chꝛiſti debet intelligi non ſolum ꝙ lapſu
tempoꝛis ſint completi vel tranſacti ſed etiam ꝙ
ratione miſtice ſignificationis in chꝛiſto ſint cō-
ſumati ⁊ perfecti Pꝛo cuius miſterij explicatiōe

*Ratiōes ⁊ cauſe octauarum feſtis eccleſie.*

eſt aduertendum ꝙ eccleſia chꝛiſtiana in omni-
bus feſtis ſolemnioꝛibus conſueuit celebꝛare di
em octauum ſed non in omnibus illis eadem
ratione vel intentione nam in feſtiuitatibus chꝛi
ſti ⁊ virginis Marie pꝛincipalis intentio eſt con
ſumare gaudium fidelium repetita eiuſdem fe
ſtiuitatis memoꝛia. In feſtiuitatibus vero alioꝝ
ſctōꝝ celebꝛat octauas ad ſignificādū ꝯſumatio
nem gloꝛie ipſoꝛum que futura eſt in octaua mū
di etate nam ſicut in ipſo die natalis alicuiꝰ ſan
cti decantatur in officio gloꝛia anime ſue quam
nunc habet in ſeptima etate (que ab apoſtolo di
citur ſabbatiſmus populi dei) ita in octauo die
eiuſdem feſtiuitatis decantatur gloꝛia coꝛpoꝛis
eius quam expectat in octaua etate reſurgentiū
ſanctoꝛum ad ſimilitudinem reſurrectionis chꝛi-
ſti qui poſt quietē ſuam in ſepulchꝛo in die ſab-
bati qui eſt ſeptimus in oꝛdine reſurrexit die oc-
tauo quem ideo dominicum dicimus In quibuſ
dam deniqꝫ feſtiuitatibus p officium octaui diei
habet eccleſia intentionem ſupplementi illius of-
ficij quod in pꝛimo die plene facere non potuit
vt decebat pꝛopter aliquod impedimentum al-
terius maioꝛis ſolemnitatis quod impedimen-
tum iam in octauo die foꝛte nō occurrit In hoc
ergo die octauo natalis domini omnes iſte inte-
tiones eccleſie ſimul concurrunt nam ⁊ gaudiū
tante ſolemnitatis eiuſdem officij repetitione
conſumatur atqꝫ perficitur ⁊ laudes partus bea
te Marie virginis que non fuerant plene expli
cate in ipſo die natalis domini hodie ſupplen-
tur per hoc ꝙ in omnibꝰ fere hoꝛis canonicis ſi
ue nocturnis ſiue diurnis reſonant cantus ſua-
uiſſimi in laudem eiuſdem virginis ⁊ deniqꝫ in
myſterio circūciſionis dñi coꝛpoꝛalis celebꝛatur
ſpiritualis circunciſio populi dei que fiet perfe-
ctiſſime in octaua etate reſurgentium per ſpolia
tionem omnis coꝛruptele carnalis ab humana
natura Pellicula eni illa carnis in mebꝛo gene
rationis virili cum ſit quedam ſuperfluitas pen
dens extra ſubſtantiam totius coꝛpoꝛis humani
augenſqꝫ libidinis voluptatem in officio il-
lius membꝛi ſignificat ſuperfluitate peccati ma-
xime oꝛiginalis quo tota natura humana coꝛ-
rupta eſt ⁊ diffunditur in omnes filios Adā per
officium membꝛi genitalis Circunciſio ergo coꝛ
poꝛalis ſignificat remotionem peccati oꝛigina-
lis ⁊ omnis coꝛruptionis inde conſequentis in
humana natura ſiue ſit in coꝛpe ſiue ſit i anima
⁊ eoſdem effectus facit in nobis baptiſmus le-
gis euangelice ſacramentum que eſt quedā ſpi-

*Spiritualis circūciſio triplex*

ritualis circunciſio hominis Eſt autem hec ſpi
ritualis circūciſio triplex videlicet myſtica / Ana
gogica / ⁊ Thꝛopologica Pꝛima eſt circunciſio
eccleſie militantis Secunda eccleſie triumphā-
tis Tertia anime peregrinantis ⁊ quelibet iſta

*Allegorica circunciſio Pꝛimo.*

rum fit in die octauo non alias De pꝛima circū
ciſione ſpirituali dicimus ꝙ eccleſia fidelium in
hac vita que dicitur militans ideſt decertās con
tra tentationes et hoſtes animarum a pꝛinci-
pio mundi habuit ſeptem quaſi dies quibus nō
fuit a peccato circunciſa donec venit dies octa-
uus circunciſionis chꝛiſti Pꝛimus dies fuit pꝛe
uaricationis in paradiſo / ſecundus punitionis
in diluuio / tertius afflictionis in egypto / quartꝰ
tentationis in deſerto / quintus exaltationis in
regno / ſextus captiuitatis in exilio / ſeptimus re-
ductionis ſub tyranno his ſuperuenit dies octa
uus in meſſia chꝛiſto et tunc facta eſt peccatoꝝ
circunciſio, de qua pꝛophetauerat Daniel 9 di-
cens finem accipiet pꝛeuaricatio ⁊ peccatum ſci
licet in aduentu meſſie ¶ Poſſet etiam dici ꝙ in

*Secūdo.*

ſolo tempoꝛe legis veteris habuit populus dei ſeptem dies ante ſuam circunciſionem ſpiritualem ſcilicet in oppꝛeſſione egyptioꝛum/in aggreſſu terre cananeoꝛum/in bellis philiſtinoꝛum / in conflictu Aſſyꝛioꝛum in expugnatione Chaldeorum/in tyꝛānide Grecoꝛum/et in imperio Romanoꝛum Succeſſit his dies octauus chꝛiſtianoꝝ et in eo fit circunciſio ſpiritualis virtute ſacramētoꝛum Poteſt aliter ⁊ tertio dici qđ in lege veteri erant ſeptem libꝛi quaſi ſeptem dies hominum iuſtoꝛum ſcȝ quinq̄ libꝛi Moyſi ⁊ alij duo pſalmoꝛum ⁊ pꝛophetarum . ſed in illis non potuit eſſe perfecta iuſticia ( que eſt ſpiritualis circunciſio ) donec veniret dies octauus euangelij chꝛiſti in quibꝰ eſt celeſtis dotrina perfecta Vel aliter ⁊ quarto dicamus ꝙ in lege veteri erant ſeptem dies imperfecti ſcȝ documenta obſcura/pꝛecepta debilia iudicia ſeuera/cerimonialia onероſa ſacramenta infirma/pꝛomiſſa terrena/⁊ permiſſa indebita his ſucceſſit dies octauus legis euāgelice que eſt lex gratie ſpiritusſancti et maxime libertatis in chꝛiſto ieſu ⁊ ſpiritualis circunciſio de quo die pꝛophetice dicitur Leuitici.23 Dies octauꝰ erit vobis celeberrimus atq̄ ſanctiſſimꝰ hinc Auguſt. dicit ſuper canticū graduum ꝙ patres vete le ſeruierunt hebdomadi ideſt ſeptenario q: ſeptimum diem hebdomadis ⁊ ſeptimū menſem anni / ſeptimūq̄ annum/ atq̄ ſepties ſeptimum ideſt iubileum ſanctificabant.patres vero noui teſtamēti ſeruiunt ocdoadi ideſt octonario qui diem octauū ſctificant octoq̄ beatitudines euangelicas pꝛedicant atq̄ octauam etatem in omnibus octauarijs feſtiuitatum commemorādo expectant his duobus numeris alludit illud Eccleſiaſtes 11 da partes ſeptem nec nō ⁊ octo ⁊c̄ de hac ſpirituali ⁊ myſtica circunciſione eccleſie loquitur apoſtolus ad Colocenſes 2 circunciſi eſtis ſcilicet vos chꝛiſtiani circunciſione non manu facta in expoliatione coꝛpoꝛis carnis ſed circunciſione domini noſtri ieſu chꝛiſti

**Anagogica circunciſio.** De circunciſione vero celeſti eccleſie triumphantis dicamus ꝙ fidelis populus chꝛiſtianoꝛum licet iam ſit ſpiritualiter circunciſus quantum ad animam.tamen coꝛpoꝛales defectus adhuc patitur tam in ſexta q̄ʒ in ſeptima etate huius mundi nec fiet omnimoda peccati oꝛiginalis circunciſio quantum ad omnes effectus eius vſq̄ ad octauam etatem reſurgentium quando non ſolum ab anima ſed etiam a coꝛpoꝛe ablata erit omnis coꝛruptio peccati ⁊ penalitatis ⁊ fulgebunt iuſti ſicut Sol in regno patris eoꝝ / ⁊ tūc

**Primo.** fiet ſermo qui ſcriptus eſt abſoꝛpta eſt moꝛs in victoꝛia neq̄ pꝛeualebit ſtymulꝰ moꝛtis per quā ⁊ peccatum ⁊ penalitas omnis denotatur hanc glorioſam circunciſionem pꝛecedunt in hac vita ſeptem dies ſacramentoꝝ noue legis que etiā ſi quiſq̄ deuote ſuſceperit non poterunt remouere ab eo coꝛruptionem carnis vſq̄quo peruenia

**Secūdo.** t ad octauam etatem Et ſicut ſtatus populi veteris legis ſub circunciſione coꝛpoꝛali poſitus eſt ſeptuplex quouſq̄ ventum eſt ad octauum circunciſionis ſpiritualis myſtice ita per concoꝛdiam ſtatus populi chꝛiſtiani ſub circunciſione ſpirituali diſtinguemꝰ ſeptem donec veniat octauus circunciſionis gloꝛie anagogicus ¶ Pꝛimus dies fuit quaſi in egypto ſub perſecutione iudeoꝛum Secundus quaſi in deſerto ſub tyrānide gentilium ydola colentium Tertius quaſi in terra cananeoꝛum ſub peruerſitate hereticoꝛum Quartus ſub inundatione gothoꝛum quaſi philiſtinoꝛum Quintus ſub oppꝛeſione ſarracenoꝛum veluti aſſirioꝛum Sextꝰ ſub inobediētia imperatoꝛum ⁊ regum tyrannoꝝ inſtar chaldeoꝛum Septimus erit ſub aduentu antichꝛiſti ⁊ ſuoꝛum fautoꝛe quaſi grecoꝛum ⁊ romanoꝝ his ſuccedit in fine mundi octauus reſurrectionis moꝛtuoꝛum et ibi erit perfecta circunciſio i remotio omnium maloꝛum

**Tertio.** Vel poteſt dici ꝙ in hac peregrinatione ſexte etatis mundi homo habet ſeptem dies/infantiam/puericiam/adoleſcentiam/iuuentutem/ſenioꝛem etatem/ſenectutem/⁊ decrepitam ad moꝛte poſtea ſuccedet octauus dies reſurrectionis et tunc fiet ſecūda circunciſio in Galgalis pertranſito ioꝛdane de qua Joſue quinto Galgala enim rota aceruí interpꝛetatur q: tūc erit aceruus ſeu cumulus omnium perfectionū nature humane ⁊ cetera

**Tropologia circunciſio. Primo.** Tādem tropologicam ſeu moꝛalem circunciſionem declarantes dicamus ꝙ in homine tria cōſiderantur potentie ſcilicet habitus ⁊ actus Jn potentijs ſunt ſeptem dies ſcilicet quaternariꝰ copoꝛis ꝙ ex quattuoꝛ elementis vel humoꝛibus cōſtat ⁊ ternariꝰ anime intellectus/memoꝛia/ et voluntas ſed non fiet circunciſio peccatoꝛum in eis niſi addatur octauus dies gratie dei

**Secūdo.** Jn habitibꝰ ſimiliter ſeptem dies ſunt quattuoꝛ virtutes moꝛales/pꝛudentia/iuſticia/foꝛtitudo temperātia et tres theologales fides/ſpes/charitas/ ſȝ niſi addatur octauus dies perſeuerantia nō erit in eis circunciſio ab imperfectione

**Tertio.** Jn actibus deniq̄ ſeptem dies ſunt doloꝛ de pꝛeteritis malis/cautela de futuris/confeſſio de malis cōmiſſis et de bonis ommiſſis/oꝛatio/ieiunium/⁊ eleemoſina ſed niſi addatur octauus ſcilicet imitatio vite chꝛiſti non erit circunciſio moꝛalis Poteſt aliter dici ꝙ moꝛalis circunciſio humanoꝝ actuum eſt triplex in coꝛde/in oꝛe/⁊ in opere

**Circunciſio coꝛdis.** De pꝛima Deuterono.10 circuncidite pꝛeputiū coꝛdis veſtri ⁊ Hieremias 4.circuncidimini domino auferte pꝛeputia coꝛdium veſtroꝝ ideſt carnalia deſideria huius mundi ⁊ huiuſmodi circunciſio debet fieri petra ideſt chꝛiſto cuius figura fuit Sephoꝛa vxoꝛ Moyſi que interpꝛetatur ſpeculans eum ⁊ ſignificat animam ſolicita ſe qui chꝛiſtum ⁊c̄ laudat apoſtolus ad Roma 2 hanc circunciſionem dices non enim qui in manifeſto circunciſꝰ ē ſed q̄ i abſcōdito coꝛdis et cuius laus eſt non ex hominibus ſed a deo ⁊c̄ econtra

**Circunciſio oꝛis.** vero Stephanus actuum 7 repꝛehendit hoc modo incircunciſos dura inquit ceruice ⁊ incircūciſi coꝛdibus ⁊c̄ de ſecunda circunciſione ſcilicet oꝛis dixit Moyſes domino Exodi.6 in circūciſus labijs

ciſus labijs ego ſum ⁊c. Et debet huiuſmodi circunciſio fieri tripliciter primo ab errore falſitatis quia abominatio eſt deo labia falſitatis Prouerb 13 Secundo a tumore oſtentationis quia deteſtatur dominus lab a tumentia cum corde pelliſſimo Prouer 26 Tertio a fauore adulationis quia labia doloſa in corde ⁊ corde locuti ſunt De tertia circunciſione operis dicitur Matthei 18 ſi pes tuus vel manus tua ſcandalizat te abſcinde et proijce abs te et Capitulo 19 multi ſunt qui ſe caſtrauerunt propter regnum dei debet fieri hec circunciſio quantum ad omnes ſenſus ⁊ omnia corporis membra vnde apoſtolus prime Corin 7 circunciſus aliquis vocatus eſt ſcilicet in corde non adducat preputium videlicet male operationis Et contra quoſdam iudeos dicitur primi Machabeorum 1 fecerunt ſibi preputia ne viderentur circunciſi ſed ad morem gentium apparerent que autoritas percutit ſacerdotes clericos ⁊ religioſos qui more laicorum ambulant in pompa veſtium ⁊ aliorum vtenſilium Debet etiam hec operum circunciſio fieri deo non hominibus ſolum vt Hieremias 4 circumcidimini domino ⁊c nam ypocrite querentes mundi lucrum ⁊ fauorem ſimiles ſunt viris ſichem qui dicebant Geneſis 34 ſi circuncidamus nos ſubſtantia eorum ⁊ pecora ⁊ cuncta que poſſident noſtra erunt. Moralis itaque predicta circunciſio eſt neceſſaria ad ſalutem anime Geneſis 17 cuius caro preputij ideſt carnalis ſuperfluitas viciorum abſciſa non fuerit peribit anima illa ⁊ Ezechi 44 omnis incircunciſus non intrabit in ſanctuarium meum Hec de myſterijs circunciſionis chriſti a qua etiam eccleſia romana ſuum incipit annum vſualem intendens ſcilicet chriſti exemplo circuncidere a ſe omnes ritus ⁊ mores gentilium quos in hoc principio anni obſeruare ſolebant in honorem cuiuſdam Iani hominis perditiſſimi a quo menſi Ianuario nomen impoſuerunt Intendit etiam per circunciſionem chriſti perſuadere fidelibus quod circuncidat a ſe omnes pompas mundanas et alias fatuitates quibus in feſtis natalicijs curioſe fuerant intenti Nominis Ieſu impoſitionem in ſua circunciſione addit euangeliſta dicens/vocatum eſt nomen eius Ieſus cuius occaſione eſt notandum quod in ſacris ſcripturis tam noui quam veteris teſtamenti ſaluator mundi quattuor inuenitur habere nomina ⁊ totidem cognomina Nomina eius ſunt Ieſus/chriſtus filius dei/ Emanuel Cognomina ſunt Galileus/Nazarenus/filius Dauid/Crucifixus De primo nomine dei dicitur Matthei 1 et Luce 1 Vocabis nomen eius Ieſum ideſt ſalutem ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis ſcilicet originali/actuali ſiue mortali ſiue veniali quia eſt agnus dei qui tollit peccata mundi Ioannis primo De altero nomine dicitur Luce 2 Quod ſymeon reſponſum acceperat de ſpiritu ſancto quod viſurus eſſet chriſtum domini qui vnctus interpretatur eo/quod futurus eſſet rex et ſacerdos atque propheta quibus in lege vnctio ſancti olei adhibebatur deus autem vt dicitur in pſal 44 Vnxit filium ſuum oleo diuine gratie pre alijs regibus ⁊ ſacerdotibus a deo vt ex ſuperabundantia vnctionis eius diſtillaret gratia ad totam eccleſiam ſuam pſal 132 Sicut vnguentum in capite quod deſcendit in barbam ⁊ in totum corpus vſque in ora veſtimenti De tertio nomine dicitur Luce 1 Quod ex te naſcetur ſanctum vocabitur filius dei quia aſſimilatur deo patri tum in natura quia deus erat verbum tum in potentia quia omnia per ipſum facta ſunt tum in ſcientia quia omnia que facit pater demonſtrat filio Ioannis 5 De quarto nomine dicitur Eſaie 7 Vocabitur nomen eius Emanuel ideſt nobiſcum deus ſcilicet per incarnationem quia verbum caro factum eſt per conuerſationem quia in terris viſus eſt ⁊ cum hominibus conuerſatus eſt per ſacramenti euchariſtie inſtitutionem quia dixit ego vobiſcum ſum vſque ad conſumationem ſeculi Cognominum primum traxit a prouincia in qua nutritus fuit ideſt a galilea que interpretatur rota vel tranſmigratio quia chriſtus in hoc mundo fuit quaſi colonus ⁊ tranſiens peregrinus vel ſicut viator declinans ad manendum ideſt nolens hic diu manere apud nos pſal 18 A ſummo celo egreſſio eius ⁊c Ideſt egreſſus eius a patre regreſſus ad patrem excurſus vſque ad inferos recurſus ad ſedem dei Aliud cognomen traxit a ciuitate in qua conceptus fuerat Nazareth enim interpretatur flos ⁊ Nazareus floridus de quo Geneſis 27 Odor filij mei ſicut odor agri pleni floribus ipſe enim fuit candidus vt lylium in natiuitate ſua/rubeus vt roſa in paſſione/ liuidus vt viola in morte ⁊c. Tertium cognomen traxit a parentela quia aſſumpſit humanitatem ex progenie dauid cui fuerat promiſſus meſſias ⁊ item quia regnum eius reſtaurauit cum omnibus virtutibus eius ſcilicet humilitate/pietate ⁊c Quartum cognomen accepit ab euentu quia in cruce paſſus fuit eſtque nomen victorie ſue qua de diabolo triumphauit ⁊ de mundo multa iſtorum nominum ponuntur ſimul Marci 16 Vbi angelus dixit deuotis mulieribus ipſum in ſepulchro querentibus Ieſum queritis Nazarenum crucifixum ⁊c Preter hec autem habet alia quedam nomina officialia Dicitur enim angelus teſtamenti vel magni conſilij Eſaie 9 Malachie 3 Et hoc ab officio annunciandi quia diuina myſteria annunciauit hominibus dicitur Magiſter ab officio docendi Ioan 13 Quia docuit nos quid amemus/quid timeamus/quid queramus/ et quid caueamus Dicitur medicus ab officio ſanandi Matthei 9 Quia ipſe eſt qui ſanat omnes infirmitates noſtras pſal 102 Dicitur etiam aduocatus quia interpellat pro nobis apud deum 1 Ioannis 3 allegans ⁊ dei miſericordia ⁊ noſtram miſeria Sed pretermiſſis his ⁊ alijs pluribus eius nominibus reuertamur ad primum ⁊ maxime proprium nomen quod etiam eſt aliorum omnium excellentiſſimum de eoque fit in euangelio hodierno ſpecialis mentio ⁊ in feſto hodierno magna celebritas Ieſus enim vocabulum ab hebreis acceptum eſt quod ipſi Iehoſuah proferunt greci autem Ioſue latini Ieſus et ſonat ſalutem aut ſaluationem que fuit principalis cauſa aduentus ſui ſcilicet vt

Circunciſio operis
Nomina pro circunciſione
Nomina chriſti
Ieſus.
Chriſtus.
Filius dei.
Emanuel
Galileus.
Nazarenus.
Filius dauid.
Crucifixus
Angelus.
Magiſter.
Medicus.
Aduocatus.
Ieſus interpretatio

ſaluū faceret populū dei liberaretq; a captiuitate tam corporali ꝙ̄ ſpūali qua premebat̃ ſub tyrannis deo et ſancte religioni inimicis dicitur em̄ Luce 19 Uenit filius hominis ſaluum facere qđ perierat et 1 Thim 1 Uenit chriſtus peccatores ſaluos facere vbi gloſſa dicit ꝙ nulla alia fuit cauſa veniendi chriſto dño niſi vt peccatores ſaluos faceret Hoc inq̃ nomen de nouo fuit impoſitū ſaluatori noſtro propter excelenciam ſue legationis

*Figuralis ieſus.*

Quis enim in veteri lege plures hoc nomine vocati fuerunt tamen ſacra ſcriptura hebraica de ſolis illis facit celebrem mentionem qui fuerunt figure huius ex eo ꝙ ⁊ ipſi ſaluationem aut liberationem totius populi dei a captiuitate miniſtrauerunt nā in exitu iſrael a captiuitate egypti Jeho/ Suah/ Bem/ Nun ideſt ioſue filius nū erat miniſter Moyſis ⁊ poſtea fuit ſucceſſor eius in ducatu populi cui etiā dñs dixit Deuteronomi vltimo tu introduces populū meum in terrā quam promiſi eis Similiter in exitu eiuſdē populi a captiuitate babylonica ſimul cum Zorobabelo principe fuit ieſus filius Joſedech ſacerdos magnus vt patet primi Eſdre 5 et Zacharie 1 Et hi reduxerunt hebreos in patriam ſuam Sȝ iſte ſaluationes aut liberatiões fuerunt particulares ⁊ in vno ſolo populo iudeorum noſter aūt ieſus totum genus humanū per totum mundū liberauit ⁊ non ſolum a captiuitate corporali ſed principalius a ſpirituali que eſt maximū hominis malū

*Jeſus prolatio.*

Denotat etiam nomē ieſus ſaluationem ex latina eius prolatione qua efficitur nomen biſſyllabū cuius prior ſyllaba/ie/ duabus conſtat litteris ſequens vero/ſus/tribus litteris In prima ergo ſyllaba/denotatur chriſti humanitas/conſtans ex anima rationali et carne duabus partibus eius ſecunda refertur ad diuinitatem chriſti cui a triplici creatura debet̃ honor Phil 2 In nomine ieſu omne genu flectatur celeſtiū terreſtrium ⁊ infernorum Saluatio autē humani generis in duabus chriſti naturis cōpleta eſt dicēte Leone papa in ſermone natiuitatis niſi enim eſſet verus homo non preberet exemplum/ ⁊ niſi eſſet verus deus non afferret remedium nre ſaluationis Jeſus ergo tantū ſignificat ſicut Emanuel hebraicum vel ſicut verbum caro factū eſt propter noſtram ſalutem

*Jeſus deſcriptio.*

Scribitur etiam a latinis ieſus abreuiatū hoc modo ihs et ſic etiam ſignificat ſaluationē qȝ repreſentat chriſti paſſionē qua ſaluati ſumus na littera media/h/chriſtū pendentem in cruce figurat cum titulo ſuperpoſito Habet enim tres lineas linea eius recta eſt lignū crucis linea curua corpus chriſti linea deniq; ſuperior tranſuerſalis eſt vt titulus crucis due autem alie littere extreme ſignificat duos latrones cū ieſu crucifixos itaq; littera/J/ q̄ eſt linea recta ſignificat bonū latronē qui recte iudicauit de chriſto ⁊ de ſeipſo Luce 23 Sȝ littera/S/curua vel tortuoſa eſt quaſi malus latro q̄ blaſphemias irridebat chriſtū duo tandē puncta ex vtroq; latere huius nominis ſcripta repreſentant virginem Maria ⁊ ſctm̄ Joānem quorum vita tūc erat quaſi in pūcto pre nimia triſticia atq; anguſtia

*Excellentie nois ieſu.*

Eſt inſuper hoc nomen ieſus glorioſum ſua ſublimitate/delicioſum ſuauitate ⁊ virtuoſum ſua poteſtate de primo dicitur Phil 2. in nomine ieſu omne genu ⁊c̄ Quia eſt nomen tante ſublimitatis aut excellentie qđ ipſum venerātur angeli in celo/ reuerentur homines in terra/ atq; tremūt demones in inferno De ſecūdo ait Bernardus ſup cantica ieſus in ore mel/in aure melos/in corde iubilus / letificatq; omnes ſenſus hominis De tertio dixit chriſtus Marci vltimo in nomine meo demonia eijcient/ſerpentes tollent ⁊c̄

*Uirtutes nois ieſu*

Poteſt etiā dici ꝙ omnes virtutes ſtellarum/lapidum/ herbarum/⁊ aliarum medicinarum precioſiſſimarū per quandam excellentiam eminenterq; continentur in nomine ieſu nam propterea pſalmiſta dixiſſe creditur Beatus vir cuius eſt nomen domini ſpes eius et non reſpexit in vanitates et inſanias falſas gentilium quas in hoc primo die ianuarij obſeruare ſolebat ponentes ſpem fatalem in quibuſdā falſis dijs/⁊ in quibuſdā vanis muneribus que hiſpane dicuntur(aguinaldos) quaſi illa munera placarent deos ſuos vt ſaluarent eos liberarentq; ab omnibus malis ⁊ periculis per totū annū

*Tertius ps euāgelij.*

De auctoritate vero imponentis hoc nomē ieſus dicit tertio euāgeliſta ꝙ vocatū eſt ab angelo priuſq; in vtero cōciperet̃ vbi notandū ꝙ hoc nomē fuit a deo patre eternaliter ordinatū/a prophetis figuraliter deſignatū/ ab angelo myniſterialiter denūciatū/⁊ ab hominibus temporaliter publicatū hoc enī ordine omnia chriſti myſteria proceſſerūt De primo horū q̄tuor dicitur Hieremie 23 Ecce dies veniet dicit dñs et ſuſcitabo Dauid germē iuſtū ideſt meſſiā de progenie dauid ⁊c̄ Et hoc eſt nomē qđ vocabūt eum dns deus iuſtus nr̄ qȝ ergo vocat̃ deus ideo ieſus nō enī eſſet ſaluator niſi eſſet deus ite Eſaie 54 Uocabit̃ tibi nomē nouū qđ os dñi nominauit ſcȝ ab eterno De ſcđo dr̄ Abacuch 3 Ego exultabo in dño deo ieſu meo ⁊ Zacharie 3 Oſtendit mihi dñs ieſum ſacerdotē magnū ſtante coram angelo dei et Eccleſiaſtici. 46 Fortis in bello ieſus naue ⁊c̄ De tertio patet in euangelio hodierno ꝙ hoc nomē vocatū eſt ab angelo ſup quo Origenes dicit nomē ieſu glorioſū nō decuit primū ab hominibus apellari aut ab eis afferri in mūdū. ſȝ ab angelis a deo miſſis De q̄rto ēt patet in eodē euangelio qȝ vocatū eſt ſcȝ a circūcidentibus hominibus nomē eius ieſus Et hoc quidē valde cōuenienter qȝ noīa debent proprietatibus rerū ſuarū correſpōdere ſi bene fuerit eis impoſita ⁊ hoc q̄dē palā fit in cōmunibus noībus generū ⁊ ſpecierū q̄ Adā dicitur impoſuiſſe denotātia rerū naturales proprietates De noībus aūt proprijs ſingulorū hominū q̄ ab hominibus ſunt impoſita dicimus ꝙ nō ſemp cōſonāt rerū proprietatibus qȝ ex diuerſis occaſionibus ⁊ fantaſijs hominum talia noīa ad placitū imponūt̃ ea tn̄ noīa q̄ a deo ſunt impoſita aliquibus hominibus ſemper denotant aliquod donū gratuitū eis diuinitus collatū vt Abrahā Geneſis 17 Sic vocatus eſt a deo qȝ patre excelſum ⁊ multorū gentiū eū

conſtituebat patrem ſcʒ fidei Similiter Joānes
baptiſta hoc nōie vocatus eſt ab angelo Luce I
Quia gratia plenꝰ fuit ab vtero matris ſue ⁊ qꝛ
gratiam diuine incarnationis et aduentus meſ
ſie predicaturus erat item petrus Mathei 16 a
chriſto nominatꝰ eſt a firmitate petre quam con-
feſſus eſt et ſic de alijs multis Quia ergo homi-
ni chriſto hoc munus gratie collatū erat a patre
ſuo vt ſaluaret totū genus humanū a dānatione
mortis ⁊ a tyrannico imperio diaboli ideo coue-
nientiſſime nome ſaluationis quod eſt ieſus ſibi
impoſitū eſt De cuius nominis excellentijs plu
ra me loqui inſufficientē iudico ideo ſuperſedeo

## Caput vndecimum de

vnico officio dominice poſt natiuitatem domini
quo infantie vtriuſqꝫ chriſti veri ſcilicet et myſti
ci conuenientibus thropis declaratur

Argumē-
tū officij.



Eractis
iā dominice nati
uitatis myſterijs
maxime ad ſen
ſum hiſtoricū de
chriſto vero in q̄
eccia chriſtiani po
puli natiuitas ſi
ue exordiū figu-
ratum eſt in pa-
ſtoribus illis qui
chriſtum in preſe
pio adorouerūt primitie iudeorum ⁊ in Magis
qui ab oriente venerunt ad eundē in cunis ado-
randū primitie gentilium cōſequens eſt vt rep-
petito eiuſdem naſcentis eccleſie exordio de in-
fantia eius per cōſimilia geſta infantie chriſti ve
ri in hoc officio pertractemus Sane licet in pa-
ſtoribus iudeis et in Magis gētilibꝰ ſignificatū
fuerit exordiū eccleſie chriſtiane tpore natiuita-
tis chriſti ipſa tñ (q̄ in apoſtolis incepiſſe dicit)
vere ⁊ realiter nō incepit vſqꝫ ad baptiſmū ⁊ pre
dicatione chriſti eo iā conſtituto in etate perfecta
Eſt enim regula philoſophorū veriſſima qꝛ ens
in potētia non poteſt reduci ad actū niſi p aliud
preexiſtēs iam perfectū in actu cum igitur fide-
lium eccl'ia ſit collecta ex iudeis et gentilibꝰ ad
huc exiſtentibus in potētia ad perfectione gratie
euāgelice q̄ per baptiſmū ⁊ doctrinam chriſti ac
quirit iuxta illud apoſtoli Jacobi I Voluntarie
genuit nos in verbo vite per lauacrum regene-
rationis Cōueniens fuit vt populus chriſtianus
dicat incepiſſe p natiuitate ſpirituale a deo poſt
inſtitutione ſacramēti baptiſmi quādo ipſe chri-
ſtus incepit predicare ad qđ officiū decuit ipſum
habere etate perfectā Inſtituit aute ſacramentū
baptiſmi quādo ipſe incipiens annorū quaſi tri-
ginta a Joane baptizatus tactu ſue mundiſſime
carnis aquas ſanctificauit vt eſſent apta materia
baptiſmi fuit ergo vera ⁊ realis natiuitas ſpiri-
tualis populi chriſtiani quādo chriſtꝰ p ſuam p̄
dicatione miraculis cōfirmatā diſcipulos cōgre-
gauit ⁊ baptizauit ad hoc vt in eis eccl'ia ſua in-
ciperet Et illa diſcipulorū iā baptizatorū in do-
ctrina chriſti adunatio vel cōgregatio eſt naſcētis
eccleſie exordiū ¶ Diſcipuli vero ſic in chriſto re-
generati fuerūt paulatim extrahēdi ⁊ ſeparandi
ab amore honore terrenorū a cerimonijſqꝫ carna
libus ve le per doctrina chriſti in ipſa adhuc ec-
cleſie infantia ideſt antequā ipſa ſciret p̄dicare do-
ctrinā chriſti ⁊ illa apoſtolorum aliorūqꝫ diſcipulorū
per doctrina chriſti ſeparatio a carnalibꝰ deſide-
rijs fuit quedā ſpiritualis circūciſio chriſti myſtici
q̄ in precedēti capl'o declarata eſt per ſepte dies
ſue infantie perueniēdo ad octauū ſue circūciſio
nis Ad idē propoſitū faceret officiū purificatio
nis de alijs cerimonijs legalibus circa puerum
ieſum obſeruatis quadrageſimo die a ſua nati
uitate quibus ſimilia myſteria ſignificata ſunt in
chriſto myſtico tempore ſue infantie in quadra-
ginta menſibꝰ predicatiōis chriſti qbus apoſtoli
lacte doctrine chriſti nutriti ſūt ac deinde a car
nalibꝰ immūdicijs purificati Durauit aūt eccle
ſie chriſtiane infantie a ſua natiuitate (q̄ fuit apo
ſtolorū vocatio per baptiſmū ⁊ p̄dicationem chri
ſti vt diximꝰ) vſqꝫ ad miſſionem ſpūſſancti in eos
in die penthecoſtes cuiꝰ gratia repleti ceperūt lo
qui magnalia dei varijs linguis oium gentiū vt
dicit Actuū 2 Et ab illo tp̄e incepit eccleſie pue-
ricia quemadmodū in chriſto vero p̄cipiū pue
ricie dictū eſt quādo ipſe lingua ſue carnis ince-
pit humana verba formare more aliorū puerorū
de qua eiꝰ etate in officio ſequentis dñice fiet ſer
mo Officiū ergo huius diei (qđ fere ſemper poſt
circūciſionem ⁊ ante epyphaniā celebrat) per hi-
ſtoria refferendū eſt ad infantiā chriſti myſtici q̄
tota fuit in cōuerſis ex iudeis ideo in matutinis
⁊ laudibꝰ atqꝫ in alijs horis diurnis ad hoc ꝓpo
ſitū infāte eccleſie repetit multa ex dictis in die
natalis dñi ad infantiā chriſti veri pertinentibꝰ
neqꝫ habet hec dñica aliquid ꝓpriū p̄ter miſſale
officiū Cuiꝰ introitus Dū mediū ſilentiū tenerēt
Sapi 16 Qualitatem temporis in quo chriſtꝰ ve-
rus natus eſt explicat qꝛ in tpore magni ſilētij
qđ triplex poteſt intelligi Primo vt ſit ſermo de
ſilētio naturali qꝛ natꝰ eſt in capite hyemis q̄ eſt
ſilentiū oium terre naſcentiū oia eñ vegetabilia
terre in hyeme dormire videntꝰ. Natꝰ eſt etiā chri
ſtus in media nocte quado oes homines dormiunt
in ſilētio cubiculi ſui Scđo poteſt intelligi de ſi-
lentio legali quādo (vt diximꝰ in q̄rta dñica ad-
uentꝰ ſcriptores librorū ve le ceſſauerat ⁊ ſilebāt
nulla etiā erāt tūc oracula prophetarū quibꝰ deꝰ
loqueret ad eos eratqꝫ ſuper iudeos obſcura nox
tyrānice gubernatiōis regis alienigene ablato iā
ceptro de tribu iuda vt impleret ꝓphetia Jacob
Gene 49 Nō auferet ſceptrū de iuda donec ve-
niat meſſias Tertio pōt intelligi de ſilētio ciuile
qꝛ natꝰ eſt in tpe maxime pacis quo oia bella ho
minū ſilebāt in toto mūdo cū oes tūc fere hoies
ſubiecti eſſet vni ſupremo monarche iperatori ſcʒ
romano a cuiꝰ facie ſiluit ois terra ſicut etiā de re
ge Alexādro idē dr̄ I. Mach. I In medio ergo hu

Natiui-
tas eccl'ie
chriſtiane

Circunci-
ſio eccl'ie.

Purifi-
catio ec-
cleſie

Infantia
eccleſie.

Puerī-
cia eccl'ie

Introitꝰ
miſſe.

lus ſilentij ciuilis natus eſt chriſtus vt implere-
tur prophetia Eſaie 2. Non leuabit gens cōtra
gentem gladium neqꝫ exercebuntur ad prelium
vltra/⁊ pacis non erit finis Cum illo tn̄ ſilentio
pacis currebat nox obſcuriſſima ydolatrie apud
omnes ferme homines quam deſignabat nox
natiuitatis chriſti Erit ergo ſenſus hiſtoricus de
chriſto vero Dum mediū ſilentium teneret om-
nia predictis modis et nox predicta ydolatrie in
ſuo curſu medium iter haberet omnipotens ſer-
mo tuus domine id eſt verbum tuum/ſeu filius
tuus verus deus omnipotens venit ad nos per
natiuitate temporalem a regalibꝰ ſedibus/id eſt
a dextera tue maieſtatis in qua ſedet vel ex vte-
ro virginis regie que etiā fuit ſedes dei. Sed ad
quid venerit declarat verſus ſequens Dominus
• regnauit decorem. pſal. 92 Quia venit ad regnā-
dum in toto mūdo non quide temporaliter quā-
tum ad corpora ſed ſpiritualiter quantū ad ani-
mas quas diabolus tenebat tyrānice captiuas
ad quas liberandas indutus eſt fortitudinem et
precinxit ſe ad bellum contra diabolū. vnde ipſe
dixit Joannis 12 Nunc princeps mundi huius
eijcietur foras quo eiecto chriſtꝰ regnauit in mū-
do princeps pacificus et regnum eiꝰ in terra eſt
eccleſia ſuorū fidelium quam (vt diximus) ver-
bo vite ⁊ lauacro regenerationis genuit in ma-
Oratio. gno ſilentio ad ſenſum datū Oratio Dirige actꝰ
noſtros applicat introitum moraliter ad preſen-
tes petes eis gratiā a deo qua dirigātur ad cō-
tinuandam nouam vitam inchoatam in chriſti
natiuitate quatenus per eam paulatim creſcāt
cum chriſto creſcente quod eſt bonis operibus
Ep'le ar- abundare ¶ Epiſtola. Quāto tēpore heres par
gumentū. uulus eſt Gal 4. Eſt deuotus ſermo prelati ſiue
primitiue eccleſie ſiue noſtri temporis agens de
augmento ſpirituali fidelis populi quod in ora-
tione petebatur Et per hiſtoriā intedit exponere
qualitatem ſtatus infantie chriſti / ſiue veri ſiue
myſtici quādo ſub cerimonijs veteris legis ver-
ſabatur adhuc paruulus quaſi puer exiſtes ſub
tutoribus In hoc ergo ſenſu epiſtola habet tres
partes Prima quadam conſuetudinem homi-
num ſecularium pro parabola introducit Secū-
da ibi. ita et nos predictam parabolam ad pro-
Prima ꝑte. poſitum applicat Tertia ibi quoniam aūt eſtis
finē infantie in libertate ſpiritꝰ declarat Conſue-
tudo dn̄orum ſecularium in educatione ſuorum
filiorū talis eſt. ꝙ quilibet eorū habens primoge-
nitum filium futurū heredem ſue dominatiōis
hoc modo educat illū ꝙ quāto tēpore ille heres
paruulus eſt non appareat dn̄s ſet ſeruus ideo
pater facit illum eſſe ſubditū alicui magiſtro vel
pedagogo q̇ eū doceat/inſtruat/⁊ corrigat/ac de-
niqꝫ ſic tractet eū vt appareat ſeruꝰ eius cum tn̄
ſit futurus dn̄s om̄ bonorum patris/⁊ ſucceſſor
eiꝰ in dn̄io ideo in toto tempore ſue puericie eſt
poſitus ſub tutoribꝰ ⁊ autoribus id eſt precepto-
ribus et hoc vſqꝫ ad tempus perfecte etatis ſue
quādo iā ſciat ſeipſum bene regere ſecundū pa-
tris ſui diffinitione. Quādo autē venit illud tem-
pus ſue plenitudinis/id eſt perfecte etatis pater
liberat eum ab illa ſeruitute/ſtatuitqꝫ ad dexterā
ſuam vt ſedeat cū eo in menſa/ facitqꝫ ipſum par-
ticipem dominationis atqꝫ gubernationis ſue.
Huius parabole applicatio hiſtorica duplex eſt:
de infantia duplicis chriſti/veri ⁊ myſtici ſed alte-
ram tantū explicat textus nr̄e epiſtole: ſcilicet de
chriſto myſtico in ſecūda parte Nos aūt pro cō-
plemeto huius partis/prime applicationem hi-
ſtoricā de chriſto vero explicemꝰ qui primo miſ-
ſus a patre in mundū apparuit puer paruulus.
Ideo poſitꝰ eſt ſub gubernatiōe Marie matris
⁊ Joſeph nutricij ac tutoris ſui eratqꝫ Jeſus ſub-
ditus illis vt dr̄ Luce 2. Poſt etate vero puerilē
factus vir adulte etatis/liberatꝰ eſt ab illa ſubie-
ctione vnde in baptiſmo ſuo pater eiꝰ dixit Hic
eſt filius meꝰ dilectus Matthei 3 per hoc ſigni-
ficare volens ꝙ iam non erat ſeruus/ aut ſubie-
ctus alijs hominibꝰ ſed quaſi liber collocandus
ad patris dexteram factus particeps ſue dn̄atio-
nis qua deinceps ipſe gubernaret fideles ſeruos
dei etiam eos a quibus ip̄e prius gubernabatur.
nam matri ſue precipienti de prouiſione vini in
nuptijs reſpondit ipſe quaſi iam liber ab illa
ſubiectione quid mihi et tibi eſt mulier Joānis.
2 Et ita deinde in actibus ſuis ſeſe oſtendit fili-
um dei equalem patri heredem ⁊ dominum vni-
uerſorum bonorū eius Applicatio parabole ex- Scd'a ꝑs
preſſe in textu epiſtole eſt de chriſto myſtico id eſt epiſtole.
de populo dei qui etiam eſt filius eius per ado-
ptione/⁊ heres omnium bonorum ſuorum Iſte
tn̄ꝗ populꝰ fidelium prius fuit paruulus in co-
gnitiōe diuinorum ſecretorum ⁊ in participatio-
ne donorū dei ſcꝫ a principio mundi in lege na-
ture q̇ fuit velut infantia eius deinde ſubiectus
eſt iugo legis veteris nutriendus quaſi puer ſub
pedagogo vt ap'lus declarat Gal 3 Donec venit
etas perfecta populi dei ſub lege euangelica in
qua etiam a principio eccleſia chriſtiana in pau-
cis illis diſcipulis chriſti fuit q̄ſi infans ante ad-
uentum ſpiritusſancti in eos ac perinde ſubiecta
tutoribꝰ et pedagogis dum obſeruabat ſub do-
ctrina chriſti cerimonias ve le Dicit ergo textus
epiſtole Ita et nos cum eſſemꝰ paruuli in le ve.
eramus ſeruientes ſub elemētis mūdi id eſt ſub
cerimonijs corporalibꝰ legis At vbi venit pleni-
tudo temporis id eſt tēpus plene ⁊ perfecte etatis
populi dei qua adultꝰ in cognitiōe diuinorū poſ-
ſet ſeipſum regere ꝑ clariore doctrinā legis euā-
gelice: miſit deꝰ filiū ſuum naturale ieſum chri-
ſtum dn̄m nr̄m factum hoiem ex muliere virgine
matre eiꝰ factū ſub lege/id eſt obſeruante a prin-
cipio eccleſie ſue cerimonias legis ad imponen-
dum eis fine vt eos q̇ ſub lege erāt ſeruos dei re-
dimeret/id eſt abſolueret a ſeruitute legis q̄ſi iam
adultos ⁊ liberos ⁊ vt adoptionē filiorū dei reci-
peremꝰ id eſt declararemur a deo filij eiꝰ/ ꝑ ado-
ptionē gr̄e ad recipiendā hereditate bonoꝝ cele-
ſtiū dicēte chriſto Joānis 16 Iā nō dicā vos ſer-
uos ſed amicos Finita itaqꝫ nouelle eccleſie in- Tercia ꝑs
fantia ac puericia ⁊ liberata ip̄a a ſeruitute ⁊ ſub- epiſtole.

rectione quā habebat ſub pedagogo legis Moi-
ſi data eſt et libertas per infuſionem gratie ſpi-
ritusſancti in cordibus fidelium qꝫ vt apoſtolus
dicit vbi ſpiritus domini ibi libertas ideo ſubdi
tur in textu noſtre epiſtole qm̄ aute eſtis filij dei
per gratiā baptiſmi adoptati p vnigenitum filiū
eius miſit deus ſpiritum ſanctum pͥmo quidē
viſibiliter ſup apoſtolos ꝛ alios diſcipulos chꝛi-
ſti/ deinde inuiſibiliter ſuper oēs fideles deuote
recipientes ſacramenta chꝛiſti miſit inq̄ꝫ ſpiritum
filij ſui in corda veſtra infundendo dona gratiarū
Spiritum dico clamantem ideſt clamare vos fa
cientem vt clare ꝛ publice audeatis ipſum deum
vocare patrē (quod nomen hebꝛaice dicitur/ab/
ſiriace abba) qd nō audebatis prius dicere ſub
lege veteri in infantia/vel puericia veſtra ſed vo-
cabatis deum dn̄m quod eſt nomen timoꝛis ri-
goꝛis ꝛ ſeruitutis pater aute eſt nomen amoꝛis
et libertatis Eccleſia ergo chꝛiſtiana poſtq̄ꝫ rece-
pit ſpiritūſanctum ꝛ exceſſit iam ſuam infantiam
iam non eſt populus imperfectus et ſeruus ſed
declaratus eſt liber ꝛ filius dei.ꝙ ſi filius ergo ꝛ
heres boноꝝ dei particepsq̄ꝫ honoꝛis paterni. et
hāc gratiā libertatis iuriſq̄ꝫ hereditarij accepit fi-
delis populus per deū dei filiū apud homines
Moꝛali- natum vt eſſet mediatoꝛ inter eos ꝛ deum Mo-
tas. ralis ſenſus huius epiſtole de vnoquoq̄ꝫ fideliū
ſeoꝛſum non differt a predicto ſenſu hiſtoꝛico de
tota eccleſia ſimul quilibet em̄ fidelis naſcitur
in chꝛiſto per baptiſmū ꝛ detinetur ſub regimine
prelati / aut curati ſui quaſi puer ſub pedagogo
vel magiſtro donec iam ſit roboꝛatus in gratia
per virtutem cōfirmationis ꝛ alioꝛum ſacramen-
toꝛum itaq̄ꝫ aſſuefactus in exercitijs chꝛiſtiane re-
ligionis per multa virtutū opera nam tunc iam
adultus ꝛ perfectus in religione non indiget re-
gimine ſuperioꝛis ſed potiꝰ ipſe poteſt alios re-
gere et dicere cum Paulo apoſtolo cum eſſem
paruulus ſapiebā ꝛ loq̄bar vt paruulus poſtq̄ꝫ
aūt factus ſum vir euitaui que erant paruuli et
que retro ſunt obliuiſcens ad ſuperioꝛa me extē-
do q d iam non ſum ſeruus ſub tutoꝛibus ꝛ au-
toꝛibus ſed liber ab eis aptus ſum ad participā-
dos honoꝛes dei mei ꝛ gubernationis paterne
G.adua- Cantus gradualis Specioſus foꝛma pſal' 44
le. Laudat pulchꝛitudinem ꝛ gratiā vtriuſq̄ꝫ chꝛiſti
veri ꝛ myſtici filij dei pre alijs omnibus filijs ho
minum ꝛ populis nationum verſus Eructauit
coꝛ meum principium eiuſde pſalmi decatat ec-
cleſie exultationem et gaudium propter benefi-
cium ſue adoptionis in filium dei per gratiā ie-
Aleluia. ſu chꝛiſti qui eſt filius dei naturalis Aleluia Do
minꝰ regnauit pſal' 92 Vel tolle puerum ꝛ ma-
tre eiꝰ et vade in terra iuda Matthei 2 Nouā ec-
cleſiā chꝛiſtianam (que eſt regnū chꝛiſti in terra)
d cantat liberatam eſſe a ſeruitute veteris legis
ſimiliter et peccati infidelitatis deductāq̄ꝫ ad ter-
Euāgelij ram confitentium dn̄o in libertate ſpūs Euā-
argumen gelium erant ioſeph ꝛ Maria mirātes Luce 2 In
tum. ſenſu hiſtoꝛico pertractat eccl'ie chꝛiſtiane infan-
tiam ac puericiā ſub Thypo infantie ac puericie
chꝛiſti ieſu de quo loquitꝛ in ſenſu litterali q ſen-
ſus qꝛ ſpeciales quaſdā habet difficultates ſimul
cum hiſtoꝛico erit a nobis hic pertractadus Hi-
ſtoꝛia huius euāgelij ad littera texitꝛ poſt myſteriū
purificationis virginis marie ꝛ pꝛſentatione pueri
ieſu in tēplo q̄uis propter hiſtoꝛica intelligentiā
huius officij dn̄icalis de chꝛiſto myſtico opoꝛtuit
in libꝛo miſſali lectione huius euāgelij premitti
lectioni de purificatione predicta et diuiditꝛ hoc
euāgeliū in tres partes. Pꝛima explicat ſymeo-
nis prophetiam Scd̄a ibi et erat Anna adiūgit
in teſtem Annam prophetiſſam Tertia ibi et vt
perfecerūt chꝛiſti veri cōcludit pꝛoficietem pueri
Pꝛima tiam Igitur poſtq̄ꝫ ſanctiſſimꝰ ille ſacerdos Sy-
pars. meon puerū ieſum in teplo pꝛeſentatū recepe at
cum ſuis oblationibꝰ ipſumq̄ꝫ peractis iam ceri-
monijs ſue pꝛeſentationis m̄atri ſue reſtituerat
ſeries textus habet qd ioſeph chꝛiſti nutricius et
maria mater eius mirabātꝛ ſuper his verſis pꝛo-
pheticis que dicebantur ab alijs de illo puero.
nam Symeon in canticu ſuo. Nunc dimittis
multa dixerat de chꝛiſto et ſimiliter Anna pro-
phetiſſa a paſtoꝛibus quoq̄ꝫ et magis chꝛiſtum
adoꝛantibus multa audierant quibus puerum
ieſum miris laudibus extollebant. mirabantur
ergo de his omnibus que dicebantur non quia
ignota eſſet eis pueri ieſu diuinitas ꝛ excellen-
tia. de qua iam inſtructi erant per angelos Sed
mirabantur de gratia dei hec ſecreta alijs homi-
nibus reuelante per internam inſpirationem
que eis erāt reuelata per angelicam apparitio-
nem vel mirabantur ideſt venerabantur gaudē
tes chꝛiſti myſteria per alioꝛum voces audire q̄
ipſi in ſecreto nouerant Unde magis ac magis
quotidie firmabantur in fide chꝛiſti per teſtimo
nia vndiq̄ꝫ concurrentia ex reuelatione diuina.
Similiter fideles pꝛimitiue eccleſie mirabantur
ſepius de his que in ſacris ſcripturis a diuerſis
prophetis dicebātur de myſterijs chꝛiſti que ipſe
viderant impleta eſſe ſuo tempoꝛe puta de eius
cōceptione/natiuitate/pꝛedicatiōe/paſſione/reſur
rectioe/ꝛ aſceſione Sequitur textꝰ et cū Symeō
voluiſſet eos expedire in domū ſuam bn̄dixit il-
lis ex moꝛe ſacerdotali Sed ſpecialiꝰ ad virginē
mariā matrē pueri ieſu dirigens ſermonē hec pꝛo-
phetādo dixit Ecce ideſt attēde mater virgo hic
filius tuꝰ quem hodie in tēplo pꝛeſentaſti poſitꝰ
ē a deo in hoc mūdo vt ſit in ruinā aliquoꝝ in po
pulo iſrael i erit eis occaſio cadēdi in peccatum
infidelitatis qꝛ vt ap'lus petrꝰ ait ex verbis Eſaie
chꝛiſtus e nō credentibꝰ lapis offenſiōis ꝛ petra
ſcadali.et poſitꝰ eſt vt ſit in reſurrectione multoꝝ
in iſrael ideſt vt multi p eū reſurgāt a peccatis nec
tn̄ ſequitꝛ ꝙ ipſe faciat aliquos cadere in peccatū
ſcādalo ſuo actiuo ſꝫ potiꝰ ſcādalo accepto a ma
lis hoibꝰ qꝛ ipſe poſitꝰ e a deo vt ſit hoibꝰ in ſignū
ad qd aſpicientes exēplar oīum bonoꝝ poſſint
fieri boni ꝛ reſurgere moꝛaliter Et cū in eo nihil
mali appareat nihilominꝰ ex hominū malicia a
multis ei cōtradicetur impugnātibꝰ doctrinā vi-
tā ꝛ miracula eiꝰ qꝛ inuidebūt copioſe gratie dei

ſibi conceſſe ⁊ hoc modo erit eis chriſtus in rui-
nam ⁊ lapidē offenſionis. Alijs vero qui ex do-
ctrina ⁊ ſanctis exeplis eius/atq̧ miraculis con-
uertentur ad deum erit chriſtus in reſurrectione
Sed quia contradictio malorum in eum erit fre-
quentior ⁊ multiplici /q̄ȝ ſequella bonorum in
tantum vt non ceſſent eum perſequi donec affi-
ciāt eum morte crudeliſſima.ideo addit Simeō
et tuam ipſius animam pertranſibit gladius
Paſſio enim chriſti gladius dicitur quo aia vir
ginis matris fuit trāſfixa preniımio dolore cōpaſ
ſionis Erit ergo ſenſus talis/o virgo mat̄ ſpecio-
ſiſſima intantum contradicetur a malis homini-
bus huic filio tuo poſito in ſignum q̄ gladius
ideſt paſſio ipſius acerbiſſima pertrāſibit animā
tuam modo predicto ideo oportet te eſſe premu-
nitam mira paciencia vt anguſtiam illius diei
valeas equanimiter tollerare et hoc permittet
deus in te ⁊ filio tuo vt reuelentur tunc multorū
cordium cogitationes varie. quia tūc apparebit
qui ſint fideles/⁊ qui reſurgant per eum quiue
infideles ⁊ ruant offendentes in eum ⁊ inter fi-
deles apparebit differētia ideſt qui ſunt firmi et
qui debiles in fide·nam in paſſione chriſti mon-
ſtrati ſunt perſecutores eius perfidi iudei qui ſe-
pius blādiebātur ei in facie/ oculto dolo in cor-
de Similiter diſcipuli eius monſtrati ſunt debi-
les ⁊ infirmi.quia omnes relicto eo fugerūt·⁊ in
ſola virgine matre remāſit firma fides/alijq̧ om
nes ſcandalizati ſunt Hec Simeonis ꝓphetia
per hiſtoriam deſignat perſecutionem primitiue
eccleſie ab eiſdem perfidis iudeis nam populus
chriſtianus fuit eis quaſi ſignum et exemplar to
tius ſanctitatis poſitus in ruinam ⁊ reſurrectio-
nem multorū in iſrael ad ſenſum datum de chri-
ſto vero ſed huic ſigno ipſi contradicentes per-
ſecuti ſunt chriſtianos de ciuitate in ciuitatē tra-
hentes eos vſq̧ ad mortem multiplicem de qua
dn̄s Matthei 23 Ecce ego mitto ad vos prophe
tas ⁊ ſapietes ⁊ ex eis flagellabitis et ex eis occi-
detis ⁊c Propterea illud euangelium legitur in
die ſancti Stephani a iudeis lapidati Et illorū
martyrum paſſio fuit matri eorū ſynagoge gla-
dius qui penetrauit animā eius nam propter
peccatum perſecutionis ⁊ occiſionis chriſti ⁊ diſ-
cipulorum eius tradita eſt ciuitas Hieruſalem ⁊
totum regnum iudeorum in ore gladij ſub Tyto
duce Romanorum imperante Veſpaſiano Et
in tali iudeorum excidio reuelate ſunt multorū
cordium cogitationes q̄r declaratum eſt qui eo-
rum erant chriſtiani/et qui eorum perfidi iudei.
In gloſa autē Ordinaria miſtice exponit iſte lo-
cus euangelicus de perſecutione eccleſie quam
paſſura eſt tempore antichriſti quādiu enim mū
dus iſte durat chriſtus myſticus ſignum eſt cui
cōtradicitur ab infidelibus donec ꝑueniatur ad
finem ſub tyrānide Antichriſti /que velut gladi⁹
cruentiſſimus penetrabit animam ſancte matris
eccleſie vt reuelētur tūc ex multis cordibus chri-
ſtianorū cogitatiōes varie que modo abſcondite
ſunt.et non omnes qui apparent chriſtiani ſunt

veri chriſtiani Conſonat apoſtolus dicens opor
tet hereſes eſſe vt qui probati ſunt manifeſti ↄ̄t
in vobis Sed iſta expoſitio myſtica etſi uera ſit
non facit ad propoſitum huius officij quo de in
fantia et puericia populi chriſtiani agedum fuit
ad ꝓportionem infantie et pueritie chriſti veri
circa teſtimonium ſancte Anne propheteſſe Lit- Scda ps euāgelij.
teralis intelligentia clara eſt de chriſto vero ſed
hiſtoricus ſenſus de chriſto myſtico per Annam/
intelligit eccleſiam que deſponſata fuerat deo ꝑ
fidem in baptiſmo chriſti.et vixit cum eo ſeptem
annis ideſt vltima hebdomade illarum ſeptua-
ginta quas deſcripſit Daniel propheta Cap 9
Sed manſit vidua per abſentiā corporalem ſpō-
ſi poſt aſcenſionē chriſti in celum que nihilomi-
nus ſpretis omnibus bonis corporalibus huius
vite vacabat cōtinuis ieiunijs et orationibus ꝓ-
dicās laudes pueri ieſu omnibus iudeis qui ex-
pectabant redeptionem iſrael ⁊ conteſtans quia
hic eſt verus chriſtus patribus promiſſus in le-
ge moyſi et prophetis Hanc vite fidelium perfe
ctionem ſignificat numerus ille octoginta quat
tuor q̄ ſunt ſepties duodecim nā ſeptenari⁹ gra
tiam ſpiritusſancti ſignificat·duodecim vero do-
ctrinam reffert apoſtolicā in qua qui pſeuerauē
rit ſicut Anna vidua merebit videre ieſum De-
mū expletis legalibus obſeruātijs circa puerum
ieſum ſicut Mattheus euāgeliſta narrat ioſeph ⁊
maria mater eius fugerunt cum eo in egyptum
et poſt mortem Herodis reuerſi ſunt in galileam
ad ciuitatē ſuam Nazareth in qua vt Lucas hic
dicit:puer Jeſus creſcebat corpore ⁊ confortaba-
tur animo paulatim vſq̧ ad finē pueritie de quo
in officio ſequentis dominice. Per hiſtoriam ve Tertia ps euāgelij.
ro de chriſto myſtico dicimus q̄ ſimiliter eccleſia
dei in ſua pueritia ideſt tempore quo apl̄i ⁊ alij
diſcipuli predicauerūt in iudea vſq̧quo Petrus
princeps apoſtolorū venit Romā multas paſſa
eſt perſecutiōes/fugatiq̧ ſunt chriſtiani per diuer
ſas ciuitates ⁊ regiones a facie perſequentiū ma
xime iudeorū. Sed euerſo toto iudeorum regno
licuit chriſtianis de genere illo ad patriam redi-
re ibiq̧ habitare in flore trāſmigrationis ideſt in
grā ſpūſſancti q̄ dirigebat fideles peregrināntes in
hoc ſeculo ⁊ ꝑ mortem ꝓcioſam trāſmittebat eos
in paradiſum Illo ergo tēpore chriſtus myſtic⁹
paulatim creſcebat ⁊ numero ⁊ merito fideliū cō
fortabaturq̧ in ſapientia ⁊ grā doctorū ⁊ prelato
rum aliorūq̧ ordinū eccl̄ie dei Moraliter vero ꝑ Moralitas.
ieſum intellige deuotū chriſtianū q̄ deſiderat ſal
uare aīam ſuam ꝑ Mariā intelligi debet mater
ei⁹ eccleſia catholica per Joſeph accipe prelatū
eccleſie ſponſum per Symeonem predicatorem
plenum ſcientia dei per Annam propheteſſam
ieiunijs et orationibus in templo dei ſemper in
tentā poteſt intelligi deuota religio fratrū in cō-
uentu viuentiū.⁊ deniq̧ ꝑ Nazareth ſignificatur
celeſtis glīa tota plena floribꝰ ſanctorū Quādo
ergo fidelis ſeruus dei inſtinctu ſpūſſancti cōuer-
tit ad deū magno zelo ⁊ feruore deuotiōis quaſi
ſi de nouo naſceret̄ in chriſto tūc mater ei⁹ eccl̄ia

etioſeph p̾latus mirantur de his que ab alijs fidelibus dicuntur de illo qualiter ſcꝫ mutatus eſt in alterum virum Benedictio ſimeonis eſt cõmẽdatio predicatoris ⁊ aliorum fidelium qui in illo deum laudant. Sed continuo talis homo ad deum conuerſus eſt poſitus in lignum cui cõtra dicitur a multis ⁊ patitur perſecutiones a mundanis vel irridentibus vel exprobrantibus aut inuidentibus ei et propterea dicitur poſitus a deo in ruinam multorum ⁊ in reſurrectione aliorum qui bono eius exemplo reformantur Sed quantumcunqꝫ contradicatur ei a mundanis tamen deuoti ſacerdotes ⁊ boni religioſi laudant eum predicantes alijs virtutes eius ⁊ proponentes eum in exemplum bonorum operum quorum fauore ⁊ autoritate fidelis ille confortatur ⁊ creſcit in gratia dei ⁊ bona vita Quo contra ſi ꝓpter contradictiones malorum ipſe retrocedat a virtute ⁊ declinat bene viuere tũc ille quaſi moritur deo ⁊ mors ſeu perditio illius eſt gladius doloris qui penetrat ⁊ percutit animam ſancte matris eccleſie que valde triſtatur de perditiõe ſuorum filiorũ teſte apoſtolo qui ait prime Cor. 12. Quis infirmatur et ego non infirmor? Quis ſcandalizatur ⁊ ego non vror? ⁊c̃ Cantus offertorij

**Offertorium.** Deus firmabit orbem terre pſal. 92. In ſenſu hiſtorico de vtroqꝫ chriſto aludit ad finem euangelij vbi dicitur de confortatione ⁊ robore eius in ſua puericia qua ſemper creſcebat ad hoc vt permaneret in eternum Secreta oratio Concede quesumus domine exponit moraliter offertorium pro preſentibus petens acceptari ſacrificiũ euchariſtie oblatum ad impetrandam gratiam perſeuerantie in bonis inceptis Cantus com-

**Communio.** munionis Tolle puerum ⁊ matrem eius Matthei 2 Expoſitus eſt in tertia parte euangelij de reditu fidelium chriſtianorum qui erant de genere iudeorum in primitiua eccleſia ad patriam ſuam poſt euerſionem perfidie iudeorum vltima oratio per huius domine Applicat cõmuniõẽ moraliter ad preſentes optas eis dari gratiam qua purgati peccatis ꝑueniãt ad patriã celeſtis glorie.

# Caput duodecimum de officio epiphanie domini a vigilia illius feſti inchoato quo vocatio gentilium ad fidem chriſti declaratur ⁊ puericia eccleſie ſignificatur

**Argumentum officij.** Feſtũ natalis dñi commune gaudiũ fuit omniũ gẽtium quia pro ſalute omniũ naſcebatur Sed iudeorum ſalutem ſeorſum ſignificauit ſpecialiter feſtum circũciſionis in capite anni romani q2 eccleſie principium fuit in iudeis chriſti diſcipulis gentium autem vocationem denotat feſtũ epiphanie domini paucis interpoſitis diebus in aduentu magorum ab oriente ad adorandum regem chriſtum ſtatim natum ex virgine quia in puericia eccleſie apoſtoli chriſti facta ꝑdicatione in iudea ⁊ ſamaria pro conuerſione iudeorum ſtatim tranſierunt ad gentiles conuertendos Eſt tamen horum feſtorum ideſt circunciſionis et epiphanie tam differens ſolemnitas qualis ⁊ quãta fuit differentia illorũ iudeorũ ⁊ gentiũ qui primi chriſtũ adorauerũt ⁊ ſimiliter illorum qui poſtea predicatione apoſtolorum conuerſi primi ad fidem ⁊ ad eccleſiam chriſti venerunt. nam ex iudeis pauci/ex gentilibus plurimi conuerſi ſunt ad chriſtum tempore apoſtolorum et illi quidem plebei ⁊ ignobiles erant inter iudeos pro maiore parte iſti vero nobiles ⁊ potentes ſecundum ſeculum illos ſignificauerunt paſtores Bethlemitici chriſtum adorantes in nocte ſue natiuitatis hos vero magi ideſt ſapientes orientales q̃ duce ſtella terciodecimo die vſqꝫ bethleem peruenerunt Nimirum ergo ſi ſecundum eccleſiaſticam pompam officiorum diuinorum maior ſtat ſolemnitas epyphanie domini q̃ꝫ circunciſionis eius ⁊ propterea epyphanie data eſt vigilia ſolemnis a qua incipiat officium eius quod non niſi in magnis feſtiuitatibus conſueuit eccleſia

## De officio vigilie.

Per hiſtoriã vigilie epyphanie ſignificat pricipiũ puericie vtriuſqꝫ chriſti na in euãgelio agitur de reditu pueri Jeſu ab egypto in etate fere ſepte annorũ vite ſue et ſimiliter puericia eccleſie chriſti fuit tẽpus illud in quo noui chriſtiani adhuc multas habebãt imperfectiones Matutinale officium huius diei totum ferme ſumitur ex officio natalis domini vt in eo repetatur **Introitus misse.** hiſtoria natiuitatis populi chriſtiani eodem modo dicit de laudibꝰ ⁊ de alijs horis diei. Officium miſſale huius vigilie varium eſt apud varias eccleſias preter euangelium in quo omnes concordat nam eccleſia Romana cantus chori ſumit ex officio precedentis dominice alie quedam eccleſie cãtant officium tertie miſſe diei natiuitatis dñi alie habent quẽdam mixtũ modũ. **Oratio.** Oratio etiam vel collecta ponitur propria huic miſſe Corda noſtra quesumus domine et optat fideles preſentes participes fieri illius lucis que magos duxit ad chriſtum et illa participatio intelligitur per gratiam ſpiritusſancti qua expulſis peccatorum tenebris apti fiant ad tanti feſti celebritatem **Epiſtola.** Epiſtola Apparuit benignitas ſumitur ex ſecunda Miſſa diei natalis domini ibidem iam expoſita Alij dicunt epiſtolam priuſqꝫ veniret fides Gala 3 Et continuatur vſqꝫ ad fine capituli ⁊ ſententia eius eſt ſimilis fere epiſtole ꝓcedentis dñice q2 declarat imperfectione le. vt reſpectu magne perfectionis legis

euangelice. ⁊ breuiter earū differentia deſcribit
ſecundū coditiones ſeruitutis ⁊ libertatis. q2 pa
tres veteris legis acceperūt ſpiritu ſeruitutis in
t more. ſed fideles noue legis acceperunt ſpūm
adoptionis filiorū dei ⁊c. Et q2 lex euāgelica ma
xime recepta eſt a gentilibus de quorū vocatio=
ne agitur in hoc feſto epiphanie. ideo epl'a inten
dit laudare fideles ex gentilitate ſuper omnes fi
deles veteris legis quia licet illi prepolleret no
bilitate generis ex abraham patriarcha ſanctiſ
ſimo. nihilominus iſti fide Abrahe imitates ven
dicant ſibi nomē filiorū Abrahe q' qui heredes
ſunt fidei inquit apl'us, coputatur in ſemine. i
in filijs Abrahe non quide carnaliter ſed ſpiri
tualiter ⁊ ſcd'm Yſaac pmiſſione qui fuit fili⁹ A
brahe magis ex gra q̄ ex natura ¶ Euāgeliū. De
Euangelium. functo Herode. Mathei. ſicut ad litterā loq̄ns
de chriſto vero narrat reditū eius in ſua pueri=
cia ab egypto i terra iſrael ita p hiſtoriā de chr'o
myſtico agens denotat illuſtratione gētiliū per
predicatione apoſtolorū in ipſa puericia eccleſie
chriſtiane. nā ſecudu expoſitione beati Hierony
mi quādo angelus p̄monuit Joſeph vt fuge
ret in egyptū cū puero ⁊ m̄re ei⁹ ,pp̄ter Herodis
pſecutione futura. ipſe nocte receſſit a iudea ſed
quādo eode angelo monete iterū rediit ab egyp
to in iudea nō fit iā mētio de nocte in euāgelio
imo creditur q̄ ioſeph cū ieſu in clara luce diei
reliquit egyptū ⁊ ſimiliter in die claro introiuit
iudea. ad ſignificādū qualitate chriſtiani populi
in ſua pueritia q2 ſi egipt⁹ i. tenebra gētilitatis ſi
gnificat, ſicut terra iſrael iudeos videtes deū ſ
p fide quādo chriſt⁹ myſtic⁹ tēpore apl'orum p̄ o
pter pſecutionē iudeorū receſſit a terra iſrael ⁊ ve
nit ad gētiles. tenebrā infidelitatis reliquit iude
is ⁊ eandē expulit a gētilibus q2 iudei pro ma
iore pte predicatione fidei apoſtolorū cōtepſerūt
⁊ eandem gētiles pro magna parte deuote rece
perūt. hoc eſt ergo ieſum nocte recedere iudea et
luſtrare egyptū i. gētilitate Verū circa finē mun
di (quādo reliquie iſrael cōuertetur vt dr̄ Rom
xi.) idem chriſt⁹ myſtic⁹ ab egypto gētilitatis iā
illuſtrate p̄dicatione fidei iterū reuertetur ad
iudeos illuſtrādos q' ex gētilibus fidelibus exi
būt predicatores ad cōmunicanda luce fidei iu
deis In tpore etiā aplorū ⁊ p̄mitiue eccleſie ea
dem pmutatio facta eſt ſ. q̄ predicatio fidei chri
ſtiane primo exiuit a iudeis ad illuſtrandos ge
tiles Sed poſt deſtructione ciuitatis hieruſale ⁊
totius regni iudeorū iterū predicatores fidei chri
ſtiane reuerſi ſunt ad couertendos iudeos qui re
manſerant in terra promiſſiōis hoc eſt ergo quod
dicitur in euangelio q̄ defūcto Herode perſecu
tore chriſti myſtici i. defūctis p̄ncipalioribus iu
deorum in ſua pfidia atq3 infidelitate angel⁹ i
nūcius dni ordo predicatorū apparuit Joſeph i
prelato eccl'ie in ſomnis i. declarauit ei ſecretas vi
ſiones ,pphetarū que de cōuerſione iudeorū loquū
tur ⁊ dixit ei ſurge ad officiū predicationis ⁊ acci
pe puerū ieſum i. fidem eius ⁊ vade in terrā iſra
el ad iudeos ibi relictos vt predices eis defūcti
ſunt enim principaliores iudeorū ſcz pontifices
ſcribe ⁊ phariſei qui interfecti ſut ab exercitu ro
manorum ⁊ perierunt in ſua perfidia ⁊ iſti ſunt
qui querebant anima pueri ideſt populi chriſtia
ni in ſua puericia q2 perſequebatur eos vſq3 ad
morte. Prelatus autem conſurgens accepit pue
rū ⁊ matrem eius modo p̄dicto ⁊ venit in ter
ram iſrael ⁊ nā in actibus apoſtolorū dicitur q̄
ſepius apoſtoli ⁊ alij p̄dicatores chriſtiane fi
dei reuertebantur de gentilib⁹ ad iudeos vt pre
dicarent eis ſed audiens prelatus eccleſie q̄ ad
huc in iudea regnaret Archelaus ideſt princeps
populi iudeorū. q ſcz adhuc regnabat malicia
illorum principū iudeorū in ſuis ſucceſſorib⁹ iu=
deis timuit illo ire ſcilicet per apertam p̄dic
cationem euangelij ſed ſeceſſit in partes galilee
que eſt tranſmigratio ideſt tranſmigrauit de terra
in terra per diuerſas iudeorū ſynagogas ⁊ inue
nit ibi Nazaret ideſt florem gratie dei in multis
iudeis. cum quibus ⁊ habitauit nutriens ibi pu
erū ieſum i. nouā fidem chriſti ieſu de hac chriſti
myſtica fuga ⁊ reditu iſrael extant oracula p̄ o
phetarum in Eſaia Daniele ⁊ alijs Item in euā
gelio Mathei ⁊ in apocalipſi Joannis vt ergo
impleretur quod ſcriptum eſt de filio dei adop
tiuo qui eſt populus chriſtianus contigit illa
eccleſie primitiue fuga a iudea in egyptum gen
tilitatis et iterum reditus ab egypto in iude=
am ſcriptum eſt enim Oſee xi ex egipto vocaui
filium meum et Eſaie 7 quoniam nazareus
ideſt floridus vel gratioſus vocabitur filius me
us propter fidei et religionis ſanctitatem quam
ex predicatione apoſtolorum et aliorum diſcipu
lorum cocepit ¶ Expoſitio mo alis huius euā
gelij pro eccleſia noſtri temporis facile colligere
tur ſi per Herodem diabolum vel aliquem ty
rannum eius miniſtrum intelligamus qui chri
ſtum myſticum perſequitur vſq3 ad mortē qua
lis fuit Mahometus vel imperator turcarum
aut ali⁹ ſimilis per angelum intelligatur pre
dicator. per Joſeph prelatus eccleſie que eſt Ma
ria per egyptum accipe mundum ideſt pecca
tores mundanos per terram iſrael viros eccle
ſiaſticos maxime religioſos ⁊ hoc modo facilis
eſt applicatio Cantus offertorij Deus firmauit
orbem terre ⁊ cantus communionis Exulta
ſatis filia ſyon, ad litteram loquntur de chriſto
vero per hiſtoriam de myſtico et ſatis clare Ora
tiones ſecreta tribue queſumus et vltima il
lumina queſumus eandem fere ſententiam ha
bent cum prima oratione ſcilicet de noſtra pre=
paratione per gratiam ad digne celebrandum
officium epiphanie domini

¶ De officio diei Epiphanie

Ationem hiſtoricam inſtitutionis
hui⁹ feſti de chriſto vero aſſignas
eccleſia. cantat Antiphonam tri=
bus miraculis ornatum ſanctum
diē colimus ⁊c. Vnde apud Gre
cos hoc feſtum tribus nominib⁹
inſcribitur dicitur enī primo Epi

phania ideſt ſuplio' apparitio ⁊ hoc propter ſtel-
lam que ſuperius in aere magis apparuit Dici
tur ſecūdo Theophania ideſt diuinitatis appa
ritio que in baptiſmo chriſti facta eſt ubi omnes
tres diuine perſone monſtrate ſunt ſignis ſenſi-
bilibus ſcʒ pater in voce/filius in carne/et ſpiri-
tuſſanctus in columba Tertio dicitur Bethpha
nia ideſt domeſtica apparitio ſcʒ a miraculo vi
ni facto in domo nuptiarū ubi primū apparuit
mirabilis potentia chriſti ⁊ hec tria myſteria in
hoc die contigiſſe narratur Uerum de tertio my-
ſterio non eſt tanta certitudo ꝙ iſto die contigerit
ſicut de alijs vnde parua aut nulla fit mentio de
eo in officio hodierno. Sed relinquitur uſqꝫ in do-
minicam poſt octauas epiphanie de alijs autē
duobꝰ myſterijs agit fere totum officium huius
diei maxime de Epiphania qꝛ de Theophania
ſolum fit mentio in matutinis non autem per ho-
Matutini — ras diei In matutinis huius diei communiter nō
ponitur inuitatorium qꝛ gentiles non inuitati
alicuius predicatione venerunt ad chriſtum ſed
ſtatim poſt principium cantatur hymnus denotans
iubilationem gentilium quam habuerūt de
inuentione chriſti Totum vero officium noctur
num tam in lectionibꝰ ex prophetia Eſaie ꝙ in
ſermonibus ſanctorū doctorum quam etiam in
reſponſorijs lectionum mixtu eſt officiū modo de
prima/modo de ſecūda apparitione agens Du
plex etiam ponitur euangelium in matutinis
alterū in lectione ſeptima de apparitione ſtelle
alterū ante laudes de Baptiſmo chriſti ⁊ ſpūali
Laudes — genealogia qua aſcendimus ad deū. Antiphone
laudū (excepta quarta) primā apparitione decā-
tant et ſimiliter capitula/reſpōſoria ⁊ verſus per
horas diei vnde nō immerito hoc feſtū viſitatius
Epiphania dicitur Similiter miſſe officium fere
totum eſt de epiphania et ex magorum perſona
de conuerſione gentilium agens/magnū gaudiū
Introitꝰ miſſe — reſonat in eccleſia dei Introitus ergo miſſe ecce
aduenit dñator ⁊c̄ Ex diuerſis locis Eſaie colle-
ctus predicat chriſtū magnū regem in tota terra
propter conuerſionē gentilium que in illis ma
gis incepit Nam ante gentiles anguſtum erat
regnu chriſti quia ſolum notus in iudea poſtea
vero per totum mundum dilatatum eſt pſal' 39
Annunciaui ⁊ locutus ſum et multiplicati ſunt
ſuper numerum Uerſus deus iudicium tuū re-
gi da ⁊c̄ pſal' 71 Cōfirmat eādem ſententia alia
aucto ritate quia totus ille pſal' agit de magnifice-
Oratio — tia regni chriſti Oratio Deꝰ q̄ hodierna die vni-
genitum tuum moralizat fidem catholicam per
ſtellam que magos duxit ad videndum chriſtū
petens vt etiā fides recta nos perducat ad viſio
Epl'e ar gumētū — nem eius in glia ¶ Epiſtola Surge illuminare
hieruſalem ⁊c̄ Eſaie 60 Ad litteram prophetat
de conuerſione gentilium et augmento eccleſie
chriſti que in magorum adoratione inchoata eſt
licet eccleſia Toletana cum quibuſdam alijs
duplicem Epiſtolam legat hodie prima eſt di
cta prophetia Eſaie ſecunda eſt Epiſtola pauli.
Apparuit benignitas ⁊c̄ Ad titū. 3 de qua ſupe-
rius dictū eſt ¶ Diuiditur autem lectio Eſaie in
tres partes Prima ſub typpo ſtelle agit de lu-
mine fidei quo gentiles ad fidē ducti ſunt. Secū-
da ibi Leua in circuitu oculos tuos introducit
eccleſia admirantem de tāta filiorꝫ multitudine
Tertia ibi Inundatio camelorꝫ predicat eccl'ie iā
adulte gloriam/atqꝫ opulentia ſibi prouenientem
ex gentiliū conuerſione Prelatus igitur primi — Prima pars ep'le
tiue eccleſie in tēpore puericie eius eam alloqui
tur ſub nomē Hieruſalem ad quā magi venerūt
quia illa erat figura eccleſie exiſtēs ciuitas ſimul
regia ⁊ ſacerdotalis ita ⁊ Petrꝰ ad chriſtianos
loques dixit vos eſtis genus electū et regale ſa
cerdotium Surge inquit prelatus o Hieruſale
ideſt eccleſia dei erige te in exceſſum gaudij pro
pter bona que intēdo tibi annūciare Uel ſurge
tu gentilitas ab obſcuritate cecitatis ydolatrie ⁊
illuminare ideſt recipe lumē fidei quia venit ad
te lumen tuū de quo ſanctus Simeon dixit Lu-
men ad reuelationem gentium Luce 2 Et gloria
dñi ideſt predicatio euāgelij chriſti declarans glo-
riam eius ſuper te orta eſt quod vt clarius intel-
ligas addo quia ecce tenebre infidelitatis ope-
rient terra ideſt totum humanū genus in terris
exiſtens ⁊ pro ideſt caligo ideſt nebula obſcure
ignorantie operiet populos multos Super te
autē Hieruſalem electā a deo orietur dñs ſalua-
tor dei filius per apoſtolorꝫ predicationem ⁊ glo
ria miraculorum eius in te videbitur. Et ambu-
labūt gentes ideſt gentiles via recta ad beatitudi-
nem celeſtē in lumine tuo que eſt doctrina fidei
catholice ſicut magi ambulauerunt in lumine
ſtelle uſqꝫ ad chriſtū ⁊ reges gentiliū ideſt illi qui
vel potētia/vel ſapientia alios regūt ambulabūt
in ſplēdore ortus tui i in doctrina apl'orū in qui-
bꝰ tu orta es Hec gētilium illuminatio primiti-
ua figurata eſt in illa ſtella mirabili que magos
ab oriēte duxit ad chriſtū Quibꝰ ſic illuminatis — Scd'a ps epiſtole.
et vocatis ad fidē chriſti o eccleſia dei leua o cu
los tuos ſpirituales in circuitu totius terre habi
tabilis ⁊ vidē magnam gētilium multitudinem
venientē ad te ecce oēs iſti gētiles qui prius erāt
diſperſi per varias ſectas falſorum deorū cōgre-
gati ſunt ad eadem fidei religionem ⁊ venerunt
tibi ideſt ad tuam vtilitatē ⁊ honorem quia erūt
domeſtici ⁊ familiares tui qui prius erant valde
alieni nam principaliores fideles qui dicūtur fi-
lij tui de longē venient ideſt a gentilitate que lon
ge erat a fide ⁊ filie tue ideſt minus principales
in eccleſia de latere ideſt de ꝓpe ſurgent: quia de
iudeis qui ꝓpe fidem erant Tunc enim ideſt quā-
do conuerſa fuerit ad te multitudo maris i mul-
te inſule ⁊ regiones gentiliū maritime ⁊ fortitu-
do gentiū venerit tibi ideſt principaliores et for-
tiores gentiliū hoc eſt duces reges et imperato-
res tunc inquā videbis te augmētata et affluēs
multitudine filiorū ⁊ mirabitur cor tuū de tanta
dilatatione tua ſupra omne ſpem quā prius ha-
bebas Tot igitur ⁊ tantis filijs ditata/ac dilata — Tertia ps
ta efficieris admodū diues o eccleſia chriſtiana — epiſtole.
etiam in bonis tēporalibus nam principalibus

dominis gentiliũ ad fidem conuerſio mundatio
ideſt multitudo camelorum ideſt diuitũ hominũ
opperiet ideſt veſtiet te ornametis precioſis per
camelos enĩ (vt Hieronymus dicit ſuper Mat-
theum) diuites ſeculi intelligũtur ratione gibbi
quia vt ipſe dicit camelus niſi depoſita gibbi ſar
cina non poteſt trãſire per foramen acus que eſt
anguſta porta legis euãgelice Dromedarij velo/
ces curſu ideſt ſapientes gentiliũ decorabunt te
Madian ⁊ effa ideſt artifices varij per huiuſmo
di animalia ſignificati ſeruiet tibi ꝓudentes de
omnibus neceſſarijs ad hãc vitam corporalem
Omnes etiã de ſabba veniet ad te ideſt multi de
perſide/⁊ de Arabia felice deferetes varia mune
ra ſcʒ aurũ/argentũ/⁊ lapides precioſos ſimiliter
⁊ thus cũ alijs ſpeciebus aromaticis inter quas
etiã myrrha cõputaẜ Per hec etiã munera cor-
poralia ſignificantur virtutes ſpũales quas iſti
gẽtiles deferet ad te vt ꝑ aurũ charitas/ꝑ argen-
tum eloquentia/per thus ſapientia ⁊ ſic de alijs
muneribus ⁊ talibus virtutibus gẽtiles deo ſer-
uientes erũt laudem domino annũciantes Hec
omnia hodierna die figurata ſunt in magis illis
qui ab oriente venerunt ad adorandũ chriſtũ re-
center natũ in Bethlee De quibus ſequitur cã-
Graduale tus gradualis ex eade epiſtola Omnes de ſab-
ba veniet Creditur enĩ (vt Aug dicit) ꝙ illi magi
fuerint per ſe ſucceſſores ⁊ diſcipuli doctrine Ba
laan quoꝝ regio hebraice ſabba dicitur Verſus.
Eſt principiũ eplẽ Surge illuminare Hieruſa-
lem ⁊c̃ Sed cãtat eam chorus ſacerdotũ in per-
ſona omniũ fidelium primitiue eccleſie congra-
tulantium de aduentu magorum ad chriſtũ ⁊ de
Aleluia. conuerſione gentiliũ ad fidem eius Aleluia Vi
dimus ſtellam eius in oriete Matthei 2 Intro-
ducitur ex perſona magorum imo ⁊ omniũ gen
tilium reſpondentiũ predicto graduali qui gau-
dent ſe vidiſſe ſtellã ⁊ lumẽ fidei in ſtella ſignifi
Euãgeliũ argumentum. catũ ¶ Euangeliũ Cũ natus eſſet Jeſus Mat-
thei 2 Ad littera narrat hiſtoriam magorũ ideſt
illorum philoſophoꝝ gentiliũ qui die tertiadeci
ma a natiuitate chriſti duce ſtella venerũt ab orie
te ideſt a Perſide q̃ ab oriẽte reſpicit iudea/ vel
forte venerunt a regno Chaldeorũ/ſiue Babilo
nia que etia eſt orietalis reſpectu paleſtine nam
de Abraha vocato a Meſoſopotamia Syrie in
Paleſtinã dicitur Eſaie 41 ꝙ deus vocauit ab
oriente iuſtũ vt ſequeretur ſe Venerũt ergo ma-
gi ad adorandum chriſtũ regem adhuc paruulũ
et in cunis paupertatis iacetem ⁊ nimirum quia
chriſtus erat de ſemine Abrahe ſecundũ carnem
qui ab illa patria oriũdus erat vt diximus ideo
inſtinctu diuino tracti venerũt illum querere re-
gem quaſi naturales eius vaſſali vel forte ideo
venerũt quia erant aſtrologi ideſt ſcietie ſtellarũ
gentiliter dediti Unde cum vidiſſent in die na-
talis chriſti apparuiſſe ſtellam mirabilẽ et in cõ
ſuetam in aere Ad modum comete fulgetiſſimi
iudicauerunt non tantum per ſcientiam aſtrorum
quantum ꝑ illuſtrationẽ gratie dei ꝙ natus eſſet
aliqs magnus rex verſus occidente a qua parte
apparebat ſtella illa ⁊ quia Balaam olim aſtro-
logus Perſeus predixerat ſtellã naſcituram ex
genere Jacob vt patet Numeri 24. Cõcluſerũt
iſti ſue doctrine ſectatores ꝙ rex per illam ſtellã
ſignificatꝰ natus eſſet in iudea cuius terre incole
omnes fere erãt de ſtirpe Jacob Hac igitur ſtel-
la duce ⁊ diuina ꝓuidentia eos agete ad ſignifi
candum in eis conuerſionem gentiliũ ad fidem
chriſti venerũt in ciuitatẽ Hieruſalem caput to-
tius regni iudeoꝝ. Ubi per miraculũ certi de na-
tiuitate regis chriſti ⁊ tempore eius per teſtimo-
nium ſacre ſcripture certificaretur de loco natiui
tatis eius quatenus hoc duplici argumeto cer-
ta eſſet chriſti natiuitas omnibꝰ ſiue iudeis ſiue
gentilibus a deo vt ſint inexcuſabiles qui eam
credere noluerint Hec pauca de primo ſenſu lit-
terali euangelij qui pertinet ad chriſtum verũ ſe-
cundũ quem euangeliũ habet tres partes Pri-
ma agit de aduentu magorum Secũda ibi au-
diens aũt de turbatione iudeorũ Tertia ibi qui
cum audiſſent diſſerit de adoratione ⁊ oblatione
munerũ ſuorum ⁊ ſic remanet tota littera euan-
gelij ſatis clara Sed in ſenſu hiſtorico de chriſto Prima pars.
myſtico in ſua puericia euagelium agit (vt dixi-
mus) de conuerſione gentilium ad fidem chriſti
per predicationem apoſtolorũ ⁊ aliorum in pri-
mitiua eccleſia qua illuminati fide que per ſtel-
lam ſignificatur venerũt ab oriete ideſt a gratia
dei preueniete in Hieruſalẽ ſpiritualem que eſt
eccleſia chriſtiana in qua per ſcripturas ſanctoꝝ
prophetarũ edocti de myſterijs humane redem-
ptionis per chriſtũ conſecuti ſunt eternam ſalu-
tem quod eſt inuenire Jeſum in Bethleem que Scḋa pars euangelij.
eſt domus celeſtis panis Sed de tãta gẽtilibus
coceſſa gratia turbatus eſt Herodes rex iudeoꝝ
ideſt principales prelati ⁊ rectores illius populi
et omnis terrena Hieruſale cũ eis dicit enĩ apo-
ſtolus 1 Corinth 3 Nõ ꝑdicatio apoſtoloꝝ ⁊ cõ-
uerſio gentiliũ erat iudeis odioſa et magnũ ſcã
dalum Sed nihilominus quotidie in ſuis ſyna
gogis iudei legebãt ꝓphetias de chriſto quibus
illuminabatur ⁊ dirigebantur gẽtiles in fide ca-
tholica per applicationem apoſtolorũ illas pro-
phetias declarantiũ ⁊ perfidiã iudeoꝝ arguẽtiũ
vt patet ſepius in actibꝰ apoſtoloꝝ de Paulo ⁊
Barnaba/ atqꝫ de alijs predicatoribꝰ illius tem-
poris Hac illuſtratiõe edocti gẽtiles gauiſi ſunt Tertia pars.
gaudio magno valde ⁊ venerũt in Bethleẽ ideſt
domũ panis eccleſiam chriſti intrãtes per bapti-
ſmũ in qua iam cõfirmati ⁊ roborati in fide ſacri
panis eucharistie cõmunionem deuote accipie-
bant chriſtũqꝫ humillime adorabãt offerentes et
munera ſpiritualia ſcʒ aurum charitatis que eſt
maxima virtutũ ſicut aurũ eſt potiſſimũ metal-
lorum Thus deuote orationis que ſurſum aſce-
dit vt bonus odor corã deo pſal Dirigatur ora-
tio mea ſicut inceſum in cõſpectu tuo et Apoca
Aſcendit fumus aromatum que ſunt orationes
ſanctorum ⁊ myrrham mortificationis carnalis
appetitus per penitetiã quia myrrha amara eſt
et condimentũ corporum mortuoꝝ. His oblatis

gentiles acceperunt diuinū reſponſum a predi-
cato euangelico qui eſt angelus dei ne redirent
ad Herode i ad cerimonias veteris legis quas
ſuadebant eis quidā pſeudoapoſtoli dicentes
legalia eſſe a fidelibus obſeruāda ſimul cū euā-
gelio chriſti vt patet Gal' 2 Et hoc reſpōſum ac-
ceperūt in ſomnis diuine reuelationis facte apo
ſto'is in cōcilio congregatis nam interrogati de
hac queſtione dixerunt apl'i Actuum 15 Uiſum
eſt ſpiritui ſancto ɀ nobis nihil vltra oneris im-
ponere fratribus ex gentilitate ɀc. Hoc itaq; re-
ſponſo gentiles accepto/per aliam viam ſcʒ legis
euangelice non obſeruātie iudaice procedentes
in hac via reuerſi ſunt in regionē ſuā ideſt in le-
gem nature in qua ante ydolatriā viuebant gen
tiles ait em̄ Aug cōtra Fauſtū q; chriſtus in pri-
mo aduentu ſuo reiecto onere veteris legis redu-
xit genus humanū ad legem nature cū clariore
tamen cognitione dei nam ſuper legem nature
neceſſario ab hominibus obſeruādam pauciſſi-
ma quedam adiecit ſacramēta ɀ ad agēdum fa-
cillima Ad hanc ergo regionem ſuā reuerſi ſunt
gentiles dimiſſa ydolatria p predicationem apo
ſtolorum. Moraliter vero hoc euāgelium pro fi-
delibus noſtri tēporis ſignificat alium ſimilem
proceſſum ſue ſaluationis nam in baptiſmo ap-
paret eis ſtella fidei qua profitentur Deinde in-
trantes Hieruſalem ideſt eccleſiam chriſti cathe
chizantur ideſt docentur per ſacras ſcripturas vbi
naſcitur Jeſus ideſt ſaluatio eorū quia in ſacra-
mentis gratie chriſti quorum vltimum ɀ potiſſi-
mum finiſq; aliorum omniū eſt euchariſtia que
eſt Bethleē ideſt domus panis ɀ ibi fideles de-
uote adorant chriſtum oblatis muneribus pre-
dicto modo expoſitis tandem vero reuelatur eis
iter ſaluationis / ɀ via per quam ad patriam re-
uertantur ideſt ad regionem celeſtem a qua per
creationē anime noſtre exierunt Eccleſiaſtes vl-
timo Reuertat' puluis ideſt corpus hominis in
terram ſuā ɀ ſpiritus redeat ad deum qui dedit
illum Apoſtolus etiā dicit q; non habemus hic
ciuitatem manētem ideſt patriam certā ſed futu
ram inquirimus patriam/que erit nobis ꝓpria
certa ɀ permanens in eternum Cantus offerto-
rii Reges tharſis ɀ inſule ex pſal' 71 Decantat
glo iā regni chriſti ex cōuerſione gentium ad fi-
dem ſuam qua etiā reges ɀ principes terre ſibi
ſubegit Secreta oratio Eccleſie tue applicat of-
fertoriū ad preſentes orans etiā pro acceptatio-
ne ſacrificij noſtri/in quo eccleſia offert deo ſpiri-
tualiter aurū/thus/ɀ myrrha Cantus communio-
nis Uidimus ſtellam eius ex euāgelio hodier-
no eſt vox eccleſie ex gentilibus aggregate/lau-
des deo decantantis de vocatione ſua ad fidem ɀ
religione chriſtianā Finalis orō Preſta queſu-
mus applicat cōmunionem ad preſentes petēs
eis gratiā ad bene intelligenda ɀ deuote cōtem-
planda myſteria huius magne feſtiuitatis

Moralitas. Offertorium. Communio.

## Caput tertiūdecimum

de officio prime dn̄ice poſt Epyphaniam. in quo
agitur de fine puericie et principio adoleſcentie
vtriuſq; chriſti veri ſcilicet ɀ myſtici



Conuer-
ſione gentium
preſuppoſita ex
officio Epypha
nie in quo pue-
ricia ecclie chri-
ſtiane ſignifica-
batur deinceps
agendum eſt de
eiuſdem eccleſie
ꝓfectu/atq; aug
mēto per etates
ſuas cōformiter ad incrementū chriſti Jeſu poſt
ſuā puericiā per etates ſuas ſpecialiter vero ho-
diernum officium imponit finem puericie ɀ agit
de principio adoleſcētie vtriuſq; chriſti. quare ſi-
cut precedens dn̄ica poſt circūciſionem docebat
fideles ex iudeis ita huius dn̄ice prime poſt epy
phaniā. Intentio eſt docere fideles ex gentilitate
qualiter debeant quotidie cū ſuis magis chriſtū
inquirere/queſitumq; inuenire/inuētum adorare/
eiq; ſpiritualia munera offerre. Hanc em̄ doctri-
nam predicabāt prelati adoleſcētis eccleſie fide-
libus ſui tēporis ita vt totum officium hoc ſit ſer-
mo illorum prelatorū Et quia hec dn̄ica agitur
intra octauas Epyphanie ideo totum officium
ſeptem horarū canonicarum/ſiue ſint nocturne/
ſiue diurne ſumitur ex die Epyphanie habet ta-
men hec dn̄ica ꝓprium miſſe officiū ratione pre-
dicta Cuius introitus in excelſo throno mixtum
acceptus ex 6 caplo Eſaie ɀ ex 7 Danielis re-
preſentat chriſtum vt magnum regem ab omni-
bus gentibus adorādū tum quia habet magnū
regnum in terra poſt cōuerſionem gentiliū ideo
dicitur in excelſo throno ſcʒ ecclie ſue tum quia
etiam ab angelis reuereter adoratur ideo ſubdi-
tur quem adorat multitudo angelorum. Per quos
etiā predicatores fidei ex gētilibus intelligi poſ-
ſunt quia annūciant alijs veritatē euangelicam.
Cum denique quia eius regnū / ſeu imperiū cum
ſit ſpirituale permanet in eternū quod etiā an-
gelus Gabriel predixerat virgini Marie Uer-
ſus Jubilate deo ois terra pſal' 99 Eſt vox pre-
lati vel predicatoris adoleſcentis eccleſie qui ra-
tione predicte dignitatis regie chriſti Jeſu incitat
fideles ad deuote adorādum ipſum cum debito
ſeruitio Poteſt etiā iſte verſus dici ab eodē pre-
lato cōgaudente eccleſie de tāta gentilium con-
uerſione per totū mundum ſcʒ quia iam non in
ſolo vno angulo regni iudeorū colitur chriſtus
ſed in omni terra ideo dicit Jubilate deo omnis
terra ɀ non ſola iudea. Oratio Uota queſumus
dn̄e. applicat introitū moraliter ad preſentes pe-
tens a deo vt gentibus deuote chriſtū colentibus
concedat auxilium celeſtis gratie qua ɀ agenda
cognoſcāt ɀ agnita diligēter exequantur ad ſuā
ſalutem Epiſtola. Obſecro vos per miſericor-
diam dei. Ro. 12. Eſt doctrina prelatorum adoleſcē-

Argumētū officij. Matutinū. Introit' miſſe. Oratio. Ep'le argumētū.

tis eccleſie docentium fideles ex preputio quid
offerre deberet deo ſequentes exẽpla magorum
qui chriſti nato munera obtulerunt ⁊ habet tres
Prima pars. partes Prima docet carnis mortificationẽ Se-
cunda ibi ⁊ nolite cõformari declarat mentis re-
formatione Tertia ibi ſicut eñ adaptat ad pro-
poſitũ naturalem ſimilitudinem De mortifica-
tione carnis ait prelatus ad fideles gentiles ob-
ſecro vos fratres ideſt per ſacra myſteria dei oro
et obteſtor maxime per miſericordiam dei vobis
factam in hoc ꝙ vocauit vos ad fidem ſua nõ ex
iuſticia ſed ex miſericordia ⁊ gratia dei Obſecro
inq̃ vos vt deinde iã nõ viuatis carnaliter more
gentilico ſed exhibeatis ideſt offeratis corpora
veſtra deo in hoſtiã viuam non vt olim offereba
tis ydolis veſtris animalia mortua Dico autem
hoſtiam viuentem non ſolũ vita naturali ſed etiã
vita morali per gratia dei que facit animan ſan-
ctam et deo placentem ideſt amicam per charita-
tem In hoc in exercitio ſacrificãdi carnem veſtrã
deo Sit rationabile obſequiũ veſtrum ita ꝙ pe-
nitentia/vel abſtinentia veſtra ſit diſcreta ⁊ in ea
obſeruetis medium virtutis temperãtie rectara-
tione determinatũ Tunc eñ abſtinentia corpo-
ralis eſt rationabilis ⁊ placet deo quãdo homo
ſeruat talem ſui corporis diſpoſitionem qua bene
agere poſſit ea ad que obligatur ex precepto dei
ſecũdum ſtatum ſuum Poteſt etiã hec clauſula
intelligi eſſe exhortatione plator qua fideles in-
citabant ad martyriũ pro defenſione fidei ſubeũ-
dum ꝙ eſt offerre deo corpus in hoſtiã viuã
Incipiebat enim tunc robur adoleſcentie eccleſie
chriſti quo oportebat reſiſtere tyrannis fidelium
Secũda pars. perſecutoribus De reformatione mentis neceſſa-
ria nobis chriſtianis ſubiungit nolite cõformari
huic ſeculo ideſt hominibus publicanis ſecula-
ribus qui habet mores deprauatos ⁊ multa ſunt
peccata que ipſi non reputant mala vt patet de
fornicatione apud gentiles Sed reformamini mẽ
te in nouitate ſenſus veſtri ideſt nouam vitam eli-
gendo ⁊ nouo modo ſentiendo de moribus ſcilꝫ
aliter/q̃ꝫ ſentiebatis quãdo eratis infideles vt ſic
reformati probetis ideſt cognoſcatis que ſit vo-
luntas dei circa vitam ſuorum ſeruorum et loqui-
mur hic de voluntate ſigni que eſt preceptũ dei/
vel prohibitio/vel cõſiliũ q d Sic reformati be-
ne intelligetis precepta ⁊ cõſilia dei que dicũtur
voluntas eius bona ideſt vtilis vobis benepla-
cens deo/⁊ perfecta in cõparatione ad finem ad
quem ordinatur talia precepta q2 ad vitã eternã
que eſt ſummum ⁊ perfectum hominis bonum
Inter alias vero hominis reformãtes virtutes mo
rales maxime cõmendo vobis humilitate dico
eñ exhortando omnibus nouis chriſtianis qui
ſunt inter vos imo ⁊ omnibus vobis et hoc au-
deo dicere per gratiam officij paſtoralis que da-
ta eſt mihi a deo ⁊ ab eccleſia Dico ergo ꝙ debe
tis non plus ſapere ideſt ſapientes vos oſtede-
re in doctrina fidei q̃ꝫ oportet ſcd̃m ſtatũ veſtrũ
maxime quando adhuc eſtis paruuli in fide ſed
debetis ſapere ad ſobrietatem ideſt ad menſurã
veſtram nam hꝭ menſura eſt et pro/ideſt ſicut
deus vnicuiq̃ veſtrũ diuiſit ideſt diuidendo gra
tias dedit menſuram fidei ideſt ſciẽtie in rebus fi-
dei quia maiorem ſciẽtie menſura dedit doctori-
bus et prelatis eccleſie q̃ꝫ plebeis laicis ⁊ maxi-
me quãdo adhuc ſunt noui chriſtiani Huius do
ctrine exemplar fuit chriſtus Ieſus ſaluator no-
ſter qui quãdiu erat puer in hoc mundo noluit
oſtendere in ſe maiorem ſapientiã/q̃ꝫ requirebat
illa etas vt patet in euãgelio hodierno Proba- Tertia ps epiſtole.
tur tamẽ hoc idem quadã naturali ſimilitudine
in mẽbris humani corporis Sicut enim in vno
corpore habet homo multa ⁊ diuerſa mẽbra que
etiã diuerſa officia exercent ⁊ non omnia eũdem
actũ habent (quia oculus videt/auris audit/na
ris odorat ⁊ lingua guſtat ⁊c̃ ) ⁊ nullũ horũ mẽ-
brorũ actũ alteriꝰ vſurpat ſꝫ ſuo ꝓprio officio eſt
cõtentum ad ſui et aliorum mẽbrorum vtilitate
ita etiã in toto populo chriſtiano (quod eſt vnũ
corpus myſticũ ſcꝫ vnitate morali ) ſinguli fide-
les ſunt membra illius corporis in chriſto Ieſu
ideſt ſub vno capite chriſto ideo debetis ſinguli
fideles reputare vos eſſe membra alter alterius.
ita ꝙ quilibet veſtrũ exerceat officiũ ſuum ſecũ-
dum decentiã ſui ſtatus ad vtilitatem ſuã ⁊ alte-
rius ꝓximi Et nemo vſurpet actũ alterius ſed
ſit contentus ſorte ſua ⁊ vocatione qua vocatus
eſt a deo in eccl̃ia ſua Uolo dicere ꝙ laicus nõ
preſumat officiũ ſacerdotale/nec ſubditus officiũ
paſtorale/neq̃ indoctus audeat predicare quia
hoc eſſet velle ſapere pluſq̃ꝫ oportet ⁊ non ad ſo-
brietatem/vel menſurã ſtatus ſui Hec doctrine
eode modo poſſet applicari moraliter ad preſen-
tes fideles noſtri tẽporis in quo celebrãtes my-
ſteria puericie noſtri ſaluatoris debemus ipſum
imitari in humilitate quã ipſe oſtedit ſe paruulũ
faciens inter nos ⁊ omnes actus ſuos exercebat
conformes etati qua habebat in ſingulis annis
vite ſue Cantus gradualis Benedictus domi Graduale
nus deus ex pſal 71 eſt gaudium fidelis populi
de tam admirabili ordinatione dei in ſua eccl̃ia
que declarata eſt in epiſtola Uerſus Suſcipiãt
motes pacem ex eodem pſal. optat dari ſcientiã
prelatis eccleſie qua pacifice vt boni iudices gu
bernent populũ dei quos mõtes ⁊ colles appel
lat ꝓpter altitudinem ſui ſtatꝰ Alleluia Iubila- Alleluia.
te deo pſal 99 Cõmouet populum ad laudan-
dum deum et ſeruiendũ ei in leticia ꝓpter voca-
tionem gentiliũ ad ſuã eccleſiã in tota fere terra
habitabili Euãgelium Cum factus eſſet Ie- Euãgeliũ argumentum.
ſus annorum duodecim Luce 2 Imponit fine
puericie chriſti veriſimiliter ⁊ myſtice Unde pro
ſenſu hiſtorico de chriſto myſtico repetenda ſunt
quedã ex prius dictis vt intelligamus quo tẽpo
re ſexte etatis fine habuerit puericia eccleſie in-
cepitq̃ eius adoleſcẽtia Diximus aũt natiuita
tem ſeu exordiũ eccl̃ie chriſtiane fuiſſe inſtitutio-
nem baptiſmi chriſti quando ipſe erat incipiens
quaſi annorum triginta licet hãc natiuitatem fi-
guratam diximus in paſtoribus ⁊ magis tem-
pore natiuitatis chriſti quando ipſi credẽtes ado-

rauerūt eum Ab illa ergo natiuitate eccleſie (in qua primū Jeſus diſcipulos congregauit) incepit infantia ei9/ ⁊ durauit per tres annos fere cū dimidio vſq ad miſſionem viſibilem ſpiritusſancti ſuper eos in die penthecoſtes Dictū eſt illud tēpus infantia eccleſie eo ꝙ diſcipuli chriſti tūc eſſent rudes et ferme nihil ſapientes/ nihilq loquentes de reb9 diuinis dicēte eis chriſto Multa habeo vobis dicere que non poteſtis portare modo Joanis 16 Cum autē venerit ſpiritusſanctus ille vos docebit omnem veritatē ⁊ ſuggeret vobis omnia quecūq dixero vobis vnde Matthei 9 idem Jeſus coparauit eos veſtimento rudi ⁊ veteri/ atq vtribus veteribus in quibus nō eſſet tūc mittendum vinum nouū ſpiritualis doctrine/ ſpiritualiſq vite

Puericia eccle.

Puericia vero ecclie chriſtiane incepit a miſſione ſpiritusſancti in diſcipulos chriſti ⁊ durauit vſq ad obitū apoſtolorum quorum vltimus fuit Joānes euangeliſta ſcʒ tēpore Domiciani imperatoris ⁊ dicitur illud tempus puericia ecclie eo ꝙ exceptis apoſtolis fere omnes alij erant imperfecti in religione chriſtiana quia licet aliquid ſaperent ⁊ loquerentur de rebus diuinis tñ illud erat paruū et non multū bene ordinatū neq habebant adhuc robur animi ad ſe exponendum morti pro defenſione fidei catholice nam illo tempore inſtāte perſecutione iudeorum/ ferme oēs chriſtiani fugerunt a iudea poſt lapidationem ſancti Stephani in Hieruſalem

Adoleſcētia eccle.

Adoleſcētia autē eccleſie (in qua robur eius apparuit) fuit tempus fere ducentoꝝ annorum a Traiano imperatore vſq ad Conſtantinū quem baptiʒauit papa Silueſter primus tunc enī viguerunt ille magne perſecutiones tyrannorum contra chriſtianos ⁊ claruerūt plurimi martyres quorum viſa miracula magnā gentilium multitudine cōuerterunt ad fide ſicq facta eſt eccleſie adoleſcētia ideſt incrementū magnū tam in numero ꝙ in merito perſonarū Quia igitur in precedenti dnica et in vigilia Epyphanie officiū eccleſiaſticū notauit fugam ppli chriſtiani a iudea in egyptum gentilitatis et iterū reuerſionem ab egypto in iudeā tempore apoſtoloꝝ hodiernum officium deſcribit ſtatum eccleſie poſt obitū apoſtoloꝝ ſub perſecutione tyrānorum nam deſtructa et ſubuerſa ciuitate Hieruſalem ab exercitu Romanoꝝ imperante Veſpeſiano ⁊ omo deleto regno iudeoꝝ propter grauiſſima peccata eorum populus chriſtianus receſſit inde in galileā ideſt tranſmigrauit ad gētes Sed poſt annos circiter centum ⁊ quinquaginta a natali ſaluatoris imperator Adrianus reedificauit Hieruſale ꝓhibens omnino iudeis per orbē diſperſis ne intrarent in illa ciuitatē imo neq in totū regnū iudeorum quod edictū imperatoris cū non cōprehenderet chriſtianos maxime ex genere gentiliū ideo tūc chriſtiani frequēter aſcendebant in Hieruſalem ⁊ ad alia loca ſancta viſitāda Tali ergo qualitati tēporis correſpōdens euangelium hodiernum diuiditur in tres partes Prima eſt de pueri Jeſu perditione Secūda ibi ⁊ factū eſt de eiuſdem inuētione Tertia ibi ⁊ deſcēdit agit de ſue puericie perfectione

Prima pars euāgelij.

Pro primi expeditione ſciendum eſt ꝙ ab Octauiano auguſto ſub quo natus eſt chriſtus et cū eo populus chriſtianus figuraliter (vt diximus) vſq ad imperatore Adrianum duodecim ferme computantur imperatores romanoꝝ Octauianus/ Tyberius/ Gayus/ Claudius/ Nero/ Vitellius/ Veſpaſianus/ Titus/ Domitianus/ Nerua/ Traianus/ et Adrianus Ait ergo textus euangelij ꝙ cum factus eſſet Jeſus chriſtus myſticus duodecim annorū ideſt etatis duodecim imperatoꝝ aſcendentibus illis ſcilicet chriſtianis ex permiſſione imperatoris Adriani et aliorum ſequentiū in Hieruſalem ſcdm conſuetudinem deuotionis ſue cōſumatiſq diebus deſolationis Hieruſale cum redirent ad gentiles patiebatur ab eis multas perſecutiones ⁊ martyria in Aſia in Grecia/ Jtalia ⁊ alijs regnis gētilium ceſſauerat autē iam perſecutio iudeoꝝ in paleſtina Judea ideo remāſit puer Jeſus ideſt paruus populus chriſtianus/ quaſi pacificus in Hieruſalem ⁊ iudea ⁊ non cognouerunt parētes eius ideſt principes gentiliū non curabat de eo exiſtimātes totum populū chriſtianum/ vel principaliores eorum eſſe in comitatu ideſt in terris gentilium ⁊ ſic non aduertētes gentiles tyranni ad chriſtianos que erat in Hieruſalem venerūt perſequētes chriſtianos iter vnius diei ideſt tempus ſeptuaginta annorū que eſt tertia pars totius tēporis adoleſcētie eccleſie et tunc facta eſt perſecutio prima Neronis/ ſcda Domitiani/ tertia Traiani ⁊ iſti requirebant chriſtū myſticū ad delendum eum inter cognatos ⁊ notos quia in qualibet domo inquirebant qui de illa familia eſſent chriſtiani vt occiderent eos Et tyrāni non inuenientes in gētilium terris omnes chriſtianos reuerſi ſunt inquirendo eos in terra iudeorum in ſecūda dicta que fuit ſecunda annorum ſeptuageſima ⁊ facte ſunt tūc contra eos quarta pſecutio ſub Antonio fero / quinta ſub Seuero/ ſexta ſub Maximiano que a deo dilatate ſunt p mundum ꝙ etiā venirent vſq in Hieruſalem et totā paleſtinā inquirētes chriſtianos Eode modo ꝓceſſerunt tyranni in tertio annoꝝ ſeptuagenario quaſi in tertio die nā tūc facta eſt ſeptima pſecutio Decij imperatoris/ octaua Valeriani/ nona Aureliani/ ⁊ decima Diocleciani Ecce tres dies meroris et anguſtie magne in eccleſia dei quos ſignificauit Maria mr̄ chriſti in ſuo triduo quādo dolens querebat filium

Scda ps euāgelij.

Factum eſt aūt poſt illud triduū ideſt poſt trecentos fere annos a natiuitate chriſti ſcʒ ſub imperio magni Conſtatini principes gentium inuenerūt Jeſum myſticum quādo iam non ꝓcedebant cōtra eum per vias illas malas ad perdendū eum ſed conuerſi inuenerunt illū in templa dei ad credendū ⁊ venerādum/ atq fouendū eum Et viderūt illum ſedentem ideſt ſecurū ⁊ quietum in medio ſuorum doctorum ⁊ prelatoꝝ audientem illos pacifice et interrogātem de oībus neceſſarijs ad ſalute quia ceſſauerat iam perſecutiones tyrānorum ⁊ facta

erat pax/quies/⁊ trãquillitas in eccl'ia dei Stu-
pebant aũt omnes infideles qui audiebãt eum
ideſt populũ chriſtianum ⁊ mirabantur ſup pru
dentia/⁊ reſpõſis eius ad omnia que infideles
interrogabãt eum de fide ⁊ religione ſua ⁊ inde
ceperũt eum habere in magna reuerẽtia ꝓpter
doctrinam chriſtianã dicẽtes illud Deutero 4.
En populus ſapiens ⁊ intelligẽs/gens magna/
nec eſt alia natio tam grandis ⁊c̄ Et dixit mater
eius gentilitas ad illũ fili quid feciſti nobis ſic'
Ut abſcõderes te a nobis nec reuelares hec ſe
creta doctrine tue ecce pater tuus imperator ro
manus ⁊ ego reſpublica eius querebam' te do-
lentes ideſt dolorem ⁊ tribulatione tibi inferẽtes
propter ignorãtiam huius doctrine tue tam mi-
rabilis Et ait populus chriſtianus ad eos quid
eſt myſterij ꝙ me querebatis occidere'q d Uos
neſciebatis hoc ſecretũ dei myſteriũ quare per-
miſerit tot ⁊ tanta mala que feciſtis contra chri-
ſtianos ſeruos ei' q2 forte hoc fuit vt probaret ⁊
ſanctitas religionis ſue/ ⁊ virtus ſeruorũ dei qui
vinci non potuerũt inter tot anguſtias pſequen
tium Oportebat ergo me populum dei eſſe cõ-
ſtantem ⁊ firmum in his que ex volũtate patris
mei chriſti permiſſa ſunt vob'. Sed ipſi gentiles
non intellexerũt hoc verbũ qd̃ fidelis populus
locutus eſt ad eos quia virtutẽ pacientie nõ co-
gnoſcebãt nec ſpiritualia bona alterius vite cre-
debant futura ſed felicitatem in hac vita ponen
tes ſtulticiã reputabant martyrum pacientiã ad-
mirati nihilominus de chriſtianorum doctrina
Poſtq̄ ergo cõuicti ſunt infideles gentiles mira- [Tertia ps euãgelij.]
culis ⁊ doctrinis fidelium populus chriſtianus
deſcendit cu illis ideſt codeſcendit illis ⁊ cõmu-
nicauit eis doctrinã ſuam ⁊ reuelauit indies eis
ſecreta multa ſed nihilominus quatum ad ſecu-
larem gubernatione erat ſubditus illis dñis gen-
tilibus ꝓut apoſtoli Petrus ⁊ Paulus in ſuis
epiſtolis preceperãt ⁊ per hãc cõmunicationem
doctrine ⁊ vite ſancte cõtinue conuertebãt genti
les ad fide ſicq̄ Jeſus myſticus ꝓficiebat ideſt
creſcebat ſapientia/etate/⁊ gratia apud deũ ⁊ ho
mines ideſt ad laudem dei ⁊ ad conſolationem
hominum fidelium Sed mater eius ſancta ec-
cleſia cõſeruabat omnia verba ideſt myſteria hec
que dicta ſunt de etatibus chriſti myſtici confor-
miter ad etates chriſti veri conferens in corde
ſuo vtriuſq̄ chriſti myſteria comparando ⁊ qua-
liter omnia geſta eccleſie vſq̄ ad illud tẽpus fi-
gurata fuerãt in geſtis chriſti que ſcripta ſunt in
euangelio de primis tribus eius etatibus/infan
tia/puericia/⁊ adoleſcẽtia Erat etiã eccleſia con-
ferens myſteria ſua preterita ad ea q̄ futura erãt
per ſucceſſionem tempoꝝ vſq̄ ad conſumationẽ
ſeculi nam ex euidẽtia preteritorum iam imple-
torum accipiebat certitudinẽ de futuris ſcilicet ꝙ
implebunt ſicut figurata fuerãt in myſterijs chri
ſti que ipſe geſſerat in ſua perfecta etate virili
Unde ⁊ propter talem fidei ſue certitudine tam
de preteritis/q̄ꝫ de futuris ab eo tempore incepit
ordinare eccleſia hec officia diuina per ões iſtas
dñicas que ſequũtur natiuitatẽ et Epyphaniam
dñi vt in eis ſignificaret omnes ſucceſſus popu-
li chriſtiani vſq̄ ad finẽ mundi figuratos in ge-
ſtis chriſti que in talibus officijs decãtant Mo- [Moralitas.]
raliter vero prelatus per hoc euãgeliũ vult ſigni
ficare fidelib' noſtri tẽporis qua occaſione fide-
les aliquãdo perdunt chriſtũ ⁊ qua diligẽtia eſt
querendus/ ac inueniẽdus Inſtruit etia fideles
coniugatos ſuper religioſa educatione ſuorũ fi-
liorum filios quoq̄ eoꝝ docet bonã et obſequio-
ſam ad ſuos parẽtes obediẽtiã De primo/ait ꝙ
pleriq̄ chriſtũ perdũt ideſt gratiã eius per pecca
tũ in feſtis vacãtes luxurie/gule/ludis/⁊ ceteris
curis ſecularibus/ac tumultibus populi ⁊ exiſti
mantes chriſtum eſſe in comitatu ideſt ſocietate
hominũ talia negocia(que videntur bona ⁊ ho-
neſta)tractantiũ:receſſerunt ab eo iter vnius diei
ideſt peccato mortali quod eſt nox aie nec pro-
deſt eum querere inter cognatos ⁊ notos quia
ibi eum non inueniẽt ipõ dicente in euangelio
Qui nõ odit patrẽ/ ⁊ matrem/fratres / ⁊ ſorores:
ſcilicet quãdo ſunt homini occaſiones peccandi:
non eſt me dignus Ergo op' eſt regredi in Hie-
ruſalem ideſt ad pacẽ/⁊ quietẽ mẽtis ⁊ ibi eum
querere gemitibus ⁊ ſuſpirijs ⁊ tãdem poſt tres
dies cõtritionis/confeſſionis/ ⁊ ſatiſfactionis in-
uenient eũ in medio doctoꝝ ſancte matris eccl'ie
quorum doctrinis inſtruũtur et inter alia docet
ꝙ deus audit gemitus cõpeditorũ/ et interrogat
corda ⁊ renes eoꝝ ita vt ſit admirabilis eius ꝓ-
uidentia in gubernatione hominũ ſed mẽs que
deum parturit audet eũ alloqui dicens vt quid
dñe reliquiſti nos/auertis faciem tuã a nobis/ ⁊
obliuiſceris inopie noſtre ⁊c̄ Ipſe autem reſpõ-
dens arguit neglıgẽtiã noſtram verbis quidem
occultiſſimis ideſt inſpirationibus illius de quo
dicitur ſpiritus vbi vult ſpirat/⁊ neſcis voce eius
nec vnde veniat/aut quo vadat ſed nihilominus
ipſe Jeſus ſaluator animarum cõdeſcendit pec-
catoribus eum querentibus et venit cum eis
in Nazareth que eſt gratia dei ⁊ paratus eſt ad
compledum omnia eorum iuſta deſideria quaſi
filius ſubditus audiens autem fidelis anima
omnia verba hec conſeruat ea in corde ſuo quo-
tidie conferens ea que egerit his que agenda
ſunt ⁊ quãtum proficiat / aut deficiat in ſeruitio
dei ⁊c̄ Et talis cogitatio frequens augmentum
gratie cauſat de quo dicitur ꝙ Jeſus ꝓficiebat
ſapiẽtia gratia ⁊c̄ De ſecũdo habent parẽtes bo-
num exẽplar in virgine Maria/⁊ Joſeph quali-
ter educabãt puerũ Jeſum quia adducebant eũ
ſecũ in feſtis ad tẽplum dei Unde parẽtes obli-
gantur ad erudiendũ filios in primis fidei rudi-
mentis/⁊ nutriendũ eos in timore dei/⁊ corrige-
dum eos in malis que agunt ſeruata omni mo-
deſtia non prouocãdo eos nimis ad iracũdiam
Ephe. 6 Similiter boni filij habeant exemplar
chriſtũ qualiter erat ſubditus ⁊ obediẽs ſuis pa-
rentibus in omni ſeruitio et honore ⁊c̄ Cantus [Offertorium.]
offertorij Jubilate deo omnis terra pſal' 99 iam
ſuperius expoſitus eſt . ſed nũc iterum repetitur

vt incitet fidelem populū ad gaudium ſpirituale de augmento eccleſie ſignificata in fine euangelij ⁊ geminatur principium huius offertorij ad denotādam gaudij magnitudinem propterea ꝙ eccleſia late extēdebatur per vniuerſam terram habitabile Oratio ſecreta Vt tibi grata ſint applicat offertoriū ad fideles preſentes petens eis gratiam emundationis a peruerſitate peccatorum quatenus fiāt digni deum adorare cum Magis

Communio. Cantus cōmunionis Fili quid feciſti nobis ſic ex euangelio hodierno eſt vox eccleſie conquerentis de perditione aliquorum filiorum/qui poſt ſuſceptam fidem iterum relapſi ſunt ad vomitum gentilitatis de quorum perditione ipſa ⁊ prelati eius valde cōtriſtantur Reſpōſio autem filij perditi allegat paternā cōſuetudinem in qua nutritus fuerat a parentibus infidelibus ideo mirum ꝙ ad eam rediret quaſi ex naturali inclinatione que non vincit niſi per abūdantē gratiā dei Finalis oratio Supplices te rogamus applicat communionem moraliter ad preſentes petitqꝫ eis gratia dei/qua dignificant diuinis obſequijs

## De octauario Epyphanie



Ceterū quia in feſto epyphanie preter hiſtoriam apparitionis ſtelle/que Magos duxit ad chriſtum etiam fit mentio de Theophania idest de baptiſmo chriſti de quo non fuit tunc plenius facta perſcrutatio vt decebat ideo per dies reliquos huius octauarij/⁊ maxime in ipſo octauo die principalior intentio officiorū eſt baptiſmum chriſti deuotiſſime celebrare nam epiſtole ⁊ euāgelia horum officiorum de illo ad litteram loquuntur ⁊ quia in baptiſmo chriſti noſter baptiſmus incepit qui loco circuciſionis inſtitutus eſt merito octauus dies Epyphanie baptiſmū celebrat ſicut octauus dies natalis chriſti circūciſionem ſolemnizauit quia baptiſmus eſt ſpiritualis circunciſio fidelis populi Uerum in miſſali officio octaui diei epyphanie apud diuerſas eccleſias diuerſe ſunt epiſtole ſimiliter ⁊ euangelia quidam enī legunt epiſtola feſti principalis ſcilicet Surge illuminare Hieruſalem Alij legunt illud Eſaie 12 Domine deus honorifica bo te eo ꝙ ibi fiat expreſſa mentio de baptiſmo vbi dicitur Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris ⁊c̄ Similiter quidā legunt euāgelium illud Joānis 1 Uidit Joanes Jeſum venientem ad ſe alij illud Matthei 3 Uenit Jeſus a galilea Alij aliter Omnes tamen iſte varietates eandem intentionem habent ad eūdeqꝫ finem tendūt ſcilicet vt ſolemniter celebretur myſterium baptiſmi chriſti quod grece dicit Theophania De tertio autē myſterio dicto bethphania (quod incertū eſt an factū fuerit eodē die cum duobus premiſſis) officia eccleſiaſtica nulla faciunt mentionem in toto illo octauario epyphanie ſed relinquitur pro dominica immediate ſequēte poſt octauas Epyphanie nam in eo myſterio etiam conuerſio et baptiſmus gentilium ſignificatus eſt vt ſtatim oſtendemus.

# Caput quartūdecimū

de officio ſecūde dominice poſt epyphaniam in quo agitur de fine adoleſcentie et principio iuuentutis/ſeu perfecte etatis vtriuſqꝫ chriſti ſcilicet veri et myſtici



Argumentū officij. Xpedita prima parte ſecū de ptis libri miſſalis que ad tēpus viſitationis et recōciliationis mūdi dicta eſt ptinere in myſterijs natiuitatis/ circunciſionis et reuelationis chriſti Jeſu tempore ſui primi aduētus Conſequens eſt vt hoc breue interuallū temporis quod reſtat vſqꝫ ad ſeptuageſimā referamus ad quartā partem libri miſſalis que de tempore peregrinationis fidelium in prohemio huius ſecundi libri agere dicebatur Poſtqꝫ enī in precedentibus eccleſiaſtica officia a natiuitate chriſti vſqꝫ ad eius baptiſmū in perfecta etate ſua peruenerunt oportuit vt ſequēdo hiſtoriam de doctrina/⁊ miraculis chriſti (que in ſpacio quadraginta ferme menſiū peracta ſunt) in eis repreſentaret totū diſcurſum eccleſie chriſtiane/in etate eius perfecta que a tēpore Conſtantini magni vſqꝫ ad finem mundi cōputatur: et ad hoc ꝓpoſitum ordinata ſunt officia ſequētia/vſqꝫ ad ſeptuageſima excluſiue Que ſub breuiloquio totū tēpus peregrinationis eccleſie in quinqꝫ durat etatibus pertranſeūt Eandem materiam ꝓlixius/ac operoſius tractatura poſtea in ſpacio temporis a penthecoſte vſqꝫ ad aduentum Nihilominus tñ hoc interuallum quod modo incipimus ſub prima parte ſecūde partis libri miſſalis comprehendi cōſueuit licet materia eius ad quartā partem vt diximus pertineat In quo preter hiſtoricā intelligentiam officiorum de procurſu eccleſie chriſtiane in ſua perfecta etate agemus moraliter de doctrina fidelium preſentium quatenus ipſi quaſi peregrinantes cū Magis ⁊ chriſtū inuenire/⁊ inuentum adorare/⁊ reuerenter ei ſua munera offerre valeat In matutinis aūt horum officiorum dñicalium lectiones ſumūtur ex epiſtolis Pauli que natiuitatē chriſti iam exhibitam ⁊ peractam predicant ſicut in aduentu lectiones ꝓphetarum eādem natiuitatem futuram ꝓmittebant Reſponſoria vero que lectionibus intermiſcentur ſumpta ſunt ex pſalmis Dauid ⁊ omnia penitentia predicant/⁊ deū exorat pro remiſſione peccatorum Timens enim eccleſia ne forte filij ſui fideles in precedentibus feſtis natalis/⁊ epyphanie dñi/exceſſerint in cibis/potibus/ludis/ et alijs mundanis gaudijs ideo ꝓuidens de remedio reuocat eos ad penitentiam.⁊ vt cōuertant ſe ad dei miſericordia im-

Matutini.

plorandũ eũ dicẽtes Dñe ne in ira tua corripias me et ſic de alijs Et in diebus dnicis reſponſoria ſumuntur ex pſalmis deputatis pro nocturnis dominicalibus in pſalterio in ferijs autem ex pſalmis ferialibus Epiſtole etiã Pauli per ordinẽ ſuũ legũtur in his officijs nocturnis nam in hac dnica inchoatur epiſtola Pauli ad romanos et continuatur per oes ferias huius ſeptimane In ſequente dñica cum ſua hebdomade legitur epiſtola eius ad Corinthios ⁊ ſic conſequenter per alias epiſtolas ⁊ dñicas ordine recto Sed variatis lectionibus modo predicto in matutinis reſponſoria ſunt eadem in omnibus his dnicis huius intervalli His pmiſſis in genere de officijs nocturnis huius tẽporis annitendũ eſt nobis vt officia miſſalia diligenter exponamus ſeorſum et ſigillatim Huius itaqꝫ dñice ſecũde poſt epyphaniã (que tñ prima eſt in hoc intervallo) officium in ſenſu hiſtorico agit de principio predicationis ⁊ miraculorũ chriſti veri iam adulti in etate perfecta ⁊ de principio favoris ⁊ pfectionis eccleſie chriſtiane in gentilitate que a baptiſmo imperatoris cõſtãtini orta eſt ¶ Unde introit⁹ huius miſſe. Ois terra adoret te ex pſal. 65 Proponit chriſtũ eſſe magnum regem ab omnibus hominibus vbiqꝫ terrarum adorandũ ex hoc ꝙ eccleſia ſua peruenit ad magnũ augmentum quaſi iam conſtituta in etate perfecta maxime a tempore conſtantini imperatoris iam baptizati in quo etiã omnis terra videtur ad chriſtũ conuerſa vt adoret eum Verſus Jubilate deo omnis terra principiũ eiuſdem pſalmi Videtur eſſe edictũ ⁊ preconium dicti imperatoris mittentis omnes homines ſui imperij ad profitendam fidem chriſti Oratio Oĩs omnipotens ſempiterne deus qui celeſtia ſimul ⁊ terrena moderaris pōt intelligi eſſe oratio ſancti Silueſtri pape/ vel alterius prelati illius tẽporis que ſuppoſita magna chriſti potẽtia in terris ex conuerſione totius fere gentilitatis petit donari iam pacem eccleſie poſt tam lõga certamina perſecutionum tyrannorum contra eam quatenus gẽtiles qui prius diuerſos deos habebãt omnes conueniant in vna fide ⁊ religione vnius dei ⁊ ſic erit perfecta omniũ pax Sed melius dicit ſicut in alijs officijs Ob hec oratio applicat introitũ moraliter ad pſentes fideles noſtri temporis petẽs dari per gratiã dei pacem regibus chriſtianis in hoc principio anni quo maxime ipſi ſolent commoueri ad bella ¶ Epiſtola Habẽtes donationes Rom. 12 Eſt doctrina prelatorum illius tẽporis qui gẽtilitatem cõuerſam ad chriſtum inſtruebant in multis virtutibus ad religionem chriſtianã pertinentibus maxime in charitate dei ⁊ ꝓximi eadẽqꝫ doctrina etiã deſeruit fidelib⁹ noſtri tẽporis in hoc intervallo pertinẽte ad tẽpus peregrinationis Diuiditur aũt epiſtola in tres partes Quarũ prima enumerat aliquas gratias gratis a deo datas fidelib⁹ ſuis. Secũda ibi charitatem fraternitatis cõmendit ⁊ ſuper omnia actus charitatis Tertia ibi benedicite perſequentibus cõſulit aliqua opera perfectionis que procedunt ex abũdantia charitatis Quia eñ gentiles deos ſuos reliquerãt propter chriſtũ a quibus diuerſis dijs diuerſas gratias ſe putabant cõſequi tẽpore ſue infidelitatis ideo cõſolatur eos prelatus catholicus dicẽs ꝙ loco diuerſorum deoꝝ falſorum quos reliquerũt datus eſt eis vnus verus de⁹ Jeſus chriſtus a quo vno certius ⁊ verius ipſi habẽt diuerſas gratias Habẽtes inquit vos donationes differẽtes id eſt diuerſa dona ſpiritualia ſcdm gratiam que data eſt vobis a chriſto q d cum gratia gratuitaciente dedit vobis chriſtus differẽtes ⁊ multiplices gratias alias que valent ad diuerſa opa bona exercenda in pplo dei ⁊ ideo vos debetis eas conuertere ad vtilitatem proximorũ Siue prophetiam id eſt noticia futurorũ ſcdm rationẽ fidei id eſt ex reuelatione dei non ſcdm rationẽ aſtrologie pnoſticationem futuroꝝ euentuum vt olim ſiebatis in veſtra infidelitate Siue miniſteriũ id eſt ordinem ſacerdotalẽ in miniſtrãdo pximis ſacramenta neceſſaria ad ſalutem Siue qui docet id eſt habet gratiã predicandi illa exerceat in doctrina ſana ⁊ ſolida non in fabulis prurientibus aures auditoꝝ vt faciũt gentiles oratores Siue qui exhortatur id eſt habet gratiam priuate ⁊ domeſtice exhortationis / aut fraterne correctionis laboret in exhortãdo proximos ad bona opera qui tribuit id eſt habet gratiã bonorũ tẽporaliũ vt inde tribuat alijs elemoſinas hoc faciat in ſimplicitate cordis non in duplicitate hoc eſt habeat puram ſimplicem/ ⁊ bonam intentionem in elemoſinis ſuis ſcꝫ propter amorem dei ⁊ proximi ⁊ non ꝓpter fauorem hominum/ aut propter aliquod aliud bonum terrenũ Qui preeſt id eſt prelatus eſt in eccleſia ad regimen aliorũ ſubliminatus laboret in cõmunis ſollicitudine/ vel cura ſuper grege ſibi cõmiſſo Qui miſeretur id eſt compatitur miſerijs pximorum cõſolando eos hoc faciat in hylaritate vultus id eſt faciat hoc libenter et gratioſe Dilectio id eſt amicicia veſtra quã exterius oſtenditis pximis ſit ſine ſimulatione id eſt fictione ne lateat intus in corde inimicicia cõtra eos Et vniuerſaliter in omnibus actibus veſtris ſitis odientes malũ id eſt damnum proximi et adherentes bono ad edificationem aliorum Poteſt aũt principium huius epiſtole habẽtes donationes alludere ad conuerſionem imperatoris Conſtãtini qui poſtqꝫ abrenũciauit idolatrie edificauit multas eccleſias per vniuerſum orbe ad honorem dei ⁊ virginis Marie aliorũqꝫ plurium ſanctoꝝ martyrum fecitqꝫ multa hoſpitalia ad conſolationẽ pauperũ ⁊ dotauit munificentiſſime omnia illa edificia ⁊ tandem fecit magnas donationes beneficioꝝ/ ⁊ reddituũ ſacerdotibus eccleſie maxime romano pontifici cuius verba ſunt omnia que in epiſtola ponũtur ⁊ loquitur ad alios ſacerdotes cũ gaudio dicẽs o fratres mei iam ſumus habẽtes magnas donationes ab imperatore chriſtiano ſcdm gratiã dei que data eſt nobis pluſqꝫ noſtris predeceſſorib⁹ ſub perſecutionibus tyrannoꝝ attritis ideo oportet ꝙ deinde

Introit⁹ miſſe.

Oratio.

Epl'e argumẽtũ.

Prima pars.

deinde bene vtamur gratia nobis conceſſa/ exercentes bene officia noſtra in eccleſia dei ad vtilitatem proximorum ſecundum diuerſas gra-

Secunda pars epiſtole

tias nobis conceſſas Sed pre ceteris virtutibus ſitis diligentes charitatem fraternitatis id eſt ad fratres et proximos veſtros quia charitas eſt vinculum perfectionis/ vt docet apoſtolus cuius opera precipua hec ſunt Sitis honore inuicem preuenientes vosipſos ita quod ille qui prius poterit alterum honorare ſalutando eum verbis/ ſignis/ et alijs huiuſmodi faciat libenter non expectans fieri ſibi prius honorem ab alio quia illa eſt phantaſia mūdana que naſcitur ex ſuperbia Sitis etiā in ſolicitudine rerum agendarum ad honorem dei et proximorum vtilitatem/ non pigri ſed diligentes. ſpiritu id eſt zelo dei feruentes in eccleſia et domino ſeruientes obſeruando mādata eius et in ſeruitio dei ſitis gaudentes ſpe premiorum eternorum ideo debetis eſſe pacientes in tribulationibus et difficultatibus que occurrunt in ſeruitio dei ad quam pacientiam habenda ſitis orationi deuote inſtantes id eſt inſtanter petentes ab eo auxilium gratie Item debetis eſſe communicantes bona veſtra neceſſitatibus ſanctorum id eſt indigentijs ſeruorum dei quales ſunt pauperes religioſi Sitis etiā hoſpitalitatem ſectantes cū eis id eſt libenter recipientes eos in hoſpitijs veſtris nam propter hanc miſericordiam quidam ſancti adeo placuerunt deo vt mererentur recipere angelos in hoſpites ſicut patet in Abrahā/

Tertia pars epiſtole

Loth/ et Thobia etc. Sed quia non omnes proximi veſtri ſunt boni immo ex permiſſione dei aliqui eorum perſequentur vos ideo benedicite perſequentibus vos id eſt orate deum pro eis vt cōuertantur a via ſua mala hoc enim eſt perfectiſſimum opus charitatis et quia hoc videtur nimis durum repetens dico benedicite eis et nolite maledicere Quia ſi bene aduertitis perſecutores veſtri ſunt miniſtri dei miſſi ad vos propter bonū veſtrum et plus nocent ſibi quam vobis ideo orate pro eis qui tantum nocumentum recipiunt pro bono veſtro Et quia precepit deus diliges proximum tuum ſicut teipſum debetis gaudere cū gaudentibus et flere cū flentibus id eſt letari de proſperitate et dolere de aduerſitate proximi ſentientes de vobis adinuicem idipſum id eſt vnum et idem bonum aut malum ita quod vnuſquiſque bonum aut malum alterius reputet eſſe ſuum Hec enim eſt vera charitas ex qua procedit humilitas ideo non ſitis alti id eſt ſapientes id eſt ſuperbi ſed potius conſentientes humilibus proximis id eſt condeſcendite eis vt ſitis eis ſimiles Hec doctrina etiam eſt conſona fidelibus modernis in hoc tempore quo peccata eorū in feſtis commiſſa purganda eſſent ieiunijs adhoc multum valent opera charitatis in proximis facta ¶ Cantus gradualis

Graduale.

Miſit dominus verbum ſuum etc. ex pſal. 106 Alludit ad ſanationem corporalem Conſtantini imperatoris a lepra ſua per lauacrum baptiſmi in qua etiam ſanatio ſpiritualis totius gentilitatis ſignificatur ideo eſt gratiarum actio fidelis populi ex gentibus de beneficio ſanationis ſue ſpiritualis que per verbum dei eis predicatum ſanatus eſt ab errore ydolatrie in qua letali infirmitate iacebat moriturus ¶ Verſus. Confiteantur domino miſericordie eius ex eodem pſalmo inuitat eoſdem fideles ad laudandum deum pro tali et tanta miſericordia eis facta et pro multis alijs mirabilibus dei operibus erga eos ¶ Aleluia Laudate eum omnes angeli pſalmo centeſimo quadrageſimo octauo Eſt vox populi fidelis ad prelatos ſuos qui ſunt angeli id eſt nuncij dei/ quos etiam ipſi inuitant ad laudandum deum pro gratia eis facta quia ſuo miniſterio et predicatione factum eſt tantum augmentum eccleſie chriſti ex conuerſione gentilium Quedam vero eccleſie in aleluia repetunt introitum miſſe omnis terra adoret te qui iam expoſitus eſt ¶ Euangelium Nuptie facte

Aleluia.

Euangeliū argumentum.

ſunt in Cana Galilee Joannis 2 Sub enigmate miraculi de conuerſione aque in vinum facta a chriſto in principio ſue predicationis ſueque perfecte etatis hiſtorice declarat etatem adultam atque perfectam eccleſie chriſtiane/ et miracula que deus fecit in ea propter conuerſionem imperatoris Romani et aliorum principum gentilitatis et habet tres partes In prima ponitur miraculi occaſio In ſecūda ibi Dixit mater eius additur miraculi operatio In tertia ibi Vt autē guſtauit concluditur miraculi publicatio et clara manifeſtatio Supponamus hic in primis ex ſenſu litterali huius euangelij approbationem nuptiarum a deo que licite et honeſte ſunt ſi cōcurrant omnia que ſignificata ſunt in iſto miraculo chriſti ſcilicet quod fiant in Cana que interpretatur zelus hoc eſt quod nubentes conueniant bono zelo et propter bonum finem Debet ibi inuitari mater eccleſia id eſt quod interueniat eius auctoritas et non fiat matrimonium ſine ea Debet inuitari ieſus id eſt prelatus bonus/ procurans ſalutem animarum/ et diſcipuli eius curati parrochiales qui debent coniuges benedicere Deficit autem vinum in nuptijs quando caret aliquo bonorum matrimonij que ſunt fides/ proles/ et ſacramentum quia tunc ibi non eſt vinū leticie ſed eſt meror et aqua lachrymarum que tamen per virtutem dei aliquando conuertitur in vinum gaudij miraculoſe dando eis illud bonum quod deerat Hoc patuit in ſex feminis veteris teſtamenti (que ſunt ſex ydrie) nam cum prius eſſent ſteriles et carerent deſiderata prole miraculoſe acceperunt filios a deo He fuere Sarra/ Rebecca/ Rachel/ mater Sanſonis/ mater Samuelis/ et Heliſabeth mater Joannis baptiſte Solet etiam allegorice idem miraculum exponi de nuptijs ſacramentalibus chriſti et eccleſie ſue vt patet ex homelijs Gregorij et Bede Vel etiam anagogice de nuptijs ſpiritualibus dei et anime deuote vel etiā tropologice de ſponſalibus nuptijs intellectus et ſapientie que expoſitiones requirende ſunt ex varijs doctorum ſermonibus Nunc autem ſenſum hiſtoricum ad conuerſio-

Prima ps euã gelij.

nem gentilitatis relatum proſequentes declare
mus ait enim textus Joannis q die tertio ideſt
in tertio annorum centenario a natiuitate chri
ſti facte ſunt nuptie ideſt complete et conſuma-
te que prius tempore apoſtolorum erant inicia-
te nuptie inquã chriſti cum gentilitate et facte
ſunt in Cana galilee.i. in zelo tranſmigrationis
vel tranſcẽdi ab errore ad veritatem/a tenebris
ad lucem/a falſa religione ydolorum ad veram
vnius dei fidem Et erat mater ieſu ibi ſcilicet
virgo Maria inuocata fidelium orationibus vt
impetraret a deo gratiam qua gentiles conuer
terentur. Similiter vocatus eſt ieſus orationi
bus ſanctorum per multos annos durate per-
ſecutione tyrannorum contra eccleſiam Et di-
ſcipuli eius apoſtoli iam defũcti etiam inuocati
ſunt a fidelib9 in anguſtia poſitis q̃ per multos
dies magnis ſuſpirijs inuocabãt chriſtũ ⁊ virgi
nẽ Mariam ⁊ ſanctos aplos orantes vt de9 ſua
gra illuminaret principes gẽtiliũ quaten9 ceſſa
rent a pſecutionibus chriſtianoꝝ ⁊ cõuerterentur
ad veram fidem indeq celebrarentur cũ gaudio
nuptie chriſti cũ gentilitate Fiebant aũt iſte ora-
tiones ⁊ inuocatiões fideliũ eo q deficiente iam
vino conſolatiõis in eccl'ia dei oppreſſa a tyran-
nis imperatorib9 immo ex immanitate vltime
pſecutionis ſub Diocleciano videbat iam fides
tota extingui quando nemo audebat publice ſe
chriſtianũ pfiteri et plati eccleſie dei p montes ⁊
ſiluas atq ſpeluncas terre fugientes ſe abſcon-
debant adeo vt infideles gentiles inſultãdo di-
cerent vbi eſt de9 eorum? qui nõ adiuuans eos
dereliquit in tribulatiõe poſitos Tunc ergo ma
ter ieſu virgo Maria i celis cepit inſtãtius orare
deum pro eccl'ia chriſtiana dixitq ad eum Fili
vinum leticie non habet fideles tui ſed aquam
meroris ⁊ lachrymas anguſtie Reſpondes au-
tem ieſus dixit matri ſue Quid mihi ⁊ tibi eſt o
mulier i quid tangit vel affligit nos terrenorum
hominum tribulatio?ſumus enim iam in beati
tudine finali extra viam laborioſam ⁊ in nobis
non habet locũ iam aliqua miſeria immo neq
compaſſio de aliena miſeria ſed purum gaudiũ
Et ſi aliquo modo ad nos pertinet compaſſio vl'
miſericordia de tribulatione illorum ſcʒ ſecundũ
effectum ⁊ non ſecundum affectum nondum ve
nit hora mea i tempus quo ego apud me decre-
ui eis ſubuenire publice ⁊ manifeſte qꝛ nondum
completi ſunt trecenti anni perſecutionis eccl'ie
figurati in illo triduo quo ſuſtinuerunt me turbe
in deſerto anteq̃ reficerem eos miraculo ſepte
panum de quo Marci 8 Sicut enim tunc non
refeci eos vſq quo apparuit manifeſta indigen-
tia ita et modo expectandum eſt tempus mani
feſte indigentie auxilij mei ſuper naturalis ⁊ mi
raculoſi Inſtante vero iam tempore magne et
manifeſte neceſſitat/ eccleſie dixit mater ieſu mi-
niſtris crudelitatis et pſecutionis tyrannice hoc
eſt gentilibus infidelibus quodcũq dixerit vo-
bis per inſpiratione ſuã deus filius me9 hoc fa-
cite in chriſtianos vt veniat finis tribulationis

Secũda pars euã gelij.

fidelium ⁊ ſequatur conſolatio nuptiarum eccle
ſie dei Erant autem ibi ideſt in gẽtilitate ſex hy-
drie ideſt eccleſie principales chriſtianorũ affli-
ctorum ſcʒ Jeroſolimitana / Alexãdrina/Achi-
leyenſis/Conſtantinopolitana/Romana ⁊ Com
poſtellana ſeu Hyſpana que propterea hydrie
ideſt vaſa aque dicebantur quia erant lachry-
mis plene ſed lapidee propter firmitatem fidei.
Sicut enim chriſtus eſt petra ſic chriſtianus eſt
petrus ⁊ lapideus i firmus Erantq ille hydrie
poſite ideſt diſpoſite ac bene ordinate a prelatis
ſecundũ purificatione iudeorum i apoſtolorum
qui erant ex iudeis ſecundũ carnẽ et docuerant
fideles puritate ſpũalem veteris legis abiecta
carnalitate cerimoniarũ eius Et iſte ſex hydrie
capiebant ſingule metretas binas i fideles ex
duob9 gẽtibus hoim i iudeoꝝ ⁊ gẽtiliũ vel trinas
ideſt ex tribus filijs Noe vel ex tribus mundi
partibus principalibus Aſia/Aphrica/et Euro
pa Dixit ergo ieſus miniſtris pdictis.i.impera-
toribus ⁊ regibus gentiliũ quia inſpirauit eis vt
ſeuirent in chriſtianos q̃tum poſſent Dixit ergo
eis implete hydrias pdictas fideliũ aqua tribu-
lationis hoc eſt conſumate pſecutionem eccl'iaꝝ
que diffinita eſt apud deum Illi autem permit
tente deo circa annos a natiuitate chriſti ducen
tos ⁊ octoginta imperantib9 Diocleciano ⁊ Ma
ximiano impleuerũt eas aqua predicta vſq ad
ſummum ideſt tantum tribulauerũt chriſtianos
quantum ipſi poterant ſuſtinere Facta autem
tribulatione illa vltima ⁊ aliarum omnium ma
xima dixit ieſus circa annos eccleſie trecentos
conuertatur aqua tribulationis fidelium mira-
culoſe ⁊ ſubito in vinum leticie vniuerſalis ec-
cleſie et ait miniſtris ideſt prelatis chriſtianorum
haurite nunc ideſt detegite ⁊ oſtendite gratiam
vobis datam que vinum optimum eſt et ferte
architriclino ideſt principali imperatori gentiliũ
vt guſtet eam ⁊ admiretur Et tulerunt quando
ei fidem predicauerunt ⁊ ſacramenta ſalutis mi
niſtrauerunt Vt autem guſtauit predictus ar-
chitriclinus iam fidelis effectus aquam vinum
factum ideſt gratiam chriſtianorum que letifi
cat mentem ⁊ neſciebat vnde eſſet quia ſtatim
baptizatus imperator nondum bene callebat
miſteria chriſti donec poſtea pfecit in fide ⁊ reli-
gione miniſtri autem eccleſie bene ſciebãt hec
ſecreta fidei et merito quia ipſi prius hauſe-
rant ideſt biberant aquam tribulationis et ve-
xatio dat intellectum auditui ideſt doctrine que
auditur ideo in premium ſue paciencie preterite
communicabat deus fidelibus intimam noti-
ciam ſuorum ſecretorum maxime illorum que
pertinebant ad bonam gubernationem eccleſie
nunc in aduerſa nunc in ſecunda fortuna Ideo
ex gratia dei ſciebãt fideles maxime prelati qua
re deus permiſit tantam pſecutionẽ in ſua eccl'ia
anteq veniret cõſolatio ⁊ fauor terrenoꝝ principũ
ad eam Architriclinus ergo guſtato ſpiritu dei
vocauit ſpõſum eccl'ie papã Silueſtrũ ad hono
randum ipſum tanq̃ prem quem prius queſie-

Tertia pars euã gelij

rat ad ꝑdendum tanq̄ hoſtem rei.p Romane Et vocato eo dixit interrogans que eſt iſta conditio aut natura dei veſtri preter more aliorum deorū gentilium apud quos omnis homo pri⁹ ponit vinum bonum ideſt proſperitatem ⁊ gaudium ſuis inuitatis et cum inebriati fuerint delicijs ⁊ gaudijs mundanis tunc apponit eis qđ deterius eſt ideſt aduerſitatē ⁊ triſtitiā tu autem qui deum chriſtianorum repreſentas exiſtes vicarius eius in terris prius dediſti chriſtianis aquam tribulationis ⁊ ſeruaſti bonum vinū temporalis conſolationis ⁊ proſperitatis mundane vſq₃ adhuc ꝑ trecētos fere annos Hoc enim mirum videbatur imperatori ⁊ omnib⁹ gentilibus quod tamen p̄latis et doctoribus eccleſie eſt q̄ compertiſſimum nam ꝑ omnes mundi etates diuina prouidentia hoc modo gubernauit ſeruos ſuos a principio mūdi. ꝙ pri⁹ experti ſunt aduerſam q̄ proſperam fortunam/prius laborē q̄ quietem/prius triſticiam q̄ gaudium Et hoc etiam figuratum eſt in primis ſex dieb⁹ creationis mundi. quib⁹ correſpondent ſex eius etates Nam dicitur Geneſ. I Factum eſt veſpere ⁊ mane dies primus/factum eſt veſpere ⁊ mane dies ſecundus/⁊ ſic de alijs ꝑ veſpere n aduerſitatem per mane proſperitatem ſignificat ſcriptura iuxta illđ pſalmi 29 ad veſperū demorabitur flet⁹ ad matutinum leticia Vult ergo deus in quolibet die ſeruorum ſuorum ꝙ prius ſit veſpere q̄ mane quaten⁹ humiliati aduerſitate poſtea moderate vtantur proſperitate ⁊ nō inebrientur in ea Quo contra mūdani hoīes prius inebriantur vino proſperitatis ⁊ poſtea neſciunt ferre aduerſitates ſed veniūt in deſperationem Horum hominum differentia mōſtrata fuit in rege Dauid ⁊ filio ei⁹ Salomone nam ille prius expertus eſt veſpere q̄ mane i. prius perſecutiones q̄ regnum iſte vero prius voluit habere mane q̄ veſpere Quare Dauid aduerſitate examinatus euaſit ſanctus Salomon vero mūdana felicitate inebriatus malos exitus habuit vt dicitur 3 regum cap II Hoc igitur initium ſignorū ideſt miraculorum ad conſolationem eccleſie chriſtiane ꝑuenientiū fecit ieſus quando ꝑ gratiam ſuam imperatorem monarcham illuminans ad ſe cōuertit in Cana galilee i. in zelo tranſmigrandi eccl'iam ſuā a iudeis ad gentiles et manifeſtauit gloriam ſuā gentilib⁹ qui prius eam nō cognoſcebant ſed viſo hoc miraculo conuerſi imperatoris crediderunt in eum firmius ⁊ certius diſcipuli i. xp̄iani qui iam titubare videbantur in fide propter immanitatem ꝑſecutionum eccleſie quia iam putabant ſe a deo derelictos Viſa autem proſperitate ⁊ pace eccleſie ex fauore imperatoris ⁊ donationum eius confirmati ſunt credentes ſe bonum deum habere in cuius manu ſunt omnium regum corda ⁊ quocunq₃ voluerit vertit illa

Moralitas euangelij

¶ Moraliter aūt qꝛ hec dominica eſt prima poſt omnia feſta puericie chriſti in quib⁹ homines imperfecti laxarūt habenas ad gaudia mundana que inebriāt animas ideo ſancta mater eccleſia incipiēs officia peregrinationis fidelium hodie nititur eos conuertere ad penitentiā et deuotionem vt notauimus in reſponſorijs matutinis ⁊ etiā in epiſtola de varijs operibus charitatis erga deum et proximos quia vt dicitur Prouerbi 10 vniuerſa delicta operit charitas ſed in euangelio aptiſſime recitatur miraculum de conuerſione aque in vinum ad denotandum ꝙ per opera penitentie et charitatis impetratur gratia dei ad mutandum aquam mundane vanitatis in vinū p̄cioſiſſimū ſpiritualis deuotionis q fideles chriſti inebriati firmius adherent deo per fidem ⁊ charitatem ſed ad huius miraculi operatione oportet ꝙ ſit zelus tranſmigrationis a mundo ad deum ⁊ ꝙ deuotis orationibus inuitetur maria mater Ieſu. ſimiliter ⁊ chriſtus et diſcipuli eius apoſtoli alijq₃ ſancti quorum patrocinijs impetretur gratia dei que conuertat cor hominis ex aqua in vinum

Offertorium.

¶ Offertorij cātus Iubilate deo vniuerſa terra pſal' 65 Geminato principio in ſignum magni gaudij profert leticiam eccleſie ꝓ data ſibi proſperitate pace ⁊ fauore temporali in vniuerſa terra ex conuerſione imperatoris et aliorum principum gentilitatis ideo dicit Venite audite ⁊ narrabo vobis quanta mirabilia deus fecit anime mee Oratio ſecreta Oblata dn̄e munera applicat offertoriū moraliter ad preſentes orās etiam deum ꝓ emundatione eorum a peccatis preteritis in feſtiuitatibus domini.

Communio.

¶ Cantus cōmunionis Dixit dominus implete hydrias aqua ex euangelio hodierno decantat miraculum p̄dicte conſolationis ecclīe excluſa omni perſecutione tyrannorū Vltima oratio augeatur in nobis dn̄e applicat communionem moraliter ad preſentes petens etiam augmentum boni incepti in predicto miraculo pacis eccleſiaſtice vt tande perueniamus ad finē optatū perpetue beatitudinis

## ¶ Caput quītumdecimū

de officio dominice tertie poſt Epiphaniam in quo ꝑfecta etas vtriuſq₃ chriſti deſcribitur

Argumentum officij.

Sicut in precedētibus officijs ecclīe ꝑ varias xp̄i veri etates i. hac vita mortali figurauim⁹ varios ſtatus populi chriſtiani quouſq₃ ad plenā eius etatē ꝑuenim⁹ ita in ſequentibus dn̄icis vſq₃ ad ſeptuageſima eiuſdem ecclīe iā adulte varios ſucceſſus poſt imperatore Conſtātinū vſq₃ ad finem mūdi figurare intedimus nō ꝑ alias etates chriſti veri poſt ſuā iuuētutē (a qua nō fuit cōueniens ipſum traſire ad ſenectutē: q ex defectu naturalis virtutis imperfectionē denotat) Sed ꝑ varios ānos p̄dicationis ſue a baptiſmo ei⁹ vſq₃ ad paſſionē ⁊ mortem ſuā Et q̄dem de baptiſmo chriſti in octaua epiphanie mentione fecim⁹ cui etiā in p̄cedente dn̄ica baptiſmū imperatoris ⁊ alioꝝ principū gentilitatis conſidere fecim⁹ in etate ecclīe iā adulta.

Initium etiam predicationis ⁊ miraculorū chri-
ſti ad cōuerſionem totius fere orbis retulimus
circa annos ere xp̄i ferme trecentos Conſeques
ergo erit vt huius dominice officium ad primū
annum predicationis ⁊ miraculorum chriſti pti-
neat vt in eo repreſentetur diſpoſitio eccl'ie ſue a
Conſtantino magno vſqȝ ad Theodoſium impe-
ratorem catholicum et Damaſum papam ſan-
ctiſſimum p centum fere annos temporalis proſ-
peritatis et magni fauoris populi chriſtiani ſub
imperatoribus ⁊ regibus catholicis Nam et ie-
ſus chriſtus in illo primo anno ſue p̄dicationis
apparuit mundo admirabilis ⁊ ab omnib⁹ ho-
norabatur atqȝ in magno p̄cio ⁊ reuerentia ha-
bitus eſt apud omnes homines ſimiliter ⁊ ec-
cleſia ſua in p̄dicto tempore Suppoſita vero
declaratione officij matutinalis huius diei ex p̄-
cedente capitulo Introitus miſſe huius diei ſi-
Introit⁹ miſſe. milis eſt precedenti ſcilicet Adorate deum om-
nes angeli eius ex pſal' 96 Nam decantat chri-
ſtum eſſe adoratum in predicto tempore hoc eſt
circa annos ere ſue quadringetos ab omnibus
ferme gentib⁹ iam couerſis ad fide eius in qua
etiam etate claruerunt magni ⁊ preexcellentes
doctores fidei catholice ſiue greci ſiue latini vi-
guerunt quoqȝ tunc ſanctiſſimi p̄lati eccleſiarū
et multi reges catholici moderatores diuerſo-
rum regnorum in terris qui omnes prelati re-
ges ⁊ doctores nimirum angeli vocantur i. nun-
cij aut legati dei in terris quia eius officia agūt
apud homines ideo eos omnes inuitat noſter
introitus ad adorandum chriſtum regem regū
⁊ dominum dominātium Et apparet introitus
iſte vox Damaſi pape aut Theodoſij imperato-
ris qui ea autoritate qua ceteris preeminebat
inuitabat eos ad diuinum cultum Poteſt etiā
intelligi eſſe vox totius eccleſie congaudentis
de ſua tanta proſperitate/honoris ⁊ pacis q̄ illo
tempore omnes ferme reges et magni domini
totius mundi iam chriſtum adorabant Sequi-
tur audiuit ⁊ letata eſt ſyon ideſt eccleſia chriſtia-
na ſpeculatrix diuinorum ſecretorum et exulta-
uerunt filie iude ideſt anime deuote deum con-
fitētes per ſyon etiam ⁊ iudam intelligi poſſunt
illi chriſtiani qui tunc erant in Judea ⁊ Jeruſa-
lem vel qui erant ex genere iudeorum Audiuit
enim tunc illa eccleſia hanc gentilium conuer-
ſionem eccleſie vniuerſalis augmentationem et
magnum fauorem ⁊ ideo letata eſt ſyon que eſt
cumulus et aceruus ideſt quia cumulata eſt et
coaceruata ex multis ⁊ exultauerunt filie iude q̄
eſt laudatio vel confeſſio quia videbat gentes
iam laudare ⁊ confiteri deo ſimul cum iudeis
catholicis Et quia ex p̄dicta gentilium conuer-
ſione chriſtus factus eſt magnus rex in terris
ideo additur verſus Dñs regnauit principium
Oratio. eiuſdē pſalmi ⁊ clare patet ¶ Oratio Omnipotens
ſempiterne de⁹ infirmitatē noſtrā Applicat introi-
tū moraliter ad p̄ſentes petēs etiam eis gra-
tiā deo ad perſeuerandū in bona vita quam in-
choauerāt p̄cedēte dñica allegans ad hoc nram

infirmitatē q̄ ſine grā dei nō poteſt pſeuerare in
bono Poſſet etiā p hyſtoriā hec oratio dici in p-
ſona damaſi pape ⁊ alioꝝ p̄latoꝝ illi⁹ temporis.
qui orabant deum p cōſeruatione ſue eccl'ie in
ſtatu illo tante proſperitatis et loquitur de infir-
mitate infidelitatis quam chriſtus ſanauerat in
gentilibus tunc ad fidem conuerſis ad quoꝝ p-
ſeuerantiam in fide petit gratia dei ¶ Epiſtola Epiſtole argumen-
Nolite eſſe prudentes apud vos Ro 12 Sicut tum.
in contextura lr̄e ſequitur ad epiſtolā p̄cedentis
dominice ita in ſententia continuat ſermonē de
charitate pro illo tempore eccl'ie neceſſarium ſi-
cut enim p̄cedens epiſtola hortabatur fideles ad
benefaciendū proximis ita hec prohibet eiſdem
malefacere et diuidit in tres partes Prima no-
tat ſuperbie elationem Secunda ibi ſi fieri po-
teſt Diſuadet ire rācorem Tertia ibi ſi eſurierit
inimicus hortatur iniuriarū dimiſſionem Prin- Prima
cipium ep'le p hyſtoriam videtur inſinuare prin- pars.
cipium predicationis xp̄i contra cōmunem ſen-
ſum mundanoꝝ et improbat phantaſiam genti-
lium qui putabant vindictam inimicoꝝ eſſe lici-
tam etiam nō ſeruato ordine iuris immo apud
eos reputabatur infamis q̄ hanc vindictam de
inimicis nō pcurabat Contra hos ait prelatus
illius temporis Nolite eſſe ſapientes apud voſ-
metipſos proterue defendendo ea omnia q̄ vo-
bis apparet bona maxie id qđ putatis de vindi-
cta inimicorum pro iniurijs vobis factis quia p-
fecto illa opinio eſt falſa ideo nulli ſitis reddē-
tes malum opus vindicte p malo opere iniurie
in vos facte imo ſitis pudentes .i. prouide fa-
cientes bona opera non tantum coram deo i. be-
ne ſeruientes deo ſed etiā coram hoibus i. facie-
tis etiā bona opera ad proximos propter deū.
Hec autem doctrina eſt adeo vera q̄ non ſolum Secūda pars
in actibus exterioribus debetis cauere a malo Epiſtole.
proximi ſed etiam in motibus ⁊ paſſionib⁹ ani-
me interioribus Nam ſi fieri poteſt quantum in
vobis eſt habete pacem i. amiciciam cum oībus
hominibus etiā cum eis qui vos offenderunt.
Non ſitis defendentes voſmetipſos in conten-
tione verboꝝ ſcȝ pſiſtēdo pterue in vr̄a opinīōe
q̄ ꝺ ſi aliq̄ndo propter maliciā exceſſiuā proximi
veſtri non oſtendatis ei amiciciā exterioribus ſi-
gnis (qđ ad euitandū aliqđ malum fieri poteſt
⁊ non alias) tamē in corde vr̄o habeatis pacem
⁊ amicitiā ad ipſum et date locū ire alterius nō
reſpōdendo ei ad ſua verba iniurioſa ſed cauete
a litigijs proximoꝝ q2 de⁹ defendet vos ſcriptū
eſt n in lege veteri Deutero 7 Mihi vindictam
relinquite et ego retribuā inimicis vr̄is penam
cōdignā p ſuis delictis et tali vindicta debetis
eſſe cōtenti Et ſi vultis adhuc eſſe magis pfecti Tertia
habete p̄parationē aie ad būfaciendū inimicis pars epi-
q̄ndo fuerint in neceſſitate cōſtituti ſiue in cibo ſi- ſtole.
ue in potu ſiue in quouis alio ſubſidio nā ſic fa-
ciēdo vincetis maliciā eoꝝ / ⁊ incitabitis eos ad
amore vr̄um ideo ſi eſurierit inimicus tuus ciba
illū ſi ſitit potū da illi hoc n faciēs carbones ig-
nis ſiue ignitos .i. incēdiū charitatis cōgeres ſup

caput i mente eius Nā hoc mō ſcies vicere malu tui inimici in bono ope tuo ⁊ nō pmittas te vinci a malo hoc ſic q̄ malicia ei⁹ faciat te eſſe malum Ex hac epla poteſt notari p hiſtoriā q̄ fuerit occaſio hereſum que inſurrexerūt in eccleſia dei in tempore illo (quod hoc officium repſentat) quia ſcilicet heretici volebant eſſe ſapientes apud ſemetipſos defendebātq; opiniones ſuas cum magna pteruia et contendebant vbis multis ſuper intelligentia ſacrarum ſcripturarum ideo ad euitandum illa mala prelati illius tempois pdicabat fidelibus pdictam doctrinam Noſtris etiam tepoꝛibus eadem doctrina eſt valde neceſſaria quādo refrigeſcit charitas ⁊ vt notauit apoſtolus ſunt homines valde amantes ſeipſos/elati/ſuperbi ⁊c̄ Et hanc humani generis diſpoſitione etiam ſignificat tempus hyemale ⁊ frigidum in quo hec officia leguntur in eccleſia dei et ideo parabola ſumpta ex malicia tempoꝛis iſte epiſtole incitant feruoꝛem charitatis

Graduale. ¶ Cantus gradualis timebunt gentes nomē tuū domine ex pſal' 101 Concordat in ſeña cum introitu de perfecto ſtatu eccleſie ⁊ regni chriſti in terris ex conuerſione infidelium ⁊ poteſt prim⁹ verſus referri ad gentiles / ſecundus ad iudeos q2 dicitur Quoniam edificauit domin⁹ ſyon ⁊c̄

Alleluia. Alleluia Dominus regnauit pſal' 92 Decantat regnum chriſti decoꝛum ⁊ foꝛtificatum in terris ex pdicta infideliū couerſione alii dicūt. Alleluia Dextra domini fecit virtutem. ex pſal' 117 Et eſt vox eccliē deū laudantis de tāta victoꝛia cōtra infideles ⁊ de ſua exaltatione in toto mundo

Euangelium. ¶ Euangeliū. Cum deſcendiſſet dominus ieſus de monte Mathei 8 Narrat miracula q̄ chriſtus fecit in pꝛimo anno ſue predicationis vt inde ſignificet pꝛoſperitatem ecclie qua habuit ex conuerſione plenitudinis gentilium ⁊ etiam aliquoꝛum iudeoꝛum Euangelia etiā que eccleſia Toletana et quedam alie ponunt in feria quarta ⁊ ſexta hebdomadis ſemp cōcoꝛdāt cū euāgelio dominicali in materia et modo loquendi vt videre eſt in hebdomade pcedēte vbi oīa euangelia erant de initio pdicationis et miraculoꝛum chriſti In hac vero hebdomade oīa ſunt de geſtis chriſti in pꝛimo anno et ſimiliter pꝛocedēt ſequentes hebdomades per annos ſequentes pdicatiōis chriſti Diuiditur autē hoc euangeliū pncipalit in duo miracula chriſti alterū de ſanatione leproſi iudei/alterum de ſanatiōe paralitici gentilis Sed quia in ſecundo miraculo interponitur reſponſio chriſti de laude hois gentilis Ideo more cōſueto euangeliū habebit tres partes Pꝛima eſt de leproſi curatione Secunda Cum autem intraſſet ⁊c̄ eſt de Centurionis ſupplicatione Tertia ibi audiens autē ieſus ⁊c̄ de duplici ieſu reſpōſione Suppoſito ſenſu litterali et dubijs eius ex poſtillis cōmunibus

Pꝛima pars euāgelij. Deſcenſus chriſti de monte vbi ſolis diſcipulis ſermonem fecerat ad planiciem campi vbi turbas docuit aperte ſignificat deſcenſum virtutis et gratie eius a conuerſione pꝛincipis gentilis ad conuerſionem populi eius per montem n altitudo regie vel imperialis dignitatis oſtenditur: per planiciem humilitas populi huic concoꝛdat quod ſequitur Et ſecute ſunt eum p veram fidē turbe multe. naturale eſt enim q̄ ducem ſequaē populus in religione ſicut in ceteris omnibus. Sed hec clauſula eſt generalis de conuerſione gentilium ideo ad magis ſpecificandum addit aggregatio totius ecclie ex iudeis et gentilibus Imprimis ergo ecce lep oſus quidam i populus iudeoꝛum vicijs carnalibus plenu veniens ad chriſtum predicatione apoſtoloꝛum tractus adoꝛabat eum tanquam verum meſſiam eis in lege pꝛomiſſum cuius nomē emanuel i nobiſcū deus cui debetur adoꝛatio et dicebat ei domine ſi vis potes me mundare per baptiſmum ⁊ alia ſacramenta non ſolum a peccatis ſed etiam ab immundis cerimonijs legis Et ieſu: pꝛimo extēdens manū ſuoꝛum miraculoꝛum tetigit illū populum contactu virtutis in coꝛde Deinde verbo doctrine docuit eum dicens volo te mūdari et quoties volui cōgregare filios tuos ⁊c̄ Mathei 22 Et confeſtim mundata eſt lepꝛa eius predicta in multis illius populi vt in zacharia/Symeone/paſtoꝛibus/apoſtolis et alijs diſcipulis eius et ait ieſus illi populo iam baptizato Uide nemini dixeris i ne gloꝛieris coꝛam hominibus de gratia tibi facta qui ad humilitatem vocatus es et quia petiſti ſacramēta ad tuam mundiciā vade oſtende te ſacerdoti i prelato eccleſie cuius eſt diſcernere lepꝛam a non lepꝛa ⁊ mundū ab immundo in ſacramento cōfeſſionis pmaxime. et cum ipſe iudicauerit te eſſe mūdum offer deo munus quod pcepit Moyſes Leuitici 14 Spiritualiter acceptum Nam duo paſſeres ſunt aīa et coꝛpus quoꝛum alter eſt moꝛtificandus vt alter viuus maneat et liber dimittatur volare Cedrus/yſopus / et vermiculus ſunt tres virtutes theologice hoc itaq; munus eſt ſacerdoti offerendum in teſtimonium vere ſanationis tue quod ita factū eſt in plerisq; illius populi iudaici tempoꝛe apoſtoloꝛum et deinceps quotidie fit in eis qui ad chriſtum conuertuntur Fundatur hec expoſitio huius miraculi in eo q̄ iſte lepꝛoſus erat iudeus nimirum ergo ſi in ipſo iudeoꝛum conuerſio ſignificata fuerit Sequens miraculum eſt de gentili paralitico in quo ideo gentilium conuerſio denotatur Cum n poſt ſanationem lepꝛoſi populi iudeoꝛum pro aliqua ſui parte Jeſus introiſſet per fidei ſue pdicationē Capharnaum ideſt villam pinguedinis aut conſolationis que eſt gentilitas acceſſit ad eū Centurio ideſt pꝛinceps illius populi imperatoꝛ aut rex vel etiam philoſophus et ſapiens rogans eum et dicens Domine puer meus ideſt populus iſte ſatis imperfectus et carnalis iacet pꝛonus ad terram et ad bona eius que cogitat et deſiderat ſola et in domo interioꝛi q̄ eſt cōſciētia ſua eſt paraliticus i reſolut⁹ et carēs vitalib⁹ ſpiritib⁹ hoc eſt inſpirationib⁹ dei ⁊ ideo male toꝛquet diuerſis erroꝛib⁹ et ſuperſtitionib⁹ demonū.

Secda pars euāgelij.

paralyſis

Ecce qualis erat infidelitas gẽtilium que ideo
vocatur paraliſis ſicut infidelitas iudeorum vo
cata eſt lepra Judei enim diuinas reuelationes
habentes (quia vt dicit ad Ro 4 Tradita ſunt
eis eloquia dei) quaſi ſpiritus vitales peccabãt
nihilominus exceſſibus vicioꝝ carnalium q̃ con
ſuetudo eſt ad modũ lepre ſcꝫ ex exceſſu humo
ris corrupti Sed gentiles quibus deus iudicia
ſua non manifeſtauit peccabãt ꝑ omnimodam
igno antiã velut paraliſim paſſi q̃ eſt membro
rum reſolutio/exſiccatio vel extenuatio ex caren
tia ſpirituum Huic Centurionis ſupplicationi
(que Joannis 12 figurata eſt in illis gentilibus
qui volebant videre et alloqui Jeſum) reſpõdit
Jeſus dicens ego veniam ad tuũ populũ ꝛ cura
bo eum a ſua infidelitate explens tamen prius
miſterijs humane redemptionis apud iudeos
quia niſi granũ frumenti i filiꝰ dei cadens i ve
niens in terram ꝑ incarnationem mortuũ fuerit
ꝑ ſuam paſſione ipſum ſolũ manet fructu vacuũ
aut valde diminutũ qui fructus eſt conuerſio in
fideliũ ad deum Si aũt mortuuꝫ fuerit ꝛ iteruꝫ
reſurrexerit a mortuis multum fructũ affert ma
xime in gentilibus ad quos hic ſermo dirigeba
tur Tali promiſſioni chriſti reſpõdens gentilis
Centurio ait domine nõ ſum dignus vt tu per
corporalem tuã pſentiam intres ſub tectũ meuꝫ
ideſt in terram meam ſed tantum dic.i manda
verbo pdicationis ꝑ tuos diſcipulos ad nos miſ
ſos ꝛ ſanabitur puer meus i populus gentilis
mihi ſubiectꝰ ſcriptum eſt n pſal 17 Populus
quem no cognoui ſeruiuit mihi in auditu auris
obediuit mihi.Sufficit ergo populo gentili ꝙ tuã
predicatione audiat dato ꝙ tuã pſentiam nõ vi
deat et ſtatim ſanabitur a ſua paraliſi predicta.
Additur ad hoc ꝓpoſitum congrua ſimilitudo de
terrenis dominis qui vbo ſuo imperatiuo mul
ta faciunt vbi nõ ſunt corporaliter preſentes ſed
ſufficit eis ꝙ mittant illuc ſeruos ſuos quanto
magis chriſtus rex celeſtis ꝛ ſub nulliꝰ poteſta
te conſtitutus poterit ſanare gentiles ab infide

Tertia pars euãgelij.

litate ſua miſſis ad eos diſcipulis ſuis Hanc ve
ro reſpõſionẽ tante humilitatis gentiliũ audiens
chriſtus admiratus eſt i admirationem fecit iu
deis de fide gentiliũ ſcꝫ quomodo ille populus
cui nulle facte ſunt reuelationes dei ꝑ prophe
tas tã recte ſentiat de chriſto ꝛ de miſterijs fidei
ſue ꝙ excedat iudeos quotidie habentes ꝑ ma
nibus ſuis ſacras ſcripturas que de chriſto lo
quuntur ideo ſequentibus ſe fidelibus dixit Je
ſus amen dico vobis i certiſſime affirmo ꝙ non
inueni tãtam fidẽ in Jſrael populo iudeoꝝ quã
tam video in populo gentiliũ.qḋ intelligendum
eſt in ꝓportiõe nõ in quãtitate abſoluta virtutis
fidei:vel ſi de quãtitate abſoluta fiat ſermo hoc
referendum eſt ad ſubiectũ fidei qui ſunt hoĩes
fidem recipiẽtes vt ſit ſenſus ꝙ nõ tot ex iudeis
quot ex gentilibus fidem chriſti ſuſceperunt nõ
ſolum abſolute ſed etiã nec cõſiderata vtriuſꝙ
populi quantitate ideo ſubditur dico aũt vobis
ꝙ multi gentiliũ ab oriente ꝛ occidente i ab om
nibus mundi partibus venient ad fidem meam
et recumbent in regnũ celoꝝ.i in eccĩa dei cum
Abraham/Jſaac/et Jacob i habentes eandem
fidem cum ſanctis patriarchis ꝛ ꝓphetis q̃ erãt
patres iudeoꝝ. Filij aũt multi patriarcharum
ſcḋm carnem i multi iudeoꝝ propter ſuã infide
litatem eijcientur in tenebras exteriores i extra
patriam ſuam in captiuitatẽ ſub poteſtate genti
lium ibi erit fletus iudeoꝝ ꝛ ſtridor dentium pre
anguſtia magna patet ergo ꝙ merito illiꝰ prom
ptitudinis qua gentiles in auditu auris obedie
rũt fidei ieſu chriſti Cõmunicauit eis deus mul
tiplicem gratiam et inter alias ꝓfundam intelli
gentiam ſacrarũ ſcripturarũ etiam veteris legis
qualem nunꝙ habuerunt doctores iudeoꝝ qui
bus tales ſcripture tradite erant a principio qḋ
etiam ſacrarum lrãrum ſtudium regnum dei ap
pellatur a chriſto Matthei 21 Auferetur inquit a
vobis regnum dei et dabitur genti facienti fru
ctus eius i populo gentili ex quo multi docto
res vt Origenes/Chriſoſtomus/Hieronimus/
Auguſtinus et ceteri (qui floruerunt in tempore
ꝑ hanc dominicam ſignificato) qui et magnum
fructũ ſacrarum ſcripturarũ pceperunt Hac pri
ma chriſti reſponſione directa ad turbas ſuper
verbo Centurionis additur altera et dixit ieſus
Centurioni i principi gentiliũ qualis erat Con
ſtantinus aut Theodoſius vade in pace et ſecu
ritate conſcientie et ſicut credidiſti i credendo pe
tiſti fiat tibi ſcꝫ ꝙ abſꝙ corporali pſentia chriſti
apud gentiles ꝑ ſolum verbum pdicationis ſue
ſanaretur populus gentilis ab infidelitate ꝛ ſa
natus eſt puer in illa hora i in breui tẽpore poſt
Conſtantinum tota fere gentilitas fuit ad fidem
chriſti cõuerſa ꝛ a ſua paraliſi ſanata ſed iudeoꝝ
plurimi vſꝙ in hodiernum diem in ſuis erroribꝰ
pſeuerant Moraliter Pro fidelibus in hoc tem Moralitas.
pore iſti duo infirmi duo ſignificant genera pec
catorum qui a chriſto debent petere ſanitatem
animarũ ꝑ leproſum fidelis peccator inſinuatur
qui tũc in lepram incurrit quando maliciã com
mittit nam peccatum in aĩa ſicut lepra in corpo
re oes ſenſus ebetat ſcꝫ viſum auditum ꝛc Jtem
lepra habet effectus ſeptem vitiorum capitaliũ
ſcꝫ tumorem vt ſuperbia/ ſitim vt auaritia/feto
rem vt luxuria ꝛc.tunc leproſus venit ad ieſum
querens mundari quando peccator penitet de
peccato et tunc ieſus extendit manum ſue miſe
ricordie et tangit eum ꝑ grãm ſuam et confeſtim
mundatur lepra ſua ſed iubet vt non ſuperbiat
immo potius humiliet ſe ad pedes ſacerdotis
petens abſolutionem ꝛ penitentiam ꝛc Per al
terum paraliticum infidelis homo ſignificatur
qui extra eccleſiam chriſti exiſtens caret ſenſu i
cognitione veritatis et motu i operatione virtu
tis quia ſine fide recta nulla eſt virtus perfecta
Centurio pro eo rogat quando prelatus eccle
ſie aut predicator eum in fide inſtruit et ab infi
delitate reuocat cum adiutorio diuine gratie
cuius fidei merita deus colli udans propter hu
militatem ſuam ſanat ipſum quando gratiam

et infundit et cor eius illuminat Cantus of-
(Offertorium.) fertorij Dextera domini fecit virtutem pſalmo
117 Eſt vox eccleſie exultantis de predictis mi-
raculis a chriſto factis in conuerſione vtrorumqꝫ
infidelium vnde ipſa eccl'ia augmentatur con-
firmatur ⁊ exaltatur Oratio ſecreta Hec hoſtia
domine fidelibus preſentibus adaptans offer-
torū petit eis emundatione a deo eius quotidia-
(Communio.) nā ad digne celebrandum eccleſie miſteria Can-
tus communionis mirabantur omnes Luce 4
notat admirationē fideliū illius temporis de tan-
to fructu predicationis euangelij in omnes infi-
deles Finalis oratio Quos tantis domine de
preſentibus noſtri temporis loquens petit a deo
vt effectū predictorum miraculorum deus conti-
nuet in eccleſia ſua conuertendo infideles ⁊ alios
peccatores

# Caput ſextumdecimū

de officio quarte dominice poſt Epiphania quo principium perſecutionis ac tribulationis vtriuſqꝫ chriſti inſinuatur



(Argumētum officij.) In ſecū-
do anno ſue p̄-
dicatiōis chri-
ſtus redemptor
noſter aliqua-
lem contradi-
ctionem ſuſti-
nuit a peccato-
ribus quibus
ſua doctrina diſ-
plicebat et ſic
eccleſia chriſti
poſt conuerſio-
nem imperatorum Romanorū aliquas perſecu-
tiones paſſa eſt ab hereticis arrianis (quorum
primus fautor fuit Conſtantinus imperator et
quidā alij poſt eum) et a tyrannis gentilibus a
fide ſuſcepta apoſtatantibus i retrocedentibus
quorum primarius fuit Julianus imperator de
cuius perſecutione (q fuit breuiſſima) vt intelligen-
dum illud Apoc 8 Factum eſt ſilentium in celo
eccleſie in trantis quaſi media hora i ꝑ ſilentio
q2 iſte clauſit eccl'ias xp̄ianoꝝ ⁊ fecit ceſſare diui-
na officia Tali ergo eccl'ie tēpeſtati officiū huius
dn̄ice correſpondens nihil habet ꝓprium p̄ter ora-
tiones ⁊ lectiones que ſunt epiſtola ⁊ euangeliū.
nam alia oīa ex dominicis precedentib⁹ mutua-
ri ſolent eo q eccl'ia in tempore p̄dicte perſecutio-
nis ab omnib⁹ fere officijs diuinis ceſſauit p̄ce-
terqꝫ ab orationib⁹ ſecretis ⁊ doctrinis domeſti-
cis paliato ūm Hinc eſt q poſt epiphaniam ſo-
la tria officia miſſalia ordinauit eccl'ia quantum
ad cantus chori clericorum Sex autē quantum
ad orationes epl'as ⁊ euangelia Cum n̄ de hac
eadem materia peregrinationis eccl'ie chriſtiane
in ſexta etate copioſius agendū ſit a Pentheco-
ſte vſqꝫ ad aduentū dn̄i ab eutant nūc hiſtorias
hec officia dominicalia in hoc interuallo quoad
ſeptuageſimā ꝓperat eccl'ia Oratio ergo huius (Oratio.)
dominice Deus qui nos in tantis periculis al-
legat tribulatiōes ſupradictas illius tēporis (qd̄
hoc officiū commemorat) pro peccatis xp̄ianoꝝ
inflictas et applicans hyſtoriam ad fideles pre-
ſentes petit auxiliū gratie dei ad bene ſuſtinen-
das ⁊ ſuperandas tribulationes ⁊ tentatiōes nūc
occurrētes Epiſtola Nemini quicquā debeatis (Ep'le argumētū.)
Rom 13 in textu apoſtoli continuat ad duas epi-
ſtolas p̄cedentes ⁊ etiam in materia q2 loquitur
de charitate ꝓximis exhibenda p̄ ricula n̄ huius
vite incidunt fidelib⁹ ex torpore fidei quāuis iterum
accenſa p charitate ſtatim miteſcunt mala adiu-
uate deo Doctrina ergo de charitate erat neceſ-
ſaria fidelibus nō ſolū in proſperitate ſed etiā in
aduerſitate adeo p̄latī illius tēporis frequentes
p̄dicatiōes habebat de charitate q̄ ſunt iſte ep'le
Diuidit vo hec ep'la in tres partes Prima oſtē-
dit obligationē charitatis Secunda ibi q̄ enim
diligit ⁊c addit rōnem obligationis Tertia ibi
plenitudo ergo ⁊c infert concluſionem ex dictis
(Prima ps ep'le.) Predixerat aūt ap'lus paulo ante Reddite oīb⁹
ꝓximis debita cui tributū tributū cui vectigal
vectigal ⁊c vnde cōcludit ita reddite oībus debi-
ta vt nemini quicq debeatis ſolutis debitis vnū
tamen eſt debitū qd̄ omnib⁹ ꝓximis debetis ſcꝫ
charitas qd̄ continue ſoluēdo nunqꝫ ab eo eritis
(Secūda pars ep'le) abſoluti. Curate ergo vt ab alijs debitis ſitis ab-
ſoluti ⁊ nō reſtet aliud debitū niſi vt inuicē dili-
gatis vos q' aūt charitate debeatis proximis ſic
facile ꝓbatur q2 omnes fideles ſunt obligati ſer-
uare mandata dei ſed eoꝝ plura ſunt de charita-
te qua ꝓximos diligant ergo nō poſſunt mādā-
ta dei implere niſi ꝓximos diligant et vice ver-
ſa q̄ diligit proximū legem dei i mandata legis
impleuit q2 plura eoꝝ loquunt de dilectiōe pro-
ximi ſ mandata ſecunde tabule Nam nō adul-
terabis nō occides/nō furaberis/non falſum te-
ſtimoniū dices/nō concupiſces rem ꝓximi tui/⁊
ſi qd̄ eſt aliud mandatū vt de honore parentuꝫ
in hoc verbo i in hoc generali mādato inſtaura-
tur i fundatur ⁊ p̄ficitur ſcꝫ diliges ꝓximuꝫ tuū
ſicut teipſum Si enim diligis proximū vis ei bo-
num ⁊ euitas malū et ſi diliges eū ſicut teipſuꝫ
vis ei idem bonū qd̄ ⁊ tibi/ euitaſqꝫ ei illud ma-
lum qd euitas tibi Dilectio enim ſicut procurat
bonum amico ita ⁊ euitat maluꝫ eidem ergo ſi
diligis proximū ſicut teipſum honorabis eum
(Tertia ps ep'le.) et non operaberis malum contra eum Hoc
autem p̄cipiunt illa dei mandata q' non agas
maluꝫ cōtra proximū tuū ſicut nō' vellēs q illud
fieret contra teipſum Ergo q̄libet homo eſt ob-
ligatus ad dilectionē proximi que includitur in
mandatis dei et ab hoc debito nunqꝫ poteſt eſſe
abſolutus ſicut neqꝫ ab impletione mandatoꝝ
dei.qui i plenitudo i adimpletio legis dei eſt di-
lectio i fundatur in dilectione et charitate Nam
precepta prime tabule ſunt de dilectione dei p̄re-
cepta ſecunde de dilectione proximi ergo ſine
dilectiōe ꝓximi lege dei implere nō poſſum⁹.et
fide parua habem⁹ valde periculis ſubiectam.

Euāgelij argumentum.

¶ In euangelio Aſcendente in naviculam ꝛc̄ Matthei 8 declarantur pericula ꝛ tribulationes illius etatis eccleſie quod tripharíam diuiditur. Prima pars declarat periculū Secūda ibi ꝛ acceſſerunt ꝛc̄ prouidet remediuꝫ Tertia ibi porro homines ꝛc̄ declarat miraculū. Suppoſita litterali intelligentia myſtice nauicula Petri eſt eccleſia chriſti Petro cōmiſſa mare eſt iſte mūdus ideſt homines mūdani carnaliter viuētes/ventus et tempeſtas maris ſunt perſecutiones malorū que eccleſiam dei perturbāt/cōmouent/ꝛ inquietāt

Prima pars euāgelij.

Ergo in illo tempore predicte etatis eccleſie chriſtiane quādo iam plenitudo gentiū introierat/ꝛ fidem receperat aſcendente Jeſu ſaluatore noſtro in nauiculā eccleſie eam ſublimādo ꝛ honorando in hoc mūdo ſecuti ſunt eum ad aliam vitā per mortem corporalem diſcipuli eius ſancti apoſtoli/ꝛ alij prelati ꝛ doctores primitiue eccleſie quib⁹ defunctis/ ꝛ alijs minus ſanctis loco eorū ſubrogatis ecce ſubito motus magnus ideſt magne perturbatiōis hereticoꝝ / factus eſt in mari huius ſeculi ideſt hominum mundana querentiū nam defunctis imperatoribus ꝛ regibus catholicis ſucceſſerunt in romano imperio alij fautores hereticorum quoꝝ tyrānide nauicula eccleſie catholice fere tota operiebatur fluctibus perſecutionū in quib⁹ multi chriſtiani paſſi ſunt ob defenſionem fidei catholice alij fugerūt de ciuitate in ciuitatem/ꝛ de ꝓuincia in prouinciam a facie perſequentis alij demū timore perterriti fidem negauerūt Sed tum temporis ipſe Jeſus eccleſie princeps dormiebat ideſt admodum dormientis eccleſiā ſuam pati permittebat quia eam non liberabat

Secūda pars euāgelij.

Fideles aūt in tātis tribulationibus poſiti acceſſerūt ad Jeſum per deuotas orationes plurimis dieb⁹ ꝛ adeo clamauerunt ꝙ ipſum excitauerunt ad ſuccurendum eis pſal 67 Et excitatus eſt tanꝗ dormiens dominus ꝛc̄ Dicebāt enim fideles orādo Domine ſalua nos ab his tribulationib⁹ alias perimus vel corporaliter moriēdo vel ſpiritualiter fidem negādo pſal 43 Exurge quare obdormis dñe exurge ꝛ ne repellas nos in finem quare faciem tuā auertis ꝛ obliuiſceris tribulationē nr̄am ꝛc̄ Excitatus autem ieſus orationibus ſanctorum Dixit eis hanc increpationem Quid timidi eſtis modice fidei/ꝙ d propterea timetis abſorberi a tribulationibus mūdanorum quia habetis modicam fidē in his que ego promiſi vobis dicēs Mathei vltimo ego vobiſcū ſum vſqꝫ ad conſummationem ſeculi protector veſter

Tertia pars euāgelij.

Tunc ſurgens ieſus in adiutorium fidelium imperauit ventis ꝛ mari i tyrannis mundi vt ceſſarēt perſequi eccleſiam ſuam ꝛ ita factum eſt nam in breui temporis curſu imperatores chriſtiani mala morte deleti ſunt quibus ſucceſſere alij catholici imperatores ꝛ reges in fauorem fidei ꝛ religionis ſincere ꝛ ſic facta eſt tranquillitas magna in eccl'ia dei Nam ſub talibus principibus ſibi fauorabilibus plati ꝛ alij minores ſacerdotes libere agebant officia diuina ꝛ publice aperiebant eccleſias vt conuenirent omnes fideles ad diuinum cultū ſolemniter peragendum Porro talem pacem ſubito redditam eccleſie videntes mundani mirati ſunt de deo chriſtianorū dicentes qualis eſt hic deus eorum ꝛ quanta virtus eius q2 venti ꝛ mare i imperatores tyranni ꝛ totus fere mundus obediunt ei ꝛ tanꝗ ſubditi eius Uidemus enim ꝙ ad imperium eius ſubito ceſſauerunt a perſecutione chriſtianorū q d ſignum eſt ꝙ ipſe ſolus eſt verus deus omnipotens in toto mūdo ꝛ in cuius ditiōe omnia ſunt poſita neqꝫ eſt qui poſſit reſiſtere voluntati ſue quātūcunqꝫ ſit magnus imperator aut dñs

Moralitas.

Moraliter vero ꝓ tempore nr̄o dicimus ꝙ cum iſto menſe februario cōmuniter fiat mot⁹ magni ꝛ varij in aere ꝛ tempeſtates i mari vult eccl'ia pſita corpalia nos inſtruere de ſpūalibus ideo legit hoc euāgeliū ad ꝓpoſitum tepois Ubi licet p nauicula eccleſia ſignificetur (que fuit anguſta in principio ꝛ ſic erit in fine ſcꝫ tempore antichriſti nunc aūt lata eſt in medio tepore noſtro) tamen p hanc nauiculam impreſentiarum penitentiam poſſumus intelligere cuius tempus ſcꝫ quadrageſima iam appropinquat Ait n Hieronymus ꝙ penitētia eſt ſcd'a tabula poſt naufragium quia deus fecit nobis nauiculam baptiſmi ad tranſeūdum per mare huius ſeculi in paradiſum, ſed quia in pluribus contingit ꝙ perdant hoīes gratiā baptiſmalem per peccata actualia in etate adulta fecit deus penitentiam quaſi ſecundam nauiculā ad ſaluandum homines Incipienti autē facere penitentiam ſepiſſime occurrit grauis tentatio que ſuam penitentiā pturbet ꝛ ceſſare faciat ꝛ contingit ꝙ deus pmittat aliquanto tēpore illam tentationem non ſtatim liberans eum ideo hoc euangeliū inſtruit hominē penitentem docens quomodo debeat ad eum recurrere per deuotas orationes ꝛ tam pſeuera̅ter orare donec impetret dei miſericordiam que liberet eum a tentatione illa qua ceſſante fit quedā tranquillitas in mente eius que etiā eleuet honiꝫ in admirationē ſui ꝛ etiā ipſius dei qui poteſt ꝓ libito imperare ventis i demonib⁹ ꝛ mari i maliꝫ hominibus vt ceſſent a tentationibus ad nutum eius Quia ergo in ſeptuageſima ꝛ deinceps eccl'ia predicat fidelibus penitentiā vult hoc euangelio eoꝫ premunire monendo de his que accidere ſolent in penitentia ne poſtea deſperent Secreta oratio Concede queſumus omnipotens deus vt huius ꝛc̄ pro preſentibus petit per virtutem ſacrificij oblati concedi fidelibus illam tranquillitatem de qua in fine euangelij dictum eſt ꝙ olim conceſſit eam ſue eccleſie Finaliꝫ o'tio Munera tua nos domine eiſdem fidelibus preſentibus optat gratiam dei qua bene vtantur tranquillitate conceſſa / ſcꝫ nō inherentes terrenis bonis ſed inhiantes celeſtibus

## ¶ Caput ſeptimūdecimū

de officio v dñice poſt Epiphania quo ta xpi ꝗ eccl'ie ſue grauior tetatio vel pſecutio deſcribit



Libera-
ta iam eccleſia
chriſti a perſe-
cutione malorū
imperatorum
(quorum morte
condigna pax
facta eſt iterū
⁊ tranquillitas
ab extrinſecis
hoſtibus) ſucceſ
ſit poſtea alia
grauior tribulatio ab intraneis ⁊ domeſticis ec-
cleſie chriſtianis hereticis ſeditione ⁊ ſciſura fa-
cientibus in populo dei correſpondenter ad ter-
tium annū predicationis chriſti in quo ipſe mul
tas paſſus eſt inſidias a ſacerdotibus ⁊ phariſeis
ac legis peritis de gente ⁊ populo ſuo Fuit autē
illa eccleſie tribulatio peior priore vtpote in qua
chriſtiani in chriſtianos immaniſſime ſeuiebant
perſecutionibus tam corporalibus q̄ʒ ſpirituali
bus ⁊ protellata eſt illa ſciſura per trecentos fere
annos ⁊ eo amplius in qua greci a latinis chri
ſtianis multipliciter deuiarūt Talem ergo tem
poris qualitatem attendens officium hodiernum
Oratio
ait in oratiōe familiam tuā queſumus domine
petit enim pro preſentibus continuam dei prote-
ctionem in pace ⁊ tranquillitate incepta quate
nus deus (in cuius ſola ſpe viuit eccleſia) non
permittat eam rumpi ſciſmatibus malorum Et
quia charitas q̄ omnia ſuffert eſt neceſſaria ad
impetrandam a deo p̄dictam gratiam eccleſiaſtice
vnitatis ideo ep̄la induite vos Coloceñ 3
Epiſtole argumentum
Correſpondens p̄cedentibus epiſtolis in mate
ria charitatem predicat eratq; ſermo prelatorum
⁊ doctorum illius temporis ad concordandū fide-
les ne ſciſmatibus diuiderentur ⁊ habet tres par
tes Prima ſuadet quaſdam virtutes ſanctorū
Secunda ibi Super omnia autē cōmendat cha
ritatem perfectorum Tertia ibi Verbum chriſti
habitet requirit ab eis doctrinam paruulorum
Prima pars
Inprimis ergo epiſtola vocat virtutes veſtes ac
precioſas dicens Induite vos ſicut boni filij dei
quos elegit de mundo ſanctificauit ſuis ſacra-
mentis ⁊ dilexit multis gratijs Induite inq̄ʒ viſ
cera miſericordie erga proximos quos videtis in
miſeria poſitos/humilitatem in cōuerſatiōe be-
nignitatem in locutiōe/modeſtiam in negotijs/
patientiam in aduerſis/⁊ ſitis ſupportantes vos
inuicem in oneroſis/et donantes i dimittentes
iniurias vobis adinuicem ita vt quando q̄s ha-
bet querellam aduerſus alterū ſuper aliqua in-
iuria ſibi facta nō querat ab eo vindictā Huius
cōſilij exemplar fuit Chriſtus qui ex nimia cha
ritate donauit vobis i remiſit offenſas factās con
tra deum Vos ergo debetis ſimiliter proximis
veſtris iniurias dimittere quia ad hoc propoſitū
inducit chriſtus parabolam Mathei 18 de ſer
uo nequā q̄ dimiſſus a domino cui multū de-
bebat noluit ipſe aliū ſibi conſeruum dimittere

Quamuis autē predicte virtutes magne ſint ta
men ſuper omnia bona animi charitatem habe-
re que eſt vinculum p̄fectionis in vita humana
Secūda pars Epiſtole.
Illa enim colligat oēs alias virtutes ad vnum
finem optimum qui eſt honor dei ⁊ proximi edi-
ficatio et pax chriſti que non ſeparatur a chari
tate exultet in cordibus veſtris In qua i ad quā
pacem vocati eſtis intra eccleſiam dei ſcʒ vt ſitis
in vno chriſti corpore miſtico membra adinuice
colligata et vos coadiuuatis ex charitate eſtote
etiam grati i gratioſi adinuicem nō oneroſi Ad
Tertia pars epi-ſtole.
hec bona conſeruanda ⁊ continue memoranda
verbum i predicatio chriſti habitet in vobis ha
bundanter i continue ⁊ frequenter non ſolum
publice in eccleſia ſed priuatim in domibus et
ſitis docentes ⁊ commonentes voſmetipſos in
omni ſapientia i ſapienter ⁊ diſcrete cauendo er-
rores ⁊ ſcandalum proximorum Commonentes
dico in pſalmis de moribus/in hymnis de lau-
dibus dei/⁊ canticis ſpiritualibus de eterna bea-
titudine/in gratia i gratiarū actione cantantes ⁊
pſallentes domino in cordibus veſtris Similiter
in actibus exterioribus omne quodcūq; facitis
aut in verbo aut in opere/facite in nōie domini
noſtri ieſu chriſti i ad gloriā ⁊ honorem eius nō
veſtrum ita q̄ nihil loquamini vel operemini ex
quo chriſtus non honoretur quia ſic eritis gra-
tias agentes deo patri de bn̄ficijs acceptis p̄ ie-
ſum chriſtum dominū noſtrum i per honorem
quem impeditis vnigenito filio eius et domino
noſtro ieſu chriſto Hanc doctrinam licet multi
deuote ſeruarent in illa etate eccleſie cuſtodien-
tes vinculum charitatis ⁊ alias virtutes ad pro-
ximos ſanamq; doctrinam predicantes ad ſim-
plices erudiendos alij tamen p̄ſumentes de ſua
ſapientia falſaq; doctrina ſeminantes fecerunt
ſciſura in eccleſia chriſti rupto federe charitatis
Hos notat euangeliū hodiernum Simile factū
euangeliū Argumētum
eſt regnum celorum homini qui ſeminauit ⁊c̄
Mathei 13 in quo ſub parabola ſeminis boni ⁊
mali diſcretio vere ⁊ falſe doctrine catholicorū
⁊ hereticorum inſinuatur ⁊ diuiditur in tres par
tes Prima eſt de varia ſeminatione Secunda
ibi cum aūt creuiſſet ⁊c̄ agit de vtriuſq; ſeminis
diſcretione Tertia ibi ſerui autem ⁊c̄ prouidet
de mali ſeminis a bono ſeparatione Licet autē
Prima pars.
ſenſus litteralis huius parabole paulo poſt in
eodem capl̄o Mathei declaretur a chriſto de to
to curſu huius mūdi ⁊ de fine eius in die iudicij
tamē ſenſus hiſtoricus eius in hoc officio eſt de
bona ⁊ mala doctrina diuerſorum chriſtianorū
in temporibus illis quibus hec dominica corre-
ſpondet Unde dicit q̄ in illo tempore ſimile fa
ctum eſt regnū celorum i regimen eccleſie chri-
ſtiane homini i p̄lato catholico q̄ ſeminauit bo-
num ſemen i bonam ⁊ catholicam doctrina fi-
dei in agro ſuo i in populo ſibi ſubdito de quo
apoſtolus 1 Cor 3 loquens dicebat ſuis ſubdi-
tis dei edificatio eſtis/dei agricultura eſtis ⁊c̄
Cum autem dormirent per mortem corporalem
homines illi ſancti i primi prelati et doctores qui

illud bonum ſemen proieceruͣt in eccelſia dei ve
nit inimicus i hereticus z ſuperſeminauit ziza‑
niam i falſa dogmata ſeu errores contra fidem
in medio tritici bone doctrine z hoc fecit ad oc‑
cultandum falſitatē ſue peſtifere ſecte nam erro
res veritatibus pmixti non ita clare apparent
non enim eſt aliqua doctrina tam falſa que nō
pmiſceat aliq vera ad occultandū errores ſuos
Et abijt i occultauit ſe hereticus ſub ſpecie ſan
ctitatis omnes enim heretici illius tēporis erant
ypocrite z ſanctitatem vite ſimulantes in cibo
z potu atq3 habitu Sed quantumcunq3 ſe velit
occultare prauitas heretica tandē eius fallacia
detegitur z a vera doctrina diſcernitur ex fructi‑
bus atq3 effectibus eius Sequitur enim cū cre‑
uiſſet herba z pro idest fructū feciſſet vtraq3 do‑
ctrina in moribus hoīm tunc apparuerunt ziza‑
nia i detecta ſunt falſa machinamenta heretico
rum nam doctrina catholica monſtrauit fructū
boni operis in his qui receperunt illam qz effe‑
cti ſunt religioſi/humiles et deuoti econtra vero
falſa doctrina hereticorum fecit malum fructum
in hominibus ſcz ſuperbiam/contentionem/ſciſ‑
mata z alia id genus Accedentes autē ad gene
ralia concilia ſerui patrisfamilias i prelati catho
lici ſerui chriſti dixerunt ei per deuotas oratiōes
conſulentes eum et quaſi admirantes de tanta
peruerſitatē hereticorū dixerunt Domine nōne
bonū ſemē doctrine catholice ſeminaſti in agro
tuo populo chriſtiano/vnde ergo i a quo ſemi
natore habet eccl'ia tot zizania hereſum/et acce‑
perunt diuinum rñſum q inimicus homo i he‑
reticus hoc fecerit ex inſpiratione diaboli qui eſt
totius nature humane inimicus et omnibus bo
nis inſidiatur vt pereant Serui autem i prelati
zelo dei commoti dixerunt ei Domine vis imus a‑
li permittis ibimus cōtra hereticos p rigoroſam
inquiſitionem z colligemus ab eccl'ia tua omnia
zizania ad cōburendum ea quia ſcimus ea tibi
non placere quia pūerſa z falſa ſunt Sed diui‑
na prouidentia diſponens omnia ſuauiter vult
aliquādo ſaltem hereticos in ſua eccleſia ad ex‑
ercitium catholicorū poſtea tamen oppo tuno
tēpore puniendos Ideo reſpondet prelatus illi‑
us temporis q non erat bonum tunc pcedere con‑
tra hereticos quando ipſi multū preualebant in
mundo fauore imperatorum z aliorum malorū
principum nec tunc poterant heretici deleri ſine
magno diſpendio catholicorum z ideo plati tūc
volentes ſtirpare zizania hereticoꝝ eradicaſſent
forte ſimul z triticum catholicorum Expectāda
eſt ergo temporis opportunitas quādo hoc fiat
ſine leſione bonorum fidelium Interim autem
patienter tollerandi ſunt mali tum quia vt di‑
ximus ex diuina ordinatione eccleſia militans
ex bonis z malis commixta eſt tum quia mali ex
ercent bonos in multis actibus virtutum z ideo
vult deus hereſes eſſe vt q probati ſunt firmi in
fide manifeſti fiāt tum deniq3 quia forte ille qui
iſto tempore hereticus eſt z fidē impugnat forte
alio tempore cōuerſus ad deum erit catholicus
et defendet fidem Sinite ergo in hoc tempore
vtraq3 ſemina catholicorū doctorum z hereticos
rum creſcere i preualere z augeri in eccl'ia vſq3 ad
meſſem i vſq3 ad tempus opportunū fauoris ca
tholicoꝝ nam tunc dicam meſſoribus meis i in
quiſitoribus heretice prauitatis colligite p unū
zizania hereticorum z ſeparate eos de medio ca
tholicoꝝ z collecta in faſciculos ſententie iudicia‑
lis alligate ad comburendū ſi pterui fuerint in
ſuis erroribus triticum aūt fidelium cōgregate
in horreū meū que eſt eccl'ia catholica Tempus
opportunum ad erradicādum hereſes ab eccl'ia
catholica fuit poſt Innocentiū papam tertiū ſub
quo facto concilio generali lateranenſi damna‑
te ſunt hereſes oēs p̄cedētes fauore catholicoꝝ
principū ſecularium et tunc editū eſt volumen
Decretoꝝ quaſi quoddā horreum boni frumenti
in eccleſia dei Deinde ſub Gregorio nono libri
quinq3 Decretaliū/poſtea liber ſextus z tandem
Clementine in quibus z omnia catholicorū do‑
ctorum dogmata cōgregata ſunt ad conſeruan‑
dum z omnia zizania heretſcorū damnata ſunt
ad comburendum Moraliter autem pro noſtro
tempore eccl'ia legit hoc euangelium in tēpo‑
re ſeminationis vernalis intendēs per ea q ho‑
mines exterius agunt docere eos virtutes ſemi‑
nare et vitia extirpare Debet ergo quilibet fide
lis ſeminare bonū ſemen in agro ſuo ſcz in ani‑
ma deuotionem/in corpore penitentiā/in proxi‑
mo elemoſynā z fraternam correctione Verū
tamen pmittit deus q mali hoīes mundani in‑
ſurgant ſeminātes zizania diſcordiarum z ptur‑
bent vicijs ſuis pacē reipublice quos tamen iu‑
dices caute debent corrigere z ad tēpus eos tol
lerare donec ſine ſcandalo z periculo bonorum
hoc valeāt facere nam tūc alligabūt malos con
digne pene ſcd̄m menſuram delictorum Secreta
oratio Hoſtias tibi dn̄e zc. Clara eſt qz petit gra
tiā dei et abſolutionē peccatorū et directione er‑
rantiū malorum Finalis oratio queſumus omnipo
tens deus vt illius zc. eandem ſententiam habet
alijs verbis vocans chriſtū in eucharistia ſalu‑
tare mundi cuius effectum gr̄e deſideramus

Secūda ps euāgelij.

Tertia ps euangelij

Moralitas.

## Caput decimūoctauū

de officio ſexte dominice poſt Epiphaniam qd̄
finem ſexte etatis z hiſtorie eccl'iaſtice deſcribit p
vltima geſta chriſti in hac vita mortali



Uius in
teruallo breuitas
cogit nos vt my
ſteria xp̄i et ſue
eccl'ie in ſumma
et generaliter ſo
lum ptractemus
in officijs harū
dominicarū ſed
in prolixiori inter
uallo poſt Pen

theologie (cui hoc tēpus correſpōdere diximus) de articularius pertractanda reſeruamus Quia ergo ꝑ eaſdem dominica ſuo officio vſq; ad hec noſtra tempora peruenit in quibus erradicatis iam hereticorum zizanijs eccleſia chriſtiana magna pace fruitur in rebus fidei et religionis a trecentis fere annis poſt Innocentiū papa tertium ideo hec ſexta ⁊ vltima huius ſeruanti dominica totū reſiduū tempus eccleſie vſq; ad fine mundi breui ſermone pſtringit aſſimilans illud vltimo anno predicationis chriſti circa cuius medium ipſe paſſus eſt nam perſecutio antichriſti futura circa finem mundi erit paſſio eccleſie in qua diſcipuli ſcandalum patientur quando etiā ſol iuſticie chriſtus obſcurabitur in mentibus hominum et luna que eſt eccleſia ſponſa eius nō dabit lumē ſuum ſcientie et gratie ſicut olim faciebat ſtelle etiam i ſapientes ⁊ prelati plurimi cadent de celo i de firmitate fidei ⁊ ſacte matris eccleſie aliaq; multa mala in tempeſtate illa euenient populo dei de quibus operoſius egimus ſupra in dnica ſcda aduētus Uerum poſt paſſione illam eccleſie ante finem mundi iterum fides catholica reſurget a mortuis ſicut chriſtus aſcendet q; ad celos id eſt ad principes et reges totius terre mittet etiā deus ſpiritum ſanctum ſuper diſcipulos ſuos prelatos et doctores fidei et tandem ꝓdicatione eorum totus mundus ad fidem chriſti conuertetur vt notat Ioannes apoſtolus in fine ſue Apocalipſis Ad hec omnia miſteria reſpiciens officiū hodiernū in his q̄ ſunt et ꝓpria proponit hanc

### Oratio

orationem Cōſerua populū tuū deus ſcꝫ in hac rectitudine fidei quam nunc habet ſopitis iam omnibus hereſibus et vt etiam vita ſit recta tuo nomini fac deuotum nomini inq; tuo q᷑ eſt Ieſus i ſaluatio ita q᷑ deuote querat ſuam ſaluationem quatenus populus tuus omnino ſubiectus i deditus diuinis officijs i actibus virtutū maxime religionis que in his officijs eccleſiaſticis ſe exercent ꝑ talia merita recipiat a te dona temporalia i huius vite bona ſcꝫ pacem quietem et libertate ⁊ ſimiliter pcipiat bona eterna alterius vite que ſemper duratura ſunt in populo fideli ad deū reducto

### Epiſtole argumentum.

¶ Epiſtola Omnis qui diligit fratrem ſuum I Ioannis 4. Sub doctrina de charitate conformiter ad epl'as precedentes breuiter enarrat precipua chriſti geſta in vltimo anno ſue predicationis maxime paſſionem/reſurrectionem/aſcenſionem/et ſpūs ſancti miſſionem/ vt ſimilia denotet fore implenda in populo chriſtiano circa finem mūdi Habet tres partes Prima probat q᷑ in charitate fundatur rectitudo fidei Secūda ibi in hoc apparuit declarat q᷑ chriſtus charitatem docuit in geſtis ſue vite Tertia ibi chariſſimi ſi deus concludit q᷑ tandē eadem miſteria operabitur circa fideles eccleſie ſue

### Prima pars.

Si ergo volumus in hac fidei rectitudine diuinus conſeruari a deo (qđ petebamus in oratiōe premiſſa) opus eſt q᷑ nos inuicem ex charitate diligamus Quia deus charitas eſt fontalis increata a qua omnis alia charitas creata ꝓcedit neceſſario Omnis ergo qui diligit fratrem i proximum ſuum ex deo natus eſt i a deo accepit tale donū charitatis et ſolus ille deum cognoſcit ꝑ quandam experientiam guſtus ſpiritualis ille ergo habet fidem rectam de deo e cōtra vero qui nō diligit proximum nō habens charitatem non nouit deum quia deus charitas eſt Per hec itaq; verba epiſtola notat magnā cecitatē iudeoꝝ chriſtum pſequentiū ex odio vſq; ad morte quia excecauit eos malicia eorum adeo vt caderent a claritate fidei et quia chriſti perſecutores figurabant perſecutores ſue eccleſie circa finem mundi ideo in eis ſimilis cecitas futura oſtēditur quia vt apoſtolus dicit Diſcedent a fide quidā in nouiſſimis diebus

### Secūda pars Epiſtole.

Qualiter autem deus ſit charitas ⁊ quantam dilectione habeat ad nos in hoc apparuit quoniam filiū ſuum vnigenitū miſit ꝑ incarnatione in mundū vt ꝓdicaret verbis ⁊ miraculis fidem catholicam et ceteras virtutes vt viuamus id eſt viuere diſcamus ſpiritualiter per eum nos docentem et ſe ꝓponente nobis exemplar totius ſanctitatis Item in hoc eſt apparens charitas dei mirabilis erga nos quia ipſe prius dilexit nos q̄ nos diligeremus eum dilexit inq; opere quia miſit filium ſuū hominē factū immolandum deo in ſacrificio pro peccatis noſtris vt placaretur nobis deus et poſt mortem ſuam reſurrexit ad vitam glorioſam vt doceret nos qualiter deberemus prius mori peccatis ꝑteritis et poſtea reſurgere ad noua vitam

### Tertia pars epiſtole.

Ergo chariſſimi ſi deus ita dilexit nos debemus ⁊ nos ſimiliter diligere ad alterutrū et ſic deū vere cognoſcemus ex operibus quia deum nemo vidit in hac vita per eſſentia ſuam ſed oportet euꝫ cognoſcere per opera et ſi diligimus nos inuicē deus manet in nobis et ſimiliter charitas eius in nobis perfecta eſt ac perinde deum in nobis ſentientes cognoſcimus eum immo iam cognouimus q᷑ in ipſo manemus et ipſe in nobis quoniam poſt reſurrectionem ⁊ aſceſionem ſuam de ſpiritu ſancto dedit nobis et hoc nos vidimus et teſtificamur quando deus pater miſit filiū ſuum ſaluatorem mundi i vt ſaluaret mundum Quiſquis ergo rectam fidem habens confeſſus fuerit q᷑ Ieſus Nazarenus eſt chriſtus i meſſias verus ⁊ vere filius dei ille talis habet charitatem dei et deus in eo manet et ipſe in deo Securus ergo erit inter ꝑſſuras ⁊ tribulationes mundi Unde ſequitur a contrario ſenſu q᷑ quādo in eccleſia dei abūdabit iniquitas ⁊ refrigeſcet charitas ad proximos/eruntq; homines ſolum amantes ſeipſos tunc inſtabunt tempora periculoſa de quibus ꝓdixit apoſtolus et patietur iterum chriſtus in membris ſuis ſed poſtea reſurget ad nouam vitam quia reformabitur (vt diximus) populus chriſtianus miſſo de celo ſpiritu ſancto ⁊c.

### Euāgelii argumentum.

¶ Euangelium Reſpondens ieſus ꝯfiteor tibi Matthei II Eſt conſolatio fidelium ne frangantur tribulationibus mundi ſed habeant certam ſpem adiutorij domini et facit tria primuꝫ eſt q᷑ ſoli populo xpiano revelauit deus ſua miſteria.

Sic ſcḋum ibi Omnia mihi tradita ꝛc̄ quia chriſtus princeps noſter eſt potentiſſimus ad faciendum bona Tertium ibi Uenite ad me ꝛc̄ quia ſerui dei certam habent conſolationem poſt pericula

Prima pars. Non fecit deus taliter omni nationi ſicut chriſtianis neq; eſt alia natio tam grandis que habeat deum ſibi propitium in cunctis petitionibus ſuis et cui deus reuelet ſua miſteria quia iudicia ſua alijs non manifeſtauit veruntamen ordine quo iam deus eccleſie ſue reuelauit ſecreta quia teſte Gregorio ſecundū incrementa temporum creuit ſcientia ſanctorum et quedam poſterioribus reuelauit que prioribus ſanctis non manifeſtauerat hoc tamen certum habemus ꝙ ante finem mūdi omnia ſecreta ſanctarum ſcripturarum erant fidelibus chriſti reuelata interim autem continue magis ac magis detegun tur miſteria donec omnia fiant quia ergo in iſta eccleſie etate finali (cui hec dominica correſpondet) iam pene omnia ſecreta non ſolum ſacre biblie ſed etiam totius officij eccleſiaſtici reuelata ſunt fidelibus tanq̄ familiaribus dei ideo quaſi litatem huius temporis explicans euangelium ait reſpondens ieſus i prelatus eccleſie dixit ad deum confiteor tibi pater domine celi et terre i gratias et laudes ago tibi qui abſcondiſti hec ſecreta a multis ſapientibus et prudentibus ante nos qui erant magni doctores in eccleſia dei ꝛ in hac vltima etate reuelaſti ea nobis paruulis in ſcientia et ſanctitate ita pater factum eſt nō meritis noſtris ſed tua mirabili prouidentia quia ſic fuit placitum ante te Ideo quamuis indigni confidimus de tua miſericordia in neceſſitatibꝰ noſtris quibus tot ſecreta reuelare voluiſti

Secūda pars euāgelij. Chriſtus etiam princeps noſter potentiſſimus eſt ad nos liberandum qui de ſe ait Omnia mihi tradita ſunt a patre meo i omnes creature mihi ſubiecte ſunt ac proinde omnes aduerſarij eccleſie fidelium et nemo nouit filium dei quante ſit potentie niſi pater a quo genitus eſt neq; patrem quis nouit quante ſit prouidentie in diſponendis rebus fidelium niſi filius qui eſt in ſinu patris et cui voluerit filius dei reuelare reuelauit autem ſecreta dei prelatis et doctoribus ſue eccleſie ſed vt diximus in ordine quodam ꝛ p ſucceſſiones temporum donec ventum eſt ad hec noſtra tēpora prope finem ſeculorum ꝛ omnium diuinarū reuelationum

Tertia pars euangelij. Ipſe etiam filius dei vocat ad ſe omnes ſuos fideles in tribulationibꝰ ſeculi laborantes Uenite inquit ad me omnes ſerui mei qui laboratis ꝛ pro idest onerati eſtis multis vexationibus mundanorum ego reficiam vos conſolationibus poſt labores Interim autem tollite iugū laboris patienter quia eſt meū ꝛ a me impoſitū propter bonum veſtrum ꝛ diſcite a me patientiam quam ego in paſſione mea monſtraui quia ego mitis ſum et humilis corde ꝛ tales diligo ac ſub protectione mea cuſtodio Sic enim inuenietis per me requiem animabus veſtris et in preſenti vita ꝛ in futura Iugum enim meum quod ego impono vobis in hac vita licet videatur mundanis eſſe graue ꝛ laborioſum tamen reuera eſt ſuaue ꝛ onus meum leue ſi charitas ſit in vobis que omnia tollerat faciliter

Moralitas. Ad ſenſum aūt moralem pro tempore noſtro facilis eſt euangelij adaptatio quia religioſis modernis deus multa inſpirauit que magnis ſapientibus ſeculi abſcondit Deditq; eis ſpiritualia chariſmata gratiarum que preualent omnibus bonis temporalibus quibus ditantur ſeculares et hoc maxime apparet in religione ſancti Franciſci in cuius officio hoc euangeliū legitur illa enim religio quanto ceteris pauperior in temporalibus tanto felicior in ſpiritualibꝰ donis Unde ꝛ pater ille ſanctus ſtigmatibus chriſti inſignitus ſpeciali quodam modo dicitur filius dei quia omnia que ad bonum ꝛ pfectum religioſum pertinent tradita ſunt ei a patre ſuo chriſto et ipſe quaſi bonus filius p deuotas meditationes nouit patrē ſuum et ſimiliter cognitus eſt ab eo qui ꝛ multa ſecreta diuina potuit reuelare ſuis religioſis quos ad ſe vocans ait venite ad me omnes qui laboratis in negotijs ſecularibus ꝛ onerati eſtis diuitiarum occupatione ego reficiam vos ſpiritualibus epulis Tollite iugum meum i regula euangelicam a me inſtitutam ſup vos ꝛ diſcite a me paupertatem quia mitis ſum ꝛ humilis corde ꝛ non ambitioſus et cupidus honorum aut dignitatum huius mundi et inuenietis requiem animabꝰ veſtris quia iugum meū ſuaue eſt ꝛ onus meum leue ſi ex charitate opera fiant Secreta oratio Hec nos oblatio domine petit fidelibus cordis mundiciam ꝛ renouationem p gram dei qualem attulerit noue religiones medicantium Oratio finalis celeſtibus reparati poſt ſpūales delicias gre in hac vita petit alias meliores in futura beatitudine Demum officium huius dominice tertie rariſſimum eſt apud eccleſiaſticos quia ſepius ſ[illegible] uenitur a ſeptuageſima et hac de cauſa in Romano officiario nihil habet ꝓp̄ iū licet quedam alie eccleſie legant ea que expoſuimus in hac dominica Ex his ergo que dicta ſunt a principio huius ſecūde partis vſq; ad hunc locum patet ſcḋm hanc literam expoſitione hiſtoricam q̄ fuerit intentio eccleſiaſticoꝝ officioꝝ a die Natalis dni p ſepte hebdomadeſ ſic vt deſcriberetur ſeptiformis ſtatus eccleſie xpiane a principio eius vſq; ad finem ſeculi ſub breuiſſimo verboꝝ compēdio ſicut etiā in tēpore aduentus commemoratus fuerat qdriſidus ſtatus antiq̄ eccleſie ve legis a Moyſe vſq; ad chriſtum deinde vero ad primo dia mundi commemoranda reuertamur Sed anteq̄ ad ſeptuageſimam tranſeamus meminiſſe oportet ꝙ circa e im celebratur in eccleſia dei quolibet anno i parum ante vel poſt feſtum purificationis virginis Marie quo filium ſuum vnigenitum in templo Ieroſolimitano preſentauit iuxta ritum et morem cerymoniarum veteris legis quatenus eis finem imponeret ꝛ propter alias cauſas ſupius dictas in feſto circunciſionis De cuius feſti expoſitione fuerat hic caput propoſitum faciendum ſed illud con

ſult ... ex certo propoſito dimiſimus eo ꝙ expo
ſitio litteralis illius officij de chriſto vero et matre
eius ... eciſſima ſit omnibus eccleſiaſticis ex com
m unibus gloſe in quibus etiam rationes lit
tere miſtice ⁊ m ... alie illarum cerimoniarum et
obſ ... ationum abunde ſatis declaratur Ex poſitio
vero hiſto ... ca eiuſdem officij de chriſto miſtico con
ſequenter ſequi ... do ad o ... nia officia poſt Epi
phaniam expoſi ... ta deberet referre omnia miſte
ria illius diei (cui eſt quadrageſim ... us poſt nati
uitatem domini) ad q ... adraginta generationes
eccleſie in deſerto gentilium pacte ... e in qu ... bus
eccleſia purificatur et quotidie affert filios ſuos p̄
ſ ... ntados cora deo in templo celeſti Jeruſalem
Sed quia hec imaginatio plenius ⁊ magis con
ſone tradetur infra in officio p̄me domi ... ice quaſ
drageſime ideo a proſecutione illius expoſitio
nis nunc ſuperſedeamus vſq; ad illū locum.



Ertia pars
libri miſſalis con me
morat tempus deui
ationis p̄euaricatio
nis ⁊ peccati primo
rum parentum alio
rumq; poſterum ſuo
rum in primis mun
di etatibus qui oēs
a vero deo recedētes
... ... ... ... ... ... ... ... ... ... plapſi ſunt vt ad co
lendum ydola manufacta ad innumeraſq; alias
ſuperſtitiones decepti a demone traherentur
Simul etiam hec pars (que a ſeptuageſima vſq;
ad finem ſeptimane paſchalis protenditur) re
currit tempus reuocationis ſeu veteris legis de
quo ſup in aduentu domini ... t omnia fere miſte
ria eccleſie chriſtiane vſq; ad hec noſtra proſequi
tur tempora valde particulariter ⁊ ſigillatim

## ¶ Caput decimūnonum

De dominica dicta ſeptuageſima cuius officium
ad primam mundi etatem pertinens deplorat
lapſum humani generis in primis parentibus
indicitq; penitentie labo ... em poſteris ſuis qua
ad priſtinum ſtatū releuari ſublimariq; valeant

Arg̃ mē tum eſſi cū ſtale.



Eptuageſima di
cta eſt hec dominica eo ꝙ ſit
p incipium numeri ſeptuagin
ta dierum in quorum officijs
totam ferme mundi hiſtoriam
a principio eius vſq; ad finem
intendit deſcri ... ere eccleſia Et licet hec pars
(que a principio mundi hiſtoriā orditur) debue
rit alias p̄cedere ordine nature tamen propter
rationes ſuperius capitulo ſecundo in princi
pio aduentus aſſignatas permutatus eſt ordo
vnde factum eſt vt hec pars tertia poneretur in
ordine libri miſſalis proceditq; alio artificio ꝙ
p̄cedentes ad deſcribenda miſteria eccleſie Data
enim nunc prolixiori tempori copia magis ex
tenſe grandia vult explicare miſteria que in pre
cedentibus breuiuscule pertractata ſunt propter
temporis anguſtiam ¶ Ubi imprimis aducen
dum ꝙ ab hac dominica vſq; ad vigiliam Paſ
chalis computantur tres et ſexaginta dies labo
ris et penitentie ſed ad cōplementum ſeptuage
ſime adduntur poſtea ſeptem dies gaudij ⁊ leti
tie i hebdomas reſurrectionis dominice in cuius
ſabbato eſt finis ſeptuageſime Et vult ſignifica
re eccleſia per hos ſeptuaginta dies illos ſeptua
ginta annos captiuitatis Babilonice populi dei
in veteri lege in quibus predicta varietas meto
ris ⁊ leticie legitur contigiſſe Nam in primis ſe
xaginta tribus annis illius captiuitatis ſcz vſq;
ad Cyrum regē populus hebreorum fuit dura ſer
uitute oppreſſus a Chaldeis in Babilone Cy
rus autem rex adepta monarchia Chaldeorum
fuit principium coſolationis iudeis quia conceſ
ſit eis facultatem redeundi ad patriam ſuam li
beratis ab illa captiuitate Sed quia mortuo re
ge Cyro impeditus eſt reditus iudeorum p ali
quot annos ideo totalis liberatio iudeorum ab
illa captiuitate nō eſt facta vſq; ad Darium re
gem qui remotis omnibꝰ impedimentis liberā
eis facultatē conceſſit etiam cum magnis mune
ribus vt redirent ad propria reedificarentq; et
templum domini ⁊ ciuitatē Jeruſalem ⁊ ibi fuit
plenum gaudium iudeorum ac ſi ſic a mortuis
ſurrexiſſent Ratio autem quare hiſtoria de prin
cipio mundi ſimul inuoluitur cū hiſtoria de cap
tiuitate babilonica iudeorum hec eſt quia humanū
genus peccato primorum parentum captiuatum
fuit a principio mūdi ſub poteſtate diaboli ſigni
ficati in rege Babilonis et durauit captiuitas
eius ſeptuaginta generationibus patrum linee
genealogie chriſti quarū ſexaginta tres nume
rantur ab Adam vſq; ad chriſtum in euangelio
Luce 3 Chriſtus autē Eſaie 45 In Cyro regē fi
guratus eſt (vbi ſcriptum eſt Hec dicit dominus
chriſto meo Cyro cuiꝰ apprehendi dexteram ⁊c.)
qui ſuis p̄dicationibꝰ ⁊ miraculis atq; etiam ſa
cramentis ex paſſione ſua virtutem habentibus
dedit libertatem hoībus q̄ exire vellerent a ca
ptiuitate illa dyabolica Sed in primitiua eccleſia
fideles poſt paſſionem chriſti p ſeptem fere ge
nerationes triginarias (que ſunt anni p ope du
centi ⁊ quinquaginta) plurimum impediti ſunt
multiplici pſecutione infidelium ſiue iudeorum
ſiue gentiliū donec baptizato imperatore domi
no totius orbis in generatiōe fere ſeptuageſima
a principio mundi data eſt fidelibus plena li
bertas edificandi eccleſiam dei ⁊ Jeruſalem ſpi
ritualem in tota terra Hoc totum ſecretū huma
ne redemptiōis p hyſtoriā ſignificat noſtra ſeptua
geſima in cuius quidem primis ſexaginta ⁊ tri
bus diebus captiuatur populus dei ſub ſeruitu
te penitentie propter deum Uerum in vltimo il
lorum dierum i in ſabbato ſancto annūciata in
lectione epiſtole chriſti reſurrectione mox canta
tur Alleluia moraliter denotans abſolutionem

Nᵃ ſinḡ notabile.

populi dei a captiuitate ieiunij ⁊ penitẽtie ⁊ p hi
ſtoriã liberatione humani gñis p paſſionẽ chri
ſti a captiuitate diabolica Sed ꝓpter iperfectio
nẽ eorũ q in illo ſabbato recẽter baptizati ſunt ⁊
ad ſignificandas perſecutiones primitiue eccle-
ſie in ſupradictis ſepte generationib⁹ an'e Con
ſtantinum imperatorem poſt alleluia cantur
tractus triſtitie in illo officio In ſabbato autem
ſequẽte (que eſt finis ſeptuageſime) duplex alle-
luia cantatur ⁊ nullus tractus ad denotandam
perfectã libertatem ⁊ gaudium fidelium tum ex
miſterio reſurrectiõis chriſti iam celebrato / tum
etiam ex pace data eccleſie poſt Conſtantinum
Et quia in reſurrectione chriſti ſignificata et in-
choata eſt noſtra reſurrectio que duplex eſt alte
ra animarum altera corporum ideo etiã in ſab-
bato ſancto p vnicum alleluia cum tractu in offi
cio miſſe denotatur ꝙ in ſeptima etate (que eſt
ſabbatiſm⁹ populi dei vt vocat apoſtolus) ſan-
cti homines defuncti habent gloriam animarũ
cum miſeria ſuorũ corporum in ſepulchris ſed in
ſabbato ſequente ⁊ octauo ab iſto p duplicatum
alleluia ſignificat ꝙ in octaua etate (que erit ve-
re finis ſeptuageſime noſtri laboris) ſancti du-
plicem ſtolam glorie habebunt ſcꝫ tam corporũ
ꝙ̃ animarũ ¶ Secundo aduertendum eſt ꝙ pri

*Notabile ſecũdum.*

mi ſexaginta tres dies in ſeptuageſima (quos
diximus dies laboris et penitentie) diuiduntur
ab eccleſia in duas partes notabili ⁊ manifeſta
diuiſione ſcꝫ in dies 21. et dies 42 nam ab hac
dominica vſq; ad primam dominica quadrage
ſime excluſiue coputantur dies viginti et vnus
ab illa vero vſq; ad Paſcha etia excluſiue ſunt
dies quadraginta duo et horum duorũ interual-
lorum notabilis eſt differentia in ecclia dei quia
non eodem modo ſed valde differenter ſe habet
fideles in vtroq; eorum quantum ad ieiunium
et penitentiam ſuam ⁊ hoc quidem valde ratio-
nabiliter ad ſignificandum ſcꝫ ꝙ humanum ge-
nus non vno modo ſed dupliciter ſe habuit a
principio mundi vſq; ad chriſtum p ſexaginta et
tres gñationes ſue captiuitatis ſpiritualis qr
primo ſerui dei vixerunt in lege nature poſtea in
lege ſcripture Unde non ſine miſterij cauſa cũ
Lucas euangeliſta ab Adam vſq; ad chriſtum
numeraſſet ſexaginta tres generationes hoim
Mattheus pciſis inde pmis 21 ſolas quadra
ginta duas generatiões reſiduas numerauit fa-
ciens exordium genealogie chriſti in Abraham
Item primos viginti et vnũ dies ſeptuageſime
triſariam diuidit eccleſia i in tres hebdomades
quarum due priores abſolute ſunt a ieiunio ſed
in medio tertie ieiunium indicitur fidelibus p
quattuor dies quorum etiam ieiunium notabili-
ter differt a ieiunio aliorum 42 dierum ſequen-
tium ad denotandũ ſcꝫ ꝙ in duabus pmis mun
di etatibus vſq; ad Abraham fideles viuebant
in lumine rationis naturalis nõdum arctati ad
legem ſcriptam a deo reuelatam (que ieiunium
quoddam eſt ꝓhibens et abſtinere pcipiens a
multis q̃ alias licita eſſent) ſed in medio tertie

etatis deus p Moyſen populo ſuo legẽ ſcriptã
dedit in multis cerimonijs ſacrificiorum et ho-
ſtiarum ex quorum ſanguine ⁊ cineribus immũ
dicie purificabãtur Preceſſerat enim quaſi tres
dies illius tertie etatis quãdo deus legem ſcri-
ptam dedit ſcꝫ deſcenſus hebreorũ in Egypt im-
mora captiuorũ in ſeruitium et exitus ſeruorum
in deſertum et poſtea menſe tertio apparcit do-
mino p nubem in monte Syna legẽ ferens q̃ſi
aſperſit cineres ſuper capita eorũ pſalmo 147
Qui emittit eloquium ſuum terre velociter cur-
rit ſermo eius Qui dat niuem ſicut lanam ⁊ ne-
bulam ſicut cinere ſpargit Per niuem manna /
per nebulam intelligit nubem in qua deus ap-
paruit Moyſi Hac ergo ratione videtur ecclia
in tertia ſeptimana pmiſiſſe carnes populo per
tres dies ſed in quarto die ieiunium indicens
fidelibus aſpergit cineres ſup capita eorum Et
quia ſtatus illius populi a Moyſe vſq; ad chri-
ſtum ſub lege illa fuit quadrifarius (vt in aduẽ-
tu oſtedimus) ideo illi qttuor dies ieiunij in ter
tia ſeptimana ſicut ⁊ quattuor dominice aduen
tus totum ſtatũ veteris legis repreſentant Re-
liqui vero quadraginta duo dies q adrageſime
legem euangelica ſignificat que etiã ieiuniũ eſt
ſed multo perfectius quam veteris legis ieiu-
nium quia vt communiter dicitur lex vetus expiſſe
nõ multũ cohibebat animũ ſed ſolam manum
ideſt malum opus exterius lex autem euangeli
ca ſimul cohibet manum ⁊ animũ i tam interi⁹
ꝙ̃ exterius malum opus vt patet ex verbis chri
ſti Matthei 5 Audiſtis qr dictũ eſt antiquis ⁊c.
Unde lex vetus erat quaſi ſimplex ieiuniũ lex
autem noua quaſi duplex ideo ſtatuit eccleſia
ꝙ in quattuor illis pmis diebus ieiunij ad legẽ
veterem pertinentibus fideles poſt nonam ⁊ an-
te veſperos comendant ſimplex ieiuniũ facien-
tes Sed in alijs ſequentibus diebus q̃uadrage
ſimalis ieiunij pcepit ecclia vt fideles nõ come-
dant ante veſperos qui ad diem ſequentẽ per-
tinent vt in eodem die videatur bis ieiunare ſcꝫ
pro illo die ⁊ pro ſequẽte Sed de his feria quar
ta in capite ieiunij plura dicemus. Ex premiſſis
ergo colligamus ꝙ tres prime dominice huius
temporis deuiationis ad pncipia trium prima
rum etatum mũdi referuntur ſcꝫ ſeptuageſima
ad creationem / ſexageſima ad diluuium / ⁊ quin
quageſima ad tempus Abrahe qđ etiam oſten
dunt hiſtorie que in matutinis iſtarũ dominica-
rum cantantur ex libro Geneſis vnde ſumun-
tur tam lectiones ꝙ̃ reſpoſoria Et ille hiſtorie
omnes fuerunt ante legem Moyſi de qua (vt
diximus) agitur in capite ieiunij ¶ Notandũ
eſt tertio ꝙ ſub hoc tempore laboris ⁊ penitẽtie
fidelium eccleſia celebrat quatuor dierũ nume-
ros a quib⁹ prime quattuor dominice hui⁹ tem
poris denominantur ⁊ ſunt iſti numeri / dies ſeptua
ginta / ſexaginta / quinquagita / quadraginta nã
ſicut ſeptuageſima incipiens ab hac dominica
terminatur in ſabbato paſchalis ſeptimane (vt
ſupra dictum eſt) ita ſexageſima incipiet a do-

*Tertium notabile.*

minica ſequente et terminabitur in quarta feria hebdomadis paſchalis et quinq̃geſima incipiet a tertia dominica poſt hãc ⁊ terminabitur in ipſo die ſctõ paſchatis quadrageſima vero a quarta dominica incipiẽda finem habebit in quinta feria cene domini Poſt iſtas dominicas alie ſequentes non denominantur ab aliquibus numeris vt dicantur trigeſima / vigeſima ⁊c̃ ſed omnes a quadrageſima denominationem accipiunt dicimuſq; dñicam primam / ſecũdam / tertiam in quadrageſima et ſic conſequenter Et quamuis aliqui dies hoꝝ numerorum harumq; denoiationum nõ ad dies ſed ad hebdomades referant dicẽtes ꝙ hec dominica dicitur ſeptuageſima quia eſt ſeptima ãte paſſione chriſti (que incipietur in quinta dñica quadrageſime) et ſequẽs dominica dicit̃ ſexageſima q2 eſt ſexta ante eandem paſſionem ⁊ ſic de alijs duab9 tamẽ hoc dictum eſt voluntariũ et non plene ſatiſfacit in hoc negotio ideo aliter videt̃ mihi eſſe dicendum ꝙ rationes predictorum quattuor numerorum ſuarumq; denominationum in predictis dominicis ex duob9 ſenſibus officioꝝ reddi poſſunt Ex ſenſu quidem hiſtorico rationes clare ſunt ex predictis Dictum eſt enim de ſeptuageſima ꝙ ſignificat captiuitatẽ humani generis ſub ptãte diaboli q̃ a prima etate incepit Sexageſima (que ſecundum Hieronymũ eſt numer9 viduitatis) oſtendit eccleſie viduitatem l derelictionem a deo que maxime apparuit in diluuio et in tota ſecũda etate Quinquageſima remiſſionem peccatorum ſignificat que fiebat p circũciſionem queq; incepit in Abrahan in principio tertie etatis et durauit p totum tempus veteris legis vſq; ad chriſti aduentũ Quadrageſima decimum ad ieiunium ⁊ penitẽtiam refertur que incepit a chriſto ⁊ decurrit per totam hanc ſextam mundi etatem ſub lege euangelica poſt quam nulla alia ſuccedet etas aut lex in populo dei vſq; ad finem mundi quare merito eccleſia ſub quadrageſima non celebrat trigeſimã aut vigeſimam ⁊c̃ Sed prioribus etatib9 mundi alie ſuccelſerunt etates ⁊ leges nam legi nature ſucceſſit lex Moyſi / ⁊ illi / lex chriſti Ideo ad hoc ſignificandum poſt ſeptuageſimam prime etatis additur ſexageſima etatis ſecunde / et quinquageſima etatis tertie / atq; quadrageſima ſexte etatis cui (vt diximus) nulla alia ſuccedet in hoc mũdo Ex ſenſu vero morali of[illegible]um eccl'iaſticorum rationes hoꝝ numeroꝝ [illegible]cipi poſſunt Cum enim p hiſtoriam eccleſia (vt diximus) intendat cõmemorare in hoc tẽpore peccata hominum in prioribus mundi etatibus quibus a deo ſuo deuiauerunt ita etiam p trõpologiam in eiſdẽ officijs intendit fidelibus preſentibus penitentiam predicare qua a peccatis reſurgant ⁊ ad deũ ſuũ redeant ne ſint ſicut patres eorum pũerſi Predicti autem quattuor numeri dierum ad penitẽtiam ptinet nam ſeptuagenarius captiuitatem populi dei reſonat ſub penitentia qualis fuit captiuitatis iudeorum in Babylone Sexagenarius ad obſeruantiã legis dei que in decem preceptis ⁊ ſex miſericordie operibus cõſiſtit ex quorum multiplicatione conſurgit talis numerus Quinquagenarius iubileum ⁊ remiſſionẽ ſignificat peccatorum nam in ve le annus quinquageſimus erat iubileus cui etiam correſpondet pſalmus quinquageſimus Miſerere mei deus Quadrageſimus deniq; numerus refert̃ ad ieiuniũ vt patuit in ieiunio Moyſi Helie ⁊ Chriſti Eccleſia ergo in his officijs primarum etatum peccata cõmemorans pſentibus fidelibus penitentiam pdicat predictis numeris ſignificatam ac ſi diceret eis Filij ſitis in hoc tempore captiui ſub deo / exercete vos in operibus bonis mãdatorum ⁊ conſiliorum dei / macerate vos ieiunijs / et ſic ad indulgentie iubileum peruenietis Alij minores numeri ſcꝫ trigeſim9 / vigeſimus / et alij non ſic ptinent ad penitentiam ſignificandam ideo ab eis nulla officia dominicalia denoiant̃

¶ His pmiſſis in gene de toto tẽpore deuiationis Dicamus iam de ſingulis officijs in ſpecie a ſeptuageſima incipiẽtes in qua quia eccl'ia ſub typpo captiuitatis Babilonice iudeoꝝ deplorat humani generis captiuitatem ſpiritualem ⁊ predicat fidelibus captiuitate moralem ideo in officio huius dominice ⁊ aliarum ſequentiũ remouet omnia leticie cantica vt Te deũ laudamus / Gl'ia in excelſis / ⁊ Aleluia q2 populus dei i Babilone ceſſauit a canticis ſyon dicens illud pſal'. 136 Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena ⁊c̃ Quia etiam humanum gen9 ex peccato pdidit gaudium celeſtis patrie quã deſignat aleluia Thobie 13 Perdidit leticiam ſocietatis angelice cuius cãtus fuit gloria in excelſis Luce 2 Tandem pdidit gratiam laudis diuine q̃ cõuenit omni bone creature pſal'. 148 Laudate dominum de celis ⁊c̃ Moraliter inſuper denotat per hoc ꝙ penitentia bona conuertit vanam leticiam ſeculi in ſalubrem triſticiam mentis Uerus enim penitens mutat leticiam cordis in contritionem amaram Eſa 38 Recogitabo tibi oẽs ãnos ⁊c̃ leticiã oris in confeſſionem accuſatoriam pſal' 31 Dixi cõfitebor aduerſum me ⁊c̃ leticiam operis in ſatiſfactionem laborioſã Ro 12 Sicut exhibuiſtis mẽbra vr̃a ⁊c̃ Eadẽ ex cauſa mutat eccl'ia in hoc tẽpore duos primos ſpalmos laudum (qui ſunt magne leticie ſcꝫ Dñs regnauit ⁊ iubilate deo ⁊c̃) in pſal' penitentie vcꝫ miſerere mei deus ⁊ confitemini domino ⁊c̃ Alia multa i l oris nocturnis pariter ⁊ diurnis ſunt pmutata vt quilibet aduertens cognoſcet Finis ſeptuageſime iam dictus eſt duplex in quo leticie cantica reſumuntur primo in vigilia paſchatis vbi in nocturna miſſa gloria in excelſis et aleluia ſimplex cãtatur atq; in matutinis te deũm laudamus et ſpalmi laudũ predicti recuperantur Secundo in ſabbato ſequente (cuius miſſe introitus eſt eduxit dñs populũ ſuum ⁊c̃) cantatur duplex aleluia ratione ſuperius dicta ¶ Prima itaq; mundi etas quã hodiernum officium cõmemorat a mũdi creatione

Argumentum ſpiale de ſeptuageſima.

Incipiens humani generis ortum/lapſum/ꝛ pro
curſum filiorum Ade continet vſqꝫ ad diluuiū
aſſimilaturqꝫ (vt Iſidorus dicit) hoīm infantie
que obliuionis diluuio deletur nemo enim ſue
infantie memoriam habet Similiter neqꝫ mun
dus habet noticiam de geſtis ſue prime etatis
quia nulli remanſerunt ānales autorum illius
etatis quia oīa diluuio conſumpta ſunt ¶ Offi
Matu- cium itaqꝫ hodiernum p̄ſuppoſita illa prima ex
tini. cellentia in qua creata eſt humana natura et cō
ſiderato peccato primorum parentū per qđ totū
genus hominum in multas incidit calamitates
et miſerias ad multaqꝫ vicia declinauit tam le-
ctiones q̄ȝ reſponſoria in horis nocturnis et ſitr
antiphonas laudum excerpſit ex hiſtoria prīe
etatis que traditur in primis quinqꝫ capitulis
Geneſis Sed in officio miſſe ecclīa hodie peni-
tentiam p̄dicat fidelib⁹ qua iterum ſi fieri pot
reducantur ad excellentia ſue prime creationis
Ideo ſtatim in miſſe introitu ipſa velut gemēs
inter anguſtias pctō ꝛ penarū quaſi ab alto
Introit⁹ trahens ſuſpiria clamat dicens Circumdederūt
miſſe. me gemitus mortis ex pſal' 17 Poteſt etiam iſte
introitus intelligi eſſe vox primi parentis Adā
vel totius humani generis multiplicē ſuam mi-
ſeriam deplorantis ſcꝫ culpam comiſſam cōtra
deum ꝛ pena contractam vel inflictam a deo tā
in hoc ſeculo q̄ȝ in futuro p hoc enim quod ait
gemitus mortis peccata mortalia gemenda id
eſt dolenda intelligit penam eternam futuri ſe-
culi vocat dolores inferni penam temporalem
hui⁹ vite exprimit dicens in tribulatiōe mea ꝛc̄
Sed cōcepta fiducia liberationis ab his malis
ex miſericordia dei addit verſum Diligā te dñe
principium eiuſdem pſalmi quo p modum ora
tionis conuertit ſe ad deum quaſi dicens ei tu
mihi domine das virtutem ad ſuſtinendum la
bores hos et cōfido q tandē eris liberator me⁹
Oratio. et refugiū meum ¶ Oratio Preces populi tui
applicat introitum moraliter ad fideles preſen
tes qui ſimiliter debent peccata ſua p̄terita plā
gere ꝛ ad deum pro auxilio gratie recurrere quo
liberentur a periculis tentationum ne cadant in
vlteriora peccata ¶ In epiſtola autem ꝛ in euā
gelio triplex declaratur remediū quo fideles p
dei miſericordiam liberentur Primum eſt vt in
ſtadio huius vite diligenter currat p bona opa
Scdm eſt vt in campo huius ſeculi viriliter pu-
gnent contra diaboli tentamenta Tertium eſt
vt in vinea militantis eccleſie fideliter laborent
reſcindendo vitia nam bene currenti promitti
tur brauium/pugnanti corona/ et laboranti de
narius qui eſt vita eterna optimum ergo eſt cō
ſilium ſancte matris eccleſie pro noſtra libera
tione ſcꝫ p curſum hoſtes fugiendo/per pugnam
ab eis nos defendendo/ et per denariū peccata
Epſe ar- redimendo ¶ Epiſtola ergo neſcitis q hi qui in
gumētū. ſtadio currunt I cor 9 Eſt ſermo prelati ſiue pri
me etatis ſiue noſtri temporis incitans fideles
ad laborem penitentie poſt lapſum peccati ad
hoc vt reſurgant ad priſtinum ſtatum perſuade
reqꝫ vult eos ſpe magni lucri ꝛ premij poſt labo
rem et hoc triplici exemplo Primū eſt de cur-
rentibus ad brauium Secundum ibi Omnis
enim qui in agone eſt de concertantibus ad
prelium Tertium ibi Nolo vos ignorare eſt
de perambulantibus deſertū Apud homines Pͤ͂ma
ſeculares ſolet fieri quodda ſtadium i ſpacium pͤ epſte.
ad currendum ſcꝫ centum et vigintiquinqꝫ paſ-
ſuum in cui⁹ fine ponitur brauium munus quod
dam quod pro premio dādum eſt velociori cur
ſori i et qui citius peruenerit ad finem ſpacij Hoc
exemplo p̄latus vult incitare fideles ſui tempo
ris ad diligenter currendum per bona opera in
ſtadio huius vite nobis propoſito ad lucrandū
brauium eterne glorie et ſicut i ſtadio corporali
multi quidem currunt ſed ſolus vnus lucratur
brauium ita in eccleſia fidelium omnes chriſtia
ni currunt poſt ſuas affectiones ſed no omnes
accipiunt brauium beatitudinis Nam multi eo
rum currunt ad diuerſa negotia peragēda que-
rentes tempo alia bona acquirere p ſuos labo-
res Solus ergo ille accipit brauiū felicitatꝭ eter
ne qui ſic currit per paſſus bonarum actionum
q ſeruat eccl'ie ꝛ religionis vnitatem habēs re-
ctam fidem/ſpem/et charitatem Ergo vos cha-
riſſimi filij ſic currite in eccl'ia dei vt ſemper pro
ficientes tandem cōprehēdatis brauium vobis
propoſitum pro mercede laboris et curſus in fi
ne vite veſtre Ad propoſitum ſenſus hiſtorici di
cimus q totum tempus prime etatis mūdi fuit
quoddam ſtadium illis hominib⁹ propoſitum
ad currendum p opera meritoria que eſſent im-
pletiones mandatorum dei que data ſunt eis p
illo tēpore Sed ferme oēs hoīes illius etatis cu-
currerunt p affectiones carnales ſue ſenſualita
tis et omnis caro tūc corrupta eſt p varia vitia
ſed tandem in fine prime etatis oēs perierunt in
diluuio excepto vno ſeruo dei Noe qui ex meri
tis ſuis accepit brauium ſue ſaluationis ꝛ ſuoꝝ
domeſticoꝝ per archam ex mandato dei facta
que figurauit eccl'iam dei in qua modo ſaluantr
bn merētes p opera meritoria vt diximus Solet Scd'a
etiā apud hoīes ſeculares inſtitui campus certa pͤ
minis inter aliquos ſuper corona victorie obti- Epiſtole.
nenda maxime quando eſt ſingulare certamen
quod dicitur duellum i. inter duos vbi clarum
eſt ad experientiam q omnis homo qui in tali
agone cum alio contendit magna vtitur tempe
rantia in cibo ꝛ potu atqꝫ veſtibus in die ſui cer
taminis ad habendā victoriam de hoſte ſuo ne
forte ſi nimis eſſet oneratus p edictis p intem-
perantiam ſuccumberet ꝛ vita perderet Spiri
tualiter autem milicia eſt vita hominis ſup ter-
ram Job 7 Et colluctatio eſt nobis aduerſus
demonem/mundum/ꝛ carnē ad Ephe 6 Ergo
non minus eſt nobis neceſſaria abſtinentia ſeu
temperantia in noſtro certamine ad habendam
victoriam de predictis hoſtibus q̄ȝ ſecularib⁹ in
ſuo bello immo magis nobis quia illis ſolum
imminet periculum vite corporalis nobis autē
periculum anime que eſt precioſior corpe et illi
quidem

qđē laborāt et abſtinēt vt acquirāt coronā.i pre-
mium corruptibile huius vite·hoc eſt gloriam ꝛ
honorem atq̧ famam apud homines, vel etiam
lucrum et rapinam diuiciarum multarū in hoc
ſeculo que ſunt vana ꝛ corruptibilia bona Nos
autem laborantes et abſtinentes propter deum
expectamus premiū incorruptibile alterius vi-
te eterne quod cōſiſtit in clara dei viſione ac frui
tione cū ſanctis angelis/ et de quo premio ſan-
ctus Gregorius ait in quadam homelia marty
rum Si conſideremus inqt fres chariſſimi que
et quanta ſunt q̄ nobis promittunt̄ in celis vi-
leſcunt animo omnia q̄ habentur in terris ꝛc̄ ſe
quitur que lingua dicere vel quis intellectus ca
pere ſufficit illa ſupne ciuitatis quanta ſint gau
dia ſ angelorum choris intereſſe/cū beatiſſimis
ſpiritib⁹ glie conditoris aſſiſtere/ preſente vultū
dei cernere/icircūſcriptū lume videre/nullo mor
tis metu affici/ꝛ incorruptiōis ppetue munere le
tari ꝛc̄ Quib⁹ v̄bis diu⁹ Grego ꝰ explicare vo-
luit illđ apl̄i pauli 1 Cor 2 No oculus vidit/nec
auris audiuit/neq̧ i cor hoīs aſcēdit q̄ p̄parauit
deus diligētib⁹ illū et citat illđ Eſaye 64 Ocu
lus non vidit deus abſq̧ te que preparaſti expe
ctantibus te Si ergo premium noſtrorū laborū
tantum excedit premium hoim mundanorum
qꝛ fere in īfinitū que dementia eſſet chriſtianis
nolle aſſumere tantū laboris pro premio celeſti
quantu mundani accipiunt ꝓ vano p̄mio terre-
ſtri Ergo labor penitētie q hodie nobis indicit̄
eſt a nobis deuote aſſumēdus ꝛ libenter exercē-
dus Hoies autem prime etatis mundi qꝛ nimis
grauati erant crapula ebrietate ꝛ alijs vicijs car
nalibus vt dꝛ Luce 17 Victi ſunt ab hoſtibus
aie/ꝛ ita perierunt·exceptis paucis q̄ abſtinētes
fuerunt ꝛ temperati vt Abel/Enoc/ et Noe cum
filijs ſuis Ego autem prelatus qui hec vobis p̄
dico ſum certiſſimus de huius ſententie veritate
tum ex reuelatiōe diuina ſ qꝛ labor penitētie eſt
remedium neceſſarium ad remiſſione peccatoꝝ
et p'o q de⁹ promiſit ſe daturū fidelibus eternū
p̄miu/ et reſtitutione hoim ad p̄ſtinū ſtatū Dixit
eni chriſt⁹ in pncipio ſue p̄dicatiōis Mat 4. Pe
nitētia agite appropinq̄bit eni regnū celoꝝ. Cū
etia ex experiētia in me metipſo ego n ſic curro
in ſtadio mandatorum dei non quaſi tendens
in incertum premium ſic pugno in campo hui⁹
vite cōtra hoſtes aie non quaſi aerem verberās
i in vanum ꝛ ſine certitudine victorie Et inter
alios hoſtes aie pugnās cōtra carnem (que eſt
familiaris hoīs inimicus) caſtigo corpus meū
ieiunijs ꝛ flagellis alijſq̧ laborib⁹ ſicq̧ macerā-
tum redigo ſubiectū aie i ſeruitute dei pro q̄ ac-
cipiam corona vite eterne a deo non n decet eū
qui alijs p̄dicat penitentiā eſſe vicioſum ꝛ qſi re
ꝓbū danari a deo Huiuſcemodi p̄dicator erat
Noe in fine prime etatis mūdi q vir penitentiſſi-
mus alijs predicabat penitentia ne forte perirēt
in diluuio pauciſſimi tamen eorum voluerunt
ei credere et ideo iuſto dei iudicio quaſi impeni-
tentes perierunt Adducitur adhuc aliud exem-
plū ex hiſtoria veteris teſtamenti de filijs iſrael
exeuntibus ab Egypto peccati in deſertū peni
tentie·q licet eſſet dilecti a deo vt filij chariſſimi
ꝛ pro q̄bus ipſe multa miracula fecerat et bona
plurima eis cōtulerat(qꝛ diuiſit eis mare vt ſic-
co veſtigio ꝛ ſine periculo tranſirent/ ꝓtexit eos
nube ab eſtu p diem/ illuminauit columna ignis
per noctem/pluit illis manna de celo ad mādu
candū/et eduxit aquā de petra deſerti ad biben
dum ꝛc.) tamē nihilomin⁹ voluit deus qꝛ pere-
grinarentur in deſerto q̄dragīta annis agētes
penitentia ac ſi in ſtadio currerent ad brauiū/vel
in campo decertarent ad triumphū vt meritum
coꝝ acciperet condignū p̄miu terre ꝓmiſſiōis
qua mercedem labore magni itineris/et diutine
pugne cōtra hoſtes fidei acquiſierunt Eodē mō
vult deus nos chriſtianos quantūcūq̧ filios ſi-
bi dilectiſſimos et chriſti ſanguine redēptos/per
baptiſmū conſecratos/et miſterio p̄cioſi ſangui-
nis ꝛ corporis chriſti refectos· vult inq̄ eos ſubij-
cere laborioſis operibus penitentie tum vt non
ſimus ocioſi tum etiam vt ex merito noſtro eter
na premia conſequamur·quod cedit in honorē
noſtrum Si autē quis diceret qꝛ non eſt par ra-
tio de nobis et de illis quia erant homines val
de rudes et imperfecti/ nec acceperant tam di-
gna ſacramenta ſicut chriſtiani qui ſumus eis
multo digniores ꝛ magis delicate nutriti a deo
noſtro ideo non eſt rationabile qꝛ deus vellet
nos tantis laborib⁹ terere ſicut illos ꝛc̄ Hoc ita
quā argumentū refellitur in noſtra epiſtola mul
tipliciter Primo quia illi fuerunt patres noſtri
quantum ad fidē i parus crediderunt in chriſtū
q̧ nos/et tam vere fuerunt chriſtiani ſicut ꝛ nos
et vt apoſtolus ait eādem fidem habentes quā
nos habemus Secundo quia ſimiliter baptiza
ti ſunt ſicut et nos ſcilicet in tranſitu maris ru-
bri Tertio quia eandem eſcam ſpiritalem corpo
ris chriſti manducauerunt ſcilicet in manna de
celo quam nos manducamus in eucharíſtie ſa-
cramento Quarto deniq̧ quia eundem potum
ſpiritalem ſanguinis chriſti quem nos bibimus
in calice ipſi biberūt in aqua miraculoſe educta
de petra deſerti q̄ quidē petra figurabat chriſtū
ſaluatorē nr̄m d cui⁹ latere exiuit ſāguis ꝛ aqua
vt inde nos lauaremur ꝛ potaremur Cu̇ ergo
ſacramēta nr̄a qb⁹ dignificamur ferūt eis pri⁹q̧
nobis miniſtrata quauis ſolu in figuris q̄s qđē
figuras maiores iudeoꝝ optie intelligebāt/ ꝛ in
eis ſacramēta nr̄a credebāt eaq̧ reuerēter ꝛ de-
uote recipiebant·ſo te ta meritorie ſicut nos mō
ea recipim⁹ ꝛ veneramur nulla eſt ergo ro qꝛ de⁹
velit nos here magis delicatos magiſq̧ a labori
b⁹ penite exeptos q̧ illos maxīe qꝛ hec ſexta etas
ecclie chriſtianoꝝ ſuperi⁹ dcta eſt tēpus peregri-
nationis ꝛ laboris ppl̄i dei vtpote correſpōdēs ſex
te ferie in q̄ paſſus ē chriſt⁹ q̄ etiā p̄dicatione ſuā
a ſermone penitētie inchoauit dicēs penitētiā
agite ꝛc̄ Eadē ro fuit de ſacris illis p̄riarchis pa

Tertia pars epiſtole.

me etatis mundi quia deus voluit eos probare in multis laboribus et penalitatibus iuxta illud Geneſis primo moraliter intellectum factũ eſt veſpere et mane dies primus ideſt tempus prime etatis per veſpere enim labor penitentie ſignificatur/ per mane conſolatio et releuatio a labore teſte pſalmographo ad veſperum demorabitur fletus ad matutinum leticiam prius ergo illi ſancti habuerunt fletum penitentie q̃ conſolatione leticie Ex toto ergo ſermone epiſtole concludamus q non ſolum in prima etate mundi de qua loquimur per hiſtoriam ſed etiam in hac noſtra ſexta etate labor penitentie eſt ſeruis dei neceſſarius ad ſalutem vtpote qua reſtituantur ad priſtinum dignitatis ſtatum euadantq; gemitus mortis et dolores inferni quibus (vt in introitu dicebatur) in hoc exilio circundati ſunt

Graduale. ¶ Cantus gradualis Adiutor in opportunitatibus ex pſalmo nono Eſt populi fidelis reſponſio ad doctrinam precedentis epiſtole qua ad penitentiam concitatus eſt et tangit tria Primo enim laudatur benignitas diuine miſericordie Tu inquit domine es adiutor fidelium ſeruorum tuorum i ſuis opportunitatibus ideſt quando oportet in ſuis neceſſitatibus et in tribulatione eorum Secundo erigitur ſpes quam fideles in deo debent habere quia ſperent in te qui nouerunt te ſerui tui ſciunt enim per fidem quia non dereliquis querentes ideſt inuocantes te in ſuis neceſſitatibus et ita confidimus de adiutorio et conſolatione tua in labore noſtre penitentie Tertio in hoc cantu additur verſus quoniam non in finem ex eodem pſalmo et confirmat quod primo dictum eſt de benignitate ipſius dei quoniam non in finem ideſt ad ſemper obliuio erit apud deum pauperis penitentis et patientia pauperum non peribit ideſt non carebit premio et conſolatione in eternum Exurge ergo domine ꝛ de tua miſericordia confidentes adiuua et non preualeat homo ideſt mundus contra nos quia mali homines nituntur nos diſtrahere a penitentia

¶ Poſt graduale non ponit aleluia in hoc tempore vt prius diximus ſed loco eius ponitur tractus ideſt cantus luctus et meroris aut triſtitie quia talis conuenit penitentibus

Tractus. Tractus De profundis clamaui pſalmo 129 Eſt clamoroſa deprecatio populi penitentis ad deum ꝓ auxilio conſolationis eius De profundis inquit ex[?] cita peccatorum/ vel penalitatum mearum/ vel ex ꝓfũda humilitate clamaui ad te domine domine exaudi vocem meam qua oro vt liberentur hi qui in profundo malorum ſunt a miſerijs ſuarum penarum hoc eſt ne tantum puniantur quantum demerentur iniquitates eorum Quoniam ſi iniquitates obſeruaueris ideſt conſideraueris pro quãtitate pene infligende domine quis ſuſtinebit ideſt ſuſtinere poterit tantam penam q d nullus Apud deũ etiam e magna et infinita propiciatio ideſt remiſſio offenſe qua ipſe plus poteſt parcere q̃ nos peccare. Per hiſtoriam iſti cantus intelliguntur eſſe voces patrum prime etatis mundi quales fuerunt Abel/ Enoc / Noe/ et quidam alij qui propter deum humiliabant ſe ad laborem penitentie ſub ſpe remunerationis/ et magni premij atq; reductionis ſue ad priſtinum ſtatum dignitatis a quo lapſi fuerant peccato primorum parentum eſſetq; ſimilis eius expoſitio cum morali que dicta eſt ex perſona fidelium huius noſtri temporis.

Euangelij argumentum. ¶ Euangelium Simile eſt regnum celorum homini patrifamilias Matthei 20. aliam parabolam affert ad idem propoſitum cum epiſtola ſcilicet ad incitandum fideles ad laborem penitentie ſub ſpe magne mercedis magneq; exaltationis apud deum Et habet tres partes Prima dicitur locatio operariorum ad vineam Secunda ibi Cum autem ſero eſt retributio laborantium ad veſperam Tertia ibi et accipientes eſt reſponſio ad aliquorum querelam Supponamus hic litteralem ſenſum ex gloſis communibus et q hore iſte q̃ hic notantur non ſunt hore horologij artificialis quibus communiter nunc vtimur ſed ſunt hore naturales ab ortu ſolis initium ſumentes quarum quelibet eſt duodecima pars temporis diurni ſiue dies ſit magnus ſiue paruus vel forte in eccleſia orientali tunc temporis erat vſus horologij integri viginti quattuor horarum quod ab ortu ſolis incipiebat eas numerare non a meridie vel a media nocte ſicut incipiunt horologia noſtra dimidia et vtroq; modo accipiendo horas hora prima eſt ab ortu ſolis hora tertia per duas horas diſtat ab ortu ſolis ipſaq; tertia ſuccedit hora ſexta in puncto meridiei terminatur hora nona tertia e poſt meridiem/ licet ſit nona ab ortu ſolis tandem hora vndecima eſt ꝓpe occaſũ ſolis vnius hore ſpacio ab eo diſtans Et ſcḋm hec intelligentia diximus ſupra libro primo huiꝰ/ denotatas eſſe horas canonicas diurnas in officio eccleſiaſtico ſcilicet primam / tertiam / ſextam/ nonam/ veſperos et completorium i vndecimam et duodecimam horas In ſenſu itaq; hiſtorico licet beatus Gregorius in homelia hoc euangelium per ſuas horas referat ad totam mundi periodum dicens illas horas eſſe varias mundi etates in quarum qualibet deus miſit predicatores ad populum ſuum quaſi operarios in vineam ſuam ꝛc̃ tamen ſi hoc miſſale officium debeat concordari matutino nocturno (in quo hiſtoria prime etatis mundi legitur) rationabiliter dici poteſt q in hoc euangelio deſcribitur qualitas prime etatis mundi per ſuas generationes vſq; ad diluuium Et ad hunc ſenſum

Prima pars euangelij. Simile (inquit) eſt regnum celorum i eccleſie militantis vel populi dei negocium culture alicuius vinee nam paterfamilias deus qui eſt dñs huius vinee Eſaie 5 vinea dñi ſabaoth domus iſrael eſt ꝛ pſalmo 79 vineã de egypto tranſtuliſti ꝛc̃ iſte inq̃ paterfamilias exijt primo mane ideſt a

principio mundi quia per creationem mundi exijt ad creaturas qui prius intra ſemetipſum manebat in ſolis perſonarum diuinarum eternis proceſſionibus ſeu productionibus. Preceteris tamen creaturis homines ſua imagine inſignitos creauit ordinans eos ad beatitudinem ſue viſionis et fruitionis ſed ſtatuit eis modum perueniendi ad eam ſcilicet per opera meritoria ideo deus exijt predicto modo ad primos parentes humani generis conducere eos vt operarios agricolas in vineam ſuam ideſt eccleſiam in paradiſo terreſtri figuratam ſcilicet vt eſſent primi paſtores et doctores eccleſie ſue que mox in Abel iuſto incipienda erat. De hac conductione dicitur Geneſis ſecundo ꝙ plantauit deus a principio paradiſum voluptatis / et tulit hominem et poſuit eum in paradiſo vt operaretur et cuſtodiret illum ⁊c. Cultura primi parentis debebat eſſe vt ipſe quaſi bonus prelatus doceret ⁊ gubernaret filios ſuos ſecundum omnes virtutes et ſcientias ad ſeruitium dei et cuſtodiret eos a peccatis nam populus ille filiorum et nepotum Ade erat tunc eccleſia et vinea domini ſimul etiam et paradiſus voluptatis fecit etiam conuentionem cum dictis operarijs ideſt primis parentibus ꝙ pro illo labore ſuo daret eis denarium diurnum ideſt premium vite eterne in quo facies ſummi imperatoris dei impreſſa eſt humane menti ſicut facies regis terreni ſolet imprimi denario argenteo. At quia primi parentes negligenter fecerunt opus ſibi commiſſum (nam preuaricati ſunt mandatum dei vt patet Geneſis 3 Et non bene cuſtodierunt filios ſuos a peccatis quia eorum maior Cayn doloſe occidit fratrem ſuum iuniorem Abel Geneſis quarto) ideo idem paterfamilias deus exijt iterum conducere alios operarios in vineam ſuam hora tertia prime etatis mundi quia tertium filium Ade nomine Seth (reprobato Cayn peſſimo) elegit in paſtorem eccleſie ſue ad colendum vineam dei q̄ erat populus deſcēdens ab eo hoc eſt ad docēdū ⁊ gubernādū filios ſuos eo modo quo dictum eſt de Adam Deditq; deus filijs Seth preceptum iuſtum vt ſepararent ſe a filijs Cayn reprobatis et vt non commiſcerentur eis matrimonio hoc ſignificant verba iſta Ite et vos in vineam meam ideſt ſitis vos ſeorſum eccleſia mea fidelis et quod iuſtum fuerit premium dabo vobis iuxta laborem veſtrum. Sed quia hoc dei mandatum filij Seth paulatim neglexerunt (qui videntes filias hominum illorum de ſtirpe Cayn eſſe pulchras acceperunt ſibi vxores ex eis Geneſis 5) ideo exijt iterum dominus circa horam ſextam ⁊c̄ quia in ſexta generatione poſt Seth vocauit Enoch virum iuſtum et inſtituit eum cultorem vinee ſue ideſt prelatum et doctorem eccleſie ſue vt coleret eam modo ſupra expoſito Hiſtoria eius habetur Geneſis 5. Similiter hora nona prime etatis ideſt generatione nona a Seth vocauit Noe virum ſanctum et pium in prelatū et doctorē eccleſie ſue vt colerent ea quaſi vineam dei in fide et religione ac ceteris virtutibus neceſſarijs ad ſalutem eius. Electio atq; vocatio narratur etiam Geneſis 5. In vndecima vero generatione prime etatis que eſt Sem filius Noe exiens deus conducere operarios in vineam ſuam ideſt prelatos et doctores eccleſie ſue increpauit filios ſanctorum patriarcharum ꝙ eſſent ocioſi in opere dei ſupradicto ideo predicatiōe ſancti Noe iterum inuitauit homines ad laborem fructuoſum in eccleſia dei. Tandem vero cum ſero ideſt finis prime etatis factus eſſet voluit deus reddere mercedem operarijs quos conduxerat ad laborandum in vinea eccleſie ſue hoc eſt decreuit malis penam ⁊ bonis premium reſtituere ideo ait dominus vinee procuratori ſuo Noe vt fabricaret arcam Geneſis 6 in qua ſaluaret a diluuio iuſtos neglectis peccatoribus ad ſubmergendum. Vnde factum eſt vt nouiſſimi homines in prima etate ideſt filij Seth nouiſſimi filij Ade ſecundum narrationem ſacre ſcripture prius reciperent mercedem a deo ꝙ primi ideſt filij Cayn qui fuit primus in filijs Ade et ita in retributione que facta eſt in fine prime etatis deus pretulit nouiſſimos primis. Cum ergo veniſſent ad recipiendam mercedem a deo homines qui vocati fuerant circa horam ideſt generationem vndecimam vt Sem Cayn/et Japheth filij Noe acceperunt ſingulos denarios gratie dei quam meruerant pro obſeruatione decalogi mandatorum dei et preter hoc admiſſi ſunt in arcam ad ſaluandum vitam ſuam a ſubmerſione diluuij. Venientes autem primi ſcilicet filij Cayn et reſidui filiorum Seth acceperunt ⁊ ipſi ſingulos denarios ideſt legem nature decem preceptis explicate quia tam iſtis ꝙ illis deus dedit legem nature qua poſſent et ſibi ⁊ proximis bene agere et hoc ſufficiebat ad ſalutem anime pro illo tempore quando adhuc non erant inſtituta ſacramenta nec alie ceremonie legis dei reuelate. Sed legem nature filij Seth deſcendentes per Enoch et Noe obſeruauerunt qui bene vſi ſunt naturalibus. E contra vero filij Cayn et plures ex filijs Seth corrumpentes naturam humanam legem nature tranſgreſſi ſunt. Merito ergo illi interpoſiti ſunt iſtis in donis dei qui reddens mercedem operarijs eccleſie ſue dixit incipiendum eſſe a nouiſſimis et vltimo perueniendum ad primos vt fierent nouiſſimi primi et primi nouiſſimi. Videntes autem filij Caym ſuperbiſſimi ꝙ deus preferebat eis filios Seth in donis ſuis murmurare ceperunt aduerſus patremfamilias deum quaſi iniuſte ageret cum eis qui cum eſſent maiores natu et principaliores in ſeculo (nam ſacra ſcriptura Geneſis 6 vocat eos gygantes ⁊ potentes in ſeculo atq; viros famoſos) putabant ſe eſſe ſapientiores ac digniores magiſq; preferendos in omnibus donis

Secūda pars euangelij

Tertia pars euangelij

dei ideo ſpernebant filios Seth tanq̃ abiectos
et nouiſſimos hominum/ dedignabanturq̃ do-
ceri ab eis in aliquo et propterea contempſe-
runt predicationem Noe quam faciebat eis ex
mandato dei et dicebant hi nouiſſimi vna hora
fecerunt ⁊c. i. modo venerunt ad eccleſiam dei
et parum ſciunt in lege nature iniuſtum eſt er-
go q̄ preferantur nobis immo q̄ equiperen
tur Dicebant ergo murmurantes contra deum
pares illos nobis feciſti in autoritate docendi qui
magis laborauimus in eccleſia dei/ et portaui
mus pondus mandatorum tuorum per totum
hunc diem prime etatis i. magno eſtu labo[r]um
Sed iuſtiſſimus et potentiſſimus omnium pa-
rens probat ſe hominibus nihil debere/ eiſq̃ ſua
dona gratis ⁊ libere communicare ideo reſpon
dens generationi Cayn ait Amice non facio
tibi iniuriam ſi diſtribuam bona mea maxime
ſpiritualia pro libito hominibus quos elegi ſa
tis eſt q̄ tibi dedi mercedem tuam pro tuis la
boribus ideſt abundantiam bonorum corpora
lium que bona tuis laboribus procurabas tol
le ergo q̄ tuum eſt ſecundum preſtitutionem tui
appetitus et vade i. recede a me per mortem
Uolo autem huic nouiſſimo populo filiorum
Seth largiri bona ſpiritualia gratie et ſcientie
dei ex quo tu occupas temporalia An oculus
tuus neq̃ ideſt inuidus eſt quia ego bonus ideſt
liberalis ſum in donis meis? quaſi dicat imita
ris naturam patris tui Cayn qui ex inuidia
fratrem ſuum occidit Nunquid propter tuam
inuidiam non licebit mihi facere quod volo de
bonis meis vt donem ea quibus voluero?
Tandem vero in fine prime etatis mundi no
uiſſimi ideſt filij Seth in domo Noe facti ſunt
primi ideſt meliores in retributione pro operi
bus ſuis qui i. ſaluati ſunt per arcam a diluuio
et e contra primi ideſt filij Cayn cum multis
alijs facti ſunt nouiſſimi ideſt deteriores in re
tributione quia perierunt in diluuio Sed licet
multi filiorum Seth vocati fuerint ad fructuo
ſum laborem in vinea dei predicatione patrum
ſuorum tamen pauci ex eis meruerunt eſſe e
lecti ad hoc vt ſaluarentur per arcam Nam ex-
ceptis Noe et filijs ſuis omnes alij perierunt
Moralitas. cum filijs Cayn in diluuio ¶ In ſenſu autem
morali pro fidelibus noſtri temporis hoc euan
gelium dupliciter poteſt exponi ſecundum q̄
duplex eſt vinea dei ſcilicet vel tota eccleſia/ vel
vniuſcuiuſq̃ hominis conſcientia Prime vinee
(que eſt magna) paterfamilias eſt prelatus qui
per ſingulas dominicas huius temporis qua-
ſi per ſuas horas conducit fideles ad laborem
penitentie tam in officijs eccleſie q̄ in ſermo-
nibus ad populum procurator huius patrisfa-
milias poteſt dici curatus parrochialis qui mi
niſtrat ſacramenta fidelibus imponitq̃ eis de-
terminatos labores penitentie Et conuenit hoc
euangelium qualitati temporis quia legitur cir
ca principium veris quando homines incipi-
unt vinearum culturam et conducunt opera
rios ad eam, quatenus per hec corporalia ſen
ſibilia que manibus pertractant manu ducan-
tur ad ſpiritualia procuranda que ſunt eis val-
de neceſſaria Erit ergo predictus paterfami-
lias ille ſcilicet fidelis ſeruus et prudens quem
conſtituit dominus ſuper familiam ſuam hoc
eſt prelatus eccleſie primo mane ideſt in hac pri
ma dominica huius temporis que dicitur ſe
ptuageſima cõducere fideles ſibi ſubditos qua
ſi operarios ad laborandum in vineam ſuam
que eſt eccleſia catholica ſub conuentione fa-
cta ex denario diurno ideſt premio pro labore
vnius diei nam hoc tempus in quo eccleſia pe-
nitentiam predicat diei comparatur ad Ephe
ſios 5 Fuiſtis aliquando tenebre ideſt pecca-
tores nunc autem per opera penitentie eſtis lux
in domino Denarius vero quem promittit pre-
latus vere penitentibus conferendum in fi
ne huius diei ideſt in Paſchate eſt euchari
ſtie ſacramentum in quo impreſſa eſt imago re-
gis celeſtis i. filius dei qui eſt imago patris ad
Coloceñ i. Ipſe eſt imago inuiſibilis dei ⁊c.
Hora tertia ideſt in dominica ſequente que et
ſexageſima iterum idem paterfamilias exiet cõ
ducere alios operarios quos inueniet ocioſos
ideſt vacantes a bono opere in foro huius mũ-
di vbi foras ſe poſiti in rebus ſecularibus non
curant interiora conſcientie ſue et ſub alia pa-
rabola de ſeminatione agrorum promittet eis
mercedis fructum quod iuſtum fuerit iuxta la
boris qualitatem hoc eſt alijs fructum trigeſi-
mum / alijs ſexageſimum / alijs deniq̃ cente-
ſimum Iterum circa horã ſextam ideſt in quin
quageſima et hora nona i. in prima dominica
quadrageſime alijs modis idẽ prelatus inuitat
fideles ad penitentiam ſub ſpe iuſte mercedis
Tandem circa vndecimam horam que poteſt
dici dominica quarta quadrageſime ideſt circa
finem predicationis et officiorum de penitentia
reprehenſis ocioſis fidelibus qui nolunt agere
penitentiam (quos clariſſime notat epiſtola il
lius diei) conducit eos ad laborandum in vinea
ſua ad ſenſum predictum Dicitur autem illa do
minica hora vndecima huius temporis quia
poſt illam vſq̃ ad finem quadrageſimalis ieiu
nij non reſtat niſi vna hiſtoria paſſionis chri
ſti domini quaſi vna hora huius diei Ab hac
igitur dominica ſeptuageſime vſq̃ ad illa quar-
tam quadrageſime prelatus ſemper hortatur
ſuos fideles ad penitentiam promittens eis ma-
gnum premium ſacramenti euchariſtie in ſero
ideſt in fine quadrageſime quando fidelibus
vere penitentibus in paſchate proponetur men
ſa domini per curatum ſuum parrochialem qui
eſt huius domini procurator vt diximus ¶ Se- Alia moralitas
cũde vinee licet parue q̃ eſt hominis conſcientia ad mo
dum vinee colendo paterfamilias eſt deus eius
procurator eſt angelus cuſtos hominis qui per
ſingulas eius etates quaſi horas vite ſue vocat

hominem ad colendum vineam conſcientie ſue
et hoc vel per interiores inſpirationes / vel per
exteriores p̄dicatorum voces. Prima hora que
et mane eſt hominis puericia in qua homo pri
mo incipit vti ratione et libero arbitrio et ſta
tim proponitur ei denarius mandatorum dei ſi
velit ad vitam ingredi eternam que eſt premiū
ſui laboris diurni ideſt totius vite ſue Hora ter
tia eſt adoleſcentia / hora ſexta que et meridies
eſt iuuentus et perfectus hominis ſtatus aut
plena etas Hora nona prope occaſum mortis
eſt hominis ſenectus Et in his omnibus etati
bus non ceſſat deus hominem vocare ad labo
rem penitentie et cultum ſue conſcientie pro-
mittens ei quod iuſtum fuerit premium non
quidem ex condignitate operis abſoluta ſed ex
diuina ordinatione gratuita Sed in ſenectute
nondum agentes penitentiam reprehendit deus
tanq̄ ocioſos / pigros / et ſomnolentos in re tam
neceſſaria ad ſalutem anime ſue Tandem in fi
ne vite hominis quod eſt veſpere retribuitur ho
mini denarius glorie aperiturq̄ ei ianua vite
eterne ad quam introducitur per procuratorem
angelum cuſtodem &c Quamuis autem omni
bus fidelibus vere penitentibus idem dena-
rius eucariſtie vel gratie vel glorie tribuatur
in fine diei non tamē ſemper eodem ordine ſer-
uato quo ad laborem penitentie vocati vene-
rant ſed ſepius fiunt ex diuina prouidentia no
uiſſimi primi et primi nouiſſimi quia multi ex
fidelibus vltimo venientibus ad confeſſionem
et ſacramentum penitentie in quadrageſima
p[ro]pius et deuotius communicant de ſacra eucha
riſtia quam alij qui prius confeſſi fuerant mul-
ti etiam circa finem vite ſue conuerſi ad deum
prius tranſeunt ad paradiſum q̄ alij ab ineun
te etate et iam diu conuerſi Hec differentia pa-
tuit in Joanne euangeliſta et in latrone cum
chriſto crucifixo deus enim liberalis donator
gratie et glorie cum nulli homini ſit debitor om
nes bene operantes premiat vltra condignum
Romanorum octauo Non ſunt condigne paſſio-
nes huius temporis &c ſed ſecundum conſi-
lium voluntatis ſue hos vel illos preponit aut
poſtponit in reddenda mercede Unde ceſſat
ratio murmurationis fidelium contra deum
quare ſcilicet illos qui vna hora fecerunt in vi
nea domini ideſt paruo tempore laborauerunt
in penitentia pares facit vel etiam preponit il
lis qui portauerunt podus et eſtum totius diei
ideſt vite ſue in penitentia vel in alijs labori
bus operum eccleſiaſticorum vel etiam qui cō-
tinuant ieiunium totius quadrageſime Ad hoc
enim dubium duplex datur reſponſio tum quia
deus nulli facit iniuriam in his que mere gra-
tis dat hominibus et non ex obligatione ſi
alium ſibi equipperet aut p[re]ferat pro libito ſue
voluntatis latis eſt enim q̄ cuilibet homini ſi-
bi bene ſeruienti in fine ſui laboris pleniſſime
dat mercedem ſibi promiſſam ex conuentione
vel pacto legis ſue illa ergo mercede recepta
quilibet fidelis debet eſſe contentus imo et te-
netur laudare deum qui premiauit eum vltra
condignum tum ſecundo quia preter meram
dei voluntatem propter aliquem finem bonum
deus aliquos fideles iam diu ſibi ſeruientes ad-
huc detinet in hac vita mortali premiandos in
alia aſſumptis iam alijs ad gloriam qui mi-
nus ei ſeruierant in hoc mundo quia forte illi
ſunt magis vtiles et neceſſarij in eccleſia dei
res etiam eorum agitur per continuum augmē
tum ſuorum meritorum quo poſtea promoue-
buntur ad maius premium iſti vero forte ſi am
plius viuerent deprauarentur et ſic damnaren-
tur quare deus melius eis conſulens rapit eos
ab hac vita per mortem ne malicia immutaret
cor ſuū vt ſcriptura dicit Nulli ergo fideliū ſit cu
ra de ordine ſue p̄miationis ſi ex diuina ꝓuidentia
fiāt nouiſſimi primi et primi nouiſſimi ſed de
hoc potius dolere debet ex charitate q̄ multi
ſunt vocati a deo et ab eccleſia ad agendam pe-
nitentiam et colendam dei vineam ſed pauci
ſunt electi ad gratiam et gloriam quia nolunt
venire ad penitentiam quin potius eam con-
temnunt contra quos loquitur deus Prouer
biorum p[ri]mo Uocaui et renuiſtis / deſpexiſtis
omne conſilium meum ego quoq̄ in interitu
veſtro ridebo Cantus offertorij Bonum eſt Offerto-
confiteri dn̄o pſal. 91 Eſt reſponſio fidelis popu- rium.
li compuncti ex doctrina euangelij et ſiue refe
ratur ad patres antiquos prime etatis mundi
ſiue ad fideles noſtri temporis eadem eſt ſen-
tentia ſcilicet q̄ bonum ideſt melius eſt confi-
teri domino i laudare deum de ſua magna libe
ralitate in nos immeritos q̄ aduerſus eos mur
murare ſuper ordine premiationis bonorum vel
de ſua gubernatione temere iudicare Secreta
oratio Muneribus noſtris applicans offerto-
rium ad preſentes orat deum vt velit munera
noſtra per ſacerdotem ſibi oblata in altari pariter
et orōnes nr̄as ſuſcipere et exaudire ad obtinendū
ab eo grām vere penitētie p[ro] cordis noſtri mūdi
cia Cantus cōmunionis illumina faciem tuā Commu-
ex pſal. 30 Oratio eſt vere penitētis q̄ petit a deo nio
lumen gratie et ſaluationem anime nō quidē ex
meritis ſed ex miſericordia dei qui non confun
dit eos qui deuote inuocāt eum Et p[er] hiſtoriam
poteſt eſſe vox Noe et filiorum eius ante diluuiū
qua petebat ſaluari in eo Ultima oratio fideles
tui deus optat vt preſentes fideles iam peniten
tes deus firmet i confortet et adiuuet in labo
ribus ſuis quatenus per gratiam dei continuā
tes penitentiam mereantur denarium glorie ad
quam tendunt

## Caput vigeſimū de offi-
cio ſexageſime in q̄ commemorata calamitate ſe-
cunde etatis mundi eccleſia concitat fideles ſuos
ad opera miſericordie cum proximis

Argumẽ tũ officij.



uemad
modum homo i
ſecunda ſua eta-
te (que et pueri=
cia dicitur) qua=
ſi ſtolidꝰ eſt val-
de mutabilis ad
ludos et ad mul
tas vanitates de
declinans qua-
rum poſtea me=
minit (quia illa
etas ſicut prima non deletur obliuione) nec ap
ta eſt ad generandum bene tamen ad diſſeren
dum linguam / memoriam / et ingenium ſecun
dum varias artes liberales maxime ſermocio
nales ad diuerſas linguas addiſcendas eo
dem modo Iſidoro teſte totum genus huma
num admodum vnius hominis agitur per con
ſimiles etates quarum prima ad diluuium ter-
minata / et a memoria hominum abolita infan
tie aſſimilata eſt Secunda vero etas mundi
(quam in hodierno officio commemoramus) a
Noe incipiens et in Abraham terminata pue
ricia mundi dicenda eſt in qua humanum ge
nus quaſi ſtolidum et puerile ad multas va
nitates diuertit quarum memoria in libris hi
ſtoriarum poſita eſt nec in ea generatuȝ eſt
populus dei vt ab infidelibus diſcerneretur In
uente ſunt tame tunc a filijs et nepotibus Noe
varie artes mechanice ad neceſſitates vite hu=
mane pertinentes maxime autem ad diuerſa
ydiomata inuenienda (que in turri Babel diui=
ſa ſunt iuxta numerum nepotum Noe ſeptua-
ginta et duo) lingua hominum aptata et diſer-
ta eſt iuxta finem illius etatis Hec vero do-
minica illam etatem commemorans dicta eſt ſe
xageſima eo ꝙ ſecundum Hieronymum nu
merus ſexaginta ad viduas pertinet ſi deſcri=
ptio eius in digitis manus ſiniſtre aduertatur
poſita ſummitate indicis ad radicem pollicis
viduitas autem eccleſie dei a ſecunda incepit
mundi etate qua deus homines deſeruiſſe vide
tur ipſis ad alios deos declinantibuȝ tunc e=
nim ydolatria dicitur incepiſſe cum qua et vi
duitas eccleſie vt diximus Poteſt tamen da
ri alia huius denominationis huiuſqꝫ numeri
ratio iuxta ſenſum moralem huius officij Se
narius enim numerus ad laborem pertinet
Exodi 20 Sex inquit diebus operaberis quia
ſex diebus deus fecit celum et terram vt inde
ſignificaretur ꝙ populus dei in ſex mundi eta
tibus laboraturus erat teſte apoſtolo Hebreo-
rum quarto Labor vero eius vtilis et deo ac
ceptus conſiſtit in impletione mandatorum dei
et ſuperaddendo opera conſiliorum que alias
dicũtur opera miſericordie et Matthei 25 Sex
numerantur a chriſto dicente eſuriui et dedi-
ſti mihi manducare ꝛc̄ Ducto autem denario
mandatorum in ſenarium operũ miſericordie ac
creuit inde numerus ſexagenarius a quo ſexa=
geſima denominatur quia hec dominica eſt prin
cipium ſexaginta dierum intra ſeptuageſimam
in quibus eccl'ia predicat fidelibus vlt'a peni
tentiam exercitium in operibus miſericordie cũ
proximis huius ſignum eſt quia in fine ſexage
ſime (que eſt quarta feria hebdomade paſcha
lis) introitus miſſe eſt venite benedicti patris
mei qui loquitur de premio operum miſericor
die quod dabitur ſeruis dei in ſeptima mũdi eta
te poſt labores ſex aliarum ꝛ tunc ſponſe prius
vidue aperietur ianua celeſtis ſponſi / perfrue-
turqꝫ eius amplexibus in gloria et ſic perci-
piet ſui laboris fructum ſexageſimum pro his
bonis que cũ labore ſeminauit iuxta illud pſal
mi qui ſeminant in lachrymis in gaudio me
tent In officio ergo nocturno tam lectiones ꝙ     Matutini
reſponſoria ſumuntur ex libro Geneſ a capite ſex
to et deinceps in quibus narratur hiſtoria ſe
cunde etatis que incepit a diluuio vbi per ar=
cam Noe ſaluata eſt eccleſia a morte corporali p
quam vt ſupra diximus ſignificari poteſt peni
tentia ꝛ alia bonorum operum exercitia quibus
eade eccleſia dei ſaluatur a morte ſpirituali ani
me ¶ Introitus miſſe Exurge quare obdormis     Introitus miſſe
dñe pſal' 43 Poteſt intelligi per hiſtoriam eſſe
oro Noe ꝛ ſuorum domeſticoꝝ natantium in ar
ca ſuper aquas diluuij qui cum ibi clauſi fuiſſet
per multos dies in magno periculo ſubmerſio-
nis orantes clamabant ad deum pro ſua libera
tione qui eorum videbatur iam eſſe oblitus et
dicebant exurge domine adiuua noȝ et libera
nos ab hac tribulatione quare obdormis ideſt
ad modum dormientis non audis nos tam diu
clamanteȝ ad te Exurge obſecramus ne repel=
las nos a te in finem ideſt in perpetuum quare
faciem tuam auertis a nobis et obliuiſceris tri=
bulationem noſtram ideſt periculum in quo ſu
mus adheſit in terra venter noſter in continua
oratiõe proſtratis nobis coram te. et licet hec vi
deatur querelloſa oratio ad deũ additur verſus
Deus auribus noſtris audiuimus principium
eiuſdem pſalmi quo profitebatur ſe certa ſpem
habere in deo de ſuȝ liberatione ab illo pericu
lo et hoc ex teſtimonio patrum ſuorum qui pre=
dicauerant eis veram fidem de dei miſericordia
Ad ſenſum vero moralem eccleſia noſtri tempo
ris que in dominica precedente (viſa multitudi
ne peccatorũ in populo dei) quaſi deſperãs cla
mauerat circundederũt me gemitus mortis ꝛc
Hodie ſentiens iam multos ad penitentiam cõ
motoȝ ex doctrina illa reddit ad ſe concepta fi
duciā ꝛ petit auxilium dei in tribulationibꝰ pe
nitentiu dicens exurge domine adiuua nos ꝛc̄
Ubi verbum exurge repetit ter ad denotãdum
triplices eſſe filios ſuos pro quibus orat Quidã
enim eorum tentantur ſed nondum ſunt ſupe=
rati a tentatione et pro eis orat dicens exurge
q̃re obdormis domine ꝑ tardas ſuccurrere eis

Alij iam ſunt deuicti et tentationi ſuccumbunt pro quibus addit exurge ne repellas eos in fine ideſt in perpetuum ſed aliquando reuoca eos Alij deniq; ſunt de victoria tentationis gaudentes et iam ab illis tribulationibus liberi et pro iſtis ſubdit exurge domine adiuua nos ſcilicet ad perſeuerandum in bono et libera nos a malo Verius clare intelligitur ad hoc propoſitum Ad hunc ſenſum moralem applicat introitum oratio ſequens Deus qui conſpicis petit enim auxilium gratie dei pro penitentibus qui de ſuis viribus naturalibus nō cōfidunt ad perſeuerandū in tot ⁊ tantis laboribus et ad facilius impetrandam gratiam dei interponit patrocinū apoſtoli Pauli/ qui fuit doctor gentium ⁊ plus omnibus laborauit in eccleſia dei per opera penitentie vt epiſtola ſequens declarabit ¶ Epiſtola Libenter ſuffertis inſipientes 2 Corin 11

Epiſto e argumentum

Eſt doctrina exhortatoria boni prelati ſiue ſecūde etatis ſiue noſtri temporis ad veros penitentes aut aliter deo ſeruientes qua intendit eos confortare ac ſolidare in laboribus penitentie ⁊ aliorum operum miſericordie vt patienter eos tollerent propter deum Et ſuppoſito ſenſu litterali quo apoſtolus Paulus fidelibus ſui temporis ſe propoſuit in exemplum patientie/penitentie/et tollerantie laborum propter charitate dei et proximorum vt ipſi fierent imitatores eius in predictis virtutibus que pro illo tempore erant valde neceſſarie nouis chriſtianis ſiue ex iudeis ſiue ex gentilibus exortis Senſus tamen huius epiſtole ad intentionem hiſtorie ſecunde etatis in hoc officio commemorate et ſecundum qualitatem temporis in quo ipſa legitur iuxta principium veris ⁊ in tempore deuiationis/ quando aguntur officia de penitentia ⁊ de alijs operibus bonis debet eſſe proportionalis ſenſui apoſtoli vt ſcilicet quilibet bonus prelatus ſeſe exhibens in exemplum fidelibus ſibi ſubditis commoneat eos ad perſiſtendum in actibus laborioſis bone vite et penitentie iam incepte Et diuiditur hec epiſtola in tres partes ad hūc ſenſum Prima proponit quandam ſalubrem exhortationē Secunda ibi in laboribus plurimis explicat multiplicem ſerui dei laborem Tertia ibi ſi gloriari oportet promittit gratiam dei confortantem

Prima pars epiſtole

Ad ſenſum hiſtoricum ſupponatur prelatus in ſecunda mūdi etate Sem maior filius Noe vel aliquis ex poſteris eius vt Nachor / Thare ⁊c̄ (quia iſti ſunt patres illius etatis in linea genealogie chriſti Luce 3 Et in ſolis illis ſaluata eſt fides catholica et cultus vnius dei tunc temporis alijs omnibus ad ydolatriam et ad vitia carnalia declinantibus) qui prelatus predicabat ſuis domeſticis ⁊ conſanguineis fidem ⁊ religionem vnius veri dei atq; opera penitentie quibus purificarentur a peccatis ⁊ deniq; opera charitatis ⁊ miſericordie cū proximis Et ad magis eis perſuadendum dū illā doctrinā proponebat ſe eis prelatus in exemplum ad imitadum ſcd̄m tenorem ſententie verborum apoſtoli Pauli in hac epiſtola. Ad ſenſum etiam moralem prelatus noſtri temporis videns multos fideliū ex doctrina precedentis dnice perſuaſos incepiſſe viā laborioſam penitentie hodie confortans eos ad permanendū ⁊ continuandum opus bonum ait Fratres gaudeo ꝙ libenter propter honorem dei ſuffertis inſipientes id eſt mundanos homines qui neſcientes ſacramenta dei inſipienter exprobrant conuerſionem vram ad penitentiam cum tamen in hoc ſitis vos valde ſapientes quia ſcitis quātus fructus puenīat ſeruis dei ex hmōi laboribus Suſtinetis enim a malis hominibus/ſi quis eorum vos in ſeruitutem diaboli redigit id eſt redigere conatur ſuis malis exemplis ⁊ conſilijs auertentibus vos a penitencia incepta vt iterū redeatis ſicut prius eratis ad ſeruitutem diaboli Si quis deuorat vrā ſancta propoſita Si quis accipit id eſt furatur veſtra bona opera ponendo vobis impedimenta Si quis extollitur id eſt eleuatur p ſuperbiam cōtra vos Si quis in faciem id eſt pro roſtris ⁊ in preſentia veſtra vos cedit verbis iniurioſis Solent enim homines mundani et malicioſi multa huiuſmodi moliri contra ſeruos dei maxime nouiter cōuerſos ad penitenciam iuxta illud pſalmi 37 Conſiderat peccator iuſtum et querit mortificare eū Similiter in ſecunda etate mundi filij Cham vt Nembroth et alij ſuperbiſſimi homines (qui edificabant turrim Babel Gene 11 Perſequebant filios Sem ⁊ alios ſeruos dei religioſe viuentes et in bonis operibus laborantes Addit prelatus. ſcd̄m ignobilitatem dico id eſt loquor iſta verba contra mundanos ex zelo dei ignobiliter et minus modeſte ꝙ deceat prelatum q̄ſi nos prelati infirmi fuerimus id eſt indocti in hac parte id eſt in hac materia de qua loquimur ⁊ hoc ad apparentiam mūdanorum qui putant nos inſipientes propter talia verba contra eos prolata Sed re vera ꝙ nos ſimus tam ſapientes ſicut ipſi (quis hoc videatur dictum in inſipientia vane glorie ⁊ iactantie) pbo ſic in quo bono huius vite q̄s mūdanorum audet ſe iactare audeo ⁊ ego prelatus fideliū Siue dicant ꝙ ſunt hebrei id eſt confeſſores chriſti/ſiue ꝙ ſūt iſrahelite id eſt cognoſcentes deū p ſciētias ſeculares/ ſiue ꝙ ſūt miniſtri chriſti exercentes officia eius in populo id eſt iudicaturas ſiue eccleſiaſticas ſiue ſeculares/ſiue iactent ſe de aliquo alio in his omnibus poſſum ego veraciter eis me equiperare immo (ſi vt minus ſapiens loquar) poſſum me eis preferre in multis donis ⁊ gratijs ſpiritualibus quas ipſi nō habent Dignum eſt ergo vt vos fideles ſubditi mei plus credatis mihi q̄ʒ illis pſuadentibus vobis oppoſitū Sed ꝙ

Secūda pars epiſtole.

eorū pſuaſiones ⁊ conſilia nō ſint bona patet experientia qꝛ ego ⁊ qlibet ſeruus dei verus multipliciter nos exercemus in multis laboribus vt penitentie vel operū miſericordie in 4 extimos quorū laborum aliqui ſunt corporales et violenter ab alijs illati vt carceres verbera pericula/ mortes in mari ⁊ in terra ⁊ in alijs ſequentibus vſq; vbi dicitur periculis in falſis fratribus Alij ſunt labores corpales volūtarie aſſumpti pꝑter deum.

ſcilicet in vigilijs multis/ in fame/ ſiti/ frigore et
nuditate / in ieiunijs et in alijs huiuſmodi Alij
denique ſunt labores ſpirituales in gubernatiõe
eccleſie. vt ſolicitudo/ zelus ⁊ alia omnia que con
cernunt proximorum ſalutem Inter hos tamẽ

Tertia pars epiſtole.

labores ſemper adeſt mihi gratia dei que me cõ
fortat ⁊ dat victoriam cõtra hoſtes fidei ⁊ religio
nis ſancte immo ⁊ aliquando reuelat multa ſe
creta ſua ad cõſolationem fidelium Nullus er
go ex vobis terreatur propter labores penitentie
aut operũ miſericordie ſuſceptos qꝛ ei preſto ade
rit auxilium grẽ dei confortans eum immo in
ſpirabit ei multas cõſolationes interiores quibꝰ
afflatus ꝓ nihilo ducat oẽs labores exteriores

Graduale.

¶Cantus graduale Sciant gentes qm̃ nomẽ
tibi pſal' 82 Eſt reſponſio fidelis populi iã con
ſolati ⁊ confortati ex doctrina epl'e Unde affir
mat deũ eſſe gubernatorẽ totiꝰ mũdi ſed ſpecia
liter protectorem ſeruorũ ſuorum atque expugnatore ad
uerſariorũ qui perturbant eos in ſua penitentia et
alijs actibꝰ virtuoſis ideo additur verſus Deus
meus pone illos ex eodem pſal quo petitur auxi
lium dei contra mundanos impedientes/ irride
tes ⁊ diſſuadentes penitentiam fidelium ſeruorũ
dei et ꝑ hyſtoriam iſte tractus loquitur contra edi
ficatores turris Babel in ſecunda mundi etate
quaſi eleuantes ſe non ſolum contra proximos
ſed etiam contra deum quem ex illa turri impe
tere conabantur

Tractus

¶Tractus Commouiſti dñe terrã
pſal' 59 Eſt oratio fidelis populi iam commoti
ad penitentiam ex doctrina precedente. qua pe
titur vt deus vellit infirmitatem penitentiũ ſua
gratia ſanare et adiuuare ac etiam mundanos
deriſores proſternere ⁊ fugare quales erant ſuperbi
illi gygantes ſecunde etatis mundi cõtemnentes
predicationem ſanctorum patriarcharũ illiꝰ temporis

Euangelij argumentum.

¶Euangelium Cum turba plurima conueni
rent Luce 8 Conſequenter ad euangeliũ domi
nice precedentis et conformiter ad qualitatem ſcd'e
etatis atque ad principium verſus in quo legitur
promittit magnum fructum laborantibus in penitentia
⁊ exercentibus ſe in operibus miſericordie ⁊ ha
bet tres partes In prima proponitur queda pa
rabola In ſcd'a ibi hec aute dicens Requiritur
eius intelligentia In tertia ibi eſt autem hec pa

Prima ps euangelij.

rabola aperitur parabole ſententia Ad ſenſum
hyſtorie ſecunde etatis mũdi oſtenditur quomo
do ex paucis hominibus ſ. ex tribus filijs Noe
cum vxoribus eorum repleuerit deus ſeminali
ratione totam terram habitabilem dicitur enim
Gene' 9 ꝙ erant filij Noe qui egreſſi ſunt de ar
ca Sem/ Cam/ et Japheth ab ijs diſſeminatũ
eſt omne genus hominũ ſuper vniuerſam terrã
Item ſapientie 14 Ab initio cum perirent ſup
bi gygantes ſpes orbis terrarũ ad ratem confu
giens remiſit ſeculo ſemen natiuitatis que ma
nu dei erat gubernata Ad hanc ergo hyſtoriam
ſignificandam dicitur hic in illo tempore ſecunde
mundi etatis incipientis cũ turba plurima ho
minum in primo etatis conuenirent ad carnalem
generationem etiam vltra modum ⁊ ordinem a
deo taxatum et properarent ad Ieſum id eſt ad
ſaluandum genus humanum (Jeſus enim ſa
lus vel ſaluator eſt) dixit dñs per ſimilitudinem
ex rebus corporalibus ad res ſpirituales appli
cando exiit qui ſeminat ⁊c̃ Sicut enim in euan
gelio precedentis dominice cum ageretur de pri
cipio prime etatis mundi dictum eſt ꝙ pater fa
milias exijt primo mane ⁊c̃ ita hodiernum euã
gelium loquens de principio ſecunde etatis (in
quo fuit aliud quaſi mundi exordium) idẽ ver
bum exijt repetitur exijt inquit qui ſeminat ſemi
nare ſemen ſuum id eſt deus iterum faciens hu
mani generis quoddam principium non quidẽ
per creationem ſed ꝑ ſeminalem rationem huma
ne generationis In Noe ⁊ filijs ſuis quãdo ex
ierunt de arca poſt diluuium Tunc enim non
ſolum deus dicitur ſeminaſſe in mundo vt nota
tur Eſaie 28 Nunquid tota die arabit aras ⁊c̃
ſed etiam ipſe Noe exijt de arca cum filijs ſuis
ſeminare id eſt multiplicare ſemen ſuum i. genꝰ
humanum per ſeminalem generationem Sed
quadruplex terra diſtinguitur in qua homines
ſeminati ſunt ſcilicet terra conculcata/ petroſa/
ſpinoſa/ ⁊ fructuoſa Prima iſtarũ fuit terra an
te diluuium de qua dicitur ꝙ aliud ſemen ceci
dit ſecus viam mandatorum dei ſed extra eam
et quia non ſeruabant mandata dei tale ſemen
conculcatum eſt multis vicijs immundis ⁊ iu
ſto dei iudicio omnes illi homines abſorpti ſũt
in diluuio ⁊ cadauera eorum comederunt volu
cres celi poſt piſces maris Nam quod de coruo
dicitur Geneſis 8 ꝙ egrediens de arca ſedit ſu
per cadauera mortuorum credendũ eſt de alijs
auibus ferocibus que ſimiliter egreſſe ſunt de
arca Hoc ſemen pro maiori parte fuit ſemen
Chaim peſſimi Alie tres tre ſeminate ſunt poſt
diluuium et diſtinguuntur iuxta tres filios Noe
qui diuiſi ſunt per terram habitabilem in tres par
tes Terra petroſa eſt Europa ſeptentrionalis a
frigore conſtipata in qua ſeminati ſunt filij Japheth
diuiſi in generationes quindecim principaliores
quorum quintus Tubal noſtram Hiſpaniã di
citur primo habitaſſe Terra ſpinoſa eſt Affrica
meridionalis multa ſuperflua generans ex ca
loris exceſſu In qua ſeminati filij Cham diuiſi
in generationes triginta principaliores Semẽ
dei id eſt verbum ⁊ doctrina fidei ⁊ religiõis ſan
cte in his duabus terre partibus licet aliquan
to tempore creuerit tamen non diu poſt diluuiũ
natum aruit ⁊ ſuffocatum eſt quia homines illi
ſenſuales ad vitia mundana declinantes ſtatim
obliti ſunt dei creatoris ſui et fecerunt ſibi deos
corporeos Terra fructuoſa fuit Aſia in qua ſe
minati ſunt filij Sem diuiſi in generationes ſe
ptem ⁊ viginti precipuas (vnde conſtat genera
tiones trium filiorum Noe omnes fuiſſe ſeptua
ginta duas) in hac terra ſemen predictum id eſt
doctrina fidei ⁊ ſctã religio fecit fructũ multũ qꝛ
viguit ⁊ perſeuerauit in patriarchis ex qbꝰ deſcẽdit
Abraham pater fidei qui habitabat in Siria que
aram dicitur hebraice Sed qꝛ hec parabole ex

Secunda pars euangelij.

poſitio fuit olim nimis abſcondita nedū ſimplicibus ſed etiā magnis doctoribus eccleſie ⁊ requirit magnam mentis attentionem ideo prelatus hec dicens clamabat qui habet aures cordis audiat id eſt aperiat eas ad audiendū attente quia hec myſteria nunc reuelata ſunt poſtremis predicatoribus in eccleſia dei ideo diſcipuli id eſt minores fideles interrogabāt eum que eſſet hec parabola id eſt que ſenſum abſconditum haberet quibus prelatus ait vobis in quos fines ſeculorum deuenerūt datum eſt id eſt conceſſum a deo noſſe clare myſteriū id eſt abſcōditum ſecretum regni dei id eſt ſanctarū ſcripturarū/vel officiorum eccleſiaſticorū ceteris autem qui preceſſerunt vos in alijs ſtatibus hoc non cōceſſum eſt niſi in parabolis id eſt cōfuſe/⁊ enigmatice vt audientes parabolas non intelligant eas profunde ⁊ videntes eccleſie myſteria non videant eorū ſignificata quia ad tēpus eorum non pertinebat talia ſcire eſt ergo ſenſus parabole vobis reuelādus ꝙ ſemen qḋ deus ſeminauit in mundo ſunt homines deſcēdentes ex tribus filijs Noe vt diximus

Tertia pars euangelij

Sed in hominibus iterū deus ſeminauit verbū dei id eſt doctrinam fidei ab initio mundi Sed in prima etate quia ſemē pro maiore parte cecidit in terram conculcatā a demonibus ⁊ viā factam peccatis (de quibus Job 19 Venerūt latrones ⁊ fecerunt ſibi viā per me) ideo venit diabolus ⁊ tulit verbum dei de cordibus eorum ne credētes predicationibus patriarcharū ſalui fierent Poſt diluuiū vero in ſecunda mundi etate ſemen dei predictū cecidit ſupra petrā id eſt in filios Japheth habitātes in terra petrea qui cum audiſſent ſuſceperunt verbum cum gaudio quia erant filij boni patris ſed quia non habebat radices charitatis dei ſed cupiditatis mundi ideo ad tēpus crediderunt recte ſed mortuis maioribus eorum poſteri in tēpore tentationis diaboli receſſerūt a vero deo ad falſa idola ⁊ ſic extincta eſt in eis fides/⁊ ſancta religio creuitqꝫ execrāda ſuperſtitio Semen dei etiā cecidit in ſpinis id eſt in filios Cham habitātes in terra ſpinoſa qui a principio audierūt doctrinā fidei a Noe patriarcha ſed poſtea a ſollicitudinibus bonorū temporaliū/⁊ voluptatibus vite carnalis ſuffocati ſunt et ſic non fecit in eis fructū verbum dei ſed poſt aliquod tēpus aruit tota illa doctrina/⁊ abolita eſt a memoria eorum Semen aūt quod cecidit in terram bonam fuit doctrina/⁊ religio filiorum Sem in terra Syrie qui ⁊ ſi nō oēs ſaltē illi patres de linea genealogie chriſti ex quibus Abraham in corde bono ⁊ optimo audiētes ⁊ retinentes verbū fecerūt fructum multum expectantes cum patientia aduētū redēptoris totius mundi

Moralis euangelij

¶ Moralis intelligētia parabole eſt duplex altera de ſemine doctrine bone vite ⁊ virtutum de quo I Joānis 3 Qui in charitate eſt non peccat quia ſemen dei in eo eſt Seminator huius ſeminis eſt prelatus/⁊ predicator eccleſie terra ſunt auditores animo comoti ad penitētiam ex dn̄ica precedēte. ſed eorū quidā ſunt ficti alij veri penitētes quorum differentiā hec parabola oſtendit quia fictos penitētes vocat terram malam veros terram bonā Terra mala fructū penitētie non faciens eſt triplex nam terra cōculcata ſunt luxurioſi de quibus Eccl'ſiaſtici 9 Omnis mulier fornicaria quaſi lutū in via conculcabitur nam talium mentes aperte ſunt/et peruie ad omnes carnales cogitationes ⁊ tēptationes Terra petroſa ſunt ſuperbi propter duritiā cordis que eſt proteruia nam de diabolo dicitur Job 41 Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbie/⁊ cor eius indurabitur quaſi lapis Terra ſpinoſa ſunt auari propter nimiā ſollicitudinem bonorum temporalium de quibus ap̄ls 1 Thimo 6 Qui volūt diuites fieri incidunt in laqueos diaboli ⁊c̄ Terra bona ſunt humiles ⁊ deuoti chriſtiani qui auditam doctrinā operibus virtutum adaptāt ⁊ afferunt multū fructum premiorum in patientia ſua qua habēt in laboribus de quibus Luce 3 Facite fructus dignos penitētie ¶ Poteſt aliter dici ꝙ terra peruia ſunt homines leues qui doctrinā auditā non retinent ſed ſtatim obliuioni tradūt Terra petrea ſunt inueterati in peccatis qui licet alias eſſent bone indolis tñ propter longam cōſuetudinem inſurgēte paſſione ſtatim a ratione diſcedūt Terra ſpinoſa ſunt negociatores ſeculi quos multiplex cura negotiorū diſtrahit a doctrina morali eis data a prelato ⁊ tandē nullum fructū boni operis afferunt Terra bona deuoti ſunt ꝙ toto corde id eſt tam intellectu/qꝫ voluntate doctrinā eccleſie recipiūt/ eam ꝗ memorie cōmendant/⁊ ad opus applicāt atqꝫ labores virtuoſe actionis patienter tollerant/nec deficiūt donec fructū id eſt premium glorie recipiāt ¶ Sed terra bona etiā triplex eſt ſcḋm alium euangeliſta Mathei 13 ſcꝫ afferens fructū trigeſimū/vel ſexageſimū/vel centeſimum quia tres ſunt gradus vere penitentiū incipientes/proficiētes/⁊ perfecti Incipientes ſunt illi qui ſolum curāt bene obſeruare fidē trinitatis/ ⁊ mādata dei que omnia ad decem reducūtur ⁊ hos ſignificat fructus trigeſimus nam ter decem ſunt triginta Proficientes vltra hec bona addūt ſex opera miſericordie vnde hos denotat fructus ſexageſimus Perfecti vero preter hanc vitā actiuā (que conſiſtit in operibus miſericordie) erigūt ſe ad contemplatiuā que dextera eſt id eſt perfectior reſpectu vite actiue ⁊ hos ſignificat numerus centenarius de qua Hieronymus dicit ꝙ a leua tranſit in dexteram in computatione digitorū ¶ Poteſt aliter dici ꝙ triplex terra bona ſunt illi tria opera penitentiū ſcꝫ eleemoſina/ieiuniū/⁊ oratio Eleemoſina maxime conuenit coniugatis qui poſſident bona tēporalia quibus etiā Hieronymus attribuit fructū trigeſimum quia figuratio talis numeri in digitis manus ſiniſtre maritū depingit/ et cōiugem Ieiuniū maxime conuenit viduis et ceteris cōtinentibus quos etiā ſexagenarius numerus in digitis manus ſiniſtre deſcribit vt idē dicit Hieronymus Oratio ſeu contēplatio maxime propria eſt virginibus que ſolū cogitāt que

dei ſunt (vt dicit apoſtolus) eleuantq; mētem in
deum ⁊ his debetur fructus centeſimus qui nu
merus a leua tranſiens in dexteram cōputando
Alia mo-
ralitas.
per digitos circulum facit ⁊ aureolam deſcribit
¶ Altera intelligētia moralis pōt dari de ſemi
ne eleemoſine (per quā omnia opera miſericor
die intelligūtur) iuxta illud apoſtoli .2. Corint 9
Qui parce ſeminat / parce metet ⁊c. que expoſitio
magis videtur cōuenire ſexageſime in qua eccle
ſia inuitat fideles ad opera miſericordie ꝓximis
exhibenda que omnia ſub nomine eleemoſine
cōprehendūtur ⁊ licet eleemoſina ex genere ſuo
ſit bona Poteſt tamē ex defectu multarū circū
ſtantiarū effici mala ideo eccl'ia in hac parabola
oſtedit q̄b⁹ ⁊ qualib⁹ ꝑſonis ſit facieda eleemo
ſina vt ſit fructuoſa Sit ergo eleemoſina ſemen
ſeminator ſit diues faciens eleemoſinā / terra ſe
minanda ſint pauperes chriſti Unde quadru
plex terra que hic ponit quadruplices denotat
pauperū differentias Terra nāq; puia ⁊ concul
cata ſunt quidā pauperes inquieti / ⁊ vagabundi
per mūdum comeſſationibus / et ebrietatib⁹ de
diti / atq; luxurioſe viuētes His data eleemoſina
perdit talit quantū eſt ex parte recipiētis qz per
eam non exercetur actus charitatis in ꝓximos
nec ſuppletur eorū neceſſitas immo fouetur vo
luptuoſitas ⁊ volucres celi ideſt demones come
dunt illā quia tales pauperes nō deo ſed demo
nibus ſeruiūt ⁊ cōculcant eleemoſinam ſibi da
tam / vel continentes eam / vel vitioſe conſumen
tes Terra petroſa ſunt pauperes ſuperbi ⁊ ingra
ti ſcꝫ qui non oſtiatim mendicāt ſed occulte pe
tunt quaſi volentes ſibi dari eleemoſinas iuxta
ſua merita lautas / ⁊ magnificas vt inde ſua vi
tia cōſuetudinaria fouere / ⁊ ſuſtētare valeāt Sed
quia corda eorum lapidea non habet humorem
gratie ideo eleemoſina in eis areſcat qz nō deſer
uit ad opus charitatis ſed ad fomentū cupidita
tis Terra ſpinoſa ſunt pauperes auari qui pre
textu paupertatis volunt ditari taliq; cupiditate
ſuffocati nullū fructū reddunt his a quibus elee
moſinas accipiūt per ſuas orationes Ipſi autē
ex bono aliorum ſemine ſpinas colligunt pecu
niarum Per terram bona pauperes humiles ⁊
deuoti ſignificantur qui neceſſitate cōpulſi elee
moſinas accipiūt a fidelibus quibus ⁊ ſuam in
digentiā ſupplēt / ⁊ pro ſuis benefactoribus deuo
te orant vt eis fructū miſericordie diuine impe
trēt / ⁊ ſibi ex diuturna patiētia fructum gratie / ⁊
glorie promereātur talis ergo eleemoſina quaſi
ſemen cadens in terram bona facit fructum cen
tuplum In faciēdis ergo eleemoſinis ⁊ genera
liter in omnibus operibus miſericordie eligendi
ſunt pauperes humiles ⁊ deuoti quales ſunt bo
ni religioſi medicantes ⁊ quidam alij ſeculares
qui mēdicare oſtiatim erubeſcunt / ac proinde
multā miſeriam ſecrete patiūtur ſub nobili ve
recundia Eligēdi ſunt etiā orphani ⁊ vidue / atq;
modeſti peregrini Super omnes autem proui
dere oportet pauperibus honeſtis / cōſanguineis /
affinibus / et vicinis Nam in talibus eleemoſi
na velut bonum ſemen in bonam terrā cadens
eſt valde fructuoſa tam recipienti / q̄ largienti.
¶ Cantus offertorij perfice greſſus meos pſal' Offerto-
rium.
16. Eſt oratio eccleſie ad deū pro gratia perſeue
rantie ſuorum filiorum in operibus peni tentie / ⁊
miſericordie iam inceptis Maxime aūt erat ne
ceſſaria hec petitio in ſecūda mundi etate quādo
timebatur de incōſtantia illorum hominū in fi
de / ⁊ religione vnius dei quod etiā rei probauit
euentus (vt diximus) in filijs Cham et Japhet
ideo hec oratio poteſt intelligi ex perſona filioꝝ
Sem in quibus perſeuerauit fides et religio ex
gratia ⁊ miſericordia dei Secreta oratio oblata
dne ſacrificia applicat offertorium moraliter ad
preſentes i ſenſu ꝑdicto ſed interponit ſacrificij
euchariſtie virtute adiutricem ¶ Cantus cōmu Cōmu-
nio.
nionis introibo ad altare dei pſal. 41. Cibū ne
ceſſariū laborātibus in vinea dñi ſignificat rece
piſſe fideles ex altari chriſti quo ipſi letificant In
patribus autem ſecunde etatis mundi cibus iſte
erat corporalis de pane / ⁊ vino ſimiliter ⁊ carni
bus animaliū que offerebantur deo in altari ſa
crificiorum de quibus etiā ipſi offerentes cōmu
nicabant noſtram cōmunionem prefigurantes
Ultima oratio ſupplices te rogamus poſt cibū
acceptum quo laborates reficiuntur petit a deo
gratiam pro preſentibus ad continuandū perſe
uerāter laborem penitētie ⁊ operū miſericordie

## ¶ Caput vigeſimūprimū

de officio quinquageſime quo ⁊ myſteria tertie
etatis mundi cōmemorantur ⁊ remiſſio peccato
rum penitentibus promittitur

Tertia hominis Argumē-
tū officij.
etas Adoleſcentia ſcdm Iſi
dorum correſpōdet tertie mū
di maiori etati (de qua ho
diernum officium pertractat)
Nam ſicut creſcente in homi
ne calore naturali / et adhibi
to corporis robore Adoleſcentia iam apta fit ad
generandū / pronaq; eſt ad laſciuiā ita etiam hu
manum genus in tertia mūdi etate amplius ſo
lito dilatatum laxauit habenas ad laſciuiā etiā
vltra modū naturalem (quod euides fuit in So
domitis Genes 19 Et ſimiliter in quibuſdam fi
lijs Jacob quos genuerunt ei Zelpha / et Bala
ancille principaliū vxorum Genes 36) Et nō ſo
lum hoc egerunt in corpore verūetiam ad laſci
uiam anime deuiarūt quia in illa etate incepit
ydolatria qua Hieremias propheta fornicatio
nem vocat Uerū inter hec mala hoc bonū ha
buit illa etas q generauit populū dei ideſt ſepa
rauit ipſum genere / ⁊ loco ab infidelibus nam
vt dicit Genes 12. Deus ſeparauit Abraham pa
triarchā a patria ⁊ cognatione ſua ꝓpter eorū in
fidelitatem et cōſtituit eum patrē omniū fideliū
et totius populi dei qui ab eo carnaliter deſcen
dit per Iſaac / ⁊ Jacob poſteros ſuos de quorum
ſucceſſione tam in proſpera q̄ in aduerſa fortu
na vſq; ad tēpus Moyſi iam ſuperius diximus
in prima dñica aduētus. Nunc aūt quinquageſi

me officiū ſpecialiter recolit hiſtoriā Abrahe pa-
triarche a quo ſumitur principiū tertie etatis mū-
di vt patet in officio nocturno tā in lectionibus/
q̄ꝫ in reſponſorijs Et dicitur quinquageſima quia
eſt principiū quinquaginta dierū quos eccleſia
celebrat ſub ſeptuageſima declarās multiplices
fructus vere penitentie ꝛ terminatur iſte nume-
rus in ipſo die ſancto paſchatis vt denotetur ꝙ
per laborem penitentie promittit fidelibus reſur-
ſurrectio a peccatis ad gratiam/a ſeruitute ad li-
bertatem/a miſeria ad felicitatem Numerus em̄
quinquagenarius in ſacra ſcriptura reperit val-
de comendatus vtpote multorū ſacrametorum
ſignificator nam Exodi 16 Quinquageſimo die
ab egreſſu hebreorum ex Egypto lex vetus eis
dat i eſt ad expiatione immundiciarū/ad exerci
tium virtutum/ad figuraꝫ ſacrificiorum Poſtea
vero durate curſu illiuꝫ legis quinquageſimus
quiſqꝫ annus iubileus erat i letus/quietus et a
laboribus exēptus Leui 25 Quia in eo ſerui li-
beri efficiebātur/debita proximorum remittebā-
tur/ꝛ poſſeſſiones alienate reſtituebantur domi-
niꝫ ſuis In lege etiā euangelica eode ſacro die-
rum numero poſt chriſti reſurrectionem ſpiritus
ſanctus in diſcipulos chriſti viſibiliter miſſus eſt
Actuū 2 Creſcit em̄ talis numeruꝫ ex ſeptena-
rio in ſe ducto/et monade ſuperaddita ſeptena-
rius vero ad gratiam ſpiritusſancti refertur quia
ſeptiformis explicatur ab Eſaia 11. Unitas deū
ſignificat ſcd̄m Pythagoram ꝛ Platonē Pſal-
terium quoqꝫ Dauidicum trib⁹ pſalmorū quin-
quagenis diuiſum eſt quarū prima eſt peniten
tie/ſcd̄a iuſticie/tertia laudis ꝛ glorie et totidem
diebuꝫ archa Noe que eccleſia ſignificat ſuper
aquas diluuij dicit enataſſe Geneſ 8 Ex quib⁹
et alijs ſimilibus myſterijs oſteditur ꝙ numerus
quinquagenari⁹ eſt adeptio libertatis/ cognitio
veritatis/ꝛ perfectio charitatis Hinc eccl'ia chri-
ſtiana tres dierū quinquageſimas magna deuo
tione celebrat in quolibet anno Prima eſt peni
tentie ab hac dn̄ica vſqꝫ ad paſcha dn̄i Secūda
eſt leticie/ꝛ gratie a paſchate vſqꝫ ad penthecoſ-
ten Tertia eſt ſignificationis glorie a ſabbato
in albis vſqꝫ ad ſabbatū poſt penthecoſtē quia
tēpus illud reſurrectionem generalem/et perfe-
ctam ſanctorum gloriā duplicato alleluia ſignifi
cat Sed alijs duabus vſqꝫ ad loca ſua reſerua-
tiꝫ hec hodie incipies quinquageſima penitentie
quinquageſime anni iubilei correſpōdere videt
qꝛ per penitentiam ſicut per annū quinquageſimū
peccatorū nobis debita dimittuntur/ liberamur
a ſeruitute diaboli/ꝛ reducimur ad poſſeſſiones
celeſteꝫ prius quidē in ſpe/et acquiſito iure ſed
poſtea in re/ꝛ actuali poſſeſſione Unde nimirū
in hoc tēpore pſalmus ille quinquageſim⁹ Mi-
ſerere mei deus ꝛc̄ totus penitentialis frequen-
tiſſimus eſt in eccleſiaſtico officio de tempore ad
omnes fere horas canonicas Ad hoc aūt vt iu-
bileum noſtre penitentie conſequamur tria ſunt
nobis pernecceſſaria Primū eſt charitas dei/et
proximi que faciat nos perſeuerantes in bonis
operibus quauis difficilibus Amor em̄ dei teſte
Gregorio magna operatur ſi adeſt Secundū eſt
freques memoria paſſionis dnice.que cauſet tol
lerantia ſeu patientiā in labore penitentie q̄ paſ
ſioni chriſti conformamur portātes crucem poſt
eum de qua idem Grego ait ſi paſſio chriſti ad
memoria reuocetur nihil eſt quod nō equo ani-
mo tolleretur idem expreſſius dicit apl's Heb 12
Recogitate eum qui talem ſuſtinuit ꝛc̄ ſequi-
tur vt non fatigemini animis veſtris Tertiū eſt
fides ſacramenti penitentie i ꝙ firmiter creda-
mus virtutem diuinam illiuꝫ ſacramenti ex in-
ſtitutione chriſti ad remiſſionem pctorum actua
liū per miniſteriū ſacerdotum quibus date ſunt
claues regni celorū Sine hac enim fide impoſ-
ſibile eſt penitentem placere deo Hebre 11 Ad
declaranda aūt hec tria principaliter tendit miſ
ſale officium huius diei nam de charitate loqui
tur ep'la alia duo traduntur in euāgelio ad cui⁹
finem illuminatio ceci illuſtrationem fidei ſigni
ficat ¶ In matutino itaqꝫ officio hui⁹ dominice Matuti-
tam lectiones q̄ꝫ reſponſoria ſumuntur a duode ni.
cimo cap'lo Geneſ ꝛ deinceps vbi traditur hiſto
ria magni patriarche Abrahe in principio tertie
etatis mundi et intendit eccleſia ipſum propo
nere nobis in exemplar bone ꝛ fructuoſe penitē
tie nam ſicut illi precepit de⁹ ꝙ egrederetur de
terra ꝛ carne ſua ꝛ veniret peregrinans in terrā
promiſſionis ita ſancta mater eccleſia vel prela
tus eius nomine ab hac dominica et in medio
huius ſeptimane precipit fidelibus vt egredian
tur ab eſu carnium ꝛ a terrenis omnibus cupi-
ditatibus ꝛ vt veniant in deſertū penitentie quaſi
peregrini ꝛ exules a patria ſub ſpe tame miſeri-
cordie dei ꝛ remiſſionis pctoꝝ promittiturqꝫ eis
in alia vita hereditas regni celorū ¶ Introitus Introit⁹
miſſe Eſto mihi in deum protectorem pſal.30 miſſe.
Per hiſtoriam introducit Abraham qui relicta
patria et cognatione ſua peregrinabatur in ter-
ram Canaan (que nūc dicitur paleſtina iudea)
petebatqꝫ a deo ꝓtectionem/auxiliū/ refugium/
et ducatum in via peregrinationis ſue per terras
alienas ꝛ inter gentes ignotas Verſus In te do
mine ſperaui principium eiuſde pſal' ex perſona
eiuſdem ꝯfitetur ſpem ſuam i ſolo deo poſitam
eſſe non in fauore hominum ad obtinendum a
deo protectionem ꝛ auxiliū ſimiliter ꝛ p̄mium ſi
bi ꝓmiſſum pro ſuo labore quod vocat iuſticia
quia iuſtum eſt vt deus pactum ſuum obſeruet
cum ſeruis ſuis bene et obedientibus. Ad ſen-
ſum vero moralem idem introitus intelligitur
eſſe vox ſancte matris noſtre eccl'ie petentis au-
xilium dei pro filijs ſuis iam conſtitutis in labo
re penitentie quaſi extra patriam et cognationē
ſuam peregrinantibus propter deum Et vtitur
quattuor vocabulis petes a deo protectionem/
firmamētum/refugium/ꝛ ducatum quia filij ec-
cleſie quadruplices ſunt Quida in gratia ꝛ his
conuenit firmamentum i confirmatio in gratia.

Alij ſunt in peccato quibus petitur vt deus ſit eis refugium ad quod conuertantur Item tam iſtorum quam illorum quidam ſunt poſiti in aduerſitate et pro illis petit protectionem dei Alij demum in proſperitate quibus optat ducatum et directionem dei in agendis vt procedant ſine peccato Verſus ſequens in te domine ſperaui principium eiuſdem pſal. ſpem ſancte matris eccleſie explicat ad obtinendum effectum ſue petitionis ¶Oratio preces noſtras applicat introitum ad ſenſum moralem predictum optime preſentibus fidelibus vt deus eos abſoluat a peccatis per labores penitentie et cuſtodiat ab omnibus tentationum aduerſitatibus ¶Epiſtola Si linguis hominum loquar i Corin. 13 Excellentia charitatis inter omnes alias virtutes et gratias hominibus conceſſas predicat et primo quantum ad eius neceſſitatem Secundo ibi charitas patiens eſt demonſtrat multiplicem ipſius vtilitatem Tertio ibi charitas nunquam excidit probat eius ſtabilitatem Neceſſitas charitatis declaratur ex hoc quod homo illa carens vanus eſt quantumcunque habeat omnes alias gratias et virtutes / ſiue pertineant ad locutionem vt donum linguarum / ſiue ad cognitionem vt prophetia / ſcientia / fidei excellentia / ſiue ad actionem bonam / vt eleemoſina / penitentia / et alia id genus de quibus hic dicitur quod ſi talia opera fiant ſine charitate dei et proximi nihil aut parum poſſunt. Vtilitas etiam charitatis declaratur ex quindecim fructibus ab ea procedentibus ibi charitas / patiens eſt benigna etc. Et ſunt quidam gradus ſcale ſpiritualis qua ad perfectionem vite aſcenditur conformiter ad euangelium ecce aſcendimus hieroſolymam etc. Stabilitas denique charitatis oſtenditur ex hoc quod ipſa non terminatur cum hac hominis vita mortali ſicut alie virtutes fere omnes quia prophetie euacuabuntur poſt hanc vitam / lingue ceſſabunt etc. ſed cum venerit quod perfectum eſt id eſt perfecta dei cognitio ſiue clara viſio in alia vita euacuabitur quod ex parte eſt id eſt imperfecta cognitio quam habemus de deo in hac vita per fidem / ſcientiam / et prophetiam etc. quia videmus nunc deum in enigmate Charitas vero qua deum diligimus ex toto corde in hac vita incipit nutritur et augetur ſed in alia vita perficitur vbi deus perfectius cognoſcetur Et non ſolum charitas excedit alias virtutes morales et intellectuales ſed etiam comparata ad virtutes theologales ipſa earum maxima eſt quia fides et ſpes includunt quaſdam imperfectiones incompoſſibiles ſtatui glorie beatorum ſcilicet obiecti beatifici abſentiam et inuidentiam charitas autem nihil imperfectionis includit ſed potius eſt nomen conſumate perfectionis quia charitas tranſformat hominem in deum Hic ſermo de commendatione charitatis quamuis directe pertineat ad ſenſum moralem huius officij pro preſentibus qui in penitentia ſe exercent nam charitas facit ad perfectionem penitentie in ſenſu tamen hiſtorico pro ſanctis patriarchis tertie etatis mundi qualis fuere Abraham / Iſaac / et Iacob et quidam alij filij / et nepotes eorum hec epiſtola eorum ſanctitatem et perfectionem demonſtrat qui maxime ſe exercebant in actibus charitatis Quamuis ſimiliter in explicando fides maxime commendatur in Abraham / ſpes in Iſaac / et charitas in Iacob vt declarat gloſa ordinaria Matthei i. quilibet tamen eorum habuit magnam perfectionem charitatis qui propter amorem dei patriam parentesque reliquerant et peregrinabantur per mundum / atque hoſpitalitatem pro peregrinis libentiſſime exercebant Vnde de quolibet eorum recte dicitur / charitas patiens eſt / benigna eſt / omnia credit / omnia ſuffert / omnia ſperat etc. ¶Tractus graduale tu es qui facis pſal. 76 Commemorat mirabilia que deus fecit cum ſeruis ſuis in medio tertie etatis mundi quando liberauit filios Iſrael de Egyptiaca ſeruitute et hoc valet multum ad ſenſum moralem pro fidelibus noſtri temporis ad erigendam ſpem penitentium qui mirabiliter liberantur a ſeruitute peccati per gratiam dei ¶Tractus Iubilate deo omnis terra pſal. 99 Decantat gratiarum actionem pro liberatione filiorum Iſrael ab illa ſeruitute licet in voce lamentabili propter exilium eorum in deſertum Vnde Exodi 15 narrat illud cantemus domino glorioſe enim magnificatus eſt etc. Ad ſenſum vero moralem ex certa ſpe liberationis fidelium a ſeruitute peccati per penitentiam que notabatur in graduali additur hic gaudium nam ſpes rem facit quaſi preſentem et leticiam inducit propter certitudinem boni mox futuri Vel ex doctrina epiſtole de charitate incitatur populus ad ſeruiendum deo in laboribus penitentie cum leticia et amore charitatis et vt frequenter intret eccleſiam in conſpectu eius in exultatione quia per virtutem penitentie omnes fideles efficiuntur familiaris populus dei / et oues paſcue eius que in abundantia dantur fidelibus in hoc ſacro tempore per predicationes et ſacramentorum miniſterium ¶Euangelium Aſſumpſit ieſus duodecim diſcipulos etc. Luce 18 et procurſum tertie etatis mundi pulchro enigmate deſcribit et penitentibus magna premia oſtendit ſed prius ſenſu in litterali que hic ſupponimus euangelium habet tres partes In prima reuelat ſecretum. In ſecunda ibi factum eſt autem etc. introducit hominem cecum In tertia ibi ſtans autem ieſus declarat miraculum ſuper eum factum Ad propoſitum hiſtoriale ſciendum quod tempore ſancti Abrahe patriarche a quo incipit tertia mundi etas monarchiam tenebat Ninus quidam rex aſſyriorum a quo incepit deteſtanda ydolorum cultura / et nefanda ſuperſtitio ydolatrie fecit enim ex nimio amore patris ſui Beli iam defuncti ad imaginem eius ſtatuam auream in loco ſepulchri ſui / et ei diuinos honores cenſuit exhibendos id eſt ſacrificia et thura etc. cuius regis exemplo ſeducti alij gentiles fere omnes in ſingulis regnis prouincijs et ciuitatibus fecerunt ſibi deos aureos argenteos ligneos / ereos / et lapideos in memoriam et honorem illuſtrium quorundam virorum iam defunctorum qui in patria ſua egregia quedam opera fecerant Tali autem vane curioſitati hominum

Oratio. · Epiſtola argumentum. · Prima pars · Secunda pars · Tertia pars epiſtole. · Graduale. · Tractus. · Euangelium.

alludēs diabolus reſpōſa eis dabat in illis ydo lis ⁊ per modum doctrine mille ſuperſtitiões in hominibus ſeminauit ſicq̄ humanum genus fere totum captiuatum et deceptum a diabolo hac erroris plaga excecatum eſt adeo vt nedum in articulis fidei ſuper naturaliter reuelatis verumetiam in ipſis naturalis legis principijs allucinando erraret Sed tātam humani generis calamitatem videns pientiſſimus de⁹ et noſtre miſerie cōpatiens ne fides et religio ſancta omnino deficeret in hominibus ſuſcitauit ab oriēte iuſtū Abraham vt dicit Eſa 41 et vocauit eū vt ſequeretſe doctore in fide ⁊ moribus et extractū a Meſopotamia Syrie patria ſua et Ur caldeorū addurit eum in terra Canaam occidentale in qua ciuitas Hieruſalē ſita eſt vt ibi ipſe ex parte dei vere fidei pater et doctor eſſet ab eoq̄ ſancta vnius dei religio ⁊ inciperet ⁊ ppagaret in multos populos atq̄ ideo pater multorū quod ſonat Abraham) pprio noīe vocaretur Hoc ergo inſinuans euangelium in principio ait q̄ in illo tēpore ſ. quo tertia mūdi etas incepit aſſumpſit ieſus ſ. ſaluator hominū deus duodecim diſcipulos ſuos ſ. duodecim tribus Iſrael in ꝑauo eoꝝ Abraham quos voluit eſſe diſcipulos ſuos in doctrina vere fidei ſeparatos a ſupſtitione ydolatrie aſſumpſit inq̄ eos ſ. ad ſe traxit quādo Abrahā proauū ipſorum vocauit de terra ſua ⁊ ait illi ſecreto ſ. reuelatione interna ecce aſcēdimus hieroſolymam ſ. terra Cananeorum in qua ſita eſt hieroſolyma ciuitas aſcendimus aūt hieroſolymam vt eam in ſchola principale vere fidei ſubliminus qua deſtruatur fallitas ydolatrie nūc incipientis Hec prophetica reuelatio ſtatim in ipſo Abraham incepta ⁊ figurata eſt cum rediens a cede regum getilium ydola colentium obuiā occurrit Melchiſedech rex Salem Gene. 14 qui idem erat et ſacerdos dei altiſſimi non Bel ydoli peſſimi (viuebat em̄ in lege nature vnum deum colens ⁊ creditur fuiſſe Sem filius Noe qui adhuc viuebat ⁊ de eius ſtirpe Abraham deſcenderat) et obtulit panem ⁊ vinū/ac benedixit Abrahe quaſi gerēs perſonā dei vt probat apoſtolus Hebreo 8 hec aūt ſignificatio copleta eſt in tēpore regis Dauid qui eadem ciuitatē Salē que ⁊ Hieruſalē in caput regni et ſacerdotij eiexit deferēs ad eam cū iubilo archā federis dn̄i ⁊ poſtea Salomon filius eius ibidē edificauit tēplū deo altiſſimo impleēs illud ſacerdotibus qui ſacrificiorum officia conſumarent laudes continuas deo decātarent/⁊ fidē catholica ibi predicarent Hoc eſt ergo quod deus inſpirauit Abrahe dicens ecce aſcendimus Hieroſolymam in qua poſt multa tempora conſumabūtur omnia que ſcripta ſunt ab eterno in libro predeſtinatiōis diuine Sed p prophetas dei ex tempore declarata de filio hominis ieſu chriſto ex ſemine tuo naſcituro qui quamuis ſit filius dei tamen ratiōe nature aſſumpte vocabitur filius hominis eſt ergo ſenſus q̄ in ciuitate Ieruſalem ad quam

Prima pars euāgelij

tunc aſcendebat Abraham conſumanda erant omnia miſteria humane redemptionis ſcilicet chriſti pdicatio/ paſſio/mors/et reſurrectio de q̄bus ſequitur tradetur enim gentibus et illudetur ⁊ flagellabitur/et conſpuetur et poſtq̄ flagellauerint occident eum et tertia die reſurget Iſta miſteria etiam in ipſo Abraham figurata et inchoata ſunt ſ. quando ipſe ex mandato dei immolare temptauit filium ſuum Iſaac fere in eodem loco vbi poſtea edificatum eſt templū Salomonis quem tamen filium angelus domini ſibi viuum reſtituit Gene. 22 Hec igitur fuit ſecreta reuelatio paſſionis chriſti diſcipulis dei patriarchis facta in tertia mundi etate de qua ipſe Ioan 8 Abraham vidit die meum ⁊ gauiſus eſt non tamen vidit tam clare ſicut apoſtoli ⁊ euangeliſte ſed obſcure ⁊ enigmatice ideo dicit q̄ ipſi patriarche nihil horum verborum intellexerūt ſcilicet clare ſed ſolum in vmbra ⁊ figura: erat enim verbum iſtud de paſſione ⁊ morte filij dei atq̄ de reſurrectione eius valde abſconditum ab eis et non intelligebant clare que dicebantur eis a deo Poſtq̄ autem exiens Abraham de terra natiuitatis ſue venit in terram Canaam factum eſt cum appropinquaret Iherico que eſt ciuitas iuxta iordanem cecus quidam ſ. populus Chananeorum ydolatrie dedit⁹ ſedebat in terra per affectiones carnales ſecus viam tamen legis nature ſ. extra eam ſed non longe ab ea quia ſemper manſit in ydolatris natura bona ſeu bona inclinatio ad verum quamuis actualiter aſſentirent falſitatibus multis Eratq̄ ille populus mēdicans diſciplinam bonam a ſuis philoſophis ac ſacerdotibus quorum tamen nullus potuit eum illuminare et veram fidem docere ſed cum audiret turbam Abrahe ⁊ ſuorū pretereuntem ſ. peregrinantem in terra illa(vnde Hebreos ſ. aduenas eos vocabant) interrogabat populus ille quid hoc eſſet fidei ⁊ religionis eorum hoc eſt quem deum colerent⁹ Dixerunt autem eis Abraham ⁊ tota familia eius q̄ tranſiret per terram illam ieſus ſ. ſaluator deus Nazarenus idē floridus ſiue dans florem gratie ſibi humiliter et conſentientibus et ideo mitteret illuc ſeruos ſuos quaſi peregrinos ad docendum eos veram fidem Ille vero populus admirans peregrinorum ſanctam religione cepit venerari deum Hebreorum ⁊ clamauit ſ. intime deſiderauit particeps fieri gratie dei dicens ad Abraham Ieſu ſ. ſaluator animarum p tuam doctrinam fili dauid ſ. dilectionis dei miſere mei ſ. cōpatere nobis tanta cecitate depreſſis huic clamori conſonat textus Gene. 20 vbi rex Gerare in perſona totius populi ſui ſe cōmendauit orationibus Abrahe ⁊ pactū amicitie perpetue cum eo ⁊ familia eius iniuit Sed hoc non placuit doctorib⁹ et ſacerdotib⁹ illius populi de quibus dicitur ⁊ qui preibant ſ. doctores illius populi increpabāt illum vt taceret ſ. auerteret ſe ab amicitia hebreorum ⁊ ceſſaret a laude dei eo-

Sc̄da pars euangelij.

tum nam ex hac malicia puteū quem Abrahā
effoderat vi abſtulerūt ab eo vt recederet ib illa
regione Gen. 21 Ipſe vero populus cū rege ſuo
erat nimiū affectatus Abrahe et non poterat ſe
abſtinere ab amicitia eius videns eximiam ſancti
tatem illius hominis ⁊ ſuorum domeſticorꝫ ideo
quātomagis increpabant eū ſui ſacerdotes ydo
latre tanto magis ille clamabat ieſu fili Dauid
Tertia pſ euāgelij. miſerere mei/ad ſenſum datū Stans aūt i mo
ram trahens Abrahā in terra Cananeorū iuſſit
cecum populū adduci ad ſe p familiarē quadam
conuerſationē ⁊ cū appropinquaſſet ei per ami
citiam interrogauit eū dicens quid boni vis fa
ciam tibi/at populus reſpodit dne vt videā cla
ritatem vere fidei abiecta caligine erroris ydola
trie Et ait illi deus reſpice ſeruū meū Abraham
in quo elucet claritas vere fidei quā deſideras ⁊
illa eſt fides que te ſaluū facere poteſt a tua ceci
tate Et cōfeſtim ex familiaritate mutua vidit ille
populus magnū exemplar ſancte religionis in
Abraham ⁊ filijs ſuis Iſaac/⁊ Iacob ⁊ ſequeba
tur deū ille populus a principio quidem in pau
cis ciuibus ſuis Abrahe adherentibus ⁊ domui
eius Sed poſtq̄ ſucceſſores patriarcharꝫ in medio
tertie etatis adiuuante deo miraculoſe obtinue
runt victorioſo prelio totam terra illā populus
ille magnificabat i magnū predicabat deum he
breorū et omnis illa plebs vt vidit miraculoſas
victorias eorum dedit laudē deo vero preferens
illum dijs falſis gentium Hactenus de hiſtoria
tertie etatis in euāgelio figurata ſed homelie ſan
ctorum aliam expoſitione huic ſimilem faciunt
cecū vocado totum genus humanum ex plaga
primorum parentum ſed per aduentū filij dei in
carnem a cecitate illa ſanatū per illuminationē
Moralitas. ſaluatoris noſtri ieſu chriſti ⁊c̄ ¶Moralit is ve
ro in iſto tempore veris incipiens quod ieiunio/
vel penitētie cōuenientiſſimum eſt aſſumpſit ie
ſus i bonus prelatus procurans animarū ſalu
tem aſſumpſit a vita carnali ⁊ ſeculari peccatri
ce ad vitam ſpiritualem virtutis ⁊ penitētie que
etia vita Hieruſalem i viſio pacis coſciētie dici
poteſt aſſumpſit inqꝫ ab hac dnica duodecim di
ſcipulos ſuos i vniuerſos fideles ſibi ſubditos
duodecim apoſtolorū doctrinam ſequētes dicēs
illis in predicationibus ⁊ officijs eccleſie ea que
conferūt eis ad ſalutem animarū Ecce aſcendi
mus Hieroſolymā i vitā virtuoſam in quadra
geſima ⁊ conſumabuntur i perfecte declarabun
tur in ea tam in officijs eccleſiaſticis/ q̄ꝫ in predi
cationibus publicis omnia que ſcripta ſunt per
prophethas/per aplos ⁊ ſanctos doctores ecclie
de filio hominis i de hoie chriſtiano filio homi
nis chriſti nam illi copioſe ſcripſerut qualiter vi
uere debeat quilibet fidelis ſeruus dei ad ſecuri
tatem ⁊ ſalute anime ſue Sed aduertendu q̄ ho
mo taliter viuere incipiēs ⁊ vere penitens trade
tur ex diuina premiſſione gentibus i mundanis
gentiliter viuentibus vituperandus tanq̄ fatuus
illudeturq̄ ab eis geſtibus/flagellabitur perſe
cutionibus/cōſpuetur iniurioſis verbis quaſi ſit
homo indiſcrete ſeipſum occidens Sed has irri
ſiones deus permittet fieri ad vtilitatē vere pe
nitētis quia peccatores poſtq̄ ſic flagellauerint
hominem iuſtū tadem occident eum i mortifica
bunt ſenſualitatem ⁊ paſſiones carnis eius dici
tur eñi in pſal. 36 cōſiderat peccator iuſtū ⁊ que
rit mortificare eum hec tamē mortificatio eſt ſo
lum quatum ad carnē qua ſic mortificata reſur
get ſeruus dei quantum ad ſpiritū a peccatis ad
vitā gratie ⁊ hoc tertia die i poſt tres actus peni
tentie qui ſunt contritio/confeſſio/ et ſatiſfactio
Dum autem hec predicat prelatus ſuis ſubditis
in principio huius temporis officiorum de penitē
tia ipſi adhuc rudes ⁊ inexperti in doctrina mo
rali nihil horum intellexerunt practice ignorant
eñi tunc mortem ſpiritualem ⁊ reſurrectionē mo
ralem ideo propter inexperientiā erat verbū hoc
abſcōditum ab oculis eorꝫ/nec intelligebant cla
re que dicebatur eis a prelato Dicit eñi Ariſtote
les in Ethicis q̄ nouicij auditores ſciētie mo
ralis non credunt/nec bene percipiūt documen
ta preceptoris donec paulatim aſſueſcāt ⁊ exper
ti guſtent veritatem eodem modo fideles in his
primis predicationibus de penitētia quaſi noui
cij auditores non bene percipiut hec ſecreta mor
tificationis ⁊ reſurrectionis moralis donec ve
niatur ad miraculū illuminationis ceci peccato
ris per gratiā dei et tunc guſtare incipiet doctri
nam de penitētia ⁊ fructibus eius eritq̄ tūc ido
neus auditor huius diſcipline Comparatur aūt
peccator fidelis ante ſuā cōuerſionem ceco quia
omnis malus eſt ignorans Hic ſedet iuxta viam
legis dei quia habet fidem informe non diſtat
tamen loge ab ea ſicut infideles ⁊ talis mendi
cat in ſeculo bona eſ/diuitias ⁊ delitias audit ta
men in hoc tpore ſeptuageſime turba lectionū
ſermonum ⁊ ſacramētorꝫ in eccleſia dei interro
gat quid hoc ſit reſpondetur ei a iuſtis fidelibus
q̄ venit ieſus i ſaluator animarū p̄latus talia
annūcians ad illuminandum peccatores cecos
Hac reſpōſione cōpunctus peccator incipit cla
mare per rugitum cōfeſſionis orans deū vt miſe
reatur eius adducit ad pedes cōfeſſoris factiſq̄
ibi neceſſarijs interrogationibus reſpodet ipſe ac
cuſans ſeipſum de ſua cecitate in tpore preteri
to illuminatur ibi doctrina confeſſoris vt videat
deincepſ que agere a quibusue abſtinere debeat
Tande ſequitur chriſtū paſſibus meis que ſunt
bone cogitationes ⁊ pie affectiões ⁊ magnificat
deū p̄ miſericordia ſibi facta Viſa aut pecca
toris conuerſione ois plebs mūdanorꝫ admirat/
edificat ⁊ cōcitatur ad laudandum deum de tam
miraculoſa ſua operatione erga peccatores per
ditiſſimos ¶Cantus offertorij benedictus es do
Offertorium. mine pſal. 118 ad vtrūq̄ cecū pertinet i tam hi
ſtoricum/q̄ꝫ moralem qui gratias agens de ſua il
luminatione ſpirituali benedicit deū ⁊ gemina
tur principium huius offertorij ad ſignificadam
magnam affectionē benedicentis deum qui ſicut

bis dixerat Ieſu fili dauid miſerere mei ita bis
dicit regratiando benedictus es dñe ⁊ petit vlte
rius edoceri in iuſtificationibus ⁊ iuſtis manda
tis dei quod etiā verbum bis repetit ꝓpter du
plices iuſtificationes dei ſcʒ de vita actiua ⁊ con
teplatiua Secreta oratio hec hoſtia queſumus
dne explicat ſenſum moralem offertorij petens
fidelibus preſentibus emundatione a delictis ⁊
ſanctificatione mentis ⁊ virtute ſacrificij eucha-
Communio riſtie ¶Cantus cōmunionis manducauerunt ⁊
ſaturati ſunt pſal' 77 notat peccatum gule tam
in hominibus tertie etatis (quod contigit iudeis
mur murantibus in deſerto) qꝫ etiā preſentibus no
ſtri tēporis maxime in hac dnica carnis priuiali
qui exceſſiue delectātur in cibis ⁊ potibus vnde
ex hoc peccato in currerunt tunc iram dei nam
paulopoſt ſubditur adhuc eſce eorū erant in ore
ipſorum ⁊ ira dei aſcēdit ſup eos/⁊ occidit pingues
eorum ⁊c̄ quo cōtra de iuſtis ⁊ vere penitētibus
atqꝫ humilibꝰ premittitur ibidē panem celi de
dit eis panem angelorum mādu cauit homo ci
baria ſcʒ ſpiritualia miſit eis in abundātia fina
lis oratio Queſumus oīpotēs deꝰ vt qui celeſtia
alimēta moraliter petit a deo pro vere penitētibꝰ
munimen ⁊ defenſione cōtra tentationes gule/⁊
ebrietatis que cōmuniter occurrunt fidelibus in
hoc triduo Vincūtur tamē iſte tētationes ex de
uota perceptione celeſtis alimēti euchariſtie/vel
ſacramētaliter/vel ſaltē ſpūaliter/aut etiā ex de-
uota miſſe auditiōe q̄ impetrat grā a deo q̄tenus
p ea facilliter vincātur ⁊ domentur tales affectiōes

## ¶Caput vigeſimum ſecū-
du de officio quarte ferie in capite Ieiunij qua-
drageſimalis in quo exitum hebreorū de Egy
pto in medio tertie etatis mundi commemorat
eccleſia ⁊ ſimile exitum chriſtianorum a carnali
comercio in preſenti tempore denotat

Argumētū officij generale



Icet ſequēs do-
minica intitulet quadrageſi
ma vt ſuperius dicebamus
tamen hodie ceſuit eccleſia ie
iunium quadrageſimale in-
choandū Pro cuius declara
tione rationis ſupponēdum
eſt ex volumine decretorum in multis locis q
a tempore apoſtolorum currit in eccleſia chriſtia
na ieiuniū quadrageſimale .l. quadraginta dierū
ad paſcha dñi terminatum Sed in primitiua ec
cleſia illi quadraginta dies ieiunabātur a fideli-
bus continui ad imitationem chriſti ita q nullus
interponebatur dies non ieiunādus nec ſume
bant cibū fideles ieiunātes quolibet die vſqꝫ ad
occaſum ſolis Procedēte vero tēpore circa an-
nos dñi fere trecētos inſurgētibus erroribus he-
reticorum circa reſurrectionē chriſti ſtatuerūt pa
tres q fideles chriſti non ieiunarēt diebus dñi-
cis ob reuerentiam gaudij reſurrectionis chriſti
circa quā errabant illi heretici Sed ne ſacer ille
numerus quadraginta dierū ieiunij chriſti dimi
nueretur ex illa interpollatione dierum domini
corum addiderūt vnam hebdomadem dierum
quadrageſime quam nos vocamus quinquage
ſimam ⁊ ab illa ieiuniū quadrageſimale inchoā-
antes interponebant dies dnicos non ieiunan-
dos etiam permiſſo eſu carnium in illis diebus
Deinde papa Melchiades ⁊ quidam alij ponti
fices ſtatuerunt q etiam in quinta feria fideles
non deberent ieiunare ob reuerentiam aſcen-
ſionis chriſti in qua natura humana ad ma-
gnam gloriam fuerat exaltata quare ad ſup-
plendas quintas ferias vnam aliam ſeptima-
nam quadrageſimali ieiunio addiderunt Et
hanc additionem vocamus ſexageſimam et ſic
a dominica ſexageſime fideles ieiuniū inchoan-
tes interponebāt dies dominicos et quintas fe-
rias/dies ſolemnes ⁊ feſtiuos ſine ieiunio imo et
cum eſu carnium Poſtea vero ex ſimili deuo-
tione quidam alij pontifices ſanxerunt die ſab-
bati non eſſe ieiunandum ob reuerētiam ſepul-
ture chriſti in qua ipſe a laboribus requieuit et
ob reuerētiā virginis Marie in q̄ ſola tali die fi-
des catholica illibata remanſit ideo videbatur
eis conueniens vt die ſabbati fidelis populus a
labore penitentie requieſceret quare addiderūt
aliam hebdom adem quadrageſime vt inciperē
tur ieiunium a ſeptuageſima dimittendo in q̄li
bet hebdomade tres dies nō ieiunādos imo cū
gaudio ſolemniter celebrandos Et de tali tēpo-
re loquētes quidam doctores dixerūt q ſeptua
geſima ordinata eſt in redemptionem ſabbato-
rum/ſexageſima in redemptionem quintarum
feriarum/et quinquageſima in redemptionem
dñicarum in tempore ieiunij quadrageſimalis
Uerum quia experientia docuit ex interpollatiōe
huiuſmodi dierum carnalium notabiliter di-
minui deuotionem fidelium neceſſaria ad peni
tentiam et ieiunium decreuerunt pontifices po-
ſteriores non obſtante pia deuotione ſuorum p
deceſſorum q dies ſabbati in quadrageſima ie
iunarētur relictis diebus dominicis et quintis
ferijs interponendis ſine ieiunio ideo iterum a
ſexageſima non a ſeptuageſima dixerūt ieiuniū
eſſe ſumendum Hoc factū eſt circa annos chri
ſti ſexcentos quo tempore ſanctus papa Grego
rius miſſalia officia quibus nunc eccleſia vtitur
poſt ſuos predeceſſores ordinauit ⁊ cantus cho-
ri ſuperaddidit Et hic fit q in quintis ferijs qua
drageſime officia miſſarum varia ſunt apud va-
rias dioceſes quia ſanctus Gregorius pro illis
diebus officia de ieiunio non inſtituit cum ſuo
tempore non ieiunarētur a fidelibus Sed Gre-
gorius ſecundus circa annos domini ſeptingen
tos quintas ferias decreuit eſſe ieiunandas re-
lictis diebus dominicis ſine ieiunio prohibuit
tamen in eis eſū carnium nec in pro quintis fe-
rijs officia de ieiunio ordinauit ideo quadrageſi
malis ieiunij principium ad hebdomadē quin-
quageſime reduxit ſcilicet a ſecunda feria eius.

Postremi tamen pontifices romani videntes q illo modo fideles ieiunabāt quadraginta ⁊ duobus diebus vltra numerū ieiunij christi decreuerunt auferēdas esse duas ferias secundā ⁊ tertiā illius hebdomadis ⁊ incipiēdū esse ieiuniū quadragesimale a quarta feria eiusdē quinquagesime vt sic remaneāt precise quadraginta dies ieiunabiles interpositis sex diebus dñicis sine esu carnium ⁊ sine ieiunio ⁊ hunc modum a multis iam annis obseruat ecclia latina licet apud grecos ⁊ quosdā alios modus Gregorij scti adhuc obseruetur Preter hāc tamen ratione inceptionis ieiunij in hac quarta feria posuimus aliā figuralem in capitulo de septuagesima ⁊ alij doctores plures alias afferūt de quibus nō est modo dicendū per singula

Argumentum spirituale.

¶ His suppositis in communi veniēdo ad propriū officium huius quarte ferie dicimus q in matutinis omnia dicuntur sicut cōmuniter in psalterio ordinatū est per totū annum excepto euāgelio quod proprium est in quolibet die quadragesime et similiter officium missale ob magnā celebritatem ieiunij Et sequēdo duas expositiones historialem ⁊ moralē sicut in precedentibus constat q huius diei officiū sicut ponitur in medio huius hebdomadis quinquagesime (que ad tertiā etatem mundi dicta est ptinere) ita correspōdet medio tertie etatis quādo ppl's dei a captiuitate egyptiaca liberatus legem accepit cerimoniarū/ciberū/⁊ figurarum in deserto Unde ad hoc significādum ecclesia hodie fidelem populū ab esu carniū educens quasi a seruitute carnali ⁊ in desertū penitentie introducens capitibus fideliū cinerem aspergit Et consequenter per alias tres huius hebdomadis ferias totū discursum illius populi sub lege veteri breuissime transigit eo q de illa materia copiosius egerat ecclia in quattuor hebdomadibus aduētus dñi quib' hi quattuor dies feriales correspōdēt Post eos vero sequitur quadraginta ⁊ duo dies i sex hebdomades quadragesime ad legem euangelicā referende Et licet in precedētib' (scȝ in paruo illo interuallo ab octauis Epiphanie vsqȝ ad septuagesimam) satis succincte actum sit de processu fidelis populi sub lege euangelica nūc tamē in sex hebdomadis quadragesime data prolixioris tēporis copia easdē historias operosius psequitur ecclesia in suis officijs Hec de sensu historico officiorum quadragesimalium in genere nā in sensu morali hec officia multimodas docent virtutes penitentibus necessarias vt ex dicēdis apparebit Igitur in officio missali huius diei premissis quibusdā orationibus de penitentia etiam benedictione cinerū preuia ecclesia figurat liberationem populi israel de egyptiaca seruitute in qua multas patiebatur miserias et penas lamētabiles

Impositio cineris.

Imponensqȝ cineres capitibus fideliū per historiā representat impositione legis vete populo hebreoȝ iam educto in desertum Per moralitate vero hec cinerū impositio ex antiqua cōsuetudine patrū tam vete q̄ noue legis protēdit humilitatem fidelibus necessariā in hoc tēpore penitentie scȝ per considerationē proprie fragilitatis ⁊ miserie vnde ⁊ mortis memoriam simul cū cineribus ecclesia explicat dicens memento homo quia cinis es ⁊ in cinere reuerteris ⁊c quibus verbis deus Genes 3 sententiam mortis ptulit in Adam ⁊ in omnes filios eius Eiusdeqȝ sententie memor sanctissim' patriarcha Abraham dixit Genes 19 loquar ad dominum meū cum sim puluis ⁊ cinis Similiter rex Dauid corā deo se humilians in penitentia legitur q inductus sacco cinerem aspersisset super caput suum ⁊ sic de alijs plurimis patribus ⁊ sanctis hominibus qui hanc obseruantiam deuotissima religione habuerūt

Introitus misse.

¶ Introitus misse misereris omniū domine Sapientie 14 Introducit populum siue antique / siue noue legis gratias agentem deo de beneficio sue liberationis/siue ab egypto/siue a peccato ideo laudat dei misericordiā qui ex nimio amore suo erga homines dissimulat peccata eorū i non punit eos/ vel non tantum quātum ipsi merebantur imo expectat ⁊ vocat eos ad penitentiam qua ipsi seipsos puniant valde clementer Uersus miserere mei deus psal 56 ex nimia confidentia diuine misericordie petit veniam peccatorum/⁊ fauorem auxilij diuini ad sustinēdum labores deserti ⁊ penitentie ad duos sensus adeo bis dicitur miserere mei

Oratio

Oratio presta dne fidelibus tuis applicat moraliter introitum ad fideles presentes, qua prelatus petit gratiam a deo suis subditis quatenus deuote incipiant ⁊ deuote prosequantur solennitate quadragesimalis ieiunij ⁊ penitentie salutaris Et si per ieiunium legem veterē intelligamus hec oratio potuit esse Moysi legem ferentis populo hebreorum ⁊ pro eis orantis ad deum quatenus populus ille per gratiam dei deuote legem illam reciperet ⁊ susceptam obseruaret

Flectamus genua

¶ Aduertēdū tamen q ab hac die per totam quadragesimam in diebus ferialibus Diaconus ante hac orationē ad populum loquens ait flectamus genua scȝ in signum humilitatis ⁊ penitentie ad facilius impetrādum id quod petere volumus in oratione Sed idem diaconus statim addit verbum leuate suppl' genua quia satis est vel sic humilitatē ostēdisse fideles Eodem modo in fine misse idē dyaconus ad idem propositum ante vltima orationem dicit ad populum loquens humiliate capita vestra deo ⁊ sententia est eadem

Epistole argumenti

¶ Epistola conuertimini ad me Iohelis 2 per historia iā commorat exitū hebreorum de Egypto ⁊ receptione legis a deo in deserto vbi etiā determinata sunt officia sacerdotū ⁊ leuitarum in tēplo Unde epistola habet tres partes Primo enī ppōnit afflictionem hebreoȝ quā habebat in egypto ⁊ misericordiam dei eos inde liberantis Secūdo ibi canite tuba cōgregationem vniuerse multitudinis eorū in deserto subiūgit vt esset apta ad suscipiēdam legē Tertio ibi inter vestibulū ⁊ altare distinguit officia sacerdotū/⁊ leuitarū in tabernacu

lo

lo federis dñi Qualis aũt eſſet afflictio ⁊ miſeria
ppli Iſrael in Egypto licet clarius ⁊ plixius de
claret in pncipio libri Exodi Et de eade aliqua
dicta ſint in p ima dñica aduct⁹ tñ hui⁹ nr̃e ep̃le
pncipiũ ea breuiter inſinuat dicẽs cõuertimini
ait dñs a violẽta oppreſſione vr̃a quã ſuſtinetis
ab Egyptijs ad me inuocandũ vt liberẽ vos ab
ea. vel couertimini ad me i ad ſeruiedũ mihi qui
tam diu ſeruiſtis mũdo ⁊ malis hoibus Couer
timini inquã in toto corde vr̃o i tota mẽtis atten
tione pariter ⁊ volũtatis affectione q̃ diu fuiſtis
afflicti ab Egyptijs in ieiunio i fame/fletu.i la
bore in lateribus faciẽdis ⁊ planctu ꝓpter necem
veſtrorum filiorum Scindite corda veſtra pre ni
mio dolore malorũ predictorum et non veſti
menta veſtra i potius q̃ veſtimenta valde lace
ra que defertis oppreſſi paupertate. Hec dicebat
deus iudeis interiori inſpiratione / atq̧ etiã ex
teriori Moyſis predicatione qui etiam hortabat
illos dicẽs Conuertimini ad dñm deũ veſtrũ in
uocandũ in hac tribulatione qꝛ benignus eſt ad
vos/⁊ miſericors i cõpatiẽs miſerie veſtre/⁊ pre
ſtabilis vel ĩc ſup malicia i pctõ veſtro hoc eſt
inclinatus eſt ad parcendũ vobis peccatũ illud
quo vẽdidiſtis Ioſeph fratrẽ veſtrũ in Egyptũ
pro quo etiã pctõ induxit vos in hac captiuitate
in qua agitis penitentiã iam a quadringentis an
nis de qua penitẽtia veſtra iam de⁹ contectus ef
fectus eſt preſtabilis i placabilis ſuper malicia
veſtra ⁊ vult liberare vos ab hac miſeria Quis
ſcit i ſcire poteſt ſi conuertatur deus ad vos per
gratiam ſuam ⁊ ignoſcat peccata veſtra/ et libe
ret vos ab hac pena/⁊ relinquat poſt ſe ideſt poſt
ſuam correctionẽ relinquat vobis benedictionẽ
i proſperitatem magnam Facite ergo deo ve
ſtro ſacrificium pro peccato ⁊ libamen ad placã
dum ipſum ſcilicet ſacrificium agni paſchalis
vt ſit liberationis veſtre ſignum per ſanguinem
eius linitum in poſtibus domorum Quod ⁊ fa
ctum eſt per multa ſigna horrenda et mirabilia
quia per mare rubrum tranſierunt in deſertum

Scđa pᵒs Epiſtole.

Ubi iterum dux eorum Moyſes canite inquit
tuba in Sion i clamate in populo voce preco
nia ſanctificate ieiunium i deuote ieiunate ad
digne recipiendam legem dei Uocate cetum fi
liorum Iſrael et congregate populum Hebreo
rum ad audiendam legis doctrinam ſanctifica
te eccleſiam dei per deuotas orationes / coadu
nate ſenes i maiores populi qui firmiores ſunt
in fide vnius dei Congregate paruulos in fide
et deuotione et ſuggentes vbera ſancte matris
eccleſie quales erant quidam neophiti ex genti
libus qui Hebreis erant commixti Egrediatur
ſponſus de cubili ſuo/⁊ ſponſa de thalamo ſuo

Tertia pᵒs epiſtole

ita vt ſitis mundi ab operibus carnis ad bene ⁊
deuote legem ſuſcipiendã Sed pre ceteris opus
eſt ſacerdotes eſſe bene eruditos qꝛ ſunt media
tores inter deũ ⁊ populũ ⁊ ideo ipſi ſtantes inter
veſtibulũ tabernaculi dei et inter altare ſacrificij
plorabũt i plorãtes orabũt pro ſe ⁊ pro alijs ⁊ di
cent in oratione Parce dñe culpã parce penã po
pulo tuo i in te credẽti ⁊ ne des hãc hereditatẽ i
poſſeſſionẽ tuã hoc eſt populũ tuũ in opprobriũ
infidelium i.vt dominentur eis nationes barba
re ⁊ faciant opprobria in eos/⁊ dicant inſultan
tes vbi eſt deus eorum ⁊ quare non liberat eos
de manibus noſtris/Qua deuota oratione ſacer
dotum placatus deus zelatus eſt dominus ter
ram ⁊ i pepercit populo ſuo/ac liberauit eum ſe
pius a multis periculis inimicorum Et reſpon
dens dixit Ecce ſtatim poſt laborem deſerti ego
mittam vobis frumentum vinum et oleũ in terra
promiſſiõis ⁊ replebimini i ſaturabimini in eis:
et nõ dabo vobis vltra opprobrium captiuitatis
in gentibus infidelibus Ex his patet q̃ epiſto
la licet ſatis occulte commemorat ſtatum iudeo
rum tripliciter Primo in Egypto captiuorum
Secũdo in deſerto peregrinorũ Tertio in terra
Canaan habitatiũ. ¶ Moraliter vero ad ꝓpoſi
tum noſtri temporis epiſtola eſt doctrina prela

Moralitas.

ti vocantis fideles ad ieiunium et penitentiam
quam vocat conuerſionem ad deum vbi primo
docetur modus conuerſionis Secundo ibi et
conuertimini ⁊c̃ declaratur occaſio incitationis
Tertio ibi canite tuba ⁊c̃ intimatur pugna ten
tationis Quo ad primum notantur quinq̧ con
ditiões de modo bone couerſionis ſ. q̃ ſit velox
non craſtinas quia hec dicit dominus deus cui
diligenter eſt obtemperandum q̃ ſit vera contri
tio cordis quia in toto corde veſtro q̃ ſit debita
ſatiſfactio pro culpa ſcilicet in ieiunio fletu ⁊ plã
ctu q̃ fiat integra peccatorum cõfeſſio quia ſcin
dite i aperite corda veſtra ſacerdoti Deniq̧ ha
beatur firma ſpes in deo vz q̃ cõuertat et igno
ſcat peccatori. Quo ad ſcõm declarat triplex oc
caſio incitãs vos ad hãc conuerſionẽ ſcz dei ma
gna poteſtas ad ſubueniẽdũ inopie veſtre ideo
ait cõuertimini ad dñm deũ veſtrũ immo ⁊ oim
creaturaꝝ Dei magna benignitas ad copatiendũ
miſerie veſtre ideo ait qꝛ benignus ⁊ miſericors
eſt ⁊c̃ Dei magna liberalitas ad retribuẽdũ bo
na ſeruitia qꝛ relinqt poſt ſe benedictionẽ Et in
ſcđa harũ occaſionũ ponunt quinq̧ dei notabi
les ꝓprietates ad excludedũ quinq̧ timores no
ſtrã couerſionẽ impedientes Hi ſunt timor dimit
tẽdi peccatũ/vel recedẽdi ab eo qꝛ forte hoc non
poterit hõ male habituatus cõtra hũc timorẽ dr
q̃ de⁹ benignus eſt et liberaliter adiuuãs vires
nr̃as Timor recidiuãdi in pctm ⁊ cõtra hũc de⁹
eſt miſericors qꝛ reſpiciẽs fragilitatẽ noſtrã propt⁹
eſt ad cõpatiendũ nobis quoties opus fuerit Ti
mor ſatiſfaciẽdi p reſtitutionẽ/vel ieiuniũ ⁊c̃ ↄtra
quẽ dr q̃ de⁹ eſt patiẽs i patiẽter expectãs pctõ
res vt paulatim ſoluant/vel in hoc mũdo/vel in
purgatorio Timor habẽdi neceſſaria ſi homo re
linquat negotia huius ſeculi quẽ ſine peccato
exercere non poteſt cõtra quẽ dicitur q̃ deus eſt
multe miſericordie i multipliciter ſubueniẽs in
digentibus Ultimus eſt timor veniã impetran
di a deo ⁊ contra hunc dicitur q̃ deus eſt preſta
bilis i placabilis ſuper malicia hoĩs penitentis
Quantum ad tertium principale etiam notantur

quinq̧ neceſſaria ad bene pugnandũ cõtra tẽta
tiones inſurgẽtes in ꝑncipio cõuerſiõis de q̃ dr
Eccleſiaſtes 2 Fili accedes ad ſeruitute dei ꝑpa
ra aiam tuã ad tẽtatione Et contra hãc prelatus
mandat fieri quinq̧ diligẽtias in eccl'ia dei quas
reges terreni ſolent facere in expeditiõe difficilis
belli Prima eſt impoſitio vectigalis ſup popu
lum quo ſuſtentetur exercitus et de hac dicitur
ſacrificiũ ꝛ libamemen dño deo ſcȝ ſoluamꝰ Se
cunda eſt vocatio preconia militũ ad bellũ de q̃
dr Canite tuba i Syon Tertia eſt ꝯgregatio vo
catoꝝ vnde ſubdit Cõgregate populũ ꝛc̃ Quar
ta eſt ꝓhibitio impedimẽtoꝝ i ꝓpriorum nego-
tiorum ꝛ voluptatũ vnde dicitur egrediatur ſpõ-
ſus de cubili ſuo ꝛc̃ Quinta eſt depcatio ſacerdo
tũ ꝓ victoria exercitꝰ de q̃ dr inter veſtibulũ ꝛ al
tare ꝛc̃ In fine concluditur fructus prouenions
ex noſtra bona conuerſione quia zelatus eſt do
minus ꝛc. per frumentũ intelligitur cõfirmatio
in bono opere per vinũ leticia ſpiritualis i deo
per oleu nitor cõſcientie ꝛ edificatio proximi ꝛc
¶ Cantus gradualis. Miſerere mei deꝰ ꝛc̃ pſal'
Graduale 56 Eſt clamor populi ad primam vocati i ep'la
quo petit dei auxilium ad tollerandum laborẽ
ieiunij et penitẽtie Verſus Miſit de celo ꝛc̃ ex
eodem pſal' regratiatur deo de beneficio ſue li-
berationis a peccato et de victoria ſuper tenta-
tiones inimici Poteſt nihilominus iſte cantus
eſſe vox populi Hebreoꝝ i deſerto laborioſo po
ſiti/et de miraculoſa liberatione ſua ab Egyptio
Tractus. rum ſeruitute gras agẽtis deo ¶ Tractus Do-
mine non ſecũdum peccata noſtra ꝛc̃ pſal' 102
et pſal' 78 ad vtrũq̧ populum refertur in eodẽ
ſenſu quia eſt humilis petitio venie peccatorũ a
deo et ne tantum puniat eos quantum exigũt
ſua peccata ſed potius in hac parua penitentia
quã aggreſſi ſunt adiuuet eos ſua gratia ad be
ne ꝛ deuote eam peragendã quia forte ſuis viri
bus eam implere nõ poſſent Et habet tractus
iſte 3 verſus diuidendos per ſingulas ferias
huiꝰ hebdomadis et aliarum vſq̧ ad dominicã
Euangelij argumentum. paſſionis excluſiue ¶ Euangelium Cum ieiu-
natis nolite fieri ꝛc̃ Matthei 6 ad litteram bo-
num ieiunium ꝛ vtile diſcernit ab infructuoſo ſi
ue inutili et vano vbi pmo exprobratur ieiuniũ
inutile ſeu pernicioſum Secundo ibi Tu aute
ꝛc̃ approbatur ieiuniu vtile ꝛ fructuoſum Ter
tio ibi Nolite theſaurizare ponitur vtriuſq̧ ex
emplar non obliuioſum Ad ſe ſum hiſtoricum
prius diximus per ieiunium itelligi legem dei
que iubet a multis abſtinere homines hoc au-
autem euangelium ſub nomine ieiunij qualita
tem legis veteris quam Iudei acceperunt in de
ſerto declarat in prima parte que quia erat lex
imperfecta additur in ſecunda perfectio legis
euangelice etiam ſub nomine melioris ieiunij
in tertia vero pulchro enigmate vtriuſq̧ legis
Prima pars euãgelij. diſcrimen oſtenditur ꝛc̃ Lex vetus iuxta apo-
ſtolum ad Galat tertio fuit velut pedagogus
puerorum alliciens homines illos carnales ad
ꝟtutes et ꝑcepta dei obſeruanda ſpe terrenorum

premioꝝ ꝛ retrahens eos a vitijs timore penarũ
corporalium vt patet ſepius in Deuteronomio
libro vltimo illius legis Vnde ꝛ terra ꝓmiſſio-
nis predicabatur populo legem accipienti plena
oĩbus bonis naturalibꝰ vt frumento/vino/oleo/
et fluẽs lacte ac melle/ꝛ ditiſſima auro ꝛ argẽto/
et habens villas/ciuitates ꝛ oppida magna ꝛc̃
Item ex illa de virtutibus loques ſepius comẽ-
morat exteriorem ſanctitatem hoĩs in multis ce-
rimonijs quas apoſtolus Hebreo 10 vocat iu
ſtificationes carnis raro aũt ꝛ vix loquitur de in-
teriore mũdicia cõſcientie ideo erat lex bona ſed
imperfecta magis loquens de exterioribus cor-
poralibus/qua de interioribus ſpiritualibꝰ qua
re euangelij principium obſeruatores legis vete
ris ypochritis cõparans non in culpa ſed in oſte
tatione ait eñ cum ieiunatis i abſtinetis a pro-
hibitis per lege dei nolite fieri ſicut ypochrite i
ſicut patres vẽ le qui multum curabant de exte-
rioribus ꝛ parum de interioribꝰ virtutibus erãt
eñ triſtes in obſeruantia illius legis quã ex ti-
more penarum magis q̃ ex amore obſeruabat
exterminabant etiam i mutabant facies ſuas i
exteriores cultus veſtium/ciborum/ꝛ alioꝝ vten-
ſilium in couerſatione humana valde differeter
ab alijs gentibus vt patet in Leuitico 3 libro le
gis vete vbi huiuſmodi cerimonie declarantur
et hoc faciebant vt apparerent alijs hominibus
ieiunantes i religioſi et obſeruantes legem dei
Sed quãuis lex illa eſſet imperfecta ex parte re
cipientium erat tamen bona ſuo tempore et iu-
dei illam tunc obſeruantes deuote merebantur
apud deũ propter obedientiam quare ꝛ deus non
fraudauit eos mercede ſua quã eis promiſerat
ſcȝ terram Canaã de qua dicitur amen dico vo
bis quia receperũt mercedem ſuam ex pacto di
uino cũ patribus eorum facto Econtra vero lex Scḋa pars euãgelij
euãgelica eſt velut dux perfectorũ ꝛ doctrina vi-
rorum adultoꝝ teſte apoſtolo 1 Corin 12 adhuc
aũt altiorem viam vobis demoſtro ꝛc̃ et Math
5 niſi abundauerit iuſticia veſtra ꝛc̃ inducẽs ho-
mines ad virtutes ſpe bonorum celeſtium ſpiri-
tualium ꝛ ad preceptorum obſeruantiam ex cha
ritate vel amore dei ideo docet terrena bona et
mala contenere ꝛ celeſtes theſauros in celo deſi
derare Huius ergo legis excellentiam comẽdãs
ſubdit euangelium tu autem chriſtiane meliore
ſortitus legem cum ieiunas i obſeruas lege dei
abſtinens a malis etiam interioribus vnge ca
put tuum i chriſtum placa imitatione paſſionis
ſue que fuit nobis vnguentum medicinale ꝛ fa-
ciem tuam laua i animam tuam emunda ſaluta-
ribus chriſti ſacramẽtis Corpus enim hominis
eſt dorſum eius ꝛ anima eſt facies q̇ḋ lex euan-
gelica eſt perfectior q̃ lex vetus ſiue ad placan-
dum deũ offenſum nobis ſiue ad lauandas ani
mas ab immũdicijs peccatorũ et ratio eſt quia
iſta lex principalius curat ꝛ apertius loquitur de
iteriore cordis mũdicia ꝑ virtutes quã de exteri
oribꝰ cerimonijs ad apparẽtia hoĩm ideo ſubdit
ne videaris hoĩbus ieiunas ſed patri tuo celeſti

qui eſt in abſcondito i. inuiſibilis ⁊ incorporeus Et pater tuus qui videt in abſcondito cordis tui i qui habitans in corde tuo per fidem videt ibi bonas ⁊ ſanctas intentiones tuas ⁊ reddet tibi ꝑ eis mercede celeſte poſt hāc vitam Poteſt autē hec differetia veteris ⁊ noue legis declarari p ſimile in reb⁹ corporalib⁹ in quib⁹ nihil eſt deſiderabili⁹ theſauro erat itaqꝫ lex vet⁹ ⁊ merces eius theſaurus terren⁹ ſed lex euāgelica ⁊ merces ei⁹ eſt theſaurus celeſtis quoꝝ differētia ex periculo et ſecuritate declarat̄ Illa theſaur⁹ terren⁹ eſt in periculo multiplici ſ. eruginis/tinee/et latronis Om̄s eīm theſaur⁹ terrenus ex trib⁹ cōſtat ſ. ex metallo precioſo puta auro/vel argēto ⁊ contra hoc eſt erugo vel rubigo ex veſtib⁹ precioſis ⁊ contra hoc eſt tinea et ex gemis/ſeu margaritis ⁊ cōtra hoc eſt furtū latronū Theſaur⁹ celeſtis ab omni periculo eſt ſecur⁹ Si ergo terra ꝓmiſſionis fuit theſaurus ve. le. eius erugo erat Egipt⁹/tinea regnū Syrie/latrones fuere Greci/⁊ Romani qui violēter abſtulerūt a iudeis terrā illā/ et alia bona tēporalia Celū aūt theſaurus legis euāgelice a naturalib⁹ corruptionib⁹/⁊ ab humanis violentijs eſt immune/ac ſecurū vt patet Eſa 9 et Danielis 2 de regno chriſti ꝙ erit eternū/⁊ non diſſipabitur ⁊ alteri regno non tradetur Debet ergo ſeruus dei abiecta imperfectione legis ve. ⁊ eius theſauro terreno dirigere cor ſuū ad legem euāgelicam que promittit theſaurū in celo ſpiritualem ⁊ immarceſſibile quia vbi eſt theſaurus que vnuſquiſqꝫ deſiderat ibi eſt cor eius i cogitatio ⁊ affectio ſua Et qui terrā diligit terra eſt ꝙ vero celū diligit celū et celeſtis eſt ⁊c̄ ¶ Ad ſenſum morale dicim⁹ ꝙ ſepius opa que ex ſuo genere bona ſunt ex mala intentione finis peruertūtur ideo in huius quadrageſimalis ieiunij capite cū eccl'ia in epiſtola inuitaſſet fideles ad ieiunium ⁊ penitentiā in euāgelio docet eos habere recta intētione ⁊ cauere malā in talib⁹ actib⁹ vt per eos mercatur apud deū grat ā et venia peccatoꝝ Et quia prius extirpanda ſunt vitia quā inſeratur virtutes ideo in primis loquitur euāngelium de ieiunio inutili ⁊ pernitioſo ex malicia p aue intentionis quod vocat ieiunium ypochritarum i. fictorum/aut falſorum penitentiū quia exterius oſtendunt aurū bone operationis quo (ſicut falſa moneta) operiut plubum male intentionis ideo metaphorice dicuntur ypochrite i ſubaurati quia chriſis grece aurū eſt latine Talium bo ni u ieiuntum apud deum qui ſcrutator eſt cordium ⁊ videt quicquid latet in ſecreto cordis nullius eſt meriti quia non ieiunat propter deū ſed p opter mūdum i propter lucrum/ vel famā hominum ⁊c̄ ⁊ non ſolum eſt tale ieiunium inutile ſed etiam pernicioſum quia rem precioſiſſimam i virtutē immortalem viliſſimo precio cōmutat i p o bono terreno corruptibili Ab hoc ergo ieiunio prel atus volens auertere fideles ſubditos ait cum ieiunatis nolite fieri ſicut ypochrite ⁊c̄ triſticia quidem pro peccatis commiſſis bona eſt ⁊ in ieiunio aſſumenda non autem pro vana laude hominum quā aliqui intendentes exterminant facies corporeas vt exterius appareant ſancti ⁊ penitetes. nā vana glia mūdi vt Auguſtinus ait in omelia non ſolum de nitore veſtiū et hilaritate vultus naſcitur ſed etiam ex nimio ſcalore/ ac macie faciei Et quia ꝓpter humanū fauorem ieiunant ypochrite non propter deum nullam habebunt mercedem a deo in alia vita quia hic iam receperunt mercedem ſua i quam querebant ab hominibus Econtra vero ieiuniū vere penitentium propter dei honorem et obedientiam ſancte matris eccleſie ſpirituali quadam leticia mentē reficit vt dilectionis ſue odor flagret in operibus miſericordie nam caput hominis mens eſt cuius vnguentum eſt ſpiritualis leticia conſcientia eſt facies anime que abluenda eſt lachrymis contritionis vt ſit munda coram deo Ad hoc ergo ieiunium nos incitas prelatus ait tu autem cum ieiunas vnge caput ⁊c̄. q d ad hoc ꝙ tuum ieiunium ſit vtile ⁊ fructuoſum coram deo ſunt duo tibi neceſſaria quorum neutrum valet ſine altero. Primum eſt vt opera miſericordie exerceas cum proximis quibus caput noſtrum chriſtus vngitur i placatur ad modum iudicis qui placatur munerib⁹ Alterū eſt mūdicia cordis vt anima lauetur a peccatis additur tertium non minus neceſſariū vt non queras tuo ieiunio laudem/aut lucrum ab hominibus ſed ſoli deo placere velis quē abſconditum in pectore geris per rectam et deuotam intentionem nam ſic tandem recipies ab eo mercede tui laboris Et q̄ Gregori⁹ in quadā homelia virginum ait ꝙ theſaurus viri iuſti eſt celeſte deſiderium/aut bona intentio mentis ideo declaratur differentia inter bonam ⁊ mala intentionem hominis ſub parabola theſauri cuius altera ſpecies eſt theſaurus terreſtris ⁊ hec eſt intētio mala q̄ cor ad terrā deprimit ⁊ terren i bona querit alter eſt theſaurus celeſtis/ſiue bona intētio que cor hominis eleuat in celum ⁊ iſte eſt multo melior theſaurus priore qui erat ſubiectus multis incomodis cuius erugo eſt ſupbia ꝓpter ſupercreſcentia finis terreni tinea eſt inuidia que corrodit omnia bona proximi/ac perinde omne virtute ſui ſubiecti que eſt veſtis anime Fures ſunt mundani amici et mali ſocij ad malum incitantes ⁊ intentionem deprauantes quod eſt gemas meritorum furari Horum malorum nullū eſt in ſeruo dei timorate conſcientie cuius rectam intentionem gratia dei preſeruat a predictis malis ⁊ confirmat cor eius in deo vbi eſt theſaurus eius ⁊c̄ ¶ Sequitur offertoriū Exaltabo te domine ⁊c̄ pſal' 29 quo vterqꝫ populus dei laudat deum de ſua liberatione ab inimicis ⁊ de bona eruditione in ſuis ſanctis preceptis ⁊ conſilijs proponens deinde omnia bona opera ſe facturum recta intentione Oratio ſecreta Fac nos queſumus domine ⁊c̄ petit gratiam dei ad bene celebrandum quadrageſimale ieiuniū quod eſt exordiū preparans ad digne ſumendam euchariſtiam ¶ Cantus cōmunionis. Qui meditabit in lege

Tertia ps euangeliū (margin)

Moralitas. (margin)

Offertorium. (margin)

Com. (margin)

tc̄ pſal 1 promittit fructū multiplicē gratiarum
dei populo qui deuote legem dei ſuſceptā medi
tatur ⁊ opere cōprobat ſiue fiat ſermo de lege ve-
teri data per Moyſen ſiue de lege eccleſiaſtica
data a prelato circa obſeruatiam ieiunij quadra
geſimalis Finalis oro Percepta domine ſacra
menta ⁊c poſtulat ex virtute ſacramenti ſuſcepti
dari gratiam fidelibus vt taliter ieiunent ꝗ deo
ſint accepta eorum ieiunia ex recta intentione ⁊
ipſis ieiunantibus ꝓſint ad medicandas animas
a pctīs Mos n erat i p̄mitiua ecclīa vt tot⁹ po-
pulus chriſtian⁹ cōicaret q̄libet die q̄drageſime
poſtea vero q̄ nō oes erant quotidie bn parati
ad coionem ſtatutum eſt vt loco cōionis daret
eis panis benedictus Tande placuit patrib⁹ vt
panis benedictus non daret fidelib⁹ niſi in die
bus dñicis ob maiorē reuerētia in alijs vero die
b⁹ q̄drageſime loco eucharistie et panis benedi
cti adderetur in miſſa alia oro q̄ dr̄ ſup populū
capite inclinatū vnde in hac miſſa oro illa ſ in-
clinātes ſe dñe ⁊c orat vt ſicut populus deuote
ſe humiliat coram deo in ieiunio ⁊ orōne ſic de⁹
ex virtute eucharistie quā ſacerdos in pſona to
tius ppl̄i ſuſcepit donare velit eis gratiam cele
ſtis auxilij ad digne celebrandū ſanctū quadra
geſimale ieiunium ⁊c

## Caput vigeſimumter-

tium de officio quinte ferie ſequetis in q̄ et ſtat⁹
populi Hebreoꝝ ſub iudicib⁹ iſrael et medici-
nalis ꝓfect⁹ ppl̄i chriſtianorum ſub ſacerdotib⁹
eccleſie declaratur

Argumē-tū officij.



Quia hos p̄mos
quattuor dies ieiunij ad lege
vetere retulim⁹ ⁊ feria quar-
ta p̄cedes exitū Hebreoꝝ de
Egypto eorūq; peregrinatio
ne in deſerto deſcripſit cōſe-
ques eſt vt tres dies reſidui huius hebdomadis
pertineant ad varios ſucceſſus illius antiq̄ ppl̄i
in terra ꝓmiſſionis vſq; ad chriſti aduentum q̄
oes ad tres p̄ncipaliores ſtat⁹ reduci poſſunt
licet in adductu quattuor eos diſtinxerim⁹ hoc ē
ad ſtatū ppl̄i veteris ſub iudicibus de q̄b⁹ in li-
bris Joſue ⁊ Judicū ſub ꝓprijs regib⁹ vt patet
in quattuor libris Regū et ſub ꝗ annis ſeu alte
nis regibus a ſtirpe Dauid de q̄b⁹ in libris Eſ-
dre/ Heſter/ Judith/ et Machabeoꝝ Hec ergo
quinta feria ſuo officio prenotat temp⁹ Judicū
iſrael quod quadringetis fere annis durauit ab
ingreſſu terre ꝓmiſſionis vſq; ad regem dauid
a quo incepit quarta etas mundi in q̄ tpe q̄ nō
erat in pplo illo ſufficiens poteſtas iudiciaria que
copelleret hoies ad legis ſue obſeruatiā timore
penaꝝ (in dieb⁹ n illis nō erat rex i iſrael ſ; vnuſ
quiſq; qd̄ rectū ſibi videbat hoc agebat iudicū
17 ) ideo populus ille multipliciter tunc peccauit
cōtra deū ſuū p legis tranſgreſſione et nimirum ſi
etiā de⁹ in pena ſuoꝝ pctōꝝ multiplices inimico
rū ipugnatiōes ad eos miſerit tūc tēporis Et q̄

vt apl̄s ait 1 Cor 10 Illa oia in figurā facta ſūt
noſtri eccleſia ſimul cū illa hiſtoria agit i hodier-
no officio de punitione noſtroꝝ pctōꝝ i hoc qua
drageſimali ieiunio quod ē medicina purgati-
ua vt Ariſtote. ait in 2 ethicorum ꝙ pene medi-
cine quedam ſunt ſed in hoc differt figura a fi-
gurato quia pene ille Hebreorum erant eis in
volūtarie penitetie vero chriſtianoꝝ ſunt volun-
tarie ſuſcepte propter deū Introitus ergo hu- Introit⁹
ius miſſe Dum clamare ad dñm ⁊c p̄s 54 ad miſſe.
vtrūq; ſenſum eſt gratiarū actio ppl̄i dei de adiu
torio ſibi miſericorditer facto a deo reſiſtendum
impugnationi inimicorū tam viſibiliū q̄ inuiſi
bilium quādocūq; in tribulatione clamauit ad
deū petēdo adiutoriū ab eo ⁊ ponēdo ſpem i eo
Verſus Exaudi de⁹ orōne ⁊c ex eode pſal. eſt for
ma orationis ppl̄i in tribulatione clamantis ad
deū Oratio Deus qui culpa offenderis ⁊c et re- Oratio.
cognoſcit culpā populi contra deū ⁊ petit remiſ-
ſione/ſeu minoratione pene vt non ſit tāta quā-
ta merebatur ſiatq; ſimul iuſticia cum miſericor
dia Epiſtola Egrotauit Ezechias ⁊c Eſaye Epl̄e ar gumētū.
38 proponit Ezechie regis egritudine ⁊ miracu
loſam eius ſanatione in exemplum vtriuſq; popu
li Et habet tres ptes Primo occurrūt duo nū-
cij inſtātis mortis idicatiui Scd̄o ibi Et cōuertit
Ezechias ⁊c concurrūt deuoti regis boni motus
inie dei prouocatiui Tertio ibi Et factū eſt ver-
bum ⁊c Accedit effectus miſericordie dei ſente- Prima
tie mortis reuocatiui. Suppoſita hiſtoria de cau pͣs eplē.
ſa ⁊ modo infirmitatis regis Ezechie vt patet ex
textu ⁊ gloſis ad ſenſum legis veteris per Eze-
chia ppl̄s hebreorū intelligit qui in diebus illis
iudicu Iſrael egrotauit per multa peccata cōtra
deū vſq; ad mortem i totale deſtructione illius
populi quam merebatur ſi de rigore iuſticie vo-
luiſſet deus eos punire qua infirmitate audita
introiuit ad eum reprehendendū Eſayas filius
Amos i prelatus qui ſalus dni interpretatur one-
rans eos iniurijs vt patet Judicu 2 et deinceps
frequenter dixitq; illi populo Diſpone domui tue
ad que locum ire debeas captiuus quia morie-
ris vel morte naturali in bello/vel ciuili in exi-
lio/ſeu captiuitate ⁊ non viues in hac patria hec
dicit dns i hec eſt ſententia eius cōtra te propter
peccata tua Et niſi fuiſſet in populo illo aliqui
viri iuſti fideliter dno ſeruientes ⁊ miſericordiam
eius lachrymis implorātes actū eſſet de illo de
quibus ſtatim ſubditur Et conuertit Ezechias Secūda
i populus ille faciem ſuā ad parietem taberna pars epi
culi dei quod erat in ſilo et orauit dnm cum la- ſtole.
chrymis petēs veniam a deo ⁊ dixit Obſecro do
mine ⁊c et fleuit Ezechias ex contritione fletu
magno qua penitentia populi deus commotus ad
miſericordiam reuocauit ſententia que tantum
erat cōminatoria i oſtendens quid merebantur
peccata ſua Factum eſt ergo verbum dni ad iu-
dicem/vel prelatum populi dicens p angelu va
de ⁊ dic populo in valle flentium vt habet Judi
cu 2 Hec dicit dominus deus ⁊c audiui orationem tuā ad miſerendum ⁊ vidi lachrymas ad te

Tertia ps epiſtole adiuuandū. Ecce ego adijciam ſuper dies tuos
ideſt quibus habitaſti in hac terra promiſſionis
quindecim annos i generationes vſq ad regnū
Dauid Quo duce de manu regis Aſſyriorum
eruam te/z ptegam te zc tot em iudices i quin=
decim enumerat ſacra hiſtoria a Joſue vſq ad
Moralitas Dauid rege ¶ Pro ſcdo ſenſu epiſtole morali
aduertendū q eccleſia poſtq in die precedēte cō
uocauerat populū chriſtianū ad ieiuniū et peni=
tentia vt patuit in epiſtola illa hodie cōſequeter
oſtēdit exeplo regis Ezechie quāta ſit virt⁹ peni=
tētie q ſniā dei ōtra pctorē valeat reuocare et
multa bona ei deſup addere Et nō ſolū de Eze=
chia fit mētio i epla ſz etiā de Cēturione i euāge
lio cui⁹ ſeruū dn̄s miraculoſe ſanauit Sūt itaq
duo infirmi nobis ppoſiti i exēplū. alter rex z al=
ter ſeru⁹ vt oſtēdaf q ſicut oēs peccauerūt/ita oēs
egēt mīa dei a ſummis regib⁹ vſq ad minimos
ſuos. De⁹ em̄ nō eſt acceptator pſonaꝝ z ita bn̄
audit orōnes pauperū ſicut magnorū principū
imo facili⁹ mi'cret pauperꝝ nā de īfirmitate regis
legim⁹ q erat grauior z difficili⁹ curata/ac diffici
li⁹ eſt credita curatio ei⁹ qua infirmitas ſui Cē
turionis In epla ergo p Ezechiā itelligam⁹ p lo
re ad que dn̄s mittit ſalutare pdicatorē plātū/vel
confeſſorē q ei dicat diſpone domui tue i cōſciētie
ingrēdo ōterita pctā tua ad ōfeſſionē rite faciedā.
z diſpone deinceps emēdationē vite tue alias mo
rieris z nō viues tā in corpe q in aīa Sed q2 hec
ſententia ē cōminatoria nō diffinitiua debet pctor
cōuertere faciē ſuam ad pariete materiale dom⁹
ſue in qrēdo an ex iniuſto lucro ſit fact⁹/ad parie
te naturale corpis ſui examinādo quot ſenſibus
deū offendit/ad pariete morale vite ſue dinume
rādo act⁹ ſuos malos Orareq debet ad dn̄m di=
cēs Obſecro dn̄e zc nā licitū eſt corā deo allega=
re bona opa ſua ad inclinadū ipm ad miam ſed
nō ptermittat flere pctā ſua p amarā ōtritione q2
hec eſt certior via obtinendi veniā a deo Deniq
facto vbo cōfeſſionis ad Eſaiā i curatū ſuū au=
diet reſponſionē dei i abſolutiōe ſacramētali quā
dī et ſibi audiui orōnē tuā zc et nō tm̄ liberabit
aīmo e pctī z inferni ſed adijcief ſibi grā ſpūſſan=
cti cuius 15 opa meritoria enumerat apl's 1. Co=
rin 13 charitas patiēs eſt benigna zc Cofortabit
etiā i tētationib⁹ ne vincaf a rege Aſſyrioꝝ i ſup
Graduale boꝝ diabolo zc ¶ Graduale Jacta cogitatū tuū
in dn̄o zc ps 54 Eſt viſio ppli cōſona eple q ro
borauit ſpe vt penitentū Verſus Dū clamarē zc
ex eodē pſal' ōfirmat opē/z expietia facti ſpē ſuā
vt ſupra in miſſe introitu ¶ Euāgeliū cū introiſ
Euangelii argumentum. ſet dn̄s ieſus zc Matthei 8 licet ad aliud ppoſi
tū legeref in dn̄ica tertia poſt epiphaniā vt ibidē
declarauim⁹ hic tn̄ ad deſcribēdū ſtatū ppli ve=
teris ſub iudicib⁹ Jſrael adducif i ſenſu hiſtoria
li Ubi primo narraf pncipis orō Scdo ibi au
dit aut zc ſaluatoris reſponſio Tertio ibi z dixit
Prima pars euangelii. Cēturioni zc petitionis cōfirmatio In illo ergo
tpe iudicū iſrael cū introiſſet Jeſus naue aliis
Joſue fili⁹ Nū ſcōs iudex hebreoꝝ capharnaū i
agru pinguedinis hoc eſt terrā pmiſſionis ferti=
liſſimā/z ſuccēdiſſet iā duas vrbes ei⁹ Hierico/z
Hay vt habet Joſue 6 et 8 Acceſſit ad eū orā=
dū Cēturio i. pnceps illi⁹ terre p legatos ſuos de
quibus ibidē cap 9 acceſſit ergo rogās z dicens
Joſue Dn̄e puer me⁹ i ppl's Cananeoꝝ ſeruus
me⁹ iacet i deiectus eſt nimio timore tuo paraly
tic⁹ i carēs ſenſu z motu z male torquef triſticia
auditis victorijs tuis z deſtructionibus illaꝝ ci=
uitatū ideo orat te vt audias hanc petitione ſuā
Joſue 9 Venimus pacē facere vobiſcū ſerui vri
ſum⁹ fedus inite nobiſcū in manu tua ſum⁹ qd
tibi bonū videf et rectū fac nobis zc q d da no=
bis ſecuritate vite noſtre ne occidamur ſicut viri
Hierico/z Hay z ſeruiem⁹ tibi in oib⁹ q iperaue
ris nobis Et ait illi ieſus naue reſpōdes de cōſi=
lio oim principū tribuū Jſrael ego veniā ad po=
pulū tuū. z curabo eū i ſecurū reddā a morte gla
dij noſtri dū modo fiat nobis ſeru⁹ Reſpōdens
aūt Cēturio ille pnceps cananeoꝝ. Dn̄e nō ſum
dignus i. aptus vel parat⁹ vt intres ſub tectum
meū i in terrā meā q2 valde remota eſt a te (ſinr=
xerūt em̄ nūcij pdicti ſe veniſſe de terra longin=
qua) ſed tm̄ dic verbo firma pactū nobiſcū iura=
mēto tuo z ſic ſanabif i ſecurabitur a morte po=
pulus me⁹ z poſtea mittes duces tuos ad nos
Allegaf ad hoc ratio ſi em̄ ego rex min⁹ potes
z ſeruites dijs min⁹ bonis qua tu ſeruo pactu et
iuramentū qd pepigi cū his q mihi ſubditi ſunt
z dico huic ſeruo meo q fecit mihi aliquā offen=
ſam vade ſecurus a morte in verbo meo z vadit
ſine periculo z timore mortis et alio i. alteri ſuo
meo dico veni ad me ſecur⁹ z audet venire Et ſi
dixero ei fac hoc libēter facit illud credens mihi.
quāto magis ppl's me⁹ poterit eſſe ſecur⁹ i pacto
tuo q es pnceps nobiliſſim⁹/z ſeruis deo celi po=
tētiſſimo Nō ergo op⁹ eſt tu vt venias i pſona ſz
ſatis eſt vt iures pactū nobis qua rōne p motus
Joſue z oēs principes Jſrael fecerūt pactū iura=
mēto firmatū in nōie dei iſrael q eis nō nocerēt
ſed tm̄ q recipiebant eos in ſeruos ſilr etiā fece=
rūt pacta cū alijs multis Quib⁹ nūcijs abeūtib⁹
ſtatim cognouerunt filij Jſrael p alioꝝ relatione
q illi nō venerat de terra longinqua ſed valde p=
pinqua trās Jordanē ſ de Gabaō/Caphira/Be=
roth/z Chariathiarim zc Et ideo Joſue hoc au=
Scda ps euāgelij. dies mirat⁹ e de ſua tā facili deceptiōe eo q nō cō
ſuluerit dn̄m deū ſuū ſup illis nūcijs z ſequētib⁹
ſe turbis iudeoꝝ dixit Amē dico vobis nō inue=
ni in pplo Jſrael tātā fide/ſeu deuotione ad ſal=
uādā vitā aīe ſue p bona opa corā deo quātā aſtu=
tiā habuerūt iſti gentiles ad ſaluanda vita corpo=
ris Ideo dico vobis preuaricatorib⁹ legis dei q
multi gentiles veniet ad fide z conuertēf ad deū
ab oriēte/z occidēte/z alijs partib⁹ mūdi z recū=
bent in regno celorū i. in paradiſo cū Abraham
Jſaac/z Jacob prib⁹ nris ſctis filij aūt malt re=
gni hui⁹ iſrael eijcienf pter ſua pctā i tenebras
exteriores i in captiuitates per terras extraneas
et poſt hāc vitā in penas inferni ibi erit flet⁹ eoꝝ
pre anguſtia z ſtridor dentiū i pena intollerabi=
lis et ſine patientia. De hac āmonitione videaf

Tertia pars euangelij ſermo Joſue in fini libri ſui. Tandē ieſus naue doctis iudeis ex alioꝝ aſtucia dixit Centurioni pdicto gētili regi vade ſecur⁹ de vita populi tui ꝛ ſicut credidiſti de nobis fiat tibi pactū firmū et ſic ſaluatus eſt populus ille extunc vt non occi- deretur ſed maneret ſeru⁹ iudeoꝝ. ¶ Moraliter.

Moraliter. Exponitur hoc euāgeliū de officio boni plati erga peccatores penitentes in hac ſacra qdrageſima quo tpe ieſus redeptor noſter nouo qdā mō intrat eccliam ſuā q̄ eſt Capharnaū i villa cōſolationis aiaꝝ. Sed ſtatim occurrit ei Centurio i. plat⁹ eccle cui⁹ ſtat⁹ dignitas numero cetenario ſignificat eſt n qdrat⁹ cōſurges ex denario mandatoꝝ orat chriſtū prelatus in officio eccláſtico multiplicib⁹ orōibus pro ſanitate pctō iz a morbo aie qui habet tria mala ex pcto ſ q efficit ſeruus diaboli Joan 8 euadit paliticus i carens ſenſu recte intelligēne in credendis et motu bone operationis in agendis ac denicꝫ male torquetur curis ſecularibus ꝛ negocijs Chriſtus aūt orationib⁹ plati inclinat⁹ ridet dicens ego veniā ad peccatore p grām preueniēte et curabo eū p grām ſubſequente ſed reſtat adhuc vt etiā eccleſie reconcilietur accedens ad ſacerdotali confeſſione pctoꝝ qui verbo meo ſanabit eū. Quare prelatus ait dn̄e non ſum dign⁹ vt tu intres ſub tectum meū ad audiendas confeſſiones pctorū/ ſed tantū dic verbo ꝛc̄ Milites huius Centurionis ſunt parrochiales curati aiarū quibus precipit per ſacros canones eccleſie vt ſic ꝛ ſic miniſtrent ſacrameta fidelib⁹/maxie tria valde neceſſaria ſ baptiſmū p quem ait ſeruo dei vade poſt deū ꝛ vadit penitentiā p qua ait veni ad pedes ſacerdotis et venit et eucharistiā de q̄ ſequitur fac hoc ſacramētū ꝛ facit p virtute dei Admiratur chriſtus de tanta fide penitentiū ſecularīū in quorū compatione reprehenſibiles apparet ſacerdotes q̄ deberēt penitere ꝛ ꝯfiteri meli⁹ qua laici qđ non faciunt ideo ſepi⁹ ſanat deus a peccatis ſimplices fideles q̄ viros eccleſiaſticos in hac ſancta

Offertorium. quadrageſima ꝛc̄ ¶ Offertoriū Ad te dn̄e leuaui aiam ꝛc̄ pſal' 24 Eſt rn̄ſio populi fidelis ex doctrina euangelij cōfortati qua firmatus in ſpe miſericordie dei dicit ſe non irridendum ab inimicis circunſtantib⁹ Et ſub eodem ſenſu applicatur ad vtrūqꝫ populum ſ Hebreoꝝ de inimicis corporalibus cananeis et chriſtianorum de inimicis ſpiritualibus et peccatis Secreta oratio Suſcipe creato⁹ omnipotens ꝛc̄ offert deo ex parte ieiunantiū fideliū munera eucharistie ad obtinendum ab eo et tēporalia pſidia gre ꝛ eterna dona glie ¶ Cantus coioīs Acceptabis ſa-

Coio. crificiū pſal' 50 orat pro acceptatiōe ſacrificij nrī nō ſolū oblati in altari materiali qđ eſt eucharistia ſed etiā in altari cordis qđ eſt penia Finalis oro Celeſtis doni ꝛc̄ petit ex virtute eucharistie ſuſcepte a ſacerdote in pſona toti⁹ ppl'i vt deus largiatur penitētib⁹ ſalute mentis ꝛ corpis Et loco panis bn̄dicti oratio ſup populū Parce dn̄e parce ꝛc̄ orat dei miam vt adiuuet deuote ieiunantes ꝛ pro ſuis pctis digne ſe affligetes Cōſonat hec feria in ſenſu hiſtorico prime dn̄ice a luctus.

## ¶ Caput vigeſimūſecūdū

de feria ſexta poſt cineres in cui⁹ officio ꝛ ſtatus ppl'i veteris ſub regib⁹ ſuis i q̄rta mūdi etate ꝛ ſauor chriſtiani ppl'i ieiunāt' i qdrageſima declarat.



Icta ē hec ſexta feria ptinere ad ſtatū ppl'i hebreoꝝ in terra pmiſſiōis ſub regib⁹ ſuis ſcꝫ a Dauide rege vſqꝫ ad traſmigratione babilonis p annos 500 fere quo tpe ſicut eis predixerat Samuel pphēta dn̄i 1 Regū 8 Licet honore regie dignitatis haberet tn̄ ꝛ tyrānide ſuoꝝ regū/ꝛ incurſione alienoꝝ ſepiſſime attriti ſunt iudei propter ſua pcta nōnunqꝫ vero penitentiā agētes ꝛ dei miam implorātes humiliter conſolati ſunt a deo ꝛ bonis regib⁹ decorati Hoc ſignificat miſſe hodierne introitus Audiuit dn̄s ꝛc̄ ps 29 audiuit inqua orationē meā quā penitēs egi ꝛ miſert⁹ eſt mei dado veniā pctoꝝ ꝛ dn̄s fact⁹ e adiutor me⁹ dādo victoriā inimicoꝝ. Verſus Exaltabo te dn̄e ꝛc̄ principiū eiuſdē pſalmi eſt gratiarūactio ad deū de exaltatione illi⁹ ppl'i ad honore regiū maxime in tpe Dauid/Salomonis et alioꝝ bonoꝝ regū quorū fauore deus ptexit illū populū ab inimicis imo dedit ei victoriam de inimicis vt poſtea i pace viueret i terra ſua ideo ait ppl's exaltabo te dn̄e laude multiplici qm̄ ſuſcepiſti me in tua ptectiōe nec delectaſti inimicos meos infideles ſup me ſicut ſepius feceras pter pcta mea Seſum morale ppl'i chriſtiani penitētis explicat oro ſeques Inchoata ieiunia ꝛc̄ q̄ fauore gr̄e dei/ſeu cōſolationis interne ieiunatib⁹ expoſtulat vt victoriā ꝯtra hoſtes aie ꝛ qete mētis habere mereantur i hac quadrageſima ¶ Ep'la Clama ne ceſſes ꝛc̄ Eſa 58 Ad primū ſenſum hiſtoricū facit metione de pctis iudeoꝝ in quarta etate/de penitētia eoꝝ interpoſita/ꝛ de mia dei recōciliatiua eoꝝ/atqꝫ de celſitudine regia/q̄ eos decorauit Ad pcta ptinet qđ dr̄ annūcia pplo meo ſcelera eoꝝ ꝛc̄ Ad penitētia facit qđ dr̄ hoc e ieiuniū qđ elegi diſſolue ꝛc̄ Ad miam ꝛ exaltatione regni qđ dr̄ q̄ſi tuba exalta vocē tuā ꝛ iterū audiat in excelſo clamor veſter ꝛ ifra tūc erūpet q̄ſi mane lume tuū ꝛc̄ Ad ſenſū vo morale penitētiū ieiunātiū ep'la diuidit i tres ptes Prima notat ipedimeta boi ieiunij Scđa ibi nōne hoc e ꝛc̄ declarat iuuamēta Tertia ibi tūc erupet ꝛc̄ pmittit emolumēta Seqt em̄ hec ep'la cōueniēter ad duas pcedētes q̄ ieiuniū ꝛ penitētiā collaudabat ſꝫ hoc veru eſt niſi ponant impedimēta pctoꝝ. qꝛ tūc ieiuniū eſt inutile Et notant quinqꝫ pncipalia ipedimeta ſ exterior nimia occupatio/ſupba preſumptio/vita voluptuoſa/au mciarigoroſa/ꝛ ypocriſis/vel vanagloria De p'mo dicit me etem de die in diem querūt pter lucra tēporalia ꝛ ſcire vias meas volūt curioſe nō ad operādum ſcōm eas quaſi gēs ꝛc̄. De ſcđo dr̄ appropinquare deo

Argumētū officij. Introitus miſſe. Oratio. Ep'le argumētū. Prima pars ep'le.

volūt dicētes q̄re ieiunauim⁹ ⁊c. De tertio ecce in die ieiun. j vri ⁊c. De quarto ⁊ oēs debitores vros ⁊c. De q̄nto nūquid tale eſt ieiuniū ⁊c. Juuamēta ſunt duo ad hoc q̄ valeat ieiuniū et penitentia. Primū eſt mūdicia animi de quo ait diſſolue colligationes ⁊c. alterū eſt mīa p̄ximi ſiue elemoſina de qua dr̄ frāge eſurienti panē ⁊c. Emolumēta vel vtilitates boni ieiunij ſunt quattuor. ſ. lumen itellect⁹ ideo tūc erūpet ⁊c. ſanitas affect⁹ ⁊ ſanitas tua ⁊c. ſecuritas in iudicio dei q2 tūc anteibit ⁊c. ⁊ facilis exauditio ideo ſequit̄ tūc inuocabis ⁊c. hec eſt breuis reſolutio huius ep̄le. ¶ Cātus gradualis vnā petij a dn̄o p̄s 26. facit mentione de domo dei/ vel tēplo orationis qd̄ deſiderauit rex Dauid. ⁊ edificauit ac vidit cōpletū rex Salomō in magna glīa ⁊ etiā deuotio fidelis ppl̄i ieiunātis ⁊ eccleſiā dei in orōnib⁹ frequētātis ſcd̄m p̄dictā ep̄le doctrinā. ¶ Euangeliu audiſtis q2 dictū eſt antiq̄s ⁊c. Matthei 5 et 6 ad ſenſum hiſtoricū explicat diuerſas coditiones et regum ⁊ ppl̄i iudeoꝝ regū eni Hieruſalē quidā fuerūt nimiū zelatores legis dei ⁊ ppl̄i ſui vt Dauid Ezechias ⁊ Alij qui fauebāt ſuis ⁊ pſequebātur aduerſarios infideles ⁊ hos denotat pincipiū euāgelij ſ. diliges p̄ximū tuū et odio habebis inimicū tuū ⁊c. alij reges iudeoꝝ erat magis ocioſi ⁊ pacifici nolētes facere bellū cōtra infideles ſed pott⁹ habētes amicitiā cū eis vt Salomō/ Jorā ⁊ alij de q̄bus ſequit diligite inimicos ⁊c. ⁊ hoc ideo faciebat q2 ab illis infidelib⁹ quedā bona tēpalia ⁊ ſeruitia eis p̄ueniebāt vt Salomon a regib⁹ Egypti ⁊ Thiri p̄z 1 3 lib regū Jorā a regib⁹ Jſrael ⁊ Syrie ⁊ alij reges ab alijs vt videre licet 1 4 lib regū Silr̄ ppl̄s iudeoꝝ aliq̄n fuit diues ⁊ potēs/ ac dedit⁹ glīe mūdi tā in reb⁹ eccl̄iaſticis q̄ī laicis ⁊ hos ſignificat euāgeliū dicēs attēdite ne iuſticiā vr̄ām faciatis corā hoib⁹ vt videamini ⁊c. Aliq̄n vo p̄pt pctā ſua multis bellis ⁊ alijs tribulationib⁹ afflict⁹ ille ppl̄s vacabat ieiunijs orōnib⁹ elemoſinis cū omni humilitate ⁊ veritate ad qd̄ ſignificadū, addit̄ autē faciēte elemoſina ⁊c. et iterū tu autē cū oraueris ⁊c. pro q̄b⁹ bonis opibus ſēpi⁹ p̄merebant̄ dei miām ⁊ recipiebat mercedē a deo vt dicet̄ in fine euāgelij ⁊ pater tu⁹ reddet tibi ⁊c. Ad ſenſum vo moralē pro fidelib⁹ ieiunātib⁹ in quadrageſima hoc euāgeliū penitētia vocat iuſticiā ſo. ⁊c. q2 hō p penitētia facit iuſticia de ſeipſo ⁊ de oībus rebus ſuis ppter deū. ſ. de corpore ſuo ieiunādo/ de aīa ſua orando/ de ſubſtātia ſua elemoſinas faciēdo de hac etiā iuſticia dr̄ Ezech. eli8 18 ſi impi⁹ egerit penitētiā ab oībus pctīs ſuis ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iuſticiā ⁊c. Diſtinguit̄ autē i hoc euāgelio triplex iuſticia ⁊ ſcd̄m hoc erūt tres ptes ei⁹. Prima eſt iuſticia pfectoꝝ ſcʒ inimicoꝝ dilectio Scd̄a eſt iuſticia actiuoꝝ vcʒ elemoſinaꝝ largitio ibi attendite ⁊c. Tertia eſt iuſticia cōtēplatiuoꝝ vt deuota oratio ibi ⁊ cū oratis ⁊c. De prima ergo iſta᷑ ait in pncipio euāgelij. Jn illo tp̄e quadrageſimalis ieiunij dixit dn̄s ieſus i. bon⁹ pla⁹ ſaluator naꝝ diſcipulis i. ſubditis ſuis fidelib⁹. Audiſtis ex prima expoſitione hiſtorica q2 dictū eſt antiquis patrib⁹ veteris legis imperfecte diliges p̄ximū tuū i. amicū qui te diligit et tibi benefacit. quia hoc iuſtū eſt ⁊ odio habebis inimicū tuū/ qui te odio habet ⁊ pſequit̄ q2 hoc meret̄ in penā ſui peccati. Sed ego predicator euāgelicus noue legis [illegible] dico vobis chriſtianis diligite inimicos vr̄os ⁊c. q2 hoc ē op⁹ pfectū nō reddere malū p malo ſʒ vincere i bono malū vt ſitis filij pris vri chriſtiani ſimiles ei in pfectiōe qui ex nimio amore benefacit oībus hoibus tā bonis ⁊ iuſtis q̄ ſunt amici ei⁹ q̄ malis ⁊ iniuſtis qui ſūt ei inimici. Debetis ergo ad imitationē dei diligere oēm hoīem q̄tū ad naturā bonā quā de⁹ in eo creauit ad imagine ſua vt heret particeps gratie ⁊ glīe ſue licet culpā debeant̄ odio habere in malo hoie. Unde diligere inimicū eſt velle ei gratiā dei in p̄ſenti/ ⁊ gloriā in futuro de alijs aūt bonis nature ⁊ fortune ea debetis ei velle q̄ videritis neceſſaria ad hoc vt bene viuat ſerujēs deo ⁊c. De ſcd̄a iuſticia dr̄ attēdite ne iuſticiā vr̄ām i. virtute faciatis corā hoib⁹ ad q̄rēda laudē ab eis ⁊c. vt ſupra in quarta feria cinerū cū ergo facis elemoſinā pauperi hāt pncipaliter p̄pter honore dei ⁊ propter cōpaſſione p̄ximi nō p̄pter vanā gloriā mūdi quā ypochrite querētes ſolēt tuba canere i. ſe iactare ⁊ faciūt ea cū manu ſiniſtra i. intētiōe obliqua tu aute facies elemoſinā cū manu dextra i. recta intētione ⁊c. De tertia iuſticia dicit̄ ⁊ cū oratis ⁊c. i. ad deuotā oratione requirit̄ q̄ claudant̄ hoſtia ſenſuū exterioꝝ ne pturbet̄ mens ⁊ ſit cubiculū coſcietie mūdū a peccato quietū a tumultu negocioꝝ ⁊ odoriferū lectis meditationib⁹/ ac pijs deſiderijs ⁊c. ¶ Offertoriū dn̄e viuifica me ⁊c. p̄s 118 Eſt ppl̄i oratio ad deū vt det ei granā recte intelligēdi ⁊ bene agēdi ſcd̄m doctrinā euāgelij predicti q2 nō poſſent tā excellētes virtutes opari ab hoie ſine grā dei ideo ait viuifica me p gratiā tuā ⁊c. Si aūt ad aliquū ppl̄m refert̄ intelligit viuifica me honore regio ſcd̄m eloquiū tuū i. promiſſione facta patrib⁹ nr̄is q̄ ex ſemine eoꝝ naſcerent̄ reges quib⁹ directorib⁹ ppl̄i obſeruaret bene teſtimonia i. precepta tua Secreta oro Sacrificiū dn̄e ⁊c. petit vt virt⁹ ſacrificij altaris tribuat ieiunātib⁹ facultatē cōtinētie ſalutaris i. poteſtatē bene obſeruādi ieiuniū quadrageſimale. ¶ Cantus cōmunionis ſeruite dn̄o in timore ⁊c. p̄s 2 Orat̄ fideles ad deuotā ⁊ humile penitētiā p̄pter timore dei ne forte pereant p̄pter pctā ſua Finalis oratio repleti dn̄e ⁊c. eſt gratiaūctio de ſacramento ſuſcepto cū petitione pſeuerādi in eodē ſancto exercitio ſacramētoꝝ Subdit̄ oro ſuper populū tuere dn̄e ⁊c. que orat p emūdatione ieiunātiū a peccatis ⁊ p̄tectione a futuris malis ne dominentur eis. Conſonat hec feria dominice ſecunde aduentus in ſenſu hiſtorico

Gesta pe epiſtole. — Tertia ps epiſtole — Graduale — Euāgeliū argumentum. — Gesta ps euāgelij. — Prima ps euāgelij — Tertia ps euāgelij. — Offertorium. — Communio

## ¶ Caput vigeſimūtertiū

de ſabbato poſt cineres in cuius officio populus hebreorum deſcribit̄ ſub tyrānis et eccleſia chriſtianorum eripitur a peccatorum periculis.

Argumētū officij

Quinta etas mū di a captiuitate babilonica iu deorum vſq ad chriſtū ducē (que tota in hoc ſabbato re preſentatur) etiā ſabbatum dici poteſt legis veteris cuius du ratio velut magna quedam hebdomas fuit diuiſa i ſepte partes ⁊ in ſex prio ribus ppl's ille multipliciter laborauit in ſepti ma aūt quodāmodo requieuit iuxta illud Exo 20 ſex dieb⁹ operaberis in ſeptimo aūt ſabbatū i requies erit Laborauit em ppl's a Moyſe vſq ad hoc ſabbatū multiplicib⁹ bellis cōtra infide les eos vincēdo ⁊ ſe defendēdo in terra pmiſſio nis in hoc aūt tempore ideo a bellis quieuit qꝛ totaliter ſuccubuit poteſtati eoꝝ Laborarūt ſcri ptores ſanctoꝝ libroꝝ prophete tradētes doctri nam pplo dei ſed in hoc ſeptimo tpe ſabbatiza rūt a ſcripturis ceſſantes Laborabat prius ſacer dotes i tēplo dei agētes quotidie miniſteria ſua ⁊ ſacrificioꝝ officia ꝑſumātes in captiuitate vo ba bilonica deſtructo tēplo dei a caldeis ceſſarūt di cētes quomodo cātabim⁹ cāticū dnī in terra alie na⁹ qꝛ iā nō eſt hoſtia neq ſacrificiū. Ad hoc er go ſignificādū eccl'ia in hoc ſabbato vacat ab of ficio miſſe quātū ad cantus chori licet orationes habeat ꝓpas cū ep'la ⁊ euāgelio qꝛ vt pri⁹ dictū eſt olim fideles nō ieiunabāt in ſabbatis Introi tus ergo miſſe huius diei ⁊ alij cātus ſumunt' ex pcedēte feria ſexta nulla facta mutatione Ora tio Obſeruātiās hui⁹ ⁊c̄ leticiā ſonat ieiunātiū ex charitate ⁊ paſchales actiones vocat opa pe nitētie quib⁹ fit trāſitus a morte ad vitam ſicut qꝛ paſcha eſt trāſitus ac deniq petit vt per hmōi la bores perueniamus ad plenū gaudiū felicitatis eterne qđ in feſtis paſchalibus gaudētes figura bim⁹ Epiſtola Si abſtuleris de medio tui ⁊c̄. Eſa 58 ad ſenſum hiſtoricū reſonat gaudiū po puli dei exeūtis iam a captiuitate babilonica fa cta eſt in principio mētione illius liberationis ſi abſtuleris inquit de medio tui cathenā ⁊c̄ deſcri bit libertate datā populo iam reducto in terram promiſſionis ideo ait requiē dabit tibi dn̄s ⁊c̄ et infra eris quaſi ortus irriguus ⁊c̄ hedificabūtur in te deſerta ⁊c̄ vocaberis edificator ⁊c̄ q d ꝙ po pulus ille reductus ad patriā quieuit a bellis mul to tpe/plātauit vineas ⁊ ortos/edificauit domos libere ⁊ alia hmōi Declarat etiā qualitatē illius tpis ꝓ maiori pte qꝛ vocaberis ſabbatū delica tū ⁊ ſanctū dnī ⁊c̄ fuit eſt vt dixim⁹ illa etas ſab batū veteris ppli i reqes a bellis niſi qꝛ paulu lū illā requie interrupit pſecutio Antiochi cōtra quē inſurrexerūt Machabei bellātes Cetera oia que in ep'la iſta dicunt' eſt pdicatio prelati illius tpis q̄ in ſenſu morali epiſtole declarabitur ille prelatus fuit Eſdras qui multa de his predica uit iudeis reductis ad patriā vt pꝫ ex pmo libro ei⁹ Ad ſenſum vero moralē ꝓ ieiunātib⁹ ep'la eſt ſermo plenꝰ quaſi tot⁹ fundatus ſup interptatiōe hui⁹ nōis ſabbatū ⁊ habet tres ptes Prima eſt de

Oratio.

Ep'le argumētū.

operibus charitatis ad proximum Secūda ibi eris quaſi ortus ⁊c de actibus interioribus apō ſeipſum Tertia ibi ſi auerteris ⁊c̄ de obſeruatia religionis erga deum De primo ait ſi abſtuleris de medio tui cathenam peccatorum que impe dit fructum penitentie vel cathenā obligatio num ciuilium quam habes ſup proximum pau perem/et deſieris digitum ſupbie extendere ⁊ i loqui contra proximum quod nō ꝓdeſt ad edifi cationem eius ſed potius ad indignatione q d in die ieiunij debes cauere ab oppreſſiōe proxi mi ſuper obligationib⁹ debitorum/et ab iniurio ſa platione verborum Cum effuderis eſurienti pauperi animam i animam afflictam fame re pleueris eleemoſinis tuis i die ieiunij orietur in tenebris tribulationum lux tua i tua virtus libe rabit te a periculis multis et tenebre tue erunt ſicut meridies i cōuertetur in lucem cōſolatiōis et requiē ſignificatā in ſabbato dabit tibi deus in fine vite et replebit ſplendoribus glorie aīam tuam et oſſa tua liberabit a corruptiōe p gl'iam reſurrectionis Interim autem in hac vita eris in conſcientia quaſi ortus padiſi deliciarum plen⁹ floribus virtutū irriguus gratia dei et eris ſicut fons aquarum i gratiarū ad proximos cui⁹ nō deficient aque virtutum per totam vitam et edi ficabuntur in te i p te tanq̄ per exemplar bonū deſerta ſeculorum i.peccatores a multis ſeculis obſtinati ⁊ deſerti a deo et ſuſcitabis fundamen ta i.principia bone vite in ꝓximis que durabūt a generatione in generationem p ſucceſſionem doctrine et vocaberis edificator ſepium i bonoꝝ preceptorum auertens ſemitas peccatorum inq̄e tem ſecure conſcientie Super oēs virtutes eſt penitentib⁹ neceſſaria religio et obſeruantia mā datorum dei maxime de ſanctificatione ſabbati. ideo ſi auerteris a ſabbato i die feſto pedem af fectionis tue carnalis id eſt deſieris facere vo luntatem tuam in die ſancto meo vocaberis tu in anima tua ſabbatum delicatum i requies cō ſcientie ⁊ templum ſanctum domini glorioſum quia glorificabis eum p obedientiam dum non facis vias tuas et i non inuenitur voluntas tua ſenſualis ſed voluntas dei in te vt loquaris ſer monem inordinatum in die feſto ſed potius de lectaberis ſuper dominū i in ſermonibus de deo et ſanctis eius et ſuſtolla te per deuotam orōnē ſuper altitudines terre i ſuper omnia bona terre ad deſiderādū bona celeſtia et cibabo te quātū ad animam hereditate i doctrina eccleſie p pdi catores hereditate inq̄ Jacob i q̄ ei pmiſſit fu turam per chriſtum quem Jacob figurabat Os enim domini locutū eſt hoc totum ideo eſt certiſ ſimum ⁊ deuote ſuſcipiēdum a fidelibus Unde patet triplex ſabbatum in hac epiſtola ſ ſabba tum diei feſti ſabbatum bone conſcientie ⁊ ſab batū future glorie Euāgelium Cū ſero eſſet factum ⁊c̄ Marci 6 ad ſenſum hiſtoricum agit de pdicto iudeorum ſabbatiſmo in fine veteris legis vbi primo explicatur tribulatio ſecūdo ibi/ et ſtatum locutus ⁊c̄.ſubditur liberatio. tertio ibi

Prima pars epi ſtole.

Secūda pars epi ſtole.

Tertia p epiſtole.

Euāge lij argu mentum.

et cum trãſfretaſſent ⁊c̄ concluditur gratiarum actio. ☙ In illo itaq; tempore cum ſcḋo veteris legis eſſet factum poſt captiuitatem babiloni cam iudeorum erat nauis ſinagoge poſita in medio mari gentilitatis procelloſe et Jeſus filius Joſedech ſummus ſacerdos erat fere ſolus in terra ꝓmiſſionis quia cū paucis iudeis a captiuitate reuerſis vidit tamen eos q̄ remanſerant apud gentiles laborantes ⁊ vexatos in remigando ⁊ in defendendo fidem et religionem ſuam erat enim eis contrarius ventus tentationis gentilium q̄ ex nimia vanitate ſuperbie ſatagebant eos peruertere ad ydolatriam quare opprimebant eos multis vexationibus vt conſtat ex libris Heſter Judith et Machabeorum Et circa quartam vigiliam noctis illius ⁊ quinte etatis tenebroſe in qua populus dei erat ſub tyrannis regibus hoc eſt circa tres vltimas generationes ex illis duodecim quas Mattheus enumerat poſt Zorobabel que ſunt quarta pars earum ſ circa tempora Eleazar et Mathan venit prelatus iudeorum Machabeus ad eos congregandos ex gentilibus in terram ſuam eo q̄ eſſet ambulans ſuper mare gentilitatis ꝑ multas victorias bellorum. Sed viſa eorum proteruia quia volebat potius manere inter gentiles propter auariciā q̄ religioſe viuere in terra ſua volebat p̄latus eos preterire ⁊ dimittere at illi vt viderunt prelatum ſuū ſic ambulantem ſup mare gentiliū putauerunt phantaſma eſſe ⁊ ſuam victoriam nō eſſe firmam nec durabilem vt diu poſſent terram ſanctam defendere ab infidelib⁹ et ideo timentes exclamauerūt ad deum pro auxilio habendo quia non audebant exire ab infidelium habitatione. omnes enim iudei diſperſionis viderunt prelatū ſic ambulantem et turbati ſunt timore Sed nihilominus prelatus Jeroſolymitanus locutus eſt fiducialiter ex parte dei dicens ad eos confidite de miſericordia dei ego ſum ſecurus de templi et ciuitatis ſancte ſtabilitate vſq; ad meſſie aduentum ideo et vos nolite timere qua perſuaſione multi eorum animati dimiſſa gentilitate venerunt in terram ꝓmiſſionis ad habitandū ⁊ colendum deum et ſic prelatus aſcendit ad illos gubernandos in nauim ſecuritatis et tadem poſt tempora illa ceſſauit ventus ꝑſecutionis tyrannorum adeo vt quilibet eorum poſſet ſecure habitare in domo ſua vocans amicum ſuum ⁊ vicinum ad vineam ſuam ſubter ficū ſuam Zacha 3 pro facto ipſi iudei plus magis mirabantur intra ſe de tam mirabili victoria Machabei prelati contra tantam gentiliū multitudinem et potentiam et cauſa admirationis erat quia propter longam moram eorū inter gentiles erat cor eorum obcecatum et non intellexerant mirabilia dei q̄ fecerat cū illo populo in antiquis tēporib⁹ maxime in reb⁹ bellicis q̄ mirabilia panes ꝯſolationis dici poſſunt Cum ergo trāſfretaſſent ⁊ fretū gentiliū dimiſiſſent iudei peruenerunt in terram promiſſionis q̄ dici pōt Geneſareth grece ⁊ generans aurā refrigerij ſeu cōſolatiōis deuotis. Quibꝫ egreſſi eſſent idem iudei de naui illa periclitante inter fluctus gentilium continuo cognouerunt eum haud dubium quin prelatum ſuum recognoſcentes ei debitam ſubiectionem et percurrentes vniuerſam regionem illa ad negotiādum facta ſua ceperunt circūferre ad prelatum eos q̄ ſe male habebant in grabatis ſuorum peccatorum (que cōtraxerant ex diuturna conuerſatione gentiliū) vbi audiebant prelatum eē vt verbo ſuo doctrine ſanaret eos a peccatis Huius rei hiſtoria late patet primi Eſdre duobus vltimis capitulis de his qui acceperant vxores alienigenas gentiles et alias ſuperſtitiōes exercebant in lege dei ꝓhibitas et quocunq; introibat prelatus ꝑ ſe vel per ſuos officiales in vicos paruos aut villas vel ciuitates ponebant ⁊ exponebant ſeu declarabāt et in plateis ⁊ palam et in iudicio exteriori publice omnes infirmos talibus peccatis et deprecabantur eum ꝓ venia taliter vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent ſecum ab indignatione eius quos tamen peccatores ipſe prelatus benigne recipiebat ad penitentiā et quotquot tangebant eum ꝑ vere humilitatis obedientiam ſalui fiebant a peccatis ſuis Hoc itaq; modo vixerūt iudei in terra ꝓmiſſionis ꝑ totum illud legis veteris ſabbatum vſq; ad chriſti aduētum de quo in officijs ſequentibus ¶ Moraliter vero euangelium per nauim ſignificat penitentiā vel quadrageſimam que eſt tempus penitentie nam penitentia ꝑ mare huius ſeculi perducit fideles ad portum paradiſi ſed vere penitentibus quattuor precipua pericula ſolent accidere ſcilicet vētus contrarius diabolice tentatiōis de quo Job 1 Ventus vehemens irruit a regione deſerti et concuſſit quattuor angulos domus ⁊ virtutes cardinales hominis iuſti Phantaſmatū illuſio ex parte carnis de qua Gal. 5 Caro concupiſcit aduerſus ſpūm offerēdo multas apparentias cōcupiſcentiarum Anfractus mundane ꝑſecutionis de quo pſal. 68 Non me demergat tempeſtas aque neq; vrgeat ſuper me puteus os ſuū neq; abſorbeat me ꝓfundum Et tandem defect⁹ diuine cognitionis de quo 1 Cor 13 Videmus nunc ꝑ ſpeculum in enigmate ⁊c̄ Primum horum notatur cum dicitur erat eis ventus cōtrarius Secundū ibi putauerunt phantaſma eſſe. Tertiū ibi erat nauis in medio mari ⁊ inter vndas et anfractus Quartū ibi cum ſero factum eſſet ⁊c̄ Sed per dei miſericordiam contra hec pericula habēt quattuor adiutoria nam contra tentationem diaboli eſt in deo habenda fiducia non in proprijs viribus ad vincendum ideo dicit confidite ego ſum nolite timere Contra phantaſias carnis valet oratio clamoroſa vt deus adiuuet fragilitatem noſtram ideo dicit q̄ clamauerunt diſcipuli ⁊c̄ Contra anfractus mundanorū ſuccurrit memoria et deuotio dominice paſſiōis qua multa ſuſtinuit a peccatorib⁹ ideo dr̄ q̄ omnes infirmi qui tangebāt fimbriam eius ſanabātur Cōtra quartum periculum iuuat illuſtratio diuina de agendis. ideo dicitur q̄ ieſus venit ad

Prima pars euangelij

Secunda pars euangelij

Tertia pars euangelij

Moralitas.

eos circa quartam vigiliam in qua dies illuceſcit quia deus illuminat ieiunãtes et vigilias deuote celebrantes ⁊c̃ Oratio ſecreta Suſcipe domine ⁊c̃ Petit acceptari ſacrificium altaris deo vt eo placatus mundiciam penitentibꝰ tribuat et bona opera deo accepta Finalis oratio. Celeſtis vite ⁊c̃ his qui digne cõſecrarunt penitẽtibus tribui orat vite eterne auxiliũ Et oratio ſup populum Adeſto domine queſumus ⁊c̃ implorat miſericordiam dei eiſdem qua liberentur ab aduerſitatibus mentis et corpis. cõſonat hec feria i ſenſu hiſtorico duabꝰ vltimis dñicis aduentus

## Caput vigeſimumquartum de officio dñice prime in quadrageſima in quo prime generationis eccleſie chriſtiane ſacramenta deſcribuntur et officia fidelium ieiunantium proponuntur

Argumẽ thꝫ offici.

Quadrageſimꝰ numerus (a quo hec dominica et totum ieiunij tempus denoĩatur) multipliciter fuit a chriſto comendatus et ſuis miſterijs cõſecratus nam in ſua incarnatione quadraginta hebdomadibꝰ .i. maxima infantis mora in vtero virginis matris habitauit. Deinde poſt natiuitatẽ quadrageſimo die fuit in templo pñſentatus Et ꝯſequenter q̃draginta fere menſibꝰ ad materna vbera lactatus Poſt baptiſmũ vero eius in quo ſpiritualis homis natiuitas peragit. quadraginta diebus ieiunauit in deſerto ſicut olim Moyſes et Helias Item quadraginta menſibꝰ poſt ieiunium p̃dicauit mundo celeſtem doctrinam Tãdem quadraginta horis iacuit in ſepulchro poſt laborem paſſionis Atqꝫ poſt ſuã glorioſam reſurrectionem quadraginta diebus apparuit diſcipulis loquens de regno dei in multis argumentis vt die quadrageſimo triumphator celos aſcẽdit Hec omnia in tali numero pfecit vt ſeſe oſtenderet hominibus ducem et magiſtrum boni laboris ſignificati in numero q̃dragenario ait enim Matthei 16 Qui vult venire poſt me tollat crucem penitentie ⁊ ſequatur me Unde ⁊ populum antique legis ſequetẽ ſe quadraginta annis laborare fecit p deſertum. quare nunirum ſi ſancta mater eccl̃ia chriſtiana ſuum ſequens principem chriſtum laborem penitẽtie quadragenarium inſtituit ab hac dñica vſqꝫ ad cenã dñi que eſt finis quadrageſime Nã ⁊ ipa eccleſia quadraginta generationibꝰ a natiuitate chriſti laborauit in deſerto gentilitatis paulatim couertendo eos ad fidem vſqꝫ ad ortum religionum mendicantium ſub quibus data eſt fidelibus perfecta libertas in ſpiritu ſancto quaſi in ſabbatiſmo vel paſchate Sed poſt cenam domini ſuperaddit eccl̃ia adhuc duos alios dies ieiunij vt ſint ab hac dñica vſqꝫ ad paſcha quadraginta et duo dies i ſex integre hebdomades ieiunij forte eo ꝙ talis numerꝰ dierũ ac hebdomadum clarius laborem ſignificat penitentie ꝙ̃ numerus quadragenarius ꝙ enim ſenarius laborẽ ſignificet ſicut ſeptenarius quietem manifeſte apparet ex diebus creatiõis mundi de quibus Moyſes in 3 p̃cepto decalogi ait Exo 20 Sex diebus operaberis ſeptimo autem die ſabbatum domini dei tui eſt nõ facies omne opus in eo ſex enim diebus fecit dꝰ celum ⁊ terram· ſeptimo aũt die reqeuit ⁊c̃ Jde apparet in myſterijs chriſti qui ſexto die hebdomadis ſancte laborauit in paſſione· ſeptimo autem die iacuit in ſepulchro Unde conueniens fuit ꝙ eccleſia laborem penitentium ſex hebdomadis protenderet in quarum etiam ſexta paſſionem chriſti laborioſe cõmemoraret poſt quã ſequitur hebdomas ſeptima reſurrectionis dominice que gaudiũ ⁊ quietem oſtendit Similiter numerus quadrageſimus ſecundus vtriuſqꝫ teſtamenti autoritate laborem penitentie ſignificare declaratus eſt nam ſi per generationes ſingularum etatũ numerare voluerimus inueniemus in talibus numeris laboraſſe populum dei et in antiqua ⁊ in noua lege Ab Adam enim ꝯputatis p lineã chriſti 42 Generationibꝰ occurrit rex Ozias tẽpore Eſaye prophete et captiuantur decem tribus iſrael. Item a Noe generatiõe 42 Occurrit captiuitas babilonica populi iudeoꝝ. Ab Abrahem generatione 42. ſecundũ Mathei euãgeliſte enumeratione ſequitur regnũ Herodis tyranni in populo dei Unde patet ſolutio queſtionis Hebreorum. quare predictus euãgeliſta enumerauit 42 generationes ab Abrahem vſqꝫ ad chriſtum cum reuera eſſet 45 quia videlicet de natiuitate chriſti temporali agens qua labores noſtros ſuſcepturus erat voluit illo numero ſacramentum penitẽtie nobis cõmendare Deinde a Dauide rege computatis 42. generationibus. ſequitur in eccleſia dei pſecutio grauiſſima Diocleciani imperatoris romani A captiuitate babilonica generatione 42 inualuit plaga Sarracenorum ⁊ aliorum tyrannorum cõtra fideles chriſti Tandem a natiuitate chriſti generatione 42 circa annos ere ſue 1260 inundauit malicia hereticorum et aliorũ peruerſorum chriſtianorum valde turbantium eccl̃iam dei Eãdem veritatẽ confirmant oracula ꝓphetarum nam Danielis 12 finis myſterioꝝ dei/ diſperſio iudeorum p mũdum in captiuitate/ et tribulatio antichriſti cõtra chriſtianos declaratur p tempus ⁊ tepora et dimidium temporis i p annũ ⁊ ãnos ⁊ dimidium anni hoc eſt p tres annos cum dimidio qui ſunt 42 menſes ⁊ ſignificant 42 generationes Jde figurauit Helias ꝓpheta qui 3 Regũ 17 Abſcondit ſe fugiens a facie regis Achab 42 menſibus quibus non pluit ſuper terram Similiter Joannes euãgeliſta Apoca 12 Mulierem amictam ſole que eſt eccl̃ia chriſti dicit fuiſſe abſconditam a facie draconis diebus 1260 qui preciſe ſunt 42 meſes Et cap 13 Eiuſdem dicit ciuitatem dei ſanctam calcandam eſſe agentibꝰ menſibus 42 et ſignificant ſicut in Daniele genera

Notabile nões quadraginta duas laboꝛis eccleſie ¶ Cle-
runtamẽ quia de generationibus etatum ſermo
incidit aduertendum ꝙ aliter accipiuntur gene-
rationes in antiqua et in noua lege qꝛ in lege ve
teri q̄libet generatio eſt tẽpus a natiuitate vnius
patris linee chꝛiſti vſq; ad natiuitatẽ alterius ime
diate ſequẽtis eum vel a pꝛincipio regni vnius regis
vſq; ad pꝛincipium regni alterius ſequentis eũ in
linea chꝛiſti Unde patet generatiões illas fuiſſe
varias ⁊ inequales quia non omnes vite patrũ
vel regum illoꝛum erant equales cuius ſignum
eſt vt dicit Auguſtinus qꝛ pꝛime due etates mũ
di ſunt equales in numero gen̄ationũ quia que
libet earum habuit decem generationes Geneſ
5 et 10 ſed non fuerunt equales in numero an-
noꝛum Similiter alie tres etates inequaliũ an-
noꝛum quaterdenis generationibus conſtiterũt
vt patet Matthei 1 Sed in ſexta mundi etate ⁊
in noua lege omnes generationes ſunt equales
vſq; ad finem mundi qꝛ cum generationes iſte
non computentur ſecundũ carnalem natiuitatẽ
vel ſecundum regnum tempoꝛale vt olim in le-
ge veteri ſed potius ſecundũ ſpiritualem natiui
tatem baptiſmi/⁊ regnum ſpirituale ſanctorum
chꝛiſtus autem rex noſter quãdo baptizatus eſt
⁊ baptiſmũ inſtituit erat quaſi annoꝛum trigin-
ta vt dicitur Luce 3 Conſequens eſt ꝙ omnes
generationes eccleſie chꝛiſtiane ſint trigenarie
ita q; earum quelibet ſit ſpacium quaſi annoꝛũ
triginta Huius differentie veteris ⁊ noue legis
quãtu ad equalitatem et inequalitatem ſuarũ
generationum ratio eſt. quia ſtatus veteris legis
compatur nocti ſtatũ noue le diei vt apl's docet
Ro 13 nox pꝛeceſſit dies appꝛopinquauit ⁊c̄ lumi
nare noctis eſt luna/luminare die eſt ſol Geneſ
1 Hinc factum eſt ꝙ tam lex vetus q̄ lex noua
data eſt cum claritate ⁊ ſplendoꝛe vultus legis
latoꝛis vt ꝓbat apoſtolus 2 Coꝛ 3 Si miniſtra-
tio moꝛtis lris deformata in lapidibus fuit i glo
ria ita vt non poſſent filij iſrael intendere in fa-
ciem Moyſi pꝛopter claritatem vultus eius ⁊c̄
quanto magis ⁊c̄ Sed differenter reſpledunt fa-
cies Moyſi latoꝛis legis ve et facies chꝛiſti lato
ris legis noue de Moyſe enim dicitur Exodi
34 ꝙ facies eius ex nimia claritate apparuit coꝛ-
nuta lucens ad modum lune De Chꝛiſto aute
dicitur Matthei 17 ꝙ reſplenduit facies eius ſi
cut ſol Inter lucem aũt lune ⁊ luce ſolis hec eſt
differentia manifeſta ꝙ illa creſcit ⁊ decreſcit et
inequalitatem habet variam hec vero ſemp eſt
vniformis ⁊ quolibet die equalis Rationabilit
ergo generationes ve le ad modum lune erant
varie creſcentes ⁊ decreſcentes generationes ve
ro no le ſunt omnes equales ad modum ſolis.
Quia ergo in p̄dictis quattuoꝛ diebus myſteria
ve le pſonabant eccleſiaſtica officia et in ſequen
tibus quadraginta duobus diebus iſinuare in
tendunt ſacramẽta no le pꝛocedemus ꝑ ſingu-
las eccleſie generationes in expoſitione hiſtoꝛi-
ca eccleſiaſticoꝛum officioꝛum huius ſancte qua
drageſime ita ꝙ q̄libet dies eius adaptetur vni
generationi triginta annoꝛum eccleſie incipien-
do a natiuitate chꝛiſti et ꝓcedendo in ſexta mun
di etate verſus fine mundi. Et quia iſti dies ſũt
42 ſicut generationes quas Mattheus euan-
geliſta enumerat ab Abꝛaham vſq; ad chꝛiſtũ
compabimus ſingulas generationes eccle ſin-
gulis gen̄ationibus genealogie chꝛiſti apud Mat-
theum ex quo omnia geſta veteris populi figu
re erant geſtoꝛum fidelis populi chꝛiſtianoꝛu vt
Paulus ait 1 Coꝛ 10 Et quia generationes ab
Abꝛaham vſq; ad chꝛiſtum reuera fuerunt 45
licet ſctũs euangeliſta ꝓpter myſteriũ tres reges
peccatoꝛes no expſſerit vt diximus nos in hoc ope
eos explicare intendimus qꝛ eis correſpondent
in eccleſia ſue gen̄atiões peccatrices Sed ne ſa-
crum numerum quadraginta duoꝛum excedã-
mus tres pꝛimos patriarchas genealogie chꝛiſti
Abꝛahã Iſaac ⁊ Jacob ad vnã dũtaxat ⁊ pꝛimã
eccleſie generatione in hodierno officio cõparabi
mus eo ꝙ miſteria ꝑ illos ſignificata in pꝛima
illa generatione completa ſut in Zacharia Joã
ne baptiſta ⁊ Chꝛiſto vt ia dicemus ¶ Ex pꝛedi Argumentum ſpe-
ctis itaq; ſatis claret ꝙ huius dñice officium inſi ciale.
nuare intendit myſteria noſtre redẽptiõis q̄ ge-
ſta ſunt in pꝛima generatiõe eccleſie ſ a natiuita
te chꝛiſti vſq; ad eius aſcenſionem aliter tamen
quã officia feſtoꝛũ natiuitatis ⁊ Epiphanie dni
eadem myſteria inſinuabant Cum enim myſte-
ria illa fuerint multa ⁊ magna nimirum ſi ſepius
eadem commemoꝛet eccleſiaſtica officia diuerſi-
mode vt quod in vna cõmemoꝛatiõe dimiſſum
eſt in alia ſuppleat Suppoſitis ergo his q̄ in p̄
dictis feſtis natalis ⁊ Epiphanie dni dicta ſunt:
addamus hic ꝙ qualitas pꝛime gen̄ationis ec-
cleſie pꝛedicte ea fuit vt in oibus fere myſterijs
cõcoꝛdaret tẽpoꝛi illoꝛum triũ patriarcharũ nam
Zacharias cum vxoꝛe ſua ſterili vſq; ad ſenectu
tem concoꝛdat Abꝛahe cuius hiſtoꝛia nota e Ge-
neſis 18 ⁊ deinde vſq; ad 22 Joannes baptiſta
filius Zacharie miraculoſe cõceptus ⁊ natus ex
matre ſterili cõſonat Iſaac ſimiliter concepto et
nato Jeſus chꝛiſtus a Joane baptizatus ⁊ quaſi
filius ſpiritualis eius factus correſpõdet Jacob
filius Iſaac Unde ⁊ loco duodecim filioꝛũ car-
nalium Jacob habuit chꝛiſtus duodecim filios
ſpirituales quos apoſtolos vocauit et inter apo
ſtolos Jude filio Jacob de cuius tribu oꝛtus eſt
chꝛiſtus ꝯcoꝛdat Petrus cuius tribus eſt romana
eccl'ia ex qua oꝛtus eſt populus chꝛiſtianus Ru
ben pꝛimogenito Jacob reſpondet Andreas pꝛi-
mus ad apoſtolatum vocatus Joſeph dilectiſſi
mo filio Jacob conſonat Joannes apoſtolus
et diſcipulus que diligebat ieſus Et loco Dan
(quem ſpirituſſanctus in Apocalipſi ca 7 Remo
uit a numero patriarcharum) Ponitur Judas
Scarioth ſublatus de numero apoſtoloꝛũ cuius
etiam epiſcopatũ accepit Mathias Et ꝓ duo-
bus filijs Joſeph ſ Ephꝛaim ⁊ Manaſſe (quos
Jacob in moꝛte ſua adoptauit in filios Geneſ
48) Dati ſunt chꝛiſto Paulus ⁊ Barnabas in
Apoſtolos Actuum 13 et ſic de alijs ſuo modo.

Similiter et femine ſancte hinc ⁊ inde cõcordãt
in pñcipio vtriuſq; legis vt Sarra ⁊ Eliſabeth/
Rebecca ⁊ vgo Maria Racheli matri Joſeph
⁊ Beniamin correſpõdet hic mater filioꝝ Zebe
dei/ Jacobi ⁊ Joannis Lye cõſonat altera Ma
ria ſalome. earum ancillis correſpondent alioꝝ
apoſtoloꝝ matres ⁊ alie ſancte mulieres q̃ ſeq=
bãtur ieſum a Galilea Seruis Jacob adaptant
diſcipuli minores chriſti Verum eſt ꝙ ſancti do
ctores cõiter duas pñcipales vxores Jacob ad
duas referunt eccleſias principales ſpoſas chri=
ſti itaq; Lya ſit ſinagoga iudeorũ et Rachel ſit
gentilitas paganorum et alia conſequenter de
alijs exponunt ⁊c̃. Et quia in qualibet genera
tione eccleſie annotare intendimus pontifices
et imperatores qui tunc regebat populum dei
ideo dicamus ꝙ hec pñma generatio eccleſie ſub
pontificatu chriſti quo ipſe perſonaliter reſides
in terris rexit eccleſiam ſuam imperantibus tuc
Rome Octauiano auguſto ⁊ Tyberio ceſare nã
ſecundum cões hiſtoriographos chriſtus natus
eſt anno quadrageſimo ſecundo Octauiani qui
imperauit annis 57 quare chriſtus habuit pri
mos quindecim annos vite ſue cum Octauiano
cui ſucceſſit Tyberius ceſar et eius anno quinto
decimo baptiʒatus eſt chriſtus quaſi annorum
triginta Luce 3 Ad hanc autem primam gene=
rationem ecc̃lie cum plura myſteria chriſti perti
neant et de myſterijs puericie eius ſufficienter
actum ſit ad duos ſenſus in feſtis natiuitatis et
Epiphanie vſq; quo in octauo die Epiphanie
de baptiſmo chriſti mentionem fecimus conſe-
quens eſt vt in hoc officio ad idem tempus rela
to dicamus de ieiunio chriſti quod immediate
ſucceſſit baptiſmo eius et de tentatione facta in
fine pdicti ieiunij Nam et hoc multum facit ad — Matu tini.
ſenſum moralem huius diei quo in matutinali
officio celebris ſermo fit de ieiunio fideliũ chriſti
anorum ꝑtermiſſo ordine hiſtoriarum veteris le
gis quem precedentes dominice inſequebantur ⁊
adhuc ſequentes dñice eundem obſeruabunt
Vnde lectiones matutine in hac dñica ſumunt
ex ſermone alicuius ſancti doctoris de ieiunio vt
Leonis/ Gregorij/ vel Auguſtini ⁊c̃ Reſponſoria
ex epiſtola huius diei ⁊ feriarũ precedẽtium vt
ecce nunc tẽpus acceptabile ⁊c̃ Frange eſurien — Laudes.
ti panem ⁊c̃ Antiphone laudu et ipſiſmet pſal
mis laudum accipiuntur illi ſcʒ verſus q̃ magis
faciũt ad ꝓpoſitum ieiunij Per horas diei anti
phone ſunt ex euãgelio huius diei Verſus per
oes horas ex pſalmo 90 qui loquitur de tenta
tione chriſti ¶ Introitus miſſe Inuocauit me ⁊ — Introit⁹ miſſe.
ego exaudiam ⁊c̃ ex predicto pſal' 90 ꝓponit
⁊ chriſtum ⁊ populum chriſtianum tam in pñma
generatione eccl'ie q̃ in hoc tempore quadrage
ſime ſeculo renunciante penitente ⁊ diaboli im
pugnatões ſuſtinete Sed ne (in tribulationib⁹
huiuſmodi tangetur) auxilium mie dei inuoca
tem ad fortiter ſuſtinendum ac reſiſtendum cui
deus ipſe pientiſſimus alludens ait Inuocauit
me .ſ. in ſua tribulatione ⁊ ego exaudiam eũ dan
do auxilium gratie eripiam eum a tentatione et
glorificabo eum victoria longitudine dierũ vite
ſue adimplebo eum pro mercede ſui laboris.
Verſus qui habitat in adiutorio ⁊c. eſt pñcipiũ
eiuſdem pſal' confortans ſpem fidelium in diui
no adiutorio Reuera in prima illa generatione
eccl'ie tam chriſtus q̃ diſcipuli ſui viam peniten
tie inchoarunt ieiunarũt/a mũdo ⁊ diabolo mul
tas tentationes paſſi ſunt per quadraginta mẽ
ſes ſed mediante diuino adiutorio eas omnes
fortiter vicerunt et deus glorificauit eos in mul
tis maxime in longa ſucceſſione fidelium vſq; ad
finem ſeculi per quadraginta generatões in po
pulo gentium Vnde confidere debent chriſtiani
in hac quadrageſima dierum ieiunantes ac pe
nitentes quia ſicut ſunt ſocij paſſionũ chriſto et
apoſtolis ita erũt ⁊ ſocij conſolationum Oratio
Deus qui eccleſiam tuam adiuua ⁊c poteſt re — Oratio.
ferri ad chriſtum pro ſuis diſcipulis orantem in
illa quadrageſima menſium et ad prelatum
noſtrum pro ſuis ſubditis deprecante in hac qua
drageſima dierum petitq; pro eis gratiam dei
qua et mũdiciam cordis habeant/⁊ bona opera
exerceat ¶ Epiſtola Hortamur vos ⁊c̃ 2 Cor — Ep'le argu
6 eſt deuotus ſermo vl' chriſti ad diſcipulos in — mentũ.
prima generatione vel moderni prela ti ad fide
les ſubditos in hac quadrageſime obſeruatione
et ad vtrũq; ꝓpoſitum eſt eadem ſententia ſ. de
actibus vere penitẽtie ⁊ religioſe vite Et habet
tres partes Prima eſt generalis exhortatio ad
bonum Scd'a ibi ſed in omnibus exhibeamus
⁊c̃. Eſt ſpecialis ſolicitatio et cautela ad malũ.
Tertia ibi in caſtitate ⁊c̃ eſt ſingularis ꝓuiſio in
exercitio virtutũ. Gñalis doctrina e ꝙ diſcipuli — Prima
vel fideles chriſti recognoſcat gratiã dei ſibi fa= — ps ep'le.
ctam et exerceãt ſe bene in illa ne ſit in eis ocio
ſa ⁊ vacua. Vocat grãm dei tempus ꝑſentie chri=
ſti quo ipſe actualiter pdicabat in terris vel tem
pus quadrageſime noſtre quod ad expiationẽ
peccatorum eſt inſtitutum vtrũq; enim eo ũ eſt
magna dei gratia nam contra iudeos pñmam gra
tiam non recognoſcentes/nec fructuoſe acceptã
tes loquitur chriſtus Luce 19 cõminãdo penas
multiplices Eo ꝙ non cognouerunt tempus
viſitationis ſue .ſ. prime generationis vel qua=
drageſime menſium Contra modernos fideles
ſecunda gratiam ſpernentes ⁊ nolentes ieiuna=
re allegat prelatus Eſaie teſtimoniũ cap 49 tẽ
pore accepto ad obtinendam veniam pctõrum
et gratia virtutum exaudiui te ſi volueris me in
uocare p deuotas orationes in die .ſ. in tempore
ſalutis anime que eſt penitentia humilis adiu
ui te ad vincendam tentationem ſi te volueris
exercere in bono labore alias derelinqua te qua
ſi infirmum inſanabilem Additur gloſa ſup au
toritatem Eſaie Ecce nunc .ſ. in prima genera=
tione eccleſie dicebat chriſtus vel nunc .ſ. in qua
drageſima dicit prelatus noſter eſt tempus ac=
ceptabile .ſ. ad acceptanda miſericordiam a deo
non prebenda beneficij a prelato. Ecce nũc dies
ſalutis aiarum de quo Chriſtus Matthei 4.

Penitētiam agite appropinquabit enim regnū celorum i ſalus animarum Simꝰ ergo in hoc ſacro tpe humiles/ deuoti/ ⁊ nemini dantes ſcādalum i offenſionē p malā vita veſtram vt non vituperetur ab extraneis myniſteriū nr̄m i pdicatio nr̄a tanq̄ infructuoſa ex culpa vr̄a Potius ergo debetis dare bonum exemplum proximis et edificare eos per virtutem veſtram vt inde cognoſcant quam vtilis ⁊ fructuoſa ſit predicatio noſtra Sed quia in moralibꝰ ſermones vniuerſales ſunt minus efficaces veniamus ad ſpecialia q agere debeatis in hoc ſacro tempore ne gratia dei in vacuum recipiatis qꝛ ſicut natura ita ⁊ gratia abhorret vacuum Ergo in oībus actibus noſtris exhibeamus noſmetipſos ſicut dei miniſtros i bonos ſeruos laborantes cum multa patientia tollerando difficultates emergentes in opibꝰ virtuoſis Et pponūtur vobis inprimis nouem opera i bo iola propt deum aggrediendā Primo exhibeatis vos in multa patientia/ in tribulationibꝰ i pſecutionibꝰ maloꝝ tollerandis Secundo in neceſſitatibus i paupertatibus Tertio in anguſtijs i infirmitatibus vel periculis caſualibus Quarto in plagis i flagellis iudicum iniquorum Quinto in carceribus obſcuris ac violentis Sexto in ſeditionibus falſoꝝ teſtium accuſantium et hec mala ab alijs illata. Preter hec ſunt alia trīa voluntarie aſſumpta Septimo in laboribus manuū vel alioꝝ membrorum corporis ad proximorū ſubuentionem Octauo in vigilijs ſtudendo ad doctrinam aliorum vel orādo deuote ad deum Nono in ieiunijs ad macerandum corpus proprium De his enim multa predicauit chriſtus ſuis apl̄is vt patet ſepius i euāgelijs multa etiam quotidie pdicat populis fidelibus eccleſie prelati ⁊ doctores vt videre licet in eorum homelijs ⁊ ſermonibus Deinde addūtur ſepte opera virtuoſa in quibꝰ vos exerceatis in hoc ſacro tempore ne labatur vobis ieiunium ſ in caſtitate non ſolum virginali aut viduali ſed etiam coniugali itaq̄ abſtineatis etiā a proprijs vxoribus In ſcientia agendoꝝ itaq̄ legatis vł audiatis ea q̄ ſūt vobis neceſſaria ad ſalutē In longanimitate i longa ipe miſericordie dei de venia peccatorū ⁊ de adiutorio gratie ſue In ſuauitate i ſuaui meditatione myſteriorum dei in ſpiritu ſancto i deuoto In charitate i elemoſina nō ficta ppter inanem gloriam ſed vera propter amorem dei ⁊ proximi In verbo veritatis i in predicatione fidei que e diuina veritas In virtute dei i in conuerſione peccatorum que fit ſola virtute dei licet cooperetur ad eam humana induſtria Hec enim ſunt arma iuſticie i virtutis cōtra tentationes demonum ſiue a dextris i in pſperitate ſiue a ſiniſtris i in aduerſitate que ſi clarius vellꝰ explicari dicimꝰ q̄ he virtutes ſūt arma ad vtramq̄ fortunam ſiue per gloriam i honorem mundi ſiue per ignobilitatem i dehonoratione trahamur ſiue per infamiam qua iudicemur ſeducto es ſiue per bonam famam qua reputemur veraces Simus enim quaſi ignoti apud homines qui varie iudicant de nobis ex quo ſumꝰ cogniti apud deum et ſanctos angelos eius ſimus quaſi morientes i mortui ⁊ deſpecti mūdo ex quo ecce viuimꝰ deo ſimꝰ vt caſtigati i afflicti a deo ſed non mortificati i exterminati ⁊ perditi ab eo vt putant mundani quia hoc cedit ad vtilitatem ⁊ gloriam noſtram ſimus quaſi triſtes i miſeria poſiti licet reuera ſimus ſemper gaudentes quaſi egentes i pauperes ⁊ nihil boni habentes in mundo cum tamen ſimus i deo omnia bona mundi poſſidentes/et multos proximos locupletantes ex noſtra habundantia Hec oīa opera exercebant apoſtoli ⁊ alij diſcipuli chriſti in tempore prime generationis et eadem faciunt deuoti fideles in hoc ſacro tempore quadrageſimalis obſeruationis ⁊c. Cantus graduālis Angelis ſuis mandauit ⁊c. ex pſalmo 90 conſolatur fideles de protectione diuina in ſuis laboribꝰ ad quos epl̄a inuitabaꝰ eos quia ſicut hec pphetia ad litteram attribuit chriſto vel eo cuſtodiam vel potius obſequium angelorum ita ſpiritualiter eſt verificata de chriſto myſtico i de populo chriſtiano tam in prima eccl̄ie generatione q̄ in tempore quadrageſime nr̄e. Tractus Qui habitat in adiutorio ⁊c. ex eodē pſalmo etiam eſt vox palam amplius ⁊ prolixiꝰ certificantis populum de adiutorio dei ad vincendas tentationes diaboli quas diſtinguit quadrifariā i duas leues ⁊ totidem graues Item leuiū q̄dā eſt occulta q dicitur timor nocturnus alia e manifeſta q̄ dr̄ ſagitta uolans p diem ſimilis e diſtinctio grauium tentationū nam occulta e negotium perambulans in tenebris apperta eſt demonium meridianū. Exempla iſtarum tentationum habentur in euangelio que tamē ad tres reducuntur nam diabolus tentans chriſtum a leuioribꝰ incepit ⁊ ad grauiora peruenit. Euangelium Ductus eſt ieſus in deſertum ⁊c. Math. 4 licet hiſtoriam referat ieiunij chriſti ⁊ ſuarum tentationum tamen intentio plani hoc officium inſtituentis fuit duplex vt alias ſepe diximus prima hiſtorialis de qualitate prime generationis eccl̄ie mari ne qui initum ad quadraginta menſes eius vltimos alter i moralis de eruditione ppl̄i fidelis quadraginta hos dies ieiunatis Suppoſita ergo litterali expoſitione de chriſto ſecundū quam euangeliū habet tres partes manifeſtas de tribus tentationibꝰ diaboli contra chriſtum Secunda ibi tunc aſſumpſit eū diabolus Tertia ibi iterum aſſumpſit eū diabolus Ad ſenſū hiſtoricum de chriſto myſtico in prima illa generatione dicimus q̄ in illo tempore ductus eſt ieſus i populus fidelis apoſtolorum ⁊ aliorum diſcipulorum chriſti deſiderans ſalutem ſuarū aīarum ductus eſt in deſertum vite apoſtolice que omnibus bonis mundanis deſerta vel paupertas erat contenta ſolis bonis ſpiritualibus. ideo dicitur ductus ille populus a ſpirituſancto in deſertum ſed non niſi ad laborandum in operibꝰ virtutū/⁊ ad reſiſtendum tentationibus diaboli qui talem vitam degentes vndiq̄ perſequitur ⁊

Secunda pars epiſtole

Graduale.

Tractus.

Tertia pars epiſtole.

Euangelii argumentum

Prima pars euangelij.

tentat ex permiſſiõe diuina ad eorum probatio-
nem ꝛ ꝑfectũ. Et cum ieiunaſſet a delectationi-
bus mundi ſequẽs chriſtum in magna pauper
tate ꝛ labore quadraginta diebus et noctibus i
quadraginta illis menſibus predicationis chri-
ſti in quibus aliquando honorabantur a bonis
quod eſt dies. aliquando irridebantur a malis
quod eſt nox poſtea appropinquante iam die
paſſionis chꝛiſti populus ille eſurijt i deſidera-
uit habere ſuum magiſtrum ꝑſentem qui panis
de celo ſatiaret eos ſua conſolatione Dicebat n
Petrus in perſona omnium domine ad quem
ibimus niſi ad te verba vite eterne habes Joan
nis 6 Quare diabolus videns hanc eius eſurie
et accedens ad tentandum eum dixit ei Si filiꝰ
dei es per adoptionem et magnam familiarita
tem ad chriſtum dic magiſtro tuo vt lapides iſti
i. duri labores paſſionis ſue fiant panes conſo
lationis ꝛ molleſcant q. d. perſuade ei vt habeat
compaſſionem ſui ꝛ veſtri euitetq; ſi poteſt hãc
duram paſſionem vt diutius viuat et vobiſcum
maneat De hac tentatiõe extat autoritas Mat
thei 16 vbi poſtq̃ chriſtus ſuam paſſionem diſci
pulis ſuis reuelauit aſſumpſit eum Petrus di
cens Abſit domine non erit tibi hoc ⁊c̃ Sed ꝙ
hec perſuaſio fuerit ex diaboli inſtigatione patet
ex reſponſiõe chriſti qua dixit Petro vade poſt
me Sathana ſcandalũ mihi es nõ ſapis q̃ dei
ſunt ſed q̃ hominũ i mundanorum. Hec ergo ẽ
reſpõſio ad primam tentationem diaboli qua fi
delium populum tentauit vt perturbaret paſſio
nem chriſti valde eis neceſſariam Reſpondit n
chriſtus pro ſua eccleſia dicẽs ſcriptũ ẽ Deutero
8 Non i ſolo pane mũdane conſolationis viuit
homo fidelis ſed potius in omni verbo i opere
quod procedit de ore dei predeſtinantis ſanctos
ad gloriam per quedam media valde congruen
tia inter q̃ maxime fuit neceſſaria paſſio chriſti
ab eterno predeſtinata a deo et per ora prophe
tarum ex tempore figurata ac prenunciata hãc
dei ordinationem neſciebant demones neq; mũ
dani homines ideo bene dictum eſt Petro nõ
ſapis que dei ſunt ſed que hominum ⁊c̃ Simi
lem tentationem fecit diabolus omnibus diſci
pulis ſimul quando Joannis 11 dixerũt chriſto
Rabi nunc iudei te volebant lapidare ꝛ iterum
vadis in Judeam? et dñs reſpondens ait None
duodecim ſunt hore diei i diſcipuli chriſti princi
pales et conueniens eſt vt ipſi ſequantur eum in
paſſione potius q̃ ille eos in carnali affectione

Secunda pars euangelij

quia non in ſolo pane viuit homo ⁊c Secunda
tentatio populi chriſtiani a diabolo fuit in ipſa
nocte paſſionis quando omnes diſcipuli ſcanda
lum paſſi ſunt vt fidem et chriſtum negarent di
cente eis dño Luce 22 Simon Sathan expetiui-
uit vos vt cribraret ſicut triticum ego autem pro
te rogaui vt non deficiat fides tua et tu aliquan
do conuerſus confirma fratres tuos Tuc ergo
aſſumſit eum i chriſtum myſticum diabolus in
ſanctam ciuitatẽ Hieruſalem ꝛ ſtatuit eum ſu
pra pinnaculum templi i in poteſtatem põtificũ
et ſacerdotũ tẽpli et dixit ei Si filius dei es mo
do expoſito mitte te deorſum ab altitudine fidei
chriſti vel a ꝑfectione vite apoſtolice q̃ ſequeba
tis i ſchola chriſti q. d. ex quo magiſter veſter ita
miſerabiliter patitur imo miſerabiliꝰ q̃ alij ho-
mines cõiter non eſt veriſimile ꝙ ipſe ſit rex et
meſſias in lege promiſſus vnde nec curare de
betis conſilia eius euãgelica de paupertate apo
ſtolica Scriptum eſt enim in lege Moyſi quia
deus angelis ſuis i prelatis ꝛ ſacerdotibus tem
pli mandauit de te vt doceant te rectam fidem
et in manibus ſue gubernationis ſcd̃m vita com
munem tollent te ne forte offendas ad lapidem
i. contra verum meſſiam adhuc venturum pedem
affectionis tue. Hanc tẽtationem paſſi erant illi
duo diſcipuli Jeſu de quibꝰ dr̃ Luce vltimo ꝙ
ibant in caſtellum Emaus dicetes nos ſperaba
mus ꝙ ipſe eſſet redempturus iſrael ⁊c̃ q. d. iam
hoc nõ credimꝰ de eo ex q ita miſabiliter mortuꝰ
eſt Sꝫ Jeſus myſticꝰ illuminatꝰ p reſurrectione
chriſti veri ridens diabolo ait illi Scriptum eſt
Deut 6 Nõ tẽtabis dñm deũ tuum querẽdo ab
eo alia miracula vel probationes de aduẽtu ve
ri meſſie preter ea q̃ nos vidimus et audiuimus
a magiſtro noſtro Unde repreheñd ſ Thomas
qui experientiam voluit habere p tactũ Joan
20 reprehenduntur etiã illi duo diſcipuli Luce
vltimo O ſtulti ꝛ tardi ad credendum ⁊c et pro
pterea hec miracula ꝛ verba chriſti in euãgelijs
ſcripta ſunt (Ait Joannes ibidem) vt credans ꝙ
ille Jeſus eſt filius dei patriarchis et prophe-
tis promiſſus ꝛ ſic credẽtes vitam gratie dei ha
beatis ⁊c et beati qui non viderunt illa miracu
la ꝛ crediderunt quod eſt nõ tentare deũ Tertia
tentatio eccl̃ie fuit poſt paſſionẽ ꝛ reſurrectionẽ  *Tertia pars euangelij*
chriſti quando iterum aſſumpſit populũ fidele
diabolus in montem excelſum valde i in elatio
nem aut extollentiam ſuperbie ac mũdane glo
rie et oſtendit ei omnia regna mũdi i oẽs alios
homines in mundo diuites et glorioſos preter
diſcipulos chriſti pauperes ꝛ deiectos et oſten-
dit omnem gloriã eoꝝ qua fruebantur delicijs
diuicijs ꝛ honoribus huius mundi et dixit illi
diabolus tentans eum Hec omnia bona mũdi
quibus alij homines abundant dabo tibi ſi ca-
dens ab altitudine vite apoſtolice ꝛ paupertatis
euãgelice adoraueris me p auariciam q̃ eſt ydo-
lorum ſeruitus Ephe 5 aut per gulam ꝛ luxu-
riam ſicut faciunt illi quorum deus venter eſt
Phil 3 De hac tentatione habetur Actuum 5
de Anania ꝛ Saphira ꝛ actuũ 4. de Simone ꝙ
voluit pecunia emere ſpũm ſanctum et de Nico
lao diacono hereticante Horum enim pene alij
fideles animis omni reſtiterũt tentationi ꝛ Petrus
voce omnium reſpõdens ait vade i recede a me
ſathana pecunia tua ſit tecum in perditionem
Scriptũ eſt enim Deut 6 Dominum deum tuũ
adorabis per opera virtutum theologicarũ ꝛ il-
li ſoli ſeruies tanq̃ ſupremo domino non mun-
do aut bonis eius Tũc ſuperatis illis tribus ten-
tationibus a magna parte fidelium ꝑme genus

rationis eccleſie reliquit eum i populū chriſtia-
norum diabolus non quidem omnino et ſimpli
citer ſed ſicut alius euangeliſta dicit vſq ad cer
tum tempus nam tpore apoſtolorum non aude-
bat diabolus ita aperte fideles tentare ſicut au-
debit circa finem mundi quando iterum ſoluet
Sathanas de carcere ſuo ⁊c. Apoc. 20 et ſic fuga
to diabolo acceſſerunt angeli i ſacerdotes iudeo
rum et miniſtrabant ei i populo chriſtiano/ di
citur in Actuum 5 q multa turba ſacerdotū obe
diebat fidei ⁊ p conſequens populo fideli Pa
tet ergo q in preſenti euangelio breuiter oſtēdit
ſtatus chriſtianorum in prima generatiōe eccle
nam ieiunium chriſti ſignificat vitam illam apo
ſtolicam pauperrimā tentationes diaboli deno-
tat difficultates q ſe offerebant fidelibus in vi
ta illa prima vt impediret paſſione chriſti Se-
cunda vt dimitteret eius fidem ⁊ doctrinam Ter
tia vt appeterent bona temporalia q prius pro-
pter deum contempſerat Poteſt dici q in qua-
drageſima generationū deſerti gentilium fue-
runt iſte tres tentationes Prima fuit dura pſe-
cutio martyrum Secunda hereticorum ex ina-
ni gloria Tertia mundanorum ex auaricia Ter
tio dici poteſt de tempore antichriſti q tunc erūt
tres iſte tentationes ⁊c. Moraliter autē p mo
Moraliter dernis fidelibus quadrageſimam ieiunantibus
dicimus q quilibet eorum eſt ieſus quia inten-
dit animam ſuam ſaluare a peccatis ⁊ ab infe-
ris ieiunat quadraginta diebus ad imitatione
chriſti/ Helie/ ⁊ Moyſi vt conſtet tale ieiunium
eſſe approbatum in lege nature/ ſcripture/ ⁊ gra
tie eſſe etiam conueniens cauſe ſue inſtitutiōis
ſ ad ſoluendum deo decimā āni que e 36 dies
q reſtant demptis ſex dominicis a 42 diebus
quadrageſime predicte et ad purificandū aiam
a peccatis q commiſimus contra decem pcepta
dei et inclinatione corrupta quattuor humorū
noſtri corporis vnde quia quaterdecies peccaui
mus quadraginta diebus ieiunamus Eſurit fi
delis bene ieiunans ſaluationem ſuam ⁊ grām
dei ſed antiquus ſerpens qui eſt diabolus natu
re humane inimicus inuidens ei ⁊ inſidians bo
nis operibus eius vt pereant accedit ad tentan
dum ipſum pmittente hoc deo propter exercitiū
ſue virtutis Eccleſi 2 Fili accedes ad ſeruitutem
dei ſta in timore ⁊ ppara animam tuam ad ten-
tationem Sed illa tentatio non facit hoiem mi
nus acceptū deo nam chriſtus voluit ieiunare ⁊
tentari illico poſt baptiſmum in quo vidit celos
apertos ⁊ vocatus eſt filius dilectus a pře ſuo
ad ſignificandum q licet homo fidelis tentetur
a diabolo no ppterea eſt minus lotus a pecca-
to/ nec minus dignus celo/ neq minus filius a
deo dilectus Tētat autem diabolus ieiunantem
pmo de gula reducens ad memoriam delicias
ciborum preteritorum in feſtis natalibus i carniſpriuio et
inſtar eorū qui in deſerto dicebant Numeri 11
melius erat nobis cum eſſemus in Egypto i in
peccato ſedebamus ſup ollas carnium ⁊c Et ſi nō
poteſt eum ſic vincere tentat ſecundo de vana
gloria ex bonis operibus que facit in 40 eo mo-
do quo phariſeus dicebat Luce 14 Gratias ago
tibi domine quia non ſum ſicut ceteri ⁊c Et ſi
neq per vanam gloriam eū poteſt vincere ten-
tat eum tertio de auaricia vt pro ſuo ieiunio et a-
liis virtutibus optet a deo remunerari in bonis
huius ſeculi iuxta illud Eſa 1 Si precepta mea
cuſtodieritis bona terre comedetis Procedit n
diabolus tentans hominem a leuioribus pecca
tis ⁊ paulatim pcedit ad grauiora quouſq ſi poſ-
ſit inducat hominē ad deſperationem q eſt gra-
uiſſimum peccatum vt patuit in tentatione Job
1 nam primo tentauit eū de auaricia in ablatiōe
bonorum Secundo de carnali affectione in oc-
ciſione filiorum Tertio de impatientia in vulne-
ratiōe corporis Quarto de deſperatione in rep
henſione amicorum Sed ſicut chriſtus vel Job
vicit diaboli tentationes reſpondendo ſapienter/
reſiſtendo fortiter/ pmanendo in bono virtutis p
ſeueranter ita qlibet fidelis debet conari in ſuis
tentationibus vt reſpondeat ſapienter per auto
ritates ſacre ſcripture nam ſi tentatur de ſuper
bia alleget illud Eccleſi 10 quid ſuperbis terra
et cinis Si de auaricia illō 1 Timo 6 qui volūt
diuites fieri incidūt in laqos diaboli Si de lu-
xuria illud Philipen 4 Caro ⁊ ſanguis vitam
eternam non poſſidebunt Si de gula illō Ephe
5 Non eſt regnum dei eſca ⁊ potus ⁊c Ita Job
primam tentationem vicit allegādo pauperem
natiuitatem dicens nudus egreſſus ſum ⁊c Se
cunda commemorando dei liberalitatem dicēs
dominus dedit dominus abſtulit Tertiam at-
tendendo paternam dilectionem ſi bona inquit
ſuſcepimus de manu domini ⁊c Quartam repe
tendo ſuam bonam actionem dicēs oculus fui
ceco/ pes claudo ⁊c Si autem ſic vicerit homo
tentationem diaboli reſiſtendo ei fugiet ⁊ relin-
quet hoiem Jacobi 1 Reſiſtite diabolo ⁊ fugiet
a vobis Et accedēt āgeli et miniſtrabūt ei ꝯſo-
latione diuinā/ et plantabunt ſuas virtutes deo
et fauebunt ei vt proficiat ad maiora bona ⁊c
Offertorium Scapulis ſuis ⁊c ex eodē pſal Offertorium
90 ad vtrumq ſtatum chriſtiani populi eundem
ſenſum habet na apoſtoli et diſcipuli chriſti ſub
eius ptectione poſiti non potuerunt vinci a de
mone tentante ſimiliter neq fideles deuoti q-
drageſima nunc ieiunantes Oratio ſecreta Sa-
crificium quadrageſimalis ⁊c petit acceptari a
deo ſacrificium altaris vt eius virtute ieiunātes
poſſint bene abſtinere a peccatis ſicut abſtinēt
a cibis carnalibus Communio Sup aſpidē Com
⁊ baſiliſcum ⁊c promittitur fidelibus victoria cō
tra tentationes diaboli ſignificati per illa quat-
tuor animalia peſtifera Ultima oratio Tui nos
domine ſacramenti ⁊c effectum euchariſtie ap-
plicat ieiunātibus vt a vetuſtate peccatorum pur
gentur et nouitate gratie ſalutaris ſuper induan
tur quatenus tranſire valeant in conſortium btorum

## Capitulum vigeſimum

ſeptimū de feria ſcda prime hebdomadis qua-

drageſime ad ſecundam eccleſie generationem
pertinente ac penitentiale iudicū confeſſorum
deſcribente

Argumē tū officij.



Eccleſie chriſtia
ne ſecunda genatio fuit ſub
pontificatu apoſtoli Petri
imperātib9 tūc Rome Gayo
Claudio ⁊ Nerone qui pri-
mam perſecutione exercuit
ꝯtra chriſtianos in qua prin
cipes apoſtolorum Petrus ⁊ Paulus paſſi ſūt
Et correſpondet generationi Jude filij Jacob
in veteri lege Nam ſicut Judas ex nuru ſua ge
minos fecit Gen. 34 ſic Petrus in Anthio
chia inter fideles geminꝰ fuit ac ſubinde a Pau
lo reprehēſus Gal 2 Et ſicut ille in Egypto ꝓ
patre ſuo in vinculis manſit Gen. 43 ita iſte
pro magiſtro ſuo chriſto in Judea in carcere vin
culatus fuit Actuum 12 vterqꝫ eorum a ſuis
vinculis mirabiliter ⁊ honorifice liberatus eſt Et
ſicut Judas licet priꝰ peccator quia fratre ven
didit in fine a patre ſuo plus ceteris filijs bene-
dicitur Gen. 49 ita Petrus licet prius pec-
cauerit magiſtrū negans in fine plus ceteris a-
poſtolis ab eo hono atur ⁊ maiori poteſtate ſub
limatur Joānis 21 Et ſicut ex tribu Juda (cuius
regni caput fuit Jeruſalem) ꝓmiſſus et natus e
chriſtus ita ⁊ ex tribu Petri (cuius pontificatus
caput eſt Roma ſeu latina eccleſia) ortus eſt po
pulus chriſtianus Nā eccleſia greca ⁊ alie orien
tales potius ad regnum iſrael in Samaria per
tinere videntur in ꝯcordia vtriuſqꝫ populi Et ſi
cut benedictiones Jude non fuerunt complete
in diebus ſuis ſed tempore Dauid regis ⁊ alio-
rum ſequentium ita preeminentia apoſtoli Pe
tri et ſedis ſue ſuper alias non multum appa
ruit in diebus ſuis ſed poſtea tēpore pape Sil-
ueſtri et alio um ſequentium Sunt ⁊ alie plures
concordie au' ſimilitudines inter eos de quibus
in expoſitio' euāgelij dicemus Ad hanc ergo
generationem eccleſie ſecundam referendo offi

Introitꝰ miſſe.

cium miſſe hodierne Introitus Sicut oculi ſer
uorum ⁊c. ex pſal' 122 introducit populum fide
lem illius temporis ſuſpirantem ad deum poſt
diem aſcenſionis chriſti in celum Remanſerunt
enim fideles tunc quaſi orfani expectantes ta-
men aduentum ſpiritusſancti cololantes ⁊ hac
dei miſericordiam implorates dicunt ſicut ocu
li ſeruorum reſpiciunt in manus dominorum vt
recipiant conſolationem ab eis ita oculi noſtri
ad dominum deum noſtru chriſtum reſpiciunt ex
pectantes donec miſereatur noſtri in aduētu ſpi
ritusſancti Verſus Ad te leuaui ⁊c. eſt princi
pium eiuſdem pſalmi quo populus dicit ſe to
tum ſuſpenſum ad celum vbi iam reſidebat chri
ſtus qui promiſerat eis ſpiritumſanctum Po
teſt idem introitū eſſe vox populi fidelis nunc
ieiunantis ⁊ penitentis atqꝫ tentationes diaboli
ſuſtinentis ad imitationem chriſti petit ergo ab
eo grām bene ſe habendi in ꝑdictis ſicut ipſe be

ne ſe habuit in eis nam ipſum ſequuntur ⁊ in ip
ſum reſpiciunt ſicut ſerui dominū ſuum Ad hoc

Oratio.

propoſitum ſequitur oratio Conuerte nos deus
⁊c. petens vt ipſe chriſtus ſit nobis ſalutaris i
ſaluator ſeu liberator a tentationibus diaboli
tum per gratiam interius confortantem tū etiā
per doctrinam eccleſie exterius perſuadentem

Eple argumentū.

Epiſtola Ecce ego ipſe requiram ⁊c. Ezech
34 eſt doctrina prelati eccleſie ſiue in ſecunda
generatione ſiue in hoc ſacro tempore quadra-
geſime qua fideles conſolatur ex parte dei qꝛ ſu
pradict im petitionem exaudiet et adiutoriū co-
cedet et hoc quantu ad tria Primū eſt ouiū diſp
ſarū reductio Scdm ibi ⁊ paſcam eas ⁊c. eſt re-
ductarum paſturatio Tertium ibi quod pere-

Prima ps eple.

rat ⁊c. paſtarum ouium reformatio Quia enim
chriſtus Petrum benedicens ſicut Jacob Ju
dam dixerat et Joannis 21 Paſce oues meas
ideo ipſe Petrus fidelibus ſue generatiōis ſub
enigmate paſtoris et ouium alloquitur dicens
Hec dicit dominus deus magiſter noſter chriſtꝰ
ecce attendite quia ego ipſe requira oues meas
per mundum diſperſas ⁊ viſitabo eas per gra-
tiam meam ⁊c. remanſerant enim diſcipuli chri
ſti ex paſſione ſua adeo ſcandalizati qꝛ diſperſi
erant pre timore Similiter iudei quibus erat
promiſſa redemptio futura per chriſtum erāt di-
ſperſi inter gentes quaſi perdita iam fide. Ideo
ſcribens ad eos apoſtolus Petrus ait 1 Petri
2 Eratis enim ſicut oues errantes nunc autem
conuerſi eſtis ad paſtorem animarum veſtrarū
⁊c. Viſitauit enim diſcipulos chriſtus et congre
gauit diſperſos per aduentum ſpiritusſancti ad
eos qui confortauit ⁊ corroborauit eos grā ſua/⁊
fecit ad modū boni paſtoris quaſicut viſitat paſtor
gregē ſuū ⁊c. ſic viſitabo oues meas etia iudeos
diſperſos inter gentiles ⁊ liberabo eas de oib9
locis in quib9 fuerāt diſperſe ⁊c. et reducam eas
in terram ſuam i eis ꝓmiſſam a deo que eſt nō
terra Canaan ſed eccleſia catholica In illa eni
ſecunda eccleſie generatione Petrus apoſtolus
ex mandato dei principaliter intendebat con-
uerſioni iudeorum quorū erat apoſtolus ⁊ ma
xime eorum qui diſperſi erant ꝑ mundum inter
gentes ad quos etiam ⁊ non ad eos qui erat in

Scda pars eple.

Judea ſuas eplas direxit Petrus inquit' apo
ſtolus ieſu chriſti electis fratribus diſperſionis
Ponti Galatie ⁊c. Reductis autem ouibus ad
eccleſiam chriſti addit et paſcam eas in monti
bus iſrael i in apoſtolis excellentibus in iuris
doctrine ſue et in cunctis ſedibus epiſcopali
bus terre in paſcuis vberrimis ſacramentorum
paſcam eas et in montibus excelſis doctorum
erunt paſcue earum ibi requieſcent i in eccleſia
chriſti in herbis virentibus ſanctarum ſcriptu
rarum et in paſcuis pinguibus p' ſicat oniū paſ-
ſcentur ſuper montes iſrael i prelatos eccle ego

Tertia pars eple.

paſcha oues meas modis pdictis ⁊ accubare eas
facia inquiete contemplatiōis ac deuote orōnis Sic
de paſtis gregibus fidelium ꝑ doctrinam addit
reformatio quoad vitam ſanctam qd perierat ex

greye

grege meo a beſtijs i fideles q̄ fidem iam ꝑdide
rant ego requiram vt reuiuiſcant/quod abiectū
fuerat a grege tanq̄ǯ inutile vt gentiles ego re-
ducam ad ouile meum et qđ cōfractū fuerat ca-
ptiuitate ego alligabo ad ſanadū vulnera eius.
et quod infirmū fuerat in fide ⁊ lege dei vt iu-
deos terre ꝓ miſſionis ego cōſolidabo ꝑ grām
ſpūſancti ⁊ quod pingue deuotiōe ⁊ forte in fi
de vt apoſtolos chriſti ego cuſtodiam eos cōfir-
mando in grā et paſcam illas oues meas in iu
dicio ⁊ iuſticia i iuſto iudicio p̄latorum meorū
q̄ bene ⁊ iuſte populum meū gubernabunt dicit
dns oīpotēs i affirmat hec oīa dicta ſua eſſe ve-
riſſima Si autē ep̄la ad p̄latum ⁊ fideles huius
tꝑoris referatur plana eſt intelligētia q꞉ in hac
ſacra q̄drageſima p̄latus reqrit oues ſuas alias
diſperſas ꝑ varia peccata ⁊ vult paſcere eas ſpe
ciali quadā diligētia ſermonū/lectionū/ſacramē
to ū maxime in ſacramēto penitēcie vult ꝑditos
reqrere/abiectos reducere/cōfractos ſolidare ⁊c̄
vt paſcat oues ſuas in illo ſecreto foro aut iudi-
Gradua'e cio confeſſionis ⁊c ¶ Cantus gradualis Pro-
tector noſter aſpice ⁊c̄ pſalmo 83 quod in epi-
ſtola promiſit bonus paſtor hoc petit fidelis po
pulus ſibi fieri Verſus Domine deus virtu-
tum ⁊c̄ ex eodē pſal perſuadet petitionem ex-
audiri Tractus vt ſupra in feria quinta licet ali
qui ponant tractum de euangelio ſ Venite be
Euange nedicti ⁊c ¶ Euangelium Cum venerit filius
lu ar ju hominis ⁊c Matthei 25 non intendit hic tra-
mentum. ctare materiā de iudicio illo vniuerſali omniū
hominū in fine ſeculoꝝ vt multi predicatores ex
ponunt in ſermonarijs ſuis q꞉ licet in contextu
Matthei ille ſit ſenſus litteralis huius euange
lij ~ faciat ad ꝓpoſitum ſecunde dominice adue
tus t̄ m̄ p̄res qui hoc officiū ediderūt ad aliud
ꝓpoſitum aliūq̧ ſenſum hic ipſum adduxerunt
i ad declaranda miſteria ſecunde generationis
eccl'ie hiſtorialiter ⁊ ad ꝯfirmandā ſacerdotū iu
riſdictionē in foro penitē moraliter Ad ſenſū er-
go hiſtorialem euangelium habet tres ptes Pri-
ma eſt iudicij ordinatio Secunda ibi tunc dicet
rex ⁊c fidelium et iuſtorum approbatio Tertia
ibi tunc dicet et his ⁊c̄ infidelium ⁊ peccatorum
P'ima reprobatio In illo ergo tempore ſecunde ge-
pars eu'i nerationis quo apoſtolus Petrus erat ſum-
gelij. mus pontifex ⁊ vicarius generalis chriſti in po
pulo dei dixit dominus ieſus i reuelauit mi-
ſterium diſcipulis ſuis chriſtianis Sicut n̄ in ge-
neratione ſecunda veteris legis que fuit Iudas
filius Iacobi populus Hebreorum fauore Io-
ſeph fuit ſublimatus in Egypto, et quaſi iudex
factus ſuper omnes gentes illius regni atq̧ o-
pera miſericordie exercuit in proximos prebēn
do alimenta neceſſaria in tempore famis ita
etiam in hac ſcđa generatione eccl'ie ꝑpl's chriſtian'
fuit ſublimat' in gentilitate poſito btō Petro in
ſede aut cathedra iudicij maxime in Anthiochia
⁊ Aſia vbi Ioānes apl's qui diximus cōriſidere
Ioſeph reſidebat et in magno precio habeba-
tur ait ergo dominus fidelibus cum venerit a
Iudea in Anthiochiam filius hoīs chriſti apl's
Petrus in maieſtate ſua papalis dignitatis et
oēs angeli eius i. diſcipuli ⁊ plati minores cū eo:
tunc ſedebit ſup ſedem maieſtatis ſue.ſ papalis
honorifice poſitus in ea a populis gentiliū. Hoc
primo factū eſt Anthiochie qndo baptizato p̄n-
cipe ⁊ toto fere populo illo Petrus apl's hono-
rifice ſublimatus eſt in cathedra vt doctor ⁊ pa-
ſtor fidelium/⁊ ſedit in ea ibidem annis ſeptem
De q̄ Petri ⁊ ppl'i chriſtiani ſublimatione agit
feſtū ſolemne ab eccleſia in die 22 Februarij
⁊ ſepius accidit in hac ſecunda feria vel prope
eam deinde idem apoſtolus mutauit ſedem
ſuam in vrbem Romam que erat caput totius
mundi ⁊ ſedit ibi 25 fere annis vſq̧ ad tranſi-
tum eius in paradiſum de quo feſtum agitur
penultimo die Iunij ⁊ ſic impletū eſt illud pſal'
108 Exaltent eum in eccl'ia plebis gentilice et
in cathedra ſenioꝝ i iudicum ⁊ prelatoꝝ laudēt
eum i honorent Sed q꞉ parum prodeſſet exalta
ri iudice in cathedram niſi exerceret iuriſdictio-
nem in aliquos Ideo ſequitur ⁊ congregabunt
ante eum tanq̄ǯ iudicem ſupremū in terris om-
nes gentes ſaltem quoad principes ſuos ad fi-
dem conuerſos vt Anthiochie eſt nam ibi facta
diuiſio ſuper obſeruatione legaliū de qua Act.
15 et per determinatione apoſtolorum ſeparati
ſunt catholici ab hereticis Vel poteſt dici q̄ āte
eum cōgregabuntur omnes gentes opera Pe
tri admirantes vt patuit Rome vbi magna vir
tute Simonē magum deuicit et proſtrauit corā
omnibus quo miraculo viſo facta eſt diuiſio in
populo Romano imo ⁊ in toto mundo alijs cre
dentibus ⁊ Petrum honorantibus alijs e con-
tra eum perſequentibus vſq̧ ad mortem ideo
dicitur et ſeparabit eos ſcilicet gentiles ab inui
cem ſicut paſtor ſeparat oues ab hedis Item
ſuper illud Matthei 10 Non veni pacem mit-
tere in terram ſed gladium i diuiſionem ⁊c
dicit Hieronymus declarat quid ſequatur ad
predicationem apoſtolorum totus orbis con-
tra ſeipſum diuiſus eſt vnaqueq̧ domus infide
les habuit et credentes et propterea bellum miſ-
ſum eſt bonum vt rumperetur pax mala ⁊c̄ Vo
cat fideles oues propter humilitatem et inno-
centiam ſuam infideles hedos propter fetorem
et immundiciam ydolatrie et ſtatuet quidem o-
ues a dextris hedos a ſiniſtris Religio enim
chriſtiana et virtuoſa vita dextera eſt ſicut ſu-
perſtitio ydolatrica et vitioſa vita eſt ſiniſtra vel
honor ſeculi ac iuriſdictio dextera e ſicut ſubie-
ctio eſt ſiniſtra fidelibus ergo merito ſue hu-
militatis dedit deus honorem imperij Roma-
ni relictis infidelibus in ſubiectione Ecce quo-
modo deus collocauit Petrum et omnes ſuos
ſucceſſores Romanos pontifices in ſede maie-
ſtatis ⁊ dedit eis iuriſdictionē ⁊ autoritatem iudi
ciariam ſuper omnes gētes et hec poteſtas licet
data fuerit ei in prima generatione eccl'ie tamen
nō apparuit vſq̧ ad ſecūdā generationē q̄ndo Pe
tr' Anthiochie p̄mo/ ⁊ deīde Rome i cathedrā

Secũda ps euangelij. fuit ſublimatus a fidelibꝰ ex gẽtilitate cõuerſis Ad iudicem vero ptinet bonos premiare ꝓ ſuis meritis/ ꝛ malos punire pro ſuis delictis Ideo tunc quando iam ſtatuta eſt ſedes apoſtolica iudiciaria dicet rex .i. princeps ꝛ rector populi chriſtiani Petrus his qui a dextris eius erunt boni fideles venite bñdicti .i. ad recipiendam bñdictionem magne patriarche Abrahe ꝓmiſſam in ſemine inquit tuo .i. in chriſto bñdicentur oẽs gẽtes/ et ſicut ſtelle celi ſic erit ſemen tuũ .i. celeſte ꝛ ſpirituale Quare gẽtiles .i. chriſto renati effecti ſũt filij et ſemen Abrahe heredes facti fidei eiꝰ poſſidete inquit Petrus regnum eccleſie dei vobis paratum ex diuina predeſtinatione ab origine mũdi qꝛ extũc cepit deꝰ in Abel ꝛ i alijs ſanctis patribus ꝑfigurare chriſtum ꝛ paſſionẽ eiꝰ In quo ſemine Abrahe benedicende erant omnes gentes Galat 3 De hac regni chriſti preparatione a conſtitutione mũdi ait apl's Apoc 13 ꝙ agnus ille dei occiſus eſt .i. figuraliter ab origine mũdi .i. Abel ꝛc̃ Uel aliter poſſidete regnũ ꝛ regite bene eccl'iam dei vos fideles ex gentilitate qꝛ a conſtitutione huiꝰ mundi noui dictum ẽ a chriſto iudeorum incredulitatem exprobrante Matthei 21 Auferetur a vobis regnũ dei .i. regimen eccleſie/ ꝛ dabitur gentibus ꝛc̃ et ſic regite hoc regnũ chriſti vt dirigatis bene fideles ſuos ad poſſidendũ regnũ celeſte Modus autẽ boni regiminis eccleſie dei conſiſtit in exercitio operum miſericordie cũ ꝓximis propter honorẽ dei de quibꝰ dicitur eſuriui ꝛ dediſtis ꝛc̃ et numerantur ſex opera miſericordie corpalia per que etiã ſubintelligi debent opera miſericordie ſpiritualia maxime ꝑdicatio fidei ꝛ miniſtratio ſacramẽtorum eccl'ie in qbus fideles chriſti ſe exercebãt

Tertia ps euangelij. frequẽter .i. ſcd'a gñatione eccleſie vt patet Act 6 Quo ↄtra ifideles maxime iudei ſiniſtra opa crudelitatis in proximos exercebant qd' reputatum eſt eis in offenſam dei ac ſi ipſum deũ pſonaliter pſecuti fuiſſent vnde ꝛ Saulo dixit chriſtus Actuũ 9 Quid me perſequeris ꝛc̃ quare nimirum ſententia dei cecidit ſuper eos ite (inquit) maledicti ꝛc̃ ꝛ ibunt hi in ſupplicium eternũ nõ ſolum poſt hanc vitam in infernũ ſed etiam in hac vita deputati ſunt iudei infideles in captiuitatem eternam .i. a qua nunꝙ liberabũtur iuſto dei iudicio vt ſibi ꝓphetauerat Daniel ca 9 vſqz in ſempiternũ inquit pſeuerabit vaſtitas et deſolatio regni iudeoꝝ ſilis eſt ſentẽtia cõtra ritꝰ ydolatrie gẽtiliũ Juſti aũt .i. fideles chriſtiani ibunt de virtute in virtutẽ ꝓficietes vſqz in vitã eternã nõ ſolũ poſt hãc vitã in padiſum ſed etiã in hac vita ꝓmiſit chriſtꝰ eccl'ie ſue ego vobiſcũ ſum vſqz ad ↄſumationẽ ſeculi Mat vltimo et

Moralitas. Daniel 2 dicitur de regno meſſie ꝙ pſeuerabit ineternũ qd' eſt in vitã eternã ¶Moraliter autẽ exponit hoc euangeliũ de officijs platoꝝ ꝛ ſacerdotũ erga fideles in hac qdrageſima qñdo ꝑdicatores/cõfeſſores/cantores/ꝛ alij eccl'ie miniſtri frequẽtius ſolito reſidẽt in eccl'ia ſua maxime cõfeſſores q ſedent q̃ſi iudices in audiẽtia ſua ſup ſedem maieſtatis ſue .i. maioritatis ſup alios fideles habẽtes iuriſdictionẽ a deo et in tali iudicio diſcernũt ſeparantqz malos a bonis dũ hos admittunt/ illos expellunt a regno dei In illo ergo tẽpore ſancte qdrageſime dixit ieſus .i. ordinauit vt veniret filius hoīs chriſti platꝰ vel curatus aiarum in maieſtate ſui officij paſtoralis et omnes alij angeli .i. miniſtri eccl'ie cum eo ꝛ ſedebit ſup ſede maieſtatis ſue que eſt vel cathedra ꝑdicatoris vel ſella cõfeſſoris/aut tribunal ꝑlati iudicis et tunc cõgregabunt ante eũ oẽs gẽtes fideles ſue dioceſis vel parrochie ad audiendas miſſas/ꝑdicationes/ ꝛ faciẽdas confeſſiões deuotius ꝛ frequentius ꝙ̃ in alio tp'e ꝛ tunc ſeperabit eos ab inuicẽ.ꝛc̃ qꝛ ꝑdicator diſcrimẽ faciet inter ꝟtuoſos ꝛ vicioſos illos laudãdo iſtos vituperando ſilr' confeſſor bonos abſoluit/ malos maledicens reijcit Eodem modo iudex eccleſiaſticus in foro exteriore obedictes admittit ad regnũ eccl'ie rebelles p excõicatione maledicit ꝛ reijcit ab eccleſia Epiſcopus etiam benedictiones ſuas multiplicat iſto tempore ſuper deuotos/ peccatores aũt publice penitentes eijcit ab eccl'ia exterritos obiurgationibꝰ Et ſic patet q ex fidelibus tenẽt dexterã ꝛ qui ſiniſtrã in eccleſia dei bonis autem penitentibus qui in dextera ſunt imponuntur a ſacerdote opera miſericordie circa pſonas ꝛ domos pauperum vt monaſteria/ ꝛ hoſpitalia ꝛc̃ ¶Offertorium Leuabo oculos meos ꝛc̃.pſl' 118 eſt vox eccleſie vel primitiue vel moderne grãs agentis deo de ſuis mirabilibus operibus cum ea petentiſqz gratiam vlteriorem ad benefaciendã mandata dei ꝛ deuote exercenda opera miſericordie Oratio ſecreta Accepta ſit ꝛc̃ ſacrificium altaris deo offert ad impetrandum gratiam qua ꝛ ieiunium fidelium ſanctificetur/ ꝛ indulgentia peccatorũ habeatur. ¶Communio Uoce mea ꝛc̃ pſalmo 3 eccleſia gaudet ſe exauditam in petitionibus ſuis vnde iã nõ timeat ifideles neqz alios pctõres Ultima oro Salutaris ꝛc ampliꝰ petit gratiam deuotionis ad bene guſtandum miſteria huius ſancte quadrageſime Alia oratio ſup populum Abſolue queſumus dñe ꝛc̃ petit vt fideles peccatores abſoluantur virtute euchariſtie a peccatis et a penis eorũ per acceptationem ſui ieiunij et penitentie

Offertorium. Communio

## ¶ Caput vigeſimumoctauum

de feria tertia prime hebdomadis quadrageſime adaptata tertie generationi eccleſie primitiue ꝛ ieiunio ſancte quadrageſime



Argumentũ officij ab anno chriſti 60 vſqz 90.

Ertia gñatio eccleſie chriſtiane pceſſit ſub romanis pontificibus Lino Cleto ꝛ Clemente imperantibus tunc mundo Uitelio Ueſpaſiano Tito et Domiciano et hic vltimꝰ ſcd'am pſecutione mouit cõtra chriſtianos in qua beatus

Judeis annis paſſus eſt olei feruentis opprobriū
Et correſpondet hec generationi vel ſe q̄ fuit Pha
res filius Jude ex Thamar nuru ſua de quo ta-
men Phares et ceteris patribus genealogie
chriſti vſq ad regem Dauid fere nihil ſcriptū eſt
in ſacra biblia quod ad geſta eorum pertineat nā
in toto illo tempore fere 500 annoꝝ quaſi abſcō
diti fuere patres linee chriſti ideo vix poſſet da
ri a nobis concordia generationū eccleſie ad illas
generationes veteres niſi q loquendo confuſe di
cimus q ſaris ſimilia tempora et opa hinc & in-
de cōſummata creduntur in vtroq populo vete-
ris et noui legis Jlla a beato Petro vſq ad Sil
ueſtrum papam primū q̄ iam correſpondet re-
gi Dauid ſub totidē generationibus eccleſie obſcu
ra valde tempora fuerunt et confuſa vel abſcon-
dita quaſi in tac ſeculo colligata adeo vt hoc ip-
ſum ſit ibi cauſa pro die q in vtroq populo ſub
ſili numero generationū cōfuſa et abſcondita ſue
re latere patrū geſta Et iterū qz illic legitur po-
puli iſrael incolatus in Egypto vbi ex odio affli
gebatur hic mora fidelium in iudea vbi pſecutio
nem odioſam patiebantur illic eductio populi
veteris a captiuitate illa per Moyſen et Aaron
hic eductio chriſtianorum a ſinagoga perfida p
Paulum & Barnabam illic iudeorū fuit vita la-
borioſa in deſerto hic magna anguſtia fuit chri
ſtianorum in gentiliū populo atq imperio illic
introitu populi veteris in terram pmiſſionis
quam Joſue diuiſit ſeptē tribubus ſorte hic in-
troitu populi noui in eccleſiam dei quibus Jeſus
et apoſtoli eis diuiſit ſeptiformē grām dei i ſe-
ptem eccleſiis Aſie quo adhuc viuente multas
gentilium poſſeſſiones acceperūt illic demq poſt
mortem Joſue filii iſrael multipliciter debella-
runt Cananeos/Jebuſeos/Philiſteos &c conti
nue vſq ad regē Dauid hic vero fideles chriſti
p multa martyria debellarunt varios gentiliū
populos poſt mortem Joannis apoſtoli conti-
nue vſq ad Silueſtrum et Conſtantinū Jnſup
concordat vtrobiq in tempore illo obſcuro carens
tia prophetarum regis fidelis/et a deo electi ac conſe-
crati Poſſunt & alia qdam cōcordantia allegari
ſuper omnibus illis decē generationes cōfuſe ſed iſta
ſufficiant qz officia eccleſiaſtica hoꝝ decem dierū
ex his ſatis intelligi poterunt Jn tertia ergo ge
neratione eccleſie chriſtiane inter cetera hoc nota
bile factum legitur q permiſſione dei iuſto iudicio
exercitus Romanoꝝ duce Tito ciuitate Jeruſa-
lem/et templū/et totum regnū iudeorū propter
peccata eoꝝ euertit/diſſipauit ac deturbauit iuxta
Danielis vaticiniū capite 9 Et ciuitatem (inquit) &
ſanctuarium diſſipabit populus cū duce venturo &c
Jn quo iudeorū excidio fideles ex iudeis q̄ erāt
in terra promiſſionis ſaluati ſunt quia amoniti
vel per angelum dei/vel per aliquē prophetam/
vel p ſigna a christo illis data que preceſſerunt (de quoꝝ
nō ait modicum xps Mattheus 24. Cum vi-
deritis abhominationem q̄ dicta eſt a Daniele pro
pheta ſtantem in loco ſancto i ydolum Ceſaris
in templo &c) Jam omni inquā fideles modo pdu

cto receſſerunt a iudea antequā veniret exercitus
Romanorū Unde officiū hodiernū in ſenſu    Jntroitus miſſe.
hiſtorico pdictam regni iudeorum finalem de-
ſtructionem deſcribens in miſſe introitu Domine
refugium factus es nobis &c pſal 89 introdu-
cit fideles illos a iudea fugientes & gras deo agē
tes de ſua liberatione ab exterminio Romano-
rum q̄ nō comprehenderunt eos cū aliis iudeis p
fidis ideo dicunt dñe in fuga neceſſ a tu refugiū
factus es nobis i protector ad quem fugimus a
generatione iudeorū & a pſecutione romanoꝝ et hoc
potuimus facere p tua reuelatione q futura oīa
cognoſcis qz a ſeculo vſq in ſeculū/& priuſq̄ mon-
tes fierent/aut formaretur terra & orbis/a ſeculo
et in ſeculū tu es deus oīa ſciens & prouidens Ea
dem verba poſſunt dicere oēs fideles moderni le-
iunantes & vere penitentes q̄ fugierunt ab exerci
tu demonioꝝ ad deū q̄ factus eſt eis refugium &c    Oratio.
Hunc ſenſum explicat oro ſequēs Reſpice dñe
familiam tuam &c petēs grām a deo quā miſeri
corditer reſpiciat eos & inflammet in amore ſuo ex
quo propter eum aſſumpſerūt laborem ieiunii
Epiſtola Querite dnm dū &c Eſa 55 fere in    Epiſtole argumentū.
eode ſenſu loquitur contra proteruos iudeos ter
tie generationis & contra obſtinatos peccatores
huius tēporis reprehendens eorum duricia qua-
re non conuertantur ad deū querentes ab eo ve
niam peccatorum/& miſericordia quamdiu eos ex-
pectat Et habet epiſtola tres partes Prima eſt
doctrina ſalutaris Secunda ibi non enim co-
gitationes &c.eſt ratio dicti literalis Tertia ibi
et quomodo imber &c applicat ſimilitudo natu-
ralis Jn diebus itaq illis tertie generationis ec-    Prima pars epiſtole.
cleſie locutus eſt Eſaias i prelatus fidelium vt
Jacobus minor qui erat epiſcopus Jeroſolymi
tanus dicens iudeis querite dominū in hoc tem
pore pacis dum inueniri poteſt a vobis per bo-
na opera maxime per fidem rectam chriſti meſ-
ſie veſtri inuocate eum vt vos illuminet dñ pro
pe eſt vobis in ſeruis fidelibus qui morantur in-
ter vos Modus querendi et inueniendi deum
ad miſerendum vobis eſt q dereliquat impius
i infidelis viam ſuam i ſectam peruerſam quā
impius eſt perſequendo fideles chriſti & vir ini-
quus i raptor bonorum proximi dereliquat
cogitationes auaricie q̄ ſunt cauſe ſue infidelita
tis vt patet Joannis II & reuertatur in hoc tem
pore induciarum ad deum per veram peniten-
tiam & miſerebitur eius liberando eum ab infi-
delitate/pcendo peccatis ſuis/& eruendo a peri-
culis futuris p gentem romanorum qz omnino
multus eſt i multas miſericordias habet ad igno-
ſcendum peccata quantūcunq illa ſint multa &
etiam magnus contra magnitudinem peccato
rum vt patet in pſalmo 50 in principio Simi
lem exortationem fecit eiſdē iudeis Hieremias
propheta ante captiuitatem babylonicam ſed
noluerunt ei credere imo perſecuti ſunt eum
talia predicantem et in hac tertia generatio-
ne eccleſie magis obſtinati noluerunt acquie-
ſcere predicte exhortationi Jacobi apoſtoli

Secūda pars epi ſtole.

imo pſecuti ſunt eum τ tandem occiderūt Sed ad magis pſuadendū eos additur ratio q̄ efficaciter pbat magnam dei miam ſup oia pcta hominū nō enim cogitationes mee erga vos ſunt praue τ vindicatiue ſicut cogitationes vre erga primos q̄ vos offenderunt neq vie mee i opa ſunt ſimilia vr̄is q̄ redditis malū p malo dicit dn̄s i chr̄s illius ad iudeos nā τ in cruce orauit p ſuis crucifixoribus et poſtea miſit ad eos aplos q pdicarent eis veritatē τ multa miracula facerent in pplo ideoq quare ſequitur q ipſe nō q̄rebat vindictā de iudeis ſed cupiebat eorū ſalutē τ cōuerſione ad deū ſi ipſi voluiſſent audire pdicatores ſuos in tpe ſibi conceſſo ad penitentiam Et licet chriſtus eſſet verus homo ſilis aliis hoibus in naturalib⁹ tamē etiam erat verus de⁹ cuius bonitas excedit īfinite humana bonitate pluſq̄ exaltātur p exceſſu pfectiōis naturalis τ magnitudinis corpalis celi a terra nimirū ergo ſi benignitas chriſti immenſa nolebat vindictā de iudeis ſed penitentiam τ couerſione eorū ad bonū quare ſi poſtea ira dei ſeuit ſup eos nō aſcribant hoc volūtati chriſti q̄rentis vindictam ſed obſtinationi ſue puocanti iram dei contra ſe dicitur n Hebre 9 Acceſſiſtis ad ſāguinis chriſti aſperſionē melius loquentē quam Abel cuius ſanguis clamabat vindictam de terra Geneſis

Tertia ps epiſtole

4 Oſtenditur chriſti benignitas exemplo naturali de pluuia et niue q̄ deus mittit ad terram vt benefaciat ei non vt noceat quia eodem modo de⁹ miſit filiū ſuum ad homines maxime ad iudeos ad modū pluuie τ roris pſal 71 Deſcendet ſicut pluuia in vellus et ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram τc ergo nō venit chriſtus verbum dei nocere ſed potius benefacere hoib⁹ maxime iudeis quibus pmiſſus erat ſaluator τ redemptor vt ſonat nomē ei⁹ ieſus

Moralitas epiſtole

¶ Eaſde rōnes allegat hodie plat⁹ chriſtianis peccatorib⁹ pſuadens vt q̄rant deū τ peniteat in hoc ſacro tēpore quadrageſime qd̄ iā vocatū eſt tēpus deo acceptabile in q̄ ipe ppe eſt omnib⁹ inuocantibus eum in veritate non ficte in ypocriſi/neq deus principaliter querit vindictā de peccatorib⁹ ſed potius eorum conuerſionē humile v liberentur a malis quare ſi pctōres obſtinati noluerint audire platum nec penitere τ ppterea ſeuiat deus contra eos magna indignatōe penarū nō incuſent deū q̄ſi crudelē ſed ſuā pūerſā voluntate q̄ dei iram puocat nam deus in hoc ſacro tpe ad modum pluuie τ roris mittit ad eos verbū ſue pdicatiōis vt benefaciat eis et fructificet in eis eo modo quo pluuia i terra

Graduale

¶ Cantus gradualis Dirigat̄ orō mea τc pſal' 140 eſt compūctio conuerſoꝝ ad deū ex pdicta doctrina epiſtole ſiue ſint iudei tertie gen̄ationis/ſiue moderni peccatores ideo petit q ex quo iam legalia ceſſabāt in euerſione templi Jeroſolimitani et ſuperueniēte veritate pfectiōis legis euāgelice de⁹ reciperet ab eis deuotas orōnes loco ſacrificioꝝ et incenſoꝝ Unde ſeqtur verſus ex eodē pſal' Eleuatio manuum mearum ſ ad orandū ſit tibi velut ſacrificiū veſpertinū in ve le qd̄ erat deo acceptiſſimum τ dr̄ notanter veſpertinū ppterea q2 tūc erat iam veſpa τ finis cerimoniarū illius legis

Euangelii argumentum.

¶ Euangeliū. cum intraſſet ieſus Jeroſolimam τc Matthei 21 ad ſenſum hiſtoricū deſcribit templi et ciuitatis Jeruſalem τ ſimiliter totius regni iudeorum deſtructionem finalem ppter grauiſſima peccata eoꝝ maxie q2 doctrinam epiſtole precedentis noluerunt recipere ſ. querite dnm̄ p penitentiam dū inueniri poteſt τc. Et diuiditur in tres partes quarū prima iudeorum excidiū ſub enigmate annotat. Secūda ibi et acceſſerunt τc gentiliū edificiū etiam contradicentibus iudeis ꝯfirmat Tertia ibi τ relictis illis τc chriſtianoꝝ ſolatium p multas generationes plongat

Prima pars euāgelii

Ergo in illo tempore tertie generationis eccleſie ieſus redemptor noſter τ iudex iuſtus cum intraſſet Jeroſolymam miſſo ad ea romanorum exercitu copioſo ſub duce eoꝝ Tyto cōmota eſt tunc vniuerſa illa ciuitas adeo vt non remaneret in ea lapis ſuper lapide vt chriſtus Matthei 24. et Luce 19 prophetauerat in ſuo introitu cum ramis palmarum τ oliuarum Sed ceci iudei obliti ſuoꝝ ſcelerum pretentorū tātī ſui mali alia cauſam q̄rebant dicētes quis eſt hic de⁹ q̄ tale τ tantā plagam inducit ſuper nos. quare hoc de⁹ pmittit τ facit quū in hac ciuitate p̄ ceteris vigeat religio ſācta ei⁹ Populi aūt fidelium chriſtianorum ex illo populo melius ſentientes dicebant. hic eſt ieſus τc i hec eſt vindicta mortis eius τ ſuorum diſcipuloꝝ ques occidiſtis pſequentes eu ſanguis eius exquirit a vobis Geneſ 43 Et intrauit ieſus per romanos in templum illud Jeroſolimitanū ad euertendum ipſum vſq ad terrā propter grauiſſima peccata ſacerdotum in eo facta vt patet de homicidio Jacobi minoris in templo illo et aliis huiuſmodi de quibus additur et eiciebat ab illo templo omnes malos ſacerdotes auaricie deditos i vendentes et ementes ſacramenta dei i templo Et euertit per ciuitatem τ totum regnū menſas malorum ciuium nummulariorum .i. exercentium vſuras in nummis τ ſimiliter euertit cathedras malorum iudicum vendentium columbas i ſimplices per iniuſticiam eiecit itaq deus tunc temporis omnes iudeos tam eccleſiaſticos q̄ ſeculares non ſolum a templo/ſed etiā a ciuitate illa ſancta/et a toto regno terre pmiſſionis τ diſperſit eos captiuos per totum mundum iuxta illud pſal' 105 iratus eſt dominus furore in populum ſuum abominatus eſt hereditatem ſuam τc et reprobato illo materiali templo terreno dixit eis per euidentiam facti. ſcriptum eſt Eſa 56 de templo ſpirituali magis apto ad cultum dei domus mea .i. eccleſia mea q̄ eſt fidelis populus in quo ego habito per gratiam domus orationis deuote in corde vocabitur in cunctis gentibus nam vt dicitur Joannis 4. Spiritus eſt deus et eos qui adorant eum in ſpiritu et veritate oportet adorare et venit hora quando iam neq in monte hoc neq

Jeroſolymis adorabitur deus per cerimonias lega-
les ſed per totum mundum erit domus mea quia
Malach. i. ab ortu ſolis vſque ad occaſum ma-
gnum eſt nomen meū in gentibus et in omni lo
co offertur mihi oblatio munda. &c. nimirum er
go ſi ad conſtruendum aliud maius et precio-
ſius templum euertam iſtud paruum et vile quod
iam adequatur et prope interitum eſt maxime
Secundū [illegible] quia vos mali iudei feciſtis illud ſpeluncam la
tronum per auariciam veſtram vt dicit Hiere 7
Deleto itaque hic iudeorū templo ciuitate et regno
per Romanos acceſſerunt ad Ieſum id eſt ad fidem
eius venerunt multi ex gentilibus qui prius erāt
ceci i. peccabant per ignorantiam legis dei qua nō
habebant et in ceteri erant claudi i. per infirmitatem
paſſionum ſenſualitatis appetitus que faciebat eos de
uiare a iudicio recte rationis … quod gentiles neque
habebant legem dei reuelatam neque recte viue
bant lege nature eis indita. ac perinde ex vna
parte erant ceci ex alia claudi hi ergo acceſſerūt
ad Ieſum in templo ſpirituali predicto et ſanauit
eos ab vtroque defectu per doctrinam eccleſie et per
ſacramenta gratie. Sed perfidi iudei maxime eorū princi-
pes et ſcribe et ſapientes eorum videntes mirabilia que
fecit chriſtus in gentibus maxime quia videbāt pue-
ros id eſt ſimplices homines et illiteratos clamantes id eſt pu
blice fidem predicantes in templo id eſt in eccleſia fi-
delium et dicentes multa ſecreta ſcripturarum vt le
gitur de meſſia vt illud Oſanna filio Dauid id eſt meſſie
de illo ſit dicamus orātes pro ſalute noſtra &c. Indi
gnati ſunt ex eo quod Ieſum nazarenū quem ſui pre
deceſſores crucifixerant vocabāt verū meſſiam
et filium Dauid id eſt ex ſemine Dauid iudeis promiſſū
ſaluatorem &c. Indignati ſūt inqua cōtra eccleſiā
… verba malicioſa promentes dicebant au-
dis quid dicunt iſti gentiles idiote in laudem
iſtius … neſcientes blaſphemant quia
… illum miſerum hominem et ado-
rant eum Ieſus autem iudeorum maliciam
… dementiam reprehendit ex compara-
tione gentilium recte credentium quorum infā-
tes id eſt ſimplices neſcientes loqui monſtrantur ſa
pientiores magiſtris doctoribus iudeorum ideo
ait … bene audio qui iſti dicunt et libenter
audio imo et vos ex audio nunquam legiſtis quod
ſcriptum eſt in pſalmo 8 vel ſi legiſtis nunquā
intellexiſtis quod deus perfecit laudem ſuam ex
ore infantium id eſt ſimplicium hominum et lactan
tium id eſt lac plane doctrine fidei habentium de
quibus apoſtolus Petrus i. Petri 2 Quaſi
modo geniti infantes lac concupiſcite et Pau
i. Corin. 3 Tanquam paruulis in chriſto lac
potum dedi vobis id eſt planam et facilem doctrinā
fidei que non indiget … magne diſputationis
iſti ergo ſimplices fideles ſunt in quorum ore laus
dei eſt purior et perfectior quā in ore doctorum legis
veteris qui in illo ſuo libro Talmuth inter lau
Tertia [illegible] des dei nimia ſtulta figmenta poſuerūt Merito ergo
deus taliū iudeorū laudes ſpernens receſſit ab eis
quia ſubtraxit gratiam ſane intelligentie ſcīarū ſcriptu
rarū vnde dicit quod Ieſus relictis illis in ſua cecitate
et perfidia per multas eccleſie generationes abijt foras
extra ciuitatem id eſt populum iudeorum in quo diu fuerat prius
conuerſatus dū legalia illa ſacramenta viuebant vel
nō erant adhuc mortua que tamen ab hac tertia ec
cleſie generatione inceperūt eſſe mortifera chriſtia-
nis que ex dei et ſpiritus ſancti mādato ab eis omnino abſtine
re ceperūt tamen in primis duabus generationibus Pe
trus et Paulus/et Ioānes/et Iacobus et alij diſcipuli
chriſti de genere iudeorum leguntur in templo illo ma
teriali cū alijs iudeis infidelibus oraſſe/ſacrificia
obtuliſſe/et quedā alia cerimonialia obſeruaſſe
ſed in hac tertia generatione dicit quod Ieſus omnino relictis
iudeis exijt foras extra ciuitatem eorum ad denotan
dam iam totalem ceſſationem legalium in populo dei et tūc
recedēs a iudeis venit in Bethaniā que eſt domus
obediente id eſt in eccleſiam chriſtianā fidelium ſibi obe
dientiū ibique manſit ſeu requieuit per gratiam ſuā docens
eos de regno dei et de myſterio ſue incarnationis
ad ſaluādū genus humanū nā per multas ſequentes
generationes eccleſie chriſtiane doctores et prelati illu
minati a chriſto de illo myſterio multa egregia
et mirabilia ſcripſerūt et predicauerūt ad cōſolationē
ſimpliciū fideliū et quotidie ſcribendi et predicādi
viſus nō ceſſat ¶ Moraliter aūt pro penitentibus in Moralitas
hac quadrageſima euangeliū notat tria loca ad que
chriſtus venit. ſ. Ieruſalē que eſt viſio pacis/templum
que eſt domus dei/et Bethaniā que eſt domus obedien
tie per que ſignificantur tres diſpoſitiones anime penitētis
ad quā modo venit deus per gratiam ſuā debet enim pri-
mo eſſe pacifica id eſt pacata a tumultibus ſecularī-
bus pſal. 147 qui poſuit fines tuos pacem debet
ſecūdo eſſe habitatio dei gratiſſima i. Cor. 6 Vos
eſtis templū dei &c. debet tertio eſſe ad obediendū
prompta pſal. 17 In auditu auris obediuit mihi
&c. Sed anima hec tria habere nō pōt niſi chriſtus ad
eā intret primo per gratiam preuenientem et tunc cō
mouetur vniuerſa ciuitas anime id eſt oēs potentie eius
per recognitionem et dolorem de peccato ſuo pſal.
59 Commouiſti terram et conturbaſti eam ſana
contritiones eius quia cōmota eſt &c. Secūdo opor-
tet quod deus ad animam intret per gratiam concomi-
tantem vel cooperantem et tunc expelluntur ab
ea per vocalem confeſſionem oues/boues/nū-
mularij/et vendentes columbas Nam per oues/
ſignificatur peccatum accidie/per boues qui cor
nibus ventilant peccatum ſuperbie/per nūmu-
larios auaricia/et per columbas que ſunt libidi
noſe peccatum luxurie pſal. 31 Dixi confitebor
aduerſum me iniquitatem meā &c. Purgato aūt
ſic templo dei id eſt corde hominis per confeſſionem
ſanat ipſum deus a diuerſis infirmitatibus de qui
bus dicitur quod acceſſerūt ad eum ceci et claudi &c.
Tertio requiritur quod deus ad eam intret per gratiam
ſubſequentē vel perficientē et tunc anima ſatiſfacit per
obedientiam ad mādatū cōfeſſoris Ro. 6 ſicut ex-
hibuiſtis membra veſtra ſeruire immundicie et iniquitati
ita nūc exhibete ea ſeruire iuſticie in ſanctificatio
nē &c. Sed ſi Ieruſalē eccleſiam militātē ſignificet
Gal. 4 in hoc ſacro tempore quadrageſime ſpeciali quadā
modo intrat Ieſus Ieroſolimam per frequentes predicationes
quibus tota hec ciuitas commouetur dicens quis eſt hic nouus

ritus officij eccleſiaſtici preter cōſuetudinē aliorum te
porum anni⁹ ⁊ reſpōdet pdicatori q venit ad eos te
ſtis i platus q̄rens ſaluti aiaru ⁊ pphetaru ſug
iuſtos ac petores a Nazareth i he egre galilee
i tranſmigrationis q d ideo platus inquirat in
q̄dragesima i ſermones ⁊ lectiones pphetaru vt
fideles inſpirati gra dei ſtudeant a vicijs ad virtu
tes / vnde ⁊ corrigit nūc vicia publica populi q̄s
eſt eiecte de templo dei ſpirituali vendentes / et
ementes / vſurarios / ſimoniacos / ⁊ cocubinarios /
ſimiliter etiā in hoc tpe platus ſanat petores
ab infirmitatibus aie licet mundani audientes
hec mirabilia indignentur contra platu ⁊ pdica
torem ſed relictis illis tanq̄ cecis venit in Be
thaniam vere penitentiū ⁊ ibi manens docet eos de
Offerto rium. regno dei i vita virtuoſa ⁊c ❡ Offertoriū In te
dne ſperaui ⁊c pſal 30 eſt rithmo ppli fidelis ex
iudeis qua dat gras de ſua liberatioe ab exter-
minio ciuitatis Jeruſalem de q in euangelio et
in eode ſenſu cade verba diceret quilibet verus
penites ia liberatus a petis Oratio ſecreta Ob
latis dne placare ⁊c offert deo ſacrificiu vt dein
Commu nio. ceps fideles ab alijs liberetur periculis ❡ Com
munio Cum inuocarem exaudiſti ⁊c pſal 4
eſt gratiarumactio filijs pcedenti / de liberatione fi
delium a pdictis periculis Oratio finalis Spūm
nobis dne ⁊c petit gratiam ipſūſancti qua ſigni
ficationem eucharistie ſuſcepte i vnionē et pace
fideles habeant Alia oro Sup ppl'm tuu ⁊c quat
tuor dona petit pplo fidelium ieiunantiū ſ indul-
gentiam petorum ꝯſolationē in aduerſ / fidei ⁊ reli
gionis augmentum / ⁊ tandem redemptionē ala
rum a penis i ferni

# ❡ Caput vigeſimumno-

num de oratione feria pri hebd cui⁹ officiu ſicut quar
ta eccleſie generatione deſcribit ita examē ordinado
rū ⁊ ſacramentū ieiunij qdrageſimalis introducit

Anno ruuturn omiſ. Ab anno chriſti 90 vſq; 120. Quarta generatio eccleſie chri-
ſtiane fuit ſub romanis pōtifi
cibus Anacleto Euariſto et
Alexandro atq̄ imperatoribus
tūc Nerua Traiano ⁊ Adri
ano In hac itaq̄ generatione
eccleſie romani pōtifices mul
ta egregia ordinauerunt circa diuinum cultū nā
Anacletus interdixit ſacerdotib⁹ nutrire barbā
⁊ comā / ⁊ radere corona pcepit ppter honorem
ſancti apli Petri Item q ordines ſacerdotū pu
blice ⁊ ſolemniter celebrenf in eccla coram toto po
pulo Item q epiſcop⁹ no min⁹ q̄ a trib⁹ epis con
ſecrerf ⁊ alia q̄dam Euariſtus poſt eū madauit
q ſpōſalia ⁊ matrimonia publice fiant coram po
pulo ⁊ q ſpoſe a ſacerdote bñdicanf in eccla an
te cōſummationē matrimonij Alexander vero pa
pa multos ex nobilibus romanis ad fide chriſti
ꝯuertit aquā bñdictā ſale cōditā in eccla primus
ſtatuit ⁊ q aqua i calice vino ꝯſecrado miſceaf
et q̄dam alia Nerū inſtigāte demone ex madā-
to Traiani impatoris tertia tūc pſecutio tyranorum
ꝯtra chriſtianos vigebat licet aliquātulū ex tūc

per ineſit pſuaſio glorioſa Plinij ſcdi magni orato
ris Romanorum q apud in patore comedauit chri
ſtianorum mores Et ex hac pſecutiōe poſſet imagi
nari ꝯcordia huius generationis ad q̄rta generatione
vetere q̄ eſt Eſron ita prope exitum Hebreorum ab
Egypto in illa fere quarta generatione viguit co
tra eos illa maxima pſecutio q̄ opprimebanf du
ra ſeruitute in opib⁹ laterū etia vſq; ad nece ſuo
rum puulorum de qua oppreſſione dns predixerat
Abrahe Geneſ 15 Scito q peregrinū ſit futurū
ſemen tuu in terra nō ſua / ⁊ ſubijcient eos ſeruit
uti / et affliget eos ⁊c ſed generatione quarta re-
uertenf huc Et ſimilia paſſi ſūt chriſtiani a Ju-
deis comixtis iam et diſpſis inter gentiles ipſi n
ex hi dignatioe q̄ pdiximus in pcedente euage
lio incitabant gentiles ad pſequedū chriſtianos
❡ Introit⁹ ergo hui⁹ miſſe Reminiſcere miſe Introitus miſſe.
rationū tuarum ⁊c pſal 24 vtrūq; populu in affli
ctione clamante ad deum in ſua 4 generatione
introducit de q̄ Exodi 3 Audiui clamore filiorum
iſrael ⁊c clamabant ergo dicentes reminiſcere miſ
erationum tuarū ⁊c ne vnq̄ dominentur nobis
⁊c libera nos deus ex omnibus anguſtijs nris
Verſus Ad te domine leuaui animam mea ⁊c
eſt principium eiuſdem pſalmi de firma ſpe fide
lium in deo Poteſt etiam ide introitus eſſe cla
mor fidelium penitentiū in hac quadrageſima
qui orant deū vt p ſua miam liberet eos a teta
tionib⁹ inimicorum inuiſibiliū ne ſuperenf ab eis
Oro eſt duplex in hac miſſa ſicut ⁊ duplex epla
ppter examē clericorum ordinandorum vbi rememo
rari opporteret ea q̄ ſcripta ſunt ſup quarta feria Oratio prima.
tertie hebd in aduētu Prima oro Preces nras
⁊c eandē omo habet petitione cū introitu ſ con
tra cūcta nobis aduerſant a dexterā i auxilium
tue mageſtatis extende ⁊c ❡ Epiſtole (vt ibidem Epiſtola prima
diximus) in ſingulis quattuor tempoꝛib⁹ ſūt de
materia tunc occurrente et q⁹ in hac hebd agif
de ſacramēto q̄drageſimalis ieiunij vt pati in
officio pcedentis dñice ideo oes lectiones huius fe
rū ad ieiuniū ptinet Et ita prima epla hui⁹ diei
Dicit dns ad Moyſen ⁊c Exodi 24 narrat ie-
iuniū Moyſi q̄draginta dieb⁹ in mōte ſinai et
p̄ot exponi de clericis ordinādis ita vt Moyſes
ſit plat⁹ faciēs ordīes q̄ ex vocatiōe dei aſcendit
in mōte epiſcopalis dignitatis accepit duas ta
bulas i duo teſtamēta ⁊ lege dei vt doceret man
data ei⁹ filios veri iſrael i chriſtianos Sed i his
quattuor tpoꝛib⁹ ſurgit epūs ab otio ſue ſede
platiois ⁊ illum in ordine iuxta miniſtrent ad ſa-
cerdotū ordines ſolemniter aſcendūtq; in monte excel
lentis doctrine ⁊ dicat nul a ſublimia de digni-
tate ſacerdotalis officij et ait ſenioꝛib⁹ fideliſ po
puli expectate hic deuoti attēdētes ad ſolemnita-
te hui⁹ miſſe in q̄ ordines celebram⁹ dei exem-
plo hoc officio reuertamur ad vos docedū ha
betis Aarō ⁊ Hur i minores ſacerdotes vobiſcū
ad audiēdas ꝯfeſſiōes loco epi ideo ſi quid natū
fuerit queſtionis i ſcrupuli in caſibus conſcien-
tie referetis ad eos Cū n q̄ aſcendiſſet p elatus
modo predicto ad celebrandos ordines nubes

ſacrarum veſtium operuit mõtem .i. ipſum excel
lentem prelatum ⁊ habitauit gloria domini i
ſplendor veſtium/vel autoritas pontificalis of=
ficij ſuper montem iſtum tegens i veſtiens ⁊ or
nans illum dicta nube ſex diebus i dum ſex po
res ordines c lebrat hoc eſt quattuor minores
gradus/⁊ ſubdiaconos ac diaconos ſed in ſepti
mo die i o dine preſbyteratus dominꝰ epiſcopꝰ
vocat o dinandum ad ſe de medio caliginis i
nubis ſue hoc eſt ſepat ipſum a populo laicorũ
⁊ a coniugio vel conſortio coniugatorum et tra=
hit eum ad celibatum i caſtitatem celeſtem q̃ ho
mo ille conſecratur deo in vas mundicie ⁊ ſan=
ctitatis Hoc ideo dicitur de ordine preſbyteratꝰ
ſolum quia quando hec officia edita ſunt in p̃
mitiua eccleſia latina diaconi et ſubdiaconi ad=
huc poterant contrahere matrimonia non autẽ
preſbyteri de quibus ſubditur q̃ ſpecies i ap
parentia glorie dei ſuper verticem montis idẽ
ſuper epiſcopum / et alios minores ſacerdotes
erat quaſi ignis ardens in conſpectu totius po
puli quod dicitur p opter feruorem charitatis
que maxime debet apparere in epiſcopis ⁊ alijs
preſbyteris deo ſacratis vt ſint exemplar ſancti
tatis toti populo Ingreſſus itaq; pontifex me=
dium ſiue centrum ⁊ intimum nebule i poteſta
tis ſue aſcendit in montem i ſupremum ordi=
nem preſbyteratus faciendum et fuit ibi finem
faciens ordinibus quadraginta diebus ⁊ totidẽ
noctibus vſq; ad vigiliam Paſche in qua ite=
rum ordines celebrabit propter reuerentiam do
minice paſſionis ⁊ reſurrectionis Unde colligi
tur q̃ ordines qui fiunt in hebdomade quarta
quadrageſime ſunt moderni et recenter introdu
cti non ex antiqua patrum ſanctione firmati
Poterat etiam p̄dicta lectio facile applicari ad
fideles quarte generationis eccleſie quãdo Moy
ſes i chriſtus et Ioſue miniſter eius i cetus apo
ſtolorum receſſit a populo fidelium aſcendens
in montem celeſtis paradiſi et ſubſtituens alios
prelatos apoſtolorum ſucceſſores qui regerent
eccleſiam dei dum ipſe maneret apud deum ap
parens vultui dei pro nobis quadraginta ge=
nerationibus ⁊c̄ Poterat facilius eadem lectio
ad fideles nunc ieiunantes in quadrageſima
adaptari a quibus recedit Moyſes et miniſter
eius i carnium prouiſor in macello dicens ex=
pectate hic donec reuertamur ad vos i Paſcha
le Interim autem habetis ſacerdotes ieiunium
p̄dicantes ⁊c̄ manſitq; ibi abſcondit is qua
(Graduale) draginta diebus ⁊c̄ ¶ Cantus gradualis Tri
bulationes cordis mei ⁊c̄ pſal' 24 eſt clamor
fidelium quarte generationis ſub perſecutiõe
Traiani vel ieiunantium ſub eruditione prela=
ti quo petit auxilium dei in tribulationibꝰ ten
tationum Verſus Uide humilitatẽ meam ⁊c̄
et eodem pſal' allegat rationem inductiuam ad
miſerendum ſ humilitatẽ fidelium qua patient
i ſuſtinent tribulationes propt honorem dei Poſ=
ſet non inepte hec clamoroſa petitio ad ordinã
dos pertinere qui examen ſuum formidantes co=

mendant ſe miſericordie dei. Secunda e antẽ (Eccleſie oratio.)
Deuotionem populi ⁊c̄ eſt propria ieiunãtibus
ex deuotione propter honorem dei et petunt vt
labor ſue abſtinentie conſoletur virtutis actio
nibus ex gratia dei ſibi conceſſis ¶ Secunda le (Epiſtole ſcde argumentum.)
ctio epiſtole Uenit Helias ⁊c̄ 3 Regũ 19 licet
poſſet trahi ad ordinandos quorum quilibet eſt
Helias ⁊c̄ tamen proprius facit ad p̄poſitum fi
delium 4 generationis ⁊ noſtre q̃drageſime in
tribulatiõe poſitorum nam vtrobiq; fidelis populꝰ ſi
cut Helias peregrinabatur a facie tribulationis
impijſſimi Achab ⁊ Iezabel et habet tres par=
tes In prima ponitur peregrinantis anguſtia
In ſcd'a ibi ⁊ ecce angelꝰ ⁊c̄ conſolans prouidẽtia
In tertia ibi qui cũ ſurrexiſſet ⁊c̄ obediens conſi
dentia Supponimꝰ hic hiſtoriam illam q̃ He=
lias ideo fugiebat in deſertum quia euidenti mi
raculo coram Achab rege iſrael ydolatra peſſi
mo conuicerat ⁊ occiderat ſacerdotes Baal re=
gina autem Iezabel ſimiliter ydolatrie dedita
comminabatur Helie mortem fugiens ergo He=
lias a facie Iezabel receſſit a regno eius ⁊ ve=
nit ad terram Iuda nec tamen ibi diu permãſi
ſit quia rex Iuda erat gener regine iſrael quia
duxerat filiam eius Athaliam ideo proceſſit per
viam deſerti fugiens ab eis ⁊ venit in Berſabee
iuda q̃ eſt vltimꝰ locus terre p̄miſſionis verſus
deſertum ad meridiem Et ſimiliter fidelis popu (Prima ps ep'le.)
lus chriſti in quarta generatione fugiens perſe=
cutionẽ impijſſime ſinagoge ⁊ Traiani ab ea in
citati venit in Berſabee iuda i puteum iuramẽ=
ti cõfeſſorum hoc eſt in vrbem Romam q̃ ex iu=
ramento ſiue p̄miſſione dei futura erat puteus
ſiue fons confeſſionis fidei catholice/ ⁊ caput re
ligionis chriſtiane vt patet Eſa 26 Ciuitatem
(inquit) ſublimẽ humiliabit ſ chriſtus/conculca
bit eam pes egenorum i pauperum apoſtolorum
Petri ⁊ Pauli venit ergo tunc temporis popu
lus chriſtianorum recolligens ſe in Urbem Ro
mã ⁊ alia loca imperij romani ⁊ dimiſit ibi pue=
rũ i ſeruum ſuũ appetitũ mũdanorum bonorum intẽ
dens ſoli deo placere ⁊ illũ ſolum poſſidere ⁊ pre
xit in deſertũ gentiliũ 9uertẽdũ p viã i legẽ vnꝰ
dei q̃ eſt verꝰ ſol ⁊ dies eternus Cũq; veniſſet ⁊ ſe=
deret p deuota 9templatione ſubter vnã iuniperũ
i crucẽ chriſti cuꝰ vmbra ſeu mẽoria refrigerat
eſtũ carnalis appetitꝰ ⁊ pſeruat a peſte pctĩ peti
uit a deo aĩe ſue i p aĩa ſua liberãda a tribula=
tiõibꝰ huiꝰ vite vt mo erẽt corpalit' q cupiebat
q̃libet fidelis diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto ⁊ ait ad
deũ ſufficit mihi dñe q̃ hactenꝰ vixi tolle ſi vis
aĩam meã ad te neq; n ſũ melior quã pres mei
ſcil apli q̃ nõ diu vixerũt i hoc mũdo Tali ergo
deſiderio flagrãs ppl's fidelis Subiecit ſe ſub a=
lijs hoĩbꝰ mũdanis ex hũilitate adhibẽs patiẽdũ
martyriũ ⁊ obdormiuit ſcꝪ ipꝰ p mo te ſub vmbra
Iuniperi p̄dicte q̄ multi ex illis tũc paſſi ſunt
martyriũ p crucis p̄dicatiõe Sed int' plures p= (Scd'a ps epiſtole.)
ſequentiũ tyrannorum miſit deꝰ 9ſolatiões populo
ſuo Et ecce angelus dñi i aliq̄s bonus vir ceme
tua deo i fauore chriſtianorum vt de Plinio 2

dixim9 Tetigit eū.ſ populum dei ad excitan-
dum ipſum a ſomno moꝛtis tūc imminentis ei
et dixit illi ſurge in ſpem diuini adiutoꝛij ⁊ fauo
ris ⁊ comede eucharistie ſacramētum libere qꝛ
ille perſuaſit Traiano vt nō perſequeretur chꝛi
ſtianos ſed libere permitteret eis ſua ſacramen
ta exercere Populus vero fideliū reſpexit illū
diuinum fauoꝛem et ecce apparuit ad caput ſuū
pontificem romanū ſubcinericius panis ⁊ vas
aque i. refectio aliqualis que alias viaticum di
citur hoc eſt paululum conſolatus eſt pontifex
cum ſuo populo ad modum quo viatoꝛ ſolet pa
rum refici ex paruo pane ⁊ aqua comedit ergo
et bibit i libere miniſtrauit ſua ſacramenta ali-
quanto tēpoꝛe per remiſſionem ꝑſecutiōis Sed
rurſum imperante Adriano inualuit ꝑſecutio
et ideo rurſum fidelis populus obdoꝛmiuit mo
do predicto parum tamen durauit illa ꝑſecutio
ideo inter pꝛincipales non computatur reuer-
ſuſq; eſt angelus domini ad conſolandum fide
les vt Seuotonius vl' Plutarcus q̄ erat Adria
no multum familiaris et tetigit ſecundo popu
lum dixitq; illi ſurge comede modo expoſito
grandis enim tibi reſtat via in futurum peragē
da circa eccleſie ſacramenta hoc eſt confoꝛtare
in dño quia ꝑ multas geñatiōes futuras inuale
ſcet eccl'ia dei ⁊ multa debes oꝛdinare circa ritū
⁊ moꝛes xp̄ianoꝝ ⁊ ſolenitates ſacramētoꝝ. ideo
nō deficias in hac ꝑſecutiōe neq; in alijs Surre

Tertia ꝑs epiſto le

xit ergo ⁊ ꝯfoꝛtat9 eſt ppl's dei ex fauoꝛe ſibi con
ceſſo a deo ſub Alexandro papa q̄ ſenatoꝛes vr
bis conuertit ad chꝛiſtum ⁊ comedit ⁊ bibit i cō
ſolationem recepit ⁊ ambulauit ꝑ viam manda
toꝛum dei in deſerto gentilium in foꝛtitudine ci
bi illius i gratie dei cōſolantis quadraginta die
bus ⁊ quadraginta noctibus i quadraginta ge-
nerationibus eccl'ie tum in pꝛoſperitate tum in
aduerſitate laboꝛando in conuertendis gētilib9
ad fidem chꝛiſti vſq; quo ꝑuenit ad montem dei
Oreb quod eſt deſertum ſolitudo vel deſtructio
ſiccitatis i vſq; quo plenitudo gentilium intra-
uit eccl'iam dei et ipſa eleuata eſt ad ꝑfectionem
chꝛiſtiane religionis deſtructa iam ſiccitate ydo
latrie Et ꝑ monte dei Oreb in quo data eſt lex
Moyſi ſignificetur religio monachoꝛum in qua
eſt altitudo ꝑfectionis vite chꝛiſtiane manifeſtū
eſt q; in fine quadrageſime generationis eccle-
ſie hoc eſt circa annos chꝛiſti 1200 oꝛte ſunt re-
ligiones medicantium q̄ videntur aliarum ꝑfe-
ctiſſime et ſic populus fidelium in foꝛtitudine fi-
dei et gratie dei ambulauit quadraginta diebus
⁊ totidem noctibus oꝛdinando res eccl'ie ⁊ reli-
gionis chꝛiſtiane quouſq; ꝑuentum eſt ad mon
tem religionis vite ſpiritualis in monaſterijs

Moralitas.

Eadē fere eſt ſententia huius epiſtole ſi Helias
ſignificet cetum ieiunātium ⁊ penitentium nā q̄
libet eo iam fugit a perſecutione mundi/carnis/
⁊ demonis in deſertum penitentie anguſtiatur
nimis ex tentatione ⁊ ideo cupit moꝛi mundo
vt viuat chꝛiſto conſolatur ab angelo i pꝛedica-
toꝛe vel cōfeſſoꝛe qui dat ei panem ſubcinericiū
penitētie et calicē aque lachꝛymarū vt ꝯfoꝛtet ꝑ
grām dei vt bn̄ poſſit trāſigere hoc logū iter q̄dra
ginta dierum vſq; ad paſcha. nam hic numerus
dierum ieiunij non ſolum a chꝛiſto fuit inſtitu-
tus a lege euāgelica ſed etiā a Moyſe fuit figu-
ratus in lege nature ⁊ ab Helia in lege ſcripture
⁊c̄ ¶ Tractus De neceſſitatibus meis ⁊c pſal'

Tractus.

24 eādem ſententiam habet cum graduali vt
pote ex eodem pſal' exiſtens et fere ſunt eadem
verba vtrobiq; in quibus idē populus clamās

Euangelij argumentum.

introducitur ⁊c̄ ¶ Euangelium Acceſſerunt ad
ieſum ſcribe ⁊c̄ Matthei 12 In ſenſu hiſtoꝛico
declarat perſecutionem pꝛedictam contra chꝛi-
ſtianos in quarta generatione eccleſie et habet
tres partes Pꝛima eſt reſpōſio ad impiam ten-
tationem Secunda ibi cum immundus ſpirit9
⁊c̄. docet periculoſā eſſe recidiuationē Tertia ibi
adhuc eo loquente ⁊c̄ Declarat ſpirituale chꝛi
ſti generationem In illo (inquit) tempoꝛe qua-

Pꝛima pars euāgelij

tuoꝛ generationes eccl'ie acceſſerunt ad ieſum
i pꝛelatum chꝛiſtianoꝛum obloquētes cōtra eū
ſcribe i ſapientes gentilium/et phariſei i iudei a
ceteris gentibus diuiſi in cerimonijs dicētes q̄-
ſi deriſoꝛie Magiſter huius noue ſecte volum9 a
te videre fieri ſignū. i miraculū aliquod de celo
i celeſte ⁊ magnū ac nouum ad confirmationē
tue doctrine ſi vera eſt alias tibi non credemus
q2 parua nobis videntur miracula q̄ hactenus
feciſti fac alia maioꝛa ſi vis vt tibi credamus qđ
yronice dicebant putantes hoc non eſſe poſſibi-
le Sed quia hec fuit malicioſa tentatio dei ideo
fuerunt digni magna rep̄henſione qui poſt tot
miracula a chꝛiſto ⁊ apoſtolis alijſq; diſcipulis
eius viſa ⁊ audita credere noluerunt. quare pila-
tus reſpondens ait illis generatio hominū ma
la in ſe ⁊ ad pꝛoximum vt gentiles ⁊ adultera a
deo ſuo vt iudei ſignum querit nō vt credat ſed
vt derideat ideo ſignū non dabitur ei a deo niſi
foꝛte ſignum i miraculum Jone ꝓphete qꝛ illō
conuincet ꝓteruiam infidelium ⁊ erit hoc mira
culū tale q; ſicut Jonas trib9 diebus fuit ⁊c̄ nā
tres dies ſepulture chꝛiſti non integri ſed partiti
fuerunt ꝑ(?)ciſe 40 hoꝛe que pꝛoculdubio ſignifi-
carunt 40 generationes plenitudinis gentium
vt intrent eccl'iam dei in quib9 chꝛiſtus myſtic9
moꝛtificat in coꝛde terre i in vrbe Roma que e
velut coꝛ romani imperij terreni q2 hoc mira-
culum dabit vobis de9 q; paulatim religio chꝛi-
ſtiana creſcet et ſupſtitio ydolatrie continue de-
creſcet donec omnes gētiles relictis ydolis ſuis
baptiſmum chꝛiſti receperint deuote confiten-
tes et pꝛedicantes veritatem fidei et religionis
ſue ⁊ hoc maxime apparebit in vrbe Roma q̄
ſicut fuit caput et coꝛ ydolatrie ita fiet caput et
coꝛ religionis chꝛiſtiane Hoc itaq; miraculum
erit a deo celeſte ⁊ magnum q; omnem īfideliū
tam iudeoꝛum q̄ gentilium pꝛoteruiam conuin
cet vt patet ex autoꝛitate Gamalielis Actuū 5.
Si hoc inquit negotium e a deo pꝛoſperabitur
et non poteritis illud diſſipare ⁊c̄ Tranſactis
vero 40 bis generationibus eccleſie ⁊ plenitu-

dinis gentium condemnabit deus ſapientes gē
tilium ⁊ phariſeos iudeorum incredulos quod
probaē ex ꝯparatione eoꝝ qui olim crediderunt
Jone prophete predicanti ⁊ regine Saba que
magnificauit ſapientiam Salomonis hic autem
prelatus chriſtianorum qui vobis predicat e Jo
nas.i. filius columbe ſeu ſpiritusſancti eſt ⁊ Sa
lomon .i. pacificus ſeu pacem predicans anima
rum imo iſti p̄lato vos infideles magis debere
tis credere q̄ꝫ minute Jone et in maiori precio de
beretis habere doctrinam eius q̄ꝫ regina Saba
ſapientiam Salomonis quia iſte maiora ſigna
confirmatiua ſue doctrine affert vobis quam il
li duo ecce enim pluſquā Jonas hic et pluſquā
Salomon Breuiter ergo reſponſio prelati ad tē
tationem infidelium ſtat in hoc ꝙ ſignum eui
dentiſſimum ad confirmandam religionē chri
ſtianam eſt conueſio totius fere mundi ad fidē
chriſti maxime quia chriſtus ſedem apoſtoli ſui
Petri poſuit in capite et corde romani imperij
Secūda pars euangelij Codemnatis iam infidelibus tam gentilibꝰ quā
iudeis prelatus alloquitur fideles q̄ ex vtriſqꝫ
intrarunt eccleſiam dei ſuadens eis bene ſerua
re fidem ⁊ religionem ſuſceptam nam poſtq̄ꝫ in
his quadraginta generationibus eccleſie imun
dus ſpiritus infidelitatis eiectus eſt ab homini
bus timendum eſt ne reuertatur ad eos vacan
tes a bonis operibus ⁊ deditos vanitati pompe
ſecularis que dicitur ſcopis mundata ⁊ ornata
nec reuertetur ille immūdus ſpiritus qui olim
tenebat eos obcecatos infidelitate.non reuerte
tur ſolus ſed aſſumet ſecū alios ſepte ſpiritus ne
quiores ſe .i. vniuerſitatem peccatorū enormiū
vt fiant nouiſſima talium hominum peiora p̄o
ribus peccatis eorum quando erant infideles 2.
Petri 2. melius erat eis viam domini non co
gnoſcere quam poſt agnitam retro ire quando
enim erant gentiles nullum aliud peccatum vi
debantur habere preter infidelitatem cum ha
berent optimam reip et domeſtice gubernatio
nem ſed poſt quadraginta generationes a ſua
conuerſione multa et nefanda vicia habent ſa
tis manifeſta que propter ingratitudinem ſuā
ſuper beneficia dei eis collata aggrauātur corā
deo et niſi fuiſſet magna dei miſericordia que
eos expectat ad penitentiam iam omnes periſ
Tertia pars euangelij ſent Suſcitauit autem miſericordia dei in fine
quadrageſime generationis eccleſie nouas reli
giones ad reformandum mores fidelium ideo
adhuc loquente p̄lato chriſtianorum ad turbas
infidelium doctrinam bonam vt eiecto immū
do ſpiritu infidelitatis intrarent eccleſiam chri
ſti ecce mater religio et fratres chriſti religioſi
ſtabant foras .i. extra vitam ſecularium queren
tes chriſtum et que Jeſu chriſti .i. ſalutem ani
marum non ꝓpriam vtilitatē in mūdo imo pro
pter amorem dei ⁊ proximoꝝ mūdanis oibꝰ ab
renunciates quare ⁊ chriſtus ad eos tanq̄ꝫ ad ve
ros fratres ſuos manum grāe extedes dixit ecce
mater mea ⁊ frēs mei.ſ ſpiritualiter q̄cunqꝫ eni
fecerit liberer volūtatem ſigni dei.i. mādata eius
(quod faciunt boni religioſi etiā ſuperaddentes
conſilia preceptis)ipſe meus frater ⁊ ſoror ⁊ ma
ter eſt Frater inq̄ꝫ q2 ille talis eſt filiꝰ adoptiuus
eiuſdem patris cuius ego ſum filius naturalis.
Soror vero q2 anima illius per gratiā dei eſt cō
formis anime mee plene gratia ab inſtanti con
ceptionis Mater aūt quia ille concipiet me de
uotione ⁊ pariet ſancta opatiōe Ex predictis pa
tet quomodo in quarta ecclīe generatione pro
pter impiam tetationem fidelibus tunc factam
reuelauit deus eis totu diſcurſum legis euageli
ce per oēs generationes eccleſie ⁊ fuit fere ſimi
lis diſcurſui vete le in generationibus ſuis nam
vt diximus in quarta illa generatione Etron iu
dei tentabantur ab Egyptijs de fide ⁊ religione
ſua ⁊ noluerunt eos dimittere niſi oſtēderet pre
latus eorū Moyſes ſigna multa de celo ad con
firmatione ſue fidei non quidē ad credendum
quia in omnibꝰ illis miraculis fuerunt indurati
Egyptij ⁊ manſerunt increduli Poſtea vero edu
ctis iudeis ab Egypto dedit eis deus legem/
deinde ꝓphetas quibus exiuit ab eis ſpūs im
mūdus infidelitatis ⁊ hoc continue vſqꝫ ad gene
rationes 40 quibus populus ille manſit in cor
de terre ⁊ deus cū eis.i. in Hieruſalē que ſita eſt
in medio terre habitabilis Sed ꝓpē aduentum
chriſti vacantibus iudeis ab operibus virtutum
ſcdm tenorem legis ſue/⁊ intēdentibus vanitati ⁊
pope mundane in oſtentatione exteriorum ceri
moniarum reuerſus eſt ad eos ſpūs immūdus
cū multitudine peccatorū grauiſſimorū adeo vt
poſt mortem multorum prophetaꝝ procurarent
etiā morte valde ignominioſam meſſie ſibi pro
miſſi Quare ⁊ dimiſſis illis acceſſit ad chriſtum
mater eccleſia ⁊ fratres apoſtoli ceteriqꝫ diſcipu
li eius ad quos ipſe manū gratie extendens ⁊c.
Et forte alius ſimilis diſcurſus eſt notandus in
ſtatu religioſorum nam in quarta illius ſtatus
generatione incipiendo computationem ab Jn
nocētio papa tertio fuit orta grauis tētatio mun
danorum impugnantiū religiones ad q̄ꝫ reſpon
derūt ſua etate Bona ventura ⁊ Thomas aqui
nas ⁊ allegauerunt eis ſignum Jone prophete
⁊c̄ vnde continue exit a religioſis immūdus ſpi
ritus concupiſcētie mundane ⁊ creſcit religio in
corde terre .i. in medio eccleſie donec impleantur
quadraginta generationes illius ſtatus quibꝰ
elapſis ſub pſecutione antichriſti reuertet ad eos
ſpūs immundus ⁊c̄ et circa finē mundi occurret
ſancta mater eccleſia ⁊ duo illi fratres Enoch et
Helias ⁊c̄ ¶ Moraliter vero hoc euāgelium re Moralitas.
prehēdit primo eos qui nolūt ieiunare nec peni
tentiā agere de peccatis ſuis donec deus faciat
in eis aliquod magnū miraculum de celo qua
le fecit in apoſtolo Paulo/Mattheo/⁊ Magda
lena ad conuertendū eos ſed p̄latus talibꝰ di
cit ꝙ ſunt generatio praua ⁊ adultera quia debe
ret eis ſufficere doctrina eccleſie ſatis mirabilis
maxime in his quadraginta dieb ꝰ ieiunij ſigni
ficans ꝑ quadraginta horas quibus Jonas fuit
in ventre Ceti.⁊ ꝑ quadraginta dies quibus pre

dicauit in Niniue/⁊ per quadraginta annos regni Salomonis Deterret ſcḋo eos qui poſt hāc quadrageſimam ⁊ penitentiā in ea factam recidiuāt i redeūt ad priora peccata declarādo periculum ſpiritus immūdi pauꝰ eiecti ⁊ poſtea reuerſi cum peiore ſocietate i cum circūſtantia ingratitudinis multū aggrauāte peccata poſteriora vel cum praua conſuetudine que peior eſt ꝙ̄ actus peccati ⁊ ſi ſit multum diuturna trahit hominem vſqꝫ ad profundū malorum De talibus enim apoſtolus Hebreo 6 dicit ꝙ impoſſibile eſt eos renouari ad penitentiam ⁊c Commēdat tertio veros ⁊ humiles penitētes qui memores gratie dei ſibi facte in remiſſione precedentium peccatorum perſeuerāt in virtutibus ⁊ cauent a futuris peccatis facietes voluntatem patris qui in celis eſt ideo quilibet talium vocatur a chriſto frater/ ſoror/⁊ mater ⁊c In eode ſenſu morali hoc euangelium poteſt referri ad ordinādos quibus prelatus ſuadet ne retrocedāt ad vitam ſecularem ⁊c.

Offertorium. ¶ Offertoriū meditabor in mādatis ⁊c ps 118 eſt reſponſio fidelis populi ad ea que vltimo dicta ſunt in euāgelio ſcꝫ quicūqꝫ fecerit voluntatem ⁊c i. precepta dei ipſe meus frater ⁊ ſoror ⁊c ideo deſiderans eſſe frater/ſoror/et mater chriſti ait meditabor in mādatis tuis ſcꝫ vt cognoſcam quid agēdum ⁊ leuabo manus meas ad operādum ⁊c Oratio ſecreta hoſtias tibi dn̄e ⁊c offert deo hoſtiā pacificam in altari ad obtinēdum veniam peccatoꝝ ipſis ieiunātibus ⁊ ad ſolidandū

Coīo vacillātes in opere bono ¶ Cōmunio Intellige clamorē ⁊c ps 5 commēdat orationes fideliū deo vt eos exaudiat maxime in tēpore tribulationis Ultima oratio Tui dn̄e perceptiōe ⁊c petit ex virtute eucharistie emūdari a delictis et liberari ab inimicis que omnia poſt euangeliū ad tres predictos ſenſus intelligi poſſunt ſcꝫ in perſona fidelium quarte generationis/ ⁊ fideliū noſtre quadrageſime ac etiā in perſona ordinādorū in ſabbato ſequēte Oratio ſuper populū Mentes noſtras ⁊c vnicū ſenſum habet de ieiunātibus quibus optat lumen gratie dei quo agenda cognoſcant ⁊ cognita prompte agere valeant

## ¶ Caput trigeſimū de feria quinta cuius officium licet variū ad quintā eccleſie chriſtiane generationem pertinet ⁊ mores ieiunantium componit

Argumētū officij. Ab anno chriſti 120 vſqꝫ 150

Uinta generatio eccleſie chriſtiane peracta eſt ſub Romanis pontificibus Sixto/Theleſphoro/Ygino/ ⁊ Pio ⁊ imperatoribꝰ Anthonio pio/Marcholucio/⁊ Anthonio fero et correſpondet Aram in veteri lege de quo nihil habemꝰ Fuit etiā tūc contra eccleſiam quarta perſecutio principalis tyrānorū gētilium ſ ab Anthonio fero imperata Preter hāc perſecutione ab extraneis paganis aliā ſuſtinuit eccleſia ab intraneis hereticis illo tēpore. nam Cerdo quidā et Marcion circa diuinitate chriſti Ualentinus vero circa humanitate chriſti blaſphemare ceperūt ſed omnipotēs deus in ſuos tunc miſericordia/in tyrannos iuſticiā exercuit nam terremotus magni/fluminum inundationes/ peſtilētie graues/⁊ hoſtiles exercitus contra Italia ⁊ totum Romanū imperium ſeuierūt propter multas martyrū iniuſtas occiſioes quas Romani exercuerāt Cōtra veſanias etiā hereticorum dedit deus eccl'ie tūc prelatos ſanctiſſimos ⁊ doctores ſapientiſſimos nā Policarpus ſancti Ioānis apl'i diſcipulꝰ Marcione duriſſime increpauit Iuſtinus etiā philoſophus Pompei trogi diſcipulꝰ Apologeticū librū de religione chriſtiana ad Anthoniū pium miſit duo īte magni philoſophi Athenienſes Quadratus et Taurus ad fidē chriſti cōuerſi in magnū fauorem chriſtianorū claruerūt illa etate Rome inſuper Galienus medicus/⁊ Alexādrie Ptholemeus aſtronomoꝝ peritiſſimus/ aliiqꝫ plures alibi fuere tunc percelebres quorum doctrinis ⁊ idolatrie cecitas paulatim euanuit ⁊ chriſtiana religio clarior effulſit Romani deniqꝫ pōtifices predicti in hac 5 generatione multa ad ſolennitatem ⁊ reuerētiam ſacramētorum eccleſie pertinentia inſtituerūt nam Sixtus vaſa ſacra et corporale altaris lineum decreuit a laicis maxime a feminis nō eſſe tāgēda ſed a ſolis dei miniſtris. hymnum etiā ſeraphin Sanctus ſanctus ⁊c in miſſa cantari precepit Theleſphorus vero addidit alium hymnū angelicum ſcꝫ Gloria in excelſis deo ⁊c ⁊ euangeliū debere cantari ante ſacrificiū eucharistie Sequēs papa Yginus in ſacramento baptiſmi/⁊ in cōfirmatione patres ⁊ matres ſpūales (quos patrinos vocāt) cēſuit nouellis fidelibus adhibēdos Pius etiā feſtū paſchalis reſurrectionis chriſti die dnico nō quinta decima lune cū hebreis ſemper eſſe celebrandum primus inſtituit quod reuelatione angelica Hermete facta didicit ¶ Ad hos ergo pōtifices alludens huius miſſe introitus Confeſſio ⁊ pulchritudo ⁊c ps 95 commemorātes que in 5 generatione ordinata ſunt ad decorem ⁊ pulchritudine eccleſie dei maxime ſacramēti eucharistie confeſſio i laus dei ⁊ pulchritudo i honor deo ſit in conſpectu eiꝰ i in eccl'ia/ vel tēplo vbi fideles cōgregatur corā deo ſcitas vaſoꝝ ⁊ magnificētia veſtimētoꝝ ſacerdotaliū in ſctificatione eiꝰ i in ſancto eucharistie ſacramēto Hoc dicebāt pōtifices Romani inſtituētes ea ꝙ̄ prediximus ad honorē dei in tēplo ſuo Verſus Cātate dn̄o ⁊c eſt principiū eiuſdē pſalmi quo inuitabant oēs ſacerdotes ad cantādum ea ꝙ̄ de nouo erat ordinata ad laudē dei Poteſt etiā idem introitus intelligi de prelato noſtri tēporis qui in hac feria 5 que eucharistie dicata eſt incipit fideles ieiunantes et penitētes inuitare ad ſe preparādū per deuotas orationes ad digne recipiēdā eucharistia in paſchate ⁊ hoc ſignificant illa vocabula confeſſio/laudis/pulchritudo cordis ⁊c Oratio Omnipotēs ſempiterne deus ⁊c. poſt orationes deuotas de

Introitꝰ miſſe.

Oratio.

quibus loquitur introitus addit ieiunia et elee-
mosinas ad remissionem peccatorum et deuotionem cor-
dis habēdam necessarias vt sint fideles bene pa-
rati ad eucharistiā. ¶ Epistola Factus est sermo
dni &c. Ezechielis 18 consolatur fideles quinte
generationis qui videtes q deus ita rigorose pu-
nierat patres eorū iudeos et gentiles propter pec-
cata eorum que egerant contra christum et ecclesiam
christianorum timebat ne forte etiam eisdē pene su-
per veniret eis iuxta illud Exodi 20 et Deute-
ro 5 ego sum deus zelotes vindicās iniquitates
patrū in filios vsq in tertia et quartam genera-
tionē. Sed epistola declarat sensum illius dicti
scz q intelligitur quādo filius imitatur patrem in
peccatis suis vnde sequitur ibi textus his qui ode-
runt me si aut filius auertat se a peccatis patris
sui propter amorem dei ille non erit particeps pene
que de vindicta dei i pena exterminās hominē
in perditionē licet propter alia leuia peccata sua
patiatur penā medicinalem et sanatem cum a mor-
bo ... que pena potius est misericordia dei q̄ vin-
dicta. Diuiditur aut epl'a in tres partes. In pri-
ma excluditur filiorum querimonia. In secūda ibi
et vir si fuerit iustus &c adducūtur exempla con-
uenientia. In tertia ibi et dicitis quare &c redditur
...ratio certa. Et ergo prelat[us] in die-
bus ... quinte generationis ecclesie factus est
ad me sermo dni i reuelatio veritatis ad soluen-
dum querella infirmorum vt dicerem eis quid est
q inter vos murmurantes cotra deum vertitis
hanc parabolā in prouerbium cōmune dicētes
in terra Israel que est ecclesia christi patres
comederūt vuam acerbā i acerbam hoc est comise-
runt peccatū acerbū a deo et dentes filiorum obstu-
pescunt i patiuntur stuporem pene pro illo pec-
cato sed deus huius rei veritatem declarās dicit
viuo ego i per vitam seu animā meam certifico
vos q̄ licet ... q non erit vobis vltra hec parabola
vera in Israel i in ecclesia mihi ... ecce oēs ani-
me tam ... omnium hominum mee sunt per
creationē itaq ego solus eis oēs peperi genui et
creaui et non patres carnales qui vos genuerūt
solū quātum ad corpus et sicut fuit mea anima pa-
tris primi Adam qui a nullo altero patre carna-
li genitus est sed immediate a me creat[us] ita etiā
et anima cuius libet filij eius et aliorum hominū mea
est ac perinde equaliter ego eas oēs diligo quā-
tum ad naturalia quare non sum acceptor ani-
marū vt istam puniam plusq̄ illas sed iusticiam
seruo in penis infligendis maxime in illa pena
que exterminat in totalem perditionē. Unde per
certitudinem dico vobis q anima que peccaue-
rit contra legem dei et in tali peccato permanserit
vsq ad finem ipsa morietur in pena inferni et nō
alia pro peccato eius quare sequitur q filius nō
portabit in pena inferni iniquitatem i culpā pa-
tris sui. Uerbi gratia si fuerit aliquis vir iustus
et i fecerit iudicium et iusticiam i mādata dei iu-
sta et vt ad particularia veniamus si no comede-
rit et sacrificijs idolorum in montibus vbi fiebāt
eis sacrificia gentiliū vt in olympo deo ioui &c et
oculos suos non leuauerit ad ydola i figmenta
domus israel figuralis siue iudaice sinagoge (q̄
multa mendacia fingebat in illa etate quinte ge-
nerationis ad decipiendum simplices) que sunt
peccata contra primum preceptum et vxorem pri-
mi sui non violauerit cōtra sextum preceptum
et hominem non contristauerit verbis et factis
iniuriosis contra quintum preceptum pignus
debitori pauperi reddiderit per vim nichil ra-
puerit et alia q sequūtur contra septimū precep tū
non fecerit sed potius in preceptis meis ambula-
uerit bene viuendo qd est facere veritatem ille
talis vita gratie et glorie viuet non morietur dā-
natione inferni pro alienis peccatis. Si autem ac-
cidat q filius suus euadat malus et faciat om-
nia predicta peccata ille tali morietur et no va-
lebit ei iusticia patris sui pdicti q si vice versa
iste filius malus genuerit alium filium iustum
et bonum qualis erat auus ille vita viuet spiritua-
li et non morietur morte anime propter peccat pa-
tris sui mali. Et si queritis rationem huius sen-
tentie scz q filius non debeat portare iniquitatē
patris sui neq pater iniquitatem filij vt patiatur
penam pro peccato alterius ratio in promptu est
videlicet q iudicium et iusticiam operatus est i
oīa precepta mea custodiuit ideo vita viuet ex pro-
missi obseruatoribus preceptorum meorum Mat-
thei 19 hec fac et viues et dignum est vt fidelis
seruus dei recipiat mercedem sibi promissam a deo
nec impediatur aliena culpa. Hec dicit dominus
omnipotens cuius sententia est vera et certissi-
ma ait platus. Ideo fideles christi quādo premun-
tur aliquibus tribulationibus huius vite quas
deus mittit propter peccata suorum patrum in-
fidelium debent consolari in domino quia cer-
ti sunt q in anima nullum faciet eis nocumen-
tum iniquitas parentum. Eadem sententia va-
let ad consolandum fideles nostri temporis q̄
laboribus ieiunij et penitentie affligutur in hac
sancta quadragesima non quidem pro alienis
peccatis sed pro suis et pene iste medicine sunt
ad purgandas animas vt viuant per gratiam dei.
¶ Cantus gradualis Custodi me dne &c ps l'
16 est responsio fidelis populi diuine protectio-
ni ac gubernationi sese committentis ad modum
quo pulli proteguntur sub alis galline a rapi-
na milui i diaboli vel tyranni. Uersus De vultu
tuo iudicium &c ex eodem psal orat deum vt p-
dictam sententiam iustam in epl'a declaratam
obseruet cum seruis suis scz vt non patiantur pro
alienis delictis. ¶ Euangeliū huius quinte ferie
verum est (vt alias dixi...) propterea q olim
quinte ferie neq ieiunabantur ... et
officia de ieiunio ex institutione remanent pon-
tificum sed moderna sunt et apud diuersas dio-
ceses varia a minoribus platis edita vnde ... 
quinta feria romana ecclesia legit euangelium
de muliere Cananea alie euangelium de diui-
te epulone et lazaro medico/ et alie aliter. Sed
Toletana ecclesia cum Cesaraugustana et quibus-
dam alijs in Hispania legit hodie euangelium

Epl'e ar-
gumētū.

Prima
pars epi-
stole

Secūda ps
Epistole

Tertia ps
epistole.

Graduale

Illud dicebat Jeſus ad eos qui crediderāt ei iu-
deos ⁊c̄ Joannis 8 ⁊ in dñica ſequēti ponit euan
gelium de muliere Cananea Eccleſia vero Ro
mana propter ordines diei ſabbati idem habet
euāgelium in ſabbato ⁊ in dñica ſequēte vt iam
declarauimus in quarta dñica aduentus ⁊ quia
euangelium ſabbati in ſabbato exponemus in
dñica vero euangeliū de muliere Cananea ideo
Euangelij argumentum — inſiſtamus nunc ad declarādum euāgelium To
letanum quod recitat diſputatione chriſti cū iu-
deis de libertate filioꝝ dei ⁊ ſeruitute hominum
peccatoꝝ ſub ferreo iugo diaboli habitoꝝ eande
intentionem cū alijs duobus euāgelijs allegatis
ex alijs eccleſijs ſcʒ cōformiter ad epiſtola predi-
ctam ponere differentia inter bonos ⁊ malos fi
lios ſub eode patre qui diuerſimode ſe habet ad
eos hec nāqꝫ ſumma facile colligitur ex tribus
euangelijs cum vnica epiſtola que cōmunis eſt
omnibus eccleſijs Unde cōſtat ꝙ intentio illo-
rum prelatorum fuit eadē in officio huius quin-
te ferie videlicet cōmemorare qualitatem populi
chriſtiani 5 in generatiōe eccle ad ſenſum hiſto-
ricum nam tūc gentiles Romani ceperūt dege-
nerare a nobilitate ſuorū patrū multipliciter at
trito Romano imperio/⁊ lingua latina iam bar
bariʒante Chriſtiani etiā heretici a ſanctis patrū
ſanctionibus in eccleſia tunc recedere ceperunt
ꝑpter phātaſias diaboli eos decipientis Hanc
ergo tēporis qualitatē deſcribes euangeliū no
ſtrum/clarius ceteris introducit chriſtū arguen
tem iudeos degenerātes a nobilitate ſuorū pa-
trum ſanctorū patriarcharum quod in p̄dicta
generatione quinta vel ſe que eſt Aram clariſſi-
me contigit quādo vitulum adorauerunt in deſer-
to/⁊ deos quos non coluerūt patres eoꝝ vt dici-
tur Deutero 32 In tēpore etiam aduentus chriſti
iudei adeo erāt moribus deprauati ꝙ nec patri
bus ſuis concordabat/ nec mandata eoꝝ ſerua
bant ſed potius imitabantur diabolū autorem
malorum in multis peccatis Sed euāgeliū no-
ſtrum tria pricipalia peccata eorū commemorat
Primo enim oſtēdit ꝙ diabolus eſt malignus in
deſiderando Secūdo ꝙ eſt crudelis in occidēn-
do Tertio eſt mendax in fallendo ⁊ illis modis
iudei ſe habebat erga chriſtū ſcʒ cū prauis deſi
derijs/cum iniquis perſecutionibus/⁊ falſis cri
minationibus Et ſimilibus modis ſe habebant
gētiles infideles ⁊ heretici contra chriſtianos in
quinta generatione Et in hoc ſenſu diuidit euā-
gelium in tres partes Prima redarguit heretico-
rum probās ꝙ no ſint boni diſcipuli ſuorū magi-
ſtrorum Scda ibi ego qđ vidi apud patrē ⁊c̄ re-
probat infideles idolatras ꝙ no ſint veri filij ſuoꝝ
patrum predeceſſorum Tertia ibi dixit ergo eis
Jeſus ſi deus ⁊c̄ contra eoſde probat ꝙ non ſint
Prima pars euangelij — veri liberi ſed multipliciter ſubiecti ſeruituti In
illo tēpore quinte generationis eccle dixit
Jeſus i. bonus prelatꝰ ad eos q̄ crediderāt ei fi
dem catholicā predicant ⁊ vocat eos iudeos i. cō
feſſores ſeu laudatores dei ſi inquit vos manſe-
ritis in ſermone meo i. pſeuerauentis in doctri-
na quā p̄dicaui vobis vere diſcipuli mei eritis ⁊
veri chriſtiani ⁊ cognoſcetis veritatem dei i. verū
deum ⁊ illa veritas i. vera fides liberabit vos a
ſeruitute i. faciet vos eſſe liberos ⁊ nobiles quia
familiares deo nobiliſſimo Qua ex ratione cō
moti quidā heretici illius etatis ſuperbientes dixe
runt nos ſemen i. filij Abrahe ſumus ſcʒ ſpi
ritualem originem chriſti in quo ſemine benedi-
ctio omnium gētium ꝓmiſſa eſt a deo ⁊ ideo ex
tam nobili patre nobiles effecti ſumus/ſeu libe-
ri ⁊ nemini ſeruiuimus vnqꝫ quomodo ergo tu
dicis o prelate ꝙ ſi manſerimus in tua doctrina
ꝙ efficiemur liberi quaſi exeuntes a ſeruitute ali
quacum re vera in nulla nos cognoſcamus eſſe
ſeruitute Reſpōdit eis prelatus declarādo eorū
ſeruitutem ex defectu cōſilij predicti quia ſcʒ nō
permanſerunt in doctrina ſanctorū doctorum ec-
cleſie Amen amē i. veraciter dico vobis qꝛ om-
nis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati qꝛ ſer-
uit male ſuggeſtioni diaboli tentatis quia ergo
vos feciſtis peccatum grande cōtra deū blaſphe
mādo cōcludit ꝙ vos ſitis ſerui et niſi filius dei
per gratiā ſuam vos liberauerit ab illa ſeruitute
nō poteritis vere liberi eſſe quaſi familiares deo.
Sicut eñi in domo alicuius dñi ſeruus nō manet
in ea ſemp ſed ad tēpus ⁊ poſtea expedit a dño
filius aūt eius nunqꝫ expedit ſed ſemp manet in
domo ita ⁊ vos in eccleſia dei que eſt domꝰ eiꝰ nō
manebitis ſemp ſed ad tēpus in quo neceſſe eſt
hereſes eſſe ad ꝓbatione fideliū poſtea a o here-
tici expellitur ab eccleſia ⁊ manebūt in ea boni
chriſtiani taqꝫ veri filij dei ſcio(inquit prelatꝰ ꝙ
filij Abrahe eſtis nomine qꝛ vocatis vos chriſtianos
ſed nō re qꝛ qritis me et gregem meum interfice-
re nō ſolū ſpūaliter corrumpendo fidē ſed etiā cor
poraliter perſequēdo fideles chriſti quia ſermo
meus docens verā fidē non capit in vobis qui
eſtis vaſa parua fracta ⁊ inutilia tali ergo pecca
ta facientes ſerui eſtis ⁊ non liberi ex defectu bo
ne doctrine Doctrina vero qua ego predico bo — Scda pars euangelij
nis chriſtianis libera eſt ⁊ liberos facies diſcipu
los nam ego quod vidi apud patrē meum chri-
ſtum hoc ſolū loquor cū predico ſed vos ſemina
tis falſa dogmata que vidiſtis apud patrē veſtrū
diabolum ⁊ eadē facitis perſequēdo chriſtianos
Reſponderūt illi dixerunt prelato itemꝙ pater
noſter eſt Abraham modo ſuperius declarato i.
ꝙ imitabatur eum in fide ex quo erat chriſtiani
quare etiā prelatus itemꝙ probat hoc eſſe falſū
dicens ſi filij Abrahe eſtis in fide opera Abrahe
facite que tamen nō facitis qꝛ queritis me inter-
ficere modis predictis ⁊c̄ hoc Abraham non fe-
cit qui fideles eos diligebat ⁊ fouebat concludi-
tur ergo ꝙ non facitis opera Abrahe ſed alicu-
ius alteriꝰ mali patris veſtri Sed illi ſe excuſā-
tes dixerunt nos non ſumus nati ex forni-
catione ſpūali que eſt idolatria quia non ſumus
edocti in falſa religione idolorū ſeu pluriū deo-
rum ſed vnū patrem habemus deum i. ſolū vnū
deum verū credimus cuius filij ſumus. Cōtra itemꝙ — Tertia pars euangelij
reprobās prelatum dixit eis Jeſus ſi deus pater veſter

eſſet in doctrina diligeretis me ⁊ non perſequeremini quia eſſetis fratres mei et cõformes in doctrina ego eñi ex deo p̄ceſſi ⁊ veni ad predicandum hanc doctrinã neq̃ eñi a meipſo veni p̄dicãdo ſed ille me miſit quare ſi veſtra doctrina etiã eſt a deo ꝓpter quid non agnoſcitis loquelam meam que deberet eſſe ſimilis veſtre? ſed q2 non poteſtis audire ſermonem meũ ſignum eſt quod vos ex patre diabolo eſtis in moribꝰ et non ex deo et hinc eſt ꝙ vultis facere deſideria eius interficiẽdo fideles nam diabolus ab initio mũdi fuit ⁊ eſt homicida quia in veritate vite ⁊ doctrine dei non ſtetit ſed cecidit adeo ꝙ nulla ſit in eo veritas ſ vera virtus ſed eſt plenus mendacijs ⁊ cum loquitur mendacium facit quod eſt ei proprium quia mẽdax eſt ⁊ pater mẽdacij ⁊ peccati et peccatoris quia ergo in veritate non ſtetit et pater mendacij euaſit ſtatim a principio mundi procurauit filios mẽdacij habere non ſolum alios angelos malos ſed etiã homines q2 primos parẽtes noſtros decipiẽdo ſpiritualiter occidit ⁊ filios eorũ ad homicidium corporale inſtigauit qꝰ Chaim occidit fratre ſuũ Abel Uos ergo heretici q2 mẽdacium colitis ex patre diabolo eſtis ⁊ inde procedit ꝙ licet ego veritatẽ dicã vobis non credatis mihi veritate inq̄ ⁊ vite ⁊ doctrine quis n ex vobis arguet me de peccato quod eſt mendaciũ q̄ d nullus hoc iuſte poterit q2 doctrina eccl'ie chriſtiane qua ego doceo nullum permittit peccatũ ⁊ ſi veritatem dico vobis quare non creditis mihi niſi q2 ex diabolo eſtis. na qui ex deo eſt verba dei libẽter audit ⁊c̄ Ex predictis patet quãtus erat tũc labor chriſtianorum ⁊ anguſtia eccl'ie dei quando foris vaſtabat eos gladius tyrannorum ⁊ intus corrodebat ſerpentinum virus hereticorum ⁊ hoc duplex malum diu ſimul durauit in eccleſia et quãdo iam poſt longa tẽpora viſus eſt ceſſare gladius tyrãnorum tunc cepit magis inualeſcere perfidia hereticorũ ad quorum fauorẽ iterum ſurrexit gladius peruerſorum Gothorũ adeo vt eccleſia dei inmanibus ⁊ horrendis tunc ſciſuris laniaretur

Moralitas ¶ Moraliter vero ide euãgelium poteſt eſſe ſermo moderni prelati ad ieiunantes ⁊ penitentes nouiter conuerſos ad deũ a vita ſua mala quos vocat iudeos i cõfitentes quia per ſacramentale confeſſionẽ melius homo couertitur ad deũ quã per ſolam contritione ad eos ergo qui crediderant ei p̄dicãti in officijs precedẽtibus/⁊ inclinati erat ad penitẽtiam loquitur prelatus dicẽs ſi manſeritis in ſermone meo i ſi vixeritis ſcd̄m illas virtutes quas docuit mea doctrina tria bona inde habebitis Primum quia vere eritis mei diſcipuli imo veriꝰ chriſti cuius perſonam ego gero in eccleſia eius Scd̄m quia cognoſcetis veritatem fidei/vite/⁊ iuſticie quia verbũ dei lucerna eſt et illuminat intellectũ Tertium quia eritis liberi a ſeruitute peccati dicẽte pſalmographo in corde meo abſcõdi eloq̄a tua vt nõ peccẽ tibi Sȝ multi ex chriſtianis indurati i ſuis pcc̄is putant ſibi ſufficere ꝙ ſint chriſtiani/ ac perinde filij dei et ſic non curant de doctrina prelati nec volunt facere penitentiam contra quos euãgelium ꝓbat ꝙ nec ſunt filij dei nec Abrahãm i ſummi pape romani ſed potius ſunt filij diaboli ex quo eius deſideria faciunt male viuendo ⁊c̄ ¶ Offertorium immittit angelus domini ⁊c̄ pſal' 33 eſt conſolatio fidelis populi de premiſſa doctrina qua deus tot bona largitur permanẽtibus i ſermone eius maxime quia pro illa etate conceſſit eis bonum p̄latum qui eſt angelus domini mediator inter deum ⁊ populum eius ⁊ ille angelus immittit bonam doctrinam in circuitu populi timentium eu ⁊ eripiet eos a multis malis dicens eis guſtate ⁊ videte per ſenſus interiores quoniã ſuauis e dominus ſeruis ſuis licet quantum ad ſenſus corporeos exteriores videatur auſterus ex tribulationibus que accidunt Oratio ſecreta Suſcipe domine ⁊c̄ offert deo ⁊ ieiunia et orationes fidelium ad obtinendum ab eo grãm abſtinendi a peccatis ¶ Communio Panis quem ego ⁊c̄ Jo. ca. 6 commemorat excellentiam ſacramenti eucharistie propter quintam feriam nam caro chriſti deuote recepta a fidelibus dat eis vitam ſpiritualem animarum Oratio vltima Tuorũ nos domine ⁊c̄ eſt gratiarumactio de ſacramento ſuſcepto cum petitione aliorum bonorum tam i corpe ⁊ q̃ȝ in animo Super populum Da queſumus dn̄e ⁊c̄ petit gratiam dei qua fideles bene cognoſcant virtutem penitentie et quadrageſimalis ieiunij et cognitam diligant et deuote frequentent

Offertorium

Communio

## ¶ Caput trigeſimumprimum

de ſexta feria cuius officium explicat qualitatem ſexte generationis eccl'ie et virtutem ſacramenti penitentie

Argumẽtũ officij. Ab anno chriſti 150 vſq; 180.

Sexta generatio eccleſie chriſtiane fuit in illo 30 annorũ tempore quo ei regebant Romani pontifices Anicetus Sother et Eleuterius ſub imperatorib Comodo Helio ptinace/⁊ Seuero qui perſecutionem quintam contra chriſtianos dicitur mouiſſe et correſpondet hec generatio Amminadab in vele in cuius diebꝰ fertur Moyſes eduxiſſe populum iſrael de Egypto/ et mari rubro diuiſo traduxiſſe i deſertum quod myſterium maris rubri apoſtolus 1 Cor 10 ad baptiſmũ chriſti refert quia in hac ſexta generatione romani pontifices ⁊ alij prelati ſpecialem curã habentes de ſalute animarum educebant multos infideles a captiuitate ydolatrie ⁊ prauitate iudaice p baptiſmum chriſti nam Eleuterius papa iuxta ordinationem apoſtolorum mandauit vt nullus cibus ex ſua natura bonus et conueniẽs hominibus repudiaretur a chriſtianis ſecundũ ceremonias iudeorum et gentiliũ Tũc eñi in Romanũ imperiũ diuiſũ eſt vt ia duo ſimul imperatores regnarẽt. qd̄ ante nũq̃ fuerat pmiſſum.

Similiter in eccleſia chriſtiana diuiſiones here ticorum facte ſunt in illa etate nam Montanus Priſca et Maximilla in phrygia Apelles Tacianus atque Seuerus in grecia et alij multi circa perſonam ſpiritusſancti et circa ſacramenta matrimonij blaſphemias protulerunt quas in Theodotion tertius doctor ſcripture illis temporibus tunc tempore oppugnauit et alij plerique doctores ſancti et ruraterii inter tot preſſuras ſeu anguſtias boni prelati a predicatione fidei et miniſtratione ſacramentorum non ceſſabant inuocantes ſemper dei auxilium Ex quorum perſona huius mille introitus de neceſſitatibus meis etc. ps. 24. orat deum vt viſa humiliatione et labore maximo chriſtianorum eripiat eos ab iſtis neceſſitatibus et dimittat eorum peccata Tertio Ad te domine leuaui animam meam eſt principium eiuſdem pſal. proteſtans ſpem ſeu confidentiam in deo ad quem eleuat mentem In eodem penitus ſenſu iſte introitus loquitur ex perſona populi ieiunantis et humiliter penitentis ac tentationes ſuſtinentis. Oratio Adeſto nobis domine etc. facit ad ſenſum moralem introitus petens auxilium dei ieiunantibus vt illo ieiunio mereantur gratiam ad bene implenda dei mandata. ¶ Epiſtola Anima que peccauerit etc. Ezechielis 18 conformiter ad precedentem conſolatur fideles in tribulatione poſitos propter deum ſiue ſub perſecutione ſeuerius ſiue ſub diſciplina prelati et diuiditur in tres partes In prima proponitur veridica dei ſententia circa punitionem peccatorum In ſecunda ibi Si autem impius etc. declaratur per conuenientia exempla In tertia ibi et dixiſtis etc. excluditur imperfectorum querela Sententia dei veriſſima predicatur a prelato hec dicit dominus deus ideo credenda ſunt tanquam vera et infallibiliter ſententia eius eſt anima humana que peccauerit contra mandata dei ipſa ſola et nulla alia pro ea morietur pena inferni et quantum ad illam penam que extermi nat et non medetur filius non portabit iniquitatem ſui patris nec e contra pater portabit iniquitatem filij ſic quod alter pro altero danetur Et reſolutiue iuſticia id eſt meritum iuſti ſuper eum erit ſic quod ipſe ſolus premiabitur et non alius pro eo neque ipſe pro alieno merito ſimiliter impietas id eſt peccatum impij erit ſuper eum quod ipſe punietur pro eo et non alius neque ipſe pro alieno peccato et hoc in primis verum de pena inferni que eſt mors anime ſecus de pena huius vite que eſt medicina vt dictum eſt. Et vt predicta ſententia clarior euadat dantur duo homines alter impius et alter iuſtus ſecundum ſtatum preſentem Si autem ille qui nunc eſt impius et peccator conuertatur ad deum et egerit penitentiam etc. et cuſtodierit deinceps precepta mea etc. perſeueranter vſque ad finem vite ſue ille vita eterna viuet et non morietur in inferno omnium iniquitatum ſuarum preteritarum non recordabor ad puniendum eum in inferno ſed potius viuet in alio ſeculo in ſua iuſticia finali qua operatus eſt poſt penitentiam peccatorum quia voluntas mea dicit dominus promptior eſt ad miſerendum quam ad puniendum ideo nolo mortem peccatoris ſi ipſe ad penitentiam conuertatur ſed volo quod viuat in gratia dei et gloria data ſibi remiſſione peccatorum. Econtra vero ſi ille qui modo eſt iuſtus auerterit ſe a ſua iuſticia id eſt a virtute qua operabatur et deinde fecerit iniquitatem id eſt peccatum perſeueranter vſque ad finem vite ſue nunquid ille taliter viuet in alio ſeculo quaſi dicat non viuet ſed morietur in inferno nec proderunt ſibi omnes ſue iuſticie preterite quia ille non recordabuntur apud deum ad premiandum in paradiſo et quo perſequens peccatum mortificate ſunt nec poſtea reuiuiſcent quia ſunt finaliter in peccato per caſum et in peccato ſuo morietur Si ergo res ita ſe habet in vno et eodem homine quod penitenti non nocent peccata preterita/nec peccanti proſunt merita precedentia multomagis hoc erit verum in diuerſis hominibus quod filius non portabit iniquitatem patris etc. Quod ſi forſitan aliquis imperitus obijceret dicens non eſt equa via domini id eſt non eſt iuſta ſententia quod deus propter vnum ſolum peccatum homini tollat ab eo omnia merita precedentia et propter vnum ſolum meritum obliuiſcatur omnium peccatorum preteritorum etc. Ad hoc reſpondet deus audite inquit domus Iſrael id eſt fideles mei taliter iudicantes de me quia forte vie veſtre praue ſunt et propter prauitatem veſtram iudicatis quod via mea non eſt equa nam ſicut iuſtum eſt quod anima que peccauerit ipſa morietur ita iuſtum eſt quod ſi iuſtus ſe auerterit a ſua iuſticia et fecerit iniquitatem perſeuerans et vſque ad mortem ſuam quod in iniuſticia qua operatus eſt moriatur id eſt puniatur in inferno quia ipſe animam ſuam mortificauit per peccatum in hoc ſeculo et ſimiliter iuſtum eſt quod ſi impius auerterit ſe ab impietate ſua et fecerit penitentiam et iuſticiam perſeueranter vſque ad finem quod ille viuat per gloriam in alio ſeculo quia ipſe animam ſuam viuificauit per gratiam in hoc ſeculo Conſolatur ergo ſerui dei in hac dei ſententia quia nullus pro alieno peccato danabitur ſed pro ſuis meritis ſaluabitur ¶ Cantus gradualis Saluum fac ſeruum etc. ps. 16 eſt fidelis populi deprecatio ad deum pro ſua ſaluatione a peccatis et a penis inferni per bona opera que eſſe non poſſent ſine gratia dei hoc idem iterum ſupplicat Verſus Auribus percipe etc. ex eodem pſal. ¶ Euangelium erat dies feſtus iudeorum etc. Joannis 5 ſub parabola piſcine comendat virtutem baptiſmi chriſti quo renouabantur/ſanabantur/et a captiuitate liberabantur infideles in ſexta generatione eccleſie Et ſimiliter virtutem ſacramenti penitentie qua ſanantur obſeruatores ſancte quadrageſime Habet tres partes Prima proponit piſcine conditionem Secunda ibi erat autem quidam etc. miraculi adiungit operationem Tertia ibi dicebat ergo etc. ſuperaddit ſanati admonitionem In illo itaque tempore ſexte generationis erat dies feſtus id eſt magnum gaudium et ſolennitas iudeorum id eſt centenarium cleroſum ex eo quod aſcendit Jeſus hieroſolymam que eſt viſio pacis id eſt quia fecit multos gentilium aſcendere ad videndam pacem ſue eccleſie in qua erat quedam piſcina id eſt cyſterna aque ex hebraica vel grece ouilis que hebraice cognominatur Bethſaida id eſt domus effuſionis aquarum per quam omnia ſons

Introitus.

Oratio.

Epiſtole argumentum.

Prima pars epiſtole.

Secunda pars epiſtole

Tertia pars epiſtole.

Gradualis.

Euangelium argumentum.

Prima pars euangelij

baptiſmatis ſignificatur nā ibi generātur piſces ī fideles humiles ſub aquis tribulationū ibi lauantur oues ī qui deo ſeipſos immolauerūt ibi denique effundūtur aque ſanātes omnē infirmitatē peccati Zacha 13 In die illa erit fons patēs domui Dauid ī chriſti et oībus habitantibus in hieruſalē ī in eccl'ia in ablutione peccatoꝝ ⁊ menſtruate gentilitatis Et hec piſcina baptiſmi habet quinque porticus per quos intrāt ad eam omnes infideles nā quidā veniunt ad baptiſmū ab oriē te inſtructus/alij ab occidēte ſenectutis/alij a meridie deuotionis/alij a ſeptētrione tribulationis/ alij denique ab origine propagationis vt paruuli fidelium qui ſola habet infirmitate peccati originalis na adulti infideles preter originale peccatum habent actualia ⁊ ſignificātur per multitudine languentiū cecorum/claudorū/⁊ aridorum vt patebit in ſenſu morali Ad hāc piſcinā ſanctificanda et mouendam admirabiles effectus curationis infirmitatū deſcendit ille angelus teſtamenti chriſtus qui tactu ſue mūdiſſime carnis magna vim cōtulit aquis quādo in iordane baptizatꝰ eſt Sed aduertēdū ꝙ in hac piſcina nō ſanatur niſi vnus ī qui fide vnius dei profitetur ⁊ vnitate ſancte eccl'ie ſeruat que eſt charitas neque poteſt hoc ſacramentū ſecundo iterari ab eode neque ſanat nunc niſi vnam hominis parte ſ anima Homo autē ille ad quem chriſtus ſanandum acceſſit in piſcina populus gentilis intelligitur qui ideo 38 ānos habere dictus eſt in ſua infirmitate (qui numerus duabus vnitatibus deficit a quadragenario mandatorū dei ⁊ perfectionis euāgelice) quia dilectione dei ⁊ proximi carebat in quibꝰ duobꝰ mādatis vniuerſa pendet ſalus animarum hunc ergo populum cum vidiſſet ieſus iacentem in magna infirmitate et cognouiſſet ꝙ multū tempus haberet ī fere tria annorum milia ab ortu idolatrie dixit ei per ſuos prelatos in 6 generatione eccleſie vis ſanus fieri per lauacrum piſcine baptiſmalis⁊ reſpōdit ei populus languidꝰ dn̄e homine michi prelatum non habeo cum tali poteſtate ſpirituali vt mittat me in hanc piſcinam qꝛ ſacerdotes idolorum hoc ſacramentum michi non miniſtrant et dum venio ego ad hoc tuū lauacrum alius populus hebreorum ante me deſcendit ⁊ ſanatꝰ eſt ex illo ergo populo mitte aliquos ſacerdotes tuos vt mittant me in tuam piſcinam et dixit ei ieſus ſurge ab hac tua infirmitate et tolle ī remoue a te grabatum ī lectum male conſuetudinis et ambula per fidem vnius veri dei quam profiteris in baptiſmo quo facto ſtatim ſanatus eſt populus ille pro magna ſui parte et ſuſtulit grabatum gentilitatis ⁊ ambulauit in moribus ſecundum doctrinā eccleſie erat autem ſabbatum ī feſtum et gaudium eccleſie in die illa propter couerſionem gentilium Sed principes et ſacerdotes gentilium egre ferentes ſuorum conuerſionem ad fidem ⁊ baptiſmum chriſti dicebant illi populo qui iam ſanus factus erat ab infidelitate ſua. ſabbatum eſt. ī ſolennitas deorum noſtrorum ſacrifica eis nō licet impune tollere grabatum, antique conſuetudinis ille autem populus perſeuerans in fide chriſti reſpondit eis ille deus qui me ſanum fecit per lauacrum ſuū dixit ī precepit mihi tollere hac ſuperſticioſam conſuetudinem idolatrie que vere eſt grabatu infirmorum et ambulare in vera religione vnius dei celeſtis ſuſtentareque meis ſumptibus nō ī os falſos ſacerdotes q me decipiebant ſed eos qui veram fidem mihi predicāt ⁊ ſalutaria ſacramenta miniſtrat ſacerdotes chriſti ⁊ audientes hoc interrogabāt principes quis ⁊ qualis eſſet deus chriſtianorum qui ꝓhibebat cultum deoꝝ ſuorū ꝰ populus aūt ille adhuc rudis et ſimplex neſciebat ſubtilitates fidei donec bonus prelatus eccleſie (qui ſepius ꝓpter immanitate perſecutionis declinabat a turba et furore tyrānorum principū) inuenit eum in tēplo dei ceſſante perſecutione ⁊ docens eum dixit ecce ſanus factus e per gratiam chriſti ⁊ baptiſmū eius iam noli peccare recidiens ad priore conſuetudinem idolatrie ne forte aliquid deterius ī alia peior infirmitas michi tibi contingat vt apoſtaſia a fide/vel hereſis/vel forte ſecta Mahumetica que ꝓpter grauiſſima peccata gentiliū iam chriſtianoꝝ permiſſa a deo peior eſt ꝙ̄ idolatria abijt ergo ille populus in primitiua eccl'ia ⁊ nūciauit ī predicauit ſuis principibus quis ⁊ qualis ⁊ quā ſuauis eſt deꝰ chriſtianorū qui fecit eum ſanū a tam periculoſa infirmitate quia getiles ad chriſtum conuerſi edocti ſunt a prelatis ⁊ didiſcerunt ſcientiam ſanctarū ſcripturarū ex quibus cognoſcere potuerūt fidei ſecreta et myſteria chriſti que alijs predicarent

¶ Moraliter aūt eadem piſcina quadrageſimā et penitentiam ſignificat que habet virtute ſanandi oēs infirmitates peccatorū actualium ſanata iam per baptiſmū culpa originali ī Joanis i. ſi confiteamur peccata noſtra fidelis eſt deꝰ ⁊c̄ vt emundet nos ab omni iniquitate Angelus dn̄i moues hanc piſcinā eſt predicator in eccleſia qui ſuis verbis mouet corda hominū ad penitentiā. et vocatur ꝓbatica. ī ouina qꝛ ibꝰ lauantur oues chriſti ⁊ animalia deo ſacrificada de quibus Romanos 12. exhibeatis corpora veſtra hoſtiam deo viuētem ⁊c̄ et dicta eſt Bethſaida ī effuſio aquarū propter lachrymas penitentiū Habet quinque porticus ī quinque occaſiones p quas hoīes veniunt ad penitētiam ſcꝫ alij per predicatione eos ſuadentem vt pꝫ Actuū 2. his auditis cōpuncti ſunt corde ⁊c̄ Alij per ſanctoꝝ precedentiū vitam cōmouentem de quibus Gregorius ī dial ſunt quidam quos ad amore patrie celeſtis non minus accendunt exēpla quam predicamenta ī Macha 4 mementote quomodo ſalui facti ſunt patres veſtri Alij per generale eccleſie preceptione de peni ⁊ remiſ omnis vtriuſque ſexus Math 18 ſi eccleſiam non audierit ſit tibi Ethnicus ⁊c̄ Alij per diuinam inſpiratione Eſa. 50 dn̄s deus aperuit mihi aure ego aute non cōtradico ⁊c̄ Alij tadem per corporis infirmitate vel aliam tribulationem pſal' 15 multiplicate ſunt infirmitates

Sēſus parabolicus [left margin]

Moralitas. [right margin]

Tertius ſēſus [left margin]

coꝝ ꝛ poſtea accelerauerūt Poſſunt etiā quinqȝ
porticus ſignificare quinqȝ peccatoꝝ actualium
differentias de quibus cõfeſſio eſt agēda ſcȝ in co
gitatione/locutione/operatione omiſſione/ꝛ ob-
ſtinatione/ vel cõſuetudine In quoꝝ porticuum
quolibet iacet multitudo languētiū Virtus au-
tem huius piſcine ad ſanādum predictas infir-
mitates ex tribus dicebatur ꝓuenire ſcȝ ex mo-
tione angeli/ex ligno crucis ibi natante / ꝛ ex car-
nibus ſacrificioꝝ que ibi lauabātur ꝛ ſignificant
ꝙ virtus ſacramenti penitentie ex tribus eſt pri
mum cordis cõmotio per contritionem ſecūdum
virtus paſſionis chriſti per ſacerdotalem abſolu
tionem tertiū mortificatio carnis per ſatiſfactio-
nem Et notādum ꝙ ibi non ſanabat̄ niſi vnus
vna vice ad denotādum ꝙ penitēs non ſanatur
a peccatis niſi ea oīa vni ſacerdoti cõfiteatur in
tegre nam teſte Auguſtino impius eſt homo pe
nitentie diuiſor Cetera oīa que in euāgelio dicū
tur eodē modo ſunt exponenda vt in precedente
Offertoriū sensu hiſtorico ꝛc. ¶ Offertoriū Benedic anima
mea dño ꝛc. ps 102 eſt gratiarūactio fideliū ad
deum conuerſorum ſiue ꝑ baptiſmū in ſexta ge
neratione ſiue per cõfeſſionē in quadrageſima
tiam deū benedicūt ꝛ laudant de ſua renouatio-
ne in chriſto per quā deus ſibi preparauit ſedem
regni magni ꝛ lati in celo eccl̄ie militantis. Ora-
tio ſecreta Suſcipe quēſumus dñe ꝛc. offert deo
ſacrificiū pro gratiarūactione petes illud ſancti-
ficari a deo ſi ex noſtra imperfectione habet ali-
Communio. quid immūdicie ¶ Cõmunio Erubeſcant ꝛ cõ-
turbetur ꝛc. ps 6 gaudioſa cõmotio eſt fidelium
ſim renouatoꝝ contra hoſtes fidei quibus inſul
tantes dicūt ꝙ erubeſcant/cõturbetur / ꝛ auertā-
tur retrorſum ne amplius valeant nocere ſeruis
dei Oratio finalis Per huiꝰ dñe ꝛc. petit ex vir-
tute ſacrificij oblati ꝛ recepti purgationem ieiu-
nantium a vitijs ꝛ fauorem dei in bonis deſide-
rijs Super populū Exaudi nos ꝛc. cõcludit pe-
tens lumen gratie mentibus fidelium ꝛc.

## ¶ Caput trigeſimūſecundū de ſabbato prime hebdomadis quadrageſime cuius officium ſicut ſeptimam eccleſie generationem cõmemorat. ſic et ordinandos clericos et ieiunantes fideles edificat

Argumētū officij Ab anno christi 180 vſqȝ 210. Septima eccleſie
chriſtiane gñatio proceſſit ſub
Romanis pontificibꝰ Victo-
re/Zepherino/ꝛ Calixto at-
qȝ imperatoribꝰ Caſſiano fi
lio Seueri qui alias dictꝰ eſt
Antonius caracalle/Macri
no/ꝛ Antonio aurelio Et correſpondet Naaſon
in veteri lege qui erat princeps tribus iuda in
deſerto ꝛ tunc Moyſes et Joſue de infidelibus
Amorreis victoriā habuerūt Similiter ꝛ in hac
ſeptima generatione eccleſie deus fuit valde fa-
uorabilis chriſtianis et deiecit infideles idola
tras nam predicti imperatores oēs viles et ob-
ceni homines fuere. Ideoqȝ paulatim a ſuis mili
tibus interfecti. ꝛ ſic tota precedens Romanorū
nobilitas ꝛ prudentia ad manus/ſeu regimen vi-
lium et ſtultoꝝ deuenit iuſto dei iudicio propter
peccata eoꝝ quia ſeruos dei crudeliter perſeque-
bantur ꝛ ſtultam fecit deus tūc ſapientiā huius
mūdi Econtra vero romanos pontifices predi-
ctos oēs deus clarificauit ꝛ ſuam eccleſia hono
rificauit nam victor papa ſuā moſtrauit poteſta-
tem ſpūalem ſuper oēs alios epiſcopos mundi
qui ſuper queſtione paſchalis obſeruationis ſen
tentiā excomunicationis dedit cõtra epiſcopum
Epheſinum ꝛ oēs orientales qui concedebant lu
na quintadecima primi mēſis ꝛ non ſem per die
dñico ſacrum paſcha debere celebrari contra de-
terminationem Romanoꝝ pontificum Zepheri-
nus autē abiectis vaſis ligneis/terris/ac ferreis
ab altari chriſti aurea ꝛ argentea inſtituit ad mi
niſterium ſacroſancte eucharistie quā etiā deuo-
te ſumēdam ſaltem in paſchate omnes fideles a
duodecim annis et ſupra obligauit circa annos
dñi ducentos Calixtus vero papa ieiunia qua-
tuor tēpoꝝ anni ordinandis clericis adaptauit ꝛ
celibatū ſacerdotibus latinis indixit In eadem
etiam generatiõe Narciſus Theophilus/Ire-
neꝰ/ ꝛ alij multi viri ſcītiſſimi pariter ꝛ doctiſſimi
claruerūt in eccleſia chriſti ꝛ cõcilio Alexādrino
ſub Victore papa interfuerūt Inſuper tūc tēpo-
ris Lucius anglorum rex cū toto fere regno ſuo
ad ꝑdicationē Peregrini epiſcopi ſacrū baptiſ-
ma ꝛ fidem chriſti humiliter ꝛ deuote receperūt
¶ Introitꝰ ergo miſſe Intret oratio mea ꝛc. ps Introitꝰ miſſe.
87 eſt inuocatio fidelis populi ad deū vt oratio
nes eius exaudiat quibꝰ multa ꝛ varia ei ꝓpo-
nit concedenda vt patebit in lectionibus ꝛ reſpõ-
ſorijs eaꝝ atqȝ in orationibꝰ huiꝰ officij Verſus
Dñe deus ſalutis me ꝓncipium eiuſdē ps dat
rationē huius inuocationis quia in ſolo ipſo eſt
ſpes ſalutis in die ꝓſperitatis ꝛ in nocte aduerſi
tatis qualis tēpoꝝ viciſſitudo erat in illis genera
tionibꝰ primitiue eccl̄ie qñ iſti imperatores Ro-
mani chriſtianos perſequebātur illi a perſecutio-
ne ceſſabāt vt eccl̄ia paululū reſpiraret ꝛ in diui-
nis laudibus proficeret Similiter ieiunātes in
quadrageſima vices experiūtur tētationū ꝛ cõſo-
lationū ſpūalium ꝛ in vtraqȝ fortuna inuocādus
eſt deus ſalutis noſtre ne in ꝓſperis ſuperbia-
mus/vel in aduerſis deijciamur Orationes/ſicut
ꝛ lectiones epiſtole huius ſabbati/ꝛ eius reſpõ-
ſorij ſunt ſex ꝓpter ordines clericoꝝ de quibꝰ ſu P̄ma
pra in tertia heb aduētus Prima oratio Popu oratio
lum tuū ꝛc. petit miſericordia dei ieiunātibus vt
auertat ab eis flagella ſue iracūdie i tribulatio-
nes ꝛ pericula in quibus deus dicitur iratus ho
minibus Lectiones epiſtole tripharia diuidunt
Prime due ſumūtur ex lege veteri ꝛ tangūt lau
des clericoꝝ/ac vere penitentiū Alie tres ex pro-
phetis ſunt orationes totius populi ad deū p̄
eis Sexta eſt epiſtola Pauli doctrina ſcilicet offi-
cij ſacerdotum erga populum maxime in qua-
drageſima. Vel claritꝰ prime due lectiones ſunt
exhortationes

exortationes prelati ad ordinandos vel ieiunan
tes ſed earum prior monet eos ad bene ſeruan
dum ſtatum inceptum/ſequens promittit victo
riam ꝛ gloriam / alie tres ſunt orationes fidelis
populi vel pro ordinadis/vel pro ieiunātibus ꝛ
procedūt eode ordine ſcʒ ꝙ prima earū orat pro
gratia ad bene ſeruādum ſtatū ſuum Scda pro
gratia ad vincendū hoſtes Tertia introducit or
dinados/vel ieiunates poſitos in fornace tribu-
lationis a qua mirabiliter liberant Sexta lectio
eſt doctrina p̄lati tradita ſiue ad clericos/ſiue ad
ieiunantes Cantus reſponſorij / vel graduales
qui ſequuntur fere omnes introducūt fideles pri
mitiue eccleſie/vel ieiunates quadrageſime Si
militer ꝛ orationes que reſoluunt ſententias le

Prima lectio

ctionum ꝛ cantuū gradualiū Prima lectio Lo-
cutus eſt Moyſes ad dn̄m ꝛc Deute 26 primo
orat deum pro collegio clericorum ordinandoꝝ
deinde loquitur prelatus ad eos docens quali
ter debent deo miniſtrare ex quo deus elegit
eos in ſuos familiares Poſſet tamē exponi de
fidelibus ſeptime generationis ꝛ de ieiunanti
bus in quadrageſima ad quos prelatus loqui-
tur et orat pro eis Cantus Propicius eſto do
mine ꝛc pſal 78. eſt reſponſio populi vel cleri-
corum/vel gentilium baptiʒatorum / vel fideliū
ieiunantium qua petunt a deo veniam peccato

Secūda oratio

rum ꝛ auxilium in tentationibus Oratio ſecun-
da Deus qui nos ꝛc optat auxilium dei ad ſu
ſtinendas tentationes ꝛ tribulationes quas per

Secūda lectio

ſuas vires non poſſent tollerare Secūda lectio
Dixit Moyſes filijs Iſrael ꝛc. Deutero 11. per fi-
lios Iſrael intelligit clericos ordinados/vel gen
tiles baptiʒatos / vel modo ieiunantes ad quos
prelatus loquitur exortans vt ex dilectione dei
cuſtodiant diligenter mandata eius et promit-
tens eis multas gratias ꝛ auxilia dei Cantus
Protector noſter ꝛc pſal 83 ſimiliter eſt re
ſponſio populi triplicis deum inuocantis pro
auxilio gratie ad bene agenda ea que in lectio

Tertia oratio
Tertia lectio

ne dicta ſunt Oratio 3 Protector noſter ꝛc ſicut
in verbis ita in ſententia conſonat cantui quia
petit gratiam ꝛ miſericordiam dei ꝛc Tertia le
ctio Orationem faciebat ꝛc 2 Machabeorum 1
Introducit prelatum ac reliquos ſacerdotes et
fideles orationem facientes ad deum pro noui-
ter ordinandis/vel baptiʒatis/ vel penitentibus
ꝛc Cantus Ab occultis meis ꝛc pſal 18 reſpon
dent illi pro quibus facta eſt oratio precedens
addentes ꝛ ipſi orationem pro ſeipſis vt emun
dentur a peccatis et preualeat in tetationibus

Quarta oratio
Quarta lectio.

Oratio 4. Adeſto domine ꝛc petit gratiam tam
in proſperis vt humilientur ꝙ in aduerſis vt li-
berentur Quarta lectio Miſerere noſtri deꝰ ꝛc
Eccleſiaſti 26 eſt pulchra et deuota oratio ad
deum pro ſupradictis tribus hominum generi-
bus Cantus Conuertere domine ꝛc pſal 89
addit orationem eo ſ̄idem pro ſeipſis eſt vtrobiꝗʒ
eadē ſententia ſcʒ ꝙ deus p ſuā mīam det eis gra
tia fauore ꝛ auxiliū ad bene agenda officia ſua ꝛ
tolleranda aduerſa oia ꝛ ad vinceda tentamēta.

Quinta oratio.

Oratio 5 Actiones noſtras ꝛc petit inſpirationē
gratie et adiutoriū dei ad bene incipiēda beneꝗʒ
proſequēda/ac finiēda opera ſua ad laudē dei ꝛ
edificationem proximi. hoc eſt petit gratia preue-
nientem operantem ꝛ cooperantem Quinta le

Quinta lectio

ctio Angelus dni ꝛc Daniel 3 introducit ſeruos
dei poſitos in fornace probationis a qua mirabi
liter eos liberauit deꝰ i. clericos ab examine pre
lati baptiʒatos a tyrānide imperij et ieiunantes
a tētatione diaboli Cantus Benedictus es do-
mine ꝛc ex eodē capl'o Daniel eſt gratiarūactio

Sexta oratio

liberatorum a predictis tribulationibus Oratio
ſexta Deus qui tribus pueris ꝛc ſupplicat vt
deus mirabiliter liberet ſeruos ſuos predictos
a flamis vitiorum i. a malis concupiſcentijs que

Sexta lectio
Epiſtola pauli

ad vitia inclinant ¶ Epiſtola pauli Rogamus
vos ꝛc 1 Theſſal 5 inſtruit nouos clericos ꝛ ſa-
cerdotes in officijs ſuis Et primo qualiter ſe ha
beant ad proximos Secundo ibi ſemper gau
dete ꝛc qualiter ad deum et ad ſeipſos Tertio

Prima pars eple

ibi ipſe autem deus ꝛc optat eos fore ſanctos
Viri eccleſiaſtici ideo ſuſtentantur decimis et
primicijs totius populi laicorum vt miniſtrent
eis ſpiritualia i. doceant legem dei ꝛ ſacramen-
ta ideo prelatus quando eis cōfert ordines hor-
tatur eos dicens fratres rogamus vos vt bene
exerceatis officia veſtra erga populum vtpote
corripite verbis et exortationibus fraternis in-
quietos in eccleſia dei qui nec ipſi orāt/nec alios
deuote orare ſinunt conſolamini puſillanimes
i. ſcrupuloſos declarando eis veritatem ne deij-
ciātur ex nimio timore ſuſcipite i. ſupportate pa-
tienter infirmos qui ex paſſione peccant maxi-
me quando viget eos vehementia paſſionis pa
tientes i. humiles et benigni eſtote ad omnes
laicos fideles vt diligant vos ꝛ honorent vide-
te i. prouidete et cauete ne quis veſtrum reddat
alicui proximo malum ex ʒelo vindicte pro ma-
lo quod ipſe vobis fecit ſed potius ſectamini
quod bonum opus eſt inuicem.i. inter vos cleri
cos et ad omnes alios laicos q̄d malicia alie-
na non reddat vos malos ſed honeſtatem cleri-

Scda pars epiſtole

calem ſeruate Ad vos autem ſic habeatis vos
ſemper gaudete de rebus diuinis cauentes tri-
ſticiam que eſt accidia/vel tedium bonorum ſpi
ritualium ſine intermiſſione i. quotidie ſtatutis
horis orate i. horas veſtras dicite ꝛ aliquas deuo
tiones ſuperaddite in omnibꝰ vero orationibus
deo gratias agite de beneficijs vobis datis ab
eo ꝛ laudes eius decantate hec eſt enī voluntas
dei in omnibus vobis i. circa vos i. vult deus ꝙ
tales ſitis in chriſto Ieſu i. in eccleſia eius ideo
ſpiritum i. inſpirationem dei bonam in vobis
nolite extinguere curis ſecularibus prophetias
i. ſacras ſcripturas nolite ſpernere non curan-
do earum lectionem/ſeu ſtudium omnia opera
hominum probate i. examinate qualia ſint et
ſolum quod bonum eſt tenete pro vobis q̄d ex
omnibus actibus que in alijs hominibus vide
ritis ſolos bonos debetis imitari ꝛ non oēs bo-
nos qꝛ quidā actus ſunt boni qui ad ſtatū veſtrū

non pertinent propter honeſtatem clericalem
Ideo ab omni ſpecie i. apparentia mala i. inho-
neſta abſtinete vos quãuis reuera ſit alias bona
[Tertia pars ep'le] Hec vero monita non ſolum ſuadeo et precipio
vobis ſed etiam oro deum pro vobis vt ipſe
deus pacis i. pacificatoꝛ coꝛdis per gratiam ſu-
am ſanctificet i. ſanctos et mundos faciat vos
per omnia opera veſtra vt ſpiritus veſter i. ratio
et voluntas ſit integer i. vnitus non diuiſus in
contraria deſideria quia tunc non eſſet par coꝛ
dis et anima i. ſenſualitas et coꝛpus i. caro ve-
ſtra ſine querella i. rebellione contra ſpiritum
vt ſic tota perſona veſtra ſeruetur non ſolum
in die iudicij et in hoꝛa moꝛtis veſtre ſed etiam
in aduentu domini noſtri ieſu chriſti ad manus
veſtras in altari quando conſecraueritis diuinã
eucharistiam Eandem doctrinam eodem fere
modo expoſuit in predicabit in ſeptima genera-
tione prelatus gentilibus et alijs nouiter bapti
zatis et minoꝛibus ſacerdotibus quos alijs fide
libus gubernandis preficiebat ſuadens vt eſſent
mundi et ſancti pre alijs hominibus Eandem
[Tractus.] quoqꝫ doctrinam predicat modo eccleſia ieiunã
tibus et penitentibus in quadrageſima ¶ Se-
quitur tractus Laudate dominum omnes gen-
tes etc. pſal' 116 quo fidelis populus dat gra-
tias deo et de tam ſalubri doctrina / et de miſe-
[Euangelij argumentum] ricoꝛdia dei que eos ſanctificauit ¶ Euangeliũ
aſſumpſit ieſus petrum etc. Matthe 17 recitat
ad litteram myſterium transfigurationis chri-
ſti vt ſecundum hiſtoꝛicum ſenſum claritatem
eccleſie ſeptime generationis inſinuet et ſecun
dum tropologiam nouoꝛum ſacerdotum ac ve
re penitentium transfigurationem moꝛalem de
monſtret Habet tres partes In prima declara-
tur transfiguratio In ſecunda ibi et apparuerunt
ibi etc. adhibetur transfigurationis teſtificatio In
tertia ibi et deſcendentibus etc. ſuperadditur diſ
[Prima pars euangelij] cipuloꝛum inſtructio In illo inquit tempoꝛe ſe-
ptime generationis eccleſie aſſumpſit ieſus rex
noſter i. ad ſe ſumpſit hoc eſt ad eccleſiam ſuam
petrum i. confeſſoꝛum et doctoꝛum oꝛdinem et
iacobũ i. martirũ exercitũ rubricatũ et ioãne i. ſta
tũ virginũ cãdidatum quia hos tres hominum ſta
tus tunc in eccleſia ſua deus diſtinxit notabilius
quam antea ſed vocat ioannem fratrem iacobi quia
virginitas eſt cognata ac proxima martirio vt pa-
tuit in multis virginibus illius etatis que pro vir
ginitate ſeruanda martirio ſe expoſuerunt et du-
xit illos fidelium ſtatus ſeoꝛſum ab alijs in mon-
tem excelſum legis euangelice De qua Eſa 2
venite aſcendamus ad montem domini etc. et
docebit nos vias ſuas etc. In hoc ſiquidem mon
te transfiguratus eſt chriſtus ante eos i. totus glo-
rioſus apparuit eis deuote contemplantibus cum
tanta ſecundum diuinitatem de qua dicitur quod
reſplenduit facies eius ſicut ſol (qui excedit alia
aſtra quantitate et ſic diuinitas omnes creatu
ras) quam ſecundum humanitatem item que Phil'
2 vocatur habitus ſeu veſtis diuinitatis ideo dicitur
quod veſtimenta eius i. anima et caro eius facta ſunt
alba id eſt munda ab omni inquinamento natu
rali et moꝛali ſicut nix i. ſicut erat doctrina eius
de qua in pſal' 147 Qui emittit eloquium ſuũ
terre qui dat niuem etc. Luce vltimo fuit potens
opere et ſermone et Actuum 1 cepit facere et doce-
re etc. Poteſt per faciem chriſti intelligi i. eterna
eius tota et per veſtimenta eius fideles eccleſie
ſue de quibus Eſa 49 omnibus his velut ve-
ſtimento veſtieris nam tam fama chriſti quam fide
les ſui reſplenduerunt in etate illa modis predi
ctis in principio huius capituli Sed chriſtus a [Secunda pars euangelij]
fidelibus tunc viſus eſt glorioſus inter Moyſen
et Heliam i. inter legem et prophetas quia ſicut
Oꝛigenes dicit qui omnes res huius mũdi tran
ſcendũt propter deum eleuati in montem excel-
ſum vite perfecte poſſunt aſpicere gloꝛiam filij
dei et videre Jeſum transfiguratum ante oculos
coꝛdis ſui nam illi qui in euangelij littera Jeſum
ſimpliciter legunt quaſi ſecundum carnem deoꝛ-
ſum manent in conuerſatione terrena viuentes/
nec ante eos tranſfiguratur chriſtus in altiorem ſpe-
ciem ſicut vident illi qui cum eo aſcendunt in
montem excelſum ſecundum ſpiritum quia vi-
dent eum transfiguratum ad futura myſteria ec-
cleſie ſignificanda/et ad moꝛes noſtros compone
dos hi etiam legem veterem ſpiritualiter intelli
gentes vident eam conuenire ſermonibus chri-
ſti et in prophetis ſapientiam eius abſcõditam co
gnoſcũt quod eſt Moyſen et Heliam in eadem glo
ria apparere cũ Jeſu Tales itaqꝫ erãt in primi
tiua eccleſia predicti tres ſanctoꝛum ſtatus qui
bus pro excellentia vite Aureola gloꝛie dei debetur
in celis ſed hoc pre ceteris altius cognoſcentes et
mirantur eccleſie doctores quoꝛum nomine Pe-
trus expreſſit reſpondens ad Jeſum [illegible]
bonum eſt nos hic eſſe [illegible] quam
in noſtra infidelitate perſiſtere [illegible] prius
per declarationem ſi vis faciamus hic tria tabernacu
la i. edificemus tres ſpirituales intelligentias ſa
cre ſcripture ſuper [illegible] litteralem Unam ſci-
licet tibi chriſto anagogicam [illegible] / Moy-
ſi allegoricam / Helie zelum dei habenti tropo
logicam Sed hi ſpirituales ſenſus haberi non
poſſunt niſi gratia ſpiritusſancti coꝛda doctoꝛum
illuminet ideo ecce nubes lucida in qua ſpiritus
ſanctus mittebatur obumbrauit i. cooperuit eos
et ſic vocem dei patris audierunt tanquam boni fi-
lij que vox teſtificatur non ſolum de filio dei na-
turali ſed etiam de prelato eccleſie dicens Hic
eſt filius meus dilectus etc. ipſum audite i. obe-
dite mandatis eius quam vocem dei audientes
diſcipuli i. ſubditi fideles ceciderunt in faciem
ſuam coram prelato oſtendentes ei obedientiam
et timuerunt valde poteſtatem ſpiritualem ſibi
datam a deo vt patuit in facto Victoꝛis pape
contra oꝛientales ſibi non obedientes Sed hic
iſte non diu durauit quia perfecta charitas foꝛ-
ras mittit timoꝛem maxime ſeruilem ideo ac-
ceſſit Jeſus et tetigit fideles gratia ſua dicitqꝫ
eis ſurgite ad perfectionem charitatis et nolite
ſic timere prelatum veſtrum ſed potius amare

quia ipſe quātumcūqꝫ ſit vices chriſti gerens in
terris non poteſt vobis penam eternam inferni
infligere ſed ſolus deus ideo eleuantes oculos
ſuos diſcipuli per rectam intelligentiam ſcriptu
rarum neminem viderunt quē deberent timere
propter penam inferni niſi ſolum Ieſum qui eſt
iudex viuorum ⁊ mortuorum Actuum 10 ⁊ poſ
teſt animam et corpus ſimul mittere in gehennam
Tertia pars euāgelij ignis Matthei 10 Sed quia hec determinatio
de poteſtate prelatorum eccleſie poſſet ſimplices
fideles illiteratos ſcandalizare vt non timerent
prelatos ſuos recedendo ab eorum obedientia
ideo precepit Ieſus doctoribus eccleſie vt deſce
dentibus illis de monte contemplationis ſue ad
docendū ſimplices fideles ea que agenda ſunt
nemini dicerent viſionem i. claram noticiam hu
ius ſecreti ſcilicet ꝙ ſolus deus ſit timendus proſ
pter penam inferni ⁊ non prelatus vicarius chri
ſti ſed potius dicerent eis ꝙ etiam tranſgredien
tes mandatum prelatorum eſſent rei pene eter
ne inferni conteſtante apoſtolo Ephe 5 itaqꝫ qui
hec mādata mea ſpernit non hominem ſpernit
ſolum ſed deum qui dedit ſpiritum ſuum in no
bis ⁊c. Et hoc debet predicare doctores eccleſie
durante curſu huius ſexte etatis mundi donec
filius hominis i. chriſtus myſticus qui eſt popu
lus chriſtianus a mortuis reſurgat in nouiſſimo
die a quo octaua mūdi etas incipiet. in qua iam
clare videbunt omnes electi hoc ſecretum ⁊ neſ
mo ſcandalizabitur ab obedientia prelatorū vbi
nullus homo erit prelatus alterius preter chri
ſtum ⁊ ideo tūc licebit p̄dicare ꝙ ſolus chriſtus
penā eternā peccatoribus infligere poteſt quod
egregie notauit regius vates pſal' 50 vbi inquit
ſoli peccaui etiam vbi contra proximū videbar
Moralitas peccare quia tu ſolus deus peccatum meū poſ
tes condigne punire ¶ Moraliter vero quadra
geſima eſt mons vite ſublimis non campus la
tus viciorum vt tempus carnale In ea chriſtus
transfiguratur i. glorioſus apparet inter legem et
prophetas que quotidie ⁊ continue leguntur in
officijs eccleſie ⁊ reſplendet facies chriſti clarita
te predicationis quotidiane dealbantur veſtes
eius i. fideles mundantur confeſſionibus/ieiu
nijs/ penitentijs nubes lucida diuine gratie obſ
umbrat eos qui etiam audiunt vocem dei precis
pientis ꝙ obediant ſuis prelatis In hac morali
transfiguratione concurrunt tria ſignificata in tri
bus apoſtolis ſcilicet confeſſio que eſt Petrus/
victoria tentationum que eſt Iacobus i. ſupplāſ
tator viciorum/ ⁊ gratia i. virtuoſe actionis que eſt
Ioānes Concurrunt etiam tres patres inſtituto
res quadrageſimalis ieiunij chriſtus/ Moyſes/
et Helias ad ſignificādum ꝙ fideles triplici boſ
no exercitio debent hoc ſacrum tempus occupa
re ſcilicet orando vt chriſtus fecit in ſua quadra
geſima deum audiendo in predicationibus vt
Moyſes in ſua et peregrinationes faciendo vt
Helias i. viſitando eccleſias/monaſteria/ hoſpi
talia cū elemoſinis ⁊c. In alio ſenſu illi qui ho
die ordines recipiunt transfigurantur i. mutantur
in alios viros quia diuino cultui mancipantur
et conſecrant abſtracti a vita ſeculari ideo aſſu
mit eos chriſtus hodie ſeorſum in montem ex
celſum dignitatis ſacerdotalis dealbantur veſ
ſtes eorum quia ſanctis veſtibus induuntur proſ
pter honorem dei apparent eis Moyſes ⁊ Heſ
lias cū Ieſu quia imponitur eis cura lectionis
continue ſanctarum ſcripturarum noui et vete
ris teſtamenti hodie nubes diuine autoritatis
cooperit eos et audiunt dei vocem dicentis de
quolibet eorum hic eſt filius meus dilectus ip
ſum audite ⁊c. ¶ Offertorium Domine deus ſalu Offertorium
tis mee ⁊c. ps 87 idem eſt cū introitu miſſe ſed
adducitur ad ſignificādam leticiam fidelium de
tam grandi munere ſibi conceſſo quale ſignifi
catum eſt in euangelio ſecundum tres ſenſus
eius Oratio ſecreta Preſentibus ſacrificijs ⁊c of
fert deo ſacrificium eucariſtie orans vt ieiunia
fidelium ſanctificet tam interius ꝙ̄ exterius
¶ Communio Domine deus meus pſal' 7 no Cōio.
tat confidentiam penitentium et aliorum fide
lium in deo ad vincendas tentationes Finalis
oratio Sanctificationibus noſtris ⁊c i. operibꝰ
ſanctis ieiunij ⁊ penitentie petit mundari ⁊c

## ¶ Caput trigeſimūtertiū

de ſecunda dominica quadrageſime cuius offiſ
cium commemorat octauam eccleſie generatio
nem ſimiliter ⁊ quadrageſimalem eccleſie ordi
nationem

Argumētū officij Ab anno chriſti 210 vſqꝫ 240.

Octaua eccleſie
chriſtiane generatio peracta
eſt ſub Romanis pontifici
bus Vrbano / Pontiano /
Anthero/et Fabiano ac im
peratoribus Alexādro/Ma
ximino/Gordiano/⁊ Philip
po quorum ſecundus exercuit ſextā perſecutio
nem contra chriſtianos precipue cōtra viros ec
cleſiaſticos quibus alij tres beniuoli erant Et
correſpondet Salmon octauo a Iacob in ve te.
qui pacificus interpretat̄ quia in hac octaua ge
neratione cepit eccleſie pax procurari vt in hue
euāgelij clarius apparebit Octonarius ſiquide
numerus ad perfectionem legis euangelice di
citur pertinere vt Auguſtino placet ſicut ſepte
narius ad legem veterem imperfectam ideo nō
mirum ſi in hac generatiōe octaua ceperit eccle
chriſtiane perfectio exterius apparere p humani
fauore principum eccleſias dotantium poſſeſſio
nibus ⁊ theſauris In eadem etiam pluri mi ſa
pientes gētilium fidem ⁊ baptiſmum chriſti ſu
ſcipientes eccleſiam decorarunt nam florue
runt tunc Vlpianus et Paulus patrinius cō
ſiliarii imperatorū peritiſſimi in iure ciuili Si
militer philoſophi ⁊ theologi plures vt Orige
nes/Cyprianus/Africanus Iulius / ⁊ Dionyſi
Origenis diſcipuli ⁊ ceteri eodē quoqꝫ tp̄e Fabia
nus papa inſtituit ſanctū chriſma quolibet an
no in cena dn̄i ſolenniter conſecrari et alia multa

ad decorē eccleſie pertinētia Non defuerūt ta-
men perſecutiones tyrannorum in illa etate vt
de Maximino imperatore diximꝰ qꝫ diabolus
paci eccleſie inuides eos incitabat Similiter et
hereticos interius eccleſiam vexates apparue-
rūt enī tunc Porphirius ⁊ Nouatus magni he-
retici quos iuſta iudicio eccleſia condēnauit/⁊ di
gnitate ſacerdotali priuauit vnde cātatur in ma-
tutinis hiſtoria de Jacob ⁊ perſecutiōe eius/⁊ fu
Introitꝰ miſſe ga a fratre ſuo ¶ Introitꝰ ergo miſſe Dñe dilexi
decorem domꝰ ⁊c pſal 25 fidelem populum illꝰ
etatis introducit congratulante eccleſie paci/de-
cori/⁊ fauori que eſt domus dei et altare chriſti
Verſus iudica me dñe quoniam ⁊c principium
eiuſdem pſalmi allegat iuſtum dei iudiciū qui
humiliantes ſe ꝓpter deū honorificat ⁊ exaltat
Poteſt introitꝰ in alioſenſu eſſe vox eccleſie mo
derne gratias agēns deo de clericis nouiter ordi
natis ad decore eccleſie vt circūdet altare dei cū
honore/⁊ decantet in coro laudes dei/ et enarret
in euangelijs epiſtolis et lectionibus multa dei
mirabilia Poteſt tertio eſſe gratiarūactio prela-
ti de peccatoribus ad deū conuerſis in quadra-
geſima ⁊ eccleſias ſua viſitatione ⁊ elemoſinis
decorantium vt iam circūdent altare dei deuote
audiendo miſſas et alios cantus pertinentes ad
Oratio laudes dei Oro Deus q̄ cōſpicis ⁊c petit a deo
protectionem et cuſtodiam fidelium ab omnibꝰ
aduerſitatibꝰ corporis ⁊ anime ex quo vires no
ſtre ad hoc non ſufficiunt ſine ſpeciali dei auxi
Epl'e ar lio ¶ Epiſtola Rogamꝰ vos et obſecramꝰ ⁊c
gumentū 1 Theſal' 4 eſt predicatio et doctrina boni plati
ad bonos ſubditos ſiue in primitiua ſiue in mo
derna eccleſia ⁊ hoc tā ad nouos clericos quā ad
nouos penitentes et habet tres partes Prima
eſt de bonis charitatis Scda ibi hec eſt volūtas
⁊c de bonis caſtitatis Tertia ibi ⁊ ne quis ⁊c de
Prima bonis fidelitatis Volens itaqꝫ prelatꝰ inſtruere
ps ep'le nouos chriſtianos octaue etatis/vel nouos cleri
cos /nouos ve penitetes noſtre tēporis ait
fratres mei in chriſto cuius omnes ſumus filij
ſpirituales rogamus vos per amorem noſtrum
imo ⁊ obſecramus in xpo ieſu i per amorem eiꝰ/
vt ambuletis in via morum ſancte quēadmodū
accepiſtis a nobis inprincipio veſtre conuerſio-
nis vel in ſabbato precedēte veſtre ordinationis
vel in dnica precedente in doctrina epiſtole qua
docuimus vos multas virtutes quomodo opor
teat vos ambulare ⁊ vulnis placere deo ſic ergo
ambulate de virtute in virtute vt abundetis gr̄a
dei continue magis ac magis ſcitis iam q̄ prece
pta et conſilia dederim vobis equam honeſta q̄s
ſalubria per dñm ieſum i exemplis eius confir
mata vt patet ex euangelijs predictorum dierū
Sec' la Sed pre ceteris hec duo maxime obſeruāda vo
ps ep'le bis repeto alterū de caſtitate hec eſt enim volu
tas dei ſuis preceptis declarata ſanctificatio ve
ſtra i vt ſitis ſancti ⁊ mundi hoc eſt vt abſtineatis
vos a fornicatione et per conſequens ab omni
alia ſpecie luxurie que peior eſt ſimplici fornica
tione vt ſciat vnuſquiſqꝫ veſtrum poſſidere i ſub
eius poteſtate habere ſuum vas i corpus qđ eſt
vas anime in ſanctificatione i mundicia et ho-
nore i vt ſit honorabile coram deo et i omnibꝰ
nō in paſſiōe deſiderij i appetitus carnalis ſicut
faciunt gētes que ignorāt deum i legem dei nā
gentiles comuniter putabāt q̄ ſimplex fornica
tio in qua nulla erat violentia non eſſet pecca
tum quod tamen lex dei prohibet in ſexto pre-
cepto hoc erat valde neceſſarium predicare gen-
tilibus nouiter conuerſis in primitiua eccleſia
ne ipſi redirent ad conſueta vitia Jdem eſt ne-
ceſſarium nouis ſacerdotibus qui exeunt a vita
ſeculari ⁊ ſimiliter penitentibus in quadrageſi-
ma in qua non modo eccleſiaſtici ſed etiam lai-
ci coniugati debent poſſidere vas i etiam vxorē
propriam ſibene poſſunt mundam ⁊ intacta ⁊c
Alterum quod repeto eſt de fidelitate cum pro Tertia ps
ximis habēda ne quis veſtrum ſupergrediatur ep'ſtole.
per violentiam opprimēdo neqꝫ circumueniat per
fraudulentiam decipiēdo in negocio i contra
ctu aliquo emptionis/venditionis / locationis/
mutuationis ⁊c fratrem i proximum ſuum quo-
niam vindex eſt dominus/aut in hac vita/aut in
futura de his oībus pctis ſicut alias prediximꝰ
vobis in officijs precedentibꝰ ⁊ teſtificati ſumꝰ i.
teſtimonijs ſcripturarū ꝓbauimus q̄ faciet do-
minus vindictam in nationibus et increpatio-
nes in populis ⁊c. Et ratio huius eſt quia deus
non vocauit nos ad ſuam eccleſiam quādo ba-
ptiſma/vel ordinem ſuſcepimus in immundiciā
i vt eſſemꝰ immundi ſicut eramus prius ſed in
ſanctificationem i vt eſſemus ſancti ⁊ mundi co
ram illo in chriſto Jeſu domino noſtro i in mi-
niſterijs eius in eccleſia ſua Qui ergo ſecus fa-
ciunt merentur indignationem vindicte dei ſi-
militer ad quadrageſimam vocati ſumus nō vt
laute ⁊ vitioſe viuamus ſed vt a preteritis vitijs
emundemur vnde iniuriam facit quadrageſime
qui vitia innouat/vel cōtinuat ⁊ indignationem
dei omnipotentis ſe nouerit incurriſſe. ¶ Gra G'aduale
dualis cātus Proba me domine ⁊c pſal 25 eſt
reſponſio bonorum ſubditorū ad doctrina pre-
lati premiſſam qua ſe exponunt examini circa
vitam ſuam in ꝓfeſſione incepta Verſus Ego
autem ⁊c ex eodem pſal' dat rationem i uius di-
cti quia bona intentione incepit quilibet eorum
hanc vitam ⁊ confidit de miſericordia dei q̄ ad
iuuabit ad bene proſequendam ⁊ continuandā
¶ Tractus Ad te domine leuaui ⁊c pſal' 24 de Tractus
uote orat deū in quo confidit vt adiuuet fideles
ſua gratia ne erubeſcat victi ab inimicis qui eos
irrideat ⁊c petit etiā vt deus doceat fideles vias
mandatorum ⁊ ſemitas conſiliorum ⁊ dirigat in
veritate virtutum ⁊c ¶ Euangelium Egreſſus Euāgelij
Jeſus ſeceſſit ⁊c Math 15 in ſenſu hiſtorico ſub argumen
typpo mulieris Cananee eccleſia octaue etatis tum
commemorat ad deū humiliter deprecate pro ſua
liberatione a poteſtate demoniorū Et primo de-
claratur petitio Scdo ibi Et accedētes ⁊c addit Prima
petitionis ratio Tertio ibi tūc reſpōdēs ⁊c acciu- pars eua
dit petitionis coceſſio In illo inquit tēpore octa- gelij

ue generationis egreſſus Jeſus a ſinagoga iu-
daice perfidie in precedētibus generationibus
receſſit in partes gentium vt ibi eccleſiam ſuam
edificaret fuit tamen in gentilitate fidelib⁹ chri
ſti Tyrus i anguſtia ꝛ Sido i triſticia multiplex
a tirānis ſed inter tot labores nō ceſſabat eccl'ia
deū inuocare ꝛ ſalutē gētiliū ꝑcurare nā ecce mu
lier Cananea i. eccleſia ex gentibus congregata
a finibus illis i aberrorbus idolatrie ſue egreſ-
ſa ꝛ per miſericordiam dei liberata clamauit ad
deū in oratione pro liberatione vrbis Rome ab
idolatria dices et Miſerere mei domine fili Da
uid hec em erant chriſti epiteta ſcd̄m ſcripturas
prophetarum vete le nam prophetauerat q ſu-
turus erat verus deus ideo dicitur dñe ꝛ ſimili-
ter verus homo ideo aditur fili Dauid i de pro-
genie Dauid ſcd̄m carnem vnde Eſaie 7 voca
bitur nomen ei⁹ Emanuel i nobiſcū deus hoc
eſt ve us deus ꝛ verus homo ſicut nos Orabat
ergo eccleſia implorās chriſti miſericordia miſe-
rere inquit mei dne fili Dauid q' filia mea pre-
cipua i vrbs Roma male a demonio multiplici
vexatur nam idolis omnium gentium ſeruit/ea
veneratur/eis ſordidatur q d peto dne vt hec ci-
uitas per gratiam tuam ſuis idolis renunciet ꝛ
conuertatur ad fidem religione ꝛ eccleſiam tuā
Cui orationi chriſtus ſtatim non reſpondit ver-
bum i operis executionem (nam ſepius in ſacra
ſcriptura verbum pro opere ponitur) quia nō in
illa octaua generatione impletum eſt quod ora
tio poſtulabat ſed dilatatū eſt in aliud tempus
Si tamen o'atio non ſtatim cōcedat a deo non
eſt propterea ab oratione ceſſandum ſed potius
ſanctorum interceſſiones ſunt interponende Job
5 voca ſi eſt qui tibi reſpōdeat ſ deus ſin autem
ad alique ſanctoꝝ conuertere Jdeo eccleſia illa | Sc̄da p̃s euāgelij
non confidens de proprijs meritis vt exaudire-
tur adiecit ſanctorū apoſtolorum interceſſiones
de quibus dicitur Et accedētes diſcipuli chriſti
Petrus et Paulus qui vrbem illā ſuo ſangui
ne deo iam conſecrauerant rogabant deum pro
eiuſdē vrbis liberatione dicētes dñe dimitte illā
eccleſiam orātem i non detineas eam ſed conce
de petitionem eius qꝛ quotidie clamat poſt nos
et non ceſſabit a petitione hac donec cōceſſeris
ipſe autem chriſtus reſpōdens diſcipulis ait nō
ſum miſſus a patre in mūdum niſi ad ſaluādas
oues domus Jſrael i eccleſie dei que perierant
peccatis ſuis q d nō veni ad ſaluandū oues dia
boli ſed oues dei Romani aūt ſunt oues diabo
li/nec ſunt digni ſaluari a deo quia ſeruiunt de-
monijs vt oues paſcue eorum ꝛ quātum ſuper
ficialiter apparet ex his que deus promiſit ſan
ctis patribus ve le aduētus meſſie non erat futu
rus niſi ad ſalutem iudeoꝝ cuius etiam ſignum
videtur qui a ipſe nunq̄ predicauit ſalutem niſi
iudeis teſte apoſtolo Roma 15 dico autem Je-
ſum chriſtum miniſtrum i predicatorem ꝛ prela
latum iudeorum ad firmandas ꝓmiſſiones pa-
trum ꝛc̄ non ergo videtur admittēda petitio ec-
cleſie gentilium que chriſtum interpellat in re-
demptorem eorum Solet eñ deus petitionem
ſanctorum quam exaudire intendit aliquandiu
differre vt animum orantis magis exerceat/ma-
giſq; accedat in deuotionē ꝛ vt gratia cōceſſam
poſtea in maiore precio habeat quod ſciens ec-
cleſia non ceſſauit ſed venit ad eum oradum ſe-
pius ꝛ adorauit eum in ſacrificio altaris dicēs
domine adiuua me ad conuertendum Roma-
nos qui reſpondens adhuc differendo petitionē
ait in domo bene gubernata non iudicatur bo-
num ſumere panem filiorum i filijs neceſſariū
et mittere canibus immundis qui vbiq; vagan
tur per domos/ꝛ rapientes comedunt cum ergo
domus dei ſit bene inſtituta cuius ſinguli fide-
les ſunt filij infideles vero ſunt canes immudi
et voraces non videtur rationabile tollere gra-
tiam dei a filijs eccleſie ꝛ dare ea Romanis qui
vt canes cadaueribus animalium immolatorū
idolis ſaturātur quotidie Sed videns mater ec
cleſia adhuc locū habere petitionem ſuam ait
etiam dne i ex eadem comparatione de filijs et
canibus confido q me debeas exaudire et Ro
mam ab idolis liberare nam in domo bene gu
bernata licet panis neceſſarius filijs non detur
canib⁹ maxime inutilib⁹ tñ catelli vtiles bene
edunt de ſuperfluis micis / ſeu fragmentis pa-
nis que cadunt de menſa dominorum ſuorum
ſic ad propoſitum eccleſia gentilium non petit a
te illa magna dona gratiarum et virtutum que
apoſtolis dediſti et alijs filijs tuis chariſſimis
ſed quaſdam paruas micas gratie tue Tandem | Tertia p̃s euāgelij.
viſa dñs fide ꝛ conſtantia eccleſie in ſua deuota
petitione reſpondens cum effectu ait illi O mu
lier i pia mater fideliū magna eſt fides tua qua
de diuina miſericordia tantum confidis et de te
ipſa tam humiliter ſentis vt gentiles filios tuos
catellos diminutiuo vocabulo appellaueris ma-
gna fuit fides eccleſie ex gentilibus quia in au-
ditu auris obediuit predicationi euangelij vt di
citur in pſal' ꝛ qꝛ magna ideo meretur exaudiri
fiat ergo tibi ſicut vis ꝛ petis quare illico ſanata
eſt filia eius vrbs Roma ex illa hora idēſt ab il-
la octaua generatione cepit abrenūciare idolis
ſuis nam Alexander imperator imaginem chri
ſti fecit inter deos collocari ꝛ venerari a Roma-
nis et corp⁹ ſancti Thome apoſtoli ab india in
Syriā trāſferri iuſſit venerabiliter Philipp⁹ etiā
imperator baptiſmū chriſti deuote ſuſcepit atq;
milleſimū annum ab vrbe cōdita in hono e chri
ſti celebrauit et magnos theſauros eccl'ie dedit | Moralitas.
Moraliter vero ſancta mater eccleſia in hac
quadrageſima velut pia mater a finib⁹ carnalita
tis egreſſa deum orat nūc frequentius q̄ in alio
tēpore pro filia qualibet anima peccatrice vt li-
beretur a vexatione demonis ſi a contingit pro-
pter maliciam eius pro quo orat eccleſia q de-
vel non reſpondeat opere vel oues diaboli pec-
catores reputet nō ſuas vel canes eos dicat re-
cidiuates ad vomitū tandem vero eccleſia exau-
ditur pro his qui ſe humiliant ad penitentiam.
licet ex carnis infirmitate peccauerint ꝛ ſarat ſi

lia pie matris infuſa deſup gratia dei aīa ſiqui-
dem fidelis tunc a demonio vexaſ quādo graui
cogitatione tēptatur male vexatur quādo etiam
op⁹ malum exteri⁹ operatur peſſime vero quā-
do ex diuturna cōſuetudine peccādi malus ha-
bit⁹ generatur/et quaſi neceſſitatur homo ad pec
candū vt dicit Auguſtinus moratur aūt in terra
cananeorū quādo adhuc in peccato delectatur ⁊
quieſcit exit a finibus illis quādo ceſſat peccare
⁊ peccati occaſiōes euitat ad chriſtu accedit quā
do lacrimabiliter orat petens a deo miſericordia
et veniam Sed chriſtus nō reſpondet ei verbū
donec habeat propoſitum confitendi peccata ſua
ſacerdoti miniſtro ei⁹ interponit diſcipulos chri
ſti mediatores quādo iam peccata ſua eis confite
tur tunc diſcipuli pro ea orant quādo animā iam a
peccatis abſoluūt et quaſdā alias orationes ſup
eam dicūt. vt Miſereatur tui omnipotēs de⁹ ⁊c
infidelitas ſibi obijcitur quādo a ſacerdote rep-
henditur et peccatorum grauitas atq₃ ingratitu-
do demonſtratur vnde et aīa peccatrix humiliaſ
et ſe canē reputat coram deo nec petit illas ma
gnas ſibi fieri gr̄as que facte ſunt ſanctis dei
in ſua cōuerſione vt Paulo Magdalene ⁊c. ſed
petit paruas micas gratie dei ⁊ remiſſionē pec-
catorum quā tandem obtinet ſi hec petat ex ma-
gna fide ⁊ deuotione perſeuerante. Magna pro-
fecto eſt fides humilis penitentis que credit q̄
ſi homo confiteatur peccata ſua ſacerdoti infir
mo ē peccatori habebit per illum venia a deo
et q̄ deus dederit talem poteſtatem ſacerdotib⁹
eccleſie et q̄ hoc ſacramentum habeat virtutem
ex paſſione chriſti ⁊c Poſſet applicari hoc euā-
gelium ad nouiter ordinatos ſacerdotes qui p̄ci
bus ſancte matris eccleſie a laqueis demonum
liberati ſunt / et deo conſecrati ſed de his ſatis.
Offertorium ¶ Offertoriū Lauabo inter innocētes ⁊c pſal'
25 eſt vox populi ex predicta dei miſericordia li
berati a poteſtate diaboli/et mūdati a peccatorū
immundicijs ideo audet ſe numerare inter ſer
uos dei innocētes ⁊ ablutis manib⁹ accedere ad
altare dei Orō ſecreta Eccleſie tue ⁊c offert deo
munera ſacrāda in altari orās vt acceptent pro
ſalute emundatorū fidelium ī gentiliū romanoꝝ
baptizatorū/vel nouorum ſacerdotū/vel quadra
geſimaliū penitentiū ¶ Comunio Pes me⁹ ſte
Com̄o nit ⁊c eſt finis eiuſdem pſal' 25 ex quo ſumuntur
omnes cātus hui⁹ miſſe ⁊ eſt gratiarūactio pre-
dicti populi dei ſanctificati ex eo q̄ iam ambu
lat viam rectam mandatorum dei benedicens
eum in ſua eccl'ia Finalis oratio Supplices te
rogamus ⁊c poſtulat a deo gratiam bonorum
morum concedendam ex virtute ſacramenti re-
cepti Diebus autē dominicis non dicitur oratio
ſuper populū ex eo q̄ diſtribuitur eis panis be-
nedict⁹ loco cuius additur illa collecta in ferijs

# ¶ Caput trigeſimūquar-

tum de feria ſecunda ſecunde hebdomadis qua
drageſime in qua nona eccleſie generatio inſi-
nuatur ⁊ ieiunantium oratio acceptatur

Una generatio eccleſie chriſtiane correſpon Argumē tū offi-
dens Booz in veteri lege no cii. Ab anno
uem cōprehendit Romanos chriſti
imperatores peſſimos quidē 240 vſq
⁊ miſerabilibus mortibus cō 270.
ſumptos. hi ſunt Deci⁹/Gal-
lus/Voluſianus/Valerianus Galienus qui et
Decius Claudius/Aurelianus/Tacitus/⁊ Flo-
rianus In quorū diebus eccleſia dei tres alias
perſecutiones tyrannorum ſuſtinuit nam Decius
primus egit ſeptimam perſecutionem Valeria-
nus cū filio ſuo Galieno octaua ſub qua paſſus
eſt Laurentius Aurelian⁹ nona ſub qua Cypria-
nus In eadē quoq₃ generatione ſepte fuere Ro
mani pontifices ſancti ⁊ martyres oēs ſ. Corneli⁹/
Lucius/Stephanus/Sixtus/Dionyſius/Felix/
⁊ Eutician⁹ Tūc etiā magni heretici eccleſia dei
vexabat in ſpū ſcīs⁹ vt Sabellius negās diſtin-
ctionē pſonaꝝ ī deo ⁊ Manes a quo Manichei
dicti ſunt duo principia cōtraria ponebat in mū-
do a quib⁹ diuerſe creature pceſſerūt bone ⁊ ma
le/ ⁊ diuerſe leges date ſunt ſc₃ vetus ⁊ noua ⁊c
¶ His ergo ⁊ alijs tribulationib⁹ preſſa eccl'ia fi Introit⁹ miſſe.
lius tpis introducitur ad deū clamans in miſſe
introitu ſc₃ Redime me dñe ⁊c pſal. 25 vbi petit
liberari per dei miſericordia ex quo patitur pro-
pter legem dei ⁊ quia ſequitur via rectam man-
datorum eius/atq₃ predicat laudes ei⁹ Verſus
Judica me dñe ⁊c eſt principium eiuſdem pſ̄ pe
tens a deo iudicium cōtra tyrannos ⁊ hereticos a
quib⁹ ipſa innocēs eccleſia patitur licet ſperās
firmiter in deo nō frangaſ in aduerſis Eadē ora
tio poteſt intelligi ex pſona penitentiū qui graui
bus agunt tētationibus in quadrageſima Oro
Preſta queſum⁹ o deus eſt prelati deprecatio ad Oratio.
deū pro ieiunatibus petit eñ q̄ ſicut ipſi ppter
obedietia dei ſe affligūt carne ita ipſe eis donet
gratia in mēte vt et a pctis abſtineat ⁊ iuſticiam
virtutū ſequatur ¶ Ep'la Orauit Daniel ⁊c Da
nielis 9 eſt alia prelati plixior oratio ad deū p Ep'le ar-
pp'lo in tribulatione poſito/ſiue in nona genera gumētū.
tione/ſiue ī quadrageſimali labore Et diuidiſ in
tres partes In p'ma premittiſ petitionis mate
ria In ſcd̄a ibi ppter temetipſum ⁊c addiſ impe
trationis fiducia In tertia ibi exaudi dñe ⁊c ſub
iungiſ deprecationis inſtātia In dieb⁹ ergo illis
quib⁹ dei eccl'ia affligebaſ/aut violēter a tyrānis Prima ps ep'le
⁊ hereticis/aut volūtarie ſuis ieiunijs orauit Da
niel ī prelatus ad deū pro pp'lo dicens dñe p gu
bernatione/deus p creationē/ noſter p redēptio-
ne qui eduxiſti p gratiā tuoꝝ ſacramentoꝝ popu
lum tuū chriſtianū de terra Egypti ī de tenebris
peccati in manu forti ī potētia magna ī q̄ requiriſ
ad conuertēdū cor humanū ad te ⁊ feciſti tibi no
mē ī fama bona inter oēs deos ſcd̄m dñ hanc ſ
ſicut eſt modo publicū ⁊ manifeſtū toti mūdo q₂
in oēm terra exiuit ſon⁹ pdicatōis chriſti ⁊ fama
ſuoꝝ geſtoꝝ. tñ propter peccata nr̄a anguſtiamur
ab infidelibus/hereticis/⁊ demonibus q₂ pecca

unimus tibi ⁊ iniquitatẽ fecimus ⁊ iniuſta opera in ⁊ contra omnem iuſticiam tuam ⁊ precepta tua iuſta quia ſunt regule vere iuſticie licet ergo nos has tribulationes demeruerimus ꝓpter peccata noſtra tamen auertatur obſecro ira tua ⁊ hec tribulatio noſtra que Methaphorice dicit̃ ira et furor tuus a ciuitate tua Hieruſalem ⁊ ab eccleſia tua que eſt ſpiritualis Hieruſalem Gal' 4. ⁊ mōte Sion ſancto tuo ⁊ a populo chriſtiano quia ſcimus ꝙ propter peccata noſtra et noſtrorum patrum ⁊ predeceſſorum ciuitas Hieruſalē et ⁊ populus tuus in opprobrium eſt omnibus inimicis noſtris per circuitum noſtrum ⁊ qui circuiũdant nos ⁊ [illegible] deum noſtrū orare nunc ergo exaudi deus noſter orationem ſerui tui prelati indigni que eo tendit vt oſtendas faciem tuam ſuper ſanctuarium ⁊ templum ſanctum tuum quod deſertum eſt ⁊ priuatum habitatoribus qui fugientes perſecutionem tyrannorum querunt latibula. Fiducia impetrandi a

*Scda ps epiſtole*

te domine quod petimus eſt ꝙ propter temetipſum ⁊ propter honorē nominis tui debes hoc facere nobis vt infideles cognoſcant qualē deum habeamus ⁊ quam piam quam potentem ⁊c̃ inclina ergo deus meus aurem tuam et audi cum effectu petitionem meam aperi oculos tuos ad compaſſionem ⁊ vide deſolationem noſtram ⁊ derelictionem ab omni ſolatio humano et vide ciuitatem ſanctam ⁊ eccleſiam tuam ſuper quam inuocatum eſt nomen tuum ⁊ que a te chriſto chriſtiana nominatur/ fidem ⁊ gloriam tuam predicantē deum ſuum inuocat ⁊c̃ hec enī eſt fiducia ⁊ cauſa orationis ſcilicet propter honorem tuum ⁊ non in noſtris iuſtificationibus ⁊ iuſtis operationibus [illegible] fundimus [illegible] proſtrati offerimus preces noſtras ante faciem tuam ſed [illegible] miſerationibus tuis multis ⁊ magnis que in infinitum excedunt omnia peccata

*Tercia ps epiſtole*

noſtra. Inſtanter ergo petimus domine exaudi nos placare [illegible] ſuper delicta noſtra ⁊ ceſſet ira tua [illegible] ad nos poſitos in miſeria et fac quod petimus nobiſcum miſericordiam et libera nos [illegible] miſeria [illegible] differas nos exaudire ſaltem propter temetipſum deus meus vt non deleatur nomen tuum / ſeu laudabilis fama de terra quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatem et populum tuum chriſtianum [illegible] illo [illegible] tribulationem hanc deleretur

*Graduale*

nomen tuū domine deus noſter. Hec oratio [illegible] prelati [illegible] fidelis populus ad deuotionem reſpōdet in gradual' Adiutor meus ⁊c̃ pſal 39 [illegible] petens a deo ſuo ſcilicet ꝙ adiuuet eos ⁊ liberet a tribulatione ⁊ ne tardet Modus liberationis eſt verſus Confundantur ⁊ reuereantur inimici mei tam viſibiles vt infideles et heretici ꝙ inuiſibiles vt demones qui querūt

*Euāgelium [illegible]*

perdere animam meam ⁊c̃ eodem pſal. Euangelium Ego vado ⁊ queretis me ⁊c̃ Ioannis 8 eo reſpondet predictis orationibus deterrendo aduerſarios fidelium ⁊ hoc tripliciter Primo a regno dei eos excludendo Secundo ibi ⁊ dicebat eis ⁊c̃ cauſam excluſionis aſſignādo Tertio ibi dicit ergo eis ⁊c̃ ſpem ſue ſaluationis relinquendo In illo itaqꝫ tēpore none generationis eccleſie

*Prima pars euāgelij*

dicebat Ieſus ⁊ prelatus chriſtianorum turbis iudeorum ⁊ aliorum infidelium eccleſiam dei tribulantium licet hic ſermo directius tendat contra hereticos chriſtum confitentes ſed eccleſiam dei turbantes ideo dicebat tunc prelatus turbis iudeorum ⁊ hereticorum ego vado ⁊ ſedeo ad deū in actibus meis et vos qui contra deum agitis aliquādo queretis me ad veſtram inſtructionē ⁊ non inuenientes me in peccato veſtro infidelitatis/ vel hereſis moriemini deo permittẽte ꝓpter ingratitudinē veſtram quia nūc contemptitis gratiā dei que vobis offert̃ ⁊ eſtis adeo ceci ⁊ obſtinati ꝙ modo quo ego vado vos nō poteſtis venire ⁊ neqꝫ poteſtis cognoſcere veritatē quā predico neqꝫ operari virtutes quas ego operor Sed audita hac ſententia terribili dicebat infideles ⁊ heretici quo hic prelatus iturus eſt qꝛ dicit quo ego vado ⁊c̃ nunquid loquitur de exitu ab hoc mundo per mortem nunquid interficiet ſemetipſum ſ pro illa fatuitate legis ſue ſe vult exponere morti ꝙ ſi verum dicit ꝙ in hoc eum nos non imitabimur/ neqꝫ ibimus quo ipſe vadit. Quorum tamen falſum

*Secūda ps euangelij*

ſenſum excludere volens prelatus dicebat eis vos deorſum ⁊ de terra eſtis et terreni in veſtris ſenſibus ⁊ deſiderijs ego per contrarium de ſuperius ⁊ de celo ſum et habeo celeſtium bonorū deſideria non terreſtrium quod vos eſtis de hoc mundo ⁊ mūdani ego vero non ſum de hoc mūdo ſed de alio ſpirituali quia ſola bona alterius mundi quero non bona huius mūdi ⁊ propterea dixi vobis quia iuſto dei iudicio permittẽte moriemini in peccatis veſtris quia ſcꝫ contemptitis bona ſpiritualia ⁊ diligitis multum bona terrena tales ſunt communiter omnes infideles ⁊ omnes heretici quia ad minus querunt vanam gloriam de ſua apparenti ſapientia Dico ergo vobis ꝙ ſi nō credideritis quia ego ſum doctor veritatis moriemini in pctō vrō ⁊ veſtre infidelitatis / vel hereſis quod eſt maximum periculum veſtrum Qua comminatione perterriti iterū queſierunt Tu quis es q. d. indica nobis vt credamus tibi ⁊ reſpondit eis prelatus illius temporis ego ſum principium ⁊ princeps ⁊ prelatus chriſtianorum ⁊ qui nō ſolum eis predico bonam doctrina ſed etiam loquor vobis verba ſalutis ex charitate et ſi eſſetis bene diſpoſiti per humilitatem et poteſtate mihi data a deo multa habeo de vobis idest de erroribus veſtris loqui ⁊ iudicare condēnando ea que modo non caperetis propter veſtram proteruiam ⁊ cecam obſtinationem quia ille qui me miſit chriſtus verax eſt in ſua doctrina et ego hec ſolaqꝫ audiui ab eo loquor in mūdo quare ſequitur ꝙ ea que ego predico vobis ⁊ predicarem ſi eſſetis bene diſpoſiti vera ſunt qꝛ a veriſſimo doctore accepta. Sed quantumcunqꝫ prelatus eis predicaret ipſi nimia cecitate depreſſi non cognouerunt quia patrem /ducem/ et magiſtrum ſuum dicebat deum ſed quod ſe-

querēretur de aliquo alio homine preceptore / vel prelato ſuo: non credebāt q doctrina ſua eſſet a deo ſed ex phantaſia humana et ideo non credebāt ei nec doctrinā eius accipiebat in precio Quāuis multi ex eis vel ex poſteris ſuis poſtea eſſent credituri fidem chriſti et doctrinā prelati

Tertia ps euangelii

Et propterea dans eis prelatus aliquam ſpem ſue ſaluationis dixit eis cum exaltaueritis filiū hominis chriſti idest pontificem romanum vicarium chriſti honoraueritis in verbo dando ei obedientiam et fauorem mundanū tunc cognoſcetis abiecta pertinatia quia ego ſum doctor vere doctrine et q a meipſo facio nihil in regimine eccleſie ſed ſicut docuit me pater meus chriſtus hec loquor in predicationibus meis et qui me miſit in prelatum eccleſie ſue mecum eſt per ſpecialem aſſiſtentiam ſue virtutis / vel etiam per realem preſentiam in ſacramento euchariſtie vſq ad conſumationem ſeculi et non putetis q inter tot preſſuras malorum hominum reliquit me ſolū et ſine auxilio ſuo quia ego que placita ſunt ei facio ſemp in gubernatione ſue eccleſie ſiue predicando / ſiue ſacramenta miniſtrando fidelib' que ipſe docuit et inſtituit quantum ad ea que eſſentialia ſunt in ſacramentis licet nos prelati quedam alia addiderimus pertinentia ad ſolenitatem et decorē que tñ ei placent Similiter etiā decreta / ſeu inſtitutiones ſanctorū conciliorū edita vel ad informandos fideles / vel ad dānandas hereſes omnia inſtinctu ſpūſſancti facta ſunt et deo placent Uos infideles et heretici ſemper ei eſtis rebelles ac increduli ideo debetis timere ſententiā vobis tertio repetita ne in peccato vro moriamini

Moralitas

¶ Moraliter vero hoc euangeliū eſt reprehenſio prelati moderni contra ſubditos proteruos et impenitentes in hac quadrageſima qui tot officiis eccleſiaſticis tot epiſtolis / tot euangeliis / tot deniq publicis pdicationib' / ac ſecretis animonitionibus exhortati per ſingulos hos dies non credūt prelatis ſuis curatis et doctorib' recte ſentientib' in doctrina chriſti et aplorū neq conuertant ad penitentia ſed potius irrident veros penitentes dicēdo de quolibet eorū quo hic iturus eſt per viam tam aſperam' nunquid interficiet ſemetipſum quaſi ſtultus ' ſimiliter oblatrantes contra prelatum / vel predicatorē dicunt tu quis es qui penitentiam precipis et doces et tamen eam nō facis imo potius pcuras tibi redditus et honores magnos in mundo et forte predicans non furādum tu furaris vel non mechandum et mecharis et Rom 2 Quis es tu qui iudicas alienum ſeruū' ꝗ o dimitte eū q ſi cadit dno ſuo cadit ſi ſtat dño ſuo ſtat / quid ad te Ro 14 medice cura teipm Luce 4 Prius q preſumas aliis promittere ſanitatem tuis lectionibus et predicationib' et Hec et plura alia dicunt inſipientes mandani querendo ſemper aliquod velamen ſue malicie ex alio um peccatis et videntes feſtucā in oculo fratris ſui trabem que in oculo ſuo eſt non conſiderant Luce 6 et tamen deus ſtricte precepit eis vt patebit in euangelio ſequēte q obediant prelatis ſuis qualeſcūq illi fuerint alioqui timēdum eſt ne propter ſuam inobedientiam deſeratur a deo et indurētur ſicut Pharao iuxta illud pſal' 80 Dimiſi eos ibunt ſcđm deſideria cordis eorū. et ſic ducētes in bonis dies ſuos aliquādo ſubito ad inferna deſcendent Job 21 et in peccato ſuo morientur debent ergo potius exaltare prelatum et predicatorem obediendo ei et tunc de' illuminabit eos vt cognoſcāt q illa doctrina eſt ſancta et bona et deo placens

Offertorium.

¶ Offertorium benedicite dnm et pſal 33 eſt grarum actio fidelis popli de ſua illuminatione qtū ad intellectu ad cognoſcendam veritatem doctrine prelati et de ſua inſpiratione qtum ad volūtate ad pudendū neceſſaria ad ſalutem ſcđm deum ne fiat reprobus ſicut hi de quib' in euangelio Secreta oro Hec hoſtia dne et offert deo ſacrificiū Euchariſtie ad obtinedū ppiciatione ſeu miſericordia ei'

Com.

¶ Cōmunio domine dns noſter et pſal 8 eſt publicatio ſue illuminationis qr confitetur nomen et famam chriſti eſſe mirabilem in toto mūdo ſuper omnes alios deos gentilium Ultima oratio Hec nos comunio et petit effectum ſacramenti deuote ſuſcepti ad emundationem peccatorum et participationem gratie celeſtis Super populū Adeſto ſupplicationibus et addit fiducia ſperande pietatis et miſericordie dei in tempore tribulationis

## ¶ Caput trigeſimūquintum de feria tertia ſcđe heb in qua notificatur ſtat' decime generationis eccleſie ſub maxima perſecutione atq labore ieiunantium ſub maxima tentatione

Ab anno christi ... vſq ... Argumētum



Decima eccleſie chriſtiane generatio pceſſit ſub Romanis pontificibus Gayo / Marcellino Marcello Euſebio / et Melchiade imperantib' tūc Probo / Caro / Diocleciano / et Maximiano / atq Galerio cū Conſtantino quo tpe fuit decima et decimis eccleſie dei perſecutio aliarū oim peſſima iuſſu Diocleciani que adeo perterruit omnes chriſtianos vt multi eorum timentes horribilia et inmania tormenta a fide chriſti apoſtatarent nam et Marcellinus papa eodē timore ad hoc inductus eſt vt idolis thurificaret licet poſtea de hoc peccato egerit penitentia et martyrium pro chriſto animoſe ſuſtinuerit Correſpōdet autem hec generatio Obeth auo Dauid in ve le qui et ipſe decim' fuit a Jacob in cuius diebus archa dni que eccleſia dei ſignificabat capta fuit a Philiſteis ſuperantib' hebreos in bello propter peccata eorum' funtq tunc populus dei in tanta pſſura vt iam diceretur inter gentes vbi eſt deus eorum' et hoc et vituperio et cotemptu dei quaſi ſi no poteris liberare populū ſuū Et ſimilia paſſi ſunt chriſtiani i hac decima generatione vnde et in anglia tota pene fides extincta eſt et p alios

regiones plurimi chriſtiani eccleſijs dirutis ac combuſtis horribilia paſſi ſunt tormenta adeo vt infra menſem xvij milia martyrum vtriuſq ſexus coronarentur Sed et tribulationib⁹ exterioribus tyrannorum addite ſūt interne ſeditiones hereticorū quare fideles concilio apud Anthiochiam celebrato paulū quēdā ſamoſatanū hereticū damnarūt ꝛ epiſcopatu ſuo puarūt In tāta ergo tēporū anguſtia eccl'ia chriſtiana videbat adeo derelicta ꝙ faciē ſue iuie ab eo abſcōderat

Introit⁹ miſſe.

Quare in miſſe introitu Tibi dixit cor meū ꝛc pſal.26 introducitur populus dei gemens ꝛ clamans ad deū tibi inquit deo meo dixit i. credidit cor meum ꝙuis exteri⁹ nō audeam te laudare ꝓpter impedimenta tyrannorum quelui vt viderem hylarem vultum tuum ꝛ illum ſemper requiram obſecro ergo ne auertas faciē tuā a me ne forte deficiam in tanta tribulatiōe Uerſus Dominus illuminatio mea ꝛc eſt principiū eiuſdem pſalmi confortans fideles quia ex quo deus eorū eſt illuminator ꝛ ſaluator bonoꝝ ideo neminem debent timere quia liberabit eos facillime quando voluerit Similiter idem introitus poteſt eſſe vox populi ieiunantis et anguſtias ieiuniorum in hac ſecunda hebdomade quadrageſime ſentientis magis ac magis adeo vt faciem dei conſolantis non videat quaſi in deſerto poſitus ſed nihilominus conſolatur in domino illuminato e ſuo ꝛc

Oratio

Oratio Perfice in nobis queſumus domine ꝛc petit a deo auxilium ad bene continuandū ꝛ pficiendū labore huius ſancte obſeruantie a deo nobis reuelate

Epiſtolar ſumitur.

¶ Epiſtola Factus eſt ſermo domini ad Heliam ꝛc ex hiſtoria qua Helias ſe abſcondit a facie regis Achab ꝛ populi iſrael ydola colentium ꝛ venit in tempore famis ad viduam conſolandam inſinuare vult chriſtum a malis recedentem ꝛ bonos conſolantem tam in decima ecclie generatione ꝙ in hac quadrageſimali obſeruatione et diuiditur trifariam Primo mādatur ꝓphete loci mutatio Secundo ibi cūq veniſſet ꝛc occurrit mulieris vidue obuiatio Tertio ibi hec aut dicit dns ꝛc declaratur ei⁹ miraculoſa ſuſtētatio ſeu ꝯſolatio

Prima pars epiſtole.

Ergo in illis dieb⁹ decime gen̄ationis fact⁹ eſt ſermo i. data eſt virt⁹ dei ad heliā Teſbitē .i. ad chriſtum ipſe enim eſt helias .i. deus dominus vel fortis domin⁹ eſt et Teſbites .i. captiuans et conuertens homines ad ſe q. d. accepit virtutem diuinam a deo patre qua poſſet homines a captiuitate diaboli eripere atrahendo eos ad ſe quos autē homines potius attraheret ſignificat per Sarepta ſidoniorum et per viduam i. gentilitatē Surge inquit deus pater filio ꝛ vade in ſarepta ſidoniorum et manebis ibi precepi enim mulieri vidue vt paſcat te hoc eſt relicta iudea ꝛ domo iſrael vſq ad tempus vade in gentilitatem ꝛ manebis in ea per quadraginta duas generationes quod eſt tempus plenitudinis gentium ꝛ ipſa paſcet te ſua deuotiōe ꝛ tu etiam paſces eam multiplici gratiarum largitione ait enim Rabanus hec vidua gentiū ſignificat eccleſiam que ſuo diutius fuerat cōditore puata populum vero fidei nō habēs quaſi pauperem filium egena ipſa nutriebat i. verbi fructu ex parte docebat donec veniret ea ſermo propheticus qui ex ſiccato aere iſrael vt pote clauſa celi ianua fame periclitabatur in iudea paſceretur ibi ſimul ꝛ paſceret recept⁹ videlicet a credentibus ꝛ refectus ipſe credentes hec vidua in Sarepta Sidonie dicitur eſſe morata Sidonia quippe ineptis venatio eſt Sarepta vero incendium vel anguſtia panis interpretatur qr vbi habundauit peccatum ſuperhabundauit gratia i. vbi ſuperuacuis acquirendis cura impedebatur vbi dire ſitis incendiū paniſq ſpiritualis ante fiebat anguſtia ibi farina oleum q o e ꝓphete benedicitur hec eſt gratia dominici corporis et chariſmatis vnctio ſiue fructus ꝛ hilaritas charitatis vidue iſti oleum gratie ꝛ benedictiōis farina non deficit in omnibus fere gentibus fame manente quarū ſibi cibi vite eſuriem ꝛ fidei trinitatis mediam egerunt pfigurauit illa quōdam triennio fames quam ſecuta eſt ſpiritualis habundantia ꝙ cum impeditur non defeciſſe dicitur hec ille in glo or Unde colligitur talis ſenſus ꝙ a tempore huius decime generationis in qua vigebat magna fames gre et doctrina dei in terris chriſtus dei fili⁹ ſurrexit i. ſuſcitauit platos et doctores eccl'e ad docendū gētes ꝛ abijt in pdictam ſareptam Sidoniorum vt paſceret eam ſimul et paſceretur ab ea

Secūda pars epiſtole.

Cumq veniſſet ad portam ciuitatis ꝙ eſt Roma vrbs apparuit ei mulier vidua i. eccleſia ex gentibus ꝙ vidua dicitur propter abſentiam ſponſi in prime tempore huius generationis quando pualentibus tyrannis non licebat ei chorum intrare letatū ſed erat lugens ꝛ merens quaſi vidua planis ſuis crudeliter occiſis et apparuit colligens ligna i. teſtimonia ſanctarum ſcripturarum concordas ad parandum cibū animarum et vocauit ea noſter Helias chriſtus petens ab ea aquam doctrine edificatoriē que mentes hominū reficit vnde et chriſtus petijt aquam a muliere Samaritana Joannis 4 promptitudo mulieris de ꝙ dicitur cūq illa pergeret ſignificat deuotionem eccleſie ad ſeruiendū deo in his ꝙ ſunt ei poſſibilia ſed ꝙ daturus venerat mulieri petiturus acceſſit vt excitaret affectum eius vnde dicitur q clamauit poſt tergum eius dicens affer obſecro mihi bucellam panis i. rectam intelligentiam ſcripturarum ſed eccleſia libenter obtulit quod habebat ſicut negauit quod non habebat vnde et aqua coram facie petitur ſed panis poſt tergum quia ſpiritualis intelligentia ſanctarum ſcripturarū ſolum eſt ex dono dei ꝛ ſi quid poteſt in hoc fragilitas humana parum eſt et non niſi quātum pugillus ingenij capere poteſt ex ſuis naturalibus ideo ait eccleſia non habeo ex me panem quē pens niſi parum farine i. doctrine figuralis in ydria ve teſtamenti ꝛ paululū olei i. gaudij charitatis in lechito no teſtamenti en colligo vt poſſum duo ligna .i. duplicia teſtimonia vtriuſq teſ

ſtamenti vt faciam inde doctrinam aliquã q̃ eſt
pabulum animarum pro me ⁊ pro filio meo gẽ
tili populo vt comedamus et inde moriamur ſe=
culo vt viuamus deo hoc ideo dicit quia in illa
etate eccleſia ordinabat hec officia eccleſiaſtica
ad doctrinam fidelium confecta ex autoritatibus
ve et no teſtamenti. Ad quam Helias ait noli
timere i deſperare de pane habendo ad ſaturita
tem ſed vade inter has perſecutiones ⁊ [illegible] e ſicut
dixiſti i procede ſicut cepiſti in officijs diuinis ve
rũtamen fac mihi primũ de ipſa farinula i litte
re ſacre ſcripture pane paruulum ſubcinericiũ i
canonem miſſe ſecretum ad conſecrandũ corpus
meum panem azimũ paruulũ i ſub parua for
ma contentum tibi autem ⁊ filio tuo facies po
ſtea i ordinabis alias partes miſſe q̃ pertinent
ad doctrinam ⁊ preparationẽ populi ad tã mira
bile ſacramentum Sed poſt has tribulationes
tuas quibus tu vidua diceris habitus bi deus abun
tiam panis ſpiritualis ⁊ conſolationis charitatis
hec aũt dicit i promittit tibi dñs deus iſrael i fide
lium chriſtianorum q̃ hydria farine ve teſt non
deficiet quin pariat tibi quotidie nouos panes
intelligentiarum ⁊ lechitus olei no teſt non mi
nuetur i non habebit finem p omnes generatio
nes eccleſie vſq; in diem i tempus quo deus da
turus eſt (quia hoc promiſit) pluuiam gratie ſpũs
ſancti ſuper faciem terrem populi iudeorũ circa
finem mũdi Que vidua eccleſia hec fide ſolida
ta abijt confidenter ⁊ fecit omnia iuxta verbum
i mandatum Helie i domini dei ſui et comedit
ipſe chriſtus ⁊ illa eccleſia ⁊ domus eius tota i
gentilitas tota paulatim paſta eſt pane verbi dei
p quadraginta duas generationes ſignificatas
in illis quadraginta duobus menſibus quibus
Helias moratus eſt apud viduam ⁊ illis elapſis
iterum pluit deus circa o tũ religionũ mendica
tium in eccleſia quorum precipuus labor appa
ret in iudeorum ⁊ aliorum hereticorum conuerſione

Tertia ps epiſtole

Moralitas

¶ [illegible] autem morali Helias i prelatus ec
cleſie venit nunc ad viduã i ad eccleſiã q̃ in q̃d a
gitur in re apparet vidua in cuius fine morte
ſponſi deplorat venit inquã ad conuertendos pecca
tores ⁊ liberandos a captiuitate diaboli ideo dicit
[illegible] pete [illegible] aũt ſignificant p ſarepta Sido
niorum i incendiũ venator mutilus ⁊ veris peniten
tibus multiplicat farina ſacre ſcripture i ſermonibus
predicatorum oleũ deuotionis in confeſſionibus p [illegible]

Graduale

¶ Graduale Iacta cogitatum ⁊c pſal 54 con
ſonat epiſtole de nutritione vel paſtu ſpirituali
eccleſie per panem verbi dei a deo mirabiliter
multiplicatum vnde fideles ſupſos exercitando
ad habendam fiduciam mulieris vidue dicunt
iacta cogitatum tuũ in dño q [illegible] hydria
farine non deficiet ⁊c Verſus dũ clamarem ⁊c ex
eode pſal allegat experientiam diuine fidelita
tis erga ſeruos ſuos in [illegible] caſibus ſimilibus
q [illegible] liberauit eos a periculis [illegible] ¶ Euangelium

Euangelium Mar. 23

Locutus eſt ieſus ad turbas ⁊c Matth 23 con
ſolatur fideles humiliatos ſub ſeueritate ſuorũ ſu
periorum / ⁊ promittit eis exaltationem. et facit tria
Primo enim proponit ſalutarem monitionem.
Secundo ibi dicunt enim ⁊c reddit monitionis
rationem Tertio ibi vos autem ⁊c promittit eis
diuinam conſolationem In illo ergo tempore

Prima ps euangelij

decime generationis eccleſie quando illa magna fa
mes doctrine ⁊ gr̃e dei erat in toto fere orbe ter=
rarum et eccleſia dei vidua erat paſcens chriſtũ
in paupertate locutus eſt ieſus i bonus prelatus
ſaluator animarum ad turbas fideliũ generaliter
⁊ ad diſcipulos i ſubditos ſuos i ſue dioceſis ſpe
cialiter dicens i loquens de ſuperba põpa impe
ratorum ⁊ ſuorum conſulum ciuiũ Romanorum
ſuper cathedram i ſedem iudicialẽ Moyſi i qua
lem habuit Moyſes primus iudex in popu=
lo dei ſederunt ex diuina permiſſione ſcribe i ſa=
pientes huius ſeculi ⁊ phariſei i diuiſi ab alijs p̃
magnitudine ſue potentie et ii de exercent mul
tas tyrannides in ſubditos maxime in vos chri=
ſtianos Moneo ergo vos in dño qualiter vos
debeatis iuſte habere ad illos omnia iuri natu
rali et legi dei conſona que dixerint i mandaue=
rint vobis ad bonum regimen reip ⁊ ad pacem
populi conſeruandam ſeruate ⁊ facite quia et q
ſunt iudices veſtri tenemini eis obedire in lici
tis et honeſtis vt apoſtoli Petrus et Paulus
mãdant i Petri 2 ⁊ Roma 13 verũ ſecũdum
opera eorum mala obſcena ⁊ ſacrilega nolite fa
cere quia ſunt ydolatre/tyranni/⁊ immũdi et in
his nõ ſunt imitandi maxime a vobis q̃ eſtis ve
ro deo conſecrati vt genus electum ⁊ regale ſa
cerdotiũ opera eorum mala hec ſunt dicunt enim
imperatores multa iuſta ⁊ honeſta in ſuis legi=
bus ⁊ ipſi non faciunt ea ſed [illegible] pu

Secunda ps euangelij

niunt crudeliter alios q̃ ea non faciunt [illegible]
etiam i imponunt ſubiectis [illegible] onera
grauia vt [illegible] pecuniarum ſolutiones pro bellis et
pompis ſuis et onera importabilia vt culturam
ſuorum ydolorum q̃ eſt intolerabilis dicentes ⁊
alias ſimiles violentias vt ſeruitutes/adulteria
⁊c ipſi autem [illegible] digito ſuo alia
onera mouere i nolunt ſubijci neq; minimis le=
gibus quia dicunt q imperator non eſt ſubditus
legibus Item omnia opera ſua faciũt vt videa=
tur ab hominibus [illegible] propter vanam gloriam [illegible]
mundi quia aliam gloriam alterius vite neq; cre
dunt neq; querunt [illegible] dilatant philateria i do
minia ſua ⁊ magnificant [illegible] vaſſallos [illegible]
amant [illegible] ſeculares [illegible] primos [illegible]
in mundo ſuper [illegible] reges terre ⁊ primas ca=
thedras iudiciorum ſinagogis i congregationibus
ciuium Romanorum i amant queq; ſalutationes
reuerentiales in foro publico et vocari rabbi i
magni domini ⁊ ſapientes ab hominibus pro
pter hos ergo vanos honores mundi gentiles ydo

Tertia ps euangelij

latre faciũt multa mala Vos [illegible] vo
cati ad imitandam humilitatẽ chriſti nolite
vocari ab hominibus rabbi vel ſapientes vt m
[illegible] gloriam [illegible] veſtre [illegible]
date deo vnus eſt enim magiſter veſter chriſtus et
ille ſolus glorificandus et q̃ omnes vos eſtis fra
tres [illegible] eccleſia nati ſpiritualiter cuius

ſponſus reſidet in celis ideo alium patrem nolite vocare vobis ſuper terram et licet prelatus veſter in terris vicem gerens chriſti habeat officium patris ⁊ magiſtri tamen in hac pſecutione tyrannoꝝ eſt adeo delectus vt non videatur pater neqꝫ magiſter ſed miniſter ⁊ ſeruus ſeruoꝝ dei. ſolus ergo chriſtus eſt fidelium certus ⁊ inuariabilis pater magiſter ⁊ dominus quantum ad omnia loca et tempora ideo nolite timere talem patrem habentes in celis q̄ potens eſt vos ab hac preſſura liberare ⁊ forte poſt hac tempeſtatem tranquillum faciet ⁊ ſublimes hui⁹ mundi imperatores ⁊ reges humiliabit vos autem ſeruos ſuos exaltabit eſt em̄ regula diuine prouidentie q̄ qui ſe exaltauerit cōtra deum humiliabitur i. deijcietur a deo et qui ſe humiliauerit p̄pter deum ad ſuſtinēda mala huius vite exaltabitur a deo ad multa bona

Mo aliter ❡ Moraliter autem hoc euangelium eſt doctrina fideliū in hac quadrageſima penitentium quia enim in precedenti ferie euāgelio prelatus increpauerat duriciam hominum mundanoꝝ q̄ nec officijs nec p̄dicationibus ecclie cōmouentur ad penitentiā hodiernum euangelium excludit quandā eoꝝ excuſationem quam habere poſſent ſ. malā vitam prelatorum curatorum ⁊ p̄dicatorum q̄ ſuo malo exemplo ſcandalizant eos i. commouent vel incitant ad peccandum Ad hanc excuſationem reſpondens prelatus ait ſuper cathedram Moyſi ⁊c. q. d. non curetis de mala vita ſacerdotum qui ſedent in cathedra pōtificali/ vel in confeſſionali/ vel in pulpito p̄dicandi q2 vnuſquiſqꝫ onus peccatoꝝ ſuorum portabit ad iudiciū dei vbi ſcriptura dicit q̄ potentes potenter tormenta patientur ⁊ tanto maiora quāto ipſi maiores fuerit in dignitate vel officio eccleſie Vos ergo bonam doctrinam eorum quam in eccleſia auditis ſeruate in memoria ⁊ facite i. ad faciēdum eam q̄uis ipſi hec dicant ⁊ non faciant q2 peccatum eorum licet ſit graue p̄pter ſcandalum nō excuſabit peccata veſtra coram deo neqꝫ p̄pterea q̄ illi ſint mali vos debetis ſimiliter eē mali Confeſſores etiam tollerate licet in penitentijs imponant vobis grauia onera qualia ipſi non facerent vt ieiunia/ miſſas/ elemoſinas ⁊c. quia ille graues penitentie purificabunt vos a pctīs veſtris vt ſitis ſancti corā deo veſtro Prelatos etiā pompoſos qui dilatant fimbrias veſtimentorum ⁊ philaterias ſeruoꝝ ⁊c. nolite zelare ratione iā dicta et iterū q2 nō eſt decens vos illitteratos ⁊ ſubditos velle fieri iudices p̄latoꝝ ⁊ ſapientum habet enim iā in celis iudicem deum ſed poti⁹ in humilitate veſtra vos ſeruite deo et exaltabit vos ad gloriam paradiſi illos autem humiliabit ad penas inferni ſi nō peniteat ante mortē

Offertorium ❡ Offertoriū Miſerere mei ⁊c. pſal 50 eſt recōmēdatio populi orphani i terris ad ſolū patrem quem habet in celis et orat vt ipſe miſereatur delendo peccatum ⁊ dando gratiā Oratio ſecreta Sanctificationem tuā ⁊c. offert deo ſacrificij miſteriū quo et ipſe ſiat placatus nobis et purget nos a vicijs ⁊ ornet celeſtibus bonis

❡ Communio Narrabo omnia mirabilia ⁊c. Communio. pſal 9 promittit populus fidelis ſe laudaturū deū/ corde/ voce/ ⁊ opere/ p̄ beneficijs ſibi p̄miſſis in generationib⁹ futuris Finalis oratio Ut ſacris dn̄e ⁊c. petit gratia ad bene implēda mandata dei quatenus munera illa p̄miſſa cum venerint inueniāt nos dignos eis Sup po Propiciare domine ⁊c. orat p̄ ſpuali medicina animarum i. remiſſione peccatorum vt fideles ſint apti ad recipiendam benedictionem dei

## ❡ Caput trigeſimumſextum de feria quarta ſecunde hebdomadis que vndecima texit eccleſie generationē in magno honore ⁊ quadrageſimalem cōmendat obſeruationem ex fructuoſo labore



Argumētū officii ab anno chriſti 300 vſqꝫ 330

Vndecima eccleſie chriſtiane generatio ſub pontificatu Silueſtri pape/ ac imperio magni Conſtantini feliciter p̄ceſſit ⁊ correſpondet Jeſſe patri Dauid in vele quia hic finem habet tempus obſcurum vtriuſqꝫ teſtamenti/ incipitqꝫ tempus aliud clarū et fauorabile q̄tum ad bona tēporalia ⁊ fauorem fidelium in hoc mundo Sicut enim olim ſub Jeſſe vndecimo a Jacob incepit populus iſrael habere regem de ſuo genere datum ſibi a deo oleo ſancto vnctum vt patet 1 Regum 10 ita in hac generatione vndecima populus chriſtianus incepit habere imperatorē fidelem oleo chriſmatis conſecratum nam tunc imperator Conſtantinus baptizatus eſt in magnum fauorem toti⁹ eccleſie qua etiam muniſicentiſſime dotauit/ ⁊ priuilegia multa conceſſit Floruerunt etiam tunc pleriqꝫ viri excellentes in doctrinis vt Lactantius firmianus/ Euſebius pamphilienſis/ Juuencus hiſpanus/ Antonius egyptius/ Nicolaus epiſcop⁹ ⁊ alij plures ſed inter hec proſpera inſurrexit tunc Arrius peſſimus hereticus preſbyter quidam Alexandrinus cōtra quem Silueſter papa fauore Cōſtantini primam ſinodum Nicenā congregauit et ibi damnate ſunt due hereſes oppoſite circa trinitatem diuinarum pſonarum ſ. Sabellia ⁊ Arriana cum quibuſdam alijs Et profecto nō mirum q̄ in hac vndecima generatiōe hec duo ſimul concurrerent in eccleſia dei ſ. proſperitas temporalium bonoꝝ/ ⁊ pueꝛſitas hereticorum quia vndenarius numerus tranſgreſſionem decalogi mandatorum dei ſignificat quia tranſit vltra decem nūc autem hec duo maxime faciut homines tranſgreſſores mandatorum dei videlicet p̄ſperitas temporalis ⁊ deceptio hereticalis imo hereſis omnis ex appetitu mūdane glorie orta eſt Unde refert hiſtoria eccleſiaſtica q̄ illa nocte qua Conſtantinus donationem bonorum temporalium fecit eccleſie Romane audita eſt vox in baſilica ſancti Petri dicens hodie

effuſum eſt venenum i eccleſia dei ſ propter ſuperfluam occupationem clericorum circa admiſtrationem tēporaliū ¶ Hanc ergo tēporis q̄litatem in qua ꝛ tribulatio tyrannoꝝ finem habuit/ꝛ cōſolatio catholicoꝝ principium ſumpſit inſinuare volens officium hodiernū ꝓponit in

Introit⁹ miſſe

miſſe introitu ſ Ne derelinquas me domine ꝛc̄. pſal' 37 eccleſiam illius tēporis gementem quaſi viduam ꝛ derelictam inter tot preſſuras tyrannoꝝ ſed de mīa dei confidentē introducit ideo orando ait ne derelinquas me dn̄e ſicut modo videris me dereliquiſſe ne diſcedas a me ſicut hactenus non ferēdo auxiliū. Intende iam i conſidera ꝛ recordare mei in adiutoriū meum qꝛ tu es domine virtus ſalutis mee i potens me ſaluare ſi vis Eſt enim hec deprecatio quaſi ſponſe epiſtola ad virum ſuum valde diſtantē in remotis regionibus Verſus Domine ne in furore tuo ꝛc̄ principium eiuſdem pſalmi vocat perſecutionem illam decima Diocletiani furorem et iram dei contra chriſtianos propter peccata coꝝ a qua eripi optat ꝛ alia mitiore pena caſtigari qꝛ certe illa videbatur intollerabilis Eadē verba fere dicit nunc populus ieiunantiū qui ſe reputat derelictū inter diaboli tentatiōes vnde orat p ſua pēitam deo acceptā liberari a pena inferni q̄ eſt furor ꝛ a pena purgatorij q̄ eſt velut ira

Oratio

dei Oratio Populum tuum dn̄e ꝛc̄ addit depcatione vt etiā per ſuā penitētiā mereaſ liberari a noxijs vicijs propter que l oīmes incurrunt indignationē ꝛ ira dei ¶ Epiſtola Orauit Mar

Epiſtole argumentum

docheus ꝛc̄ Heſter 13 hiſtoriam afflictiōis ꝛ miraculoſe liberationis iudeoꝝ a pſecutiōe Aman applicat ad chriſtianorum afflictione ꝛ myraculoſam liberationem a pſecutiōe Diocletiani vbi primo allegaſ dei magnificentia vel magna potentia Secundo ibi tu omnia noſti ꝛc̄ ēi cutitur petentis conſcientia Tertio ibi nunc ergo ꝛc̄ ef-

Prima pars epiſtole

flagitatur diuina clemētia In diebus ergo illis vi decime generationis eccl'ie orauit ad deū in tribulatione poſitus Mardocheus i doces conſtitutionem p̄latus Romanus vt Silueſter dices i primo alleg iñs dei pfectiones ad bene pſuadendum Dn̄e inquit deus rex omnium hominū maxime fidelium quos ſpecialiter regis per legem reuelatam oīpotēs quia inditione i imperio tuo cuncta creata ſunt poſita itaq̄ non eſt q̄ poſſit reſiſtere volūtati i imperio tuo ſi ergo decreueris ſaluare nos ab hac tribulatiōe cōtinuo i ſtatim ſine mora liberabimur quia nullū erit impedimentū humanum quod valeat differre noſtram liberationem qd̄ ex eo cōſtat eē verū quia tu domine feciſti ſubito ꝛ ſine vllo impedimento celum ꝛ terrā ꝛ quicquid aliud celi ambitu continetur ſ. includitur quia extra celū nihil eſt dominus abſolutus omniū rerū tu es ſic q̄ non eſt qui reſiſtat maieſtati tue, impediendo eam in ſuis actibus ex quibus ſatis nota relinquitur potētia tua ad nos liberandū ſi volue

Scḋa pars epiſtole

ris Quod aūt ſit cōueniēs nr̄a liberatio vt fiat ſic probari poteſt quia nos ideo affligimur a Diocletiano quia nolumus ei obedire vt adorem⁹ deos ſuos ſed hoc pie ꝛ iuſte fecimus tu enim qui cūcta noſti ſcis quia non ꝓ ſuperbia/aut cōtumelia contra imperatorem/aut ꝓ aliqua glorie mundane cupiditate fecerim hoc cum populo meo (ait p̄latus ad deum) ut nō adorauerim reuerenter obediendo Aman i cōturbantē omnia Diocletianū ſupbiſſimum libenter n ꝓ ſalute i liberatiōe veri iſrael a fidelis populi a ſua pſecutione et.i etiā veſtigia pedum eius deoſculari paratus eſſem. ſi ad ſolum honorem mūdanum reſpexiſſem quē paruifacio ſed mouit me ad non obediendum imperatori quia timui ne honorem dei mei qui eſt cultus latrie adorationis transferrem ad hominē cui vix debetur honor dulie ꝛ decreui vt nequāq̄ adorarem latria aliquem alium deum excepto deo meo q̄ crea-

Tertia ps epiſtole.

uit omnia Nunc ergo dn̄e rex regum i cui omnes reges ſubiecti ſunt velint nolint de⁹ Abrahā i pater excelſus omniū fidelium miſerere populi tui chriſtiani liberando eū ab hac pſecutione quia iniuſte volūt nos inimici noſtri pdere et i nos hereditatem tuam i populum familiarem tibi delere per mortem ab hoc mundo. oro te domine ne deſpicias parte hominū tuam quam p mare baptiſmi ꝛ deſertum penitētie redemiſti ex Egypto i infidelitate tenebroſa Exaudi precor domine deus depcatione meam liberādo nos et ꝓpicius eſto ſorti ꝛ funiculo hereditatis i eccleſie tue q̄ ſorte diuine gratie tibi cōſecrata eſt et poſt liberationem nr̄am ab hac plaga couerte luctum noſtrū in gaudium fauoris ſuſcitando alium imperatorē fidelem qui benefaciat nobis vt viuētes i pmiſſi viuere in noſtra libertate laudemus nomē tuū in cantibus eccleſie ſolemnibus ꝛ ne claudas p mortē crudelem tyrannorum ora fideliū canentiū te i laudes tuas q̄ ſonant q̄ tu es dominus de⁹ noſter

Moralitas

¶ Moraliter orat ibi prelatus ꝓ ieiunantib⁹ ac penitentibus ſub pſecutione demonis eos tentantis qui eſt Aman ſicut Mardocheus eſt p̄latus Heſter vero eccl'ia ſpōſa chriſti ꝛc̄ ¶ In gra

Graduale

duali Saluum fac populum tuum dn̄e.ꝛc̄ pſal' 27 idem alijs verbis orat tot⁹ populus quod in epiſtola orauerat prelatus ſ vt ſaluet deus ſeu liberet populum fidelem a tribulatiōe ac benedicat futura cōſolatione Verſus Ad te dn̄e clamaui.ꝛc̄ eſt principiū eiuſdē pſal' addēs inſtantiam orationis qꝛ non eſt alius ad quem debemus recurrere in tāta tribulatione ideo petit exaudiri ꝛ ne ſileat deus vbi inimici eius audent ſic loqui alias populus dei omnino deficiet in tam acerba tribulatiōne factus ſimilis mortuis deſcendentibus in lacum i foueam ſepulture ¶ Euangelium Aſcendens Ieſus Hieroſoly-

Euangelii argumentum.

ma.ꝛc̄. Mathei 20 repetitis prioribus eccleſie tribulationibus declarat exauditam eſſe orationem ꝛ prelati ꝛ aliorum fidelium in hac vndecima generatione per ſublimationem fauorabile totius eccl'ie in duobus maximis apicibus qui ſunt papa ꝛ imperator fidelis vbi primo repetis

tur multiplex eccleſie tribulatio preterita Scḋo
ibi tunc acceſſit ⁊c̄. ſubiungitur erectio duplicis
capitis p̄dicta Tertio ibi et audiētes decem ⁊c̄.
narratur orientaliū indignatio ſubſecuta In illo
Prima pars euangelij inq̄t tempore primitiue eccleſie aſcendēs ieſus in
celum vbi eſt Hieroſolyma i viſio pacis beatiſſi-
ce aſſumpſit i. congregauit in ipſo die aſcenſio-
nis duodecim diſcipulos ſuos apoſtolos ⁊ alios
minores in quibus erat Matthias q̄uis adhuc
no eſſet electus in apoſtolum ſecreto i ſeorſum
in monte oliueti ⁊ ait illis reuelās futura miſte-
ria ſue eccleſie Ecce aſcendimus Hieroſolymā
ſpiritualem que eſt eccleſia militans in terris i
ecce incipimus eam erigere ⁊ edificare ſed cum
laboribus ⁊ pſecutionib⁹ infideliū multis ſicut
contigit illis qui tpore Neemie reedificabant
hanc ciuitatem terrenam Hieruſalem vnde fi-
lius hominis chriſti ppl's chriſtianus ſicut chri-
ſtus tradit⁹ eſt ſic ⁊ ipe tradetur pſequendus ⁊
affligendus Primo in Iudea a p̄ncipibus ſa-
cerdotum ſuorum ⁊ ſcribis.i doctoribus legis ⁊
condemnabunt eum pro magna parte ad mor-
tem vt patuit de Stephano ⁊ Iacobo et alijs
Deinde violenter expulſum a Iudea tradent
eum perſequendum ⁊ affligendum gentilibus
p diuerſas mundi regiones/ad illudendum/fla
gellandum/⁊ crucifigēdum i crucibus ⁊ alioꝝ
tormentorum generibus occidēdum ſed he pſe-
cutiones chriſtianoꝝ non erunt ppetue nec mul
tum durabūt q2 populus fidelis tertia die i ter-
tio annorum cētenario reſurget a pſecutione ⁊
humiliatiōe ſua ad magnos honores ſeculi ſub
principibus chriſtianis qui eum donabūt fauo-
re ⁊ gloria multa Hec temporis qualitas icepit
vt diximꝰ in hac vndecima generatiōe qn̄do im
perator romanꝰ baptizatꝰ eſt ⁊ factus fidelis ac
Secunda pars euangelij fidelium fautor Et tunc acceſſit ad ieſum oran-
dum eccleſia mater chriſtianorum filiorum Ze
bedei i fluctuantis populi inter pcellas huius
ſeculi ſed iam donati libertate ⁊ pace (vtrāq3 n
interpretationem habet zebedeus) acceſſit inq̄3
eccleſia cum duobus filijs ſuis p̄ncipalibus in
populo dei qui ſunt papa ⁊ imperator duo vide
licet ſūmi apices eccleſiaſtice poteſtatis nam in
p̄teritis gen̄ationibꝰ in ſolo vno capite romano
pontifice erat eccleſie ſola ſpiritualis poteſtas
⁊ carebat poteſtate ſeculari manifeſta/ ac princi
pe fideli in tali poteſtate Acceſſit ergo mater ec
cleſia adorans chriſtū in eucharistie ſacramēto/
⁊ ibi petēs aliquid gratie ab eo petitio talis eſt
dic domine i concede mihi hoc munus gratie ſ
vt hi duo filij mei tā principales q̄s dediſti mihi/
ſedeāt firmi in pulchritudine pacis eccleſie vnus
ſ papa ad dexteram tuā i in poteſtate ſpirituali
que eſt melior ⁊ vnꝰ i alter ſ imperator ad ſini
ſtram i in poteſtate corporali q̄ eſt poſterior in
regno tuo i in eccleſia tua militāte in terris q d
oro tuam maieſtatem vt hi duo principes fideliū
qui modo incipiūt ſemp ſint in tua eccleſia vſq3
ad conſummationem ſeculi in pace ⁊ proſperitate
temporali Reſpondens autem ieſus non tam
matri (q̄ ſemp ſancta eſt ⁊ non poteſt errare nec
male vti mūdana proſperitate) quam filijs pre-
dictis ⁊ dixit eis neſcitis quid boni aut mali ſit
vobis id quod petitis ſ mundanam pſperitatē
⁊ pacem deuictis ⁊ humilitatis pſecutoribus ec-
cleſie quia forte talis pax erit vobis minꝰ vtilis
ad ſalutem animarū q̄3 oppoſita aduerſitas q̄
calici potionis amare cōparatur de quo ſubdi-
tur poteſtis bibere calicem i ſuſtinere tribula-
tionem mundane aduerſitatis quem ego bibi-
turus ſum in meis fidelibus ſubiectis vobis q̄
ex veſtra proſperitate multas tribulationes pa-
tientur nam ex tali proſperitate orientur in ec-
cleſia dei ſcandala / ſciſmata / tyrannides / bel-
la / ⁊ vicia multa in quibus minores fideles af-
fliguntur propter ſuos ſuperiores laſciuientes.
Et reſpondētes predicti duo filij dixerunt poſ-
ſumus etiam ⁊ nos p tuitione eccleſie dei cali-
cem tribulationis bibere. ſed cum dei adiutorio.
quibus ipſe dn̄s ait vere calicem meum bibetis
i. amaritudinem ſentietis in gubernatiōe fide-
lis populi et adminiſtratiōe bonoꝝ tēporalium
q̄ aculeis ſollicitudinū animū replent. quod au-
tem petitis ſ ſedere. i firmos pmanere in hac du
plici manu proſperitatis ⁊ honoris non eſt meū
dare omnibus vobis quia propter ſecreta homi
num merita aut demerita alij feliciter alij infeli
citer regnabunt in his ſtatibꝰ altis. ſed concedet
his quibus paratū eſt a patre meo. i ex dei pre-
deſtinatiōe occulta Et quia p̄dicta petitio facta
eſt deo in vndecima generatione qn̄do ſedes di- Tertia pars euangelij.
gnitatis papalis in vrbe Roma collocata ē apḋ
latinos ⁊ ſedes dignitatis iperialis in Conſtan
tinopoli apud grecos ideo audientes hanc peti
tione alij decē diſcipuli i. alij reges ⁊ p̄lati orien-
tales in India ⁊ Aſia et meridiani in Egypto ⁊
Affrica (que pro decem tribubus eccleſie cōpu-
tari poſſunt ſicut grecia ⁊ latina eccl'ia p duobꝰ)
indignati ſunt de predictis duobꝰ fratribꝰ gre-
cis ⁊ latinis egre ferentes q apud eos ſolos re-
ſiderent principes horum diuerſi poteſtatum et
ipſi ſemp manerent eis ſubiecti. Sed hanc in-
dignationē chriſtus cōpeſcuit ponens differen-
tiam inter dn̄os fideles ⁊ infideles ſcitis enim
q principes ſeu reges gētiū infideliū omnes fe-
re ſunt tyranni et dominantur violenter eorum
.i ſubditorum quaſi ſeruoꝝ et qui maiores i po-
tentiores ſunt in eis poteſtatē i iuriſdictionem
exercent in eos i contra eos p violentiā oppri-
mendo taliter q male eſt ſubditis ⁊ bene eſt do
minantibus inter vos autem fideles meos non
ita erit ſed quicūq3 voluerit inter vos maior fie-
ri i epiſcopꝰ aut rex erit veſter miniſter i ſeruus
ſi bene vult ſe habere in ſua dignitate et qui vo
luerit inter vos primus eſſe i ſummus pontifex
vel iperator erit veſter ſeruus ſi bene p̄ſidet q d
bonus papa vel epiſcopus bonus rex vel impe
rator bene agens officium ſuum potius laborat
q̄3 quieſcit potius alijs q̄3 ſibi i ſue vtilitati labo
rat quare magis eſt dicēdus ſeruus q̄3 dominꝰ
ait enim apoſtolus de ſe et de alijs p̄latis eccle

ſie 1 Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo ſicut mini-
ſtros populi dei et ſicut diſpēſatores in domo
dei papa etiam ex ordinatione ſancti Gregorij
in litteris ſuis ſe vocat ſeruum ſeruoꝝ dei ſicut
enim in domo alicuius magni dñi diſpenſator
eius videtur habere dominiū vel ſuperioritatē
ad totam familiam cū re vera ſit miniſter ꝛ ſer-
uus omnium/et potius habet laborem ꝙ hono
rem in domo querendo omnia neceſſaria ad to
tam domū. ſimiliter in eccleſia chriſti epiſcopi/ꝛ
reges/papa/ꝛ imperator ex inſtitutione diuina
potius habet laborem ſi boni ſunt quā honore
ꝛ magis dicendi ſunt ſerui ꝙ dñi ſicut etiam ipſe
chriſtus fact⁹ ꝓ nobis filius hominis cum eſſet
verus rex ꝛ pontifex omniū fidelium ſuo exem-
plo voluit oēs reges ꝛ prelatos inſtruere qꝛ ipſe
noluit miniſtrari ſibi ab alijs ſed poti⁹ ipſe mi-
niſtrauit alijs adeo vt daret animam ſuam in
redemptionem pro ſeruis ſuis Vos ergo decē
tribus eccleſie nolite indignari de duobus vr̄is
fratrib⁹ grecis ꝛ latinis neq₃ inuideatis eis pro
pter has duas dignitates quas penes ſe habēt:
quia per eas potius obligantur ſeruire vobis ꝙ
poſſint licite dominari ſup vos ¶ Moraliter ve- 
Moralitas ro Jeſus eſt prelatus qui in hoc euangelio pri-
mo incitat peccatores ad contritione/confeſſio
nem/ꝛ ſatiſfactionē peccatorum ꝑ dominice paſ
ſiōis memoriā in qua petre ciſſe ſunt qđ ſigni-
ficat lapidei cordis contritionem / monumenta
aperta ſunt ad ſignificandum apertionem cor-
dium per cōfeſſionem . cor n peccatoris monu-
mentum fetidū eſt in quo tot ſunt corpora mor-
tua quot peccata mortalia chriſtus etiam i ſua
paſſione eſurijt ac ſitiuit ad ſignificandū ſatiſfa
ctionem per ieiuniū peccatorum Item orauit ꝓ
peccatoribus in cruce quia ieiunantes debet cū
lachrymis orare denique totum ſanguinē ꝓ no
bis redimendis fudit vt elemoſinam liberalē
ieiunio ꝛ orationi eſſe addendam oſtenderet pe
nitentibus qui ſequuntur eum in paſſione Se-
cundo prelatus nomine ecclie orat deum pro fi
lijs vere penitentibus vt concedat eis ꝓ ſuis la
boribus dexteram ſpiritualiū granarū/ꝛ ſiniſtrā
temporalium bonoꝝ verū eſt tamē ꝙ hanc peti
tionem eccleſie nō ſemp exaudit deus ſtatim cō
cedens quod petitur ſed vult ꝙ fideles prius ſe
exerceant in actibus laborioſis virtutum quod
eſt calicem domini bibere de quo ꝛ apoſtoli et
martyres ꝛ alij oēs ſācti dei biberūt vnde eccl'ia
threnoꝝ Tertio ait inebriauit me domin⁹ abſin
thio repleuit me amaritudine poſtea vero dan-
tur gr̄a ꝛ cetera bona tēporalia vnicuiq₃ fideliū
ſecundum menſuram donationis chriſti Ephe 3
prout deus videt eſſe conuenies ex occultiſſimis
hominum meritis non ſolū pſentiu ſed etiam p
teritorum patrum ꝛ auorum ꝛc̄ vnde Auguſtin⁹
in depdeſtinatione cur deus hunc trahat illum
non trahat noli querere ſi non vis errare quia
pcedit ex libertate diuine ꝓuidentie b bat ergo
ſeruus dei calicem amare penit deinde ſperet
i miſericordia dei q̄ diſtribuit bona ſua ſapienter

Tertio in hoc euangelio prelatus cōformiter ad
ꝓcedens reſpōdet murmurationi ſubditoꝝ maloꝝ
ꝯtra ꝓlatos ſuos declarās eos poti⁹ eſſe alicꝫ fi
deliū ſeruos ꝙ dños ſi boni ſint ſin aūt dimittat
hoc iudicium deo ꝛ ipſi hoc non preſumant ꝛc̄.
¶ Offertoriū Ad te domine leuaui ꝛc̄ pſal. 24 Offerto-
eſt gratiarūactio fidelis populi de exaudita ſua rium.
oratiōe in tāta ſublimatiōe eccleſie dei ad hono
res vnde petens prelatus non eſt confuſus neq₃
irriſus ab infidelibus fideles etiam in deo ſpe-
rantes non ſunt defraudati a deo ſuo Oratio ſe
creta Hoſtias tibi domine ꝛc̄ offert deo hoſtiam
pacificam in altari pro gratiarūactione de rece-
ptis beneficijs ꝛ ſupplicat ꝓ recipiendis maxi-
me pro abſolutione a peccatis quā deſiderāt ie-
iunantes ac penitentes in hac quadrageſima
¶ Cōmunio Juſtus dñs ꝛc̄ pſal' 10 laudat dei Commu-
iuſticiā ſeu equitate quia ſic exaltauit humiles nio.
ſeruos ſuos retribuēs eis mercedē laboꝝ ſuorū
Finalis oratio Sumptis dñe ꝛc̄ petit augmen-
tum gr̄e ex virtute oblati ſacramēti Sup popu-
lum Deus innocētie ꝛc̄. cōmemorata reſtitutiōe
peccatorum ad pſtinā gr̄am quam vocat inno-
cētiam petit adhuc inſpirationē diuini amoris
ad eos cōfirmandū in bona vita incepta

## ¶ Caput trigeſimūſepti-
mum de feria quinta in qua duodecime genera
tionis eccleſie permixta fortuna deſcribitur atq₃
temporalium fauorū pariter et bonorum infir-
mitas oſtenditur

Duodecima ec- Argumē-
cleſie chriſtiane gñatio per- tū officij
acta eſt ſub romanis pontifi ab anno
cib⁹ Marcho Julio Liberio chriſti
ꝛ Felice ꝛ ſedem imperij te- 330 vſq₃
nentibus Conſtantio Julia- 390.
no ꝛ Iouiniano ꝛ correſpon-
det regi Dauid in ve le qui teſte Mattheo euan
geliſta fuit duodecim⁹ a Jacob patriarcha Ei⁹
vero temporale regnum licet fuerit honorificū ꝛ
ſublime ex diuino munere tamē reſperſum eſt
multis laboribus ꝛ anguſtijs aduerſariorū mo-
uentium bella iniuſta contra eum vt patet ex 1
et 2 libris Regum. nā primo multis annis per-
ſecutus eſt eum ſocer eius rex Saul ꝛ poſteri do
m⁹ eius poſtea Abſalon fili⁹ ſuus ꝛ quidam alij
de ſua parētella rebellarunt ꝯtra eum tande in
fideles Jdumei/Philiſtei/Siriani/Damaſceni
et alij plures continua agebant bella in ei m
Et quia Dauid fuit figura chriſti talis fuit qua
litas duodecime generatiōis in regno ſpiritua-
li chriſti nam inualeſcere cepit hereſis arriana
in proſperitate eccleſie ꝛ fauebat eis Conſtan-
tius imperator cum tota grecia ſub nõ dom⁹
Saul nec non ex latinis Liberi⁹ papa cū qui-
buſdam alijs qui iudicantur de parētella noſtri
Dauid Perſecutio etiā Juliani imperatoris chri-
ſtiani ſed apoſtate q̄ tunc viguit correſpōdet re-
bellioni Abſalon contra patrem ſuum Eadem

quod tēpeſtate Donatiſte heretici baptiſmum iterantes Euuomius quoq; ⁊ Macedonius in filium dei ac in ſpiritumſanctum blaſphemantes orti ſunt Sciſma inſuper inter Liberium et Felice tunc tēporis eccleſiam dei ꝑturbauit que omnia ꝑmiſit deus vt oſtenderet eccleſie ſue q̄ dubia ſit ꝓſperitas tēporalis quā in ꝑcedentibus generationibus tam inſtanter petierat. At vero ſicut Dauid diuino olim auxilio protectus oēs ſuos aduerſarios ſuperauit ita in hac generatione 12 dati ſunt eccleſie chriſtiane adiutores magnifici ſcilicet Iouinianus ⁊ Valentinianus imperatores catholici Iulius et Felix pape ſanctiſſimi et pleriq; doctores fidei ſapientiſſimi vt Gregorius Nazanzenus et Baſilius ex grecis Victorinus Didimus Rufinus et Donatus et latinis cum alijs pluribus qui omnes correſpondent illis ſtrenuis ducibus exercitu Dauid licet ergo fideles chriſti tunc haberēt temporalē proſperitatem ⁊ mundanos fauores tamē inſtar regni Dauid erat eorum pax in amaritudine bibebātq; calicē chriſti ſedētes ad dexteram ⁊ ſiniſtrā honoris in regno chriſti ideo cogebatur clamare ad deum vt eos adiuuaret in tantis periculis Ex quorum ꝑſona introitus

Introit⁹ miſſe

huius miſſe Deus in adiutoriū meū. ⁊c. pſal. 69 petit auxilium a deo ⁊ feſtinanter ne ꝑualeant contra eccleſiam inimici tyranni ⁊ heretici ſed potius cōfundātur ⁊ reuereātur. Verſus Auertantur retrorſum ⁊c. ex eodem pſal. eandem ſententiam repetit alijs verbis Oratio Preſta que

Oratio

ſumus domine ⁊c. applicat introitum ad ieiunātes petens eis auxilium gratie dei qua ⁊ ipſi ab hoſtib⁹ liberetur tam mētis q̄ corporis ¶ Epiſtola Maledictus homo qui confidit ⁊c. Hiere 17 declarat manifeſte q̄ fauores mūdani ⁊ proſperitas tēporalis non fecit eccleſiam dei ſecurā a tribulationib⁹ inimicorum ⁊ habet tres partes

Epiſtole argumentum

Prima oſtendit q̄ infirma ſit mundana ꝓſperitas Scd̄a ibi benedict⁹ vir ⁊c. quā vera ſit ſpiritualis honeſtas Tertia ibi prauum eſt cor hominis ⁊c. quā certa ſit diuina autoritas De mundana proſperitate ait hec q̄ ſequuntur dicit populo fideli dominus deus ꝑ os ꝓlati maledict⁹ i. periculoſus eſt homo qui confidit in homine i. humano fauore et ponit carnem i. carnalem vel corporalem amicum eſſe brachium ſuum i. fortitudinem ⁊ ſecuritatem ſuam ⁊ cum hoc recedit a domino cor eius quia ſe conuertit ad bona temporalia amando ⁊ querendo illa vt patuit in ꝑcedente generatione Talis namq; homo vel populus erit quaſi mirice que naſcūtur in deſerto arido, ⁊ ſunt plante ſine folijs ⁊ fructib⁹ ſed ex malicia terre naſcunt̄ ad nihil aliud vtiles niſi ad comburendum et ſimiliter homo ille non videbit id quod eſt vere bonum cum venerit ad eum quia non curabit inſpirationes dei ad bonum incitantes eum ſed habitabit i. perſeuerabit in vanitatibus tēporalium bonorum ac ſi habitaret in ſiccitate i. in terra arida et ſterili, in deſerto i. ſolitudine vbi nullus eſt vicinus ei.

Prima pars epiſtole

hoc eſt in terra ſalſuginis que eſt infructuoſa et inhabitabilis homo enim mundana bona auide querens infructuoſus eſt ſecundum ſpiritum ⁊ deſertus a gratia dei nec deus habitat apud eum E contra vero beatus vir ⁊ benedictus i. in ſua proſperitate firmus ac ſecurus qui confidit in domino i. in auxilio diuino ⁊ erit dns deus fiducia ſeu ſpes eius quantūcūq; obſtent ei homines mali talis enim erit tanq̄ lignum i. arbor fructuoſa ⁊ pulchra qd̄ a terra arida tranſplantatur in terram bonam ⁊ irriguam ſuper aquas doctrinarum ſacre ſcripture qd̄ etiā ad humorē gr̄e dei mittit radices ſue volūtatis hoc ē intentiones ſuas nec timebit exiccari aut peccare cū venerit eſt⁹ tētatiōis aut tribulatiōis imo ſemꝑ erit foliū ei⁹ viride i. ꝟbū fructuoſū ⁊ in tp̄e ſiccitatis i. aduerſitatis non erit ſolicitum i. dubiū de ſua liberatione nec aliquando deſinet facere fructū boni operis q2 tam in proſperitate q̄ in aduerſitate virtuoſe aget propter deum Quare exterior proſperitas ſeu aduerſitas nec facit homine bonum nec malum ſed interior cordis intētio qua ipſe deum querit aut ab eo recedit propter bona huius mundi de qua intentione difficile eſt iudicare quia cor hominis eſt valde prauum i. intricatum ſeu abſconditum ⁊ inſcrutabile ab alijs hominibus quis ergo cognoſcere poterit illud videndo clare intentiones eius vnde periculoſū eſt iudicare de bonitate aut malicia ꝓximorum quia forte ille qui eſt diues exterius habet bonas ⁊ ſanctas intētiones ad deū ⁊ econtra qui videtur pauper ⁊ religioſus exterius habet prauas intentiones ⁊ querit mundana bona ⁊c. ſolus ergo deus eſt qui videt cogitationes cordis humani ⁊ poteſt de eis iudicare ideo ait ego dominus ſolus ſcrutans ſum cor hominis ⁊ probans renes i. affectiones eius quibus cognitis do vnicuiq; ꝑmium vel penam iuxta viam i. intentionem ſuam et iuxta fructum adinuentionum i. operationum ſuarum Ex dictis patet q̄ epiſtola eſt doctrina moralis boni prelati ſiue in generatione duodecima ſiue in hac quadrageſima qua probat homines fideles debere principalius querere gratiam dei ⁊ virtutes ac cetera bona ſpiritualia q̄ corporalia q̄ infirma ⁊ egena ſunt ¶ Graduale Propicius eſto ⁊c. pſal. 78 videt̄ eſſe cōpunctio fidelis populi de eo q̄ tēporalem proſperitatē petierat ex q̄ multa peccata orta ſunt i. eccleſia dei ideo precatur veniam a deo ⁊ in penis q̄ pro peccatis debetur orat vt deus ſit mitis ⁊ propicius ne ex acerbitate penarum videantur fideles derelicti a deo ſuo et dicant gentes irriſorie vbi eſt deus eorū Verſus Adiuua nos ⁊c. ex eodem pſalmo allegat aliam rationem quare deus debet eſſe ꝓpicius eis ſ. propter honorem ſuum ne videat̄ gentilibus q̄ ipſe eſt deus impotens adiuuare ſuos ⁊ liberare eos ab anguſtia ſua licet hoc iudiciū eſſet vanum ⁊ indiſcretum ¶ Euangeliū huius quinte ferie varium eſt nam i. miſſali Romano legit̄ illud Luce 16 Homo quidā erat diues ⁊c.

Scd̄a pars epiſtole

Tertia pars epiſtole

Graduale

In Toletano vero ⁊ alijs multis illud Joannis .5. Non poſſum ego a meipſo facere quicquã .⁊c. Hec tamen varietas ad vniformitatẽ reduci poteſt ex ſenſu epiſtole predicte: ꝙ vtrobiqꝫ eadem eſt.ſ. ꝙ vtrũqꝫ euangelium tendit oſtendere quã maledictus eſt homo qui recedẽs a lege dei currit poſt iſta bona mundana: ⁊ quia legẽ dei primus ſcripſit Moyſes: in vtroqꝫ euãgelio fit mẽtio de ſcriptura eius: ⁊ improbãtur illi qui ei nõ credunt.

Euangelij argumentum.

Euangelium ergo Romanum exẽplo cuiuſdam diuitis mundani ⁊ alterius pauperis Lazari probat predictam maledictionẽ mũdanoꝝ: et habet tres partes. Prima narrat vtriuſqꝫ ſtatum varium in hoc mundo. Secunda ibi: factum eſt autem .⁊c. addit ſucceſſum eorũ etiã varium ĩ alio ſeculo. Tertia ibi: ⁊ dixit illi Abrahã .⁊c. cõcludit malis in alia vita debere negari miſericordie dei refrigerium iuſto dei iudicio.

Prima ps euangelij.

Suppoſito ſenſu litterali ex textu byblie (in quo non dicitur ꝙ hec eſſet parabola ſed potius videtur fuiſſe res geſta) quantum ad primum narrat prius ſtatum diuitis mundani ꝙ̃ pauperis miſeri.ſ. prius proſperam quã aduerſam fortunam more huius mundi. In illo inquit tempore duodecime generationis eccleſie: dixit ieſus.ſ. platus eccleſie diſcipulis ſuis .ſ. fidelibꝰ chriſtianis parabolam.ſ. ſimilitudinem hanc circa doctrinam datam in epĩa: de hominibꝰ qui ſequũtur mundana bona: ꝙ erant in Hieruſalem duo hoĩes alter diues mundanus: alter pauper miſerrimꝰ. In diuite notantur quattuor magna vicia que coĩter habent homines mundani. Primum eſt auaricia: homo inquit ꝗdam erat diues.ſ. diuitiarum amator auidus. nam poſſidere diuitias non eſt malum: ſed habere cor ad eas reꝓhenditur pſal. 61. diuitie ſi affluant nolite cor apponere .⁊c. cõmuniter tamen poſſeſſores diuitiarũ capti ſunt amore earum adeo vt conentur eas iuſte vel iniuſte acquirere / et acquiſitas cõſeruare. Secundum viciũ eſt ſuperbia: quia dicitur ꝙ induebatur purpura.ſ. panno ſericeo rubeo / ⁊ biſſo.ſ. lino candidiſſimo. ex pompa enim veſtium ⁊ aliorum vtenſilium naſcitur ſuperbia: qua homo ſeipſum magnifacit ⁊ alios ſpernit. 1. Thi. 6. diuitibus precipe non altum ſapere .⁊c. Tertiũ vicium eſt gula: quia ſequitur ꝙ epulabat quotidie ſplendide.ſ. ſumptuoſe hoc eſt cibaria magni ꝓcij ⁊ varia ac delicioſa cũ crapula et ebrietate. Quartum vicium paulo inferius ponit crudelitas: quia pauperis Lazari ad ianuam eiꝰ iacentis non miſerebatur. quia neqꝫ ipſe neqꝫ aliquis de ſua familia dabat pauperi ſaltẽ de micis que cadebant de menſa eius. et re vera ex auaricia ⁊ ſuperbia mũdanorum illico naſcitur crudelitas. nam inordinata cupiditas mundanorum bonorum ſaxea reddit viſcera hoĩm: quẽadmodum de quodam fluuio ait Ouidius. Flumen habent cithones quod potum ſaxea reddit viſcera. hoc flumen labilitas eſt mundanorũ bonorũ. Hec igitur vicia ⁊ multa alia eis cõnexa adherent hominibꝰ qui mundana bona cupiũt et ſequuntur. Deinde ſtatum pauperis iuſti deſcribit quoad quattuor miſerias oppoſitas: quas olim ſerui chriſti patiebãtur libẽter propter deũ: ⁊ inde merebantur magnã gratiam et gloriam apud deũ. Prima miſeria corporalis erat paupertas. erat enim mendicus quia mẽdicabat neceſſaria ad victum ⁊ veſtitum ꝙ̃ non habebat: et hoc faciebat voluntarie vt eſſet de numero eorũ quos chriſtus cõmẽdat Matthei. 5. Beati pauperes ſpiritu .⁊c. vnde ⁊ nominatur pauper nomine Lazarus: quia talium pauperum nomina ſcripta ſunt in celis Luce. 6. quo cõtra diues nomen nõ habet: quia peccatores deus nõ cognoſcit pſal. 15. Nec memor ero nominum eorum ꝑ labia mea .⁊c. ſed vocauerunt noĩa ſua in terris ſuis pſal. 95. non in celis. Secunda miſeria eſt corporalis nuditas quia iacebat.ſ. nudus ad ianuam diuitis induti purpura ⁊ biſſo.ſ. mollibꝰ veſtibus ⁊ lectis. pauper vero nec veſtes molles habebat ſed aſperas: nec lectum quia iacebat ſuper terram duram. talis erat condicio ſeruorum dei de quibus dicitur Hebre. 11. circuierunt in melotis in pellibꝰ caprinis: in cauernis terre .⁊c. Tertia miſeria erat infirmitas: qꝛ vlceribus plenus: contra delicioſas ⁊ ſalutiferas epulas diuitis: vt ſaltem illo exemplo cõmoueretur mundanus ad abſtinentiã qua ſanarent vlcera aĩe ſue pſal. 15. Multiplicate ſunt infirmitates eoꝝ: ⁊ poſtea accelerauerũt ſ. ↄuerti ad deũ. Quarta miſia erat neceſſitas.ſ. famis quia cupiebat ſaturari de micis ꝙ̃ cadebant de mẽſa diuitis: et cõtra crudelitatẽ diuitis canes eiꝰ cõpatiebantur ei quia lingebant vulnera eius. Hãc parabolam prelatus hodie adducit vt ꝑ iſtos duos homines ſignificet duos populos in hoc mundo. nam ꝑ diuitẽ tot vicijs obnixium ſignificat gẽtiles oĩno deditos cupiditati bonorum mundanorum: per Lazarum pauperem deſignat chriſtianos precedentium generationum multas tribulationes ſuſtinentes propter deum. ſed poſt generationẽ vndecimam iam chriſtiani maxime eccleſiaſtici ditati ſunt nimis ĩ temporalibꝰ: ideo timere debẽt ne incurrãt illa vicia ꝙ̃ notabant in diuite epulone. quare nõ immerito dicebat eis chriſtus: neſcitis quid petatis orando pro mũdana proſperitate: ꝙ̃ cõiter infatuat homines ⁊ multis vicijs eos illaqueat: quibus poſt hanc vitam grauiſſima correſpondebunt tormẽta. de quibus dicit.

Secunda ps euangelij.

Factum eſt autem vt moreretur mẽdicus .⁊c. Et quia ſors bonorum ⁊ malorum ꝑmutatur ĩ alia vita: nam qui hic erant diuites illic ſunt pauperes: et econtra: ideo prius incipit dicere de proſperitate Lazari ꝙ̃ de miſeria epulonis: quia eodem modo proceſſerat in ſtatu huius vite a felicitate ad miſeriã deueniendo. pauper ergo chriſti factum eſt vt moreretur .ſ. morte corporis nõ anime: ideo loquitur de morte eius tempore imperfecto: quia mors in eo non habuit perfectum dominium ſicut in diuite: de quo tempore perfecto ait: mortuus eſt diues .⁊c. et portaretur ab angelis: qui ſacerdotes eccleſie ſignificant: in ſinũ

Abrahe

Abrahe i in requiē glorie ꝓmiſſam Abrahe et ſemini eius ⁊ oībus q̄ fidem eius imitantur in quo ſinu Lazarus ⁊ qlibet iuſtus habet remotionē omnis miſerie vel penalitatis/⁊ appoſitionē omnis felicitatis De diuite autē ⁊ mūdano peccatore ait ꝙ ſepultus eſt in inferno ⁊c̄ vbi quattuor notantur miſerie eius contra quattuor vicia ſue proſperitatis Prima miſeria eſt extreme paupertatis inopia qꝛ mendicat etiam guttā aque Job 29 Diues cum dormierit nihil ſecū afferet Scd'a extreme vilitatis abiectio ⁊ omnoda nuditas Eſa 14 Detracta eſt vſqꝫ ad inferos ſupbia tua ⁊c̄ ſubter te ſternetur tinea et opperimentū tuū erunt vermes ⁊c̄ Tertia miſeria ē acerba tormētoꝝ varietas contra varietate ciboꝝ Job 21 Tranſibunt ab aquis niuiū ad calorē nimium. Quarta eſt qꝛ repulſe verecundiā paſſus ē in ſua petitiōe cōtra crudelitatē qꝛ petēs guttā aque ex miſericordia nō fuit exauditus ſed repulſus De his quattuor ait textus ꝙ ſepultus eſt in inferno peccator qꝛ ibi erat cimiteriū ⁊ parrochia ei⁹ qui inferiora bona ſemꝑ dilexit ⁊ q̄ſiuit deinde ꝙ ſepultus eſt in tormentis que promeruit pro peccatis poſtea ꝙ eleuans oculos vidit Abraham ⁊ Lazarū i gl'iam beatoꝝ a longe ⁊ a q̄ ipſe erat valde remotus ⁊ diſſimilis tandē petijt habere a Lazaro refrigeriū gutte aque ex mia cui⁹ ipſe nunq̄ꝫ miſertus fuerat in hoc mūdo Quare iuſto de iudicio repulſus eſt nā dixit illi Abraham ⁊ deus fili recordare ⁊c̄ ⁊ iuſtum eſt ꝙ tu q̄ multa bona tēporalia recipiēdo multiplicē peccaſti modo cruciaris ⁊ contra Lazarus q̄ multa mala patienter tollerādo purificatus eſt modo cōſolatur et iā qꝛ magnū chaos ſententie dei firmatū eſt ⁊ manet imutabile in alia vita iter vos et malos ita vt hi ad illos aut illi ad iſtos nequeāt tranſire qꝛ ibi iā non erit ſtatus merendi aut demeredi aut mores ꝑmutandi de bono in malū ⁊ econuerſo ſed vbicūqꝫ ceciderit lignum ibi erit Eccleſiaſtes 11 q̄ tamē oīa ſunt poſſibilia in hac vita Poſtq̄ꝫ vero dānatus homo repulſus eſt in petitione ꝓ ſe facta qꝛ iniuſta addit aliam petitione pro ſuis valde ſtultā ſ. rogo te pater vt mittas Lazarū in domū pr̄is mei ⁊c̄ vbi duos patres notat qꝛ mali licet ſint filij dei ꝑ naturā tamē effecti ſunt filij diaboli ꝑ ſuā culpā Joānis 8 vos ex patre diabolo eſtis boni aūt ſolū vnū patrē habēt deū Et notātur multa fatua in ſua petitione Primo importunitas qꝛ nō ceſſat dare petitiones cū non mereaſ exaudiri ſed repelli Luce 11 Noli mihi moleſtus eſſe ſ toties petendo ꝗ pueri mei ⁊ electi ſancti mecū ſunt in cubili ⁊ in ſinu Abrahe ⁊c̄. Secundo crudelitas ſeu iniuſticia qꝛ volebat Lazarū iterū reduci ad miſerias huius vite tollerandas cum tamē chriſtus fleuerit ſuper alterius Lazari reſuſcitatiōe Joānis 11 Tertio carnalitas ſ carnalis affectio ad ſuos ſine charitatē qꝛ nondum exierat de domo pr̄is ſui ꝑ affectione licet bn̄ per corpīs expoliatione ⁊ in hoc no erat filius Abrahe cui dictū erat Geneſ 12. Egredere de domo patris tui ⁊c̄.

Tertia ps euangelii

Quarto oſtēdit dānabilitas ſ. fratrū ſuoꝝ q̄s notat ei ſiles in culpis ita vt eſſent ei fr̄es nō ſolū natura ſed culpa ideo ad tales nunq̄ꝫ Abrahā ſ. de⁹ mittere ſolet ſeruos ſuos ſanctos pſal' 80 Dimiſi eos ſcd'm adinuentionib⁹ ſuis ⁊c̄. Quinto miſerabilitas qꝛ fingit ſe miſereri alioꝝ ille q̄ ē fact⁹ crudelis diabolo ſimilis vellet n dānati nullos hoīes eſſe ſaluos ex malicia ⁊ inuidia ſuppoſito tū ꝙ velint nolint aliq̄ ſint beati remanet in eis naturalis affectio ad ſuos q̄s ſcd'm q̄d vellet nō dānari nō enī hoc volūt ſimpliciē Sed rn̄des ait illi Abrahā habet mūdani hoīes Moiſen ⁊ legē dei reuelatā ⁊ prophetas ⁊ prelatos ⁊ ꝑdicatores eccleſie audiant eos ſi volūt ſaluari ab inferno quia illi ſufficienter poterūt eos cōteſtari de qualitate tormētorum iferni ideo non eſt eis neceſſaria vlterior reuelatio ꝑ angelos vel ſanctos ad eos mittendos Quā tamen rn̄ſionem damnatus non patitur ideo replicat non pater ⁊ no ſufficit eis admonitio legis dei nec prelatorum viuorum quia eis non credunt ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos ⁊c̄ in quibus verbis iterum notantur duo Primo error cōis mūdanorum qui vix credunt doctrinam eccl'ie de rebus alteri⁹ vite predicantis q̄ꝫ ipſi nō bene credunt putantes animas ſimul interire cū corporib⁹ Sapi 2. Dixerūt imp ꝫ nō eſt refrigeriū in fine hoīs ⁊c̄ Secūdo ſtulticia eorū q̄ plus crederēt mortuis apparētibus ꝙ viuis ꝑdicantib⁹ de alia vita ſiles Sauli qui ꝑ phitoniſſam petijt ſuſcitari Samuele vt nūciaret ſibi futura ⁊c̄ 1 Reg 28 in quo reprobetur ab Eſaia ca 8 cum dixerint vobis querite a phitonibus ⁊c̄ nunquid nō magis ad legē ⁊ teſtamentum dei ſ ꝑdicatum a viuis quare iterum repulſus eſt cū ait illi ſi Moiſen ⁊ lege dei ⁊ prophetas nō audiūt neqꝫ ſi q̄s ex mortuis ⁊c̄ quia fides ex auditu eſt ꝑ certitudinem reuelationis dei q̄ in doctrina eccl'ie certa eſt nō in apparionibus defunctorum q̄ cōiter fiunt ex illuſione demonum fallacium Ex toto ergo euangelio prelatus duodecime generatiōis vel etiam moderni tēporis vult ꝑſuaſos eſſe fideles q̄ꝫ periculoſū ſit propter mūdanā ꝓſperitate deū relinquere vnde non abſolute ea a deo petēdā qꝛ nō oēs fideles ea bn̄ vtūtur imo ex ea occaſiōes multorū ꝑtōrum accipiūt vt patuit in hereticis ꝯtra q̄s aliud euangeliū Toletanū diſputat ſ contra Arrianos tūc ſupbientes ꝓpter fauorē Conſtantij imperatoris et vult ꝑlatus probare oppoſitam eis doctrinam eccleſie eſſe veram cōfirmans eā triplici teſtimonio ſ Joannis euāgeliſte/miraculoꝝ eccleſie/⁊ legis Moſaice ⁊ in fine notat occaſione erroris eoꝝ et oīm hereticoꝝ qui ꝓceſſit ex phantaſia mūdane laudis aut glorie In illo inquit tēpore dixit Jeſus ⁊ ꝑlatus maxime Roman⁹ turbis ſ hereticis turbātib⁹ ecclīam dei in deoꝝ ⁊ fideliū veritate dei cōtēnetū Ego nō poſſum facere in ſacramētis eccl'ie nec dicere in doctrina fidei quicquam a meipſo et naturali facultate intellectus mei quia hec miſteria naturalem facultatem intellectus humani excedunt.

Aliud euangelium

Prima ps euangelii.

ſed ſicut audio a deo reuelātē ita iudico eſſe agē
dum ⁊ pdicandum ⁊ certus ſum quia iudicium
meum iuſtum eſt i rectum ⁊ verum. q2 innititur
infallibili veritati q̄ deus eſt et in actibus meis
erga fideles non habeo intētionē mūdanam ſi-
cut vos heretici quia non quero facere volūtatē
meam i non quero q̄ mea ſunt ſed volūtate chri
ſti qui miſit me vt eſſem platus ⁊ pdicatoꝛ popu
li ſui neq3 ego teſtimoniū phibeo de meipō i de
his q̄ ago quia ex ſola mea autoꝛitate non eſſet
ſufficiens ꝓbatio doctrine mee alius maioꝛ me
ſcʒ iſtus eſt qui teſtimoniū phibet de me ⁊ ſcio

Secūda ps euangelij.

quia verum eſt teſtimoniū eius cum ſit deꝰ qui
nō pteſt mētiri Et vt magis ad ꝑticularia venia
mus allego vobis triplex teſtimonium firmum
⁊ certum de veritate mee doctrine pꝛimū eſt euā
gelium ſancti Joannis quia vos Arriani negā-
tes diuinitatem chꝛiſti miſiſtis ad Joannē euan
geliſtam inde accipiendo pro fundamēto erro-
ris veſtri illud cap 14 Pater maioꝛ me eſt ac ſi
voluiſſet ſe purum hominem nō deum ꝯfiteri
ſed re vera euangelium Joānis damnat errorē
veſtrū q2 ille teſtimoniū phibuit veritati diuinita
tis chꝛiſti quā ego pdico nā in eodē cap ide Jo-
nis inducit verba eius dicens Ego ⁊ pater vnū
ſumus eſſentialiter ⁊ ego in patre ⁊ pater in me
eſt ⁊c imo euangelium Joanis ad hoc principa
liter tēdit vt probet diuinitatē chꝛiſti ideo oꝛdiēs
ait in principio erat v̄bum i filius dei ieſus chꝛi
ſtus ⁊ deus erat verbum ⁊c ⁊ in cap 8 longum
ſermonem facit de ſua diuinitate quem docto-
res legis non ſuſtinentes voluerunt eum lapi-
dare dicendo tu cū homo ſis facis teipſum deū
⁊c ⁊ alibi ſepius de hac materia expꝛeſſe Joan-
nes ergo teſtimonium phibuit veritati diuinita
tis chꝛiſti quia erat lucerna vere doctrine ardēs
in eccleſia dei vos aute heretici voluiſtis exulta
re ad hoꝛam i modicum in luce i autoꝛitate eꝰ
que tamen non iuuat vos nam vel ibi loquitur
quantum ad humanitatē vel oſtēdit patris au-
toꝛitate in cōicando ſibi naturam diuinam ac ſi
diceret/ ego ab eo procedo ⁊ nō ipſe a me Sed
quia ego non ſolum ab homine i a Joāne teſti-
moniu mee doctrine accipio (habeo enim aliud
teſtimoniū maius Joanne) hec dico i allego vo
bis ex illo euāgelio cui multū dedi eſtis vt vos
ſalui ſitis i conuertamini ab erroꝛibus veſtris
habeo inq̄ ineffabile teſtimonium dei patris q̄
declarauit diuinitatem chꝛiſti filij ſui ⁊ verbis ⁊
operibus opera enim miraculoſa ⁊ ſoli deo poſ
ſibilia q̄ dedit mihi pater ille celeſtis vt pficiam
ea coꝛam hominibꝰ ipſa teſtimoniū phibent de
me ꝙ veram doctrinam pdicem fidelibus ⁊ ꝙ
ille me miſit ad talia predicandum vt patet ex
conuerſione totius gentilitatis vſq3 ad miracu-
loſum baptiſmum imperatoꝛis ⁊c Ipſe etiā pa
ter chꝛiſti verbis teſtimonium phibuit in baptiſ
mo ⁊ tranſfiguratione eius ꝙ eſſet verus ⁊ natu
ralis filius eius vt in pſal 2 et 109 pdixerat Da
uid ſed vos Arriani vocem eius nunq3 audiſtis
ad credendū ei quia eam non intellexiſtis neq3
ſpeciem i. verum conceptum eius vidiſtis in vo-
bis ⁊ pro i. verbum eius non habetis in vobis
manēs quia quem miſit ille in mundum factū
homine huic filio eius vos non creditis de diui
nitate ſua predicanti Et pter hec teſtimonia ha
beo adhuc tertium ſ. pphetas ve le. qui de aduē
tu chꝛiſti multo tēpoꝛe ante locuti ſunt. ⁊ tamen
oēs illi expꝛeſſe dixerunt illum foꝛe deum nam
Eſa 9 vocatur deus foꝛtis ⁊ cap 53 generationē
eiꝰ quis enarrabit item Hiere 23 Dominꝰ deꝰ
iuſtus noſter item Michee 5 Egreſſus eius ab
initio a diebus eternitatis et ita de alijs multis
ad hoc ꝓpoſitū Vos ergo Arriani ſcrutamini
ſcripturas pꝛophetarū in quibus putatis vitam
eternam habere quia ille omnes teſtimonium
perhibent de me i. de mea doctrina ꝙ ſit vera et
tamē tot teſtibus cōuicti non vultis ex ꝓteruia
venire ad me i. conſentire mihi vt vitam gratie
habeatis per ſanam et veram fidem ex qua iu

Tertia ps euangelij.

ſtus viuit Ego enim claritatem i laudem ⁊ glo
riam ab hominibus nō accipio/ neq3 illam que
ro ex doctrina mea ſed cognoui vos illam que
rentes quia dilectionē dei nō habetis in vobis
ſed potius diligitis mūdū vnde nō pꝛopter deū
ſed hoīes predicatis querētes ab eis gloꝛiā Ego
quippe veni ad pdicandum fidē catholicā in no
mine patris mei celeſtis i ex mandato eius ⁊ ex
pſona eiꝰ loquoꝛ vobis ⁊ nō accepiſtis me neq3
conſilium meū rectum ſanū et bonum ideo cre-
do ex permiſſione diuina pꝛopter peccata vr̄a ꝙ
ſi alius deceptoꝛ aut hereticus venerit in nomi-
ne ſuo i querēs que ſua ſunt non q̄ ieſu chꝛiſti il
lum recipietis i illi credetis ⁊ obedietis ad per-
niciē animarū veſtrarū. et ꝑfecto nimirū ꝙ mū
dana cupiditas faciat vos errare in fide quo
enim modo poteſtis vos recte credere in deum/
qui gloꝛiam accipitis a vobis inuicē ⁊ gloꝛiam
que a ſolo deo eſt nō queritis pcurando hono-
rem dei potius q̄ honoꝛem veſtrum quare non
euadetis penam grauiſſimam in iudicio dei vbi
nolite putare ꝙ ego accuſaturus ſum vos apud
deum patrem ſed alium ſeueriorem accuſato-
rem habebitis eſt qui accuſet vos Moiſes idest
lex dei in quo vos ſperatis defendere erroꝛem
veſtrum adherentes iudeoꝛum opinioni qui per
uerſe intelligendo ſcripturas Moiſi et alioꝛum
pꝛophetarum ſperant ſuum meſſiā futurum pu
rū hominem quod tamē falſum eſt vt probaui.
imo ſi crederetis Moiſi i ſcripturis eiꝰ bene in-
tellectis crederetis foꝛſitan et mihi diuinitatem
chꝛiſti pꝛedicanti ille enim ſcripſit de me idest
de veritate mee doctrine tum quia Geneſis 49
ait ꝓphetādo de chꝛiſto nō auferetur ſceptrū ⁊c.
donec veniat qui ⁊c tū quia Deuterono 18 pꝛo-
phetam inquit ſuſcitabit vobis deus ⁊c. tum de
inq3 quia ſuis ſacrificijs et cerimonijs illum fi-
gurauit ſi ergo Moiſis litteris non creditis/ſed
peruerſe eas exponitis cum iudeis quomodo
verbis meis credetis qui ſum homo peccatoꝛ et
parue autoꝛitatis apd̄ vos Patet ergo ex vtro-
q3 euangelio prelati intētionē eſſe probare ꝙ

mundana proſperitas eſt nimium periculoſa in eccleſia dei vt etiam probauit epiſtola ¶ Moralitas primi euangelij fere dicta eſt ſed poteſt applicari ad ſapiẽtes huius ſeculi ſignificatos per diuitem ⁊ ſimplices peccatores ſignificatos per Lazarum cuius vulnera peccata ſunt canes ea lingentes ſunt predicatores ⁊ confeſſores eccleſie ſepius iſti ſimplices mendicant conſilia in agendis a ſapientibus qui nolunt eis dare vel non ſine pecunijs ex quibus efficiuntur diuites et induuntur purpura et biſſo et epulantur ſplendide ſed tandem cum ſua ſapientia demerguntur in infernum quia nolunt obedire mandatis dei et eccleſie cum preſumant multum de ſua ſapientia ſimplices vero ⁊ indocti communiter rapiunt regnum celorum ⁊c Secundum vero euangelium moraliter eſt diſputatio prelati contra mundanos qui irrident doctrinam eccleſie in hac quadrageſima ſcilicet de confeſſione peccatorum/de penitentia/et ieiunio/et ceteris bonis operibus vbi primo docet ꝙ talis doctrina non procedit ex humana phantaſia prelatorum ſed ex inſpiratione diuina vt facile probaretur triplici teſtimonio ſcilicet hominis per moralem philoſophiam /dei per miracula/ ⁊ ſacre ſcripture per ſaluberrima precepta ac conſilia que homines incitant ad talia opera Secundo probat ꝙ iudicium quod agitur in foro ſecreto confeſſoris eſt iuſtum honeſtum et vtile ego inquit audiens confeſſionem peccatoris non poſſum a meipſo facere quicquam contra eum ſed ſicut audio teſtimonium conſcientie ſue ſic iudico eum fore dignum abſolutione vel penitentia magna vel parua quia ibi ſto non tanquam actor ad accuſandum ſed tanquam iudex vt procedam ſecundum allegata per liberam confeſſionem penitentis quia contra eum nullus admittitur teſtis/ nulla probatio preter conſcientiam ſuam quare ſequitur ꝙ iudicium meum in ſententia proferenda iuſtum eſt quia in officio illo non quero voluntatem meam i ſatiſfacere meis affectionibus ſed quero voluntatem eius qui miſit me ad exercedum hoc officium per quod debeam procurare animarum ſalutem/ peccatorum correctionem/et penitentium conſolationem ꝙ autem hoc ſit verum ego non perhibeo teſtimonium de meipſo ſed alius i penitens perhibet de me qualiter ego adminiſtrem ſibi ſacramentum penitentie Tertio prelatus inuehit contra mundanos ſenſuales dicens vos autem mundani ſi mihi non creditis predicanti veritatem forte deo permittente propter peccata veſtra credens alicui peruerſo trahenti vos ad malum quia queritis gloriam mundi et non dei ſed nõ carebitis pena in iudicio dei cõdemnati in quo ego non accuſabo vos ſed oẽs ſancti qui ſacras literas ſcripſerunt accuſabunt vos quia contempſiſtis eorum monita ſalutaria ⁊c ¶ Offertorium Precatus eſt Moiſes ⁊c Exodi 32 ſub nomine Moiſis orat prelatus pro mundanis de quibus in euangelio et repetit eccleſia principium offertorij ad ſignificandam magnã orationis affectionem quia ex zelo charitatis vellet obtinere gratiam ad conuertendum peccatores ne pereant quare in fine oſtenditur oratio eius exaudita pro multis quia placatus factus eſt dominus ⁊c Oratio ſecreta Accepta ſit tibi ⁊c applicat precedentem orationem ad ieiunãtes offerẽs pro eis ſacrificium petens a deo expiationem a peccatis et promotionem ad bona ſpiritualia ¶ Communio Qui mãducat meam ⁊c Joannis 6 propter feriam quintam de corpore chriſti decantat mirabilem effectum euchariſtie que vnit nos deo et deificat homines etiam ſi antea fuerint magni peccatores Finalis oratio Prebeant nobis domine ⁊c ex perceptione deuota euchariſtie petit augeri fidelibus feruorem charitatis quo delectabiliter opera quadrageſime exerceant Super populum reſpice domine ⁊c orat vt deus fiat propitius ieiunantibus ac penitentibus qui ei deuote ſubijciuntur implentes mandata eius ⁊ prelatorum

Moralitas. — Offertorium. — Communio.

## ¶ Caput trigeſimũoctauum de feria ſexta ſecunde hebdomade cuius officium ad tredecimam eccleſie generationem pertinens pacem eccleſie confirmat ac ieiunantes letificat

Argumẽtũ officij ab anno chriſti 360 vſq; 390.

Tertiadecĩa chriſtiane eccleſie generatio correſpondens regi Salomoni in ve lege fuit valde pacifica et gaudio plena ſub Romanis pontificibus Felice/Damaſo/et Siriaco ac chriſtianiſſimis imperatoribus Valentiniano/Gratiano/et Theodoſio nam impia morte ſublato Juliano apoſtata ac tyranno peſſimo facta eſt iam pax magna in eccleſia dei et ceſſauit iam in toto orbe ydolorum cultura non tamen adeo quin adhuc eſſent multi gentiles ydolatre ſed quia poteſtas imperij ab eis ablata eſt ⁊ data populo chriſtiano vſq; ad finem mundi quia eorum rex chriſtus imperpetuum imperat In hac ergo generatione incipit tempus clarum eccleſie chriſti poſt illam obſcuram noctem duodecim horarum i generationũ precedentium cuius noctis finis ⁊ crepuſculum matutinum erant generationes due proxime vndecima ⁊ duodecima et durabit hec clara dies magni fauoris eccleſie per alias duodecim generatiões hoc eſt vſq; ad Conſtantinum papam primum ⁊ imperatorẽ Juſtinianũ ſecundũ circa annos domini ſeptingentos Inter quas duodecim claras generationes hec prima aliarum p̃clariſſima manifeſta habuit concordiã cum regno Salomonis ſub quo deus magnã dedit pace ⁊ fauorẽ populo Iſrael ideoq; Salomon i pacificus dictus eſt a ſalom hebraice q̃d e pax latine cui regi dedit deus magnã ſapientiam ⁊ ſpeculatiuam in naturalibus ⁊ pra

etiam in moralibus ad bene et feliciter gubernandum populum dei. dedit etiam ei diuitias multas ſuper omnes alios reges regni illius qui eum precelſerant et poſtea ſequuti ſunt et ſimiliter chriſtus vt alter Melchiſedech rex Salem in pacis et iuſticie et ca illa tempore a ecleſie ſue amplius et felicius ſolito regnauit ſuper vniuerſam terram habitabilem qui etiam fidelibus ſuis tanquam magne ſapientie fluenta diffundens in magnos doctores ad irrigandam totam eccleſiam ſuam aquis doctrinarum iuxta illud Eſaie 41 Aperiam in montibus flumina et in medio camporum fontes etc. nam in etate illa Hillarius in Gallia/ Ambroſius in Italia Hieronymus in Paleſtina/ Auguſtinus in Affrica/ Chriſoſtomus in Archadia et alij plures claruerunt ſanctiſſimi doctores qui ſuarum doctrinarum facundia non tam de his rebus naturalibus infimis vt olim philoſophi gentium quam de deo/ et ſanctis angelis/ de animabus hominum tam coniunctis quam ſeparatis multa ſcripſerunt et predicauerunt reſiſtentes etiam hereticorum veſanie ac ſimplicibus fidelibus viam lucis eterne oſtenderunt celebrato tunc concilio Conſtantinopolitano contra Macedonium hereticum Damaſus etiam papa ſanctiſſimus ex conſilio ſancti Hieronymi et aliorum doctorum eccleſiaſticum officium ſolemniter in eccleſia decantandum inſtituit ac ſi nouum domino deo ſuo templum edificaret vt alter Salomon qui in vita ſua ſuffulſit domum et in diebus ſuis corroborauit templum etc. ¶ Sibi ergo conuenit huius miſſe introitus Ego autem cum iuſticia apparebo etc. pſal. 16 Quo exultans in domino de pace et fauore eccleſie dicit ſe iam libere poſſe apparere in templo dei coram domino vt ſatietur dum manifeſtabitur gloria dei i. manifeſte predicabitur et decantabitur a ſacerdotibus. Verſus Exaudi domine etc. principium eiuſdem pſalmi orat exaudiri ſupplicationes eccleſie in cantibus ſuis quas vocat iuſticiam quia talia obſequia ſunt debita deo Prelatus etiam modernus gaudens de vera penitentia fidelis populi in hac quadrageſima eadem verba dicit ſcilicet quod apparebit in conſpectu dei cum populo ſuo in iuſticia i. iuſta peccatorum emendatione pro qua ſperat eternam retributionem quia pro ieiunio dabitur ei et populo ſuo ſacietas in gloria quod vt fiat orat in verſu ſequenti. Oratio Da queſumus omnipotens deus etc. explicat ſenſum moralem introitus et addit vt dignetur deus fideles per ieiunium purificare a peccatis vt digne valeat peruenire ad feſta paſchalia ¶ Epiſtola Dixit Joſeph fratribus etc. Geneſis 37 declarat in chriſto et vicario ſuo pontifice Romano impleta eſſe ſomnia que olim caſtiſſimus Joſeph predixerat et figurauerat ſcilicet quod futurus eſſet rex et dominus ſuper omnes fratres ſuos in terra Egipti ſicut etiam Salomoni regi conceſſum eſt in terra promiſſionis vnde epiſtola habet tres partes Prima recitat Joſeph ſomnia Secunda ibi cumque fratres illius etc. mittit eum ad pecora Tertia ibi qui cum vidiſſent etc. agit de fraterna inuidia que dicitur fera peſſima Suppoſito autem litterali ſenſu de ipſo Joſeph et miſtico de chriſto qui venditus fuit a fratribus ſuis iudeis quorum poſtea factus eſt dominus in tota terra etiam eis inuitis ſolum dicamus de ſenſu hiſtoriali tredecime generationis eccleſie et morali noſtre quadrageſime nam vterque prelatus dici poteſt Joſeph i. augmentum vel profectus eccleſie dei fratres primi Joſeph ſunt alij epiſcopi eccleſie maxime greci et orientales fratres ſecundi ſunt mundani fideles maxime tyranni ac violenti pater vtriuſque chriſtus eſt Ergo in diebus illis tredecime generationis eccleſie vel quadrageſime dixit Joſeph i. prelatus fratribus ſuis predictis audite ſomnium meum propheticum quod vidi impletum putabam nos colligere manipulos populorum ad chriſtum in agro huius mundi vel eccleſie et videbam conſurgere manipulum meum populum latinum vel penitentem et ſtare firmum in ſua perfectione incepta veſtros autem manipulos grecorum vel mundanorum circunſtantes non videbam ſtare ſed cadere a ſua perfectione propter ſuam inuidiam et adorare manipulum meum i. humiliari ante eum tanquam delectos et minus nobiles Hoc ſomnium egreferentes fratres predicti reſponderunt plenum ira et zelo nunquid rex noſter eris tu qui es minor inter fratres ſicut olim Salomon regnauit ſuper fratres ſuos in Hieruſalem aut forte preſumis quod ſubijciemur dominio tue in eccleſia dei quod hoc non eſt rationabile quod maior ſeruiat minori populus vero latinus cum ſuo pontifice Romano minor eſt grecis et alijs orientalibus in quibus primo fundata eſt eccleſia chriſti hec ergo cauſa ſomniorum atque ſermonum de primatu Romani pontificis ſuper omnes alios epiſcopos inuidie et odij fomitem et incentiuum miniſtrauit Sed ad huius veritatis confirmationem aliud quoque vidit ſomnium melius et in rebus nobilioribus Vidi inquit ſolem i. orientalem et lunam i. occidentalem populum fidelium et ſtellas vndecim i. epiſcopos alios quos propter peccata ſua et hereſes numero tranſgreſſionis ſignifico adorare me tanquam ſummum pontificem in eccleſia chriſti Hoc ſomnium impletum eſt ab hac tredecima generatione quando imperator vincus et monarcha orientalium et occidentalium cepit obedire pontifici Romano in ſpiritualibus et fauere ei in ſua ſapientia dignitate reſidenti Quod etiam in hac quadrageſima impletur in qualibet dioceſi quando peccatores etiam nobiles qui ſunt luminaria et ſtelle huius mundi humiliter veniunt ad penitentiam adorantes prelatum ſuum ad pedes eius genuflexi Hoc tamen in factum cum patri ſuo orientali dedit et fratribus alijs epiſcopis retuliſſet ex erentia increpauit eum pater ille verbis iniurioſis dicens

Introitus miſſe

Oratio

Epiſtole argumentum

Prima pars epiſtole

tens quid ſibi vult hoc ſomniū .i. quo tendit ſu-
perbia tua nunquid preſumis q ego et mater
tua eccleſia orientalis et fratres tui alij epiſco-
pi omnes adoremus te tanquā dominum ſu
per terram q d hoc minime faciemus neqꝫ obe
diemus tibi inuidebant igitur Romano ponti
fici tanta dignitate pollenti fratres sui ſed pa
ter eius Chriſtus rem iſtam tacitus conſidera-
bat quia ſecrete diſponebat hoc eſſe futurum
ita ſicut beato Petro reuelauerat ac promiſe-
Sc̄da ps epiſtole rat pro ſe et ſuis legitimis ſucceſſoribus. Cumqꝫ
fratres illius paſcentes greges chriſtianorum
morarentur in Sichen i in parte quia in aliqui-
bus articulis fidei non docent rectam fidem di-
xit Iſrael i chriſtus pater eius ad eum ſ Roma
num pontificem cui commiſerat vt confirma
ret fidem ſuorum fratrum Luce 22 Ecce fratres
tui alij epiſcopi paſcunt ſua doctrina greges fi-
delium in Sichimis i in parte bene ſed non
in toto veni ergo mittam te ad eos corrigen
dos circa fidem et mores quo reſpondente pre
ſto ſum dixit iterum ad eum vade ad viſitan-
dum alios prelatos et vide ſi cuncta eorum do-
gmata proſpera i conuenientia ſint erga greges
fidelium et renūcia mihi quid agatur in eorum
eccleſijs Miſſus ergo pontifex Romanꝰ a deo
inſpirante de valle Hebron .i. congregationis
vel ſocietatis hoc eſt ex determinatis in conci-
lio generali cui ipſe preſidebat venit in Sichē
i partem illam corrigendam in qua fratres er-
rabant inuenitqꝫ eum vir i doctor eccleſie Au-
guſtinus vel aliquis alius in tempore illo et
vidit pontificem errantem i huc atqꝫ illuc viſi-
tando eccleſias ambulantem et interrogauit eum
quid quereret in dioceſi aliena qui reſpondens
ait fratres meos coepiſcopos quero vt corrigam
eos indica ergo mihi tu qui ſapiens doctor es
vbi paſcunt greges fidelium i vbi fundant ſuā
doctrinam qꝫ populis predicant dixitqꝫ ei do-
ctor receſſerunt ex vana preſumptione de loco
iſto quem elegit ſibi deus i. ab obedientia ſedis
apoſtolice contra mandatum dei Deuterono
17 et audiui eos dicentes eamus in Dothaim
que interpretatur ritus aut lex i eamus ad ri-
tus et leges noſtras et non ſubijciamur legibus
Romani pontificis quia quilibet epiſcopus eſt
papa in ſua dioceſi quod tamen falſum eſt et
contra doctrinam chriſti Luce 22 et eccleſie in
Tertia ps epiſtole capitulo maiores cauſe quod fundatur in lege
dei Deutero 17 Perrexit ergo Ioſeph i accreſ
cens prelatus Romanus per cenſuras eccleſie
poſt fratres ſuos epiſcopos orientales et inue-
nit eos in Dothaim modo expoſito Ipſi au-
tem nolentes eius obedire mandatis cum vi-
diſſent eum procul a ſe non timuerunt cenſuras
eius et anteqꝫ accederet ad eos per executio-
nem ſententie cogitauerunt illum occidere vel
corporaliter perſequendo fauore imperatorum
vel ſpiritualiter et moraliter anullando poteſta
tem eius ſuper eos quia dicebant eam nullam
eſſe et quaſi nullam eam contemnebant et mu-
tuo loquebantur Greci cum Aſianis dicentes.
Ecce ſomniator venit ad nos i in poteſtate ſom
niata et ficta venite occidamus eum modis pre
dictis et mittamus eum in ciſternam veterem
gentilitatis dicentes qꝫ fera peſſima ydolatrie
deuorauit eum moraliter q d infamemus eum
qꝫ ipſe redierit ad ydolatriam veterem quia vult
ſe facere adorari ab alijs hominibus et ſic oēs
diſcedent ab obediētia eius quo dato tunc vi-
debimus quam parum illi proſint ſomnia eius
de primatu ſuper omnes alios epiſcopos Sed
non permiſit deus talem cogitationem malam
preualere quia primo orientalium voluntates
diuiſit circa hoc nam hoc audiens Rube primo
genitus i Indianus prelatus nitebatur libera-
re eum de manibus eorum i ab infamia predi
cta et dicebat alijs non interficiamus per infa-
mias falſas animam eius neqꝫ effundamus
ſanguinem i. peccatum eius a nobis confictum
ſed proijcite eum a vobis ſi non vultis ei obe-
dire in ciſternam hanc i in Europam latinam
que eſt i ſolitudine quia pauci homines ibi ha-
bitant et illi ſoli ei obediunt vos autem ſeruate
manus veſtras et linguas innoxias i liberas a
nocumento proximi hoc autem perſuaſione di-
cebat eis volens eripere Romanum pontifi-
cem de manibus eorum i ab eorum infamia de
ydolatria et reddere patri ſuo chriſto tanquam
bonum et fidelem miniſtrum Eadem et prope
ſimilia machinamenta moliuntur in qualibet
dioceſi mali chriſtiani et mundani tyranni con-
tra ſuum prelatum nolēdo ei obedire in his que
predicat et precipit fieri in hac ſancta quadra-
geſima. ¶ Cātus gradualis Ad dominum cum Graduale
tribularer etc pſal 119 eſt querimonia pontifi-
cis de predicta rebellione ſubditorum in qua ip-
ſe valde tribulatur ſed ex dei miſericordia con-
ſolatur in his paucis qui ei obediunt Verſus
Domine libera etc ex eodem pſalmo inuocat
deum in auxilium ſuum vt liberet eum ab infa
mia ſubditorum et a lingua doloſa ¶ Euange- Euangelij
lium Homo erat paterfamilias etc Matthei 21 argu-
eandem penitus ſententiam hiſtorialem et mo mentum.
ralem habet cum epiſtola ſub alia tamen para
bola et diuiditur in tres partes In prima ipſa
parabola texitur In ſecunda ibi cum ergo ve-
nerit etc parabole ſenſus exquiritur In tertia
ibi ideo dico vobis etc parabola ad propoſitum
applicatur Quia ergo Greci Aſiani et quidam
alij epiſcopi inſurrexerunt cōtra primatum Ro- Prima
mani pontificis ideo in tempore illo ternedeci ps euan-
me generationis eccleſie dixit Ieſus i prelatus gelij.
diſcipulis ſuis fidelibus ſibi obedientibus vt eos
doceret veritatem et turbis Iudeorum i hereti-
cis turbantibus pacem fidelium vt eos repre-
henderet per hanc parabolam Homo chriſtus
erat paterfamilias ſup omnes fideles qui plan-
tauit vineam i fundauit eccleſiam ſuam de qua
Eſaias 5 et pſalmus 79 et circundedit ei ſe-
pem i cuſtodiam angelorum vel doctrinam a-
poſtolorum. et fodit in ea torcular ideſt altare

euchariſtie vel patientiam martyrum et edifica
uit in ea turrim fidei catholice/ vel altitudinem
ſapientie doctorum et vineam ſic edificatam lo
cauit agricolis i commendauit eam prelatis vt
per labores bonos colligant fructum domino
ſuo chriſto nam apoſtolus Paulus vice om-
nium ꝑlatorum dixit i Corinth 3 Unuſquiſq̃
ꝓpriam mercedem accipiet ſecundum ſuum
laborem dei enim ſumus adiutores in vinea ſua/
et vos minores fideles dei agricultura eſtis/ dei
edificatio eſtis ⁊c Hec vinea ſic edificata ⁊ loca
ta ipſe dominus peregre profectus eſt ſ in die
Aſcenſionis quia abſentauit ſe ab eccleſia quan
tum ad ſuam preſentiam viſibilem et dimiſit
eam ſub gubernatione prelatorū vſq̃ ad finem
ſeculi ſed eorum alij bene laborantes magnum
fecerunt fructum animarum quia multos chri-
ſto domino ſuo acquiſierunt alij vero querem-
tes que ſua ſunt non que ieſu chriſti mundanis
honoribus et lucris intenderunt Cum autem
appropinquaſſet tempus fructuum vberum in
eccleſia dei quod eſt tempus pacis eccleſie et
vt diximus incepit ab hac terciadecima genera
tione amputatis iā a vinea dei vepribus Judeo
rum / eiectiſq̃ lapidibus gentilium ydolorum
ante ergo hec tempus ſed prope ipſum in genera-
tionibus precedentibus miſit dominus ſeruos
ſuos principales procuratores in domo ſua hoc
eſt Romanos pontifices ad viſitandos agrico-
las predictos/et vt exigerent ab eis fructus pro
dno ſuo chriſto ſed quidā agricole i epiſcopi vt
Greci Aſiani ⁊ alij orientales ⁊c apprehēſis ſer-
uis dei per violentiam corporale aliū Romanū
pontificem ceciderunt i percuſſerunt manibus
aut lingua / alium occiderunt in corpore aut in
fama/alium lapidauerunt aut materialibus la-
pidibus aut verbis cōtumelioſis ⁊c Iterum au
tem i in alia generatione huic noſtre proximio-
re miſit dominus alios ſeruos ſimiles prioribus
i Romanos pontifices ad idem opus exercen-
dum in agricolas et fecerunt illis ſimiliter per
ſequendo eos fauore imperatorum grecorum
nouiſſime autem in hac noſtra generatione ter-
tiadecima miſit ad eos eundem dominus filium ſuum
i Romanum pontificem iam in pace et proſpe
ritate temporali agentem vt eos benigne corri-
geret ab erroribus ſuis/et vt conſentirent deter-
minationibus Romane eccleſie in cauſis fidei
quod ideo fecit deus vt q̃ alijs predeceſſoribus ſuis
minorem fauorem habentibus/et quaſi ſeruis re
putatis inter preſſuras infidelium acquieſcere
noluerunt ſaltem huic pape Damaſo magnum
fauorem catholicorum principum habenti ⁊ pa-
cifice regnanti ſuper omnes fideles in toto mū-
do ac ſi eſſet filius et heres vniuerſorum bono-
rum dei obedirent propter autoritatem eius
magnam ideo miſit illum dicens forſan vere-
buntur filium meum i hūc quem vt filium pro
ſperaui et honoraui pre ceteris ſuis predeceſſo-
ribus Sed mali agricole predicti videntes filium
.i. Romanum pontificem ſic honoratum et ſub
limatum vt filium dei dixerunt intra ſe cogitā-
tes malicioſe hic eſt heres omnium bonorum
eccleſie dei venite occidamus eum i tanq̃ occi-
ſum et nullum reputemus ipſum apud nos ſub-
tractos ab eius obedientia et ſic habebimus
hereditatem eius precipuam que eſt eccleſia o-
rientalis et tandem apprehenſum eum in ſua
phantaſia i ac ſi realiter cōprehendiſſent eiece-
runt extra vineam illam orientalem et occide
runt eum modo preexpoſito Huc uſq̃ parabo
la contra Grecos et Aſianos ſuper qua inter
rogat eos Romanus pontifex dicens cum ergo
dns huius vinee chriſtus venerit ad viſitādam
eam in tempore pacis ſue quid faciet illis agri
colis tam proteruis ⁊ malicioſis contra domi
num ſuum? Aiunt illi non valentes negare vni-
uerſalia iuris naturalis principia malos male
perdet et vineam ſuam locabit alijs agricolis
que ſententia proculdubio in eis impleta eſt
nam traditi ſunt aliene poteſtati infidelium ſub
quorum tyrannide oppreſſi non potuerunt am-
plius vineam dei colere vt decet et vineam ſuā
deus totaliter commiſit colendam melioribus
agricolis i epiſcopis latinis qui fideliter ſeruiē-
tes chriſto reddunt ei fructum vinee ſue in tem
poribus ſuis ſcilicet proſperitatis eccleſie Et ite-
rum alio enigmate arguens idem prelatus gre
cos ſciſmaticos dixit illis nunq̃ legiſtis in ſa-
cra ſcriptura illam parabolam pſal 117 que lo-
quitur de primatu Romani pontificis .ſ lapi-
dem quem reprobauerunt edificātes eccleſiam
dei in Grecia et Aſia hic factus eſt a deo in ca-
put anguli duorum populorum concurrentium
in eadem eccleſia dei quaſi duorum parietum
in eode edificio et hic lapis eſt Romanus pon
tifex cui omnes fideles ſiue ex Judeis ſiue ex
gentilibus obedire tenentur iure diuino tanq̃
capiti Certe a domino factū eſt iſtud i iſta ſub-
limatio Romani pontificis maxime in hac ter-
tiadecima generatione et eſt hoc mirabile in ocu-
lis noſtris/ꝙ tam repēte omnes reges terre fa
cti ſunt ei humiliter obediētes Ideo dico vobis
rebellibus ꝙ iuſto dei iudicio auferetur a vo
bis regnum dei i poteſtas eccleſie gubernande
⁊ dabitur genti facienti fructus eius ſpirituales
qui pertinent ad ſalutem animarum hec gens
eſt latina Licet autem hec ſententia non fue-
rit ſtatim mandata executioni tamen in gene-
rationibus ſequentibus Greci ⁊ Aſiani in capti
uitatem Turcharum deuenerunt Latini autem
liberi ab eis multas ſanctas ordinationes edi-
derūt ad bonum regimē eccl'ie vt redderent fru-
ctus vberrimos chriſto dño ſuo Et adiecit huic
ſententie prelatus dico etiam vobis ꝙ qui ceci
dent ſuper lapidem iſtum ſūmum angularem
i Romanum pontificem offendendo ſuper po
teſtatem eius confringetur hereſi ſuper que ve-
ro ceciderit lapis iſte proferens ſententiam con
tra eum conteret eum anathemate que eſt velut
mors eius Sed perfidi greci no perſuaſi ꝑdictis
ammonitionibus Romani pontificis cum ſuis

Secūda ps euāgelij.

Tertia ps euāgelij.

diſſent parabolas eius ⁊ cognouiſſent ꝙ de ip-
ſis / contra ipſos illas diceret commoti ſunt ex
malicia ad perdendum eum et ſepe querentes
eum tenere per manus infidelium eos adiuuā-
tium non valuerunt hoc efficere poſt hanc gene
rationem quia timuerunt turbas fidelium lati-
norum reſiſtere ſibi in fauorem Romani pon-
tificis quoniam latini omnes eum habebant ſi
cut prophetam dei nuncium ⁊ vicarium genera
Moralitas lem interris. ¶ Moraliter vero pro ieiunantib⁹
anima vel conſciencia hominis eſt velut vinea
excolenda vt Bernardus ait hanc deus plan-
tauit et multis vitibus / potentijs naturalibus
vt intellectu/voluntate/libero arbitrio/ſenſibus
interioribus et exterioribus circūdedit et ſepem
legis dei ſiue indite ſiue reuelate precipiens vt
non tranſgrediatur limites eius fodit in ani-
ma torcular ſenſualitatis vbi paſſiones edifica-
uit in ea turrim fidei catholice locauit eam exco
lendam agricolis / ſingulis hominibus vnde ⁊
primus homo Adam nō ſine miſterio fuit agri-
cola poſitus a deo in orto paradiſi terreſtris vt
coleret eum vt ſignificaretur ibi cultus anime
⁊ conſciencie debet igitur fidelis quilibet in hac
quadrageſima ſic vineam iſtam colere vt bene
fructificet deo ſuo / amputando palmites luxu
riantis concupiſcentie carnalis/ proijciendo la-
pides ſuperbie/ extirpando vepres ſeu ſpinas
auaricie/ et deniq̄ mundando eam a luto coin-
quinantis gule nā in vinea ſic culta ſtatim na-
ſcuntur gemme bonarum cogitationum/ flores
bonarum affectionum/folia deuotarum oratio-
num / et vue bonarum operationum / ac tan-
dem vinum conſolationis ſpiritualis ait enim
Ambroſius ꝙ vinea reciſa fructificat / ſemipu-
tata frondeſcit / neglecta luxuriat ⁊c. Foſſores
huius vinee debent eſſe quattuor principales a-
nime paſſiones ratione moderate / pudor ⁊ do-
lor de peccatis/amor premij celeſtis/⁊ timor ge-
henne vltimo colligeda eſt vindemia bona pro
domino vinee / deo offerenda bona opera no-
ſtra non mundo alias audiēt ſententiam illam
malos male perdet ⁊ vineam ſuam locabit alijs
/ gratiam ſuam alijs dabit deus qui reddant ei
fructus ſuos in tempore debito debet inſuper fi
delis cauere ne offendat ad lapidem angula-
rem / ne cōtemnat prelatum/curatum/ aut pre-
dicatorem ⁊c. ¶ Offertorium Domine in auxi-
Offertorium. lium meum ⁊c. pſalmo 69 Oratio eſt prelati pe
tentis auxilium a deo contra aduerſarios eius
grecos aut mundanos qui querunt perdere vi-
tam eius Oratio ſecreta Hec in nobis ⁊c. offert
deo ſacrificium eucariſtie pro ieiunantibus vt
permaneant firmi in operibus bonis inceptis
Communio. ¶ Communio Tu domine ſeruabis nos ⁊c.
pſal. 11 et virtute ſacrificij ſuſcepti cōfidit ſe tu-
tari a deo contra aduerſarios prelati Vltima
oratio Fac nos domine ⁊c. petit a deo vt ſuſce-
ptum ſacramentum iuuet fideles ieiunantes ad
bene procedendum per viam ſalutis eterne Su-
per populum. Da queſumus domine.⁊c. conclu
dit petens cūcto populo ſalutem mentis et cor-
poris quo ⁊ recte viuant ⁊ ab hoſtibus ſe defen-
dant per virtutem diuine protectionis

## ¶ Caput trigeſimumnonum de ſabbato ſecūde hebdomadis quo generationis quartedecime eccleſie diuiſio annotatur atq̄ veri penitentes a proteruis peccatoribus diſcernuntur.


Uartadecima Argumētū officij ab anno chriſti 390 vſq̄ 420
eccleſie chriſti generatio ſub
Romanis pontificibus Ana-
ſtaſio/ Innocentio/et Zozi-
mo atq̄ imperatoribus ca-
tholicis Theodoſio/ Archa-
dio/et Honorio facta eſt cor
reſpondeter ad Roboam filium Salomonis in Tertia pars epiſtole
quo diuiſum eſt regnum Dauid in duo regna
et duos reges / Iuda ⁊ Iſrael Nam predictus
Roboam non regnauit niſi ſuper duas tribus
Iuda ⁊ Beniamin / Hieruſalem ſed ſup alias
decem tribus regnauit Ieroboam filius Na-
bath de tribu Effraim in Samaria eo ꝙ popu-
li multitudo inuito rege Roboam ſublimauit tri-
bum Effraim in regnum quod quia diuino fa-
ctum eſt iudicio ideo tribus Iuda compulſa eſt
hoc ſuſtinere ad tempus Similiter quoq̄ in hac
q̄rtadecima gen̄atione facta eſt diuiſio eccleſie
que eſt regnum chriſti in duo regna ſpiritualia
grecorum et latinorum nam damnata hereſi
Macedonij in Sinodo Cōſtātinopolitana cui⁹
ſedis ipſe erat epiſcopus omnes orīetales epiſ-
copi habentes etiam fauore imperatorum ſub-
limauerunt ſedem Conſtantinopolitanā in ca-
put omnium illarum eccleſiarum etiam inuito
Romano pontifice attribuentes ei nomen pa-
triarchatus vt ipſa ageret bellum contra Ro-
manam eccleſiam in ſpiritualibus diſſentiendo
ab ea in multis articulis ad fidem ⁊ religionem
chriſtianam pertinentibus In eadem quoq̄ ge
neratione diuiſio imperij Romani facta eſt fu-
rente perſecutione Gothorum/ Hunnorum/ et
Vandalorum qui multa imperij membra occu
parūt Inter Archadium etiam ⁊ Honorium fi-
lios Theodoſij ortum eſt ſciſma de imperiali di
gnitate haud dubium quin ad ſignificandam
ſciſuram ſpiritualem tunc incipientem inter la-
tinos ⁊ grecos vt diximus tūc etiam Pelagius
hereticus in Affrica/ Priſcillianus in Hiſpania/
⁊ Thimoteus in grecia a vera fide deuii ſunt ſi-
cut ⁊ Iudei qui in Anthiochia Talmuth ſuum
illa etate confinxerunt Et ſicut olim facta diui-
ſione regni Dauid ſola tribus Iuda remanſit
in vera fide et cultu dei ſub obediencia ſummi
pontificis qui preerat tēplo dei in Hieruſa-
lem cetere vero decem tribus ſequebantur ſa-
cerdotes Baal ambulantes in erroribus mul-
tis cōtra veram fidem ita ſola eccleſia latina re-
manſit in vero cultu dei ſub obediencia ſummi
pontificis qui preeſt Rome in loco quem elegit

ſibi deus i caput regni ſpũalis vere fidei ſed ec-
cleſie orientales grecoꝝ ⁊ alioꝝ ſequẽtes epiſco-
pos Conſtantinopolitanos (quorum plures cõ
ſtat fuiſſe ſacerdotes Baal i. magnos hereſiar-
chas) ſeparauerunt ſe ab obedientia ſummi pon
tificis Romani ⁊ ſimul a vera fide in multis ar
Introit⁹ miſſe — ticulis Hanc itaq; temporis qualitatẽ officium
hui⁹ miſſe commemorans in ſuo introitu ſ Lex
dñi irrephenſibilis ⁊c pſal 18 introducit eccle
ſiam latinam verã fidem ꝓfitẽtẽ ⁊ legẽ dei reli
gioſe obſeruantem lex(inquit)dñi qua ego vera
citer obſeruo eſt irreprehenſibilis ſicut econtra
doctrina grecorum falſa ⁊ reprehenſibilis item
lex dñi eſt conuertens animas ad deũ p veram
obedientiam eius nõ ſic doctrina hereticoꝝ que
auertit homines a deo deniq; teſtimonium dñi
i ſacra ſcriptura fidele.i certum ⁊ verum ſapien
tiam preſtans paruulis i humilibus hoc eſt fa-
cit eos ſapientes in rebus agendis ⁊ iudicandis
ſine errore Verſus Celi enarrant ⁊c principiũ
eiuſdẽ pſal oſtendit ꝙ declaratio legis dei ⁊ ſa-
cre ſcripture ad ſenſum verum ⁊ gloriam dei eſt
illa ꝙ enarrant celi i ſummi pontifices per de-
creta ſuorum cõſiliorum et ꝙ opera bona ⁊ me
ritoria ſunt illa que annunciat firmamentum ſe
dis apoſtolice que eſt ſedes apoſtoli Petri in
vrbe Roma de qua Luce 22 Ego pro te roga-
ui Petre vt non deficiat fides tua ⁊c et Math
16 Et porte inferi non preualebunt aduerſus
eam ⁊c Eadem verba ⁊ ad ſimilem ſenſum po
teſt dicere prelatus modernus docẽs ieiunium
⁊ penitentiam in hac ſancta quadrageſima con
Oratio — tra mundanos eam contemnentes doctrinam
Oratio Da queſumus domine noſtris ⁊c appli
cat introitum ad ſenſum moralem predictum
addẽs petitionem gratie dei ad bonum effectũ
noſtri ieiunij qui erit repreſſio concupiſcẽtie car
nalis/et vegetatio deuotiõis ſpũalis ¶ Epiſto-
Epiſtole argumentum — la Dixit Rebecca filio ſuo Jacob ⁊c Gene 27.
hiſtoriã Eſau ⁊ Jacob fratrum applicat populo
grecorum ⁊ latinorum qui ſunt fratres i chriſto
Unde patet ſi hec epiſtola ad precedẽtem com-
paretur ꝙ he autoritates alium ſenſum habent
in libro miſſali/⁊ aliũ in ſuo originali textu bib-
lie vbi hec hiſtoria eſt prior illa ⁊ tamen in ſen-
ſu quem intendit eccleſia ſ de generationibus
ſuis recolendis illa fuit neceſſario huic premit
tenda quia generatio quã illa recolit ſ tredeci-
ma fuit prior iſta in qua ex odio grecorum ꝓcon
cepto declaratur hic ſciſma ſubſecutum et hoc
etiam notari poterit in pleriſq; alijs locis huius
libri miſſalis Diuiditur autẽ epiſtola hec in tres
partes In prima diſpoſitio ad benedictionem
deſcribitur In ſecunda ibi ſtatimq; ⁊c Forma
benedictionis ſubiũgitur In tertia ibi vix Jſaac
⁊c benedictiõis confirmatio cõcluditur Dimiſſo
litterali ſenſu ſatis plano ex Lira ac miſtico ex
gloſa ordinaria pro ſenſu hiſtorico ad propoſi
tum noſtrum Rebecca i impiguata vel conten-
tione impedita eſt eccleſia latina generationis
14. que vtranq; conditionem habebat Eſau i.
tinea eius eſt populus grecorum Jacob i ſup-
plantator vel calcaneus eſt latinorum populus
in calce i.fine terre ſitus ad occidentem Jſaac i
riſus eſt ipſe chriſt⁹ in quo pater bene ſibi com-
placuit Et ita in diebus illis generatiõis quar — Prima
tedecime dixit Rebecca mater eccleſia filio ſuo — pars epi
Jacob i latino populo ſibi ſubiecto ⁊ humili au — ſtole.
diui ex epiſtolis Pauli patrem tuum Jſaac i
chriſtum loquentem cum Eſau i populo greco-
rum et aliorum orientalium chriſtianorum fra-
tre tuo in chriſto ⁊ dicentem ſibi per apoſtolos
ſuos Paulum ⁊ Joannem quorum ille magis
in Grecia/iſte magis in Aſia predicauit Affer
(inquit)mihi ex venatione tua per predicationẽ
⁊ ſacramentorum miniſtrationem cibos anima-
rum vt comedam ſpiritualiter in corporãdo mi-
hi animas hominum vt patet Joannis 4 me⁹
cibus eſt ⁊c ⁊ pro illo merito benedicam tibi i
dabo tibi multa bona coram domino i que pla
ceant deo anteq̃ moriar apud infideles iudeos
⁊ gentiles qui nomen meum nituntur extingue
re Addit mater eccleſia nunc ergo fili mi latine
acquieſce conſilijs meis de modo te habendi ad
patrem tuum chriſtum vt conſequaris benedi-
ctionem eius tu prius ⁊ veri⁹ ꝙ frater tuus gre-
cus pergens inquit ad gregem fidelium cuius
duces ſunt ſacerdotes hoc eſt pergens ad eccle-
ſiam ad ſacerdotes affer mihi duos hedos op-
timos ⁊c hedus in lege offerebatur pro peccato.
ideo ſacramentum penitentie oſtendit in qua
duo hedi eccleſie afferendi ſunt confeſſio ⁊ ſatiſ-
factio poſt contritionem que deo in ſecreto of-
fertur et ſunt optimi fructus penitentie Luce
3 Eſt ergo ſenſus perge ad eccleſiam et ibi hu-
militer confitere peccata tua ſacerdotibus ⁊ im-
ple penitentiam pro eis tibi iniunctam vt ex ta-
libus hedis faciam eſcas patri tuo chriſto ſ ani-
mas ſanctificatas quibus libenter ipſe veſcitur
quas cum tuleris et et comederit benedicat ti-
bi ⁊c Sed fili⁹ iunior eccleſie populus latinus
timet lenis et nudus ad patrem accedere cum
frater eius maior ſit piloſus et bene veſtitus
pilos ⁊ veſtes ſignificans merita et doctrinas in
quib⁹ olim excellebat grec⁹ ppls in multitudine
ſctoꝝ patrũ ⁊ doctorũ magnoꝝ ſed in hac gene-
ratione ⁊ ꝓcedente mater eccl'ia confortauit latinũ
populũ nuditatẽ ei⁹ cooperiẽs veſtib⁹ Eſau val
de bonis i doctrinis grecorum doctorum catho-
licis quas apd ſe hẽbat ⁊ obſeruabat diligẽter
non autem curabat iam de eis grecus populus
et pelliculas hedorum i expoliatione peccatorũ
circũdedit manibus operationũ et colli nudita-
tem i ſuperbie in verecũdiam obtexit ne appare
ret in eo ſed vera humilitas ad obediendũ ſum-
mo pontifici Romano ⁊ ſic veſtito populo lati-
norũ meritis et doctoribus multis dedit mater
eccleſia pulmẽtum i cibũ animarũ ſanctarum ⁊
panes verbi dei quos coxerat igne charitatis p
ora predicatorũ vt offerret illa omnia patri ſuo
chriſto/⁊ oſtenderet ſe primogenitũ i iuſtũ ⁊ ſan-
ctum dignũ benedictione qualis olim erat po-

pulus grecorũ ideo ſine mẽdatio dicere poterat patri. ego ſum primogenitus tuus Eſau nã grecus populus iam perdidit ius ſue primogeniture propter peccata ſua ⁊ pergẽs ad venationẽ mũdanorum bonorꝝ trãſtulit in me dignitatem ſuã feci ergo ſicut precepiſti mihi in lege tua ſurge in fauore meum. comede de venatione mea que potius eſt ex animalibꝰ domeſticis i in reformatione fideliũ. ꝙ ex feris ſiluestribus i. in conuerſione infideliũ. nam cibus ille rarus eſt/ ⁊ incertus/ neqꝫ bene ſapidus qꝛ cum admixtione multorum errorꝝ: vt patuit in cõuerſione Gothorum qui oẽs fuerunt Arriani. Comede ergo pater de cibo meo dulciſſimo vt benedicat mihi anima tua i ex amore paterno Cui pater chriſtus accede inquit ad me per bona opera ⁊ tangã te gratia mea vt ꝓbem vtrum ſis filius meus cui debeatur benedictio mea i. accumulatio bonorum acceſſit ille ad patrem modo predicto ⁊ palpato eo i bene probato dixit pater vox quidẽ eſt vox Jacob i nudi penitentis qꝛ humiliter ſe accuſat de peccatis ſuis in cõfeſſione ſed manus i opera ſunt Eſau i primogeniti ⁊ iuſti et ſic non cognouit eũ pater eſſe Jacob i. peccatorẽ Ezechiel. 18 omniũ iniquitatũ eius non recordabor ⁊c̃. qꝛ piloſe manus i. veſtite bonis operibus expreſſerant ſimilitudinẽ fratris maioris .i. primogeniti cui debebatur benedictio. q. d. licet populus latinus in voce ſue accuſationis appareat peccator. tamen in operibus bonis apparet iuſtus habẽs ius primogeniture. Cum ergo comediſſet ſepiꝰ pater chriſtus cibos ſibi oblatos ab hoc filio latino i populo qui etiã preter praxim bonorum operũ obtulit ei etiã ⁊ vinũ deuote contemplationis. que deũ letificat Eo hauſto dixit ad eũ accede ad me adhuc perfectius ⁊ propinquius ⁊ da mihi oſculũ intime charitatis filialis Et ipſe acceſſit ⁊ oſculatꝰ eſt eum Statimqꝫ vt pater chriſtus ſenſit veſtimẽtorum illius fragrãtiam i odorem ſuauiſſimũ bonorꝝ operum/ virtutum/ ⁊ doctrinarum populi latini benedicens illi ait ecce odor filij mei ⁊c̃ quod exponens Hipolitus ait odore nois chriſti mundus ſicut ager impletur/ benedictio eſt de rore celi i. pluuia diuini verbi ⁊ de pinguedine terre i congregatione populorꝝ ⁊ abundãtia frumẽti ⁊ vini ⁊c̃. i ſacramentorꝝ eccl'ie maxime eucharistie illi ſeruiũt populi i gentiles conuerſi ipſum adorant tribus Jſrael ad fidem chriſti conuerſe ipſe eſt dñs fratrum ſuorꝝ grecorꝝ ⁊ aſianorũ ꝙuis mali et peruerſi ſint et filij matris eius i Romane eccleſie affricani et Indiani incuruãtur ante eum per obedientiã ipſum qui maledixeritꝰ maledicetur vt grecus et qui bene dixerit benedicetur vt affricanꝰ ⁊c̃ Gregoriꝰ autẽ dicit ager mundus eſt et qꝛ electorum populus in toto mũdo virtutibꝰ redolet ideo odor filij dei eſt odor agri pleni in quo aliter redolet flos vue. qꝛ magna eſt virtus et opinio predicatorum qui debriant mẽtes audientiũ. aliter flos oliue quia ſuaue eſt opꝰ miſericordie qđ refouet ⁊ lucet aliter flos roſe qꝛ mira eſt fragrãtia que rutilat ex cruore martirũ. aliter flos lilij qꝛ cãdida vita carnis de incorruptiõe virginitatis aliter flos viole qꝛ magna eſt virtus humiliũ qui vltima loca tenentes in mundo et proni in terra celeſtis regni purpuram in mente ſeruant aliter redolet ſpica cũ ad maturitatem perducitur qꝛ bonorũ operũ perfectio ad ſatietatem eorum qui iuſticiam eſuriũt preparatur Recte ergo dicitur de latino populo filio dei primogenito ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni ſed qꝛ virtutes ex ſe nõ habet recte additur cui benedixit dominꝰ et qꝛ per quoſdam in contemplatione ſurgit per quoſdã in actiue vite opera pingueſcit ideo ſequitur det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre ros enim deſuper et ſubtiliter cadit vnde toties de rore celi accipimus quoties per infuſionem contemplationis intime de ſupernis aliquid et ſi tenuiter videmus cũ vero bona opera per corpus agimꝰ de terre pinguedine ditamur hec ille comparãdo chriſtianos ad iudeos nos vero latinos ad grecos Unde ager iſte ẽ patria latina i. tota fere europa et ita bñdictio populi latini ſtat in hoc. ꝙ propter ſuam humilitatẽ ⁊ bona opera deus dedit ſibi odorem nominis chriſti i ꝙ apud eos maxime nominetur ⁊ honoretur chriſtus ſuper omnes alios chriſtianos populos ꝙ habeat magnos doctores ⁊ predicatores ac viros contẽplatiuos in religionibus. ꝙ habeat largas eleemoſinas ac eccleſiarũ dotationes magnificas a dominis temporalibus ꝙ habeat mundiſſimũ pariter ac frequentiſſimũ vſum ſacramẽtorũ eccleſie ꝙ apud eum reſideant due ſupreme poteſtates eccleſie papalis ⁊ imperialis quibus alij omnes ſubijciuntur ꝙ deniqꝫ cõtra eũ nõ preualeat inimicorũ exercitus ſiue viſibilium infideliũ ſiue inuiſibiliũ demonũ et preter hec multa alia accepit a deo dona gratiarũ ꝗ numerari nõ poſſunt Ubi aũt iſaac pater i chriſtus ſermonẽ predicte benedictionis impleuerat in hac generatione quartadecima et alijs ſequentibus per totum tempus clarum eccleſie et egreſſo iam Jacob i latino populo a ſubiectione tirãnorũ infidelium/ et grecorũ hereticorũ venit Eſau i grecus populus ad patrem coctoſqꝫ de venatione ſua cibos i gotos ad chriſtum conuerſos relicta idolatria ſua predicatione intulit patri dicens ſurge pater mi in fauorem meum et comede de venatione filij tui nouos populos chriſtianorum vt benedicat mihi aĩa tua ⁊c̃ ad que pater reſpõdit tãquã eum ignorans propter peccata ſua et dixit quis es tuꝰ q. d. neſcio te chriſtianũ qui chriſti vicario non obedis quo reſpondente ego ſum primogenitus filiꝰ tuus Eſau expauit Jſaac ſtupore vehemẽti i extaſim paſſus eſt chriſtus hoc eſt alienatus eſt ab eis ⁊ vltra ꝙ credi poteſt admiratus eſt ꝙ diuina prouidentia ſic ꝑmutauerit benedictione a grecis ad latinos Unde reiectis eis bis illis populi grecorꝝ (quia Gothi erãt chriſtiani Arriani) ait quis igitur ille eſt populus tam dignus benedictione paterna qui dudũ captam venationẽ peccatorꝝ fidelium attulit mihi cibos

Secũda ꝑs eple [left margin, beside "cellit ⁊ oſculatꝰ eſt eum Statimqꝫ vt pater chriſtus ſenſit"]

Tertia ps epiſtole. [right margin, beside "ſunt Ubi aũt iſaac pater i chriſtus ſermonẽ predicte"]

ſuauiſſimos et comedi libenter ex eis priuſq̃ tu
grecus venires cum hac tua venatione Gothoꝝ
nunc conuerſorum et q2 ille cibus placuit mihi
benedixi ei/ eritq; benedict⁹ i cõfirmatus in ſua
benedictione vſq; in finẽ ſeculi Quibus ſermo-
nibus auditis Eſau i grec⁹ populus irrugijt et
malicia clamore magno contra populũ latinũ ⁊
ait iuſte i aptꝫ vocatum eſt nomẽ eius Jacob i.
ſupplãtator q2 bis ſupplãtauit me i ſub plantis
ſuis me ſubiecit ⁊ ſe mihi prefecit nam primoge
nita mea i ius principalitatis mee tulit in ſum-
mo põtifice que apud ſe habet ⁊ ſecũdo benedi
ctionem tam copioſam omniũ bonoꝝ ſpualium
maxime litterarũ et religionũ in quibus ego ſo
leba eum excedere Rurſumq; ad patrẽ ait gre-
cus nunquid non ſeruaſti mihi aliquã benedi-
ctionem in qua ego poſſim latinos excedere cui
pater reſpondit q̃ ex quo iam latinus populus
erat cõfirmatus in benedictionibus predictis ſ
in iure primatus ſuper omnes alios populos/⁊
in abũdantia donoꝝ ⁊ gratiarum ſpiritualiũ nõ
reſtabat aliqua benedictio notabilis pro grecis
niſi forte in bonis corporalibus que fere nihil
ſunt in cõparatione bonorũ ſpiritualium predi-
ctorum Et q2 greci nimis diligũt bona corpo-
ris ⁊ parũ curant de bonis aie ideo inſtat Eſau
contra patrẽ pro benedictione ſua in rebus cor-
poralibus dices nunquid vnam tãtum benedi-
ctionem habes ſ in bonis tãtum ſpiritualibus'
q̃ d non ſola illa bona habes ſed etiã alia qua-
re obſecro vt mihi quoq; benedicas in alijs bo
nis tuis Sed pater chriſtus videns petitionẽ illã
irrationale licet aliquadiu pmitteret grecos ha-
bere tẽporalem ꝓſperitatem ⁊ fauorẽ imperato
rum in finẽ tamen propter ſua peccata ſubiecit
eos ſeruituti barbaroꝝ infidelium ablata ab eis
etiã imperiali dignitate cuq; per annos multos
ille populus eiularet fletu magno preſſus dura
ſeruitute tadem circa finem mundi pater Iſaac
motus miſericordia dicet ad eũ in pinguedine
bonoꝝ operum vite actiue que eſt terra ⁊ in ro-
re celi deſuper i in deuotione vite cõtemplatiue
erit benedictio tua ſed ius primogeniture vt ſis
dñs fratrum tuorũ ⁊c̃ non poteris amplius ob
tinere q2 hoc priuilegium in latinis eſt cõfirma-
tum a deo Ad ſenſum vero morale hec epiſtola
benedictionẽ gratiarum ⁊ virtutũ tollit ab Eſau
i piloſis ⁊ bene veſtitis mũdanis ⁊ dirigẽte ſan-
cta matre eccleſia concedit eã Jacob i lenibus ⁊
nudis pauperibus chriſti qui in hac quadrageſi
ma offerũt deo ⁊ eccleſie duos illos hedos peni
tentie de quibus prius diximus ⁊ cũ hoc pane ⁊
Graduale vinũ euchariſti ⁊c̃ Cantus gradualis Bonũ
eſt confiterẽ dño ⁊c̃ pſal' 91 eſt gratiarũactio ec-
cleſie latine que accepta patris benedictione ꝓ-
fitetur ſe permãſuram in continuis laudibus et
pſalmis dei altiſſimi ſcʒ ad annũciandũ mane i
per diem ꝓſperitatis miſericordia dei facta cum
ea in p̃dicta benedictione ⁊ veritatẽ i iuſticia dei
Euãgelii factam cũ grecis p noctem aduerſitatis ſue ad
argumen- purganda peccata ſua Euangelium homo
tum.

quidam habuit duos filios ⁊c̃ Luce 15 Confor-
miter ad epiſtolam adducit aliam parabolã de
diuerſitate grecorum ⁊ latinorum q̃tum ad poſ-
ſeſſionem bonoꝝ ſpiritualiũ ⁊ corporaliũ Et ha-
bet parabola tres ptes Prima filij minoris de-
clarat preuaricationẽ. Secũda ibi in ſe aũt reuer
ſus ⁊c̃ eiuſdẽ ſubiungit conuerſionẽ Tertia ibi
erat aũt filius ⁊c̃ filij maioris adducit indigna-
tionem Grecorum itaq; populus eſt chriſti filius
maior ſimilis Eſau totus carnalis ⁊ mũdanus Prima pars euangelij
qui ⁊ pro tẽporalibus bonis vẽdidit fratri mino
ri populo latinorum (qui eſt ſimilis Jacob dile
ctus a matre eccleſia) primogenita ſpũalis gra-
tie ⁊ ſic indignus eſt reputat⁹ benedictionis pa-
terne qua filius minor propter ſui humilitatem
promeruit in multis bonis ſpũalibus ⁊ licet iſte
minor filius prius videret perditus et cõteptus.
quia diſſipauerat totã ſubſtãtiam ſuã bonorum
naturalium in vanitatibus mũdi tamen poſtea
humiliter rediẽs ad patrẽ ſuum chriſtũ receptus
eſt ab eo honorifice ⁊ cõuiuio magno cum eo ce-
lebrato filius maior moleſte tulit gratiã conceſ-
ſam latino populo vnde ⁊ iuſte a patre ſuo fuit
reprehenſus ideo euangelium ſic orditur In il-
lo tempore 14 ge dixit ieſus i platus romanus
diſcipulis ſuis i fidelib⁹ ſibi ſubiectis hanc pa-
rabolam Homo quidã i ille ſingularis homo
chriſtus cui nullus alius adequatur habuit in
principio naſcẽtis eccl̃ie gentilium duos filios i.
duos chriſtianoꝝ populos ſ.grecum maiorem ⁊
latinum minorem ⁊ filius adoleſcentior ex illis
i latinus dixit patri ſuo deo ante conuerſionem
ſuam da mihi portionem ſubſtantie i bonorum
tuorum q̃ me contingit i ptinet ad me iure belli
acquiſita hoc eſt da mihi bona tẽporalia multo-
rum regnorum terre Cui annuẽs pater dimiſit
illis ſubſtãtiam ſic q̃ grecis patri adherentibus
dedit bona ſpũalia ſ ſciẽtias/virtutes/et religio-
nes ⁊c̃ que primum apud eos claruerũt latinis
aũt adhuc gentilibus dedit diuitias honores ⁊
dominiũ fere totius terre habitabil's qui etiam
populus imperiali fulgẽs dignitate cõgregans
per violẽtiam belloꝝ oibus bonis terre ꝓfectus
eſt in regionem longinquã i per multa vitia lõ
ge receſſit a patre ſuo ſcd̃m diſſimilitudine vite
et morũ ſicq; viuẽdo luxurioſe i exceſſiue in deli
cijs diſſipauit oẽm ſubſtãtiam vite moralis i de-
prauauit naturale lumen rationis inditũ et tra-
ditus eſt in rep obũ ſenſum vt aplꝯ dicit Ro i
vnde facta eſt fames valida i egeſtas doctrine
ſpũalis in regione illa latinorũ quare populus
latinus factus ſpũaliter egens cepit mendicare
aliquas doctrinas a grecis per quoſdã interpre-
tes ciues ſuos Romanos ⁊ adheſit nimia affe-
ctione vni ciuiũ regionis illius vꝫ orõ Marco
Tulio Ciceroni oratori ⁊ philoſopho vt cibaret
illũ ſaltẽ pane intellect⁹/⁊ aqua ſapiẽtie ſue qui
Tulius non habẽs quid aliud daret illi populo
miſit illũ in villam ſuam i a ſe conſtructa doctri-
nam ſ ſecularem de officijs/de rep. ⁊c̃ qua ibi
paſceret porcos infernales i. coleret deos ſuos

falſos quoꝝ ſacrificia ⁊ cerimonie ſiliquis vanis
comparatur ⁊ tamen ipſe populus famelicus ⁊
auidus ſcitie cupiebat implere ventrem anime
ſue de ſiliquis quas porci .i. demones māduca-
bant ab eis hoc eſt cupiebat intelligere ſecreta
myſteria illoꝝ ſacrificioꝝ ⁊ cerimoniarum ſed
nemo illi dabat eoꝝ aliquā intelligentiā veram
Scḋa ps euāgelij q2 pro certo nulla erat Quare ille populus qui
ſui oblitus p ſuperbiam a ſe exierat per humili-
tatem ad ſe reuerſus dixit circa vndecimā gene-
ratione eccleſie chriſtiane o quanti mercenarij ⁊
ſerui dei laborantes in mundo ꝓpter ſolā ſpem
mercedis eterne abūdant panibus doctrinaꝝ ⁊
gratiarū ſpiritualiū in domo patris mei que eſt
eccleſia chriſti q. d. quot ex chriſtianis licet exte-
rius ſint pauperes ⁊ laborioſi interius ſunt diui
tes pleni ſcietia ⁊ virtutib9 ego aute hic i in mea
idolatria fame ſpirituali pereo ſurgam ergo ab
hac ſuꝑſtitione mea et ibo ad patrem meū reci-
piendo fide ⁊ baptiſmū chriſti ⁊ dicā illi cōfitens
peccata mea cum amara cōtritione o pater mi
peccaui in ⁊ contra celum et oēs alias creaturas
tuas corā te .i. exhibui eis honores diuinos qui
tibi ſoli debētur ⁊ in hoc feci eis iniuriā peccaui
etiam co r a te p ingratitudinem diſſipādo omnē
ſubſtātiam bonorū naturaliū que dederas mihi.
iam ergo non ſum dignus vocari filius tuus q2
te nō honoraui vt patrem ſed potius offendi vt
nequa ſeruus. precoꝛ tamen vt me recipias ſaltē
vt ſeruum ⁊ fac me eſſe in domo tua ſicut vnum
ex mercenarijs tuis fidelib9 populis chriſtianis
occidentalibus Hec cum apud ſe cogitaſſet ꝓpte
reſumptus eſt ⁊ ſurgēs ab erroribus ſuis venit ad
patre ſuum p fidem in corde conceptam et cum
adhuc longe eſſet ab eccl'ia chriſti q2 nondū erat
baptiſatus tamen piētiſſimus pater deus vidit
illum i reſpexit gratia ꝑuenientē eum ⁊ mouēte
ad bonum ⁊ miſericordia motus eſt ſup miſeria
eius preterita ⁊ accurres auxilio ſpeciali cecidit
ſup collum eius .i. in primis cōuertit ad ſe impe-
ratorem romanū qui erat medius inter deum et
populū ſicut collum inter caput ⁊ corpus ⁊ am-
plexatus deinde totū corpus latinoꝝ oſculatus
eſt illum populū gratia ſua vt faceret eū ſibi pa-
cificum dixitqꝫ pater ad ſeruos ſuos prelatos ec-
cleſie proferte cito ſtolam primam que datur in
baptiſmo primo omniū ſacramentoꝝ .i. induite
eum veſte cādida innocetie baptiſmalis ⁊ date
anulum fidei p charitatē operātis in manu ſua
vt ſint deinceps opa eius ſancta ⁊ bona ⁊ tandē
ponite calciamenta in pedib9 ei9 .q. ſunt ſanctoꝝ
patrum defunctoꝝ exēpla ſicut calciamenta fie
ri ſolent ex corio animaliū defunctoꝝ nam talia
exēpla memorata dirigent greſſus eius ſine of-
fendiculis in lege dei Et ad maiorem huius po
puli decorem adducite in generatione 13 et 14.
vitulum ſaginatū romanum .i. pontificem hono
rifice a principibus ditatū in tēporalibus bonis
et hic in pace māducemus ſacram eucariſtiā / et
epulemur pre gaudio cōuerſionis populi huius
quia hic fili9 dei mortuus fuerat ſua infidelita-
te et reuixit ad vitam fidei perditus erat a con-
ſortio ſanctoꝝ et inuentus eſt vt ſeruiat deo
Hanc vero filij minoris exaltationem videns fi Tertia ps euāgelij
lius ſenior .i. grecorū populus indignatus eſt cir
ca 13 et 14 generationem eccleſie et nolebat in-
trare eccleſiā dei nec comunicare cū filio minore
in ſacramentis eccleſie ⁊ articulis fidei ſed receſ-
ſit ab eo deuiās per multos errores et noluit p
multos ānos intrare domū dei donec circa finē
mūdi piētiſſimus pater chriſtus egreſſus ad eū
per ſuos predicatores rogabit eū vt intret ad fa-
ciendum eande eccleſiam ⁊ ſub eodem capite cū
latinis ſed ille excuſans ſe dicet patri ecce tot an
nis ſeruio tibi a tempore apoſtoloꝝ et nunquā
mandatum tuū preterivi rediens ad idolatriam
quā ſemel dimiſi. et tamē nunqꝫ dediſti mihi nō
modo vitulum ſaginatū .i. ſummum pontificem
apud me ſed nec hedum .i. patriarchā pacificū vt
cum amicis meis orientalibus epularer ſeoꝛ-
ſum a latinis quo contra ꝑoſtqꝫ hic filius tuus
necqꝫ non frater meus quia non diligo eum (qui
conſumpſit totam ſubſtantiam ſuam cū meretri
cibus) venit ad te lacer et perditus feciſti ei ma-
gnum feſtum ⁊ honorem adeo vt parū tibi vide
retur occidere ei vitulum ſaginatum poſt veſtes
precioſas ſibi donatas diuerſarum virtutum et
ſcientiarum ꝑoſt ſimphoniā et chorum cātus ec-
cleſiaſtici et poſt magnorū amicorum conuētum
ad feſtum eius Sed optimus pater querimoniā
grecorū reprimet oſtendendo ꝙ etiam pro ſerui-
cio ſuo multa bona temporalia que ipſe appete
bat dederit ei et tamen nō erat bonum inuidere
aut dolere conuerſioni fratris ſui populi latini.
que potius cum gaudio magno boni et angelo-
rum erat celebranda quā odio habenda q2 hic
frater tuus quē propter deū teneris diligere ſicut
te ipſum mortu9 fuerat ſua infidelitate et reuixit
ad fidem chriſti perierat ſicut oues errantes per
diuerſas ſectas et vicia et inuentus eſt adducē-
dus ad gregē dominicū ergo debes de bono ei9
gaudere ſicut de bono tuo proprio ¶ Moraliter Moralitas
aūt iſte pater habēs duos filios in hac quadra-
geſima eſt bonus prelat9 in ſua dioceſi vel par-
rochia nā ſubditorum ei9 fidelium duo ſunt ge-
nera clerici enim ſunt quaſi filij maiores in ec-
cleſia dei qui toto fere āno inſiſtunt ſeruicio dei
in horis canonicis et ſacramentis quotie cōfite-
tur peccata ſua et comunicant de eucariſtia in
altari chriſti. laici vero ⁊ ſeculares quaſi filij mi-
nores querentes per mundū ſubſtantiam bono-
rum temporalium conſumunt bona naturalia ⁊
gratuita in vanitatibus ſeculi et longe recedunt
per multum tempus āni a confeſſione ⁊ cōmu-
nione ſacramentorum adeo vt fame rerum ſpi-
ritualium macerati tradantur ad villam .i. villa-
nam ſenſualitatem vt ibi paſcant porcos .i. nutri-
ant immūdas affectiones porcinas Sed adue-
niente iam tēpore ſancte quadrageſime audiētes
frequentiā predicationū eccleſie dei. ad ſe reuer-
tuntur / ⁊ ꝓpoſitū aſſumunt redeundi ad patrē ſuū
prelatū ⁊ curatum animarū. confitentes peccata

ſua deo ad pedes ſacerdotis dicēdo pater peccaui ꝛc in qua voce ſpūalis pater miſericordia cōmotus amplectiꝛ peccatores ꝛ oſculatur eos reſtituitq; eos priſtine dignitati iubēdo eos veſtiri virtutib⁹/anulari bonis opib⁹ in manu/muniri ſanctoꝝ exēplis in pedibus ſuaꝝ affectionū vt expeditius ambulet in via moꝝ ſic calciati Cōtingit tñ ꝓhdolor ꝙ quidā puerli eccl'iaſtici q ſe reputat iuſtos indignati de tāta gratia peccatoribus facta a deo murmuret dicētes illoꝝ penitentiam fictā eē poſt tot peccata ab eis cōmiſſa cōtra deū ꝛ ꝓximū ideo nolūt cū eis cōmunicare ꝛ participare ſed eos vox paterna redarguit qꝛ potius deberet gaudere de tot peccatorū conuerſione ex quo gaudiū eſt angelis in celo ſuper vno peccatore penitētiā agēte quā ſupra nonaginta nouē iuſtos ꝛc ſupra eodē capl'o Luce 15 Et deberet hoīes mirari de illa ſubita mutatione dextere excelſi quā ſepius peccatores penitētes feruētiores reſurgunt ad amorē dei ꝛ contemptum mūdi ꝙ alij qui nō tam enormiter ceciderunt

Offertorium ¶ Offertoriū Illumina oculos meos ꝛc ps 12 ſimile eſt graduali ſup doctrina euāgelij audita ſ gratiarūactio eccl'ie latine de ſua benigna receptione ad couictū ſanctoꝝ additq; petitione ꝙ deus eā amplius illuminet ad euitandū mortem peccatoꝝ ad quā ſi iterū rediret glīaretꝛ inimicus populus grecoꝝ dicēs preualui aduerſus eū qꝛ melior ego ſum Secreta oratio His ſacrificijs ꝛc applicat offertoriū ad ſenſum moralē pro penitentibus noſtri tp'is pro quibus offert deo ſacrificiū altaris vt abſoluanꝛ a delictis preteritis et liberētur a periculis externis hereticoꝝ/ac infideliū

Cōio ¶ Cōmunio Oportet te filij gaudere ꝛc ex fine huius euāgelij hortaꝛ fideles ad charitatem quā gaudeat de couerſione peccatoꝝ ad viā mādatoꝝ dei Finalis oratio Sacramenti tui dñe ꝛc ex virtute eucharíſtie ſuſcepte a ſacerdote vice totius ppl'i petit mūdari corda fideliū ꝛ ꝙ participet de gratia dei Sup populum fideles tuos dñe ꝛc loco panis benedicti orat alijs fidelib⁹ a ſacerdote dari benedictionē ſignificatā in ep'la et obedientiā maioris filij de quo in euāgelio dr mandatū tuū nunq; preteriui ꝛ tandē gaudium de honorifica receptione filij minoris de quo ait gaudere ꝛ epulari oportebat ꝛc

## ¶ Caput quadrageſimū

de tertia quadrageſime dñica que generatiōnē quintādecimam eccleſie denotat ꝛ penitentes a malorum hominum irriſione cōpurgat

Argumētū officij Ab anno chri 420 vſq; 450

Quintadecima eccleſie chriſtiane generatio ſub Romanis pontificibus Bonifacio/Celeſtino/Sixto/et Leone primo ac ſub imperatorib⁹ Theodoſio iuniore/Marciano/cū Valentiniano pacta eſt correſpondēs Abie regi Juda in vele qui ad recuperandā partē regni quā pater eius amiſerat pugnauit cōtra Hieroboā regē Iſrael et preualuerūt filij Juda eo ꝙ ſperaſſent in vero deo patrū ſuorū Sed ꝛ trib⁹ Beniamin adheſit eis ſacerdotes quoq; et leuite qui erant in vniuerſo Iſrael venerunt ad Abiā regem ex cūctis locis ſuis relinquētes ſuburbana ꝛ domos ſuas eo ꝙ abiecīſſet eos Hieroboā ne ſacerdotio fungerentur ſuo qꝛ conſtituerat ſibi alios ſacerdotes excelſoꝝ ꝛ vitulorū aureorū quos fecerat Multi etiā de cunctis tribub⁹ Iſrael quotquot dederāt cor ſuū vt quererent verum deū Iſrael venerunt in Hieruſalē ad immolandas victimas dño deo patrum ſuorum ꝛ ſic roborauerunt regnum Juda vt obtinerent victoriam predictam contra regem Iſrael Similiter ergo in hac 15 ge eccleſie pugnauit romanus pōtifex contra Neſtoriū hereticū / ac epiſcopum Conſtātinopolitanum ſed in hoc bello ſpūali epheſina eccleſia que Cyprū gerit tribus Beniamin adheſit latinis in auxilium acceſſerunt etiā ꝛ multi epiſcopi/ꝛ ſacerdotes aliarum eccleſiaꝝ grecie ex quib⁹ omnibus facta eſt ſynodus Epheſina ſub Celeſtino papa in qua conuictus/ac cōdēnatus eſt Neſtorius cum ſuis fautoribus circa articulū de diuinitate chriſti quā negabat quare victoriā obtinuit Romana eccl'ia (que habet locum trib⁹ Juda) cōtra Conſtantinopolitanam que correſpondet regno Iſrael in Samaria Unde ad hoc ꝓpoſitū legitur hodie in matutinis hiſtoria Joſeph qui licet prius venditus a fratribus preualuit ſup eos ꝛc Non ergo oēs grecos illius etatis reputamus filios Belial/aut ſacerdotes Baal qꝛ vt diximꝰ plures eoꝝ adheſerunt Romano pontifici ꝛ latinis et licet non traxerint corporaliter ad patriā latinam relictis domibus ſuis tamen fidei integritate ꝛ animi deuotione latine eccl'ie conſenſerunt roborātes regnū chriſti pugnando pro fide catholica In eadē quoq; generatiōe Leo papa vir quidē ſanctiſſimus exiens obuiam exercitui Gothoꝝ Italiam deuaſtanti regem eoꝝ Atilam tyrānum crudeliſſimū mira ſua virtute perterruit adeo vt retrocedere/ac Italiā exire cogereꝛ Cauſa aūt talis victorie vtriuſq; pōtificis predicti hec fuit qꝛ filij Juda ſperauerunt in vero deo patrū ſuoꝝ

Introitus miſſe Et hac cauſam explicat huius miſſe introitus ſ Oculi mei ſemp ad dñm ꝛc ps 24 et ſunt verba romani pōtificis ꝛ toti⁹ ppl'i latini in generatione 15 eccl'ie qb⁹ auxiliū dei petit in bello ex quo ſemp habuit oculos ad deū ꝛ ſpem ſuā in eo poſuit ꝙ euulluꝛ eſſet pedes ſuos a laqo fraudulentie inimicoꝝ Uerſus Ad te leuaui animā ꝛc principium eiuſdē pſalmi geminat eādem ꝑetitione ex nimia cordis affectione ſ ꝙ in ſolo deo habet ſpem ſue victorie cōtra aduerſarios fidei ne erubeſcat victus ab eis

Oratio Oratio Preſumꝰ omnipotens deus ꝛc applicat introitū ad ſenſum moralē ex parte prelati et ppl'i ieiunātis in quadrageſima qꝛ ex quo ipſi ꝓpter deum ſe humiliant ad penitentiam orat vt deus ad eoꝝ defenſionem/ac victoriam cōtra tentationes demonū dexterā gratie ſue extendat

Ep'la argumentū ¶ Epiſtola Eſtote

imitatores dei ꝛc Ephe. 5 ad ſenſum hiſtoricū eſt
ſermo Romani pontificis ad omnes fideles in
Epheſino concilio vt caueāt ab errore Neſtorij
qua hereſim vocat fornicationē moraliter vero
eſt ſermo prelati moderni ad fideles penitentes
vt caueāt a vitijs carnalibus ꝛ habet tres partes
Prima eſt exortatio ad dilectionem Scd̄a ibi
fornicatio aūt ꝛc tollitur occaſio ad perditionem
Tertia ibi eratis eīm aliquādo ꝛc eſt conſiliatio
Prima pars ep'le ad reductionē Hortatur ergo Romonus ponti-
fex vt Celeſtinus fideles ſui tp̄is q̄ ſe habeant
in eccleſia dei ſicut boni filij dei imitātes chriſtū
dei filiū naturale in dilectione proximorum qui
adeo dilexit nos vt traderet ſemetip̄m ad paſſio
nem et morte pro noſtra liberatione a morte qd̄
fuit dare ſe oblatione ꝛ hoſtia deo i odore ſuaui-
tatis i ad modū veteris legis in qua pro libera-
tio ne hoim a peccatis ſacerdos offerebat ſacrifi-
cia ad placandū deū hoc ergo tātum bonū fecit
chriſt⁹ pro nobis ex nimia dilectione Joānis 15
maiorē hac dilectionē nemo habet vt animā ſuā
ponat q̄s pro amicis ſuis ꝛc quare ꝛ vos fratres
ad imitationē chriſti debetis proximos diligere
In qua exortatione grecos primo tangit prela-
tus qui vt ex precedentibus capitulis cōſtat odio
proſequebantur latinos ꝑpter benedictione ſibi
a deo datā in multis excellentijs ſpūalibus cō-
mouet etiam latinos ad orādum pro grecis fra
tribus ſuis quātumcūqꝫ errantibus et hereticis
Secunda pars ep'le Sequens autem monitio ad epheſinos ꝛ alios
orientales ptinet fornicatio inquit ſpiritualis que
eſt deuiatio anime a vero deo ꝛ recta fide et oīs
immūdicia hereſis / aut auaricia i concupiſcētia
bonorum et honorū mūdi que maxime viget in
hereticis nec nominetur in vobis ſicut decet ſan
ctos i mūdos ſeruos dei aut etiā turpitudo i de
honoratio chriſti aut ſtultiloquiū i ſtulta opinio
cōtra veritatē que nō habet rationabile motiuū
aut ſcurrilitas i adulatoria perſuaſio ad falſita
tem que ad rem tale non pertinet q2 in articulis
fidei debet adduci certa ꝓbatio ex ſacra ſcriptu-
ra non pſuaſio rethorica hec inquā mala omnia
nō inueniātur in vobis ſed magis gratiarūactio
ad deum qui ſua gratia liberauit vos ab errori
b⁹ infidelitatis ꝛ hereſis nam hoc pro certo ſcire
debetis q̄ oīs fornicator i hereticus vel apoſtata
aut immūdus / aut auarus quod vitiū eſt equi-
ualenter ydoloꝝ ſeruitus i cultura falſoꝝ deorū
oīs iniqua talis non habet partem in regno chri
ſti dei i in eccleſia dei q2 eſt preciſus ab eccleſia
per hereſim ſuā ideo nec eſt pars ecclie/nec ha-
bet partem in bonis ſpiritualibus ecclie merito
ergo debetis gratias agere deo qui a tāto peri-
culo vos liberauit Nemo aūt grecoꝝ hereticorū
vos ſeducat argumentis ſuis inanibus ꝑpter
hoc eīm peccatū hereſis et ſciſmatis venit ira dei
in lege veteri ſuper Dathan / Abiron/Chore/et
alios filios diffidētie i de quoꝝ ſaluatione nulla
eſt ſpes nolite ergo effici participes iſtorum here
Tertia pars ep'le. ticorum Debetis adhuc tertio gratias agere deo
q2 eratis aliquādo tenebre idolatrie ante cōuer-
ſionem veſtrā nunc aūt ex diuina gratia mittēte
ad vos p̄dicatores veritatis facti eſtis lux in dn̄o
q2 ſpiritualiter eſtis illuminati per fide chriſti ca
uete ergo iterū a tenebris erroris cōtra fidē q2 for
te non illuminabit vos de⁹ ſecūda vice ſed per-
mittet vos cecos manere in perditione ambula
te itaqꝫ vt filij lucis i chriſti qui illuminat oēm
hoim venientē in hūc mundū fruct⁹ enim i op⁹
et ſignū exteri⁹ filiorū lucis eſt ambulare in om-
ni bonitate i amore/in omni iuſticia i lege dei iu
ſta/et veritate fidei catholice cauedo errores op-
poſitos Expoſitio moralis pro penitentibus nr̄i
tp̄oris clarior ē q2 p̄mo ortat̄ eos prelat⁹ ad opa
charitatis i ad elemoſinas in proximos exēplo
chriſti Scd̄o de hortat̄ eoſde a vicijs carnalitatis
q̄ impediuntur fructū ieiunij et oīm bonorū ope
rum et tande enumerat illis fructus ſeu opera
vere claritatis i doctrine eccleſiaſtice ¶ Cantus Graduale
gradualis exurge dn̄e ꝛc pſal' 9 eſt inuocatio la
tine ecclie aut ieiunātis familie ad deū pro auxi-
lio gratie ſue ad conuincedos hereticos et alios
aduerſarios ſancte religionis vt homo nō preua
leat cōtra deū ſed poti⁹ iudicētur gentes in cōſ-
pectu ei⁹ Verſus incōuertēdo inimicū ꝛc ex eo-
dem pſal' 9 optat victo iam contra inimicos vt
cōuertantur retrorſum fugientes ꝛ tandē pereāt
a facie dei ¶ Tract⁹ ad te leuaui oculos ꝛc. pſal' Tractus.
122 o at deū exaudiri preces ſeruorū ſuorum q̄
rectam fidem ꝛ ſana doctrinam eccleſie ſectan͂
ad modum quo bon⁹ dn̄s ſolet reſpicere preces
ſeruorū fideliū/vel bona domina deprecationem
ancille ſue fidelis adeo vt faciāt cū eis miſericor
diā ꝛ petitiones concedat ꝛc ¶ Euangeliū erat Euāgelij
dn̄s ieſus eiciens demoniū ꝛc Luce 11 pertractat argumen
argumēta ꝛ calūnias hereticorum grecorū in cō tum
cilio epheſino cōtra catholicā fide Romane ec-
cleſie et ſolutiones catholicorum latinorū ad il-
la argumenta Ubi primo cōtra mirabilem vir-
tutē Romani pōtificis obijcit hereticorū calūni-
as Secūdo ibi ipſe autem ꝛc predicti pontificis
adiungit rationes reſponſiuas Tertio ibi factū
eſt aūt ꝛc latine ecclie extollit voces laudatiuas
Quia vero ex precedente capitulo conſtat benedi Prima
ctionem multiplice eſſe collatam a deo ipſi Ro pars euā-
mano pontifici ad faciēda multa opera miracu gelij
loſa in hoibus nimirum ſi eadem virtus operi
bus declaretur p ſingulas eccleſie generatiōes
In illo itaqꝫ tempore quintedecime generatio-
nis ieſus i pontifex Roman⁹ ſaluti animarum
intēdens erat eijciens demoniū a cordibus hoim
i ſua doctrina ſalutifera cōuertebat peccatores
ad penitentiā ꝛ illud demoniū i peccatum illud
erat effectiue mutū q2 faciebat homines mutos
i tacites a laudibus dei/ab eruditione proximi/
et a correctione vel accuſatioe ſui ſed cū ille hoc
tā manifeſtum miraculū feciſſet maxime in conci
lio epheſino conuincendo ac condenando hereti
cos magna virtute tūc locutus eſt peccator qui
prius erat mut⁹ modo predicto q2 multi ex pec-
catoribus etiam ex hereticis ceperūt deū lauda-
re/proximos hedificare/ac culpas ſuas accuſare

ex amara penitētia ꝛ de hoc turbe fideliū admi
rabantur laudantes deū de tanta gratia latinis
prelatis cōceſſa Quidā tamē ex chriſtianis ſ gre
ci inuidia perculſi dixerūt contra Romanū pon
tificem hic in Beelzebub principe demoniorū i
in virtute diaboli/ꝛ per artem magicam facit hec
opera ꝛ alij ſ iudei increduli tentantes i experiē
tiam habere volētes de doctrina Romani pōti
ficis an eſſet ex deo querebāt ab eo ſignū de ce
lo i aliquod magnum miraculum talis doctri
ne confirmatiuū alias nō credituri. He ꝛ alie ſi
miles ſunt calūnie infidelium contra Romanū
pontifice ꝛ totum populū latinum Sed dimiſſa
[Scdi ps euāgelij] iudeo ū blaſphemia ad quā ſupra reſpoſum eſt
ad grecos ſe conuertens pontifex Romanus vt
vidit cogitationes eorū malas ex inuidia frater
ne gratie dixit eis ꝙ calūnia ſua eſſet falſa ꝛ im
poſſibilis Ad hoc probādum quattuor adducit
rationes quibus doctrina latine eccle declara
tur non eſſe a diabolo ſed a deo bono inſpirata
Prima ratio Omne regnū in ſeipſum diuiſum
ꝛc̄ ſic formari poteſt ſcd̄m Hieronymū ſicut con
cordia hoim parue res creſcunt ꝛ perficiūtur ita
ecōuerſo p diſcordiā maxime diminuūt/ac dila
buntur/ꝛ tandē pereūt vt patet inductiue in mul
tis regnis ꝛ ciuitatibus ex hac cauſa deſtructis
ſi ergo doctrina mea(qua peccatores a demonio
libero)eſſet a demonio(qualis noſcitur ars ma
gica)iam regnū diaboli eſſet diuiſum/ ꝛ pugna
rent demones cōtra demones puta illi qui inci
tant hoies ad peccata ꝛ illi qui retrahūt hoies a
peccatis ꝛ ſi hoc eſt verum ꝙ Sathanas contra
ſeipm̄ diuiſus eſt quomodo ſtare poterit regnū
eius quin cito deſtruatur/conſequēs ad experiē
tiam patet falſum quia ab initio mūdi durat re
gnū diaboli et ꝓpter exercitiū electorum adhuc
ſtabit vſ ad finē mundi Scd̄a ratio Si autem
ego ꝛc̄ talis eſt quandocūqꝫ exteriores act⁹ duo
rum hoim omnino apparet ſimiles temerariū ꝛ
impiū eſt iudicare eoꝝ intētiones eſſe diſſimiles
et contrarias vt ſi diceretur ꝙ vnus iſtorum fa
cit illud opus ex bona intentione ꝓpter deum
et alius ex mala ꝓpter mundū nam tale iudiciū
eſt a deo prohibitū qꝛ eſt peccatū i ſpiritūſanctū
et ꝓcedit ex malicia/vel inuidētia fraterne gra
tie ſed prelati ꝛ alij ſacerdotes grecorum ſimiles
actus egerūt in pplos ſuos ſcilicet eijcere demo
nium ab hoibus quos reuocarunt ab idolorum
cultura/ꝛ ab alijs peccatis multis ergo nō eſt di
cēdum ꝙ greci ſacerdotes hoc egerint ex ſancta
intētione ꝛ per doctrina dei latini aūt e contra ex
mala intētione ꝛ doctrina diaboli/ſeu arte magi
ca hoc eñ eſt peccatū magnū inuidie de quo ipi
doctores greci antiqui accuſabūt vos in die iudi
cij corā deo potio ſi hoc argumēto victi conceda
tis ꝙ ego in digito i virtute dei hoc eſt ex ſancta
intentione ꝛ per bonam doctrinam dei eijcio de
monia ab hominibus populi mei profecto per
uenit in vos i contra vos regnum dei ideſt iudi
cium dei quia ꝓpter peccata veſtra quibus di
uiſi eſtis a latinis auferet de⁹ a vobis omne do
minium eccleſie ſue que eſt regnū dei Tertia ra
tio cum fortis armatus ꝛc̄ eſt hec nullus fortis
bellicoſus vincitur niſi a ſuo contrario fortiore
ſe ſed prelatus latinus vicit diabolum eijciendo
ipſum a patria latina quia oia vaſa eius i idola
in quibus loquebatur cōfregit ꝛ vniuerſa arma
eius i.artes magicas ꝛ ſuperſtitiones in quibus
cōfidebat ad decipiendū hoies abſtulit ab eo et
ſpolia eius i hoies et regna que ille poſſidebat
pacifice diſtribuit iſte in plures dioceſes et par
rochias ſub inuocatione diuerſorū ſanctoꝝ chri
ſti ſic ergo ille fortis diabolus armatus dolis
qui in pace poſſidebat iſta regna occidētalia ſu
perueniēte chriſto per ſuos prelatos latinos vi
ctus eſt ꝛ eiectus ab hominibus igit̄ doctrina la
tine eccleſie per quā cōuertit hoies ad deum nō
eſt a demone ſed a chriſto inimico eius Quarta
ratio qui non eſt mecū ꝛc̄ in forma talis eſt ope
ra exteriora cōtraria ſunt attribuēda de per ſe cō
trarijs cauſis interioribus ſed prelatus latinus
miniſter chriſti ꝛ diabolus cōmuniter faciūt ope
ra contraria in hoibus quia diabolus ſeminat
zizania/ac ſciſmata inter hoies/diſpergitqꝫ eos p
varias ſectas errorum/ac peccatorum quo cōtra
pontifex Romanus colligit/ſeu cōgregat homi
nes in pace vnius eccle ſub eadē fide ꝛ religio
ne vnius veri dei ergo doctrina eius eſt contra
ria demonijs ꝓcedens a contrario principio i.a
bono deo imo videtur ꝙ calūnie iſte grecorum
cōtra latinos ꝓcedant ex inſtinctu diaboli So
let enim ille immūdus ſpiritus ſic ſe habere ad
hoies ꝙ cum exierit expulſus ab aliquo homi
ne/vel populo ambulat per alia loca/ꝑſonas/ꝛ
regiones vidēs ſi poſſit alios decipere in quorū
cordibus requieſcat et ſi forte non inueniat qui
eum recipere velint ſed potius expellāt a ſe ꝓ
pter honorē/ac timore dei dicit intra ſe malicioſe
cogitās reuertar in domū meam i in hoiem/vel
populū vnde exiui eiectus predicatione prelati
reuertar inquit per noue fraudis machinamēta
et cū ſic venerit diabolus tentās hoies forte in
uenit illam domū conſcientie ſcopis predicationū
mūdatam ꝛ ornatā virtutibus ſed(vt alter euan
geliſta dicit)vacātem i ocioſam a bonis operib⁹
et negligētem/atqꝫ bonoꝝ tēporalium ſolicitudi
ne occupatā.quare diabolus inueniens oportu
nitate aſſumit ſecū in adiutoriū ſepte alios ſpūs
malos imo ꝛ nequiores ſe qui tentet hoiem/aut
populū illum de oibus peccatis ſignificatis nu
mero ſeptenario et ſi forte eum vicerint ingreſſi
animā habitat ibi per multoꝝ peccatorum deſi
deria praua adeo vt per inueterata conſuetudi
nem peccādi fiat tēpora nouiſſima hominis/vel
populi illius peiora priorib⁹ antequā eſſet tam ma
le habituatus in peccatis Ad propoſitum tale
quid accidit vobis grecis contra latina/ac roma
nam eccleſiā inſurgētibus nam ille immundus
ſpiritus idolatrie qui predicatione apoſtolorū et
aliorum diſcipuloꝝ chriſti fuit olim a vobis eie
ctus cū perambulaſſet hec arida loca occidēta
lia latinorum querens ibi requiē i permanentiam

idolatrie non inuenit ibi requiem quia premu-
nita erāt bonis prelatis qui illū cultum idoloꝝ
prohibebāt. tādem reuerſus eſt ad vos vnde eie-
ctus fuerat et inuenit vos licet iam chriſtianos
tamen vacātes a bonis operibus/ac deditos va
nitati mūdane glorie ⁊c̄. quare aſſumptis ſecum
ſepte alijs ſpiritibus malis i fantaſijs diuerſoꝝ
erroꝝ tam in fide ꝙ̄ in moribus i. tam incredē-
dis quā in agēdis intrauit in vos diutius mora
turus ⁊ ſic facta ſunt hec tempora veſtra peiora
prioribus tēporibus veſtroꝝ predeceſſoꝝ quādo
oēs erāt idolatre. nam peius eſt a fide chriſti ſu-
ſcepta apoſtatare/vel hereticare ꝙ̄ eam a princi-
pio nolle recipere dicēte dn̄o Matthei 19 nemo
mittēs manum ad aratrū ⁊ aſpiciēs retro aptus
eſt regno dei quod exponēs apoſtolus Petrus
ait 1 Pe 3 melius i minus malū erat eis viam
Tercia ps euāgelij dni non agnoſcere ꝙ̄ poſt agnitā retro ire Hec ⁊
alia multa pōtifex Romanus cōtra grecos age-
bat in illa etate intēdens eos corrigere ⁊ ad vni-
tatem ecclie reducere nec tamē potuit qꝛ illi vo-
luerunt ſemper eſſe pertinaces in ſua malicia/⁊
quotidie ſunt peiores effecti. quo cōtra de ecclia
latina que indies ſemꝑ profecit in omni ſapien-
tia ⁊ virtute corā deo ⁊ hoībus Factū eſt em̄ dum
prelatus hec diceret in generatiōe 15 ecclie que-
dam mulier de turba gētilium latinoꝝ. i. quedā
prouincia vt Anglia/vel Gotia occidētalis extol
lens vocē deuotionis ad deū dixit pontifici Ro-
mano beatus venter ſancte matris eccleſie qui te
portauit i ſuſtinuit paſtorē et gubernatorem ad
ſuam felicitatē ⁊ gloriam ⁊ beata vbera duorum
teſtamentoꝝ dei/vel ſacre ſcripture que ſuxiſti. i.
ſpirituſancto ſuggerente didiciſti qꝛ per lac talis
doctrine efficis beatos oēs fideles tibi obedien-
tes ſpecialiter ꝑdicte due regiōes ⁊ quedā alie q̄
tunc fide chriſti ⁊ baptiſmū ſuſceperūt beatifica-
te ſunt Verū qꝛ iſte nationes gētiliū latinoꝝ re-
ceptam fide/ac religione non bene cuſtodierunt
ſed ab ea in errores diuerterūt vt Gothi/Arriani
vel male viuendo eandem cōmaculauerunt vt
Angli mūdani ideo prelatus eis reſpōdens cō-
minatorie ait quinimo i verū eſt quod dicis ſed
oportet ad verā beatitudinem hoc addere ſ beati
qui audiunt verbū dei i deuote recipiūt predica-
tionem euāgelij chriſti ⁊ conſequēter cuſtodiunt
verbū ſic receptū ſ permanēdo firmiter in fide/⁊
religionem virtutibus honorādo finis em̄ legis
chriſti eſt charitas dei et ꝓximi cū vita virtuoſa
quem fine qui non attingit inaniter dicitur chri-
Moralitas ſtianus ⁊c̄ ¶ Moraliter vero pro ieiunātib⁹/ac
penitētibus in hac quadrageſima prelatus/vel
curatus/aut predicator eijcit nunc demonium a
multis fidelibus vere penitentibus qui prius a
demonio poſſidebantur facti ſurdi ceci ⁊ muti in
ſpiritualibus ſenſibus anime ſed iam quilibet
eorū incipit videre remedia ſue ſalutationis/au-
dire prelati cōſilia ⁊ monitiones/et loqui coram
deo deuotas oratiōes ſed de hoc ſacramētorum
exercitio mundani murmurāt et dati in reprobū
ſenſum putant ꝙ ſacerdotes eccleſie in Beelze-
bub. i. malo ſpiritu ⁊ praua intētione inuenerunt
has confeſſiones et penitentias ſ ex auaricia vt
per hūc modum haurirent bona laicorum Cō-
tra quos prelatus reſpondens adducit ſupradi-
ctas quattuor rationes ad probādum hanc do-
ctrinam eccleſie de penitētia peccatorum nō eſſe
a malo ſpiritu ſed a deo bono inſpiratam Sunt
alij peccatores qui licet hanc veritatem concedāt
tamen petunt ſignum de celo i miraculum quo
conuertātur alias non credituri predicatoribus
neqꝫ penitentiā acturi eo modo quo deus paulū
miraculoſe conuertit ⁊ quoſdam alios Contra
quos prelatus adducit illam cōminationem cū
in mūdus ſpiritus exierit ⁊c̄ que ſatis declarata
eſt in ſe ſed aliter applicanda i ꝙ exiuit immū-
dus ſpiritus ab hoīe chriſtiano in baptiſmo ſed
eo negligente bene operari/reddit malus ſpirit⁹
⁊c̄ Heb 4 impoſibile eſt eos qui ſemel ſunt il-
luminati ⁊c̄. tandem additur conſolatio bonoꝝ
et humilium penitētium beati inquit illi penitē-
tes qui audiunt verbum dei i predicationem re
cipiunt ad faciendum ea que dicuntur et poſt
quadrageſimam cuſtodiunt illud nec obliuiſcū
tur ſed perſeuerant in bona vita quam modo in Offertorium.
cipiunt ¶ Cantus offertorij Iuſticie domini re-
cte ⁊c̄ pſal' 18 eſt congratulatio populi dei ſuper
diſputatione predicta in euangelio qua proba-
tum eſt ꝙ doctrina prelati eſt a bono deo et non
a malo ſpiritu ideo dicitur ꝙ iuſticie domini i
precepta de iuſticia obſeruanda que proximis
predicat ſunt iuſticie recte/letificantes corda hu-
milium/et dulciora guſtui ſpirituali ſuper mel
⁊ fauū in guſtu corporali ideo quilibet ſeru⁹ dei
libenter cuſtodit ea vt ſit de numero eorū quib⁹
dictum eſt beati qui audiūt verbum dei et cuſto-
diūt illud Secreta oratio Hec hoſtia q d ⁊c̄ ap-
plicat offertoriū ad ſenſum moralem offertꝫ ſa-
crificium ad impetrandū grām dei ieiunātibus
qua poſſint a delictis mūdati bene cuſtodire mā
data dei ⁊ prelati ¶ Communio Paſſer inuēit ſibi Communi
domū ⁊c̄ pſal' 83 pulcro enigmate fidelis popu-
lus dat gratias deo de ſua bona doctrina a pre-
lato predicata per quā ſicut paſſer fugiēs miluū
vel accipitrem inuenit ſibi domū refugij/et nidū
vbi reponat i abſcōdat pullos ſuos ita bon⁹ pre
latus latinus gemens vt turtur inuenit altaria
tua domine. i. eccleſiam vbi abſcondat filios ſu-
os fideles ab hereticorum calumnijs quare bea
ti omnes illi qui habitant in domo tua domine
que eſt latina eccleſia quia illi ſoli laudabunt te
in ſeculum ſeculi. i. vſqꝫ ad finem mundi in hac
vita quia in ſola latina eccleſia permanebit fi-
des incorupta vſqꝫ in finem mundi Finalis ora
tio A cūctis nos domine ⁊c̄ de penitentibus lo
quitur quos optat abſolutos eſſe a peccatis et ꝓ
tectos a periculis huius vite ⁊c̄

## ¶ Caput quadrageſimū-

primū de feria ſcd̄a tertie hebdomadis quadra-
geſime que ad decimaſextam ecclie generatio-
nem pertinet et penitētie ſacramentum extollit.

Argumētū officij. Ab anno chri. 430 vſq 480

Decimaſexta eccleſie chriſtiane generatio ſub Romanis pontificibus Hilario/Simplicio Sixto/et Gelaſio ac imperatoribus Leone/ et Zenone peracta eſt correſpondens regi Aſa in vite le qui inter cetera geſta ſua hoc habuit valde notadum q fuit diuinitus adiutus et victoria bellicā obtinuit cotra Zaram rege ethiopem cū ſuo magno exercitu q deus perterruit eos illos Ethiopes et in fuga conuertit pcurante hec deuota regis oratione et tunc tepore Amri rex Iſrael idolatra peſſimus edificauit ciuitatem in monte Samarie eodem noīe vocata et ſtatuit eam in caput regni Iſrael vt de parilitate pugnaret contedes [illegible] cū Hieruſalē ciuitate ſancta et a deo electa in caput regni Dauid et religionis dei nam ante illa generatione regnū Iſrael incertū caput et ſedem regis habebat ſed hac arce erecta cofirmata eſt maliciā regni Iſrael adeo vt oēs reges Iſrael et Samarie in eē te illa eſſent peſſimi idola[illegible] [illegible] ſicut Amri Achab/ et alij qui fuerūt ſuis predeceſſoribus nequiores Eodē modo p cōcer[illegible] in hac 16 ge none leges Leo papa ſanctiſſimus ſua oratione (vt diximus) victoria obtinuit de impiiſſimo rege Gothoz cū ſuo grandi exercitu quo tota Italia inuaſerat et ille que corporali arma Romani imperij nō valebat ſuperare gladio verbi ſancti Leonis pape perterritus aufugit tunc etiā tēpore alter Amri epiſcopus conſtantinopolitanus cepit coſtituere ſedem illā in caput om̄ium eccleſiaꝝ orientaliū vt cōtenderet de parilitate cū ſede Romana quā deus elegit in caput regni chriſti et totius eccleſie militantis in terra a qua emanaret doctrina et oīs vere religionis dei oēs [illegible] epiſcopi conſtāti illius etatis fuerūt peſſimi hereſiarche vt Neſtorius Achatius Eutices [illegible] [illegible] pre[illegible] qui fuerat heretici Verū ſicut olim poſt diuiſionē regni Iſrael a regno Dauid non defuit mīa dei ſub peſſimis regibus prophete et viri ſancti in regno Iſrael vt Helias Heliſeus/ et alij dicti filij prophetaꝝ ita poſt diuiſionē facta inter grecos et latinos non defuerūt apud grecos ſub peſſimis [illegible] viri doctoreꝝ et viri ſancti vt Baſilius Chriſoſtomus/ Athanaſius et̄c Sed hic ſicut in diebus regis Aſa poſt dictā victoriā cotra Ethiopes prophetauit quidā q ei et ſequentibus poſt regū Iuda et totius tribus illius futura eſſent multa bella contra eos quibus valde affligerentur ita etiam defuncto papa Leone ſanctiſſimo propter peccata aliorum epiſcopoꝝ [illegible] et totius populi latini ſub hac 16 gene. Gothi [illegible] gēs crudeliſſima [illegible] [illegible] galliā [illegible] [illegible] Affricā in Italiā [illegible] totā et caput [illegible] tribu[illegible] vt inſtigātibus eos grecis quaſi in fauorem [illegible] Gothi latinos velut heretico perſequētes ferro et igni [illegible] ad vrbē Romam peruenirent ipſam [illegible] deuaſtarent [illegible] inde romano pōtifice Seuerino Boetio et alijs multis Romanoꝝ nobilibus. qui in in exilio poſiti vt olim Thobias viam dñi nō deſeruerūt ſpem ſue liberationis ponentes in eo ¶ Horū vox eſt huius miſſe introit⁹ In deo laudabo verbū et̄c pſal' 55 nam Romanus pōtifex cū toto populo latino in anguſtia illa poſitus non ceſſabat a laudibus diuinis et gratias agebat deo de ſua illa paterna correctione cū ſpe tamē ſue liberatiōis ab illa plaga ideo addit in deo ſperaui non timebo quid faciat mihi homo malus qz nō poterit me omnino coſumere deo me protegente Ver us Miſerere mei deus et̄c principiū eiuſdē pſal' clamat ad deū petendo miſericordiā et pponendo et ſuā miſeriam quoniā cōculcauit me homo i Athila rex Gothoꝝ qui ſe intitulauit flagellum dei vez ad punieda peccata chriſtianoꝝ ſubegit me ditioni ſue et tota die i multis diebus impugnans tribulauit me perſequēdo in fauo e grecorum et alioꝝ Arrianoꝝ Oratio Concede nobis et̄c applicat miſſe introitum ad ſenſum moralem pro ieiunantibus/ac penitentibus nā et ipſi a demonibus et a malis hoīb⁹ cōculcantur tribulationesq patiūtur ideo prelatus orat pro eis petit ſibi dari gratiā ſpūſſancti qua firmati i ſpe auxilij diuini pſequebant deuote ceptū ieiuniū quadrageſimale cū quo etiā a vitijs retrahātur ¶ Epiſtola Naamā princeps militie et̄c quarti Regū 5 hiſtoriā emūdationis leproſi cuiuſdā nobilis ab Heliſeo propheta applicat ad emūdationem latini populi p chriſtū primo ab idolatria deinde ab hereſibus in ultimis que habet tres partes In prima deſcribit egrotantis cōditio In ſecūda ibi venit ergo et̄c. declaratur lep oſi emundatio In tertia ibi reuerſuſq et̄c cōcluditur diuine laudis cofeſſio Qualis vero fuerit Romanorū ſeu latinoꝝ coditio circa aduētū chriſti qui eſt vere Heliſeus i dei ſalus/vel dei ſaluans [illegible] deductos ad hac 16 generationem ex ipſo nomine egrotātis ex officio ac egritudine eius deſignat quippe Naamā decor us et commouens interpretat et princeps militie regis Syrie que et ſublimitas dicitatq vir fortis et diues/ ac honoratus intitulat qz latini virtute belloꝝ prīcipatū habentes / ac rerū decore fructes diuitijs facti ſunt honorati et fortes et popul⁹ iſte in tota terra erat magnus apud dnm ſuū qui creauit eum et profſperauit in tēporalibus vt per illū daret dns ſalutem i pace toti mūdo ſub vno principe gubernato Sed quāuis per potentiā regni ac rerum abūdantiā ille populus ornari videretur alijs tamen per errores idolatrie quaſi lepra fedus apparuit quia tamen a deo mūdari voluit pmedia ſue ſalutis talia fuere porro de Syria i de ſublimitate eoꝝ egreſſi ſunt latrūculi o cupiditate dominādi Romani per tota terra vagabatur et inter ceteras regiōes de terra Iſrael i de iudea duxerūt captiuā que de prophetia i [illegible] ſtatoꝝ eorū teſtabat hec captiua fuit ſynagoga de deo Iſrael per [illegible] ſuos ad Romanos tranſlata que cur oſtatieoꝝ (quia vxor Naamā ſignificat) verum

Introit⁹ miſſe.

Oratio.

Epiſtole argumentū.

Naamā princeps militie.

verum prophetam et ſaluatorem animarum in
iudea cognoſci patefecit audiens hoc Naaman
domino ſuo nunciauit quando hi ad quos no-
ticia chriſti puenit regibus/ac dominis ſuis ſug-
geſſerunt doctrine ſpiritualis eius magnitudi
nem mittit rex Syrie litteras ad regē Iſrael pro
ſanitate ſerui ſui quando primatus latinorū au-
diens deum eſſe in iudeis/ et ſalutem ſuorum cu
piens legationem miſit vt per apoſtolicam do-
ctrinam ſaluatoris fidem acciperent vt patet de
Cornelio centurione Actuū 10 Rex iſrael ſcidit
veſtimeta ex tedio quando principes et rectores
iudeorum viderūt vndiq; latinorum plebes ad
fidem chriſti conuenire quam blaſphemiam re-
putabant ſed verus Heliſeus veniat inquit ad
me infirmus et ſciat ex operis euidentia prophe
tam ſanctiorem eſſe in i ex Iſrael hoc dixit quā-
do quos preſciuit et predeſtinauit hos et voca-
Secūda pe epte. uit etc. Veniens ergo latinus populus ad do-
mum Heliſei ſanctam ſcilicet eccleſiā chriſti per
nuncium predicatorem accepit mandatum vt ſe
in Iordane ſepties lauaret renatus ex aqua et
ſpirituſancto in baptiſmo chriſti qui in Iordanis
alueo inſtitutus eſt Naaman baptiſma deſpi
ciens ſimplicitatem rudium latinorum ſignifi
cat quia animalis homo non percipit myſteria
dei ſerui Naaman meliore cōſilio cum perſua-
ſerunt ad mandatū prophete implendū /q; ſepe
deus in ſua ecclia minori reuelat qd melius eſt
q; non eſt perſonarū acceptor etc. loto Naaman
ſepties reſtituta eſt caro eius ad ſimilitudinem
carnis pueri etc. quia baptizatus per inuocatio-
nem ſeptiformis ſpiritus ad innocentie ſtatum
Tertia pe epiſtole. per ſimilitudinē reducitur Sanatus iam Naa-
man i latinus populus a ſua idolatria promit
tit ſe vltra non ſeruiturum dijs falſis ſed deo ve-
ro vſq; ad finem ſeculi et gratias agens ait ve
re ſcio q nō ſit alius deus in vniuerſa terra niſi
tantum deus Iſrael i chriſtianorum qui ceteris
melius vident deum quare ex inſtitutione eccle-
ſie precipiuntur homines in baptiſmo abrenun-
ciare Sathane et profiteri chriſtum deum ſicut
fecit hic Naaman qui etiam partem terre ſan-
cte ſecum attulit in Syriam vt ſignificaret la-
tinos iam baptizatos debere dominici corporis
comunione firmari/ac roborari in ſua fide nam
terra ſancta eſt caro chriſti etc. Hec Rabanus in
ſententia loquens de prima ſanatione latino-
rum ab idolatria que facile adaptantur ad ſecū-
dam a prauitate heretica ſi Iſrael ex ſupradi-
cti greciam ſignificet Heliſeus chriſtum ſana
torem lepra hereſim contra fidem rex Iſrael ſit
epiſcopus Conſtantinopolitanus Naaman vt
p ius latinus populus qui audita ſanctitate do
ctrine chriſti que erat apud ſanctos illos docto-
res et patres priſcos grecorum deuote voluit ab
eis edoceri vt ſanaretur ab erroribus quo facto
rex Iſrael inuidia commotus ſcidit veſtimenta
vnionis ſancte matris eccleſie et ſeparauit ſe ab
vnitate fidei/ et ab obedientia Romani pōtificis.

quare lepra hereſis que ex doctrina catholica
doctorum grecorum ſanata eſt latinis rediit ad
grecos cumulata quia ſuos doctores non ſunt
venerati et tādem confeſſio vere fidei dei Iſrael
firma manſit in eccleſia latina vſq; in finem ſe-
culi qualiter autem ad ſenſum moralem hec
epiſtola faciat pro veris penitentibus ſuper euan
gelio dicemus ¶ Cantus g adualis Deus vi- G aduale
tam meam etc. pſal 55 reſponſio eſt fidelis po-
puli latini proponentis cum Naaman ſyro ſe
deinceps permanſurum in fide et religione ve-
ri dei Iſrael ideſt chriſti redemptoris cui offerat
lachrymas ideſt orationes ſuas deuotas non
falſis dijs grecorū Verſus Miſerere mei deus
etc. principium eiuſdem pſal exponatur vt prius
¶ Euāgelium Dixerunt pharisei ad Ieſum etc. Euāgelij
Luce 4 reſpondet querimonie grecorum con argumen
tra chriſtum ſuper gratijs latine eccleſie collatis tum
Vbi primo eorum proponitur querella Secun
do ibi ait autem etc. chriſti ſubijcitur inuectiua
Tertio ibi et repleti ſunt etc. additur grecorum
rebellio malicioſa. In illo itaq; tempore decime- Prima
ſexte generationis eccleſie dixerūt pharisei ideſt pars euā-
greci ab eccleſia Romana diuiſi ad Ieſum ideſt gelij.
contra deum querimoniam fecerunt dicentes
etc. Sed aduertendum hic q in textu biblie vnde
hec lectio ſumpta eſt non habetur q pharisei ta
lia verba dixerint aduerſus chriſtum tum quia
hec hiſtoria cōtigit in Nazareth vbi non memo-
rantur fuiſſe pharisei ſed ſolum in Hieruſalem.
tum quia euangeliſta dicit q hec verba ipſemet
chriſtus dixit ad iudeos patrie ſue agens perſo-
nam eorum habet enim textus ſic q poſtq; ipſe
legiſſet et declaraſſet in ſynagoga illa locum
quendam Eſaie prophete cunctis mirantibus
de verbis que procedebant de ore eius adiecit
vtiq; dicens mihi per ſimilitudinem medice cu-
ra teipſum quāta audiuimus etc. Sed ſancti illi
patres qui hec officia ordinauerunt hanc clau-
ſulam textui addiderunt ſcilicet dixerunt pha-
riſei ad Ieſum etc. quia eorum intentio non erat
narrare per hoc euangelium illud quod accidit
chriſto in Nazareth patria ſua ſed potius quid
acciderit et in decimaſexta generatione eccleſie
ſue cum grecis ſciſmaticis et diuiſis ab eccleſia
catholica qui inuidentes fraterne gratie latinorū
conquerebantur de chriſto gratiarū diſtributore
dicentes ei quāta miracula et dona gratiarū au-
diuimus a te facta iſto tempore in capharnaum
ideſt in latina eccleſia que eſt villa pinguedinis
ſeu abundantie gratie dei fac ergo ſimilia ope-
ra et ideſt etiam hic apud nos grecos in patria
tua nam in grecia primum apud gentiles pre-
dicante apoſtolo Paulo nutrita eſt fides tua
ſicut tu olim in Nazareth que ideo dicebatur
patria tua quaſi dicat iniuſte agis cum gre-
cis quibus non donas illas gratias quas de-
diſti latinis Quibus ipſe Ieſus reſpondens per Secūa pe
Romanos pōtifices ait amen dico vobis quia euāgelij
communiter nemo propheta ideſt vir excellens

in aliqua gratia ſpeciali acceptus eſt ideſt dile=
ctus et veneratus a ſuis conciuibus in patria
ſua quia inuident ei ex eo ꝙ excellentia ſua vi=
detur diminuere aliorum gloriam eodem mo=
do querimonia veſtra procedit ex inuidia con=
tra latinos conciues veſtros in eadem ciuitate
dei que eſt eccleſia quorum excellentiam repu=
tatis diminuere gloriam veſtram cum potius
propter peccata veſtra ſubtraxerit a vobis deus
gratiam ſuam et minorauit gloriam veſtram
Patet hoc exemplis veteris legis nam in veri=
tate dico vobis ꝙ multe vidue erant pauperes
in regno Iſrael (cui in lege euāgelica correſpon=
det veſtra eccleſia orientalis vt alias diximus)
in diebus Helie prophete quando clauſum eſt
celum ne plueret annis tribus et menſibus ſex
hoc eſt quadragintaduobus menſibus ex qua
ſiccitate facta eſt fames magna tunc in omni ter
ra Iſrael et hoc euenit eis propter ſua maxima
peccata vt patet tertij Regum decimoſeptimo
et tamen ad nullam illarum viduarum paupe=
rum conſolandam in tanta famis anguſtia miſ=
ſus eſt Helias adeo niſi ad quandam viduam
extraneam in Sarepta Sydonie vt patuit in
epiſtola ferie tertie precedentis hebdomadis.
que vidua deuote in hoſpitiolo ſuo recepit He=
liā / et miniſtrauit ei non ſic alie vidue iſraelitides
et conciues eius que deſpiciebant ipſum ex inui
dia propterea merito derelicte ſunt et priuate
conſolatione ꝓphete dei Similiter ſub Heliſeo
propheta in diebus eius multi leproſi erant in
regno Iſrael et nemo illorum mundatus eſt a le
pra ſua per Heliſeum occaſiōe ſue malicie quia
ex inuidia deſpiciebant Heliſeum cōciuem ſuū
ſed mundatus eſt ab eo quidam leproſus Sy
rus nomine Naaman qui (vt patet ex epiſtola
hodierna) deuote venit de terra lōginqua ad viſi
tandum et honorandum prophetam dei et ideo
meruit ſanari a lepra ſua Eodem modo in lege
noua / et in eccleſia chriſti (qui vere eſt Helias et
Heliſeus) ipſe differenter ſe habet ad grecos et
latinos nam propter inuidiam et incredulitatem
grecorum receſſit ab eis chriſtus ſicut Helias
per menſes quadragintaduos ideſt totidem ec=
cleſie generationes in quibus clauſum eſt ce=
lum et non pluit apud grecos pluuiam voco
gratiam et ſpiritualem intelligentiam ſancta=
rum ſcripturarum propter cuius defectum la=
pſi ſunt in errores multos contra fidem catho
licam Interim autem vidua Sareptana ideſt
latina eccleſia honorifice chriſtum recepit / eiq;
ſedulo miniſtrat a quo etiam ipſa conſolatur
multis gratijs deſignatis in oleo et farina vt
ſuperius expoſuimus quare greci qui olim erant
ciues ſanctorum et domeſtici dei ſpiritualem
Heliam a ſe eijcientes iam non conſolantur a
deo ſed manent aridi / eſurientes / et ſitientes /
et in multis malis tabeſcentes Similiter neq;
in iordane penitentie a lepra hereſis munda=
ri merentur ab ſpirituali Heliſeo quia pleni
ſunt odio fraterno contra latinos ideo Heli=
ſeus non curat de eis ſed miſericorditer reſpicit
latinos propter ſuam humilitatem et vere pe=
nitentes mundauit eos a lepra heretice prauī=
tatis quoniam omnes peruerſorum doctorum
hereſes in eccleſia latina ſopite ſunt quia mun=
dauit eam chriſtus ab omni macula vt faceret
eam ſibi ſponſam immaculatam Cuius pul= Tertia ps euāgelij
chritudinem greci hodie habentes / et hec ver=
ba chriſti audientes / repleti ſunt ira ac inuidia
et ſurrexerunt ab obedientia Romani pontifi=
cis vicarii chriſti et eiecerunt illum extra ſuam
ciuitatem ideſt noluerunt eum habere prela=
tum ſed concitantes barbaras nationes con=
tra Italiam duxerunt Romanum pontificem
vſq; ad ſupercilium montis ſuperbie Gotho=
rum ſuper quem fauorem ciuitas eorum ideſt
eccleſia grecorum erat edificata non ſuper ve=
re fidei petram vt per manus barbarorum pre=
cipitarent eum ideſt humiliarent aut penitus
delerent quia eius honor / ac ſublimatio eſt gre=
cis inuiſa Sed his non obſtantibus ipſe Ro=
manus pontifex fretus adiutorio dei tranſiens
inoffenſus per medium tribulationis et perſe=
cutionis eorum ibat quotidie proficiens de bo=
no in melius / tam in ſpiritualibus ꝙ̄ in tem=
poralibus bonis ¶ Moraliter autem hoc euan= Moralitas
gelium (ſicut et precedens) ſignificat irriſio=
nem quorūdam hominum mundanorum con=
tra exercitium ſacerdotum in hac quadrageſi=
ma quo frequentant ſacramentorum miniſte=
ria maxime penitentie nam ipſi diuiſi a veris
penitentibus dicunt prelato quanta miracula
audiuimus facta in temporibus antiquis in ca=
pharnaum ideſt in eccleſia dei ad confirmatio=
nem virtutis ſacramenti penitentie quare ergo
tu non facis nunc alia ſimilia vt eis cōuicti cre
damus tibi / et humiliemur ad penitentiam alias
non ſequemur doctrinam tuam Sed prelatus
reſpondet q̄d propter malitiam et incredulita=
tem eorum hoc ſacramentum paruam aut nul=
lam habet efficatiam in eis qr ſcilicet nō deuote re
cipiūt verum heliam in hoſpicio mentis ſue neq;
procurant mundari a lepra peccati per Heliſeū
qui eſt domini ſalus in Iordane ideſt in ſacra=
mento penitentie qui eſt fluuius iudicij ſecreti
Miracula ergo huius ſacramenti non fiunt niſi
in hominibus deuotis ad ſimilitudinem vidue
Sareptane nam anima deuota eſt vidua in hoc
mundo propter abſentiā ſponſi celeſtis et mo=
ratur in Sarepta que eſt incendium deuotionis
et Sidone que eſt venatio triſticie contritionis
Fiunt etiam in humilib9 ad ſimilitudinē Naa=
man venientibus ad pedes ſacerdotis ad que=
rendam ſalutem anime cum labore nimio Ait
enim verus Heliſeus peccatori vade oſtende
te ſacerdoti ac ſi diceret vade lauare ſepties id=
eſt a ſepte peccatis capitalibus in Iordane ideſt
in fluuio iudicij ſacerdotalis et mundaberis a
lepra peccati mortalis quod ad modum lepre

totam naturam corrumpit lepra enim habet ſe-
ptem peſſimas conditiones que correſpondent
ſeptem vitiis capitalibus quia inflat id eſt cauſat
tumorem ſuperbie ſicut auaritiam contagioſa
eſt vt luxuria coſumit humidum radicale vt in
inuidia ardorem habet fetidum gula vocem
facit raucam vt ira et debilitat omnia membra
que eſt accidia ⁊c. Ad que omnia vitia ſananda
ſacramentum confeſſionis habet diuinam vir-
tutem in quo ſacerdos ſedet vt iudex autoritate
dei penitens autem eſt reus coram iudice con-
uictus de crimine accuſator eum conuinces eſt
conſcientia propria eius que teſtificatur contra
eum Jdeo confeſſio eſt iordanis fluuius proce-
dens a fonte omnium gratiarum chriſto qui de-
dit talem poteſtatem ſacerdotibus. Joānis 20
propter hanc ergo chriſti autoritatem nemo fide-
lium querat miraculum ad probandum virtutem
huius ſacramenti Sed mundam ⁊ proteruit peccato
eis inſurgūt contra prelatum talia predican-
tem ⁊ ſepius ducit eum vſq; ad ſupercilium mon
tis i ad anguſtiam et periculum vt precipitent
eum a ſua dignitate ſed domino adiuuante
tranſit ſecurus vſq; ad portum vite eterne ⁊c.

Offertorium ¶ Offertorium Exaudi deus orationem ⁊c. pſal
54 eſt oratio latine eccleſie humiliantis ſe ad
deum qui fecit in ea mirabilia et petit ne deſpi
ciat propter ſuperbiam ſicut grecorū eccleſia ⁊c.
Oratio ſecreta Munus quod tibi domine ⁊c. of-
fert deo ſacrificium eucharistie pro ſalute vere

Com. penitentium ¶ Communio Quis dabit ex ſion
⁊c. pſal 13 optat ſaluationē grecorū quos vocat
Jſrael ex ſion i ex eccl'ia latina eis predicāte q;
illo facto ſimul letarentur in deo ⁊ non eſſent di
uiſi ſicut modo ſunt greci ⁊ latini Oratio finalis
Paſti nobis ⁊c. ide petit pro ieiunantibus qui
ſicut ore percipiunt eucharistiam ita purificen-
tur in mente Super populum implorantes do
mine ⁊c. implorat beneficia ſpiritualia veris pe
nitentibus qui propter deum ſeipſos macerant
et affligunt quātum ad corpus

## ¶ Caput quadrageſimū-
ſecundum de feria tertia hebdo tertie in qua de-
clarat qualitas decimeſeptime generationis ec-
cleſie ⁊ datur mandatum fraterne correctionis

Argumentum officij Ab anno chri 480 vſq; 510



Ecimaſeptima
eccleſie chriſtiane generatio ſub
Romanis pōtificibus Ana-
ſtaſio/Symaco/Hormiſda/⁊
Joanne ac imperatoribus
Anaſtaſio / et Juſtino quo-
rum alter hereticus alter fuit
vere catholicus peracta eſt Et correſpōdet ioſa-
phat regi Juda in vete le qui iam confortato re
gno Jſrael in Samaria cepit pace facere ⁊ ami
citiam contrahere cum Achab peſſimo rege Jſ-
rael nam filiam eius Athaliam in nurum acce-
pit pro filio ſuo uxorem ⁊ rogatus adiuuit eum
in prelio contra regem Syrie. que duo valde diſ-
plicuerunt deo/ et cito deleuiſſet eum niſi quia
alias erat vir deuotus ⁊ catholicus / ⁊ alia bona
opera egerat corā deo Eodem fere modo in hac
17 gene deficientibus iam in eccleſia latina vi-
ribus ex oppreſſione Gothorum tota virtus Ro
mani imperij manſit apud orientales nam eo
tempore vniuerſi Gothi regna occidētalia inua-
ſerunt ſed grecia et alia regna orientalia pacem
cum Gothis habentia a prelijs quieuerunt licet
fedata Arriana perfidia Unde neceſſitate com-
pulſi latini ceperunt familiaritatem grecorum
querere ⁊ eis quaſi potioribus adherere qua-
re ⁊ Romanus pontifex Anaſtaſius fertur tunc
amicabiliter cōmunicaſſe Acatio epiſcopo con-
ſtan et alijs epiſcopis grecis quāuis hereticis
quod induxit ſuper eum indignationem dei Que-
dam etiam pars Gothorum ad imitationem
Athalie venit inſtigatione grecorum in patriam
latinam vt fedaret eam peſte Arriana ita vt qd
predeceſſores eorum egerant in grecia ad simili
tudinem peſſime Jezabel regine Jſrael hoc idē
iſti agerent in Jtalia quaſi mala filia de malo
ventre egreſſa non enim tota gens Gothorum
(que eſt mater) venit cōtra Jtaliā ſed pars eius
quaſi filia nam illorum quidam erant Gothi/
alij Veſegothi/alij Oſtrogothi / alij Vandali/⁊
alij Hunni vocabantur Eſt preterea alia con-
cordia generationis huius noue ad illam vete-
rem quia ſicut Helias propheta tunc increpa-
uit regem Achab idolatrantem ita ⁊ nunc mul-
ti ſancti viri greci habentes ſpiritum Helie in-
crepauerunt prelatos ſuos hereticantes/a fide
Romane eccleſie recedētes quod etiam alij Ro
mani pontifices illius temporis preter Anaſta-
ſium diligenter egerunt qui non ſolum epiſco-
pos ⁊ imperatores grecos hereticantes ſed etiā
reges Gothorum in Jtalia tyrannizantes beni-
gne et humiliter correxerunt et pro eis vt con-
uerterentur ad veram fidem ſepius orauerunt
¶ Ad hoc ſignificandum introitus miſſe huius Introitꝰ miſſe.
diei ſcilicet Ego clamaui quoniam exaudiſti ⁊c.
pſal 16 loquitur in perſona eccleſie latine deum
orantis pro ſua liberatione a perſecutione Go-
thorum/et pro liberatione grecorum/et aliorum
a cecitate mentis et errorum multorum ego in-
quit clamaui in oratione ad te fiduciam habes
quoniam alias exaudiſti me in ſimilibus oratio
nibus inclina ergo deus aurem tuam ad ora-
tionem meā/ et pro id eſt exaudi verba mea que
ſunt hec cuſtodi me domine ab omni errore cō-
tra fidem vt pupillam oculi cuſtodit homo ab
omni leſione ⁊ immunditia ſub vmbra alarum
tuarū i ſub tua paterna miſericordia refrigerate
protege me a perſecutione Gothorum et greco-
rum quod facies ſi cōgregaueris eos ad te ſicut
gallina cōgregat pullos ſuos ſub alas Verſus
Exaudi dne ⁊c. principium eiuſdē pſal inſtat in
eadem petitione quia videtur eſſe iuſta ideo ait
exaudi iuſticia meā Oratio Exaudi nos ⁊c. ap- Oratio.
plicat introitū ad ſenſum moralem pro ieiunāti
bus et penitentibus ſpecificās petitionē de cōti-

nētia/ſeu caſtitate quam impugnant demones.

Ep̄la argumentū. ¶ Epiſtola Mulier quedam de vxoribus ꝛc̄ 4. Regum 4. hiſtoriam ditationis vidue ab Heliſeo adaptat eccleſie latine tribulate in perſecutione grecorum et Gothorum cui verus Heliſeus miſericordiam fecit et habet tres partes In prima proponitur vidue egentis miſeria In ſecūda ibi cui dixit ꝛc adhibetur Heliſei miſericordia In tertia ibi iuit itaqꝫ ꝛc̄ concluditur ſatiſfacientis abundantia ꝛ quia hec hiſtoria precedit illam epiſtole precedentis in textu biblie vt patet ex numeris capitulorum ideo facit ad hoc propoſitū notabile poſitū in ſabbato precedente circa principiū epiſtole .ſ. ꝙ eccleſia ad aliū ſenſum ꝙ biblia has narrat hiſtorias Intedit enī vt dixim us per hanc epiſtolam loqui de qualitate

Prima pars ep̄le. eccleſie latine in 17 ſua generatione Ideo addit in principio epiſtole quod nō eſt in textu biblie In diebꝰ inquit illis 17 ge mulier queda i Romana eccleſia inter ceteras latinas precipua que eſt vna de vxoribus prophetarum i ſanctorum epiſcoporū clamauit in oratione deuota ad Heliſeum i ad chriſtum ſanctum ſanctorum dicens ſeruus tuus vir meꝰ i apoſtolus petrus primus pontifex Romanus iam mortuus eſt qui ſua ſanctitate defendebat me ab aduerſarijs/ꝛ ſuſtentabat in rebus neceſſarijs ꝛ tu noſti ꝙ ipſe erat timens deū ex nimia charitate adeo vt pro honore dei ſe ſubiecerit martyrio crucis et ecce nunc eo defuncto ego remanſi quaſi vidua ꝛ derelicta et venit nunc creditor i tyrannus iſte rex Gothorum deuaſtans totā Italiam maxime hanc dioceſim Romanā ideo vt tollat duos filios meos i populos fidelium ex iudeis ꝛ gentibus vel vltra et citra Romanos in Italia vel duos ſummos ipſius eccleſie i papam ꝛ imperatorem ad ſeruiendum ſibi i obediendum ꝛ conſentiendum eius errori Arrianę perfidie ideo per merita beati Petri apoſtoli tui miſerearis mihi in tanta anguſtia poſita ꝛc

Secunda pars ep̄le. Cui peticioni reſpōdens verus Heliſeus dixit quid i quod ꝛ quale remedium vis vt faciam tibi in corporale vel potius ſpirituale et quia allegas merita viri tui apoſtoli Petri dic mihi preter illa merita an habeas tua propria et quid boni ꝛ virtutis habes in domo tua quo efficiaris idonea ad recipiendum quam petis gratiam At illa reſpondit valde humiliter/ꝛ parum preſumens de ſuis virtutibus/ac meritis nō habeo inquit ancilla tua quicꝙ̄ boni i domo mea i in conſciētia niſi parum olei gratie deuotionis/et miſericordie quo vngar i appaream nitida coram te quod merita mea parua ſunt de quibus ego poſſim gloriari coram te ſed ex munere gratie tue habeo non nihil deuotionis ad deū/ꝛ miſericordie ad proximum quia ꝛ ſana fide teneo ſine erroribus/et ſalutem proximorum et ſtātium exopto totis viribus Hanc humilitatem et charitatem Romane eccleſie reſpiciens chriſtus ait ad eam vade et pete ab omnibus vicinis regionibus vaſa gratie dei vacua bona doctrina non pauca ſed quotquot inueniſ poteris. hoc eſt ex quo habes oleum deuotionis ꝛ zelum ſalutis animarum exerce te quātum poteris in tradenda doctrina fidei oībus hominibus indigentibus ea ſed ne videaris ab hoībus gloriam querere in tali miniſterio ingredere domū tuam et clauſo hoſtio conſcientie ſoli deo intende placere in opere tuo nō hominibꝰ quatenus ita fiat opus tuum in publico vt tamen ſancta intentio tua maneat in occulto et ſoli deo peruia et cum dicto modo intrinſecus fueris tu ꝛ filij tui deuoti predicatores mitte ex oleo gratie ꝛ doctrine tue in omnia vaſa predicta i in homines aptos ad eam recipiendam ꝛ cum vaſa plena fuerint i bene inſtructa in fide ꝛ moribꝰ tolles malum huius tribulatiōis ſtatim quod remedium quod a me petis erit ſpirituale vt ex virtuoſo exercitio tuo in ſalutem proximorum ordinato conuertas omnes aduerſarios tuos ad fidem verā/ꝛ mores bonos ꝛ tunc erunt amici tui ꝛ filij adiuuantes te ſicqꝫ ceſſabit hec tribulatio nam hec gothorū gens barbara que modo fauet grecis aliquādo recedet ab hereſi Arriana et defendet contra grecos fidem catholicam quam tu doces

Audito hoc remedio credidit ſancte admonitioni dei Romana eccleſia ꝛ iuit per viam ſibi oſtenſam predicans omnibus hominibus ſanam doctrinam verbis ꝛ ſanctis exemplis ꝛ clauſit hoſtium conſcientie ſuper ſe et filios ſuos ſicut ei fuerat imperatum nam illi predicatores offerebant vaſa ꝛ illa infundebat oleum miſericordie in homines per multas generatiōes donec plena facta ſunt omnia i omnes nationes ad chriſtum conuerſe ſunt/etiam omnes gothorum gentes ꝛ cum adhuc vellet grecorum populum ab hereſi conuertere dixit ad filium ſuum predicatorem affer mihi adhuc vas iſtud vicinum reſponditqꝫ filius non habeo ipſum docile ſed tumet ſuperbia ideo ſtetit oleum miſericordie i ceſſauit predicatio Romane eccleſie ad grecos propter eorum proteruiam ſed venit illa ꝛ indicauit homini dei chriſto ea que geſta erant circa homines tam bonos ꝙ malos et ille vade inquit per viam mandatorum dei et vende oleum miſericordie i age opera miſericordie iuxta cōſilia euāgelica et huic creditori tiranno redde bonum pro malo vt conuincas eum tu autem ꝛ filij tui deuoti clerici ꝛ predicatores viuite i tempꝰ vite occupate de reliquo i de opere vite contemplatiue que eſt vita ſpiritualis animę hoc eſt preter opera miſericordie in proximos que eſt vita actiua vacate etiam lectionibus ꝛ meditationibꝰ que eſt vita contemplatiua Ad ſenſum etiā moralem vidua eſt anima penitens creditor diabolus qui nititur tollere in ſeruitutem ſuam duos filios eius i intellectum ꝛ volūtatem Heliſeus eſt bonus prelatus qui dat conſilium ſalubre anime vt per opera miſericordie in proximos i per elecmoſinas peccata ſua redimat ꝛc

Tertia pars epiſtole.

¶ Cantus graduałis Ab occultis meis ꝛc̄ pſal' 18 humilitatem Romane eccleſie oſtendit que de predictis operibus miſericordie non ſuperbit ſed po- Graduale

ſtus timet ne fuerit negligens in miniſterio pre-
dicto ſibi cōmiſſo et ne ex defectu ſuo alij pecca-
uerint propter primu dicit ab occultis peccatis
meis que ego non aduerto munda me dne per
gratiam tuā ꝛ ab alienis .i. aliorū peccatis quo
rū ego fui cauſa parce mihi ſeruo tuo Verſus
Si mei non fuerint dn̄ati ꝛc̄. ex eodē pſal. dat ra
tionem petitionis predicte quia tunc emūdabor
a delicto maximo quādo greci Gothi ꝛ alij tyrā-
ni nō fuerint dn̄ati mei ſed potius ego fui p ope
ra miſericordie ſupradicta ꝛ vere immaculatus
Euāgelij argumentum. ero quādo aliorum maculas lauero ¶ Euange
liū. Reſpiciens Jeſus in diſcipulos ꝛc̄. Math 18
notat diligentiam Romanorū pōtificum ꝛ doctorū
latinorum qua exhibuerūt in correctione grecorū
ab erroribus ſuis ꝛ habet tres partes Prima ex-
plicat correctionē primi peccantis Scḋa ibi amē
dico vobis ꝛc̄ declarat modū eccleſiaſtice pote-
ſtatis Tertia ibi tunc accedens ꝛc̄. ſuperaddit ple-
Prima pars euāgelij n iudicium charitatis In illo itaq̄ tēpore 17 ge
quo non ſolū ſeculares ſacerdotes intendebant
ſaluti proximorum ſed etiam Heliſeus .i. ordo mo
nachorum incepit oleū deuotionis multiplicare
in eccl̄ia latina reſpiciens Jeſus .i. diſcipulos ſuos
.i. chriſtianos latinos vera eius doctrinā ſectan-
tes dixit Simoni petro .i. precepit Romano pō-
tifici tenēti ſedem apoſtoli Petri non ſolū ope
ra miſericordie corporalia ſed etiā ſpūalia quo-
rum maximum eſt correctio fraterna ſi peccaue-
rit inquit frater tuus in chriſto populus grecus
in te .i. contra te/vel eccleſiam latinam heretican
do/vel ſciſma faciendo/aut ſubtrahēdo ſe ab obe
diētia tua q̄ de iure diuino debet habere vade .i.
diligenter occurre ei ex zelo charitatis ꝛ corripe
eum fraternaliter inter te et ipſum ſolū .i. ſecreta
ammonitione et ſine ſtrepitu iudicij forenſis ro-
gas eum benigne vt a peccato ſuo deſiſtat pro-
pter honorē dei Et ſi taliter ammonitus te audie-
rit cum effectu itaq̄ corrigatur a peccato ſuo be-
ne quidem quia lucratus eris animā fratris tui
greci quod lucrum magni precij eſt apud deum
et pro eo deus dabit tibi magnum premium et
de facto ita accidit in multis grecis qui conſen-
ſerunt doctrine Romane eccleſie Si autem pro
teruus grecus te ſimpliciter et benigne monen
tem non audierit ad ſe corrigēdum/ſed proteruus
perſtiterit in ſuo errore vt maior pars grecorum
fecit adhibe tecū ad exhortadum adhuc vnum/
vel duos teſtes ex maximis doctoribus greco
rum vt Gregorium nazanzenū/Gregorium ni-
ceniū/Joānē chriſoſtomum/Athanaſium ꝛc̄
et eorū in ſententijs veridicis redarguas eius er-
rores ita ſicut in curia ſeculari in ore .i. dicto duo-
rum/vel trium teſtium app ob ſtorum ſtat certū
omne verbum vt dicitur Deutero 17 Jta in ſen
tentia duorum/vel trium magnorum doctorum
eccleſie confirmatur eſſe vera omnis doctrina de
fide/aut moribus chriſtianorum Quod ſi adhuc
fuerit grecus tam proteruus vt nec illis teſtibus
credere velit/nec te ꝛ illos audierit dic eccleſie .i.
congrega cōcilium generale (qḋ totā dei eccleſiā
repreſentat) ad iudicialiter procedendum contra
proximum ſic peccantē ꝛ corripiēdum eum coa-
cte per penas et cenſuras eccleſie qḋ et factum
eſt in etate illa ſepius congregatis concilijs in
Aſia/Grecia/Affrica/et latina Europa Quod ſi
denique conuentus grecorū fuerit ita obſtinatus in
ſuis erroribus vt etiam totam eccleſiam dei cor
ripientem nolit audire obediendo preceptis et
ſententijs eius iam ille quaſi infirmus deſpe-
ratus a medicis derelinquatur ꝛ ſit tibi .i. a te de-
claratus ſicut ethnicus .i. infidelis/ꝛ publicanus .i.
publicus/ac manifeſtus peccator infamis dete-
rior omni pagano quod excommunicetur ab eccl̄ia
per latam ſententiam publicam contra eum et
reputetur quaſi non chriſtianus Et ne greci va Scḋa pars euāgelij
leat dubitare de hac tua poteſtate iudiciali in ter
ris qua valeas pertinaces excommunicare maxi-
me approbante generali concilio amen .i. certiſ-
ſime cum iuramento dico .i. affirmo vobis Ro-
manis pontificibus q̄ quecūq̄ mandata alliga
ueritis .i. alligando/ſeu obligando dederitis ho-
minibus viatoribus ſuper terram , erunt ligata
imo ligantia / ſeu obligantia eos in celo .i. apud
deum ꝛ quecūq̄ prius ligata per vos ſolueritis
.i. relaxaueritis penitentibus/ꝛ ad obediētiam ec-
cleſie venientibus erunt ſoluta .i. abſoluta ꝛ rela
xata in celo .i. adeo que promiſſio vera eſt indif-
fereter de omni ſententia Romani pontificis tam
in rebus agendis q̄ in credēdis quia eſt ei obe-
diendum ſub deo ab omnibus fidelibus ꝛ qui ei
non obedit pertinaciter non eſt cenſendus fide-
lis/ſed potius ethnicus ꝛ publicanus quare gre
cus populus ei noles obedire talis eſt a fidelibꝰ
habendus De poteſtate vero generalis concilij
iterum dico vobis q̄ ſi duo vel tres populi fide-
lium ex vobis latinis congregati vtpute Itali/
Germani/Galli/ ꝛ Hiſpani cōſenſerint in eandē
ſententiam circa credenda / vel agenda a fideli-
bus de omni re tali quācunq̄ petierint illuſtra-
tionem ſupnaturalem fiet illis reuelatio a patre
meo, vero deo qui eſt in celis ꝛ hoc propter amorē
mei qui ſum eius filius dilectiſſimus nā vbi ſunt
duo/vel tres hoīes/aut populi cōgregati in noīe
meo .i. habetes nomen meum vt a chriſto dican-
tur chriſtiani et tractantes de honore meo vt de
articulis fidei mee vel etiam procurantes ſalu-
tem, animarum vt regulas vite virtuoſe quā ſa-
lutem ſignificat nomen meū Jeſus ibi ſum ego
in medio eorum ergo ſaltem propter me qui ſum
in illa congregatione deus concedet illis gratiā
ꝛ ſcientiam petitam ꝛ ſi hec ſententia vera eſt de
concilio particulari/ aut prouinciali vbi concur-
runt ſolum duo / aut tres populi/vel prouincie
quātomagis vera erit de concilio generali om-
nium populorum fidelium ad quod tot prouin-
cie/vel nationes cōcurrunt in nomine chriſti ad
tractandum de credēdis/ꝛ de alijs que pertinēt
ad bonos mores pro ſalute animarū quare in-
dubitanter tenendum eſt ex hac chriſti promiſ-
ſione q̄ determinationes conciliorum genera-
lium de fide et moribus ſint deo accepte appro-

batecꝫ et quicunqꝫ illis non aſſentit indignationem dei omnipotentis proculdubio incurrat. quod etiam confirmari poteſt ſimili dei ſentētia in ve. le. vbi de ſummo pontifice et concilio ſuo hec verba ponūtur Deuterono 17 Si difficile ꝛ ambiguum apud te iudicium eſſe pſpexeris inter cauſam ꝛ cauſa ꝛc et iudicū intra portas tue vrbis videris verba i ſententias variari ſurge et aſcende ad locū quem elegerit dominꝰ deus tuꝰ venieſqꝫ ad ſacerdotes et ad iudicem qui fuerit illo tempore i ad ſummū ſacerdotem quereſqꝫ ab eis qui iudicabunt tibi iudicij veritatē et facies quecūqꝫ dixerint et docuerint te iuxta legem eius qui preeſt illi loco ſequerisqꝫ ſententiam eorum/nec declinabis ad dexteram neqꝫ ad ſiniſtram qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio qui eo tempore miniſtrat dño deo tuo ex decreto iudicis morietur homo ille/ꝛ auferes malū de iſrael vt cunctus populus audiens timeat et nullus deinceps intumeſcat ſuperbia hec ibi ad littera et ſatis conſone ad hec chriſti verba hoc excepto ꝙ in euangelio inobediens ſummo pontifici et concilio totius eccleſie precipitur excomunicari vt ethnicus ꝛ publicanus ſed in lege veteri q̄ erat lex timoris ꝛ rigoroſa precipitur talis occidi lapidibꝫ vel igni Hereci ergo nolentes obedire decretis romani pontificis ſummi et ſanctorum conciliorū profecto habendi ſunt ſicut ethnici/ꝛ publicani/ac vere ſunt excomunicati ab eccleſia ſanctorum ꝛ ſeparati a

Tertia ps euāgelij christo Sed quia quādiu ſunt viatores conuerti poſſunt ad deum/ꝛ reſipiſcere ab erroribus ſuis/ ac veniā petere in eccleſia dei ideo accedens petrus i Romanus pontifex ad ieſum per deuotā oratione dixit ei dñe quoties peccabit in me frater meus grecus et dimittā ei peccatum ſi veniā petatꝰ nunquid ſufficiet ei dimittere ſepties? Reſpondit ieſus per ſacras ſcripturas no ſolum dico tibi vſqꝫ ſepties qui eſt numerus capitalium peccatorum ſed etiam vſqꝫ ſeptuagies ſepties i ſepties vndecim qui eſt vniuerſalis numerꝰ criminum vitiorum nam decem ſignificat legem dei propter precepta decalogi ergo vndecim ſignificat legis tranſgreſſionem ꝛ peccatum qui ductus per ſeptenarium denotabit vniuerſitatem peccatorum vt ſit ſenſus quotieſcūqꝫ proximus peccator petit a te veniam humiliter de quocūqꝫ peccato dimitte ei libenter ergo quandocūqꝫ heretici grecorum ad obedientiam ꝛ vnitatem ſancte matris eccleſie Romane veniam petentes humiliter redierint ſunt benigne recipiendi ab eo qui ſedem ꝛ fidē beati petri apoſtoli tenet in terra Patet ergo ex iſto euangelio duplex romani pontificis ꝛ generalis concilij poteſtas iuriſdictionis altera in foro ſecreto ſacramenti penitētie ad abſoluendum homines a peccatis ꝛ ligandum eos operibꝫ ſatiſfactionis. altera in foro publico iudiciali ad coercendum rebelles per penas ꝛ cēſuras excōmunicationis/ſuſpenſionis/ ꝛ interdicti et ad abſoluendum innocentes ꝛ etiā humiliter penitentes ab huiuſmodi cenſuris que imponunt a prelatis nō ſine culpa ſubditoꝝ/vel ſaltē no ſine cauſa ꝛc. ¶ Moraliter vero hoc euā- Moralitas. gelium denotat officiū boni cōfeſſoris in quadrageſima qui tenet ſecretis ammonitionibꝰ corrigere penitentē arguēdo errores eiꝰ imo extra cōfeſſionē curatus aiarū obligat amicabiliter ſuadere parrochianos ſuos dādo eis bona conſilia tū in predicationibꝰ eccl'ie tū ꝛ in collocutionibꝰ familiaribus p domos ſuas et requirēdo ab eis ex parte dei vt emedent vitā ſuā abſtinētes a peccatis maxime publicis que offendūt deū ꝛ ſcādalizāt proximos Et qꝛ nō oes recipiūt bona cōſilia ꝛ correctiones eodē modo ideo chriſtus in euāgelio notat quattuor gradꝰ corrigendorū quidā enim peccatores ſunt ſimplices bone indolis ꝛc ꝛ de his ait ſi peccauerit in te frater tuus corripe eū inter te ꝛ ipſum ſolū ꝛc Alij ſunt elati ꝛ preſumptuoſi ſpernētes conſiliū bonū ſibi humiliter ppoſitū ꝛ de his ſequit ſi te non audierit adhibe tecū vnū/ vel duos teſtes hoies ſ. prudentes/bone fame/ꝛ bone conſcientie ꝛ hoc ſiue viuentes/ſiue iam defunctos allegādo dicta/vel ſcripta eoꝝ ad cōuincēdā ſuperbiā peccatoris Alij ſunt duri ꝛ proterui habētes ſpiritū contradictionis ad omne qđ ſibi dicitur/vel allegatur in correctionē ipſorū et de talibus additur ſi eos non audierit dic eccleſie i prelato vt per cenſuras ꝛ penas coerceat eos ꝛ corrigantur vel inuiti ne ſint alijs occaſio ruine aut ſi mitius agere velis allega eis aliquam determinationem eccl'ie que facta eorum damnet. Alij demū ſunt iniqui ꝛ malitioſi omninoqꝫ deprauati ad quorum correctionem nihil predictorum ſufficit quia ſunt potētes ꝛ tyrāni ꝛ de illis concluditur ſi eccleſiam non audierit ſit reputatus ſicut ethnicus ꝛ publicanꝰ ꝛc ¶ Offertoriū Offertorium Dextera dñi fecit ꝛc ps 117 eſt gratiarūactio latine eccl'ie de poteſtate et gratia ſibi a deo data quā vocat virtutem ꝛ exaltationē honoris ideo ſubdit nō moriar i nō ceſſabo a correctione proximorum ſed viuā per fidem ꝛ charitate dei ꝛ in predicationibus/ac officijs eccl'ie narrabo opera domini ꝛc Secreta oratio p hec veniat ꝛc offert deo ſacrificium euchariſtie pro ieiunantibus ad impetrandum eis gratia ſue correctionis ab humanis exceſſibꝰ ¶ Cōmunio Domine quis habitabit ꝛc pſal' 14 facit differentiam inter grecos ꝛ latinos eo ꝙ hi ſine macula hereſis viuētes digni ſunt habitare in eccleſia ſancta dei illi vero hereſi maculati excommunicati ſunt ab eccleſia ſicut ethnici ꝛ publicani Finalis oratio ſacris domine ꝛc quod dixit cōmunio applicat moraliter ad ieiunantes petendo eis expiationē a maculis peccatorum Super populum ſ. bueniat nobis ꝛc virtutem euchariſtie ſuſcepte applicat fidelibus qua eripiantur a peccatis ꝛ peccatorum penis periculoſis

Cōmunio (margin)

## ¶ Caput quadrageſimū-

tertium de feria quarta ad decimamoctauam eccleſie generationem pertinēte ꝛ mores ieiunantium diſponente.

Argumē-
tū officij
Ab anno
chri ſie
vſq; 540

**D**Ecimaoctaua generatio eccleſie chriſtiane imperante tunc Juſtiniano legiſlatore maximo ſub Romanis pontificibus Sixto/ Bonifacio/ Joāne/ Agapito/ et Silverio decucurrit correſpondens Joram regi Juda in vete le. ſub quo amplius ſolito cōiūctum eſt regnum Juda regno Iſrael eo q̄ Joram eſſet gener Achab regis Iſrael vnde ſecuta eſt depravatio totius regni Juda quādo ad imitationem ſui regis multi nobiles ibant per vias et mores regum Iſrael idola colētes et hoc adeo q̄ nunq̄ legaſ tunc tēporis reges Iſrael veniſſe in Judam ſed potius reges Juda ibant ad regem et regnum Iſrael propter maiorem eius gloriā et potentiam quod minime deo placuit Ideo leguntur epiſtole reprehēſione Helie prophete (licet ipſe eſſet de regno Iſrael) ad Joram regē Juda in hec verba quia non ambulaſti in vijs Joſaphat et Aſa patrum tuorum regū Juda ſed inceſſiſti per iter regum Iſrael et fornicari feciſti Judā et habitatores Hierusalem ad imitationē domus Achab ecce dns percutiet te plaga magna cū populo tuo etc. Et poſt paucos dies aſſumpto Helia ab hominibus Heliſeus diſcipulus eius cepit miracula operari in virtute ſpiritus Helie ſibi inſufflati cum augmento dupli[illegible] Similiter etiā in hac 18 generatione eccleſie Theodoricus rex Gothorum in Italia regnans ex conſenſu Anaſtaſij imperatoris erat impius fidei et charitatis adverſarius et bonorū virorum perſecutor et cum tanta eſſet Arrianorum potentia catholici ab eis ſe abſtinere non poterant et licet Juſtinianus imperator catholicus in grecia Arrianos reformare ad veram fidem niteretur non valuit tamen impediente tyrannide regis Gothorum qui miſit ad eum dicens q̄ niſi ipſe in grecia et Aſia ab Arrianorum perſecutione deſiſteret q̄ ille in Italia catholicos opprimeret et eorum eccleſias omnes vel everteret/ vel clauderet quare ſanctiſſimus papa Hormiſda ire coactus eſt conſtantinopolim ad imperatorem et patriarcha vt cum eis tractaret id quod pro qualitate temporis vtilius videretur eccleſie dei idē fecit ſucceſſor eius Joānes papa mittens illuc Germanū capuanum epiſcopum/ et rogans imperatorem vt epiſcopos Arrianos exules revocaret ab exilio Anaſtaſij predeceſſoris ſui ſed nec ſic potuit impijſſimi regis Theodorici furorem mitigare quia vt Gregorius narrat in dialogis idem rex papam Joannem incarceravit vſq; ad mortem/ et Simacum patricium alioſq; nobiles Romanos occidit vt ſimilis fieret peſſimo regi Iſrael nomine Jora filio Achab qui omnes fratres ſuos occidit et multos alios nobiles vt ipſe regnaret Et ſicut de iſto legiſ q̄ fecerit malū coram domino ſ idolatrando ita in hac generatione eccleſie epiſcopi conſtantinopolitani Arriane/ ac Neſtoriane perfidie dediti erant Sed claruit tunc apud latinos ille magnus monachorum patriarcha ſanctus Benedictus veniens in ſpiritu et virtute Heliſei qui erat pater multorū prophetarum in Hierico precesserat quidem in eccleſia dei multi heremicole in ſpiritu et virtute Helie vt Anthonius/ Macharius/ Arſenius/ et alij iam aſſumpti ab hominibus ſicut Helias et vita illa heremitica adhuc permanente inchoata eſt vita conuentualis monachorū ſicut vivere ad hac Helia cepit Heliſeus congregare filios ſpūales qui dicebantur filij prophetarū in hierico que ſita eſt in tribu Beniamin q̄ vt diximus adheſit tribui Juda cū ſacerdotibus et levitis et ita Heliſeus qui erat de regno Iſrael cōmunicabat tribui Juda mediator factus inter eas ſimiliter et ſanctus Benedictus cōgregans filios in monaſtica profeſſione que propagata erat a ſanctis patribus grecorū vt Baſilio et alijs effectus eſt mediator grecorū et latinorum ſequens vitā illorum et tenens latinam fidē iſtorum interim tamen prelati grecorū heretici quātum poterant pernitioſam doctrinā ſeminabant Contra quos tūc Romani pontifices concilia celebrabant et illorum errores damnabat ¶ Ad ſignificādam ergo illius temporis qualitatem introitus huius miſſe Ego autē in dño ſperavi etc. ps 30 eccleſia latinā introducit inter tribulationes exultatem ſup miſericordia dei ſecū facta in his que tangūt fide/ religione/ et alias gratias ſpirituales quas ſibi dns conceſſit propter humilitatem ſuam quia humiliter ſuſtinuit adverſitates tyrānorum quia obediēs fuit decretis pontificū Romanorum. Verſus In te dñe ſperavi etc. principiū eiuſdē pſal. ꝯfitetur fiduciā et ſpem ſuā in deo orans vt ipſe ſit eius protector Poteſt ex premiſſis idē introitus applicari ſancto Benedicto et ſue religioni q̄ incepit in magna humilitate/ et exercitio multarum virtutū/ ac gr̄arum dei in quo tota ſua ſpem ponebat non in mundo etc. Oratio Preſta nobis queſumus dñe etc. applicat introitū ad ſenſum moralē pro ieiunantibus petens eis propitiatione et miſericordia dei propter ſuam humilitatē ¶ Epiſtola Hec dicit dns homo a patrem etc. Exodi 20 inſtruendo latinos in lege dei reprobat grecos eā non obſervantes cuius ſunt tres partes Prima ꝑponit precepta ſecūde tabule Scda ibi cunctus autē ppl's cernebat terrorē ſubdite familie Tertia ibi dixitq; [illegible] etc. ſupaddit mādata de cultu latrie Ubi advertendum q̄ licet in predicto capl'o 20 libri Exodi prius ponātur mādata prime tabule de cultu latrie/ et de ſervāda fide recta tamen quia greci in hac generatione magno odio pſequebātur latinos et exercitu Gothorum eos affligebant propterea hec epiſtola incipit a preceptis ſecūde tabule que omnia fundantur in dilectione proximorum vt inde appareat magna perverſitas grecorum Proponit ergo prelatus fidelibus chriſti mandata divina hec dicit et mandat vobis dñs deus veſter cuius fidem ꝯfitemini Honora patrem tuum non tatum carnalē tui corporis quātum ſpiritualem tue mentis i. honora prelatum

Introitꝰ miſſe.

Oratio.

Epl'e argumentū

Prima ps epl'e.

tuum maxime Romanũ qui eſt ſupremꝰ pater
oim fideliũ. ⁊ ſilr honora matre tuam ſpirituale
que eſt eccleſia catholica ⁊ inter ceteras maxime
honora eccleſiã Romanã q̃ eſt mater oim eccliar-
rũ honora dico obediedo humiliter/ ac reuerẽter
mãdatis eius vt ex illo merito det tibi deus ma
gnum premiũ ſ vt ſis longeuus ſuper terram i
diu in pace ⁊ proſperitate ſancte matris eccleſie
viuas ſuper terrã et quia latinus populus hoc
mandatũ ſeruat. deus ſibi hanc gratiã cõfirmat
quo cõtra quia grecus hoc contẽnit veniet ſuper
eum maledictio illa Prouer 30 oculũ qui ſub-
ſanat patre ſuũ/ et deſpicit partũ matris ſue ſuf-
fodiãt aut eum corui de torretibus/ ⁊ comedant
eum filij aquile per patrẽ ⁊ matrem intellige põ
tificem ⁊ eccleſiã Romanã. per coruos turchas
per filios aquile tyranos latinos quoꝝ impera-
tor habet inſigne aquile Alterũ preceptum eſt.
Non occides ꝓximum tuũ. ſicut grecus facit cõ-
tra latinum mittẽdo exercitum Gothorum non
mechaberis i adulterabis fide miſcedo errores
ſicut facit grecus non furtũ facies primatus Ro
mani põtificis ſicut facit epiſcopus Conſtatino
politanus non loqueris contra ꝓximum tuum
falſum teſtimoniũ quẽadmodũ grecus cõtra la-
tinũ qui appellat eum hereticũ non cõcupiſces
rem i. vtilitatem proximi tui/ vel bona tẽporalia
eius ſicut greci qui querunt expoliare latinos:
nec deſiderabis vxorẽ i eccleſiam eius ad corrũ-
pendum caſtitatẽ fidei ſue ſicut heretici deſide-
rant non ſeruum neq̧ ancillam dei. non bouẽ i.
predicatorẽ non aſinum i ſimplicem laicũ quo-
rum fidem corrũpere nituntur heretici neq̧ deſi
derabis ad malũ vſum omnia que illius ſunt:
ſicut greci qui modis omnibus dãnificabãt lati
Secũda ps eple. nis Qua perſecutione perterriti populares ec-
cleſie latine clamabãt ad prelatum cũctus enim
populus latinorũ audiebat voces i. cõminatio-
nes grecorum/ ⁊ lãpades. i. incendia ire ſue/ ⁊ ſo-
nitum bucine Gothorum bellantiũ/ mõtemq̧ i
regem eorũ ſuperbum fumigentẽ i. cõburentem
multas ciuitates/ ⁊ oppida Italie his perterriti
latini ⁊ pauore concuſſi ſteterunt procul i fuge-
runt dicẽtes Moyſi i prelato ſuo pontifici Ro-
mano loquere tu nobis ⁊ grecis. i. ſis mediator
pro pace cõponenda inter eos et nos q d perge
tu in greciam et loquere ad eos blande ne forte
ipſi veniant ad nos nec permittas vt loquatur
nobis i veniat ad nos dñs iſte tam potens ſ rex
Gothorum ne forte moriamur ſub eius tyrãni-
de Prelatus vero cõfortans eos dixit ad popu-
lum nolite timere q mori amini oes in hac per-
ſecutione vt enĩ probaret patientiam ⁊ fidem ve-
ſtram deus venit cum hoc grandi exercitu Go-
thorum ⁊ vt terror illius eſſet in vobis cauſa vt
non peccaretis ſicut greci qui ex nimia proſpe-
ritate tẽporali iactant ſe ⁊ improperant pauper
tate latinoꝝ Stetit itaq̧ ppls de lõge fugiẽs ab
exercitu Gothorum prelatus aũt acceſſit pro ne-
gocijs ſue eccleſie ad caliginem grecorũ vt miti-
garet ſi poſſet furiam eorum. in qua tamen cali-
gine erat deus ordinans illam perſecutionem
ad bonum latinorum alias nunq̃ eã ꝑmiſiſſet
Propterea iterum locutus eſt dñs ad prelatum Tertia ps epiſtole
vt confortaret populũ ſuum hec inquit dices fili
js veri iſrael i chriſtianis latinis hec dicit vobis
dñs vos vidiſtis per experientiã q de celo i cele
ſti prouidentia locutus ſum vobis magis factis
q̃ verbis qꝛ miſi ad vos purificatiuas tribulatio
nes malorũ vt abſtraherent corda veſtra ab ap-
petitu terrenorum/ ⁊ eleuarent ad deſideria cele-
ſtium ideo deinde non facietis vobis deos argẽ
teos neq̧ aureos i non eritis auari cupientes
aurum et argentum ſicut greci quia auaritia eſt
idolorum ſeruitus ſed altare de terra facietis mi
hi i in humanitate et paupertate ſeruiens mihi/
et offeretis ſuper eo. i. humili corde holocauſta et
pacifica veſtra. i. non carnalia ſacrificia que non
ſunt veſtra ſed ſpiritualia que ſunt vobis pro-
pria nam holocauſta offerunt boni religioſi qui
ſe totos offerunt deo pacifica et alia genera ſa-
crificiorum offerunt ſeculares quando deuotas
orationes ieiunia ⁊ eleemoſinas faciunt ad pla-
candum deum offeretis etiam oues veſtras ſpi-
rituales i animas innocentes et boues i labo-
rioſas in omni loco in quo fuerit memoria no-
minis mei i. in patria latina vbi rectius quam
alibi laudatur nomen meum Ad ſenſum vero
moralem fere ſimiliter exponeretur epiſtola qꝛ
ieiunantibus proponuntur mandata dei obſer-
uanda cum cõminationibus penarũ contra traſ
greſſores ad terrorem populi qui ſe comendat in
terceſſiõi ſui ꝑlati vel curati vt ipſe ꝓ eis loquaẽ
ad deũ quibus ille reſpondet ex parte dei. nõ fa
cietis deos argenteos ⁊c. vt prius expoſitum eſt
¶ Cantus gradualis miſerere mihi domine ⁊c Graduale
pſal. 6 petit adeo auxilium ad bene implenda
dei mandata ſibi propoſita qꝛ natura noſtra in-
firma eſt ſine adiutorio gratie ſanãtis Verſus
conturbata ſunt ⁊c. ex eodem pſal 6 allegat ad
huc turbationẽ perſecutionis que impedit ope-
rationem virtutum de quibus dantur mandata.
et in hac perſecutione nõ ſolum turbantur mino-
res/ ſed etiam oſſa. i. ꝑlati et doctores et anima i.
viri ſpirituales ideo neceſſariũ eſt dei auxilium
¶ Euangelium acceſſerunt ad ieſum ⁊c Mat- Euãgeliũ argumentum.
the. 15 conformiter ad epiſtolam ſed clarius re
probat grecorum maliciam qui legem dei non
cuſtodiunt in quo primo retunditur grecorum
calumnia contra latinos Secundo ibi et con-
uocatis ⁊c reſpondetur generali regula contra
cecos Tertio ibi reſpondens autem ⁊c declara-
tur regula propter indoctos In illo itaq̧ tem Prima ps euangelij.
pore 18 qꝫ acceſſerunt ad ieſum i ſaluatore ani
marum Romanum pontificem ſcribe i ſapien-
tes grecorum ſed phariſei i heretici ab eccleſia di
uiſi venientes ab iheroſolimis i ab humana cu
rioſitate cerimoniarũ nõ neceſſariarum que per
Hieruſalẽ ſignificãtur terreſtrem qui erat locus
cerimoniarum ve le dicebant ergo irriſorie greci
latinis improperantes quare o Romane epiſ-
cope diſcipuli tui chriſtiani latini qui doctrinam

tuam ſequuntur. quare tranſgrediuntur traditio
nes i. decreta ſeniorũ. i antiquorum conciliorum
grecie circa ritũ et cerimoniã ſacramẽtoꝝ/maxi-
me ſacramenti eucharistie non enim lauant ma
nus. i non purificant opera exteriora in miniſte
rio eucharistie. qꝛ nec veſtes nec vaſa ſacra habẽt
ꝑcioſa in altari chriſti ſed abiecta ꝛ vilia. hoc di-
cebant irridentes paupertatẽ latinoꝝ poſtq̃ ex-
poliati erant ab exercitu Gothoꝝ. ac ſubinde cõ
cludere volentes ꝙ melior ꝛ deo acceptior erat
eccl'ia grecoꝝ q̃ latinorum Huic calũnie ipſe ro-
manus potifex reſpõdens in fauore latinoꝝ pri-
mo iproperat grecis aliud magis repͤhenſibile
et ait illis quare vos greci tranſgredimini man
datum dei (quod longe maius eſt ac ſanctius q̃
traditiones ſenioꝝ in grecia) de honore et reue-
rentia p̃latis exhibẽda propter traditionem ve-
ſtram de cerimonijs exterioribꝰ quia enim lati-
ni pontifices Romani nõ obſeruãt cerimonias
veſtras q̃ forte non ſunt apte patrie ſue propte-
rea vos diſceditis ab eorum obedientia q̃ eſt de
iure ac mandato diuino neceſſaria omnibus fi-
delibus ad ſalutem nam dixit deus in ep'la ho-
dierna honora patrem ꝛ matre maxime ſpũales
qui ſunt Romanus põtifex ſucceſſor ap'li Petri
ꝛ eiꝰ eccleſia ꝛ intelligit de honore obediẽtie in
mandatis eius ac etiam de honore in verbis ad
hos parentes ꝛ de eis p̃latis nam dixit deꝰ ad-
des huic ꝑcepto Deutero 5 Qui maledixerit pa
tri aut matri morte moriatur qd ad p̃dictos pa-
rentes applicatũ cõminatur mortem peccati in-
fidelitatis ꝛ gehenne vos aute greci feciſtis con
trarium quia neq; iſtum patrẽ honoraſtis cũ de
bita obedientia/ꝛ contra eũ verba valde iniurio
ſa protuliſtis vocãtes eum hereticum/ ꝛ negan-
tes eius ſupremam poteſtate in terris/ꝛ tandem
decipitis ſimplices trahentes eos ad errores ve-
ſtros ne obediant Romano pontifici qꝛ dicitis
cuilibet eorũ quicũq; dixerit patri vel matri ro-
mane munus ſeruicij ꝛ obdientie quodcunq;
eſt i ꝓcedit ex me/qꝛ a me exhibitũ p̃lato Con-
ſtantinopol. tibi ꝓderit i tibi reputabitur factum
hoc eſt tantum valebit ac ſimile munus tibi ex-
hibitum a tuo ſubdito latino qꝛ quilibet epiſco-
pus debet reputari papa a ſubditis ſuis qđ ta-
men falſũ eſt maxime de illo ep̃o qui nõ eſt obe
diens Romano põtifici vicario generali chriſti
ſed eſt ab eo diuiſus per aliquam hereſim talis
inq̃ chriſtianus ſic reſpõdes non honorificabit
ſuum patrem aut matrem ſpirituales ſicut tene
batur ex precepto dei ideo vos talia pſuadentes
irritum feciſtis mandatum dei propter traditio-
nem veſtram Hypocrite ideſt ficti chriſtiani vos
eſtis de quibus bene ꝓphetauit Eſaias cap̃ 29
dicens in pſona dei Pp'ls hic grecoꝝ labijs me
honorat quia ſe vocat meũ ꝛ confitetur me verũ
deum ore ſed cor eorum i voluntas longe eſt a
me quia nolunt mandata mea ſeruare q̃re ſine
cauſa i fruſtra ꝛ ſine ſpe mercedis eterne colunt
me hoc modo docentes doctrinas ꝛ mãdata ho
minum q d hoc non eſt colere me ſed hoĩes quo

rum mandata obſeruant non dei. Secundo põ- Secunda pars euangelij
tifex Romanus reſpondet calũnie grecorum et
conuocatis ad ſe turbis latinoꝝ dixit eis. audite
verba mea/ꝛ intelligite ſenſum eoꝝ veridicũ nõ
omne. i nihil extrinſecum quod intrat in os ho-
minis coinquinat hominẽ hoc eſt nulla corpo-
ralis immundicia de ſe facit homine deo abho-
minabilem ſed potius intrinſecũ malum eius
quod ab intra ꝓcedit in opus exterius hoc coin
quinat homine quia eſt immũdicia ſpũalis deo
abhominabilis ergo licet vaſa ſacra ꝛ veſtes la-
tinorum pauperes et abiecte videantur manus
immunde ac ſordide in altari chriſti ad mandu-
candum pane celeſte tamẽ hec non conſtituent
eos peccatores ꝛ abhominabiles deo ſi interio-
ra ſua munda ſint a peccatis maxime hereſis et
infidelitatis qualia vigent apud grecos i aben-
tes exteriora ornamenta eccl'ie valde precioſa et
mũda Que verba p̃lati audientes diſcipuli ſa-
tis timidi de pſecutione grecorũ dixerunt ei ſcis
vel debes ſcire ꝙ pharisei i greci iſti audito hoc
verbo tuo repͤhenſorio cõtra eos ſcãdalizati ſunt/
ac perinde amplius concitati in odium noſtrũ ꝛ
forte acrius pſequentur latinam eccl'iam donec
omnino deſtruant illam quod malũ deberes tu
vitare ꝛ nõ eos ꝓuocare Sed prelatus zelo dei
plenus reſpõdit intrepidus omnis plãtatio do-
ctrine quam nõ plantauit pater meus celeſtis i.
deus verus eradicabitur nec diu pmanebit qꝛ
non eſt doctrina dei. ꝛ talis eſt doctrina heretico
rum grecoꝝ ipſa ergo ꝛ omnia q̃ in fauorem eiꝰ
greci moliuntur deſtruẽtur ꝛ euaneſcẽt cito ideo
non timeatis eos ſinite illos parũ ꝑualere con-
tra nos ex diuina permiſſione ſed non vident q̃
cito peribit ſuperbia eorum qꝛ ceci ſunt p̃lati gre
ci in peccatis ꝛ duces i doctores ſubditorũ ceco-
rum excecauit enim eos malicia eorum et acci-
det eis ſpũaliter quod in ꝓuerbio dicitur de ce-
cis corporaliter ſ. ꝙ ſi cecus ceco ducatum pſtet:
ambo in foueã cadẽt ſpiritualis fouea infernus
eſt poſt hanc vitam ſed in hoc ſeculo eſt captiui
tas eorum ſub rege infideli ad quã ꝑfecto deue- Tertia pars euãgelij
nient greci propter peccata eoꝝ. Confortatus er-
go populus latinus ex verbis p̃lati ꝛ factus pe-
trus. i firmus in fide dixit Romano põtifici edi-
ſere nobis parabolã illam quã pauloante ꝓpo-
ſueras ſ. nõ quod intrat in os ꝛc̃ at ille reſpõdit
quaſi repͤhendes tarditatẽ ingenij diſcipulorum
ꝛ dixit eis adhuc. i etiam ꝛ vos latini ſine intelle
ctu ſpirituali eſtis ſicut greci carnalibꝰ deditti ne-
gocijs non poteſtis intelligere ꝙ p immundiciã
corporalem q̃ ab extrinſeco veniens ꝛ in os hoĩs
intrat atq; in ventrẽ vadit ꝛ tandẽ p ſeceſſũ emit
titur ſignificetur miſeria huius mundi vt paup-
tas/ infirmitas/perſecutio ꝛc̃ que ab extrinſeco
veniens non poteſt homini iuſto nocere qui eã
patienter tollerat ꝛ p ſubtilem maſticationem i.
cõſiderationem eã digerit in ventre aĩe ſue do-
nec tandem emittatur p ſeceſſum. i receſſum ab
eo iam purificato quando dei mĩa eum liberat
ab illa miſeria. ſed mala q̃ ꝓcedunt de ore hoĩs

in corde eius generantur ⁊ ad opus exteri⁹ malū puenīunt vt cogitationes/ ⁊ locutiones male de homicidio/adulterio/furto/⁊ falso teſtimonio contra proximum/ atq̧ blaſphemia contra deū hec ſunt peccata grauiſſima contra mādata dei in epiſtola ppoſita q̄ ſpūaliter coinquinat hominem talia ppetrantē nō pdicte immundicie ſ miſerie corporales modo ad propoſitū applicando parabolam d eo ꝙ licet greci deſpiciāt nos propter noſtrā miseriam temporale qua patimur tamen deus non deſpicit nos propter ea ſed potius deſpicit eos in quib⁹ ſunt immundicie ſpirituales multe ſ homicidia/adulteria fornicationes/furta/falſa teſtimonia ꝯtra pximos latinos/ et quod peſſimū eſt blaſphemie ⁊ hereſes contra deum hec ſunt q̄ illum populū valde coinquinant ⁊ abhominabilē deo faciunt ¶Moraliter vero hoc euangelium reprehendit calūnias mundanorum impenitentiū qui ad palliandum ſeu excuſandum malam ⁊ ſordidā vitam ſuam murmurant contra viros ecclīaſticos diffamādo eorum vita de malis moribus maxime in lapſu vicij carnalis(quia vt aiunt)viri coniugati vxores ppias habentes nō peccant cū alienis ſed viuunt caſti ⁊ mūdi clerici vero ⁊ religioſi fere omnes ⁊ quaſi ſemp ſunt illo vicio maculati qꝛ nō valētes continere ambulant poſt alienas feminas et ita nō lotis manibus ab illo vicio ſacrū panē manducat in altari chriſti cōtra eccleſiaſticas ſanctiones ⁊ ſeniorum q̄ loquuntur de mundicia et caſtitate ſacerdotum hanc q̄rimoniā frequenter laici afferunt cū aliquo prelato volente eos corrigere de peccatis ſuis quod licet prochdolor verum ſit in multis ſacerdotibus reclamat e contra eos ſacra ſcriptura Eſa i Lauamini inquit mūdi eſtote qui fertis vaſa domini ⁊c tamē maius peccatum eſt in laicis inobedientia aut rebellio cōtra plātos ſuos ⁊ ſacerdotes quos tanq̄ patres deberent honorare ex pcepto dei non eos infamare aut mordere ſed eorum vitia cū pietate aut diſſimulare/ aut tollerare/ aut fraternalit corrigere cum debita reuerentia et ſemp cauendo ne ſua inordinata obiurgatione proximus ſacerdos infametur aut deterior fiat nam cōtra tales murmuratores facit dei ſententia qui male dixerit patri aut matri morte moriatur conſtat autē ꝙ plāti ⁊ ſacerdotes eos maxime curam aiarum habētes ſunt patres laicoꝝ ſpirituales quos deberet honorare propter reuerentia ſacrorum ordinū ⁊ officij paſtoralis quare ſin dubio maledicentes eis duplici morte plectendi ſunt prima culpe ſecunda gehenne peccat enim mortaliter omnis murmurator qui malicioſe vitam pximi infamat/lacerat/obrodit qꝛ ea verba iniurioſa q̄ procedunt de ore eius coinquinant ipſam ⁊ de ſordib⁹ alienis ipſe maculat ⁊ p tali peccato niſi peniteat et ſatisfaciat damnabitur ad morte eterna inferni ⁊c ¶Offertorium Domine fac mecū ⁊c pſal 108 eſt vox latine ecclīe diuine miſericordie ſe committentis in ſuis tribulationibus propter nomen ſuū quod ibi colitur ⁊ veneratur Uerſus

Moralitas

Offertorium

Deus laudem meam ⁊c principium eiuſdē pſal eſt querimonia Romani pōtificis ad deū de populo greco infamāte ipſum quia os inquit peccatoris ⁊ doloſi populi apertū eſt ſup me ad detrahendū mihi. Oratio ſecreta Suſcipe q̄ſumus dn̄e ⁊c applicat offertoriū ad ſenſū moralem offerens p ieiunantibus ſacrificiū euchariſtie vt liberentur a periculis mundanoꝝ ¶Cōmunio Notas mihi feciſti ⁊c pſal 15 eſt grātiāctio ecclīe latine de reuelatiōe ſecretorū dei line erroribus ꝯtra ſacrā ſcripturam in quo dono ipſa ſpirituali leticia repletur licet corpales moleſtias patiatur Finalis oratio Sanctificet nos ⁊c petit ieiunantibus in virtute ſacramēti ſuſcepti expiatione a peccatis maxime ab erroribus cōtra fidem Super populū Cōcede q o deus ⁊c addit vt deus eos ꝓtegat ⁊ liberet ab omnibus malis corporalibus vt nō impediant a ſeruicio dei ⁊ virtutibus ſpiritualibus

Communio

## ¶Caput quadrageſimū-

quartum de feria quinta q̄ decimanonam ecclīe generationem cōmemorat ⁊ ſimul virtutes ieiunantium cōmendat.



Ecimanona eccleſie chriſtiane generatio ſub Romanis pontificibus Silueriо/Vigilio/Pelagio/⁊ Joane tertio ac imperatoribus Juſtiniano/⁊ Juſtino ſcdo proceſſit correſpondet q̧ Ochozie regi Juda in Hieruſalē que ⁊ duos ſequentes propter peccata eorū ⁊ propter miſteriū euāgeliſta Matheus remouit ex Cathalogo regū genealogie chriſti vt diximus ſupra in dn̄ca prima q̄drageſime Ochozie itaq̧ mater fuit Athalia peſſima peſſimi regis Achab ⁊ Jezabel filia ideo mirum ſi ex tam mala ſtirpe deſcendens hic rex fecit malum corā domino ſicut ⁊ Jora pater eius male vxori cōiunctus et ꝙ ambulauerit Ochozias in vijs domus Achab fuit altera cauſa quia eo iuuene remanente poſt mortē pris ſui conſiliarij ei⁹ fuere auūculi eius filij Achab quos cum iſto rege ſimul exiſtentes occidit poſtea Jehu que ſuſcitauit domin⁹ i regem Iſrael ad delendum totam domū peſſimi Achab vnde hic eſt primus ex regib⁹ Juda qui gladio interfectus eſt quo mortuo regnauit loco eius Athalia mater ppius ſex annis in Hieruſalē interim autem in regno iſrael Jehu deleuit vt diximus domū Achab ⁊ vxorem eius peſſimam Jezabel et ydolum Baal ac eius ſacerdotes eius ex mādato dei tunc etiam cedere cepit deū ſup regnū Iſrael ydolatrie deditum ⁊ inde ... ipſum diſperdere ſuſcitauit cōtra eum regem Syrie qui percuſſit eos plaga magna ⁊ afflixit vehementer Concorditer etiam in hac 19 gen fuit magna cōfederatio inter Arrianos regnāntes in grecia et Gothos regnantes in Italia qui ab ipſis grecis Arrianam pfidiam contraxerant propter quod

Argumētu officij ab anno chriſti 540 vſq; 570

peccatum ſuſcitauit deus tunc ſpiritū Juſtiniani
catholici imperatoris quaſi alterū Jehu qui cō-
gregata Sinodo fecit cōdemnari ac deleri totā
poſteritatem Anaſtaſij/Theodori/ꝛ aliorum re-
gum fautorū heretice prauitatis miſſo etiā Beli
ſario duce cum exercitu magno in Jtaliā debel
lauit omnes Gothos in ea exiſtētes/Romanoſꝗ
liberauit ab eis ac regem illorum captū duxit in
Greciā ad imperatore et ita in hac gēnatione de
fecit rex impius in Jtalia occaſus a rege Pio ꝗ
regnabat i grecia ſicut olim rex iuda Ochozias
impius a Jehu rege pio Jſrael nec tamē defuit
cocordia peſſime Athalie hec fuit Theodora im
peratrix ꝗ licet corpore eſſet in aula iperiali Cō
ſtantinopolitana animo tamē ſupbo ꝑ poteſta-
tem regnabat i Jtalia ipſa fautrix hereticorum.
nam ꝑ epiſtolas ſuas mandabat Romano pō-
tifici vt reuocaret epiſcopos hereticos maxime
Anthemium condemnatū ꝛ depoſitū quod quia
ille nolebat facere.ꝓſequebatur Silueriū ꝛ vigi
liu Romanos pōtifices qui in exilio mortui ſūt
*Et ſicut tunc in Hieruſalem ſacerdos magnus*
Joiada volēs eripere populū a tyrannide Atha
lie abſcodit ac cuſtodiuit Joas filium Ochozie
quem volebat occidere Athalia ꝛ poſt ſex ānos
publicatū ſublimauit in regem Juda pro Ocho
zia patre ſuo.ita ꝛ nunc in Jtalia ꝗdam Narſis
Patricius nobilis animo ꝛ virtute ꝑclarus atꝗ
adherēs Romano pōtifici Jtaliā tuebatur a ty-
rannide imperatricis predicte ꝗ irata ſcripſit ad
eum epiſtolas plures cōminatorias ac contume
lijs plenas quibus ipſe nō tam verbis ꝗ̄ factis
correſpodes vocauit rege Lōgobardorū amicū
romanorꝫ ꝗ tunc erat abſcōdit⁹ quaſi alter Joas
in panonia vt dimicaret ꝯtra Gothos ꝗb⁹ deui-
ctis Narſes predictū rege Lōgobardorꝫ reſtituit
ad dignitatem regiam Jtalie quā ei imperatrix
abſtulerat ſicꝗ factum eſt i paruo ſpacio tēporis
vt in Jtalia queadmodum in Judea vnus rex
āmoueretur ꝛ alter reſtitueret ꝛ ſi iniquus ꝓ ini
quo i rex Lōgobardorum ꝓ rege Gothorꝫ ſicut
olim Joas pro Ochozia Jn eadē quoꝗ gēnatio
ne rex Perſarum ſub typo regis Sirie bellauit
ꝯtra eccłias orientales ꝛ plurimum eas afflixit
haud dubium quin propter ſua peccata ꝛ here-
ſes maxime Arrianā cui adheſerunt poſtꝗ̄ ere-
xerunt calcaneū contra Romanā eccleſiam cō-
fidentes in verbis mendacij de primatu eccleſie
Coſtatinopolitane Sed eccleſie occidentales la
tine ambulantes in lege dei ſui/ꝛ ſeruātes cha-
ritate ad proximos tunc a domino cuſtodieban
tur ꝛ de inimicis fidei victoriā conſequebantur
nam omnes Gothi in Hiſpania cū rege ſuo in
generatione illa ad fidem verā cōuerſi ſunt pre-
dicationibus ſanctorū epiſcoporꝫ Leādri hiſpa-
lenſ/ꝛ Fulgentij carthaginenſis ꝛ aliorū quare
abrenunciates Arriane ꝑfidie catholicā fide de-
fendere ceperunt cum magno fauore ex quorū
ſtirpe magni doctores ꝓceſſerūt in Hiſpania vt
Jlleſonſus Toletanus / Braulius Ceſaraguſ-
ſtanus/ꝛ alij ſanctiſſimi epiſcopi.ꝛc. Ad latinos
ergo chriſticolas tanꝗ̄ ad ſuos ꝓprios familia-
res loquebatur tunc dñs ꝑ ſanctos doctores di-
ces in miſſe introitu.Salus populi ego ſum ꝛc. Introit⁹ miſſe
ꝗ non eſt vna cotinua autoritas ſcripture ſed ex
diuerſis locis collecta maxie ex pſal' 4 34.80
ꝛc.quia eſt officiū modernū ſicut ꝛ in alijs quintis
ferijs quadrageſime ſequendo tamen intentio-
nem ſancti Gregorij in alijs ferijs poſteri addi-
derunt hoc officiū ad ſignificandam conſolatio-
ne datam fidelibus latinis in 19 ge cui hec quin
ta feria correſpondet tunc enim no tantū verbis
ꝗ̄ factis dicebat eis dominus ſalus populi mei
ego ſum effectiue ꝛ accipit hic ſalus ꝓ quacūꝗ
liberatione a malo ideo additur de quacūꝗ tri-
bulatione clamauerint fideles ad me confiden
ter tande exaudiam eos liberādo a malis ꝛ ero
illorum dominus dās eis fauorem imperpetuū
i ꝑ oēs mundi etates Verſus Attendite popu
le meus ꝛc pſal' 77 addit cōditionem quada re
quiſitam ad ꝑdicta ſ ꝗ populus dei attēte ꝛ vi-
gilanter cuſtodiat lege ſuam ꝛ audiat obedieter
*mandata eius alias non exaudiet deus oratio-*
nes eius vt patet in grecis ꝛ alijs hereticis Ora Oratio.
tio Concede queſumus o deus ꝛc.addit petitio
nem ex parte ieiunantiū qui bene cuſtodiūt le-
gem dei ꝛ ideo confidunt exaudiri vt purificen-
tur a vitijs et quia deus ꝓmiſerat ſalutē addi-
tur alia oratio ſanctorū Coſme ꝛ Damiani me-
dicorum vt eorum interceſſionibus ope eis con
ferat in ſuis infirmitatibus ¶Epiſtola Factus Epiſtole
eſt ſermo dñi ꝛc Hiere 7 vult probare illā con- argumen
ditionem eſſe verā ꝗ poſita eſt in miſſe introitu tum.
vt inde ſequatur ꝛ vanitas grecorum et ſecuri-
tas latinorꝫ cuius ſūt tres partes Jn prima ca-
ptatur attentio auditorum Jn ſecunda ibi Hec
dicit dñs ꝛc excluditur fiducia ſtultorꝫ Jn tertia
ibi Quoniā ſi benedi ꝛc ſolidatur fideiuſſio bo-
norum morꝫ Suppoſito ſenſu litterali de tēpo-
re Hieremie prophete in Hieruſalem ad ſilem
fere ſenſum applicatur epl'a huic generatiōi.19
Nam in diebus illis prelatus dicebat factus eſt Prima
ſermo domini ꝑ ſacras ſcripturas ad me paſto pars epi-
rem animarum dicens ſta in porta dom⁹ dñi i ſtole
eccleſie ꝗ eſt eccleſia Romana ꝛ ꝑdica fidelibus
verbū iſtud de modo ſue ſecuritatis in deo ꝛ dic
eis audite attente verbū domini i conſilium et
ꝑceptum eius omnis iuda ſpūalis ꝗ eſt latina
eccleſia qui ingredimini ad chriſtum ꝑ has por-
tas Romane eccleſie vt adoretis deum i fidem
rectam habeatis qua colitur de⁹ nulla enim eſt
fides recta niſi fides Romane eccleſie per quā
oportet intrare omnes qui ad chriſtum volunt
accedere ad hoc ergo domini verbū oportet vos
eſſe attentos Hec dicit dominus deus guberna- Scda pars
tor ꝛ rector exercituum ꝛ bellorum quia nulli s epiſtole.
exercitus mouetur ad bellum niſi ad nutū eius
ꝛ eſt deus Jſrael i bonorum chriſtianorū ꝗ be-
ne ſeruientes ei/nullum exercitum hoim timere
debent ſecus aute ꝑuaricatores mādatorum ei⁹
ad quorꝫ punitionē ſepe deus mouet bella ma-
lorū hominū.ergo vos latini ſi vultis ſecuri eſſe

ab hoſtibus· hec dicit vobis dominꝰ (ſuppoſita
fide recta) bonas facite vias .i. operatiões veſtras
⁊ ſtudia .i. conſuetudines veſtras ⁊ habitabo vo-
b ſcũ per ſpecialem cuſtodiã in loco iſto .i. in pa
tria veſtra ⁊ nolite confidere in verbis mendacij
.i. in falſa ſecuritate bonoꝝ tẽporaliũ ſicut fece-
runt greci ⁊ perierũt dicentes templũ dñi tertio
repetitum .i. ſufficit ad ſecuritate noſtram ꝙ nos
ſumus chriſtiani ⁊ tẽplum dei ſpirituale in quo
deus habitat habemus etiã ſanctũ templum .i.
p'elatum valde reuerendũ patriarchã plenum
ſcientia ⁊ decorum magnis diuitijs tertio habe
mus templũ materiale Conſtantinopolitanũ di
tiſſimum ac refertũ reliquijs ſanctiſſimis chriſti/
virginis Marie/⁊ multorum ſanctoꝝ q̃ nos de-
fendent ab omnibus periculis Sed dns ait in
his nulla eſt ſecuritas ſed tantũ in vita ſancta ⁊
virtuoſa quoniã ſi benedixeritis .i. bonas feceri
tis vias veſtras ⁊ ſtudia veſtra/⁊c. id eſt ſi feceri
tis ⁊c̃ vbi notantur quattuor virtutes principales
in rep. Prima eſt iuſticia ſi feceritis inquit iudi-
cium rectum inter virũ ⁊ proximum eius Secũda
eſt miſericordia ſi aduene/pupillo/⁊ vidue no fe
ceritis calumniam ſed potius miam Tertia eſt
beniuolentia nec ſanguine innocentẽ effuderitis
in hoc loco pſequẽdo bonos ⁊ virtuoſos ſed po
tius eos reuerẽdo Quarta eſt vera latria ⁊ poſt
deos alienos non ambulaueritis in malũ peri
culum magnũ vobiſmetipſis ſi talia feceritis qꝛ
nulla alia res poterit vos defendere a pericu-
lis cũ talibus ergo virtutibus dicit dñs ego ha
bitabo vobiſcũ modo p̄dicto in loco iſto .i. in ter-
ra quam dedi patribus veſtris romanis ponti-
ficibus a ſeculo .i. ab vna generatiõe vſq; in ſe-
cula .i. p alias vſq; in fine mundi hoc ait dns
oipotens ideo eſt verum ⁊ certiſſimũ ¶ Cantus
gradualis Oculi oĩm in te ſperãt ⁊c̃ pſal' 144.
propter quintam feriã agit memoriam de ſacra
mento eucharistie quod etiam deꝰ dedit eccleſie
ad eius tuitione ſi digne et reuerenter fuerit at-
trectatum poteſt etiam hoc itelligi de cõſolatiõe
qua deus ſeruis ſuis doctrinã eple ſeruantibus
largitur qñ modo eos a malis liberat propter ſpẽ
quã in eo ſolo habẽt nõ in rebus huius mũdi
Verſus Aperis tu manum ⁊c̃ ibidem copioſã
dei liberalitate oſtẽdit erga ſeruos ſuos ¶ Euã-
geliũ hodiernũ variũ eſt vt alias diximus nam
romana eccl'ia legit illud Luce 4 Surges ieſus
de ſinagoga ⁊c̃. toletana ⁊ q̃dã alie illud Joan
nis 6 Operamini non cibũ qui perit ⁊c̃ Sed qꝛ
vtrobiq; eadem eſt epiſtola que dicta eſt intẽtio
vtriuſq; euangelij eſt etiã eadẽm ſub varijs ver
bis .i. enarrare couerſionem Gothoꝝ ⁊ alioꝝ Ar-
rianoꝝ ad fidem chriſti verã q̃ in hac 19 ge facta
eſt in qua hereſis illa pene tota extincta eſt nec
amplius publice p̄dicata qꝛ reges fautores he-
reticorum abiurauerũt illi errori Diuiditur autem
Romanũ euãgelium in tres partes Prima eſt
de ſanitate reſtituta ſocrui ibi Surgẽs ⁊c̃. Secun
da ibi cum ſol aũt oc ⁊c̃ de demoniacis curatis per
noctem. Tertia ibi. facta aute die. ⁊c̃ de predica-
tione ſeminata p regionẽ In illo itaq; tempore
predicte generationis eccleſie Jeſus ſurgens .i.
exiens de ſinagoga hereticorũ grecoꝝ introiuit
in domum Simonis .i. in eccl'iam Petri apoſto
li q̃ eſt romana et latina eccl'ia dicitur illinc exi-
re ⁊ huc intrare p ſubtractionẽ vel collationem
gratiarũ ⁊ fauoris et ecce ſocrus Simonis Pe-
tri .i. eccleſia greca q̃ fuit mater latine ſpõſe Pe
tri tenebatur afflicta magnis febribus .i. eſtibus
inuidie contra latinos ⁊ rogauerunt deum lati-
ni pleni charitate pro ea ſananda a ſuis errori-
bus vt patuit in feria tertia huiꝰ hebd Chriſtus
autem inclinatus tot p̄cibus latinoꝝ in hac 19
generatiõe ſtans ſuper illam p ſpeciale infuſionẽ
gratie p̄uenientis ⁊ imperauit febri p̄dicte vt diſce
deret ⁊ dimiſit illã ſanam a tali paſſione. q̃ expe
dita etiam eccleſia greca ⁊ tota Gothorum fami
lia eis coniuncta dimiſit arrianam blaſphemiã ⁊
alias hereſes quas habere ſolebant ⁊ continuo
ſurgens ab infirmitate ſua miniſtrabat .i. deuote
ſeruiebat illis .i. chriſto ⁊ ſuis diſcipulis romanis
pontificibꝰ illius etatis q̃ inter ceteras magnam
obtinet laude propter dictam hereticoꝝ conuer-
ſionem ſub ceptro imperatorum iuſtoꝝ ⁊ a iuſti
cia denominatorum et tunc impleta eſt ꝓphetia il-
la Apoca 10 de iuramento ſeptimi angeli tuba
canẽt s ꝙ tẽpus fauoris hereticoꝝ ⁊ publice p̄di
cationis eoꝝ nõ erit amplius in eccl'ia dei donec
conſumatur omnia eius miſteria ad decorẽ eius
ptinentia q̃ deus euangelizauit per ſeruos ſuos
ꝓphetas ⁊c̃. verũtamẽ grecia propter pfidia pre
cedentem remanſit condẽnata ad penã tempo-
ralem patiendã ſub tyrannide infidelium vnde
in cap 11 Apoc Statim ſubditur ꝙ atriũ eccl'ie
chriſtiane quod foris eſt .i. extra obedientiam ro-
mani pontificis datum eſt gentibꝰ ad conculcã
dum menſibus quadraginta duobus ⁊c̃ Poſtq;
ergo ſol .i. claritas ⁊ fauor hereticorum occidiſſet
.i. euanuiſſet modo p̄dicto omnes populi qui ha
bebant infirmos varijs languoribus vicioꝝ/he-
reſum/⁊ errorum ducebant illos p̄dicatione ſuo
rum p̄latorum ad ieſum vel ad ſuum vicarium
romanũ pontificem qui ſingulis eoꝝ manus im
ponẽs in ſacramẽto baptiſmi ⁊ cõfirmatiõis cu-
rabat eos ſpũaliter q̃tum ad aias adeo vt exiret
a multis eoꝝ demonia blaſphemie p̄terite ⁊ cla
marent p̄ nimia cordis cõtritione ⁊ dicerent .i. pre-
dicarent fidei veritatẽ cõtra hereſim Arrianam
.ſ. quia tu ieſu Nazarene es verus et naturalis
filiꝰ dei ac perinde verus deꝰ vel tu romane põ-
tifex es filius dei electus p adoptionem ſup om
nes alios chriſtianos Sed ipſe adulatione effu
giens increpabat laudatores ſuos ⁊ nõ ſinebat
eos loqui quia ſatis erat ꝙ ſciebant eũ eſſe chri
ſtum .i. conſecratum a deo in ſummũ pontificem
chriſtianoꝝ hoc palam fecit ſanctus Gregorius
papa de quo in ſequẽte generatiõe qui in multis
ſuis epl'is vt ad epiſcopũ Anthiocenũ/ad epiſco
pum Alexãdrinũ ⁊ alios increpat eos qui eum
talibus vocabulis honorabant ſimile credendũ
eſt de alijs p̄latis illius etatis qui omnes erant

Margin notes: Tertia ps epiſtole. · Graduale · Euangelij argumentum. · Prima ps euangelij. · Secunda ps euangelij

Tertia ps euangelij

ſancti uiri Patet ergo q̄ occidēte ſole hereticoꝝ facta eſt dies catholicoꝝ. qua ſcda i fauore catholicoꝝ pricipum dato romano pōtifici egreſſus p ſuos p̄dicatores ibat in deſertū locū aliquoꝝ gētilium qui remanſerant in aliquib⁹ angulis terre habitabilis vt in Anglia/Scotia/ Gothia.ꝛc. et turbe fidelium etiam q̄rebant eū audire ꝛ deſtinebant eum ne diſcederet ab eis ad gentiles quod euidēs fuit in ſancto Gregorio quando volebat ire in Angliam ꝛc. quibus ille ait quia et alijs ciuitatib⁹ regnis ꝛ gentibus oportet ex mandato dei me predicare regnum dei i fidem chriſti vt cognoſcant creato em ſuū ꝛ ei ſeruiant q2 ipſe vult omnes hoīes ſaluos fieri et ad agnitionem veritatis puenire I Thim 2 quia ideo miſſus ſum a deo ad talem gradum dignitatis pōtificalis adminiſtrandū dicēte dn̄o Joannis 21 Paſce oues meas ꝛc ꝛ ideo ipſe Roman⁹ pontifex illius temporis erat quotidie predicans p ſe et p alios in oībus ſinagogis i populis Galilee i tote terre habitabilis donec omnes populi ad chriſtum conuerteretur O feliciſſima etas illa que ſimul finem dedit hereſi ꝛ ydolatrie ſ ɋtum ad exteriorem fauorem ꝛ publicam culturā ſec⁹

Aliud euangelium.

ɋtum ad occulta ¶ Euangeliū aute Toletanū huic romano additum explicat predicationem Romani pontificis illius tpore i quid tūc predicabat nouiter conuerſis ab hereſi vel ab infidelitate ꝛ quia eſt quinta feria ſub typo eucharſtie loquitur de pane ꝛ cibo verbi dei nam poſt illam ſaturitatem panū couerſionis Gothoꝝ et alioꝝ hereticoꝝ ditata eſt eccleſia chriſti in etate illa etiam pane celeſtis doctrine plurū ſanctoꝝ doctorum/ vt Mauri abbatis/Caſſiodori monachi/Germani Pariſieſis epiſcopi/Iſidori hiſpalenſ/ et aliorum iſignium celebrataq̄ eſt tūc Sinodus quinta Conſtātinopolitana ex mandato Agapiti pape cum fauore imperatoris Juſtiniani ꝛ damnati ſunt heretici cōtra chriſtum ꝛ virginem maria blaſpemātes In quo cōcilio locut⁹

Prima ps euangelij

eſt ſilus miſticus i pontifex Romanus turbis fidelium iudeorum i cōfitentium chriſtū verum deum ꝛ homine operamini inquit i ꝓcurate vobis non cibū corporale qui perit i non bona iſta corporalia peritura ſed querite cibū aie i gratiā ꝛ vtutes q̄ cibus pmanet i eſt certus ꝛ firmus in vitam dedacens eternam et hūc filius hominis chriſtus redemptor noſter dabit vobis ſi deuote ipſum petieritis ab eo hunc chriſtum pater eius naturalis qui ē verus de⁹ ſignauit i tanq̄ ſignū certum hominibus ꝓpoſuit quē ſequātur in vita/et doctrinā eius addiſcant Quo audito verbo deuoti fideles dixerunt prelato predicanti quid boni operis faciemus vt operemur opera dei i meritoria talis cibi ſpiritualis/Reſpōdit eis potifex romanus hoc eſt opus dei maxime meritorium vt firmiter credatis in eum quem de⁹ pater miſit ſaluatorem hominum ieſum chriſtum accedentem enim ad deū inquit apoſtolus Heb II primum oportet credere quia ſinefide impoſſibile eſt placere deo hoc mandatū inter ceteras gētes maxime obſeruauit latina eccleſia in qua ſicut olim in tribu iuda ſemp fidei et religionis chriſtiane veritas manſit incorrupta Sed q2 fi-

Secūda ps euangelij.

des chriſti in principio naſcentis eccīe fuit miraculis confirmata volebāt nouiter cōuerſi Greci et Gothi ad ſuam cōfirmatione miracula dixerunt ergo prelato quod ſignū i miraculum oſtēdis vt videntes miraculū firmiter credamus tibi predicanti/quid boni operaris coram nobis/nā patres noſtri,i p̄lati greci viri vtiq̄ ſanctiſſimi q̄ nos precelſerunt manducauerunt hoc manna abſconditum ſ miraculorū in deſerto gentilitatis quando primo eos ɋuertebant apl̄i ad fide chriſti quia oſtendebant miracula vt patet de apoſtolis Paulo ꝛ Joanne primis grecie ꝛ Aſie p̄dicatoribus ſicut ſcriptum eſt pſal' 77 panem de celo i virtutem miraculorum dedit eis deus qui confirmaret corda hominum in fidei confeſſionem ꝛc Dixit ergo eis prelatus amen amen dico i iureiurando certifico vobis q̄ non Moiſes i nullus p̄latus veſter dedit vobis ꝓpria virtute panem miraculorum de celo quia hec faciebat deus ad petitionem illoꝝ quando miracula erant neceſſaria ſed nunc pater meus chriſtus dat vobis alium pane de celo verū i magis bonum et certum q̄ ſint miracula ſ rectum ꝛ ſanū ſenſum ſanctarum ſcripturarum in quibus ē tota firmitas ꝛ certitudo fidei noſtre panis eni verus ſatias animas eſt ſanus ꝛ rect⁹ ſenſus ſcripture diuine qui de celo deſcendit inſpiratione dei et ille dat vitam ſpiritualem mundo i hominibus qui ex fide viuunt Hac ratione contēti nō

Tertia ps euāgelij.

amplius q̄ſierunt miracula q̄ ſunt ſigna data infidelib⁹ ad ɋuertēdū eos vt apl's dicit fidelibus aūt reformādis dātur ꝓphetie.i ſcripture ſancte. dixerunt ergo ad p̄latum domine ſemp i continue da nobis hunc panem quo ſuſtentemur in fide catholica hoc eſt cōmunica nobis rectam et ſanam intelligentiā ſcripturarum.quib⁹ ipſe reſpondit ego gerens vice chriſti in terris ſum vobis panis vite ſpiritualis quia comunico vobis doctrinam vitalem aut ſalutare. ideo qui venit ad me audiendū ꝛ obediendum in nomine chriſti non eſuriet ex defectu boni panis et qui credit in me i in doctrina mea nō ſitiet vnq̄ ex defectu aque ſapietie ſalutaris Populus itaq̄ fidelis Romano pōtifici obediēs/ꝛ decretis eius firmiter adherens ſemp nutritur/ paſcitur/et potatur ſana doctrina vſq̄ ad fine ſeculi qui autē ab eius obedietia recedūt in continua ſunt eſurie ꝛ ſiti ſpirituali ¶ Moraliter autem fideles in

Moralitas.

quadrageſima ieiunantes debent abſtinere ab illis quattuor vicijs de quibus in epiſtola ſ.a iudicij iniquitate/ a pauperum oppſſione/ab humani ſanguinis effuſione/et a falſoꝝ deoꝝ adoratione ꝛ ab his febribus ſanat chriſtus nūc veros penitentes in domo Petri q̄ eſt eccleſia vt faciliter miniſtrent ei ſanatq̄ alios a varijs languoribus aliorum vitioꝝ ꝛ a ſpiritibus immūdis i cogitationib⁹ luxurioſis p impoſitione manuum ſacerdotis abſolutiuis ac increpātis viuā

preteritam et frequentius q̄ in alio tpore fit nūc p̄dicatio regni dei i qua homines vocantur ad regnum dei in omnibus villis et ciuitatibus Galilee i transmigrationis vite de vitijs ad virtutes quibus exercitijs p̄ſuppoſitis q̄rendus eſt a fidelibus panis euāgelice doctrine deuote audiendo p̄dicationes et p veram penitentiā ac peccatorum confeſſionem debent p̄parari ad digne coīcandum in Paſchate quia ille eſt cibus qui nō perit i non corrumpitur nec digeritur a comedente vt conuertat eū in ſuam ſubſtantiam ſed ille cibus pmanet in ſe incorruptus et comedentem couertit in ſe ſicut Auguſtin⁹ teſtatur ſe audiſſe a deo dicente ſibi non tu me mutabis in te ſicut cibum carnis tue ſed tu mutaberis in me p affectionē et deuotionē amoroſam Et licet ſpecies euchariſtie digeratur/ et corrūpatur a comedete tamen eis corruptis corpus chriſti in ſe manet incorruptum licet deſinat eſſe in ſtomacho hoīs

Offertorium — ¶ Offertoriū Si ambulauero in medio etc̄ pſal' 137 eſt gratiarūactio eccleſie latine de beneficijs ſuſceptis in hac 19 ge quia licet in p̄cedentibus ambulauerit in multis tribulationibus tamen dei miſericordia liberauit ea et quaſi mortuā viuificauit qr extendit deus manum ſue mie ſup inimicos ei⁹ hereticos vt ꝯuerterentur et ſic manſit eccl'ia ſalua in pace Oratio ſecreta Fac nos q̄s dñe etc̄ petit ieiunantibus gratiam purificationis ſpiritualis qua digne deo ſeruiant quod eſt moraliter applicare offertoriū de purificatioe eccleſie ab erroribus et huic additur alia oro cōmemorans martyriū ſanctorū Coſme et Damiani merita

Communio. — ¶ Comunio Tu mandaſti mandata etc̄ pſal' 118 optat eccleſia deinceps dirigi ſecundū regulam mandatorum dei q̄ nimis ſcit eſſe cuſtodienda vt iam non ſint tot hereſes et peccata in populo dei ſicut in generationibus precedentibus Finalis oratio Sacramenti tui domine etc̄ idem petit ieiunantibus et vere penitentib⁹ vt nō recidiuent ſed ex virtute ſacramenti ſuſcepti firmentur in bono Et additur et alia oro interponens ad hoc merita ſanctoꝝ medicoꝝ Sup populū Subiectum tibi dñe etc̄ orat ampliari cetū vere penitentiū q̄ bene ſeruiant deo p totā ſua vitam

## ¶ Caput quadrageſimū-

quintum de feria ſexta tertie hebd cuius officiū vigeſima eccleſie chriſtiane generationem deſcribit atq̄ doctrinam quadrageſimale mirum in modum extollit

Argumentū officij ab anno chriſti 570 vſq̄ 600



Igeſima eccleſie generatio cucurrit ſub romanis pontificibus Benedicto/ Pelagio/ et Gregorio ſacratiſſimo imperiale ſoliū tenentibus Tiberio et Mauricio chriſtianiſſimo correſpodetq̄ Joas regi Juda in vetere lege qui vt p̄diximus p̄ter ſuoſ mactus eſt in regnum Ochozie patris ſui fauore magni ſacerdotis q eum abſconditum nutrierat in lege dei ideo iſte rex licet a principio videretur bonus et iuſtus tamen pceſſu teporis ad paternam prauitate reuerſus eſt vt docet hiſtoria quarti libri Regū Et ſimiliter in hac 20 eccl'ie generatione rex ille Lōgobardoꝝ nomine Alboinus qui vt p̄diximus fauore Narſetis ducis belli ſtrenuiſſimi fuerat inſtitutus rex Italie contra tyrannidem Gothoꝝ a principio quidem apparuit bonus et pacificus Romanis ac iuuit eos ad delendum reliquias Arrianoꝝ ex Italia ſed poſtea oblitus beneficij recepti reuerſus eſt ad mores patrum ſuoꝝ factus et ipſe Arrianus pſecutorq̄ Romanoꝝ pontificum Sed quia iurauerat angelus q tempus hereticorum nō erit amplius in eccleſia dei ideo ꝓuidit deus in etate illa ad extirpandum omnino hereticoꝝ nomē magnos quoſdam et inſignes doctores fidei ſ Gregoriū papam/ Gregoriū Turoneſem/ Auguſtinum Angloꝝ epiſcopum / et alios quos tunc eccleſia petierat a deo in fauorem ſuū ideo orabat in miſſe introitu Fac mecum domine ſignū etc̄ pſal' 85 vt de⁹ faceret cū ea aliquod ſignum ſue bonitatis et miſericordie quo heretici confunderetur videntes q deus adiuuat et cōſolatur eā dando ſibi doctores optimos Verſus Inclina domine etc̄ principiū eiuſdem pſalmi inſtat eidē petitioni allegādo miſeriā preteritā vt magis inclinet ad miſerendum et exaudiendū. Oratio Ieiunia noſtra etc̄ applicat introitū ad ſenſum moralem petens fauorē et ꝯſolationē ieiunantibus quatenus a vicijs purificetur ¶ Epiſtola Conuenerunt filij iſrae etc̄ Numeri 20 eandem ſententiam habet cū introitu ſed latius explicatam ſ petere a deo aquam ſapientie et copiā ſanctoꝝ doctorum ad bene regēdā eccl'iam dei Ubi primo ꝓponitur petitio populi ſitientis Secundo ibi et apparuit etc̄ ſubſeqtur inclinatio dei exaudientis Tertio ibi dixitq̄ dñs etc̄ ſupadditur cotradictio miniſtri exſequētis In dieb⁹ itaq̄ illis 20 ge ꝯuenerūt filij Iſrael i greci et latini chriſtiani ab hereſi recedentes ad Moiſen i prelatū romanum et Aaron i p̄dicatorem religioſum et verſi in ſeditionē i bellum contra hereticos a quibus receſſerant dixerunt da nobis aquā ſapientie et doctrine bone vt bibamus ad extinguēda ſitim ſpiritualem q̄ eſt ignorātia qua tenemur neſcientes quid agere debeamus Ingreſſuſq̄ Moiſes cum Aaron ad orandū deū ſecrete dimiſſa multitudine i turba populi in tabernaculum federis domini i in eccl'iam vl' oratoriū ſuum corruerunt i inclinauerūt ſe humiliter proni in terram clamaueruntq̄ affectuoſe ad dñm atq̄ dixerūt domine deus eccl'ie gubernator exaudi clamorē i deuotionē aut deuotam petitionē populi hui⁹ ad te conuerſi et aperi eis theſaurum tuum aque viue i doctrine viuificātis animas vt ſatiatis eis i plene inſtructis i doctrina fidei ceſſet murmuratio hereticorum in eccl'ia tua et viuant omnes chriſtiani in pace Orabant ergo p̄lati et religioſi illius teporis vt deus illuſtraret ſapientia ſua mentes illoꝝ qui ab hereſi redeuntes cupiebāt conu-

Introitus miſſe. Oratio. Epiſtole argumentum. Prima pars epiſtole.

tra reliquias hereticoꝝ bellare ꝓ defenſione vere fidei vt iam ceſſaret illa rebellio ⁊ diſſenſio in eccleſia dei Cui petitioni q2 iuſta annuẽs dñs apparuit gloria domini i ſciẽtia mirabilis ⁊ glorioſa ſuper eos i. ꝑlatos ⁊ ꝑdicatores ac religioſos locutuſq3 eſt dominus ad Moiſen i romanum pontificem p internam inſpirationem dicens Tolle virgã i eleua potentiam regiminis/ ⁊ congrega populũ ad vnitate fidei tu ⁊ Aaron i religioſus ⁊ ꝑdicator frater tuus ⁊ loquimini verba ſalutis ad petram i duricie cordis Gothorum qui ſunt gentes barbare coram alijs fidelibus ⁊ illa petra emollietꝰ et humectabitur adeo vt det vobis aquas bonarum doctrinarũ in magna abundantia Cumq3 eduxeritis aquas de petra modo expoſito bibet ex eis omnis multitudo fidelium ⁊ iumenta eorum i etiam ſimplices agricole ⁊ plebei conſolabuntur in doctrina Gothorum tam fidelium tulit igitur virgam ⁊ fecit p ordinem omnia q̃ ſibi ꝑceperat deus ſed anteq̃ loqueretur ad petram Gothoꝝ dixit ad grecos q̃ petierant aquã audite inquit rebelles ⁊ increduli i q̃ hactenus tales fuiſtis erga romanã eccleſiam ꝓbate nunc quanta ſit virtus ſue doctrine ⁊ gratie nunquid putatis ꝙ de petra hac poterimus vobis dare aquã doctrine ſalutaris in abundantia q̇d magnum erit miraculum ſi gentem hanc tam rude ⁊ barbarã non ſolum ad fidem ꝯuerterimus ſed etiã ex eis magnos fidei doctores ⁊ ꝑdicatores vobis dederimus q̃ſi magnos aquarum fluuios. Cum ergo ꝑlatus poſt verba hec eleuaſſet manũ diligẽtie ſup Gothos pcuſſit ſilicem i duriciem cordis eoꝝ bis i binis argumentis vc3 verboꝝ ⁊ operum ſanctoꝝ vel rationibus ⁊ autoritatibus vel teſtimonijs duorũ teſtamentoꝝ donec populus ille docilis effectus eſt/ ⁊ ad fidem vere ꝯuerſus ⁊ poſtea ex eo egreſſe ſunt aque largiſſime i doctores multi ⁊ facundiſſimi i omni bona doctrina de quoꝝ numero fuere Iſidorus/ Illefonſus/ Braulio/ ⁊ alij tã in Hiſpania q̃ in Italia ita vt in etate illa de doctrinis eoꝝ biberet omnis populus i cetus ſcholaſticorum ⁊ iumenta laicoꝝ quia illos legendo ⁊ hos ꝑdicando docebant Sed quia poſt cõuerſionem gothoꝝ ꝑlati ⁊ religioſi ceperunt ociari ⁊ luxuriari deuictis iam hereticis auctiſq3 eccleſiarum dotationibus ac redditibus bonoꝝ tepoꝛalium q̃ velut aqua amara potius auget ſitim q̃ ſatiet ideo dixit dominus ad Moiſen et Aaron i ad prelatos ⁊ religioſos verba cõminatoꝛia q2 inquit non credidiſtis mihi ꝑcipienti vt ſanctificaretis me i ſanctam oſtenderetis doctrinã meã non tantũ verbis q̃tum operibus ⁊ vita bona coram filijs Iſrael i grecis ⁊ gothis ideo pena veſtra erit ꝙ non introducetis hos populos fidelium in terram quã dabo eis fluente lacte ⁊ melle i in pacificam ⁊ proſperã vitã virtuoſam quã philoſophi felicitatem humanã vocabãt in hoc mundo ſed ſicut modo exemplo veſtro fidelium mores corrumpitis ita cum eis multas tribulationes ſuſtinebitis a tyrannis ⁊c. Hec ergo doctrina catholicoꝛum doctoꝝ eccl'ie eſt aqua contradictionis i ad contradicendum hereticis vbi i. ſuper qua olim iurgati ſunt filij Iſrael i greci contra dominũ ſed tandẽ ipſe ſanctificatus e in eis ad fidem conuerſis ¶ Moraliter vero i hac quadrageſima q̃ eſt deſertum penitentie ꝑlatus ex mandato dei loquitur ad petrã peccatoris in durati cuiꝰ coꝛ pcutitur virga ꝑdicationis quouſq3 det aquã doctrinarum p contritionẽ debetq3 bis pcuti i alliciendo peccatorẽ p premia/ ⁊ deterrendo ipſum p toꝛmẽta eterna ⁊c. ¶ Graduale In deo ſperauit coꝛ meũ ⁊c. pſal' 27 eſt gratiarum actio totiꝰ eccleſie ad deum de ꝑdicto beneficio aque mirabiliter educte de petra ad ſanctitatẽ totius populi ideo ait ꝙ ſicut eccleſia ſperauerat i deo ita impletũ eſt ei et refloꝛuit eccl'ia tũc quaſi de nouo incipiens libere confiteri laudes dei Verſus Ad te domine cla ⁊c. pꝛincipiũ eiuſdem pſalmi oꝛat ꝓ tempoꝛe futuro ne cadat eccleſia ab hac proſperitate ⁊ ſi ceciderit propter peccata chꝛiſtianoꝝ ꝙ tunc deus eam non deſerat ſed conſoletur in aduerſis ¶ Euangeliũ Venit dominus ieſus in ciuitatem Samarie ⁊c. Joan 4 conformiter ad epiſtolam agit de aqua doctrine fidei ⁊ eccleſie chꝛiſtiane ⁊ diuiditur in tres partes In pꝛima mouetur ⁊ ſoluitꝰ multiplex queſtio In ſecũda ibi domine video q2 ꝓpheta ⁊c. declaratur q̃ ſit vera religio In tertia ibi. et continuo venerunt ⁊c. aperitur q̃ fructuoſa ſit eccleſie ꝑdicatio Ergo in illo tempoꝛe 20 ꝯe venit ieſus p gratiam ſuã vel ꝑlatus romanus ad ꝑdicandum fidem rectam in ciuitatem quãdã Samarie i grecie q̃ in nouo teſtamento correſpondet regno Iſrael in Samaria et ciuitas illa vocabatur Sichar i inebriatio q̃ ſinificat errorẽ preterite hereſis ⁊ illa inebꝛiata peccatis erat Cõſtantinopolis iuxta ꝑdium i hereditatẽ q̃ dedit Jacob i. chꝛiſtus ſupplantatoꝛ totius mũdi Joſeph filio ſuo i imperatori accreſcenti eccleſia dei q2 ei dedit illam ciuitatẽ in ſede imperiale erat autem olim ibi i. in pꝛimitiua eccleſia fons Jacob i. doctrina chꝛiſti quia ibi maxime vigebat fides et chꝛiſtiana religio ⁊ ibi quaſi in fonte ſcientiarum erant magni doctores ſancti Jeſus ergo i Romanus pontifex a multis annis erat fatigatus ex itinere multiplici facto ad Cõſtãtinopolim p ſe ⁊ p nũcios ſuos ſup cauſis fidei ⁊ ſedebat i fundabat ſe ad conuincendũ grecos ſuper fontem illum i ſup doctrinã Pauli ⁊ alioꝛũ doctorum ſanctoꝝ illius Achademie et erat iã hora quaſi ſexta i ſextus centenarius annoꝝ eccl'ie chꝛiſti quando venit mulier de Samaria i eccleſia greca haurire aquã ſapientie ſalutaris puteꝰ illiꝰ cum ante illud tẽpus p multas generationes nõ bibiſſet ex ea ſed de fluuijs Egipti amariſſimis Videns itaq3 ieſus eam querentẽ doctrinam ſalutis ſue dixit ei O mulier da mihi bibere quia ſalutem animarum veſtrarum ſitio hoc eſt date mihi in vobis doctrinam bonã q̃ ſatiet animas non fabulas aniles quas heretici docent et hoc non ipſe ſolus Romanus pontifex pſua.

Margin notes: Secũda ps epiſtole; Tertia ps epiſtole; Moralitas; Graduale; Euangelij argumentum; Prima ps euangelij

debat ſed ⁊ diſcipuli eius ꝑdicatores latini abie
rant in ciuitatem illam vt cibos ſpirituales eme
rent ⁊ deuotas animas lucrifacerent Ad hanc pe
titionem reſpondens grecia dixit romano pon-
tifici quomodo tu iudeus ⁊ confeſſor chriſti cum
ſis plenus ſcientia dei bibere a me poſcis doctri
nam ⁊ bona q̄ ſum mulier Samaritana ⁊ carēs
bona doctrina ⁊ ſum plena erroribꝰ multis qua
les olim erant Samaritani apud iudeos nō n
coutuntur ⁊ coicant in doctrina iudei ⁊ latini cō-
feſſores cum Samaritanis ⁊ grecis errantibus
Hanc peccati confeſſionem ⁊ recognitionem vi-
dens ieſus benigne ei reſpondit ſi ſcires inquit
donum ⁊ gratiam dei qualis ſit ⁊ eccleſia latina
⁊ ſcires quis et qualis ſit romanus pōtifex qui
dicit tibi da mihi bibere tu forſita petiſſes ab eo
in ꝑcedentibus generationibꝰ erroris tui. ⁊ dicit
forſitan quia ꝑotuiſſet praua affectio voluntatis
impedire cognitione veritatis ⁊ ſi petiſſes ipē de
diſſet tibi aquā viuā ⁊ doctrinā vitalem q̄ ſanaſ-
ſet te ab omni errore Stupefacta mulier de tali
reſponſione iterum querit domine vnde habes
aquā viuam de qua loqueris? qꝛ puteus ſapiētie
dei altꝰ eſt ⁊ profundus ſicut abiſſus neqꝫ tu ex
naturalibus viribus habes quo haurires ſapien
tiam ſupnaturale q̄ ſola eſt aqua viua ⁊ vitalis
nūquid tu maior es ⁊ dignior ⁊ deo acceptior pa
tre noſtro Jacob ⁊ eb iſto qui per imperatorem
Conſtatinu dedit nobis puteū hunc ⁊ hanc ciui
tate imperiale tam nobilem ⁊ proſperam in tem
poralibus bonis ⁊ ipſe ex hoc puteo bibit mul-
ta bona ad ſeruiciū eius facta biberunt filij eius
imperatores ex eo multos honores et diuitias
biberunt ⁊ pecora ⁊ vaſſalli multis temporibus
pacificam ⁊ q̄etam gubernatione ſi ergo hec bo
na temporalia q̄ minora ſunt tu nobis dare non
poteris ſed ſolus chriſtꝰ ea dare potuit quomo-
do potuiſſes ſpiritualia dona gratiarū ⁊ ſapiētie
celeſtis dare nobis? Reſpondit ꝑlatus oſtendes
quanta ſit differentia horum ⁊ illoꝝ bonorum ⁊
dixit ei omnis qui biberit ex hac aqua mūdane
proſperitatis ſitiet iterum ⁊ continue cupiet ma-
gis ⁊ magis ⁊ nunq̄ ſatiabitur diuitijs/honori-
bus/delicijs quia Prouer 30 Hec tria ſunt in-
ſaturabilia qui aute biberit ex aqua ſpiritualis
gratie ⁊ ſcientie quam ego dabo ei miniſterialit
ſed chriſtus principaliter non ſitiet in eternum ⁊
non deſiderabit aliqua alia bona huius vite/ſed
ſolum celeſtia alterꝰ vite nam hec doctrina fiet
in bibente velut quidam fons aque ſaliens ⁊ ele
uantis ſurſum cor hominis in vitam eternā deſi
derādam Hoc audito dixit ad eum mulier ꝑdi
cta obſecro dn̄e da mihi eo modo q potes hanc
aquam viuam que omnem ſitim tollit vt no ſi-
tiam amplius bona terrena neqꝫ indigeam ve
nire huc ⁊ ad latinā eccleſiā importunꝰ ad hau
riendam aquā ſapiētie quotidie Reſpōdit ꝑla
tus vade ⁊ voca virum tuū ⁊ prelatum vel impe
ratorem q cade qua tu ſiti affligitur et veni huc
cum eo ad obediendum romane eccleſie ⁊ hau-
riendum a me aquā vere ſapiētie. Ad que ecclia
greca reſpondit domine non habeo virum ideſt
prelatum vel regem tale qui mecum bene agat
ea q̄ ad officium ſuū ꝑtinet Cui ꝑlatus romanꝰ
bene dixiſti quia nō habes virum quinqꝫ enim
viros habuiſti ⁊ tot imperatores catholicos ⁊ hoc
trecētoꝝ annoꝝ ſpacio ⁊ ſuis temporibꝰ etia bo-
nos epiſcopos Cōſtatinopolitanos primus fuit
Conſtātinus magnus/ ſecūdus Valetinianus/
tertius Theodoſius ſenior/ quartus Martianꝰ/
quintus Juſtinianus q̄ fuerūt optimi bonorū et
te nimiū diligebant vt ſponſam pulchrā ⁊ caſtā
ſed hic quem nūc habes ⁊ habere incipis impe-
ratore ſ. Foca ceſar non eſt vir tuus ſed tyrānus
peſſimus qui Mauriciū dn̄m ſuū doloſe occidit
⁊ imperiū eius inuaſit ꝑ violentiam ideo hoc ve
re dixiſti quia non habes virū neqꝫ cum impe-
ratore malo habes bonū ꝑlatum Cōſtātinopo-
litanū Videns igitur ecclia greca reſponſiones Secūda ps euāgelij.
ꝑdictas romani pōtificis ad oēs ſuas iterrogatio
nes dixit ei dn̄e video quia ꝓpheta es tu ⁊ ſeruꝰ
⁊ nuncius dei in terris explica ergo mihi ſolu-
tionē vnius dubij ad religione ꝑtinentis nā pa
tres noſtri doctores ⁊ ꝑlati greci adorauerunt ⁊
ſeruierunt deo in monte hoc ⁊ in altitudine ⁊ ex
cellētia imperiali/ ⁊ cum magna ꝓſperitate bo-
noꝝ temporaliū/et cum coniugio ſacerdotū vos
autem latini dicitis econtra ꝙ non in bonis tē-
poralibus neqꝫ in coniugio ſed Hieroſolimis ⁊
in celibatu ⁊ in pacificatione ſpiritus vacantis a
curis ſecularibus eſt locus vbi adorare oportet
deum eſt ergo dubium vtra harum ſententiarū
ſit verior reſpondens dixit ei ꝑlatus vos gre-
ci adoratis quod neſcitis an ſit bonum qꝛ proſpe
ritas bonorum tēporalium dubia eſt ⁊ aliquibꝰ
bona aliquibus mala nos autem latini adora-
mus quod ſcimus quia virtutes ⁊ dona ſpiritua
lia de perſe nulli nocent quia ſalus vera homi
num ex iudeis eſt ⁊ ex vere fidei cōfeſſione quā
tenent latini ſub typo tribus iuda ſed mulier cre
de mihi hoc eſſe verum quia venit hora ⁊ tempꝰ
in eccleſia dei quando neqꝫ in monte cōiugij ſa-
cerdotum neqꝫ in Hieruſalem celibatus eorum
adorabitis patrem omnes deuoti chriſtiani ſed
veri adoratores ꝓprio nomine dicti religioſi ado
rabunt deum in ſpiritu ⁊ veritate ⁊ in ſpirituali
⁊ vera intelligētia ſanctaꝝ ſcripturaꝝ ⁊ miſterio
rū ecclie dei ⁊ tempus illud nūc eſt ⁊ iam incipit
ſub pontificatu Gregorij religioſiſſimi pariter ⁊
ſanctiſſimi q̄ primus ex religioſis fuit ſūmus pō
tifex/ ⁊ cathedrā aplicam regens Vnā pater chri
ſtianoꝝ deꝰ tales querit q̄ adoret eum eo ꝙ ipſe
ſpūs eſt ⁊ eos q̄ adorat eū in ſpū ⁊ veritate opor
tet adorare qꝛ ergo iam incipiebat ꝑualere ſtatꝰ
religioſoꝝ in eccleſia latina ſub regula ſācti Be-
nedicti qui ſpūale modū viuendi ⁊ intelligendi
ſcripturas itroduxit propterea dictū eſt ꝙ venit
hora ⁊ nunc eſt ⁊c̄ Dixit ei mulier predicta ſcio
ex dictis tuis de qualitate temporis inſtantis ꝙ
meſſias ⁊ ſaluator animarū bonus prelatus ve
nit in eccleſia dei quia in tempore tāte ſpiritua-
litatis non poterit eſſe ſūmus pontifex nō ſpiri-
tualis.

tualis qui etiam dicitur chriſtus .i. vnctus a deo
vnctione nedum corporalis olei in ſua conſecra
tione verumetiam ſpiritualis gratie dei plenus
ſcientia ⁊ virtutibus cum ergo venerit ille nobis
annūciabit omnia miſteria occulta ſcripturarū
applicata etiam ad noſtrum modum viuēdi mo
raliter Cuius deuotioni annues bonus p̄latus
ſanctus Gregorius dixit ei ad ſuam conſolatio
nem ego ſum ille p̄latus de quo deſiderāter di
xiſti ſcio quia meſſias venit ⁊c̄ et loquor tecum
partim per ſcripturas librorū meorū/partim per
multos p̄dicatores ad te miſſos ⁊c̄. Et continuo
*Tertia pars euangelij.* i immediate, poſt romanum potificem talia per
ſua lentem Grecis venerunt diſcipuli eius p̄di
catores religioſi ⁊ alij ſacerdotes latini coopera
tores eius in agro dominico ⁊ mirabatur de gra
tia dei ſuper grecos qui prius erant heretici/pro
terui/et malicioſi contra romanum pontificem
nunc autem videbat q̄ ipſe pacifice iam loque
retur cum illa eccleſia et ipſa libenter cum au
diebat ⁊ obediebat ei nemo tamē diſcipulorum
dixit ei quid queris a Grecis aut quid loqueris
cum illa eccleſia q̄r hoc erat manifeſtū q̄ roma
nus pontifex ex nimia charitate querebat ⁊ lo
quebatur de ſalute ſpirituali eorum. quod et fa
ctum eſt nā tunc illa reliquit hydriā ſue falſe do
ctrine precedentis que erat velut aqua amara ⁊
ſalſa et prelatus grecorum abijt in ciuitate Con
ſtantinopol. et dixit hominibus illis grecis ve
nite ad bibendum aquam ſpiritualis doctrine
et videte hominem qui repreſentat deum in ter
ris romanū dico pontificem qui dixit mihi om
nia mala mea p̄terita quecūq̄ feci et rationabi
liter redarguit ea nunquid ipſe eſt chriſtus .i. ſal
uator hominum miniſterialis/q̄d verum eſt Et
ſic audita ſalute exierunt multi de ciuitate illa
non tam corpore q̄ꝫ deuotione nam relictis erro
ribus veniebant ad romanū pontifice vt doctri
nam eius veram acciperet Hoc videntes diſci
puli eius p̄dicti rogabant eum dicentes Rabbi
manduca .i. epulare nūc ⁊ letare ex quo iam to
ta eccleſia dei eſt in pace et proſperitate tempo
rali deuictis hereticis quare ſic te affligis lachry
mis ⁊ penitentia ille autem dixit eis ego cibum
habeo manducare quem vos carnales neſcitis
quod ipſi intelligētes de cibo corporali dicebāt
ad inuicem nunquid aliquis ei attulit māduca
re .i. fecit ei aliqua magna donationē bonoꝝ tem
poraliū vltra eam qua olim fecit magnus Con
ſtantinus Sed ipſe declarans de quo cibo loq̄
retur ait meus cibus principalis eſt ſpiritualis ſ
vt faciam voluntatem .i. mandata eius qui miſit
me regere eccleſiā ſuam ⁊ vt p̄ficiam in ea opus
eius .i. ſaluationem aīarum q̄ ipſe chriſtus ince
pit ⁊ alij p̄elati proſequuti ſunt vſq̄ ad hec no
ſtra tempora vbi iam perfecta eſt conuerſio to
tius fere gentilitatis nec reſtat niſi conuerſio reli
quiarum Iſrael .i. iudeorum q̄ nō eſt noſtri tem
poris ſed propter miſteriū reſeruatur futura cir
ca finem mundi ⁊ propterea dixi q̄ mādauerat
mihi deus vt p̄ficiam opus eius .i. opus redem
ptionis hominū gentiliū q̄ in hac .20. ge. comple
ta eſt quando oēs reges gentilium ſunt chriſtia
ni ⁊ omnia regna mūdi ſeruiūt chriſto nec noia
tur alter deus p̄ter ipſum i toto orbe terrarū Et
declaro p̄ vnum ſiſe in naturalib⁹ couerſionem
gentilium nōne vos dicitis circa p̄ncipiū anni ro
mani adhuc quattuor meſes ſunt futuri vſq̄ ad
meſſem .i. collectionē frumentoꝝ ⁊ in mayo di
citis iam venit meſſis ita etiā collectione homi
num ad eccleſiā dei (q̄ eſt area eius) dicim⁹ meſ
ſem ſp̄ūalē ⁊ in principio naſcentis eccleſie dice
bant p̄lati chriſtianoꝝ in Iudea loquētes de cō
uerſione gētilium futura adhuc quattuor mēſes
ſūt .i. quattuor gen̄ationes eccleſie vſq̄ ad meſſem
i collectione gentilium ſed poſt trecētos annos
⁊ vltra baptizato iam imperatore romano dice
bant p̄lati iam venit meſſis noſtro autē tēpore
dico vobis ecce leuate oculos vr̄os ⁊ videte re
giones gentiū fere omnes iā albe i mature ⁊ pa
rate ſunt ad meſſem vt congregētur in area chri
ſti ⁊ p̄latus aut p̄dicator nr̄i tēporis q̄ metit eos
falce p̄dicationis ⁊ cōgregat rethe verbi dei mer
cedem magnā accipit a deo p̄ ſuo labore in hac
vita ⁊ fructum magnū colliget in vitam eternā
vt in paradiſo ſimul gaudeat ⁊ ille q̄ ſeminauit
doctrina fidei in gentib⁹ .i. cetus apl̄oꝝ ⁊ ille qui
nunc metit .i. ordo p̄latoꝝ ⁊ p̄dicatoꝝ Et licet in
corporalib⁹ fere ſemp̄ idem ſit q̄ primo ſeminat
et poſtea metit q̄ ſeminauit cū augmēto tamē in
hoc noſtro p̄poſito verbū verum eſt q̄ alius eſt
qui ſeminat ⁊ alius qui metit vt declarauimus
ego enim mitto vos meo tempore metere quod
alij ſeminauerūt ſuo tēpore. qui etiam valde la
borauerūt in ſua ſeminatioe propter p̄ſecutiōes
tyrannoꝝ infidelium qui martyrizabāt ⁊ varijs
penis eos afficiebant vos autē in veſtra meſſio
ne pacifice ⁊ ſine labore colligitis fructus quia
modo nulli ſunt reges infideles q̄ vos perſequā
tur ſunt autem fructus veſtre predicationis in
preſenti quia ex ciuitate illa quam ſepius dixi
mus Conſtatinopolim multi Samaritanorum
.i. hereticorum crediderūt veram fidem propter
verbū mulieris .i. eccleſie Grecorum teſtimoniū
perhibentis de veritate doctrine romani ponti
ficis. quando eccleſiaſtici ſecularib⁹ p̄dicabāt in
grecia quia romanus pōtifex dixit mihi omnia
quecunq̄ feci ⁊c̄ ad ſenſum prius datum. Cum
autem veniſſent ad veram fidem Samaritani
predicti et omnes Greci omneſq̄ orientales con
uenirent cum latinis in eādem fidei veritatem
rogauerunt illum romanū proculdubio ponti
ficem qui vicem gerit chriſti in terris vt ibi ideſt
in tali ſtatu maneret eccleſia vſq̄ ad finem ſecu
li hoc eſt rogauerūt vt ipſe quia erat vir ſanctiſ
ſimus et deo acceptiſſimus impetraret hāc gra
tiam a deo ſuis deuotis orationibus quorū pre
cibus inclinatus vir obtinuit a deo q̄ maneret
ibi duos dies .i. paruo tempore duarum genera
tionum nam poſt eas exigētibus peccatis chri
ſtianorū qui male vſi ſunt tēporali proſperitate
vexauit nimiū eccleſia dei ſecta Mahumetica vt

patebit Interim aũt durante pace edificabatur
eccleſia dei multitudine recte credentiũ ⁊ ex gre
cis multo plures crediderunt in romanũ pon ⁊
fidem ꝓpter ſermone eius ad quẽ audiendũ etiã
corporaliter veniebãt/vel libros eius legebant ⁊
tales dicebãt mulieri i eccl'ie ſue qꝛ iã nõ ꝓpter
tuã loquellã.i p̃dicationẽ credimus recte in chri
ſtum ipſi n p nos immediate audiuim⁹ eũ et ꝓ
certo ſcimus qꝛ hic eſt vere ſaluatoꝛ mũdi p bo
nam doctrinã ſuã nec eſt alibi ſalus q̃renda ſub
Moralitas deo ¶ Moraliter vero coꝛ hoĩs eſt pute⁹ valde
ꝓfundus ſed hydria ex eo hauries aquã cõtritio
nis ⁊ lachꝛymarũ eſt ſacramẽtum confeſſionis q̃
ptingit vſq; ad fundũ ei⁹ vt extrahat feces Sa
cerdos vero ſcrutando coꝛ hoĩs petit ab aĩa pec
catrice aquã p̃dictam et declarat ei q̃ꝫ amara ſit
aqua delectationis mundane q̃ nunq̃ꝫ ſanat ho
minẽ ⁊ vice verſa q̃ꝫ dulcis ⁊ ſuauis eſt aqua de
uotioĩs ſpũalis q̃ oem ſitim mundanoꝛum extin
guit ⁊ tunc aĩa fidelis deſiderio illius aque pan
dit ei oes cogitationes ſuas donec ad beneficiũ
ſacramẽtalis abſolutionis veniatur qua deuote
Offertorium. ſuſcepta potatur aĩa aqua gr̃e dei ⁊c̃ ¶ Offerto
rium Intẽde voci oꝛonis ⁊c̃ pſal' 5 eſt oꝛo eccl'ie
cum p̃lato ad impetrandũ a deo gr̃am pſeuerã
tie grecoꝝ ⁊ latinoꝝ in hac pace ⁊ cõcoꝛdia ſynce
re fidei ⁊ religiõis chꝛiſtiane Et additur verſus
Verba mea ⁊c̃ principiu eiuſdẽ pſalmi ad ma
gis cõfirmandã petitionẽ ⁊ oſtendendã ſuã affe
ctione Secreta oꝛo Reſpice dñe ⁊c̃ offert deo ſa
crificiũ euchariſtie ad impetrandũ ieiunantibus
et penitentibus etiam gr̃am pſeuerantie ¶ Com
Communio. munio Qui biberit aquã ⁊c̃ ex noſtro euãgelio.
eſt congratulatio eccleſie de cõuerſione Grecoꝝ
eo q̃ dixerat ei p̃latus de aquis ſue doctrine ma
gnas virtutes Finalis oꝛo Huius nos dñe ⁊c̃
applicat cõtonem moraliter ad ieiunantes petẽs
eis ex virtute ſacramẽti ſuſcepti vt et ipſis doctri
na eccl'ie fiat fons aque ſalientis q̃ eos ad cele
ſtia regna perducat Sup pplm preſta q̃s ⁊c̃ im
ploꝛat fidelib⁹ ꝓtectionẽ dei ab aduerſarijs tur
bare conantib⁹ pacẽ cõſcientie p ſuas tẽtationes

## ¶ Caput quadrageſimũ

ſextum de officio ſabbati tertie hebd quadrage
ſime quo vigeſimapꝛima eccl'ie chꝛiſtiane genera
tio a tribulatiõe liberatur et p virtutẽ pñie fide
lis populus a peccatis abſoluitur

Argumẽtũ huic ſ ab anno chꝛiſti 600 vſq; 630

VIgeſimapꝛima
generatio eccl'ie dei fuit ſub
Ro pon Sauiniano/tribus
Bonifaci⁹/et alio vocato
deus dedit ac imperatorib⁹
Foca et Heraclio ⁊ correſpõ
det Amaſie regi Juda in ve
teri le q̃ licet in p incipio ſui regni bon⁹ et catho
lic⁹ appareret poſtea tamẽ cũ victoꝛia habuiſſet
contra Seyꝛ et Moab adoꝛauit quos ſecũ tule
rat deos eoꝛũ propter quod peccatũ iratus deus
contra eum pmiſit q̃ ſtulte incitaret regẽ Iſrael
ad bellũ cõtra ſe a quo victus et valde humilia
tus tãdem a ſuis dolo occiſus eſt Joas aũt rex
Iſrael etiã p̃ualuit aduerſum Benadab regem
Syrie cui⁹ pater Azael valde afflixerat regnũ
Iſrael ideo Joas victorioſus abſtulit vrbes re
gni ſui de manu Benadab q̃s Azael vi accepe
rat a patre ſuo ⁊ poſt eum Hieroboã filius eius
recuperauit oẽs alios terminos regni Iſrael ab
introitu Emach vſq; ad mare ſolitudinis ⁊c̃ Si
militer in hac ge 21 rex Longobardoꝝ in Italia
bñ incepit adiuuãdo romanã eccl'iam et fauẽdo
fidei catholice tñ poſtea in hereſim lapſus tyran
nidem exercuit ⁊ malũ fine habuit q contra He
racli⁹ imperatoꝛ in grecia p̃ualuit bellãdo nõ ſo
lũ cõtra rege Italie verũetiã aduerſus Coſdram
regẽ Perſarũ q̃ rebellauerat cõtra eũ ⁊ multas
ꝓuincias imperij abſtulerat adeo vt etiã crucem
dñicã ab Hieruſale in Perſide tranſferret quo
deuicto Heraclius ꝓuincias illas recuperauit
⁊ cruce i Hieruſale reduxit et ad ſimilitudine Joas
regis iſrael (q̃ vincens Amaſiã totũ regnũ Juda
expoliauit) ita iſte iperatoꝛ poſt dictã victoꝛiã in
tyrannidẽ verſus oẽs populos ⁊ eccl'ias romani
imperij expoliauit bonis in tm̃ q̃ n ulti ppli nõ
valẽtes tollerare tantã oppꝛeſſionẽ rebellare ce
perunt contra eum vt excuterent a ſe iugum ro
mani imperij et cũ illo tepoꝛe pernicioſiſſimus
Mahumetus ſectam ſuam maledictam p̃dica
ret in Perſide/Arabia/Egypto/ ⁊ alijs partib⁹
Aſie/⁊ Affrice tyrannis Heraclij occaſio fuit vt
oẽs ille natiões facile cõſentiret Mahumeto q̃te
nus legẽ chꝛiſti dimittendo ſub alio rege euade
rent opp̃ſſionẽ imperatoꝛũ q̃ eis occaſione rebel
lionis Coſdre valde moleſti erant Et poteſt ad
huc notari alia ꝯcoꝛdia qꝛ ſicut Heliſe⁹ ꝓpheta
defunctus eſt ſub Amaſia 21 a Jacob ita beat⁹
Gregoꝛius religioſus de oꝛdinis ſancti Benedicti
(que diximus veniſſe in ſpũ Heliſei) ſub hac 21
ge eccleſie defunctus eſt claris miraculis etiam
poſt moꝛtẽ ſuam vt Heliſeus q̃ inter plures ei⁹
libꝛos p̃clariſſimos dialogos edidit de miracu
lis illoꝛum ſctoꝝ qui circa tẽpoꝛa ſua claruerũt
⁊ paulo ante ſcriptus erat alius ſimilis liber de vi
tis ſanctoꝛum patrum qui in Thebaide ⁊ Egy
pto vixerant miraculis clariſſimi vt hi duo libri
gererent Thypum/Helie/⁊ Heliſei/in nouo teſta
meto Poſt beatum autẽ Gregoꝛium rara fuere
miracula in eccleſia dei ⁊ quanto magis accedi
mus verſus finem mundi tanto rarioꝛa adeo vt
tempoꝛe antichꝛiſti (cui⁹ figura fuit anthiochus
in lege veteri ⁊ Mahumetes in lege noua) iam
non ſint futura vera miracula p bonos ſed fal
ſa per malos homines ſicut etiam in veteri le
ge poſt Heliam ⁊ Heliſeum vt teſtatur hiſtoꝛia
quarti libꝛi Regũ non ſurrexerunt in Iſrael alij
ꝓphete q̃ talia ⁊ tam crebꝛa miracula facerent ſi
cut ipſi quãuis nõ defuerint poſt eos multi viri
ſancti i populo dei vt Eſaias/Hieremias/⁊ alij ſe
quentes ꝓphete tã maioꝛes q̃ꝫ minoꝛes Et ſilr in
eccl'ia chꝛiſti doctoꝛes magni ⁊ religioſi poſt ſan
ctũ Gregoꝛiũ vt Bernard⁹/Frãciſc⁹/Dñicus ⁊c̃.

Sicut ergo in veteri teſtamēto pceſſit tēpus miraculoꝝ/ꝛ poſtea ſecutū eſt tēpus ſapiētie dei reuelate: ita ꝛ in nouo teſta nam Moiſes in pncipio ſui regiminis multa oſtēdit miracula i Egypto ſed poſtea legem dedit pplo in deſerto de q ipſe ait Deut 4 Hec eſt ſapiētia vr̃a et itellect⁹ corā populis ꝛc. in terra etiā pmiſſiōis ꝛ regno Hebreoꝝ priores pphete vt diximus miraculis claruerūt ſed libros nullos ſcripſerūt vſq ad Amaſiā regem q vero eos ſecuti ſunt magis ſapiētia et libris ꝙ miraculis decorati fuerūt ſilr in eccleſia chriſti in eius pncipio ſ tempore chriſti ꝛ apl'oꝝ et deinceps p plures generatiōes apparuerunt multi plati ꝛ predicatores cum frequentia miraculorum vſq ad hanc 21 ge ſed poſtea ſucceſſerunt viri religioſi non tam clari miraculis ꝙ ſapiētia decorati Hec etiam differentia in duob⁹ maximis apl'oꝝ Petro ꝛ Paulo figurata eſt quorum primus Petrus a chriſto miſſus eſt in virtute miraculoꝝ vt alter Moiſes aut Helias Paulus vero a ſpūſancto cū Barnaba miſſus eſt in claritate ſapiētie celeſtis vt alter Eſaias vel Hieremias ſic tn̄ ꝙ nec Petro deerat ſcientia /nec Paulo miracula ſicut etiā antiquis prophetis Helie ꝛ Heliſeo nō deerat ſciētia dei nec poſterius Eſaie et Hieremie gr̄a miraculoꝝ. ſed iſti libros ediderunt illi nō et illorum multa miracula ſcripta ſunt iſtoꝝ vero ꝙ pauciſſima vnde non abſq miſterio hui⁹ cōcordie contigiſſe credimus vt in hac 21 ge. interrogaret beatus Grego ipſa Petro diacone qre modo nō inueniātur tales viri miraculis clari ſicut olim in eccl'ia dei cui reſpondes Gregorius in dialog pdictā duoꝝ apl'oꝝ figurā adducit vt ſignificaret vir ille ſciens dei plen⁹ ꝙ generatio illa erat terminus inter pdicta duo tēpora no teſtamēti i ꝙ tēpus miraculoꝝ finiebatur qđ pceſſerat ad ſilitudinē Moiſi/Joſue/Helie/Heliſei ꝛ alioꝝ et incipiebat tēpus aliđ magne ſapiētie ſpūalis inſtar Dauid/Salomonis/Eſaye/Hieremie/ et alioꝝ ſub ſactis religionib⁹ quarū pma extitit religio ſacti Benedicti. nā inſtitutio canonicoꝝ regulariū quā olim fecerat ſctus Auguſtin⁹ nō multū annumerat religionib⁹ ſed poti⁹ alijs ſacerdotibus In hac quoq gen̄atiōe iuxta pncipiū eius Focas iperator dedit ro pon Bonifacio quarto templū oīm deoꝝ gentiliū (qđ erat Rome ſolenniſſimū) ꝯſecrandū i honore virginis Marie ꝛ oīm ſanctoꝝ chriſti vt ciuitas illa ꝛ tota eccl'ia latina remaneret iam oīno purificata ab infamia ydolatrie de q multis retro annis fuerat infamata

Introit⁹ miſſe

atq polluta Quare optime eccl'ia illius tēporis in miſſe introitu ſ Verba mea aurib⁹ ꝛc pſal' 5 deū alloquitur orās vt ei⁹ pces ſint ei iam grate ꝛ exaudibiles V. rſus Quoniā ad te orabo ꝛc ex eod. pſal' dat rōnem pdicte petitiōis quoniā deinceps purificata penit⁹ ab ydolatrie infamia no habebit aliū deū qui debeat inuocare pter ipſum ꝛ qr rara fient miracula in eccl'ia qbus ſignificabant orōnes ei⁹ exaudite reſtat modo ꝯſidere de diuina iā vt cū magnoꝝ doctoꝝ ſapiētia nō deficiat fides recta ꝛ gr̄a ſua

Oratio.

Oro Jeiunia qs dn̄e ꝛc applicat introitū ad ieiuniū morale pro fidelib⁹ ieiunātib⁹ petēs purificatione a pctis ꝛ liberatione a penis ſue iuſticie rigoroſe

Epiſtole argumentum

¶ Ep'la Erat vir in Babilone ꝛc Daniel 13 applicat hiſtoriā Suſanne (q licet apud Hebreos nō ſit de canone biblie eſt tamen valde autentica et ab eccl'ia pbata) ad liberatione pdicta latine eccl'ie ab ydolatrie infamia ꝛ ab erroribus apoſtaſie q orientalib⁹ eccleſijs contigit ex ſeductiōe Mahumetis Habet aūt more ſolito tres partes In prima declaratur grauiſſime tētationis occaſio In ſcđa ibi et facta eſt dies craſtina ꝛc. additur malicioſa accuſatio pariter ꝛ condēnatio In tertia ibi cūq duceretur ad morte. ꝛc ꝯcludit miraculoſa liberatio ꝛ abſolutio ſ ab iſamia

Prima pars epiſtole

Quia igitur romana ꝛ tota latina eccl'ia prius fuerat iſamata imo ꝛ vere dephēſa in adulterio ydolatrie q relicto viro ſuo vero deo polluebatur ſupſtitōe nō ſolū vni⁹ falſi dei ſed etiā oīm deoꝝ imo demonioꝝ qbus qſi lenonibus ꝓſtituebat volunt de⁹ ex ſumma ſua mia eam liberare nō ſolū ab illo nephario opere verumetiā ab infamia illa ꝛ nō ſolū aīas gentiū latinoꝝ ad fidē vni⁹ veri dei cōuertēdo ſed etiā materialia tēpla ſinguloꝝ ydoloꝝ in eccl'ias chriſti pmutādo donec ventū eſt ad hanc gen̄ationē in q Pantheon ipſum i templū oīm ſimul ydoloꝝ dn̄o ꝯſecratū eſt hoc ſignificat ꝓlixa hec nr̄a ep'la ꝙ breui⁹ ꝓſtringēdo dicim⁹ ꝙ Suſanna q roſa vel liliū interptatur eſt latina eccl'ia pulchra nimis ſpūaliter ꝛ timens deū. ꝛ dicitur filia Helchie i apl'i Petri qui ꝛ lenitas dn̄i dicitur ꝓpter deuotas orōnes ſuas ꝓ peccatoribus vir eius chriſtus dr̄ Joachim i reſurgēs vel ꝯfirmans/aut vindicans qr reſurrexit a mortuis/ꝯfirmauit diſcipulos in fide/ꝛ vindictā fecit de aduerſarijs iudeis iſte etiā eſt diues valde et ditans ſeruos ſuos multis bonis habet pomerium vicinū domui ſue ſ ſacrā ſcripturā ꝛ qr ipſe eſt honorabilioribus alijs dijs gentiū ad eum confluunt oēs vere fidei cōfeſſores accuſatores huius Suſanne duo magni preſbyteri i patriarche fuere in pteritis generationib⁹ eccl'ie videlicet Conſtātinopolitanu3/ꝛ Epheſinus/cum ſequacibus ſuis Grecis ꝛ Aſianis qui cum viderent eam quotidie ingredientem ꝛ deambulātem in predicto pomerio viri ſui i continue proficientem in ſtudio ſanctarum ſcripturarū et lauantem ſe a ſpurcicijs ydolatrie oleo ꝛ ſmigmatibus ſacrametorum ac perinde magis ac magis decoram ſe facientem quotidie coram deo et hominibus exarſerunt illi per inuidiam ꝯcupiſcentiā bonorum ꝛ gratiarū eius quas non valentes aſſequi auerterunt ſenſum ſuum a veritate et declinauerūt oculos ſuos ad terrena bona vt viderent celum i celeſtem legem dei nec recordarentur iudiciorum i preceptorum iuſtorum dei. ideo decreuerunt infamare eam de multis criminibus maxime de adulterio ſpirituali idēſt hereſi vel apoſtaſia a fide per ydolatriā pteritam Ad qđ malum perficiēdū ingreſſi ſunt ꝛ ipſi pomerium

chriſti ad corrūpendū vel corrupte exponēdum
ſacras ſcripturas vt i eis fundaret errores ſuos
τ tūc p̄mo exclamauit eccl'ia latina i multis ↄci
lijs ↄtra eos exclamauerūt τ ipſi aduerſus eā di
cētes multa ↄuitia adeo vt romane ſerui eccl'ie
aliqñ erubeſcerēt hec audiētes. hoc fecerūt maxie
Arriani in p̄mo centenario annoꝝ poſt Coſtan-
Scd'a ps epiſtole tinum τ Silueſtrum. Et cū facta eſſet dies craſti
na i. ſecundus centenari⁹ ſ a tēpore Theodoſij τ
Damaſi inualuerūt accuſatores ei⁹ adeo vt vo-
carent eā ad iudiciū in ↄcilijs Arrianoꝝ τ dicen
tes ↄtra eam falſum teſtimonium cōdenaret eā
ad morte· τ tradederent eā occidedam multitudi
ni Gothoꝝ q̄re opus fuit ꝙ ipſa ſepius voce ma
gna clamaret ad dn̄m in orōnibus ſuis dicens
Dn̄e de⁹ eterne τc̄ tu ſcis qm̄ falſum contra me
tulerunt teſtimoniū. ecce morior cū nihil hoꝝ fe-
cerim q̄ iſti malicioſe cōpoſuerunt aduerſum me
Tertia ps epiſtole. τc̄ Cumq; p plures annos ducere͂ ſic ad morte
τ ipſa ſemp clamaret ad deum tande exaudiuit
dn̄s vocem ei⁹/ τ decreuit eā liberare in 3 cente
nario ſ a tēpore Juſtiniani τ Joānis pape ſuſci
tauit. n tunc de⁹ in ſua eccleſia ſpūm bonū vni⁹
pueri i ſerui ſui iunioris i minoris p̄lati ſ Hiſpa
leñ· cui nome Daniel i iudiciū dei iſte fuit Lean
der epiſcopus q̄ ad ppl'm Gothoꝝ clamauit vo-
ce magna ſue p̄dicationis adeo vt ↄuertere͂ rex
eoꝝ i Hiſpania τ ſil'r tot⁹ ille ppl's ↄuerſus ē ad
deū vel puer iſte iunior fuit ſanctus Gregorius
alioꝝ doctoꝝ eccleſie nouiſſim⁹ τ ages iudicium
dei i terris qꝛ papa q̄ etiā ↄtra gente Gothoꝝ in
Jtalia cum ſtaret in medio eorum dixit eis ſic
fatui eſtis nō iudicātes recte neq; qđ verum eſt
cognoſcētes qꝛ iniuſte ↄdemnaſtis τ ad mortem
duxiſtis filiā Jſrael i eccleſiā latinā reuertimini
ad iudicium τc̄ τ ↄuerſus ppl's fecit eum ſedere
in medio totius eccleſie ad iudicādum ſ in ſede
apl'ica τ acquieuerūt ſentētie ei⁹ in cauſis fidei
Jpſe aute diuiſis a ſe falſis teſtibus i Grecis τ
Aſianis cōuicit eos ſuis diſputationib⁹ falſum
teſtimonium dixiſſe ↄtra Suſannā qꝛ diuerſos
τ aduerſos errores ſuſtinebant cōtra latinā eccle
ſia τ tande iuſto dei iudicio euenit illis talis pſe-
cutio q̄lem ipſi mouerant cōtra eccl'iam latinam
ſ vt duceretur ad mortē p infideles Mahumeti
cos qui ab hac 21 ge ceperūt eos debellare τ cō
tinuata eſt pſecutio p ſequētes ge plures donec
oīno eſſent oppreſſi ſub eoꝝ duriſſima tyrānide
econtra v'o latina eccleſia ab illo tempore libe-
rata eſt τ a pſecutiōe et ab īfamia adulterij ſpūa
lis Moralitas hui⁹ ep'le eade eſt cū illa quā in
euāgelio ponem⁹ ¶ Cantus gradualis Si am
Graduale bulem in medio τc̄ pſal. 22 eſt grārumactio lati
ne eccleſie de liberatiōe ſua p̄dicta a pſecutione
hereticorum quā vmb. ā i timore mortis vocat
Verſus Virga tua τc̄ ex eodē pſalmo dat mo-
dū ſue liberationis ſ p virgam diuine correctiōis
et flagelli et p baculum mīe et ſuſtētatiōis diui
ne hoc eſt qꝛ de⁹ in illa pſecutiōe purificauit eos
a peccatis p flagellū ſue iuſticie et defendit eos
a pditione p ſuſtētatione ſue mīe et grē. ¶ Euā-
gelium Perrexit ieſus in montē τc̄ Joannis 8
Euangelij argumentum. aliam hiſtoriam alteri⁹ mulieris de adulterio ac
cuſate ad idē ꝓpoſitum cum epiſtola applicat
Et habet tres partes Prima e maligna interro
gatio Scd'a ibi Jeſus aūt inclinās ſe τc̄ eſt pru-
dentiſſima euaſio Tertia ibi erigēs ſe ieſus τc̄ eſt
plena abſolutio Pro hui⁹ euāgelij introductiōe
eſt ſciēdum ꝙ ſicut in epiſtola p Suſannam de
adulterio falſo accuſatam intelleximus eccleſiā
latinā ita nunc p muliere in adulterio vero dep̄-
henſam eande eccleſiā latinam intelligimus cū
enim agam⁹ hic de adulterio ſpūali populi dei
p receſſum a vera fide quā ꝓfeſſus erat iuxta il
lud Hiere 3 Fornicata es amica mea τc̄ duplex
eſt hmōi receſſus alter p hereſim alter p apoſta
ſiā Hereſis ē nō dimiſſa religiōe chriſtiana ne-
gare aliq̄s articulos fidei Apoſtaſia v'o e totalis
receſſus a religiōe τ redit⁹ ad infidelitate prius
dimiſſam romana ergo eccl'ia falſo accuſata eſt
in primo Arrianoꝝ cētenario a grecis de primo
adulterio qꝛ circa articulos trinitatis τ incarna-
tiōis dei ipſi errabant/ et romana eccl'ia veritatē
docebat quā tamē illi tanq̄ adulterā īfamabāt/
qꝛ vocabāt eā hereticā ſed in ſcd'o centenario ve
re accuſata eſt de ſcd'o adulterio qꝛ vt Auguſti-
nus refert in p̄mo de ciuitate dei τ Oroſius eius
diſcipulus in ſua hiſtoria cum romani vidiſſent
Gothoꝝ exercitū p̄ualuiſſe cōtra eos adeo vt to-
tam Jtaliam deuaſtaſſent/ τ romā ipſam oppreſ
ſiſſent· finxerunt hoc malum ſibi ꝓueniſſe ex ira
deorum ſuorū quos reliquerant propter chriſtū
ideo iterum erigere voluerūt ydola ſua τ repete
re cultū eorum cōtra quē errorem predicti docto
res τ alij plures in etate illa ſcripſerūt Sed de⁹
benedictus in 3 cētenario eccl'iam ſuā ab vtroq;
adulterio voluit liberare de p̄mo patuit i ep'la
qꝛ declarauit deus illā accuſatione eſſe falſam
de ſcd'o patebit in euangelio qꝛ licet peccatū p̄di
ctum romanoꝝ eſſet dignū accuſatione et pena
non tamen erant accuſandi τ puniendi p alios
ſil'r aut peius delinquentes quales erant Greci/
Prima ps euangelij Aſiani/ τ alij orietales ideo ait Jn illo tempore
Arrianoꝝ prexit ieſus i roman⁹ pōtifex in mon
tem oliueti q̄ ratione triplicis luminis τ pingue
dinis ſacram ſcripturam ſignificat q̄ fulget fide/
doctrina/ τ deuotiōe hoc eſt prelatus tunc inten
debat ſtudio ſācta rum ſcripturarū τ deuote con
templationi earum vt per veram intelligētiam
illarum poſſet reſpondere cauillationib⁹ heretī-
corum qui ſenſus earum puertebant hoc fuit in
primo centenario Arrianorū ante annos chriſti
quadringetos ſed iterū in ſecūdo centenario pre
latus venit diluculo in templum i intedit ordi-
nandis diuinis officijs ſacerdotū in tēplo dei eo
ꝙ tepla ydolorū iā conſecrabātur in eccl'ias dei
τ ſuoꝝ ſāctoꝝ τ oīs fideliū ppl's venit ad eū au
diēdū τ honorādū qꝛ ipſe ſedes i cathedra doce
bat eos rectā fidē τ mores bonos p ſe τ p docto
res ſuos q̄ erāt multi τ magni in etate illa Tūc
aūt inuidia cōmoti ſcribe i doctores Grecorū nō
oēs ſed phariſei. i. diuiſi ab vnitate eccl'ie τ fidei

adducunt ei. Ante eū accuſantes mulierem. Urbem Roma ꝛ fere totā Italiā dephenſā in adulterio apoſtaſie manifeſte ꝛ ſtatuerūt eam in medio i declarauerūt eam i generali cōcilio ꝛ dixerūt romano pontifici. Magiſter i tu ꝗ paſtor ꝛ doctoꝛ es romanoꝝ ecce hec tua mulier modo dephenſa e p euidetiā facti in quodā peſſimo adulterio ſpūali qꝛ apoſtatauit i retroceſſit a fide chriſti viri ſui legitimi ꝛ reuerſa eſt ad vomitū ydolatrie ſue qrens ſibi deos alienos in lege aute vefigurali Moiſes mādauit hmōi mulieres adulteras lapidari tūc ꝗdem lapidibus materialib9/ nunc vo ſpūalib9 hoc eſt vbis ꝛ cēſuris eccl'iaſticis tu ergo qui iudex ei9 es quid dicis i quā ſententiam pferes ſup hoc pcto' hoc dicebat greci nō ex zelo iuſticie ſed cauilloſe tētātes eū vt ſi pctm ſuoꝝ laudaret vel excuſaret poſſent eū accuſare tanꝗ malū ꝛ hereticū ꝛ ſic coloratā excuſationē habere q̄re nō obediebāt ei. Ad hāc malicioſa interrogatione grecoꝝ roman9 pōtifex caute rñdit

Secunda ps euangelij

qꝛ poti9 dedit euaſionē ꝙ reſpōſione ad id qđ directe q̄rebant primo ñ inclinās ſe p verecūdiā ꝛ humilitate deorſum aſpiciebat pōderando grauitate illi9 pcti latinoꝝ ꝛ digito dei i ſpūſācto dirigente eū ſcribebat decreta ſalutaria i terra ad correctione ꝛ edificationē eccl'ie latine ptinētia et ſic paulatim romanos reduxit ad verā religione chriſti abiecta oino ydoloꝝ cultura et hoc in illo ſecūdo cētenario in quo cū greci pſeuerarēt multis ānis interrogātes eum malicioſe de his ꝛ alijs multis pctis latinoꝝ tādē in pncipio tertij centenarij roman9 pōtifex erexit ſe in magnū fauore fidei cōuerſis ad ſe Gothis et audacter dixit grecis vos accuſatis latinā eccl'iam vt dignā morte et q̄ritis ꝙ ego cōdemnē eā hanc ſententiā pfero qui ſine pcto eſt vr̄m ille pmus in eam lapide mittat q d ego ſcio pctm hoc eſſe dignum puniōe ſed nō a vobis qui alia eque mala ꝛ peioꝛa pcta cōmiſiſtis blaſphemātes cōtra diuinitate chriſti ac perinde negantes ei adoratione latriam ſibi debitam et facientes vobis deū fictū i no trinū q̄re ita bn vos eſtis adulteri ſpūaliter ſicut romani ideo nō licet vobis accuſare eos de illo pcto ſed accuſabunt eos ſui ſacerdotes mūdi ab hoc vitio/ꝛ benigne adducent eos ad penitentia ſalutare nō ad morte exitialem vt vos pcuratis. Et iterum circa finem tertij cētenarij pōtifex roman9 inclinans ſe ad gubernationem fidelium ſcribebat decreta ſalutaria latinis et deterim nationes cōtra erroꝛes grecoꝝ qs ipſi audientes vni9 populus eoꝝ poſt alium exibat ab vnitate eccleſie et obediētia roma pon incipietes a ſenioꝛib9 i maioꝛib9 platis eoꝝ vſꝙ ad minores ſubditos ꝛ ſic remāſit ipe platus ſolus cū pdicta muliere i latine gete ſtans in medio hereticoꝝ ꝛ alio um īfideliū i tenēs medium vtutis et recte fidei nā alij omnes fere populi receſſerūt ab eo ad extrema erroris. Et traditis poſtea grecis in ptatem infideliū erigēs ſe platus in culmē dignitatis ſue fauore pncipū chriſtianoꝝ dixit eccleſie latine mulier vbi ſunt greci ꝗ te accuſabant'q d.

Tertia ps euangelij.

perditi ſunt ꝛ non aparent. nemo eorum potuit te cōdemnare ad morte interit9 tui ꝗ reſpōdit nemo dñe me cōdemnauit qꝛ deus hoc nō pmiſit: ſed ad pen̄iam miſericorditer me expectauit eos vero quaſi malicioſos ꝛ impenitētes ad interitū duxit ꝛ platus iterū ad eā neꝙ ego inquit te cōdemnabo vere penitetem ſed ex parte dei te abſoluā ꝛ ab alijs erroꝛibus contra fide te pſeruabo vt ſemp ſit in te fides ſana vade ergo i pcede ſcđm documeta tibi tradita ſub obediētia romani pontificis paſtoꝛis tui et ampli9 iam noli peccare apoſtatando a fide vſꝙ ad fine mundi qꝛ ego ero tecum p ſpeciale aſſiſtentia bone gubernatiōis. Nam ſicut in ve le captiuatis ab infidelib9 ppter ſua peccata dece tribubus Iſrael in ſola tribu Juda māſit fides vſꝙ ad pmū chriſti aduentū ita in nouo teſtameto pditis grecis ꝛ alijs oꝛientalib9 ppter ſeparationem ſuam a romana eccleſia ꝛ obedientia ſummi pōtificis i ſola latina eccleſia manebit fides ſana vſꝙ ad ſecundum chriſti aduentū. ¶ Moraliter vero tam epiſtola ꝙ euangelium denotat accuſatiōes que

Moralitas

modo fiunt cōtra aiam peccatricem que eſt per baptiſmum ſponſa dei ꝛ ꝗtiens moꝛtaliter peccauit totiens adultera fuit cōmixta demonio' accuſant eam demones coram deo petētes vt dānetur ad moꝛtem inferni ſed chriſtus p ſuum ſacerdote inclinat ſe in hac q̄dragesima ad audiēdam ei9 pen̄iam ꝛ ſcribit in terra ſui coꝛdis vba doctrine ꝛ correctionis ſue his aīa conteritur ac penitet de ſuis peccatis et reſpectu ei9 conuincūtur magis peccaſſe demones impenitentes qui eam accuſabat ideo fugiunt a facie dei ꝛ anima abſoluitur a damnatiōe moꝛtis inferni p claues datas ſacerdotibus chriſti ſed tande monetur a confeſſoꝛe ne ſit ingrata deo de tanto beneficio iterum recidiuando in peccata ſua qꝛ ſi foꝛte iterum peccet accuſatoꝛes circūuenient eam ꝛ non inueniet chriſtū qui eam abſoluat p vtutem ſuorum ſacramētoꝛum ſed preoccupata die moꝛtis pen̄iam non poterit facere ⁊c̄. ¶ Cantus offertorij Greſſus meos dirige ⁊c̄ pſal' 118 eſt reſpōſio

Offertorium

eccleſie latine ad vltima verba euangelij ſibi dicta ideo oꝛat deum vt dirigat greſſus ſuarū operationum ſecundum tenoꝛem mandatoꝛum ei9 vt non cadat iterum in talia peccata que vocat iniuſticiam ſicut mandata dei ſunt regule iuſticie. Secreta oratio Cōcede queſumus ⁊c̄ offert deo ſacrificium euchariſtie moꝛaliter applicando offertoꝛium ieiunātibus. ¶ Communio Nemo te cōdemnauit ⁊c̄ ex euangelio repetit iterū

Communio

vltima verba eccleſie latine dicta vt oſtendat ſibi datam eſſe gratiam illam ex virtute euchariſtie de qua chriſtus ait Matthei vltimo ecce ego vobiſcum ſum vſꝙ ad conſummatione ſeculi. Finalis oratio queſum9 o deus ⁊c̄ eande gratiā petit fieri ieiunantib9 ꝛ vere penitentib9 qua valeant inter membra coꝛpoꝛis myſtici chriſti numerari. Super populum reſpice dñe ⁊c̄ oꝛat pro abſolutiōe fidelis populi a pctis virtute euchariſtie ſuſcepte a ſacerdote in pſona toti9 populi.

## ¶ Caput quadrageſimũ ſeptimũ de quarta dñica i quadrageſima q̃ ſuo officio 22. eccleſie generatione cõmemorat ⁊ ieiunantes ſeu penitẽtes reficit atq; letificat

Argumẽtũ officij ab anno chriſti 630 vſq; 660 VIgeſima ſcda eccleſie chriſtiane gẽte ſub romanis põ Honorio/Seuerino/Joãne/Theodoro/Martino/Eugenio/ Vitaliano/⁊ Adeodato imperãte adhuc Heraclio et nepote ſuo Conſtantino peracta/eſt correſpondẽs Oſie regi Juda in ve le Qui et alias dictus ẽ Azarias et nõ ſine cauſa fuit binomiꝰ iſte ſolus in regibꝰ Juda tum q2 p̄ter officiũ regale p̄ſumpſit officiũ ſacerdotale exercere in tẽplo dñi tum etiã q2 ab eo icepit decurrere tẽpus ſub duplici myſterio vſq; ad chriſti natiuitatẽ nam durãte adhuc ſtatu vele ab hoc rege icepit quodãmodo ſtatꝰ noue le q2 tunc ſeminariũ eius duplex iactũ eſt etenim Eſaias ꝓpheta euangelicus ſilr Oſee/Amos/ et quidã alij myſteria chriſti et eccl'ie chriſtiane ab hoc tẽpore publicare ceperũt et Roma vrbs teſte Auguſt in diebꝰ Oſie regis Juda edificata eſt q̃ futura erat caput eccl'ie chriſtiane ſub nouo teſtamẽto Huius etiã regis tẽpore incepit deficere regnũ Iſrael in Samaria propter magna peccata ſua nam ãno 39 regni Oſie Phul rex Aſſirioꝝ bellauit ꝯtra regẽ Iſrael ⁊ cepit ei Terſam ciuitatẽ et reliquit regẽ ſibi tributariũ tunc etiã rex Aſſur tranſtulit tribũ Ruben/Gad/⁊ dimidiã Manaſſen q̃ erant vltra Jordanẽ in Aſſirios Itẽ ãno 52 eiuſdẽ regni Oſie idẽ rex Aſſur inuaſit tribũ Neptalin et totã fere Galilea/ tranſtulitq; eos in Aſſirios vſq; in p̄ſente diẽ et nimirũ ſi incipiẽte iam clareſcere chriſtianoꝝ regno ſpũali inciperet ſimul deficere regnũ Judeoꝝ carnale Similia fere opera occurrerunt in hac 22 ge eccl'ie nã p̄ualente impia ſecta Mahumetis/ Homar ſucceſſor regni et p̄fidie ſue iuaſit ac oppreſſit Hieroſolyma/Anthiochia/et Alexandriã eccleſias patriarchales et paulatim occupauit alias atq; alias partes romani parit' et chriſtiani imperij maxie in partibꝰ orientis p̄mittẽte hoc iuſto dei iudicio propter grauiſſima pctã eoꝝ vt patuit in gñationibꝰ p̄teritis q2 fuerũt ſemꝑ rebelles romane eccl'ie/et ꝑconſeqñs recte fidei catholice et q2 vt alias diximꝰ gerũt in nouo teſta typum regni Iſrael in Samaria qđ reſtituit regno Dauid in Hieruſalẽ Sed queadmodũ deficiẽte regno Iſrael ꝯfortatũ e regnũ Juda ab Oſia rege ita deficiẽte imperio grecoꝝ et alioꝝ orientaliũ cõfortata eſt latina eccl'ia occidẽtalis ab hac generatiõe ꝯfugientibꝰ ad eã multis ex orientalibus vt euitarent p̄ſecutionẽ illã Mahumeticoꝝ Jmo apđ latinos deficiẽte iam ſanctitate/modeſtia/et ſollicitudine clericoꝝ erga ſpũalia ꝓpter nimiam occupationẽ in rebꝰ tẽporalibꝰ cõfortatus eſt ordo monachoꝝ ſub regula ſancti Benedicti i omni vtute et ſapiẽtia coram deo ⁊ hoibꝰ q2 abiecerũt a ſe oẽm occupationẽ bonoꝝ tẽporaliũ et dederũt ſe vite ſpũali et ſtudio ſanctaꝝ ſcripturaꝝ Hanc igitur duplicẽ ꝓſperitatẽ ſ eccl'ie latine in tẽporalibꝰ ⁊ religionis ſcte in ſpũalibꝰ Matutini licet cũ infelicitate orietaliũ in vtroq; rep̄ſentat hodiernũ officiũ qđ i matutis legit hiſtoria Moiſis q̃ eduxit ppl'm dei de captiuitate Egypti ⁊ ꝑ trãſito periculo maris rubri letãtes dixerũt. Cantemus dño ⁊c̃ Silr in miſſe introitu Letare Hie Introitꝰ miſſe ruſalẽ ⁊c̃ Eſa 66 eccl'iam latinã (qᷓ eſt ſpũaliter regnũ Juda in Hieruſalẽ) p̄latus alloq̃tur ꝯfortans eã letare inquit tu Hieruſalẽ i latina eccl'ia vel religio ſcta ꝓ tanto ocio vobis dato in tẽpore aliene tribulatiõis cõuentũ religioſũ facite oẽs q̃ diligitis deũ ſegregati ab his q̃ dil gũt mũdũ et pauliſꝑ gaudete cũ leticia bonoꝝ tẽporaliũ q i triſticia fuiſtis ſ in aduerſitate p̄ſecutiõis ſ exteriꝰ coꝝ ⁊ hoim mundanoꝝ vt exultetis i exteriꝰ ſaltetis p̄ gaudio ⁊ ſatiemini ab vberibꝰ cõſolatiõis ſ ab vbertate bonoꝝ tẽporaliũ hoc dicit p̄latꝰ vt ſignificet ꝙ in 22 ge eccleſia latina erat diues et ꝓſpera ⁊ ſilr religio ſancti Benedicti fuit tũc nimiũ dotata maxime in Gallia ⁊ Italia Verſus Letatus ſum ⁊c̃ pſal' 121 eſt reſpõſio ppl'i latini ad exhortationẽ p̄lati ſupradictã cuius cauſa additur q2 in domũ dñi (q̃ eſt eccl'ia) letãtes ibimꝰ cõgregati i pace ⁊ quiete. Oratio Cõcede q̄s ⁊c̃ Oratio. applicat introitũ moraliter ad ieiunãtes petitq; eis poſt laborioſam penĩam ꝯſolationẽ grẽ dei q̃ etiã ipſi letẽtur in deo ¶ Ep'la Scriptũ eſt quoniã Abraham ⁊c̃ Gala 4 agit de p̄ſecutione Epiſtole argumentum. filioꝝ Agar contra filios eccleſie libere diſtinguit etiã in eccl'ia latina duplices filios ſ. carnales et ſpũales. i. clericos ⁊ religioſos In qua p̄mo narratur quoddã legis antique geſtũ Secundo ibi hec enim ⁊c̃ explicatur noue legis myſteriũ Tertio ibi itaq; fratres ⁊c̃ ſuperadditur pie mr̃is cõſilium Hiſtoriam de duabꝰ vxoribꝰ Abrahe al Prima pars epiſtole tera nobili ⁊ libera altera ignobili et ſerua atq; de duobꝰ eaꝝ filijs altero ſecundum carne ⁊ per curſum nature genito altero vero ꝑ miraculum ⁊ ſupra vires nature dato licet ap'ls adaptauerit ad duo teſtamẽta ſ legẽ ve ⁊ no ⁊ ad duos populos iudeoꝝ ⁊ gentilium chriſtianoꝝ tñ ordinator huius officij p̄latus eandẽ hiſtoriã introducit ad ſignificãdos duos chriſtianoꝝ ppl'os ſ grecos ⁊ latinos nam greci carnales et mũdanam concupiſcentiam ſequẽtes ſunt velut filij ancille ignobilis latini vero legẽ chriſti ⁊ doctrinã ſancte matris eccl'ie obſeruãtes ſunt filij dñe libere ⁊ nobilis ideo ait fr̃es mei i chriſto chariſſimi credo ꝙ ſcitis ſcriptum eſſe Geneſ 21 quoniã Abrahã i pater cunctoꝝ chriſtianoꝝ chriſtꝰ habuit i nouo teſtamẽto duos filios ſ ppl'os differentes vnum carnalem moraliter natũ de ancilla i ſẽſualitate vel ꝯcupiſcẽtia mũdana ⁊ vnũ i alterũ de libera i domina ratiõe/ vel lege dei/ vel eccleſia ſãcta hoꝝ filioꝝ differẽtia eſt ſicut differẽtia matrum nam qui de ancilla p̄dicta ſecundum carnem i. carnaliter viuendo natus eſt i. effectus eſt filius

eſt⁹ ſed qui de libera p̄ repromiſſionē ꝑ legē q̄ patria celeſtia ꝑmittit viuendo natus eſt q̄ omnia ſut dicta a nobis p allegoriam i. figurā duorum populorum in eccl'ia dei ad declarandū eorum varios ſucceſſus ⁊ fines.

Scd'a ps epiſtole

Hec enim que dicta ſunt de duabus matribus ſunt duo teſtamēta i. ſignificant duo regna chriſtianoꝝ. vnū quidem i. regnum grecoꝝ ad ſimilitudinem Agar ancille in monte Sina i. inimicitie generans filios ſuos in ſeruitutē ſenſualitatis vel affectiōis carnalis quia regnū illud erudiebat filios ſuos in continua inimicitia ⁊ praua affectione contra latinos ideoq; ſeruos ſub paſſioe ſenſualitatis quod patet ex circūſtantiis loci ſina enim mons eſt in Arabia deſerta q̄ interpretatur coruus ⁊ ille mōs valde ꝯiunctus i. ſimilis eſt ciuitati Hieruſale que nunc eſt ſita in paleſtina quia lex illa carnalis q̄ data fuit in mōte ſina obſeruabatur in Hieruſalem a iudeis ⁊ erat lex ſeruitutis ſub carnalibus cerimonijs tales fuerunt greci apud chriſtianos ſimiles illis coruis q̄ afferebāt Helie i. chriſto carnes ad veſperam in deſerto latenti quia religionē chriſtianam valde carnaliter obſeruabāt ſ. cū ꝯiugio ſacerdotū/ ⁊ pane fermētato/⁊ ſequētes paſſiones ſenſualitatis Alterū vo regnū eſt latinoꝝ ſimile Hieruſalē celeſti q̄ ſurſū eſt mater nr̄a libera ⁊ liberos faciens filios ſuos a paſſionib⁹ carnalib⁹ nā ſcriptū eſt Eſaie 54. de latina eccl'ia matre nr̄a ad ſiſitudinē Sare q̄ erat libera ſed p naturā ſterilis letare inquit ſterilis q̄ non paris carnales filios q2 paries ſpūales erūpe ⁊ clama p̄ gaudio q̄ non parturis i. nō ſentis dolores carnales q2 multi erūt filij talis mr̄is deſerte a fauore hoīm magis q̄ eius q̄ habet virū i. imperatorem in fauorē ſuū/qualis erat grecia q̄ d licet in generationib⁹ prioribus eccl'ie dei eccl'ia greca apparuerit fecūdior et felicior et latina ſterilis et miſera tamē in hac gñatiōe et ſequentibus ſors vtriuſq; mutata eſt quia latina eccl'ia letaē manēs in ſua libertate et fecūda effecta eccl'ia vero greca dura p̄mitur ſeruitute ſub poteſtate infidelium Itaq; fratres nos latini ſumus filij libere eccl'ie ad ſiſitudine Iſaac et filij ꝑmiſſionis i. grē dei. greci aūt vt diximus ſunt filij ācille ad ſiſitudinē iſmaelis carnalis q2 ſicut olim Iſmael qui ſcdm carnē nat⁹ fuerat pſequebatur Iſaac q̄ natus fuerat ſcdm ſpūm ita ⁊ nūc in nouo teſtamēto greci pſecuti ſunt latinos per multas generatiōes ſed nō impune q2 dicit ſcriptura Gene. 21 Ejice dn̄e ab eccl'ia tua ācillā ⁊ filiū ei⁹ pplm grecū quē Ioan. i. Apoc. appellat atriū qḋ foris eſt ⁊c̄ nō n. erit fili⁹ ācille heres bonoꝝ tuoꝝ cū filio libero q̄ eſt pp'ls latin⁹

Tertia ps epiſtole.

Patet ergo q̄ eccl'ia latina ge. 22 erat felix ⁊ pſpera heres bonoꝝ dei/⁊ libere ſe exercēs in ſacramentis ⁊ p̄ceptis dei ſed cōtrario mō grecoꝝ ⁊ alioꝝ orietaliū eccl'ie ſe habebāt ꝑpter pctā ſua Et q2 tūc florebat in ſua puritate religio ſācti Benedicti ideo epl'a hec poſſet ꝯformiſ exponi faciēdo tale fere cōparatione inter ſeculares et religioſos eccleſie latine q̄lis ſcl'a ē inter grecos ⁊ latinos nā boni religioſi ſunt filij libere. ſeculares filij ācille q̄ ſepi⁹ pſequuntur religioſos ſed ꝑuidu de⁹ tūc religioſis de neceſſarijs ad vitā/⁊ dedit eis magnū fauore dn̄oꝝ ſeculariū q̄ dotauerūt monaſteria ⁊ ditauerūt ea multis bonis tēporalib⁹ dimittētes iā clericos ſeculares vt min⁹ deuotos erga cultū diuinū In fine cōcludit p̄latus dicēs itaq; frēs ſi verū eſt q̄ fili⁹ ancille ejicitur neq; poterit eſſe heres cū filio libere rogam⁹ vos vt nō ſim⁹ filij ācille i. pterue grecoꝝ vel mūdanoꝝ ſed poti⁹ filij libere i. eccl'ie latine vel religiōis ſancte ⁊ loquor de libertate ſpūali q̄ chriſtus p grām ſuā nos liberauit ⁊ fecit heredes ſuos in multis bonis nā ſi p malā vitam ab hac filiatiōe degenerauerim⁹ priuabimur libertate ⁊ ſubijciemur dure ſeruituti infideliū ⁊ tyrānoꝝ

Moralitas.

¶ Moraliter aūt hec epl'a ponit differentiā inter bene ieiunātes ⁊ penitētes in hac q̄drageſima q ſunt boni filij libere ſancte mr̄is eccl'ie q2 obediūt mādatis ⁊ cōſilijs eius ⁊ inter mūdanos impenitētes q̄ ſunt filij ancille ſenſualitatis/curioſitatis/⁊ vanitatis mundane Ad aliū etiā ſenſu pōt hinc notari differentia inter bonos ⁊ deuotos theologos p ſuā ſcientiam q̄rentes nō tantū vtilitate ſuā ſed honore dei ⁊ ſalute aiaꝝ q̄ ſunt filij libere i. ſapiētie q̄ ē maxie libera iter ſciētias ⁊ ex alia pte inter iuridicos/aduocatos/ꝓcuratores/medicos/⁊ alios hmōi qui p ſuā ſcientiā poti⁹ q̄runt lucra ⁊ honores mundi q̄ ea q̄ dei ſunt ⁊ tales ſunt filij ancille i. cupiditatis de quib⁹ Baruch 3 dicitur q̄ filij Agar exquiſierūt ſcietiā q̄ de terra eſt i. ad bona terrena acquirenda Regebāt aūt p̄mo eccl'iam dei theologi iudicātes cauſas fideliū plano modo ⁊ breuiter ſed modo iā a trecētis annis regimen eccl'ie aggreſſi ſunt filij Agar cū magno tumultu ⁊ ſtrepitu iudicioꝝ ⁊ pceſſuum prolixoꝝ quibus vehementer affligitur ſimplex populus ⁊ perſecutionē patiuntur pauperes theologi. donec reclamāte eccl'ia ad deū dicatur ejice ancillā ⁊ filium eius ⁊c̄ Deniq; ex hac epl'a notatur differentia inter fideles filios libere eccl'ie chriſtiane ⁊ infideles maxime mahumeticos qui ad litterā ſunt filij Agar ⁊ dicti Agareni valde carnales ⁊ porci filij ancille i. ſecte illius ſeruilis nā Mahumet ille legiſlator eorum erat de genere Iſmael filij Agar vnde Agareni ⁊ Iſmaelite dicuntur ⁊ Arabes q2 in Arabia ⁊ Perſide p̄mo illā legē p̄dicauit. ſed q2 ex Mauritania i. Hiſpaniā ⁊ Italiā trāſierūt dicuntur cōiter Mauri ipſi tū fingētes q̄ ſuus legiſlator deſcenderet nō ex Agar ancilla ſed ex Sarra libera vocauerunt ſe Sarracenos ſed falſo cū ille eſſet Iſmaelita ⁊c̄

Gradualis

¶ Cātus gradualis Letatus ſum ⁊c̄. pſ. 121 eſt leta viſio latine eccl'ie de ſua dignitate ac ſecuritate declarata in epl'a Verſus Fiat pax in virtute ⁊c̄ ex eodem pſalmo addit orationē ad deū pro conſeruatione ⁊ ꝯtinuatione predicte pacis ⁊ abundantie bonoꝝ in eccl'ia p multos annos.

Tractus.

¶ Tractus Qui confidūt in domino pſal. 124 dat rationem p̄miſſe durationis bonoꝝ apud fideles ſi non obſtent peccata eoꝝ. quia deus ſo.

let defendere ſeruos ſuos deuote ſperãtes in eo
vt ſint firmi ⁊ ſecuri ab hoſtibus ſicut arx fortiſſi
ma Hieroſolimitana ꝙ dicitur Syõ ſub ꝙ prote
ctione non cõmouebitur a ſua ꝓſperitate qui ha
bitat in Hieruſale que eſt eccleſia latina confir
mata a deo i fide ⁊ religiõe chriſti Verſus Mon
tes in circuitu eius ⁊c ex eode pſalmo cõfirmat
dictam ſecuritatem eccl'ie latine ⁊ eoꝝ qui habi
tant in ea ex eo ꝙ ipſa habet montes in circuitu
eius ad ſuã defenſione ꝑ quos vel angeli cuſto
des/vel ſancti doctores/vel boni ꝑlati ⁊ paſtores/
vel deniq3 ſancte religiones intelliguntur ⁊ ſuꝑ
hos omnes ipſe dominus principalis paſtor et
rector in circuitu populi ſui vſq3 in fine ſeculi ſi
cut ipſe ꝓmiſit Matthei vltimo Ponuntur au
tem iſte cõſolationes eccleſie hic ad premunien
dos fideles ꝓ generationib9 ſequẽtibus in qui
bus multa paſſuri ſunt ab infidelib9 Mauris
vt non deficiant in tribulationibus ſed firmiter
ſperent eccleſiam latinã protegẽdam eſſe a deo/
⁊ tãdem liberandam ab infideliũ periculis Nã
ſecundum concordiã noui et veteris teſtamenti
ſicut poſt oppreſſione regni Iſrael ab Aſſirijs
multas moleſtias paſſum eſt ab eiſdẽ regnum
Iuda ſed tamẽ protegente eos deo ſuo liberati
ſunt a perditione eorum ita poſt oppreſſionem
eccleſiarum orientalium ab infidelibus Mau-
ris multas ſtrages/bella/⁊ pericula paſſa eſt la
tina eccleſia ab eiſdem (qui gerunt typũ Aſſirio
rum in nouo teſtamento) ſed nunꝙ̃ in totum vi

Euangeliũ argumentum.

cta ⁊ oppreſſa vſq3 in hodiernum diem propter
ſpecialem dei cuſtodiã ¶ Euãgelium Abijt Ie
ſus trãs mare Gali ⁊c Ioan 6 ſpecialiter appli
cat miraculum quinq3 panũ ad religiones mo-
nachoꝝ tũc incipietes in eccleſia dei florente iã
religiõe ſancti Benedicti in multis monaſterijs
Italie et Gallie poſt eam vero in ſequentib9 ge-
nerationib9 multe alie religiões orte ſunt quas
deus miraculoſe ſuſtetat inter fideles Et diuidit
in tres partes Prima ponit miraculi ãticedetia
Scd'a ibi cũ ſubleuaſſet ergo ⁊c addit cõcomit
tãtia Tertia ibi illi ergo ⁊c ſubdit cõſequetia ad

Prima pars euangelij

miraculũ In illo itaq3 tpe 22 ge inſtãte ⁊ ꝑua-
lente ꝑſecutiõe infideliu Agarenorũ in partibus
orientis maxime in Syria vbi ſita eſt paleſtina
⁊ Hieruſalẽ abijt i receſſit Ieſus ab eis propter
peccata illorum quia ſubtraxit ab eis auxilium
protectiõis ſue ⁊ abijt trans mare Galilee ideſt
trãſmigrauit ab eis ad eccleſias occidentales la
tinas inter quas mediat mare noſtrum dictum
mediterraneum venit ergo chriſtus illo tempo-
re ad confortandam ⁊ defendedam latinã eccle-
ſiam ab infidelibus predictis ⁊ ſequebatur eum
multitudo magna orientaliũ chriſtianorum fu-
gientium a perſecutione illa quia videbãt ſigna
iracundie dei que faciebat ſuper his chriſtianis
qui in precedentib9 generationib9 infirmaban-
tur in fide in partibus orientalibus vt in Perſi
de/in Egypto/in Syria/⁊ Aſia ⁊c nam ꝑmitte-
bat deus ſuꝑ eos multa mala ⁊ cedes vſq3 ad to
talem exterminationem eorum ⁊ fidei ſue praue
extinctionẽ dimiſſis ergo illis propter eorum he
reſes ⁊ peccata ſubijt ieſus in montem i altitudi
nem ⁊ fauore eccleſie latine ⁊ ſedebat ꝑmanens
ibi cum diſcipulis ſuis veris chriſtianis ꝑ mul-
tas generationes Erat autẽ tunc proximu Paſ-
cha i tranſitus frequens hominũ ad religiones
qui eſt dies feſtus i tempus fauorabile iudeoꝝ.i.
confeſſorum chriſti qui ſunt veri religioſi hoc eſt
appropiquabat iam in eccleſia chriſti tẽpus reli
gionũ quo viri religioſi eſſent nimium venerati
a fidelibus pluſꝙ̃ clerici ſeculares nam religio-
nes iſtas ordinabat de9 ad defenſionem fidei ⁊
ſancte vite in eccleſia latina quibus ſtantibus ip
ſa poſſet ſaluari ab oppreſſione infidelium Mau
rorum. Cũ ſubleuaſſet ergo ieſus oculos ſue pro

Secunda pars euangelij

uidentie ad futuras gñatiões eccl'ie ⁊ vidiſſet ꝙ
multitudo magna ſeculariũ venit ad eũ ſpeciali
ter colendum in religionibus dixit ad Philip-
pum qui os lampadis interꝑtatur ⁊ eſt roman9
pontifex (qui eſt velut os chriſti quẽ Eſaias cap
62 lampadem appellauit) vnde inquit emem9
panes i cibaria neceſſaria vt manducent hi tot
religioſi qui non habent redditus in eccleſia vt
clerici ſeculares/hoc autẽ dicebat ei chriſtus per
internam inſpirationẽ tentans eum i probans
an iudicaret hoc eſſe impoſſibile ipſe enim ſcie-
bat quid eſſet factur9 ad ꝓuidendum religioſis
vt poſſent viuere diu in eccl'ia latina reſpondit
ei ꝑdictus Philippus taliter ꝙ putabat eſſe im
poſſibile vel nimiũ difficile ſecũdum cõmunem
curſum hominũ tantam religioſoꝝ multitudinẽ
de ſolis eleemoſinis ſuſtentari ꝑ notabile tẽpus:
ideo ait ducentoꝝ denarioꝝ panes ⁊c.i magnitu
do expenſe religioſoꝝ excedit omnes eleemoſi-
nas etiam ꝑfectas ſignificatas cẽtenario dupli-
cato qui ſimiliter notat duos ſtat9 eleemoſinas
facientiũ laicos ſ et clericos.q d tot futuri ſũt re
ligioſi ⁊ religiones in eccl'ia dei ꝙ grauabunt po
pulum ⁊ tedio afficient omnes ſuis importunis
petitionibus et ideo eleemoſine clericoꝝ ⁊ laico
rum eis nõ ſufficient etiam ſi vnuſquiſq3 religio
ſoꝝ modicum quid accipiat ad comedendum i.
dato ꝙ non comedãt niſi panẽ modicũ ⁊ aquã.
quanto magis quia indigẽt religioſi ad bene to
leranda onera religionis vino/⁊ carnibus/⁊ ve-
ſtibus ⁊c Hec reſponſio romani pontificis non
ſolum fuit mentalis ſed etiã expreſſa verbalis
data eſt in concilio Lateranenſi ſub Innocẽtio
tertio qui noluit approbare religiones mendicã
tes fratrũ ꝑdicatoꝝ ⁊ minoꝝ quã approbationẽ
humiliter petebãt eaꝝ iſtitutores Franciſc9 ⁊ Do-
minic9 Non ſolũ aute romanus põtifex iudica-
uit ſuſtẽtatione religionũ eſſe modo dicto impoſ
ſibilẽ ſed ⁊ dixit ei vnus ex diſcipulis eius pre-
latis latinis i Andreas ꝙ interꝑtatur virilis vel
rñdens pabulo ⁊ eſt ꝑlatus religionis nõ medi-
cãtis ſed reddit9 habẽtis ꝙ erat frater Simonis
Petri i coadiutor ꝑlati clericoꝝ in officio ꝑdica-
tiõis ⁊ orõnib9 ꝓ ꝑplo viriliter correſpõdens pabu
lo aiarum de quib9 chriſtus dixerat paſce oues
meas.⁊c.ille ergo dixit.eſt hic ideſt in eccl'ia puer

vnus .i. vnus ordo monaſticus ſeruans innocen-
tiam puerilem qui habet quinq; panes ordea-
ceos et duos piſces .i. ſeſe exercens continue in
contemplatione paſſionis chriſti quinq; vulne-
ribus crucifixi deſignata et in ſtudio ſanctarum
ſcripturarum noui ⁊ veteris teſtamēti ad ſui ref-
fectionem ſpiritualem ⁊ proximorum edificatio-
nem (in quo notantur duo principaliores ordi-
nes mendicantium religioſorum qui ex eleemo
ſinis viuere debent nam duo piſces maxime no
tant fratres predicatores ſtudioſo ſcripturarū et
quinq; panes fratres minores quorum patriar-
cha franciſcus quinq; plagis depingitur inſigni
tus) et multiplicati ſunt iſti religioſi in tāto nu-
mero vt dicam ſed hec .i. he eleemoſine fidelium
quid ſunt inter tantos .i. quā proportionem ha-
bent ad tot religioſos? q. d. finite eleemoſine ad
infinitos religioſos nulla eſt proportio ad hoc vt
ſufficiat eis ad ſuſtentationem Sed his non ob-
ſtantibus chriſtus per euidentiā facti probat reli
gioſorum oīm ſuſtentationem ex eleemoſinis eſ
ſe deo ⁊ facilem ⁊ bene poſſibilem dixit ergo ie-
ſus religioſis ſi vultis ſuſtentari in eccleſia dei
per largas ⁊ ſufficientes eleemoſinas facite ho-
mines ſeculares diſcūbere .i. attente ſedere ad au
diendas predicationes veſtras et ad videndam
honeſtam vitam veſtram / ⁊ laudabilē cōuerſatio
nem inter homines nā ſic allecti ſeculares deuo
tione veſtra miniſtrabunt vobis neceſſaria ad vi
ctum ⁊ veſtitū. Erat autē in etate illa quādo chri
ſtus hec predicebat religioſis fenū multū .i. ma-
gna abūdantia bonorum temporalium in loco
.i. in patria latina quamuis in partibus orientis
omnes eccleſie eſſent pauperes et depredate ab
infidelibus predicantibus ergo et honeſte con-
uerſantibus religioſis diſcubuerunt ad eorū fer-
cula ſpiritualia auide comedenda viri numero
quaſi q̄nq; millia .i. multa millia ad moderādos
actus ſuorum ſenſuum ⁊ ad pie contemplandū
myſteria paſſionis chriſti quoꝝ vtrumq; nume-
ro quinario ſignificatur et ita ad vnius religioſi
predicationem ſanctam ſequebātur pluſquam
mille eleemoſine deuotorum fidelium. Accepit
itaq; ieſus panes doctrine religioſorū ⁊ cū gra-
tias egiſſet deo per orationes eorū. diſtribuit diſ-
cunbentibus .i. fidelibus deuote audientibus q2
vnicuiq; populo predicabant ea que ſibi erāt ac-
comoda / ⁊ nō omnib9 oīa ſed diſtribuebant ma
terias ſuorum ſermonum pro varietate locorum
temporum ⁊ perſonarum ſimiliter ex piſcibus .i.
autoritatibus duorum teſtamentorum diſtribue-
bant eis ad plures ſenſus quātum volebant Et
notatur in his verbis nouus modus predicandi
quem adduxerūt religioſi valde artificioſum in
eccleſia dei preter illum modū facilem antiquo-
rum doctorum per homelias ⁊ ſermones retho-
ricos ſine themate aliquo nam artificium predi
candi religioſorū per ſimile eſt miraculo quinq;
panum qd̄ fecit chriſtus q2 ex paucis verbis vni
us parui thematis .i. autoritatis poſite pro funda
mēto ſermonis quaſi miraculoſe multiplicantur

panes doctrine in longum ſermonem imo et in
multos ſermones qui ſufficiat ad ſaturitate mul
torum milliū hoīm de quibus ſubditur Vt aūt
impleti ſunt doctrina religioſoꝝ fundauerunt et
dotauerunt multa monaſteria / ⁊ fecerunt eis lar-
gas eleemoſinas ⁊ tūc dixit Ieſus diſcipulis ſuis
religioſis colligite iā ad ſaturitate veſtra fragmē-
ta eleemoſinarum que ſuperauerūt oēm ſpem ⁊
omnē indigentiam veſtram ⁊ colligite diligenter
anteq̄ pereat ⁊ veſtre bone doctrine / ⁊ populorū
deuotiones / ac eleemoſine futurū eſt enī circa fi-
nem mūdi tempus in quo nihil horum inueniri
poterit in eccleſia dei .i. neq; bona vita aut doctri
na religioſoꝝ neq; deuotio / aut eleemoſina ſecu
larium collegerunt ergo boni religioſi ſuis tēpo
ribus multas eleemoſinas vſq; ad ſaturitate eo-
rum ⁊ impleuerūt duodecim cophinos .i. mona-
ſteria fragmentoꝝ .i. ex fragmentis eleemoſinaꝝ
que eleemoſine proceſſerūt ex quinq; panib9 or-
deaceis ⁊ piſcibus .i. ex predicationibus deuotis
religioſoꝝ ⁊ fuerunt eleemoſine tales ⁊ tante q̄
non modo ſuffecerūt ſed ⁊ ſuperfuerūt his reli-
gioſis oībus qui manducauerant ita vt religioſi
de ſuperfluitate ſua poſſent alere multos alios
pauperes ſeculares ad monaſteria eoꝝ concur-
rentes Dicitur aūt notāter q̄ impleuerūt duode
cim cophinos quia ſi bene hiſtorias eorū reuol-
uam9 inueniem9 oēs fere religiones ab illo nu-
mero incepiſſe nam ſanctus Benedictus duode
cim monaſteria erexit in Apulia / ſanctus Ber-
nardus duodecim in Burgūdia / ſanctus Fran-
ciſcus ex duodecim ſocijs religionē multiplica-
uit in Italia ⁊ ſic de alijs multis ergo per duo-
decim cophinos intelligamus omnia religioſo-
rū monaſteria que a duodecim inceperūt vel q2
duodecim ſunt principales religiones ad quas
oēs alie reduci poſſunt. vt facile quiſq; coniecta-
bit Cum ergo tot ſint in latina eccleſia religio- Tertia pars euāgelij.
nes ⁊ in qualibet earū tot monaſteria. in tāto re-
ligioſorum numero miraculoſa potius q̄ natu-
ralis debet cuilibet apparere eoꝝ ſuſtētatio ideo
ſequitur illi ergo hoīes ſeculares cū vidiſſent ſi-
gnum .i. miraculum religioſoꝝ quod fecerat chri-
ſtus ſuſtētando et ſatiādo ipſos tam abūdanter
dicebāt .i. inferebant inde religiones eſſe ſanctas
et approbatas a deo ⁊ q̄ hic hoīm ſtatus eſt ve-
re ꝓpheta .i. nūcius dei ad hoīes perſuadendos
de ſua ſalute qui ſtat9 venturus erat .i. ꝓmiſſus a
deo / venturus circa finē mūdi ſicut in fine p̄me eta
tis miſſus eſt Noe / ⁊ in fine ſecūde Abraham / ⁊
Loth ad predicandum hoībus de quibus dn̄s
Luce 17 ſicut fuit inquit in diebus Noe ⁊ Loth
⁊c̄ ⁊ caplo 14. dixerat in parabola q̄ deus miſit
ſeruū ſuum hora cene .i. ad veſperā mūdi vt vo
caret hoīes ⁊c̄ Moraliter aute cum hec dn̄ica Moralitas
ſit ſeptima a ſeptuageſima (qui numerus re-
quiem ſignificat) tam in ſuis cantibus q̄ in euan-
gelio leticiā reſonat ad recreādos ⁊ conſolandos
ieiunantes in hoc meditulio quadrageſime ac
ſi in meridie laborantibus in vinea dn̄i refectio
detur vt melius valeant laborē ſuſtinere vſq; ad

veſperam i finem quadrageſime. vnde ſapienter hoc euāgeliū de iſta miraculoſa refectione quā chriſtus dedit turbis poſt ſe laborātibus in deſerto ꝑponitur in hoc officio vt ſpiritualiter reficiat fideles ieiunātes ꝛ ſignificet eis ꝙ chriſtus Jeſus per miniſtros ſuos prelatos eccl'ie/ꝛ predicatores in hac quadrageſima mirabiliter ſatiat panibus do trinarū ꝛ ſacramentoꝝ omnes ſeruos ſuos qui fideliter laborant ꝓpter amorē eius in ieiunio elecmoſina ꝛ oratione nam in p̄dicationibus ꝛ lectionibus eccl'ie frequentantur libri 5 Moyſi quaſi 5 panes ꝛ hiſtoriales / ac ꝓphetales duo libri quaſi duo piſces ad ſenſus ſpirituales iuxta euāgelicam doctrinā que eſt panis triticeus ℨ i miniſterio vero ſacerdotū ſolemnizantur quinqꝫ ſacramēta principalia ſ baptiſmus/cōfirmatio/penitentia/eucharistia/ꝛ ordo quaſi quinqꝫ panes ꝛ orationes/ꝛ ieiunia frequentatur quaſi duo piſces ieiunium quidem vt piſcis ex aqua ſalſa oratio vero vt piſcis ex aqua dulci ꝛc̄

Offertorium
¶ Offertorium Laudate dn̄m qꝛ ꝛc̄ p̄s 134. eſt gratiarū actio latine eccleſie de tam miraculoſa operatione dei cū ipſa ideo p̄latus eos incitat ad laudandū deū pro ſua benignitate/ſuauitate/ac liberalitate qꝛ ſatiauit eos multis bonis ſpūali bꝫ p religioſos ſeruōs ſuos Verſus Qui ſtatis in domo ꝛc̄ ex eode pſal' ſpecialiter loquitur ad religioſos vt ꝛ ipſi laudet deum pro ſua ſuſtetatione miraculoſa ꝛ predicent ꝙ magnus eſt dn̄s deꝰ noſter ꝛc̄ Secreta oratio Sacrificijs pre ꝛc̄ offert ſacrificiū eucharistie pro ieiunantibus applicādo eis moraliter offertoriū vt ꝛ ipſi deuote laudet deum pro ſua ſalute ſpirituali

Cōio.
¶ Cōmunio Hieruſalem que edificatur ꝛc̄ pſal' 121 decātat laudes eccleſie latine quā in introitu Hieruſalem appellauerat declarās eam oībus bonis prouiſam ad modum opulentiſſime ciuitatis ad quā concurrunt diuerſe nationes gentiū ꝛc̄ Finalis oratio Da nobis queſumꝰ ꝛc̄ applicat cōmunione ꝛ fructū eucharistie ſuſcepte ad ieiunātes ꝛ penitētes orās vt deus det eis gratiam ꝛc̄

## ¶ Caput quadrageſimū octauū de feria ſcd̄a quarte hebdomadis quadrageſime que calamitatem vigeſimetertie generationis eccleſie denotat. et purificationem fidelis populi inſinuat

Argumentū officij Ab anno chri 660 vſqꝫ 690

Vigeſimatertia generatio eccleſie chriſtiane peracta eſt ſub Romanis pōtificibus Bonifacio/ Agathone/Leone/Benedicto/Joanne/ꝛ Zenone atqꝫ imperatoribus Conſtātino quarto/Juſtiniano ſecūdo/Leone primo/ ꝛ Tyberio tertio/ Et correſpondet regi Joatā in veteri lege cuius tpore facta eſt totalis deſolatio ꝛ captiuitas regni Jſrael/ſiue decē tribuū a Salmanaſar rege Aſſyriorum cum aliquando etiā damno in tribu Juda Et ſimiliter ſub hac generatione infideles Mahumetiſ in Aſia/ꝛ Affrica/ꝛ ceteris totā chriſtianitatē pene vaſtauerūt ꝛ captiuarūt cum aliquāto dāno in latina eccleſia Lōgobardi etiam regis in Jtalia multas eccleſias ſpoliauerunt

Introitꝰ miſſe.
¶ Hanc ſui et ꝓximorum calamitatē deplorās eccleſia latina in miſſe introitu ait Deus in nomine tuo ſaluū ꝛc̄. pſal' 54 petens ſalua fieri ab illa perſecutione ex quo in ipſa ſola colitur ꝛ veneratur nomen dei ꝛ cōfid t p virtute nois chriſti liberari ab inimicis fidei. Verſus Quoniā alieni ꝛc̄ ex eode p̄s dat rationē ſue petitiōis exponedo magnitudine perſecutionis quoniā alieni a fide chriſti Mahumetici inſurrexerūt aduerſum me per bella grauiſſima et fortes i multi et armati queſierūt perdere animā meā i totaliter me deſtruere nec ꝓpoſuerunt deū i lege dei ante conſpectū ſuū vt formaret conſcientiam de tot et tantis malis que agebāt ſed cōteptis preceptis dei effrenate vaſtant oīa ꝛ violāt ſacra

Oratio.
Oratio Preſta queſumus oīpotens deus vt obſer ꝛc̄ applicat moraliter ad ieiunantes quod introitus petebat addes vt per meritorios labores obtineant gratiā dei qua mūdi ſint corpore ꝛ mēte

Epl'e argumētū.
¶ Epiſtola Venerūt due mulieres ꝛc̄. tertij Regum 3 inducit hiſtoriā primi iudicij regis Salomonis inter duas mulieres decertātes per modū parabole ad diſcernēdum inter duas eccleſias orientalem grecā ꝛ occidetalem latinā inter quas verus Salomon chriſtus in hac generatione fecit mirabile iudiciū reddēs vnicuiqꝫ earū qđ ſuum erat nam qꝛ heri epiſtola fecerat diſtinctionē duplicis matris ꝛ diuerſoꝝ filiorū ſuorum quorum alij erāt liberi alij ſerui hodiernis epiſtola eādem differētiam repetit ſub alijs verbis vt inferat ꝙ ſicut boni filij reficiūtur a patre ita mali eijciuntur a domo eius Et habet hec epiſtola tres partes Jn prima ꝓponitur dubia ꝛ difficilis cauſa Jn ſecūda ibi dixit rex ꝛc̄ diſcutitur veritas prudenti cautela Jn tertia ibi tūc ait rex ꝛc̄ cōcluditur iuſta ſentētia

Prima ps epl'e
Jn diebus ergo illis 23 ge venerunt ad iudiciū dei due mulieres i eccl'ie chriſtianoꝝ meretrices i. peccatrices contra deū licet non equaliter ſed altera magis altera ꝛ ſteterūt corā rege Salomone i pacifico chriſto diſceptātes ſup filio viuo i. prelato vero ꝛ catholico maxime de ſummo pōtifice ꝛ durauit hec diſceptatio multis retro actis generationibus ſed in hac generatione terminata eſt cauſa p euidentiam facti quo chriſtus illam cōdenauit ꝛ iſtā exaltauit Dixit ergo vna eaꝝ latina eccl'ia ꝓponens querellam cōtra greca obſecro mi dne rex audi me iniuriā patiēte ego et hec ſoror mea eccl'ia greca habitabamus olim in domo vna i eramus eadē eccl'ia ſub vno ſummo pōtifice cui ambe obediebamus ꝛ tūc peperi ego filiū i onorabile ſ Romanū pontificē apud eam i iuxta eam in cubiculo i. palatio imperiali. tertia vero die i trecenteſimo fere anno ab inſtitutione ſummi pōtificis facta a chriſto in apl'o ſuo Petro qui fuit Romanus pōtifex poſtqꝫ ego ex dono dei peperi eū et ſic etiā hec greca eccl'ia peperit filium honorabilem

pontificē cōſtantinopolitanū ex inſtitutione Cō-
ſtatini imperatoris qui illā eccleſiā mirifice dota
uit ⁊ magnificauit. ⁊ poſt editum vtrumq; filium
viuū eramus ambe eccleſie ſimul. ⁊ cōcordes in
eadē fidei religione nulluſq; alius populus erat
tenes ſic ſanam fidē tunc nobiſcum exceptis no-
bis duabus deinde orta hereſi Arriana contra
quā agebat tota latina eccl'ia mortuus eſt filius
predictus mulieris huius p hereſim illā q2 inſur
rexit epiſcopus ille in fauorē Arrij dormiēs quip
pe i ocio delitioſo vacans eccl'ia greca oppreſſit
filium ſuū pondere terrene cupiditatis ⁊ ſuffoca
tus eſt malis affectionibus tandem conſurgēs
aduerſum me in ſilētio intēpeſte noctis i tribu-
lationis tyrannorum maxime Juliani apoſtate
qui poſuit ſilentiū eccleſijs chriſtianorum tulit filiū
meum i honorē ſummi pōtificatus ſibi arroga-
uit in eccl'ia dei ⁊ tulit illum de ſinu meo ancille
tue eccl'ie latine dormiētis i non aduertētis / nec
de tali ꝑditione cogitātis ⁊ collocauit talē hono-
rem in ſinu ſuo fauore imperatorū etiā heretico-
rum poſuitq; filiū ſuū qui erat mortuus in ſinu
meo i attribuit mihi peccatū hereſis ⁊ dixit filiū
meum Romanū pōtificem eſſe hereticū in eo q
Arrio contradicebat cumq; ego ſurrexiſſem i ad-
uertiſſem ſtimulata tali infamia ⁊ ꝓcurarem vt
darē lac honoris ⁊ fauoris filio meo predicto ap-
paruit mortuus i infamat9 de hereſi apud mul-
tas nationes que ideo ei non obediebāt/nec ho-
norem debitū impēdebant quē tamen ego dili
gentius intuēs per doctores meos ſup hac que-
ſtione Arrianorum exquirētes veritatē in ſacris
ſcripturis tandē in clara luce veritatis deprehē-
di non eſſe mortuū hereſi filium meū quē genui
ſed potius in recta fide viuētem Jube ergo dñe
mi rex declarari filiū meū Romanū pontificem
eſſe viuū ⁊ epiſcopū conſtan eſſe mortuū theolo-
gice/ac moraliter Reſpōditq; altera eccleſia gre
ca in generationib9 illis non eſt ita ſicut dicit la
tina eccl'ia ſed oppoſitū eſt verū ſ q filius tuus
Roma pon mortuus eſt quia defendit hereſim
meus autē filius Conſtan epiſcopus viuit recta
fide quā docuit Arrius E cotrario illa eccl'ia lati
na dicebat grece imo tu mentiris quia vere filius
meus viuit i eſt fidelis ⁊ catholicus ⁊ filius tuus
mortuus eſt hereſi peſſima cōtra diuinitatē chri-
ſti atq; in hūc modū contēdebant iſte due eccl'ie
multis annis corā rege ſuo chriſto donec ad has
duas generatiōes ventum eſt poſt annū ſexceteſi
mūtrigeſimū ere chriſti Et tūc rex ait hec cōtro
uerſia nō poterit melius determinari q̄ per eui-
dens ſignū exterius q2 res hec valde occulta eſt
afferte inquit mihi gladiū infideliū et diuidite i
diſcernite infante i prelatum viuū i quem vtraq;
pars dicebat viuum in duas partes hoc eſt vos
infideles Agareni quos mitto ad faciendū iudi
ciū ſanguinis in mea eccl'ia diuidite iſtas duas
eccl'ias taliter q affligatis eas vehemēter ⁊ date
dimidiā parte veſtre pſecutionis vni earū ⁊ dimi
diā alteri nā tūc apparebit apud quā earum eſt fi-
lius viuēs i prelat9 catholicus/ ⁊ defendēs verā
fidem/⁊ quis erat mortuus p hereſim nā vera fi
des ſtabilis eſt ⁊ firma. falſa autem extinguetur
Quod regis imperiū timens eccleſia latina cui9
filius i p̄latus erat viu9 (cōmota q̄ppe ſunt viſ-
cera charitatis eius que nō ſtat cū falſa fide) di-
xit ad regē ſuis deuotis orationibus ſupplicans
ne permitteret tale perſecutionē obſecro inquit
dñe date illi infantē viuū i permitte illam eccl'iā
habere in ſe ſummū pontificē toti9 chriſtianitatis
ac deffenſorē vere fidei et noli'e ſic interficere cū
per gladiū infidelium qui ſi in vtraq; eccl'ia pre
ualuerint/⁊ vtrūq; horū pōtificū deleuerint neceſ
ſario interficietur ille qui verus ⁊ viu9 eſt in fide
catholica q d potius volo ego latina eccl'ia puari
honore ſummi pōtificatus et dari illum eccl'ie
grecorū quā videre totalē deſtructionem eius p
manus infideliū. E cotrario illa expers charita-
tis et auida ſciſmatis dicebat latine eccleſie nec
mihi volo dari ſummū honorem pontificale nec
tibi ſed diuidatur eccleſia per man9 infidelium
taliter q nullus ſit vn9 ſumus pōtifex oim chri-
ſtianorū ſed quilibet epiſcop9 ſit papa in ſua dio
ceſi Rex aūt pacificus chriſtus vidēs grecorū nō
pacifica ſed ſciſmatica voluntatē voleńſq; eccl'ie
vnitatem ſub vno ſummo pōtifice catholico per-
manere vſq; in finē ſeculi dixit ſententiā profe
rendo date vos īfideles executores iuſticie mee
huic latine eccl'ie filium viuum ⁊ nō occidatur a
vobis hoc eſt non ſeuiatis in latinam eccleſiam
neq; in Romanū pōtificē quia ille eſt verus de-
fenſor fidei catholice nec diuidatur veſtra perſe-
cutio ſed tota cedat in orientalē eccleſiā q̄ cū ſuo
pōtifice conſtātinopolitano per multas genera-
tiones hereſes ⁊ fidem falſam defendit Audiuit
itaq; oīs iſrael i tota fideliū eccl'ia iudicium ſan/
guinis ⁊ perſecutiōis infideliū qd iudicaſſet rex
chriſtus contra grecos ⁊ alios orientales ac me-
ridianos chriſtianos nō catholicos et timuerūt
regē ſuum iuſtum iudicē videntes ſapientia dei
eſſe in eo ad faciendum iudicium vindicte cōtra
malos ſeruos ſuos propter peccata eorū Mo-
raliter in quadrageſima chriſtus ſedet ad iudicā
dum p ſuos ſacerdotes cōfeſſores ſed in quibuſ-
dam eccleſijs ſunt boni p̄lati bene lactantes do
ctrina ⁊ exēplo ſuos ſubditos et tales matres ha
bent filios viuos in alijs vero eccleſijs vel par
rochijs prelati bene docent ⁊ male viuūt ⁊ tales
matres opprimūt filios ſuos et ſi aliqui ſubdi-
torum bene viuūt ex aliena diligentia hos mali
prelati arrogant ſibi dicentes ſe eos peperiſſe et
nutriuiſſe in chriſto vt ſic apud homīes vicia ſua
excuſent ſed matrem veram viuorū filiorum ſa-
lomonis gladius inuenit q2 cui fruct9 viuat vel
intereat in extremo examine ira iudicis demō-
ſtrabit ⁊c. Cantus gradualis eſto mihi in de
um pro ⁊c. pſal' 30 eſt ſuplicatio eccleſie latine
vel Romani pontificis ad deum vt protegat ⁊ ſal
uet ſtatū ei9 ab infidelium perſecutionē Verſus
deus ī te ſperaui ⁊c. principium euſdē pſalmi
dat rationē quia latina eccleſia ſemper fidē chri-
ſti rectam tenuit ⁊ in vero deo ſperauit ideo ait

Secūda p̄s ep̄le

Tertia p̄s epiſtole.

Mo alitas

Graduale

peto dñe non permittas vt ab iſtis infidelibus confundar eo modo quo alie eccleſie orientales perierunt. ¶ Euangeliũ. Prope erat paſcha iudeorum ⁊c̄ Joanis 2 explicat magis ſpecialiter iudiciũ predictũ/ ſiue ſententiam chriſti contra eccleſias orientales in generatione 23 eccliẽ applicata ad hoc hiſtoria de flagellatione iudeorũ in Hieruſalem a chriſto Et habet tres partes Prima eſt correctio peccatoꝝ Scða ibi reſponderũt iudei ⁊c̄ indignatio reprobatoꝝ Tertia ibi cũ aũt eſſet ⁊c̄ annotatio religioſorum

**Euãgeliũ argumentum.**

**Prima pars euãgelij**

In illo itaqꝫ tpe 23 gene ꝓpe erat paſcha .i. traſitus iudeoꝝ .i. fidelium ad religiones vt euaderet pericula mundi et inquinameta eius vel trãſitu3 orietalium chriſtianorum ad occidetale3 eccl̃ias latinorũ ꝓpter perſecutione infidelium in partibus illis ⁊ cum trãſitu locali erat etiã eorũ traſitus ab errore ad rectam fide ⁊ tunc tepor is aſcendit Jeſus ad faciẽdum iudiciũ ſuper malos chriſtianos aſcedit inquã q2 aſcedere fecit infideles miniſtros ſuos ad puniẽdum peccatores verſus hieroſolymã totãqꝫ Paleſtinã/ Syriã/ Egyptũ/ Aſiam/ et alias orietales regiones. ⁊ inuenit in templo .i. eccleſia illa multiplices peccatores .ſ. vendentes oues .i. ypochritas ſimulates ſanctitatẽ cũ tñ eſſent heretici ⁊ vendetes boues per quos ſignificãtur predicatores vt apoſtolus dicit quos chriſtus inuenit in illa etate bona terrena querentes ex predicatione ſua ⁊ ita vendetes doctrinã. ⁊ vedetes colũbas .i. ſacerdotes ſimoniacos vendentes ſacramenta eccleſie ⁊ gratia ſpiritusſancti ⁊ tandem inuenit ſedetes numularios .i. capſores numorũ hoc eſt permutates beneficia et imponentes pẽſiones ſup ea ⁊ alio3 cotractus pecuniarũ in rebus eccleſiaſticis que grauiſſima peccata noluit deus ſuſtinere diutius in ſuis ſacerdotibus ſed potiꝰ flagello ſeuere correctionis purgauit Jdeo cum feciſſet quaſi flagellum cõtra chriſtianos de funiculis .i. ex ritibus logis infideliũ oĩs predictos peccatores ⁊ malos ſacerdotes eiecit de teplo ſuo .i. priuãdo eos ſuis beneficijs ⁊ dignitatibus oues quoqꝫ ⁊ boues .i. oĩs auaricie occaſiones in viris eccleſiaſticis ⁊ numulurioꝝ predictoꝝ effudit es .i. pecunias ⁊ menſas eoꝝ capitulares/ ac epiſcopales ſubuertit datis oĩbus eccleſiaſticorũ bonis in predam infideliũ ⁊ his qui vendebant colubas .i. ſymoniacis prelatis/ dixit auferte iſta peccata hinc .i. ab eccl̃ia imo ablatis vobis auferentur iſta ⁊ nolite deinceps facere domum patris mei .i. eccleſiã dei domũ negociationis .i. auaricie emẽdo ⁊ vedẽdo ſpiritualia pro vili pecunia q. d. ideo aufero a vobis iſta bona vt deinceps non faciatis eccleſiã dei .i. populũ chriſtianum vſurariũ et ſimoniacũ veſtro malo exeplo quibus ſic correctis/ ⁊ eiectis a ſuis dignitatibꝰ recordati ſunt diſcipuli eius fideles latini q2 ſcriptũ eſt in pſal' 68 zelus domus tue comedit me et intelligitur de zelo charitatis quẽ habent latini ad totã eccleſiã dei ideo audientes deſolationem chriſtianoꝝ orietalium dolebat ⁊ affligebãtur ex cõpaſſione ſuoꝝ ꝓximorum ſic ergo recordati ſunt quia experietia didiſcerunt quid ſignificet illa autoritas que ſpeculatiue inſpecta videtur obſcura

**Scða pars euãgelij**

Sed ſicut boni ⁊ humiles viſo flagello dei timẽt ⁊ corriguntur ita mali et ſuperbi potius indurantur ⁊ deteriorantur ideo facta illa ſtrage cum latini bono zelo comederetur greci ⁊ alij orietales reſponderũt ⁊ dixerũt ſe non credere q̄ ꝓpter ſua peccata deus miſerit ad eos illã plagam infideliũ ſed q̄ malicioſe demon illos incitauerit cotra chriſtianos ꝓpterea quia erant Jeſu chriſti ſerui dicebãt ergo chriſto in cordibꝰ ſuis quod ſignũ oſtendis nobis vt per illud cognoſcamꝰ q2 hec mala tu facis nobis ꝓpter pcta noſtra ⁊ nõ demon ex malicia ſua Reſpõdit eis Jeſus per aliquos viros ſanctos dicens ſoluite vos mali chriſtiani templũ hoc .i. deſtruite hanc eccleſiã dei ſicut feciſtis demeritorie peccatis veſtris ⁊ poſtea ego in tribus diebus .i. in viris religioſis quoꝝ perfectio ſtat in tribus votis excitabo illud a morte ſpũali q. d. hoc erit vobis ſignũ q̄ hoc flagellum fuerit vobis datũ a deo propter peccata veſtra q2 eiectis vobis ab eccl̃ia dei excitabit deus loco veſtri viros quoſdã ſanctos et religioſos qui fidẽ per vos extinctam excitent et viuificent ſed ipſi hoc enigma non intelligetes referebat ad materiale teplum hieroſolymitanũ dicetes quadragintaſex annis edificatũ eſt hoc tẽplum a iudeis redeũtibus a captiuitate babilonica. vt patet in primo libro Eſdre quomodo ergo tu in tribus diebus excitabis illud a deſtructione Mahumetica hoc inquã non bene intellexerũt q2 ipſe loquebatur de teplo ſpirituali ſui corporis myſtici quod eſt eccl̃ia ſua reedificanda et reformãda per viros religioſos ſicut de facto cõtigit poſt hãc 23 ge quos deus dedit eccliẽ ad conſolãdum eam gemẽtem ſup amiſſione tot chriſtianoꝝ orientalium quãuis malorum vnde poſtea cũ chriſtus myſticus ſurrexiſſet a mortuis in ſua reformatione per religioſos recordati ſunt diſcipuli eius latini .i. clare cognouerunt de quo tẽplo hoc dicebat/ ⁊ crediderũt firmiter ⁊ ſine errore ſcripture ſancte extinctis iam hereſibus et ſimiliter crediderunt ſermoni .i. ꝓmiſſioni qua fecit eis Jeſus de mittendis religioſis ad reformationem ⁊ coſolationem eccl̃ie

**Tertia pars euãgelij**

Poſtea vero cõpleta ꝓmiſſione predicta in ſequẽtibus generationibus cum iam eſſet Jeſus hieroſolymis .i. in pace ſue eccl̃ie latine in paſchate .i. predicto traſitu fidelium laicoꝝ ad religiones in feſto .i. in honore religioſoꝝ apud oẽs homines multi ex orietalibus chriſtianis (qui fuerat heretici) crediderũt recte in nõie eius quod eſt Jeſus .i. ſaluatio hoc eſt vt ſalui fieret mori q2 videbat ſigna q̄ ſup pctores faciebat Verũtamen Jeſus .i. prelatꝰ latinus non credebat .i. confidebat ſemetipſum eis eo q̄ noſſet oẽs illos q̄ inſtabiles erant in bono propoſito ⁊ quia ei non erat opus vt quis teſtimonium .i. ꝓbationẽ perhiberet de hoĩe aliquo ipſe eñ ſciebat per experientia/ vel per ſigna exteriora quid eſſet intus in hoĩe Poteſt aũt hec clauſula referri ad latinos quoꝝ multi videtes ſigna

correctionis que deus faciebat in peccatores ti-
more perterriti conuertebant ad religiones nec
tamen oẽs qui religiones intrabãt erãt intrinſe-
cus tales quales exterius apparebãt honeſti et
ſancti.ideo Jeſus non credebat ſemetipſum eis
rc̃ Et ſimiliter noluit ꝙ ſui prelati in eccl'ia indif
ferenter crederẽt oĩbus religioſis ad hoc vt eos
aſſumerẽt ex religionibus ad regimen aiarum
ſed ꝓbarent prius ſpũs eoꝝ quales eſſent nam
experientia docuit plures talium religioſorum in
prelatione poſitos fuiſſe peiores malis prelatis
Notabile ſecularibus rc̃ Et notãdum circa hoc euangeliũ
ꝙ hec hiſtoria cõtigit in primo anno predicatio-
nis chriſti ſuperius aũt in feria tertia prime heb
domadis quadrageſime lectũ eſt aliud euãgeliũ
ex Mattheo ſimilem narrãs hiſtoriã que cõtigit
ſexto die ante paſſionẽ chriſti.ſ in die feſtiuitatis
ramoꝝ ⁊ nõ ſine myſterio iſte due caſtigationes
maloꝝ in templo dei ordine prepoſtero ⁊ cũ tan
ta dierũ ſ 20 interpellatione lecte ſunt in miſſa-
li Romano ad ſignificandũ videlicet duoꝝ po-
pulorum punitiones factas in nouo teſtamento
a chriſto nam in tertia eccl'ie generatione miſſo
exercitu Romanoꝝ deus eiecit a tẽplo ⁊ ciuitate
ſancta/immo ⁊ a toto regno pfidos iudeos qui chri
ſtum ⁊ diſcipulos ſuos perſecuti fuerãt ⁊ illã pu
nitione ſignificabat euangeliũ Matthei lectum
in illa feria tertia vt ibi idem diximus ſed poſtea
in generatione 23 eccl'ie dei miſſo exercitu Aga-
renoꝝ infidelium eiecit a tẽplo ſpũali ⁊ a ciuitate
ſancta(que eſt eccl'ia ſua) gẽtiles hereticãtes qui
perſecuti fuerant catholicos latinos rectã fidem
profitẽtes ⁊ hanc ſignificat vt diximus hoc euã-
gelium vnde nimirũ ſi bis legat in officio miſſa-
li quod vis ſcimus eſſe factũ in ſexta etate mun-
di cuius geſta non ſolum in ve le fuerũt figura-
ta verum in vita ⁊ geſtis chriſti ⁊ apoſtoloꝝ pre-
monſtrata in primitiua eccl'ia vt de alijs hiſtorijs
Mo ali tas alias idem diximus ❡Moraliter vero chriſtus
in quadrageſima per ſacramẽtum penitẽtie mũ
dat tẽplum eccl'ie ſue ⁊ oẽm animã fidelẽ eijcien
do inde omne peccatũ ſ auaricie quod denotãt
boues arãtes in terra Luxurie ſignificatum per
colũbas libidinoſas Ypochriſis p oues Symo-
nie/⁊ vſure p numularios ⁊ ſic de alijs beſtialib⁹
actionibus Sacerdotibus quoqꝫ cõfeſſorib⁹ ait
ſoluite i abſoluite exterius tẽplum hoc quod eſt
anima penitẽs in qua habitat deus et ego inte-
rius ſuſcitabo illud in trib⁹ diebus i per tria ope
ra virtuoſa ſatiſfactoria que ſunt ieiuniũ/oratio/
et elemoſina quib⁹ vita reformatur chriſtiana
Offertorium rc ❡Offertoriũ Jubilate deo rc̃ pſal' 99 conſo
nat vltime parti euãgelij de reformatione eccl'ie
per religiones ideo dicit gaudẽdum eſſe de iſto
nouo modo ſeruiẽdi deo in tẽplo ſuo quare fide-
les iam poterunt cũ deuotione intrare ad officia
eccl'ie quibus in fide cõfirmabũtur Secreta ora-
tio offert deo ſacrificiũ altaris pro ieiunantibus
orans vt virtute eius mundetur a peccatis ⁊ accẽ-
Com. dat deuotione ❡Cõmunio Ab occultis meis
rc pſal 18 eſt vox eccl'ie lanne illius 23 geñ que

viſa ſeuera caſtigatione orientalium petit humi
liter ſibi ignoſci peccatã ſua ⁊ etiam peccata ori
entalium ſi propter ſuam negligẽtiã illa excre-
uerunt in tantũ vt iram dei prouocaret Finalis
orõ Quos celeſtibus dñe rc̃ idem petit cum co-
muniõe ad ſenſum moralem pro ieiunantibus
quos euchariſtie ſumptiõe refecit deus ideo po-
ſtulat eis auxilium grẽ rc Super populũ Adſit
domine queſumus rc̃ concludit has omnes peti-
tiões ſub clauſula generali dices ꝙ ex quo de-
inſpirauit fidelibus ſuis q̃ ſunt ea q̃ petere debe
ant ab eo ipſe ſua liberalitate talia eis cõcedat rc̃.

# ❡Caput quadrageſimũnonum de feria tertia cuius officium ad vigeſimam quartam generationem eccleſie refertur atqꝫ doctrina ſalutaris ieiunantibus ex eo elicit



Igeſimaquar-
ta generatio eccl'ie chriſtiane
Argumẽtu officij Ab anno chri 690 vſqꝫ 720. ſub romanis põtificibus ſer-
gio/Leone/Siſinio/Coſtã-
tino/ ⁊ Gregorio ſcdõ pro-
ceſſit imperatorib⁹ tũc Phi-
lipo/ Anaſtaſio/ Theodoſio/
Leone ⁊ Conſtãtino Et correſpõdet regi Achaz
in ve le qui fecit malũ coram domino in Jheru-
ſalem ideo merito fuit afflictus cum toto regno
ſuo a regib⁹ aſſirioꝝ nã captis p Salmanaſar/
Samaria/ Damaſco/⁊ alijs vrbib⁹ regni et ſimil'
captiuato rege iſrael in hac gnatioe ceſſauit oĩno
regnũ illud propter grauiſſima pcta eoꝝ Simi-
liter in 24 ge eccleſie ꝓpter abominabilia pcta
imperatoꝝ ⁊ pontificum grecoꝝ deletis per re-
gem agarenorum infideliũ oĩbus fere eccleſijs
Aſie/Egypti/Perſie/et Paleſtine totum põdus
belli infidelium contra grecos imperatores cõ-
ſtantinopolitanos ſe conuertit ſicqꝫ factũ eſt vt
quemadmodum in ve le in generatiõe 24 ceſ-
ſaret dñium grecoꝝ ſuper latinos ita vt nõ am-
plius dicerentur imperatores Romani ſed ſolũ
imperatores greci iuxta allegatã apocalipſis ꝓ
phetiam cap̃ 11 atrium qđ extra tẽplum eſt eijce
foras ⁊ nõ metiaris illud qꝛ datũ eſt gentib⁹ ad
cõculcandum haud dubium quin ſarracenis ſi-
cut ergo duodecim generationibus ve le perſe-
uerauit procurſus regni iſrael ( ſuper qđ aliquã
do regnauit dauid ſimul cũ tribu iuda licet ma
licia ſua ſeparauerit ſe a iugo regni dauid)ita in
no le duodecim generationib⁹ perſeuerauit im-
perium grecoꝝ dictum Romanũ imperiũ et po
ſtea defecit Patet ergo qđ ſicut in rege Achaz
( qui nutu diuino prim⁹ in regibus iuda fecit ho
rologium integrũ in domo regia ) cõpleta ſunt
duo tempora veteris teſtamẽti duodenis gene
rationibus numerata alterũ obſcurum/alterum
clarum ad ſimilitudinem diei ⁊ noctis artificia-
lis vt cõpleretur quaſi vn⁹ dies naturalis ſimili
ter in hac 24 ge eccleſie chriſti ſub papa Grego
rio ſcdõ completa ſunt alia duo tẽpora noui te-
ſtamenti etiam duodenis generationibus cõputa

ta nam primū tēpꝰ fuit vſq; ad Liberiū papā in
obſcuritate perſecutionis imperatoꝝ infidelium
idola colētium ſcđm in claritate honoris ac fa⸗
uoris ſub chriſtianis imperatoribus licet nō oi
bus bonis poſt hac ergo iam dicendū erit de ter⸗
tio tēpore eccłie chriſtiane correſponderet ad ter⸗
tium tpus vete le Quia ergo eccleſia oriētalis
extūc manſit totaliter oppreſſa ſub tyrānide infi⸗
delium ad ſimilitudine regni Iſrael in ve le ec⸗
cleſia latina velut tribus Iuda ex cōſueta chari⸗
tate non ceſſat orare pro eis in templo ſancto dei
vt fides eoꝝ non oino pereat ⁊ poſt aliquantulā
penitētiam liberētur ab illa ſeruitute ⁊ hoc maxi
me orabat in illa 24 ge quādo recens erat illa
Introitꝰ miſſe — plaga chriſtianoꝝ ¶ Ad quod denotādū introi-
tus miſſe Exaudi deus oratione ⁊c ps 54 ꝓpo
nit Romanū pon cum toto populo latinoꝝ hu
militer orantē deum vt velit eum exaudire ⁊ ne
deſpiciat preces eius Verſus Cōtriſtatus ſum
⁊c eode pſal᷑ aperit materiā ⁊ cauſam ſue oratio
nis ſ ꝓpter infideliū perſecutione que poſt oriē⸗
tales inuadebat etiā occidētales eccłias ideo ait
contriſtatus ſum ⁊ cōturbatus a voce inimici in⸗
fidelis/⁊ a tribulatione populi peccatoris quam
audiui tum ex cōpaſſione ꝓximoꝝ oppreſſoꝝ
tum etiā ex timore futuroꝝ maloꝝ que imminet
Oratio — mihi. Oratio Sacre nobis dñe ⁊c applicat mo⸗
raliter introitū ad ieiunātes orans vt deuota ie⸗
iunia ꝓmerēatur eis ⁊ augmētum virtutū/⁊ diui
ne ꝓtectionis auxiliū ab infeſtatione ſpiritualiū
inimicoꝝ que multos ꝓximorum tenet oppreſ⸗
Epła ar⸗ gumentū — ſos ⁊ captiuos in peccatis ¶ Epiſtola Locutus
eſt dñs ad ⁊c Exodi 32 eſt ſpecialis oratio boni
prelati pro populo fidelium delinquēte ⁊ habet
tres partes In prima reuelatur ei nequitia po⸗
puli ingrati In ſcđa ibi rurſumq; ait ⁊c intimat᷑
vehementia dei irati In tertia ibi Moyſes aūt ⁊c
Prima ps eplę — ſuperadditur oratio boni prelati Igitur in diebꝰ
illis 24 ge quādo infideles inuadebāt regnum
grecoꝝ ꝓpter ſua peccata locutus eſt dñs ꝑ in⸗
ſpirationem ad Moyſen i. pontifice Romanum
aſſumptū ex aquis populoꝝ volēs ei reddere ra
tione tāte vindicte quātam exercebat ꝑ infideles
in chriſtianos orietales ⁊ ait deſcēde Roma pō
de mōte tue dignitatis quia valde minorata eſt
peccauit eñ populus tuus i tibi cōmiſſus ad re⸗
gendum que olim eduxiſti per tuā predicatione
de terra Egypti i de obſcuritate idolatrie et de⸗
clarans peccatū eoꝝ ſubdit receſſerunt eñ cito i
poſt paucos annos a ſua cōuerſione de via fidei
catholice quā oſtēdiſti eis fecerūtq; ſibi vitulum
conflatile i idolum fictū qui eſt epiſcopus cōſtā⸗
tinopolitanus ⁊ adorauerūt eum quaſi ſummū
pontifice vel per vitulū intelligitur chriſtus quē
Arriani finxerūt eſſe conflatile i creaturā pura ⁊
immolātes ei hoſtias dixerūt publice in eccleſijs
orientis o Iſrael i eccłia chriſtiana iſti ſunt dij tui
i prelati principales qui miniſterialiter eduxe
runt te de terra Egypti hoc eſt de idolatria ⁊ er
rore quare eis debes ſeruitia honoris ⁊ obedien
tiam ſub deo Ecce magna ⁊ grauiſſima peccata

orientalium ⁊ grecoꝝ q: negabāt ⁊ diuinitatem
chriſti/⁊ primatū pōtificis Romani attribuētes
illum honorē prelatis ſuis Epheſino/aut cōſta⸗
tinopol᷑ ex quibus in multos alios errores con⸗
tra fide inciderunt Propter que peccata cōcita⸗ — Secūda ps eplę.
tus eſt furor dei contra eos ideo rurſum ait dñs
ad prelatū. cerno ꝙ populus iſte grecoꝝ dure cer
uicis ſit i. pertinax ⁊ perfidus in ſuis erroribꝰ no
lenſq; audire correctionē dimitte me et noli me
orare pro eis liberādis ab eis infidelibꝰ ſed po⸗
tius permitte me vt iraſcat᷑ furor meꝰ i vindicta
et pena cōdigna contra eos ⁊ oino deleam eos
per manus Agarenoꝝ ſicut deleui alios oriēta
les Perſianos/Aſianos/Egyptios/⁊ alios ma
los chriſtianos nec putes te ideo priuari tua di⸗
gnitate paſtorali ſuper multos populos q: iſtis
deletis ego ſuſcitabo alios bonos chriſtianos ꝑ
eis faciāq; te prelatū ſuꝑ gentē magnā non tam
numero ꝗ̄ merito quia ſuſcitabo i patria latina
multos bonos et deuotos religioſos tibi ſubdi⸗
tos ⁊ bene obediētes Audiens vero Romanus — Tertia ps epiſtole.
pontifex futurā perditione grecoꝝ vicinoꝝ ſuoꝝ
multo magis orabat dñm cum tota ſua eccłia la
tina dicēs cur dñe iraſcitur furor tuus i paratur
tam grauis pena exterminatiua contra populū
tuū chriſtianū. q: licet ille ꝓpter ſua peccata me⸗
reat᷑ deleri tñ nō decet immēſam bonitatē tuam
hoc facere tū q: eduxiſti eū de terra egypti prin⸗
cipaliter ꝑ tuam paſſionē in fortitudine magna
et manu robuſta qua diabolū ſuperaſti qui eos
captiuos tyrānice poſſidebatꝰ ⁊ nō decet rem tā⸗
ti precij a te redēptam perdere. tum quia diceret
Egyptij i infideles ꝙ callide. i aſtute eduxerit eos
deus ſuus a cultura alioꝝ deoꝝ vt poſtea interfi
ceret eos in mōtibus tyrānoꝝ infidelium ⁊ oino
deleret eos de terra quod dictū redūdat in tuam
ignominiā tanq; ſis deus crudelis ⁊ tuoꝝ ſeruo
rum deceptor Ergo ne detur occaſio talis igno
minie obſecro vt quieſcat ira tua eſtoq; placabi⸗
lis ſuꝑ nequitiā i peccatū populi tui greci tum
deniq; q: decet te recordari ſanctitatis ⁊ ſeruitio⸗
rum bonoꝝ que tibi obtulerunt patres ſpūales
huius ppłi ſ apoſtoli tui maxime tres Abrahā i
patre ille excelſus Petrus Iſaac i riſus vel gau
dium eccłie Paulus ⁊ Iſrael i vides deū Ioan⸗
nes euāgeliſta qui oēs fuerūt predicatores ⁊ pre⸗
lati huius ppłi ſucceſſiue ⁊ quibꝰ tu verax deus
iuraſti ꝑ temetipſum dicēs Ioānis 4 iuxta pu⸗
teū ⁊ Matthei vltimo in ſententia licet nō in hac
forma verboꝝ ego multiplicabo ſeme veſtrū ſpi
rituale i populum chriſtianū ſicut ſtellas celi i in
multitudine innumerabili et vniuerſam terram
hanc i eccleſiā catholicā de qua ſepius vobis lo⸗
cutus ſum dabo ſemini veſtro vt poſſideāt eam
ſemꝑ i vſq; in fine ſeculi q: ergo hoc iuraſti de⸗
bes implere non obſtantibus peccatis huius po⸗
puli ſaltē ꝓpter temetipſum ⁊ ꝓpter illoꝝ ſan⸗
ctoꝝ patrū merita multa ⁊ magna His pſuaſio⸗
nibus prelati charitate pleni placatus eſt domi⸗
nus deꝰ ne faceret tunc malū quod locutus fue⸗
rat aduerſus illū populū grecoꝝ ſed expectauit

eos ad penitentiã per aliquas generationes ſe-
quētes quia tñ indurati nunq̃ voluerũt ab erro-
ribus ſuis deſiſtere. tãdẽ in manus infideliũ da-
Moralitas ti ſunt vt poſtea dicemus ¶ Moraliter hec epl'a
oẽs peccatores deterret qui ꝑ actus ſuos malos
vitulos adorãt i. creaturas colunt in contẽptum
dei. ſed bonus prelatus in hac quadrageſima cõ
tinue orat pro eis intendens placare iram dei
ne ſeuiat cõtra eos ex alia tamẽ parte populum
percutit ſua predicatiõe ſicut olim fecit Moyſes
G[r]aduale poſtq̃ deſcendit de mõte ¶ Cantus gradualis
Surge dñe ꝛc. pſal. 43 eſt oratio populi chriſtia-
ni conſona predicte o[r]ationi prelati. ſ[cilicet] q deus nõ
propter eorũ merita liberet eos ab infidelibus
ſed propter nomen i. honorẽ ſuum quod extolli
tur ꝛ veneratur apud eos Verſus Deus aurib[us]
noſtris ꝛc principiũ eiuſdẽ pſalmi allegat opus
redemptionis quod chriſtus fecit pro iſto populo
cõſone ad illud quod prelatus dixerat que edu-
xiſti de terra Egypti ꝛc dicens auribus noſtris
audiuimus/ꝛ firmiter illud credimus q[uia] patres
noſtri apoſtoli annunciauerunt nobis opus re-
demptionis quod operatus es pro tuo populo in
diebus vite eoꝝ/ ꝛ in diebus antiquis primitiue
Euãgeliũ argumentum eccl'ie. ¶ Euangeliũ Jam die feſto mediante ꝛc
Joãnis 7 reſpõdet grecoꝝ inuidentie qua doletes
de latinorũ ꝓſperitate oblatrabãt/ ꝛ latinos im
properabãt Habet tres partes explicantes tria
grecoꝝ improperia Prima imperitiã ſeu defectũ
ſcientie Scd'a ibi nõne Moyſes ꝛc violationẽ le-
gis diuine Tertia ibi dicebãt ergo ꝛc iactãtiam
ſumme ſedis ap[osto]lice de quib[us] improperijs Ro-
manus pon[tifex] ſe ꝛ ſuos excuſando redarguit gre-
Prima pars euãgelij coꝝ maliciã In illo ergo tẽpore 24 ge iam die fe
ſto .i. t[em]p[or]e honorabili religioſoꝝ mediãte i. ꝓficien
te/ac fructificãte mediocriter aſcẽdit Jeſus i. pre-
latus Romanus ꝑ fauorẽ ꝛ meli[us] regimen in tẽ
plum dei myſticũ qd' eſt fidelis poplus ꝛ ꝑ mini
ſteriũ religioſoꝝ docebat bonã eccl'ie reformatio-
nem vt appareret latina eccl'ia honeſtior/ꝛ deuo
tior/ ac p[er]inde honorabilior greca ꝛ alijs orientali-
bus ꝛ mirabãtur de tãta diſcretione iudei i. greci
ad modũ iudeoꝝ contra chriſtũ ſe habẽtes dice-
bant'q[ue] quomodo hic ppl's latinus ſcit litteras i.
ſcientias multas maxime doctrinã huius tã bone
gubernationis eccl'iaſtice cũ non didiſcerit eas a
preceptorib[us] quos fere nullos habuit ꝛ illos ſa-
tis paruos reſpectu magne ſapientie grecorũ do-
ctoꝝ vt Origenis/Gregorij nazãzeni ꝛ alioꝝ'q[uasi] d[iceret]
mirũ eſt quomodo iſte ppl's tã rudis et ignarus
ſciat tam bene ſe regere in cerimonijs religionis
chriſtiane ꝛ ſi forte aliquid boni ſcit a nobis gre
cis illud habuit Cui iniurie reſpõdit prelatus la
tinoꝝ mea inquit doctrina de qua miramini nõ
eſt mea i. a me inuenta ſed a deo gratioſe inſpira-
ta qui miſit me regere eccleſiã ſuã ꝛ dedit ad hoc
ſcientia neceſſariã vnde nõ oportuit eã accipere a
vobis grecis ꝛ licet vos malicia excecati hoc nõ
videatis tñ ſi quis fideliũ voluerit facere volũtatẽ
dei i. implere mãdata dei bene viuẽdo ille cogno
ſcet per illuſtratione gratie dei de doctrina mea
vtrũ ex deo ſit inſpirata vt ego dixi ꝛ ſciet per cer-
titudinem an ego in his que doceo a me ipſo lo-
quar ex propria ꝛ humana phantaſia vt ego ne-
gaui q. d. ſciet vtrumq[ue] dictũ meum eſſe veru[m] ſ[cilicet] q
doctrina mea eſt a deo ꝛ nõ a me ipſo et huius ſi
gnũ eſt q[uia] ille q̃ loquitur a ſeipſo i. docet ſcientiã
a ſe inuentam ille querit gloriam propriam apud
hoies i. vult honorari ꝛ laudari ab eis pro ſuo in
genio ꝛ eruditiõe magna ꝛ tales ſunt communiter
greci glorIantes ſe de multis ſcientijs Qui autẽ
ſolũ querit gloriam ei[us] qui miſit illũ i. dei in his
que docet: hic verax eſt iudicijs ſuis et iniuſticia
i. iniuſta vel indebita ſibi gloria in eo nõ eſt pro
pter quã debeat mentiri ꝛ tales ſunt communiter
latini humiles mea ergo doctrina quã doceo nõ
eſt a me ſed a deo ideo totam laude ꝛ gloria hui[us]
mei officij ꝛ fructus ex eo prouenientis deo tri
buo non mihi. Sed nimirum q iſta dicatis con Scd'a pars euãgelij
tra me q[uia] etiam in antiqua lege Moyſes ſeru[us]
dei miſſus regere populum hebreorum vt dux
et prelatus dedit eis legem illam quam nec ali
quis eorum faciebat eo quod nõ credebãt do-
ctrinam illam eſſe a deo ſed a ſua phãtaſia ideo
contẽnebant eum ſimiliter et vos facitis nunc
contra me quem deus miſit regere eccleſiã chri-
ſtianorum ſed cum nihil vobis mali faciam pro
pter quid me queritis ſic interficere moraliter ſ[cilicet]
infamãdo me ꝛ totũ meum populũ? Reſpondit
ad hoc turba grecorũ ꝛ dixit Romano pon[tifici] de-
moniũ habes i. maligna ꝛ diabo'ica intẽtione lo
queris cõtra nos q[uia] imponis nobis peccatũ qd'
non habemus quis enĩ querit te interficere mo-
do predicto i. quis te infamat iniuſte q. d. null[us]
noſtrũ hoc facere intẽdit q[uia] nos putam[us] vera di
cere cõtra te vnde tua mala vita ꝛ falſa doctrina
te infamat q[uia] tuis nouis cerimonijs ꝛ religioni-
bus factitijs tranſgrederis legẽ chriſti Ad hoc
ſecundũ conuicium reſpõdens prelatus latinoꝝ
dixit eis vnũ ꝛ ſingulare op[us] feci de quo vos oẽs
admiramini vt patuit in principio euãgelij ſ[cilicet] re
formationẽ eccleſie ꝑ religiones nouas in quib[us]
homines ſpretis oib[us] mundi bonis ꝓpter amo-
rem dei ſolũ vacãt exercitijs virtutũ hoc aũt non
eſt lege dei violare ſed poti[us] diſponere hoies ad
perfectã eius obſeruantiã qd' in premiſſo exẽplo
Moyſi declaratur qui dedit iudeis circuncisionẽ
in ſignũ ꝓfeſſionis fidei ac religiõis ſancte(quã
uis circunciſio nõ fuerit primo inuẽta a Moyſe
ſed accepit eã iam inſtitutam ex primis patrib[us]
hebreorũ ipſe autem ſcriptis ſuis eam declara
uit) et tamẽ lex Moyſi ſtricte p̃cipiebat pueros
eſſe circũcidendos in octauo die a ſua natiuitate
etiã ſi eſſet ſabbatũ/vel aliquod aliud magnũ fe
ſtum in quo nõ liceret opari Si ergo circũciſio
nem accipiebat iudeus in ſabbato vt non ſolue-
retur lex Moyſi que tñ ex illo opere videbat ſolui
ut quãtum ad preceptũ de obſeruatione ſabbati
qd' dicit omne opus non facietis in eo die quare
vos greci mihi indignamini nouas religiones
inſtitueti/vel approbãti in eccl'ia latina ad ſana
dum totũ homine fidele[m] .i. tam exterius ꝑ hone-

ſtam conuerſatione/q̄ interius per deuotionē in
hoc ſabbatiſmo fidelis ppl'i quo a curis ſeculari-
bus/ꝛ a bellis hereticoꝝ/ ac infideliū manifeſtis
vacamus nolite ergo de latinis ſic temere iudi-
care ſcd'm faciē ꝛ ſuperficiē ſolū ſed rectū iudiciū
ex cauſis intrinſecis iudicate intelligendo ſpūa-
liter q̄ illa iudeoꝝ carnalis circunciſio ſignifica
bat hāc ſpiritualē et moralem vitam religioſorū
qua circūciſis oibus terrenorū bonoꝝ ſuperflui-
Tertia ps euāgelij tatib⁹ ipſi nudi chriſtū nudū ſequūtur His audi-
tis dicebāt quidā ex hieroſolymis ꝛ ex pacificis
et bonis grecis ad ſeipſos nonne hic roman⁹ pō-
tifex eſt ille prelatus quē noſtri querūt interfice-
re infamādo/ ecce nūc magna autoritate palā lo-
quitur tanq̄ ſuprem⁹ iudex oim chriſtianorū et
nihil ei cōtradicere audet greci ſicut olim facie-
bāt etiam corporaliter bellātes q2 nunc timore
pleni ſunt attrito eorum imperio p ſarracenos
nūquid vere cognouerūt iam principes ꝛ impe
ratores ꝛ prelati grecorū q2 hic eſt chriſt⁹ ꝛ vnct⁹
a deo in ſummū ſacerdote/ ꝛ vicariū generalem
chriſti in toto mūdo q d bene poſſunt hoc p ex
perientiam cognoſcere q2 alijs oibus oppreſſis
ab infidelibus hūc prelatū de⁹ ſpecialiter cuſto-
dit ꝛ defendit ab inimicis miraculoſe poti⁹ quā
naturaliter Alij autē ex grecis dubitātes de hoc
dicebant nos ſcimus hūc hominem vnde ſit.i. ex
quibus ꝛ qualib⁹ parētibus natus q2 pauperes
ꝛ ignobiles ſcd'm ſeculū ſcimus etiā ipſum qua-
lis ſit q2 peccator et circūdatus infirmitate ſicut
alij hoies cōmuniter chriſtus aūt ꝛ prelatus ille
ſanctus qui debet eſſe pater oim fideliū nemo
ſcit vnde ſit ꝓpter eminentem nobilitatem eius ꝛ
ſuoꝝ ꝓgenitorum qua multū differt ab alijs ho
minibus cōmuniter hoc dicebāt ficte ad peruer-
tendum alios qui iam credebant illū eſſe ſummū
pontifice Sed ad impediendum hoc malum ipſe
pōtifex Romanus clamabat in medio eccl'ie per
ſua publica decreta/ꝛ ſanctiones eccl'iaſticas di
cens. verū eſt q̄ ꝛ me ſcitis et vnde ſim ſcitis ſe-
cundū ſeculū ꝛ tamen dico vobis q̄ ego a meip
ſo non veni ad hanc dignitate pontificalem ſed
eſt verus deus ille qui miſit me ad regimē vni-
uerſalis eccl'ie quē vos perfidi ꝛ malicioſi neſci-
tis implicati multis erroribus cōtra fide catholi-
cam que declarat quis ꝛ qualis eſt verus deus
ego aūt ſanam fide habens ſcio eum / ꝛ predico
veritatē eius et ſi dixero q2 neſcio eū ero ſimilis
vobis mendax ꝛ hereticus errans in fide ſed cum
non ſim hereticus ſcio eum veraciter q2 ab ipſo
ſum inſtitutus in hoc gradu ſupreme dignitatis
in eccl'ia ꝛ ipſe me miſit regere eccleſiam ſuam
Propter hec verba tāte audacie greci querebāt
eum apprehēdere p violentiā tyrānoꝝ ſicut olim
fecerāt miſſo exercitu Gothoꝝ ſed hoc non vale-
bat iam facere nimis debilitati ab infidelibus ꝛ
ideo nemo tyrānoꝝ miſit in illū manus bellato
rum neq̄ hoc permiſit deus q2 nōdum venerat
hora i. tēpus eius ꝛ tribulationis ſue magne qḋ
erit tēpus antichriſti ſed vſq̄ ad illud tēpus Ro
manus pōtifex permanebit in vrbe Roma/ꝛ in
Italia ſedēs in ſuprema ſede apoſtolica. hāc dei
protectionē miraculoſam videntes multi de tur-
ba grecoꝝ crediderūt in eum .i. obedierūt ei ſicut
ſummo pōtifici omniū chriſtianoꝝ ꝛc̄ Potuiſſet
tamen hoc euangeliū/imo ꝛ epiſtola/et totū hoc
officiū exponi et forte meli⁹ ad ſenſum hiſtoricū
de clericis ſecularib⁹ et de religioſis inter quos
ab hac generatione 24 inceperūt oriri diſſenſio-
nes ꝓpter magnas et pingues dotationes mo-
naſterioꝝ de quibus clerici inuidebāt religioſis
ſi ergo p grecos intelligere libeat clericos/et per
latinos religioſos/ꝛ per Romanū pontificē pre-
latū religionis tota expoſitio eodē modo currit
ſicut poſita eſt hoc excepto q̄ vbi greci arguunt
de erroribus fidei clerici arguātur de erroribus
vitioꝝ moralium ꝛc̄ ¶ Moraliter vero hoc euā- Moralitas.
geliū diſputat cōtra mūdanos/ ꝛ obſtinatos pec
catores qui hāc doctrinā ieiunij quadrageſima-
lis contemnunt et ſimiliter exercitia ſacramentoꝝ
circa peccatores penitētes ideo increpāt ſacerdo
tes de auaricia ꝛ mala intētione ꝛc̄. ſed prelatus
optime probat q̄ hec doctrina ſit a deo tradita ꝛ
nō ab hoib⁹ cōficta cōformiter ad euangeliū ter-
tie dominice huius quadrageſime vt viſum eſt
¶ Offertoriū Expectās expectaui ꝛc̄. pſal. 39 eſt Offertorium
gratiarūactio eccleſie latine/vel religionis noue
de ſua ꝓtectione/augmento/et ꝓſperitate vt va-
leat ſe libere exercere in laudibus diuinis eo q̄
pedes ſuarū affectionū ſint fixi ſuper firmā pe-
trā fidei catholice/ꝛ chriſti ſaluatoris noſtri ideo
deus ſpeciali auxilio dirigit greſſus ſuarū actio-
nū Secreta oratio Oblatis dn̄e ſacrifi. ꝛc̄ offert
deo ſacrificiū eucharíſtie pro ieiunantiū benedi-
ctione ſpirituali qḋ eſt moraliter applicare offer-
torium ¶ Cōmunio Letabimur in ſalutari ꝛc̄ Com.
p̄s 19 gaudiū reſonat eccl'ie/vel religionis de ſua
proſperitate maxime circa diuinū cultum libere
agendū Finalis oratio Sit nobis dn̄e ꝛc̄ appli-
cat moraliter ad ieiunātes ꝛ penitētes quib⁹ ſi-
milia bona petit ex virtute euchariſtie ſuſcepte
Super populū. Miſerere domine ꝛc̄ orat miſe-
ricordiam dei pro auxilio gratie ſuper populum
ieiunantem/ac laborantem ꝛc̄

## ¶ Caput quinquageſimū

de feria quarta ad vigeſimāquintam eccleſie ge
nerationē relata ſimul atq̄ cathecuminos ꝛ ie-
iunantes debitis p̄parationibus inſtruente



**Vigeſimaquīta** Argumentū officij Ab anno chriſti 720 vſq̄ 750.
generatio eccleſie chriſtiane
ſub Romanis pontificibus
Gregorio tertio/ Zacharia/ꝛ
Stephano p̄fuit imperan
tibus tūc apud grecos Leo-
ne tertio/ ꝛ Conſtātino quin
to ꝛ correſpondet Ezechie regi Juda in vete le
qui et ipſe fuit vigeſimuſquint⁹ a Jacob patriar
cha per lineā patrū genealogie chriſti et hic ſo-
lus poſt Dauid in regib⁹ Juda omno fuit fidelis
et catholicus deo ſuo na ſup oēs predeceſſores
ſuos

ſuos reges Hieruſalē hanc rem magni meriti fe
ciſſe memorat ꝙ oīa excelſa idoloꝝ abſtulit a to
to regno ſuo Similiter in hac 25 ge noue legis
ſub p edictis pōtificib⁹ ſanctiſſimis ablata ſunt
ab eccl'ia chriſti excelſa hereticorū.i. imperatores
greci fautores hereticoꝝ epiſcoporū ꝛ ſacerdotū.
na Romana eccl'ia iam non vales ſuſtinere pſe
cutiones ꝛ tyrānide eoꝝ excuſſit a ſe dñium illoꝝ
quaſi iugū ferreū noluitqꝫ de cetero prauis ipe
ratorū illoꝝ preceptis ſubiacere. ſciēs qꝛ oportet
magis obedire deo quā hoīb⁹ vnde abiectis im
peratorib⁹ grecis vocati ſunt latini principes ad
regimē Romani iperij Primo quidē reges Frā
cie poſtea vero Germani duces Et ſicut regnauit
Ezechias in Hieruſalē cultor iuſticie ꝛ ſancte re
ligionis non ſolū in dieb⁹ vite ſue naturalis ſed
etiā quindecim alijs annis ſupernaturaliter ſibi
datis ꝓpter merita ſua ita eccl'ia latina ſub refor
matione ſanctaꝝ religionū habet vitā pacificā ſi
ne manifeſta oppugnatiōe hereticorū nō ſolū in
generationib⁹ illis q̄ ſibi debent p concordiā ad
generationes ve le ſed etiā p alias 15 ge ſibi da
tas ex grā dei vt impleat in ea qđ Ezechie dictū
eſt ab Eſaia ꝓpheta cap̄ 38 addā q̄ndecim an
nos ſup dies tuos et de manu regis Aſſyrioꝝ i
agarenoꝝ eruā te ꝛ ciuitate iſtā i. vrbe Roma ꝛc̄
ſicut enī reges aſſyrioꝝ tpe regis Ezechie iā de
moliti fuerāt decē trib⁹ Iſrael ꝛ ſimilia facere cō
minabātur tribui Iuda/ꝛ Beniamin niſi de⁹ ſpe
ciali cuſtodia preſeruaſſet regnū Dauid ita etiā
in hac.25 ge reges ſarracenoꝝ iam deuaſtauerat
oēs eccl'ias orietales imperij grecoꝝ excepta ipā
grecia mox ruitura p eoſdē infideles ꝛ nō cōtenti
de his nitebātur etiā latinā eccleſiā inuadere ſed
mirabilis dei ꝓuidentia p ſarracenos liberauit
eccleſiā ſuā a pſecutione grecoꝝ quos impugna
bat ſarraceni ꝛ vice verſa p grecos a ſarracenis
in illa oppugnatiōe occupatis ꝛ durabūt ille mu
tue cocertationes orietaliū inter ſe donec cōpleat
numerus generationū deſignatus in annis vite
Ezechie regis quib⁹ abſolutis ſoluēda credūtur
retinacula infideliū etiā cōtra eccleſiā latinā ad
faciēdā vindictā peccatoꝝ in nationib⁹/ꝛ increpa
tiones ſeruoꝝ ſuoꝝ in populis infideliū i. p ma
nus eorum de quo extat beati Ioānis ꝓpheta
apoc 11 ciuitatē ſanctā i. eccleſiā dei calcabūt gē
tes mēſib⁹ 42 nā in ve le poſt dies Ezechie ſo
luti ſunt exercitus caldeoꝝ contra ciuitatem ſan
ctam Hieruſalem et cōculcauerūt eam Et ſicut
regnāte Ezechia aſſyrij non ſolum regnū decem
triduū oppreſſerant ſed etiam magnā parte tri
bus Iuda inuaſerant nam de Senacherib ſcri
ptum eſt ꝙ aſcēdit ad vniuerſas ciuitates Iuda
ꝛ cepit eas nūqꝫ tamē potuit obtinere ciuitatem
ſanctam Hieruſale ita etiā ſarraceni in predictis
generationibus eccl'ie non ſolas grecoꝝ eccl'ias
et ꝓuincias deuaſtarūt ſed etiā multas latinoꝝ
regiones in Affrica/ꝛ Europa violenter accepe
rūt nunqꝫ tñ ſanctā vrbē Romā in diebus p an
nos Ezechie ſignificatos obtinere valuerunt Et
ſicut differeter Aſſyrij te habuerūt cōtra regnum
Iſrael ꝛ Iuda quia regnū Iſrael non ſolū acce
perūt ꝛ vaſtauerūt ſed etiā decē trib⁹ in terrā ſuā
trāſtulerūt filios aūt Iuda et ſi affligere ad tem
pus pmiſſi ſunt pro peccatis ſuis non tamen re
mouere potuerunt tunc a finibus ſuis ita etiam
orietalium chriſtianorū fere tota multitudo ꝛ lin
gua ꝛ fide ꝛ moribus in ſarracenos tranſlata eſt
vſqꝫ ad tēpus preſens latinos vero chriſtianos
non ſic abſorbere ſunt pmiſſi ſarraceni eo ꝙ dei
ſpeciali gratia ꝓtexerit eos in diebus ꝓmiſſis
Ezechie ꝛ ꝓpter David i. Ieſum chriſtū filiū ſuū
hoc eſt ꝓpter honorē ei⁹ ne forte dicerent infide
les ipſum nō eſſe verū deū qui ſuos fideles ſer
uos non poſſet ab hoſtibus liberare ſed heu qꝛ
illa ſpecialis ꝓtectio eccleſie latine per gratiam
dei que a p incipio 25 ge eius procedes adhuc
manet ſatis cito creditur terminada ꝛ veniet ite
rum nox illa tribulationis et anguſtie ſuper tri
bū Iuda de qua in pſal.103 dicit̄ poſuiſti tene
bras ꝛ facta eſt nox in ipſa pertrāſibunt omnes
beſtie ſilue.ſ catuli/leonum rugientes ꝛc̄ Secū
dum ꝙ figurat hiſtoria regis Ezechie qua dici
tur ꝙ cōpletis illis decē horis ſuperadditis diei
in horologio regio iterum venit nox recedete ſo
le a ſuperiore hemiſperio ad inferius quā figu
ram declarauit tunc ſequēs euētus nam cōple
tis generationibus vete le ſignificatis in annis
ſuperadditis vite regis/ꝛ in horis quibus retro
ceſſit ſol in horologio ei⁹ ſequuta eſt perſecutio
infidelium contra Hieruſalem/ꝛ conculcauerūt
eam gētes ergo etiam per concordiam noue le
gis ad veterem poſt predictas generationes ex
gratia conceſſas eccleſie latine veniet cōtra eam
poteſtas tenebrarum de qua loquutus eſt chri
ſtus Matthei 26 ad comprehenſores ſuos di
cens hec eſt hora veſtra ꝛ poteſtas tenebrarum
vt per illam captionem ſui veri corporis in no
cte ſexte ferie deſignaret quid futurum eſſet cir
ca finem ſexte etatis in eccleſia ſua que eſt cor
pus eius myſticum et ſicut ante noctē illam ne
mo miſit in eum manus quia nondum venerat
hora eius ita ante tēpus illud predictū infideles
non potuerunt eccleſiam dei cōprehendere cum
tamen Romanus pontifex quotidie apud eos
eſſet in templo dei palam docens legem chriſti
et nemo tenuit eum quia nondum venit hora
ei⁹ Interim ergo per alias minores tribulatio
nes examinantur fideles chriſti / et inſtruuntur
paulatim vt ſint parati pro tempore illius maxi
me anguſtie vt diſcrete ſciāt illam ſuſtinere cum
audieritis (ait chriſtus) prelia ꝛ ſeditiones nolite
terreri quia nōdum ſtatim finis quod exponens
Gregorius ait vltima tribulatio multis tribula
tionib⁹ preuenitur ideo redeptor noſter perituri
mūdi precurrentia mala denūciat ꝛc̄ ſunt itaqꝫ iſte
parue tribulationes ꝑparatorie ad illā maximā
eo modo quo Ioānes baptiſta dixit ſuū baptiſ
ma preparatoriū eſſe ad baptiſmū chriſti qꝛ ſic
aſſuefaciebat hoīes ad baptiſmū Hoc idē deno
tat officiū miſſe hodierne in qua fiebat olim ſcru
tiniū/vel exame baptizadoꝝ in ſabbato ſancto ſit

etiā nūc examē ordinādoꝝ in ſequēti ſabbato ex
noua eccl̃ie cōſuetudine ideo legūtur eis due le-
ctiones ꝓphetales pro ep̃la vt alias diximus in
Introit⁹ miſſe — quarta feria quatuor tēpoꝝ ⁊c̄ ¶ Introitus ergo
miſſe ¶ Cū ſanctificatus fuero ⁊c̄ Ezechiel̃ 36 ad
ſenſum hiſtoricū introducit deū loquente vel ad
chriſtianos orientales ꝓpter ſua peccata diſpſos
ab infidelibus vel ad clericos latinos ſeculares
in ꝓſperitate eccl̃ie luxuriātes In ſenſu aūt mo
rali loquit̃ vel ad cathecuminos baptizādos/vel
ad clericos ordinādos ⁊ vtrobiq̄ eſt idē ſenſus .i.
cum ſanctificatus fuero .i. ſanctus ⁊ iuſtus appa-
ruero apud hoīes maxime infideles in vobis .ſ.
in his q̄ faciā in vobis ex iuſticia/vel miſericor-
dia mea tūc congregabo vos ꝑ nouā eccl̃ie refor
matione de vniuerſis terris .i. gentib⁹/vel ſtatibus
hoīm ⁊ effundā ſuꝑ vos aquā mūdā/vel baptiſ-
male/vel doctrina ſalutarē qua mūdabimini ab
omnibus inquinamētis .i. peccatis veſtris ⁊ tunc
etiā dabo vobis ſpiritū .i. inſpiratione nouā qua
recte ⁊ catholice ſentiatis de rebus diuinis itaq̄
dat de⁹ ſpem liberationis orientalibus a ſuis er-
roribus ꝑ catholica doctrinā clericis ſecularibus
a ſuis peccatis ꝑ religione ſanctā/cathecuminis
ab infidelitate per baptiſmū/ordinādis a ſecula-
ri ⁊ laicali vita per ſacrum ordinē Verſus Be
nedicam dominū ⁊c̄. pſal̃ 33 eſt reſponſio popu
Oratio prima — li ad quem loquebatur deus ⁊ reſonat gratiarū
actiones pro ſpe tāte gratie promiſſe Oratio pri
ma Deus qui ⁊ iuſtis ⁊c̄ applicat moraliter in-
troitū ad ieiunātes ⁊ penitētes. petens eis veniā
peccatoꝝ quatenus et ipſi participes ſint gratie
Prime Ep̃le argumentū — promiſſe .ſ. congregabo vos ⁊c̄ ¶ Prima lectio
epiſtole Sanctificabo nomen meū ⁊c̄ Ezechiel̃
36 eaſdem intelligētias habet cū introitu quia
ex eodē cap̃lo Ezechiel̃ accepte ſunt iſte autorita
tes nā loquitur deus ad populū ſuū quadrupli-
cem predictū. Primo errores eoꝝ ꝑteritos impro
perādo Scd̃o ibi cū ſanctificatus fuero ⁊c̄ cōſola
tiones multas futuras ꝓmittēdo Tertio ibi ⁊ fa
ciā vt ⁊c̄ ad patriā ꝓpriā reducēdo Et clara ſunt
oīa ex his q̄ in declaratione introitus poſita ſunt
excepto principio ep̃le in quo de⁹ cōquerit̃ de po
pulo eo q̄ polluerūt nomē ei⁹ .i. diffamauerūt cū
apud infideles ſuis malis actib⁹ ex q̄b⁹ infide
les arguebāt ipm non eſſe bonū deū. q̄ tā malos
ſuſtineat ſeruos ⁊ faueat eis ꝓpterea dicit de⁹ q̄
vult purgare ſe ab illa infamia caſtigādo eos et
puniendo pro ſuis peccatis quod eſt ſanctifica-
re nomen ſuum inter gentes infideles ſed ſi ni-
mis exceſſiua eſſet pena ſuorum et multum du-
raret poſſent infideles dicere q̄ ipſe eſt deus cru
delis / vel impotens liberare ſuos ab inimicis
ideo promittit eos liberare non propter eos ſed
propter ſemetipſum ad oſtendēdum gētibus q̄
Graduale — potēs ⁊ miſericors de⁹ eſt ⁊c̄ ¶ Cantus gradua-
lis Venite filij ⁊c̄. p̃s 33 eſt quaſi alter introitus
in quo p̄lat⁹ ex parte dei loquit̃ ad populū beni
gne vocando eos ad cultū dei. ⁊ ſi locutio fiat ad
grecos prelatus eſt Roma ponti ſi ad clericos
ſeculares eſt prelat⁹ religionis. ſi ad cathecumi-
nos vel ordinādos loquitur ad eos prelatus ſue
dioceſis Verſus Accedite ad deū ⁊c̄ ex eodem
pſal̃ 33. promittit eis cōſolatione ⁊ benignā rece
ptione: itaq̄ non cōfundentur verecūdia Oratio
ſcd̃a Preſta queſum⁹ o deus ⁊c̄ applicat mora — Oratio ſcd̃a.
liter predictum cantū ad ieiunantes vt ex quo
ipſi ſeipſos caſtigant a peccatis ſuis deus faciat
cum eis miſericordiam ⁊c̄ ¶ Epiſtola ſecunda
Lauamini mūdi eſtote ⁊c̄ Eſa 1 eſt ſermo prelati — Epiſtola ſcd̃a
ad populū quadruplicem predictum vbi primo
vocatur populus ad mundiciam Secundo ibi
quieſcite agere ⁊c̄ incitat̃ ad iuſticia Tertio ibi
⁊ venite arguite me ⁊c̄ allicitur per diuina cleme
tiam Quia ergo deus in prima epiſtola promi-
ſerat eis aquā vt mundarentur ab inquinamen — Prima ps ep̃le
tis ſuis ideo prelat⁹ vocat populum vt accedat
ad ſe lauandum et mundandū et inquinamen-
ta explicat dicēs auferte malum cogitationū ve
ſtrarum ⁊c̄ et ſicut eſt quadruplex populus ad
quem loquitur ita eſt quadruplex aqua ad ſe la
uandum vt diximus in introitu Mutationem — Scd̃a ps ep̃le.
etiam vite perſuadet his quos vocat ad cultum
dei. quieſcite inquit .i. deſinite agere peruerſe ⁊ in
iuſte contra proximos et diſcite per conſuetudi-
nem bene ⁊ iuſte facere vt pote querite facere iu-
dicium rectum in curia hoc modo ſubuenite per
iuris remedia oppreſſo a tyrannis iudicate .i. ſen
tenciate ſine mora cauſam ſuam pupillo defen
dite viduam ⁊c̄. nam per hec et alia huiuſmodi
opera placent deo ſerui ſui ⁊ propter talia deus
defendit eos a tribulationibus ⁊ periculis hui⁹
vite Nam ſi hec feceritis cōuerſi ad me dicit dn̄s — Tertia ps epiſtole.
venite ⁊ arguite .i. reprehendite me quando ego
non fecero vobis multa bona imo ſi fuerint pec-
cata veſtra q̄ habebatis ante conuerſionem tam
in corporata vt coccinum .ſ. tinctura rubea inſeri
co facile dealbabuntur .i. lauabuntur anime ve-
ſtre quaſi nix et ſi fuerint rubra .i. inueterata qua
ſi vermiculus q̄ eſt etiā tintura rubea pāni ſerici
⁊ difficulter auferibilis velut lana alba ⁊ bene lo
ta erunt aīe veſtre q̄ ego pontentiſſim⁹ ſum repen
te auferre omnia peccata ⁊ oēs miſerias veſtras
Si ergo volueritis cōuerti ad me ait dn̄s et au-
dieritis obedienter me precipientem bona terre
comedetis in pace ⁊ ſecuritate et loquitur de ter
ra promiſſionis per quam eccleſia et religio ⁊ ce
leſtis patria intelligitur ¶ Sequitur graduale
Beata gēs ⁊c̄ pſal̃ 32 eſt collaudatio prelati ad — Graduale
populum predictos mores habentem .ſ. q̄ talis
eſt hereditas et poſſeſſio dei .ſ. populus catholico
rum/latinorū/vel religioſorum/vel baptizatorū/
vel ordinatorū Verſus verbo dn̄i ⁊c̄ ex eodem
pſal̃. addit ad laude bonorū predictā dicēs q̄ ſunt
celi .i. celeſtes viri aut angelici firmati ſub ꝓtectio
ne dei et pleni virtutibus omnimodis poſſunt
etiam celi eſſe prelati ⁊ maiores eccleſie latine vt
papa/imperator/epiſcop⁹/abbas religiōis ⁊c̄. quo
rum virt⁹ .i. poteſtas vel iuriſdictio eſt a deo firma
ta .i. ſtabilita ⁊ defenſa ab hereticis ⁊ infidelibus
¶ Euangeliū Preteriens ieſus ⁊c̄ Joannis 9 — Euāgeliū argumentum.
hiſtoriam de ſanatione ceci nati a chriſto factam

applicat ad imperij tranſlationē a grecis ad lati-
nos ſupponēs q ſtatus imperialis Romanorū
a natiuitate i a principio ſuo fuit cecus p infide-
litatem/aut hereſim (primi eñ imperatores fere
oēs vſq ad Silueſtrū/ et Cōſtantinū fuere idola
tre in vrbe Roma poſteriores vero vſq ad hanc
25 ge fere oēs fuere heretici i grecia exceptis pau
cis catholicis)ſed p dei miſericordiā in hac gene
ratiōe a chriſto eſt illuminat9/et ſanat9 ab illa ce-
citate eo trāſlato ad latinos pncipes fideles et ca
tholicos fere oēs et diuidit euāgeliū i tres partes
Prima e miraculi occaſio Scda ibi hec cū dixiſſet
etc miraculi opatio Tertia ibi adducūt eū etc eſt
Prima pars euangelij. miraculi examinatio Igit in illo tpe 25 ge eccle
[illegible] Ieſus i Roma pon cū cōſenſu nobiliū
Romanoꝝ recedēs a tyrānide imperatoꝝ greco
rū vidit hoiem i ſtatū imperialē cecū ſpūaliter a
natiuitate i ab exordio Romani imperij et inter-
rogauerūt eū diſcipuli ſui latini chriſtiani admi-
rati de tāta cecitate/et proteruia grecoꝝ et dicebāt
ei Rabbi i. preceptor noſter dic nobis quis pec-
cauit i ex quo peccato pcedit hec tanta plaga in
ei [illegible] oēs fere imperatores ſunt infideles/peccā
uit hic ſtatus p tyrānidē cōtra ciues ſuos/et con-
tra ſeruos chriſti aut parētes eius ciues Roma-
ni ſimilia peccata fecerūt pp̄ter que deus pmiſit
vt ſtatus iſte cecus naſceret i inciperet et perma-
neret vſq ad hoc tēpus ignorans verū deū crea
to[illegible] ſuū. Reſpondēs prelatus dixit neq hic pec-
cauit/neq parētes eius i non pcedit hec plaga
ex illis peccatis actualib9 que vos allegatis ſe-
cus aut de pctō originali a quo oia mala hoibus
peruenerūt vt Aug dicit in libro de predeſtina-
tione ſanctoꝝ ſecus etiā de peccato omiſſiōis de
quo apls ait Ro I. q vel deū non cognouerunt
vel deum cognoſcētes non honorauerūt ſed hec
om[illegible] ita ex originali peccato pceſſit vt pena
eius q eñ a principio imperij Romani nō eue
niret illis hec cecitas ex tyrannide/vel ex aliquo
alio peccato cōmiſſionis declarat ide apls Ro
ma 10 quomodo inquit credent in illū que non
audierūt/aut quomodo audient ſine predicāte/
aut quomodo predicabūt niſi mittantur etc ergo
[illegible] imperialis natus eſt cecus ex ſola dei p-
uidētia [illegible] vt manifeſtarentur opera dei miraculo-
ſa in illo i in cōuerſione et illuminatione ei9 mi-
raculum eñ fuit grande ſatis quod dicit apoſto-
lus I Corin 3 que ſtulta ſunt mūdi elegit de9 vt
confunderet ſapiētes eius [illegible] que infirma et quaſi
pro nihilo reputata vt ſubiugaret fortes mundi
qui etiā magni reputantur q [illegible] voluit de9 vt ante
aduentum chriſti reges/et ſapientes huius mundi
[illegible] eſſent ceci i infideles quatenus ad oſtedēn-
dum poſtea virtute doctrine ſue eos conuerteret
ad [illegible] diſcipulos paupes/ſimplices/et ple
beos [illegible] lux legis euāgelice de qua
[illegible] platus [illegible] oportet opari opera ei9 q miſit
me [illegible] donec dies eſt i. pſperitas eccl̄ie lati-
ne hoc eſt debeo diligenter laborare in doctrina
fidei et reformatione eccl̄ie p has religiones no-
uas et illuminare omnes fideles q̄ntum fuerit
poſſibile maxime reges et imperatores nā poſt
hāc pacem eccleſie latine veniet nox magne tri-
bulationis antichriſti quādo nemo prelatorum
poterit opari ea que dixi poteſt hec clauſula ex-
poni de preterito [illegible] q poſt illam conuerſionem
imperatorum Romanorum venit in eis iterum
nox hereticorum que excecauit eos et nemo illo-
rum potuit quicq boni operari in nocte illa ego
vero quādiu ſum in mundo manens pacifice in
ſtatu meo lux ſum mundi i debeo illuminare fi
deles maxime imperatores quos hactenus cecos
vidi Hec verba et alia ſimilia cū dixiſſet Roma- Secunda pars euāgelij.
nus pontifex ad latinos diſcipulos ſuos expuit
in terram i ſapientiam effudit que per ſaliuam ſi-
gnificatur nam continue ſedes apoſtolica decre
ta ſancta et ordinationes ſapientiſſimas mittit ad
omnes fideles terre latine et fecit lutū ex ſputo i
per ſuam ſapientiam docuit rectā fidem incarna-
tionis filij dei que fides eſt collirium ſanās mē-
tis cecitatem cōparatur autem luto incarnatio
quia ſicut lutum fit ex aqua et terra ita incarna-
tio ex ſapientia patris vnita terre noſtre carnis.
que de limo terre formata eſt et predictum lutū
liniuit i lente et ſuauiter vnxit ſup oculos eius i
imperialis ſtatus quia gratioſe perſuaſit ei vt il-
lum articulum crederet ſed nō ſtatim perſuaſus
vidit fidei veritatem donec dixit ei vade humili-
ter et laua oculos tue mentis in natatoria i piſci-
na lauatoria Siloe quod interpretatur miſſus i
ad doctrinā Romane eccleſie vbi eſt ſedes Pe-
tri apoſtoli quod interpretatur miſſus nam per
illa lauantur omnes ſordes heretice prauitatis.
Abijt ergo imperator Romanus obedienter ad
ſedem apoſtolicam quādo circa tempora huius
generationis imperator latinus fuit creatus obe
diens Romano pōtifici et ibi lauit oculos ſuos
quando didiſcit ſanam doctrinam/et venit videns
omnia recte credenda et agenda Hoc itaq modo
ſanatus eſt ſtatus imperialis Romanus a ceci-
tate primo idolatrie/ſecundo heretice prauita-
tis Itaq vicini huius ceci i latini populi qui vi-
derant eum prius cecum apud grecos quia mē-
dicus erat i famelicus bone doctrine fidei cum
iam viderent imperatorem eſſe catholicum dice-
bant admiratiue nonne hic ſtatus iperialis qui
nūc inſtitutus eſt apud latinos eſt ille qui apud
grecos ſedebat in perfidia hereſis/et mendicabat
eſuriens et ſitiens bonam fidei doctrinam/Cui
admirationi alij eorū reſpondentes dicebant q
hic ipſus eſt alij dicebāt nequaquā i. non eſt idem
ſtatus imperialis ſed alius ſimilis ei Nam va-
rij doctores latinorum vario modo ſentiunt de
poteſtate imperatoris nouiter inſtituti apud eos
quidam enim dicunt pontificem Romanum
qui hunc imperatorem inſtituit ſiue autoritate
propria ſiue etiam cum conſenſu Romanorum
eſſe dominū vniuerſalem de iure diuino in toto
orbe terrarū tam in tēporalibus q̄ in ſpūalibus
et ideo potuiſſe bene hāc dignitatē auferre a gre
cis principib9/et donare eā latinis maxime pro-
pter crimen hereſis qd greci habebāt et propter

diuturnam rebellionē cōtra ſedem apoſtolicam. quarti inferūt ꝙ idem numero ſtatus et eiuſdem autoritatis eſt imperator latinus ſicut erat grecus ſucceſſor cōſtantini et aliorū anteceſſorū ſuorum imo ꝙ imperator grecus nullius eſt autoritatis imperialis quia eſt iā depoſit⁹ a Ro pon Alij autem doctores dicunt ꝙ papa nullam poteſtate tēporalem habet de iure diuino ſed ſolū ſpiritualem et ſi qua dominia tēporalia habet in italia illa ſibi vendicat ex humano iure ſ ex donatione imperatorum vel aliorum principū ſeu dominorum temporalium ſicut etiam videmus de multis alijs epiſcopis Ideo inferunt ꝙ papa nec poteſt inſtituere/nec deſtituere aliquem in ſtatu vel dignitate laicali ſed illa poteſtas immediate pendet a toto populo qui ſibi inſtituit iudices/reges/ꝛ imperatores et quando opus eſt poteſt eos deponere Papa ergo ſolus non potuit grecum imperatorem deponere licet in terris ſuis potuerit nouum imperatorem creare: qui eſſet ei ſubditus et teneretur corporalibus armis eū defendere et ſi hoc fecit ex autoritate ꝛ conſenſu Ro populi potuit grecū deponere ꝛ latinū inſtituere quātū ad dñiū reip romāe nō autē quātū ad alias regiōes ꝛ ꝓuincias illi impatori ſubiectas qꝛ tale aſſenſum nō dederūt pape vnde cōcludit ꝙ iſte iꝑator latin⁹ de nouo a papa inſtitut⁹ non eſt idem cū greco in autoritate/ſed eſt alius et ſimilis tum qꝛ iſte non eſt ſucceſſor conſtantini in vniuerſali dñio ſicut grec⁹ tū quia iſte eſt de iure ſubiectus Romano pontifici in temporalib⁹ non grecus ꝛc̄ Ipſe vero latinorum imperator nim⁹ ſibi affectus acceptanſqꝫ primam opinionē dicit quia ego ſum ꝛ fungor eadē penitus poteſtate qua ꝛ cōſtantin⁹ ꝛ oēs greci imperatores hactenus fungebantur eidem quoqꝫ fauens Romanus pontifex dicit quia hic eſt illemet ſtat⁹ quem olim habebant Romani imperatores qꝛ ego eū in eādem poteſtatem ſublimaui ꝛc̄ Dicebant ergo vicini predicti ad imperatorem iam videntem quomodo aperti ſunt oculi tui poſt tam diuturnā cecitatem? ille reſpondit allegans gratiā ꝛ liberalitatem Romani pōtificis ſ ꝙ ille homo qui dicitur ieſus.i. ſal⁹ chriſtianorum fecit lutū ex ſputo ꝛ terra ad ſenſum pri⁹ datum ꝛ vnxit oculos meos et dixit mihi vade ꝛc̄ vt prius Sed poſt aliquantulum tempus a creatione latini imperatoris quorum primus fuit Carolus martellus rex francie cognomento magnus et poſt eum alij reges francie populi latini dixerunt ei. vbi eſt ille ieſus qui te ſic illuſtrauit et ſublimauit ad tantum honorem? ipſe reſpondit· neſcio eum ꝛ non recognoſco eum ſuperiorem quia iſte due ſupreme poteſtates papalis et imperialis diſparate ſunt/et neutra earum alteri ſubijcitur vnde factū eſt vt Galli imperatores rebellarent contra Romanos pontifices que moleſtia commouit eos vt iterum trāſferrent imperialem dignitatem a gallis ad germanos vbi nunc reſidet Sed primam imperij tranſlationē a grecis ad latinos egre ferētes populi grecorum calumniabantur miraculum ſanati ceci de quibus ſubdit adducunt ergo eū fama referēte ꝛ experiētia facti ad phariſeos.i. grecos ab eccl'ia diuiſos qui expreſſe tenent cū ſcd'a opinione.ſ. non eſſe eūdē ſtatū/neqꝫ eādē poteſtatē greci ꝛ latini impatoris. imo nō eſſe licitū Ro pon in ſabbato i. in pace ꝛ q̄ete eccl'ie facere ſciſma imperij erat aūt ſabbatū qñ ipſe lutū fecit et ſanauit oculos ceci impatoris ideo dicebāt quidā grecoꝝ nō eſt hic hō a deo.i. iuſt⁹ ꝛ bonus q̄ ſabbatū.i. pacē ꝛ vnitate chriſtianoꝝ nō cuſtodit alij vero dicebant ex grecis quomodo pōt hō pctor tot mirabilia opa facere ſicut facit Roma pon? et ſciſma erat opinionū inter grecos ſup qualitate Ro pon quibuſdā dicētib⁹ ꝙ bonus eſt alijs ecōtra ꝙ ſeducit hoīes attribuēs ſibi poteſtatem maiorē quā acceperit a chriſto Tādē greci interrogauerūt parētes iperialis ſtatus ciues Romanos q̄ hāc dignitatē primi inſtituerūt· q̄d ſibi videret de hac noua inſtitutione impatoris latini qui reſpōdētes dixerūt: ſcim⁹ ꝙ ſtatus hic eſt fili⁹ noſter· ꝛ qꝛ cecus natus eſt· quomodo aūt nūc videat apud latinos: aut q̄s oculos eius aperuit vt videat nos in patria latina degēs neſcim⁹ quis hoc potuerit facere preter deū. q̄ vt dr̄ Daniel' 2. trāſfert regna ꝛ imperia de gēte in gentē pro ſuo arbitrio potuit ergo Ro pon fret⁹ autoritate dei hāc imperij trāſlationē facere. His nō cōtēti greci vocātes impatorē latinū voluerūt eū auertere ab obediētia pape ꝛ dixerūt ei da gl'iā deo/ꝛ nō Romā pon. de tua dignitate/ꝛ poteſtate quā habes in terris. qꝛ a deo ſolo eā accepiſti nō a Ro pon nos ſcim⁹ qꝛ hic hō pctor eſt circūdat⁹ ifirmitate ideo nō cures de eo i his q̄ agere debes ꝛc̄. qb⁹ ille reſpōdit ſicut vir catholic⁹ ſi papa pctor ē ego neſcio ꝛ nō video pcc'a ei⁹ ideo non debeo eū talē iudicare· ſed bonū ex bonis opibus q̄ agit quoꝝ vnū hoc ſcio p experiētiā qꝛ p illuminationē ei⁹ cū ꝑus eſſem cec⁹ p infidelitatē/ꝛ hereſim ꝓmodo recte video q̄d ſit credēdū/ ꝛ q̄d agēdū ſcd'm legē dei ꝛ dixi iā vobis modū quo aperuit mihi oculos mētis quare non reſtat aliud niſi vt etiā vos greci velitis diſcipuli ei⁹ fieri/ꝛ ſeq̄ doctrinā fidei quā ipſe docet hoc audiētes greci pleni malicia maledixerūt ei dicētes: in pcc'is nat⁹ es tot⁹ ꝛ cecus ꝛ tu ꝓſumis docere nos q̄ ab initio naſcētis eccl'ie ex doctrina ap'li Pauli fuimus alioꝝ chriſtianoꝝ doctores? ꝓpter hāc ergo mētis ſuperbiā preſumētes de ſua magna ſciētia eiecerūt a ſe latinū impatorē nolētes aſſentire dictis ei⁹ vt obedirēt/vel ſubiecti eſſent Ro pon ſed ꝓpter hanc rebellione tradidit eos de⁹ in ſeruitute infideliū vt obediāt regi Mahumetico q̄ noluerūt obedire chriſti vicario Romanū autē imperatorē latinū de⁹ ꝓſperauit ꝛ cōfirmauit ſub obediētia Romā pon qui eſt filius dei ſpecialis. ideo impator procidēs adorauit eū vices chriſti gerentē in terris ¶ Moraliter hoc euāgeliū ſignificat cathecuminos qui p hodiernū ſcrutiniū inſtruebātur in fide· ꝛ illuminabātur oculi eoꝝ vt viderēt deum que prius ceci infideles videre non poterant. Iu

Tertia ps euāgelij.

Moralitas

tum poſitū ad ſanādum oculos mentis eſt myſterium incarnationis chriſti eius predicatū natatoria Syloe i meſſie chriſti eſt baptiſmus quo ſanatur cecitas humani generis ex peccato originali cōtracta a natiuitate zc. Significat etiā hoc euangelium veros penitentes in hac ſancta quadrageſima qui per cōtinuas predicationes eccleſie illuminātur/z ſanātur perfecte in ſacramento confeſſionis quod ſuperius feria 6. prime hebdomadis in quadrageſimā nunc vero Natatoriam appellamus in qua lauantur omnes ſordes peccatorum animam excecātes ait enī ſcriptura q errant z ignorantes ſunt qui operātur malū zc. Cantus offertorij Benedicite gentes deum zc. pſal. 65 eſt prelati exhortatio qua incitat latinos / vel cathecuminos ad gratiarūactionem pro beneficio predicte illuminationis per doctrinā ſuam quā deus ſibi dedit ad vitam aliorum z confirmauit ſtatum eius ad vitā ut non fueret z non deleref ab infidelibus Poteſt etiā hoc offertoriū eſſe vox imperatoris latini gratias agentis deo de ſua illuminatione z perfecta ſanitate illius ſtatus imperialis quem deus confirmauit in pplo latino zc. Secreta oratio Supplices te dñe zc. offert deo ſacrificiū eucharistie pro ieiunātibus z penitētibus vt applicet eis offertoriū ad ſenſum moralem petens eis emūdationem a peccatis que eſt vera ſanitas et illuminatio mētis. Cōmunio Lutum fecit ex ſputo zc. Joānis 9 reſpōſio eſt ad exhortationē factā in offertorio quia imperator/aut populus illuminatus dat grās deo de tāto beneficio. Ultima oratio Sacramēta que ſumpſimus zc. orat pro ieiunantibus z penitētibus vt z ipſi virtute ſacramenti ſuſcepti illuminentur z ſanentur tam in corpore q in mente. Super populum Benedictionem tuam zc. optat fideli populo benedictionem z gratiam dei qua perfecte ſanatus deuote ſeruiat deo ſuo et mercedem recipiat pro ſeruitio zc.

Offertorium.

Secreta.

## Caput quinquageſimū primum de feria quinta que vigeſimamſextam eccleſie generationem cōmemorat et penitentes a morte reſuſcitat

Argumentū hiſtoricū Ab anno chri 750 vſq 780

Vigeſimaſexta eccleſie chriſtiane generatio viguit ſub Romanis pōtificibus Paulo primo/Coſtātino ſcdo/z Stephano tertio. imperatoribus in grecia Conſtantino quīto/ z Leone quarto atq regnātibus in Gallia Pipino et filio eius Carolo magno a quo imperium latinorū incepit poſt grecos Et nō correſpōdet hec generatio alicui generationi veteris quia eſt prima earum decē q extra ſunt/vel addite ſunt eccleſie chriſtiane vltra [illegible] veterū patrū iudeorum Pro cuius intellectu ſciēdū ex premiſſa hiſtoria regis Ezechie quod propter bona opera eius deus addidit vite ſue quindecim annos pro quos totidē generationes intelligi debet cōceſſe durationi regni Juda deſignati in rege illo ſicut z duratio regni ſignificabat in vita regis nā cū iam omnino deſtructu eſſet regnū Iſrael/vel decē tribuū ab Aſſyrijs q etiā intebatur delere regnū Juda/vel duarum tribuum voluit deus per Eſaiā cōſolari regē catholicū plongādo vita eius z duratione regni ſui ex grā ſpeciali et ſupra vires nature ideo ait. adda quidecim annos ſup dies vite tue naturalis per quos etiā intelligere debes quindecim generationes addedas durationi regni huius vt nō deleaf ab infidelibus qui te circūſtat Sed aduerte inqt Eſaias i ſignū huius pmiſſionis q ſol decē lineis retrocedit in horologio regio qd fecit Achaz pater tuus rex iniquus coſtat aute q regnu illud ab Ezechia vſq ad deſtructionē tēpli/z ciuitatis Hieruſalē per Caldeos/z trāſmigrationem Babylonis no durauit niſi quinq generationibus z quinq regibus linee chriſti qui fuerūt Manaſſes/Amon/Joſias/Jechonias/z Joachim ergo intetio Eſaie fuit dicere q deus ſupaddebat qndecim generationes durationi illius regni dūmodo decē earum retrocededo numerarētur in linea regū Juda. hoc eſt in horologio regis iniqui i Achaz preuaricatoris a quo illa facta eſt linea itaq perueniret numeratio ad regē Aſa q decimus fuit ante Ezechiā vnde ſequif q ſolas quinq generationes reales ſupaddidit illi regno poſt Ezechiā et decē imaginarias licet in vita regis qndecim āni reales ſupadditi fuerunt vt deſignaret q generatiōes eccleſie chriſti ſupaddite reales eſſent oes pro augmento diei/z lucis ſue in libertate principū fideliū quare cū decē illi reges ab Aſa vſq ad Ezechiā iā fuerint cōcordati decē generationibus eccleſie a tpe pape Leonis primi/et Martiani imperatoris vſq ad papa Gregoriū ſcdm/z imperatorē Leone tertiū ideo alie decē generationes ſequentes figuraliter pmiſſe eccleſie pro augmento lucis ſue ſub ptectione dei ſpeciali/z regimine catholicorum imperatorum quas nūc aggredimur nō habet ɔcordiā ad generationes veteris q ſolū fuerūt imaginarie quia nō per cōcordiā ſed per ſpecialē gratiā fuerūt cōceſſe eccleſie chriſtiane ideo ab iſta generatione 26 vſq ad 35 ge incluſiue nō facimus cōcordias noui z veteris teſtamenti ſed pcedimus ſub imperatoribus latinis per chronicas eorum/z Ro pōn annotātes pace eccleſie latine qua Ro pō ſatis bene z fauorabiliter tractati ſunt ab imperatoribus et defenſati ab infidelibus z diu optata pace potiti iuxta pmiſſionē dei ſibi factā per os Eſaie dicentis De manu Aſſyriorū liberabo te/z ciuitatē iſtā propter Dauid ſeruum meū zc. nā ſi veteres cōmemoramus hiſtorias eccleſie inueniemus q poſt apoſtolū Petrū vſq ad hanc generationē vix ad horā quieuit ſedes apoſtolica ab infeſtatiōe principū infideliū z hereticorum Primo enī imperatores Pagani/ ſcdo greci Arriani/ tertio Gothi z Uandali/quarto Lōgobardi/quinto imperatores Neſtoriani/z Eutiani eccleſiā romanā multipliciter vexauerūt adeo vt Romani pōtifices neceſſitate cōpellerentur petere auxiliū principū latinorum reiecto a ſe iugo imperatorum grecorum qui iam nō defenſores ſed pſecutores eccleſie

comprobati erãt In hac igitur 26 ge ſublimato
apud latinos imperatore catholico fuit magnũ
Introit⁹ miſſe. gaudium in tota eccleſia dei ¶ Nõ miſſe introi-
tus in hac quinta feria deſignat ſ Letetur cor q̃
rentium ꝛc̃ ex pſal' 104 quo populus latin⁹ ad
letitiã incitatur querite (inquit prelat⁹ vel impe-
rator latin⁹) dominum ſecure per bona opera/et
confirmamini in pace et quiete vobis conceſſa
querite faciem ei⁹ in templo dei ſemper i ad om
nes horas diei et noctis que dicuntur hore cano
nice Verſus Confitemini domino ꝛc principiũ
eiuſdẽ pſal' loquitur ſpecialiter ad ſacerdotes ꝛ re
ligioſos promittens eis ſecuritate in officijs diui
nis libere agedis per multos annos dices. confi
temini dño i laudate eum in officijs eccl'iaſticis
ꝛ inuocate nome eius orãdo pro fideli populo ꝛ
annũciate ad laude dei inter getes p̃dicãdo opa
mirabilia ei⁹ hec eñi ſunt pncipalia officia eccl'ia
Oratio ſticorũ Orõ Populi tui de⁹ ꝛc̃ applicat introitũ
ad ſenſum morale pro ieiunãtibus. qꝛ enim de⁹
per ſpecialem gratia eſt ſue eccleſie protector ab
infidelibus/ꝛ rector ſub bonis prelatis imperato
ribus orat prelat⁹ vt fideles in quadrageſima p
meritum ieiunij liberentur ab inimicis ſpũalib⁹
Ep'l' ar- gumentũ a. q̃ ſunt demões ꝛ peccata ¶ Epiſtola Venit
mulier Suna mitis ꝛc ex 4 li. Regũ. cap 4 hi
ſtoria reſuſcitationis filij hoſpitis ſue ab Heliſeo
pphetia applicat ad reſuſcitationẽ imperialis ſta
tus apd latinos Et diuidit in tres partes Pri-
mo eñi declarat ſancte mulieris amaritudo Se
cũdo ibi et ille dixit ad Giezi ꝛc̃ ſcti pphete gra-
titudo Tertio ibi Ingreſſus eſt ergo ꝛc̃ miraculi
Prima ps ep'le celitudo Per mulierẽ ſunamite q̃ dormiens vel
mortificata interpretat' intelligit eccl'iam latinã
propter religiões in ea exortas per heliſeũ qui
eſt dei ſal⁹ intellige Romanũ pontificẽ qui mo-
ratur in monte Carmeli i in vrbe vel in altitudi-
ne poteſtatis eccleſiaſtice Carmel⁹ enim cocci
nus eſt color optimus per Giezi i vallẽ viſionis
qui erat miniſter Heliſei deſignatur predicator
miſſus a romano pontifice fili⁹ mulieris predicte
principalis eſt imperator nã Romanus pontifex
poti⁹ eſt pater eccleſie dicit' etiam fili⁹ dei in offi
cijs eccleſiaſticis iſtũ filiũ accepit hec mater orõ
ne ꝛ meritis Heliſei quãdo ſilueſter papa cõſtã-
tinũ baptizauit ſed poſtea mortu⁹ eſt ille ſtat⁹ p
hereſim multiplicem apud grecos pro quo reſu-
ſcitãdo eccleſia latina venit ad Heliſeum predi-
ctum et ſuppliciter orans tenuit pedes eius per
oſcula pietans a qua tamẽ importunitate voluit
eam ſeparare Giezi i predicator religioſus qua-
ſi ipſe ſufficeret conuertere imperatorem a ſua p
Secũda ps ep'le fidia Sed cum pontifex romanus miſiſſet predi
catorem multiplicẽ ad imperatores grecos quo
rum vnus fuit ſanctus gregorius dicẽs ei accin
ge lumbos tuos caſtitate et tolle baculũ meum
quo ſuſtentor i. ſacram ſcripturam allega nec cu
res de autoritatibus doctorum vel philoſopho-
rũ hoc eſt no ſalutes hoiem i non ponas ſalutẽ
fidei i autoritate hũana vel ratiõe philoſophica/
imo ſi te quiſpiã illorũ ſalutauerit voles tibi ſaue

re non reſpõdeas illi ꝛ cum perueneris ad cor-
pone baculum predictũ ſuper faciem pueri mor
tui i. imperatoris heretici. quia forſitan viſa ſan-
ctitate tue vite/et efficacia tue doctrine reſipiſcet
ad veram fidẽ. qð cum Giezi diligẽter feciſſet pa
rũ pfuit/ꝛ poſt multas predicationes/ ac diſpu-
tationes factas in conſpectu imperatorum non
erat puero neq̧ vox i. cõfeſſio vere fidei. neq̧ ſen-
ſus rectus in ea ideo reuerſus ad Heliſeum nũ-
ciauit ei dicens non ſurrexit puer i. ſtatus impe-
rialis ab erroribus ſuis Porro pia mater eccle-
ſia latina videẽs remedium predicatorum/ꝛ reli-
gioſorum parum facere ad reſuſcitationem pue-
ri. ait ad Heliſeum importuna viuit dominus ꝛ
viuit anima tua non dimittam te a meis ſuppli-
cationibus donec tuipſe venias mecũ ꝛ reſuſci-
tes filium meũ. Surrexit ergo Romanus põti-
fex ab ocio ſue cõtemplationis excitatus vocib⁹
mulieris predite et ſequutus eſt eã ad creationẽ
noui imperatoris apð latinos Ingreſſus e ergo Tertia ps epiſtole.
Heliſeus domũ in qua puer ſupradict⁹ iacebat
mortuus in lectulo ſui erroris ingreſſuſq̧ clauſit
hoſtiũ ſup ſe/ꝛ ſuper puerũ. adeo vt infideles nõ
valeant intrare ad perturbandũ ſtatum papale:
neq̧ imperialẽ apud latinos ad quod obtinen-
dum orauit ad dominũ. ꝛ gratia illa impetrata
aſcendit ſtatus papalis in magnũ honorẽ qꝛ in-
cubuit ſup ſtatum imperialẽ poſuitq̧ os ſuũ ſup
os eius i doctrinã decretorꝫ ſup doctrinã legũ et
oculos ſuos ſup oculos eius i doctores canonũ
ſup doctores legum ꝛ manus i opa ſua ſup ope-
ra imperatoris qꝛ illa ſunt ſpũalia exercitia hec
vero corporalia ꝛ tãdem incuruauit ſe i inclina-
uit ſup imperatorem ad docẽdum ꝛ corrigẽdum
eum in credendis ꝛ in agendis ſicq̧ caro pueri
cepit caleñeri ſ per charitatem dei et proximi et
cum poſtea Romanus põtifex deambularet in
regimine eccleſie huc atq̧ illuc probaretq̧ diuer
ſos principes latinorũ in Gallia/Anglia/et Ita-
lia vt videret apud quos dignitas iperialis me-
lius reſideret tandem aſcendit in Germaniam
que eſt culmen toti⁹ Europe/ꝛ ſatis affinis Ita-
lie vbi papa reſidet ꝛ ibi iterum incubuit/ſeu in-
clinauit ſe ſuper imperatorem qui percepta de-
uote illa dignitate oſcitauit. i os aperuit; ad lau-
dem dei ſepties iuxta ſeptiformem gratiam dei
ſibi infuſam et a peruit oculos ad videndum
lumen vere fidei catholice et tunc reſuſcitato ſic
ſtatu imperiali vocauit prelatus Giezi i predica-
torem ꝛ religioſum et dixit ei annuncia hoc mi-
raculũ in eccleſia latina que hoc diutius orãdo
petebat ꝛ illa ingreſſa ad põtificem per gratiarũ
actiones accepit filiũ ſuum viuũ quẽ prius de-
plorabat mortuũ Pontifex vero dimiſſo regimi-
ne rerũ tẽporaliũ in manu imperatoris reuerſus
eſt in Galgalã que interpretat' aceruus teſtimo-
nij/vel rota et eſt ſacra ſcriptura cui intẽdit con-
templande ꝛ conſulende pro bono regimine ec-
cleſie ¶ Moraliter ſimilia opera facit in hac qua Moralitas.
drageſima eccleſia orans deũ pro reſuſcitatione
peccatoris fidelis. quem miniſter chriſti ſacerdos

non poteſt baculo ſacramẽtorum reſuſcitare vos
nec ipſe deus ꝑ gratiã ſuam inclinetur ad ipſum
coformãdo cum vite chriſti qꝺ eſt ponere os ſu-
Graduale per os/ꝛ oculos ſup oculos ꝛc̄ ¶ Cant⁹ gradua
lis Reſpice dñe ꝛc̄. ps 73 eſt oratio deuoti pre-
lati p o fidelib⁹ latinis vt de⁹ gratia ſua eos re-
ſpiciat ꝛ ne obliuiſcatur ꝓtegere eos ab infideli-
bus qꝛ in ſolis latinis manet: nũc teſtamẽti no-
ui rectitudo Verſus Exurge dñe ꝛc̄ ex eodẽ ps
allegat rationẽ incitatiuã dei ad ꝓtegendũ eccle
ſia latinã ab infidelib⁹ qꝛ agit cauſa dei ꝗ que tã
git honore eius qñ infideles oppugnãt fideles
et opprobriũ ſeruoꝝ ſuoꝝ qꝺ patiũtur ab infide-
Euãgelij argumentum libus eſt magis opprobriũ dei ꝙ ipſoꝝ ¶ Euã-
geliũ hui⁹ ferie ſcꝺm moꝛe ecclie Romane Ibat
Jeſus in ciuitatẽ que vocat Naim ꝛc̄ Lu 7 eſt
perſimile ep̄le precedẽti de reſuſcitatione filij cu
iuſdã vidue ꝛc̄ ſed qꝛ eius expoſitio hiſtorica de
reſuſcitatione ſtatus imperialis apud latinos co
pioſe tradet inferius dñica 16 poſt pẽthecoſten
ideo ad preſens hoc euangelio dimiſſo expone-
mus aliud euãgeliũ hui⁹ ferie ſcꝺm moꝛe ecclie
Toletane/Ceſarauguſtane/ꝛ aliarũ ſ pater me⁹
vſqꝫ modo operatur ꝛc̄. Joãnis 5 qꝺ ad ſenſum
huius officij explicat poteſtatẽ Romani põ qui
ſpecialius dicit filius dei ſup oẽs alios fideles in
ecclia dei vt inde appareat ꝙ iure potuit predi-
cta imperij trãſlatione facere a grecis ad latinos
Et primo oſtẽdit grecoꝝ aduerſus eũ malignita
tem Scꝺo ibi reſpõdit itaqꝫ ꝛc̄ declarat eius po-
teſtate eſſe veraciter diuinã autoritatem. Tertio
ibi et ꝓcedent ꝛc̄ cõcludit allegãs iudicij dei ſe-
Prima pars euãgelij ueritate In illo itaqꝫ tẽpore generationis 26 ec-
cleſie dei dixit dñs Jeſus i Romanus pon tur-
bis iudeoꝝ i grecorũ qui eum pſequebãtur ſicut
iudei chriſtũ pater me⁹ chriſtus Jeſus vſqꝫ mo-
do operat. i opat⁹ eſt in ecclia ſua dirigẽdo fide-
les per gratiã ſuã in ſingulis ſtatibus ab initio
naſcẽtis ecclie vſqꝫ modo itaqꝫ aduerſe poteſta-
tes demonũ/ꝛ tyrãnorũ non potuerũt preualere
aduerſus eam ꝛ ego vices eius agẽs in terra ſi-
militer operoꝛ in oibus ſtatibus fideliũ non ſolũ
eccliaſticis ſed etiã ſecularibus dirigẽdo eos per
doctrinã meam in cultũ dei Propter hec verba
indignati greci querebãt eũ interficere ſalte mo
raliter qꝛ videbatur eis malus homo nõ ſolũ qꝛ
ſoluebat ſabbatũ i pacem ecclie chriſti faciendo
ſciſma in imperio. ſed etiã arrogãter de ſeipſo lo-
quebat patrẽ ſuũ vocãs deum equalẽ deo ſe fa
ciens quãdo ſimul de deo/ꝛ de ſe loquebatur di-
cens ꝙ ille operat ꝛ ego operoꝛ quaſi attribuen
Scꝺa pars euãgelij do ſibi plenitudinẽ poteſtatis in terris Reſpon-
dit itaqꝫ prelatus oſtẽdens que et qualis ſit ſua
poteſtas ꝙ a deo accepit ꝛ dixit eis amen amen
dico vobis i aſſero certiſſime ꝙ non poteſt filius
dei Romanus pontifex a ſe facere quicꝙ in ec-
cleſia dei niſi qꝺ viderit patrẽ ſuũ chriſtũ faciẽtẽ
in ea quecũqꝫ enĩ chriſtus fecerit hec ꝛ fili⁹ eius
ſimiliter facit q d ꝙ Roma pon nihil facit in ec-
cleſia dei ex ꝓpria phãtaſia ſed ex inſpiratione
gratie chriſti patris ſui. qꝺ maxime verum eſt de
rebus principalibus ꝛ totã cõmunitatem fideliũ
tangentibus pater enĩ diligit filium hũc/ꝛ omnia
demõſtrat ei que ipſe facit et maioꝛa his demon
ſtrabit ei opera ita vt vos miremini ſ ea que ſe-
quũtur ſicut enĩ pater chriſtus ſuſcitat mortuos
et viuificat eos. tum in corpore/tum in anima/tũ
deniqꝫ in vtroqꝫ ſic ꝛ filius eius pontifex Roma-
nus quos vult viuificat ciuiliter in ecclia quia
promouet eos ad officia ꝛ dignitates vt exerceãt
actus hierarchicos in ea nam in talib⁹ pater ei⁹
non iudicat quicquã immediate ſed omne iudi-
cium dedit huic ſuo filio vt ipſe admittat/aut re-
pellat quoſcũqꝫ decreuerit et ad quaſcũqꝫ digni-
tates etiam ſeculares quarum maxima eſt im-
perialis ꝛ hoc ideo voluit ſic fieri chriſtus vt oes
fideles honorificet hũc filium eius in terra ſicut
honorificant ipſum patrem chriſtum in celo qui
enim non honorificat filium per veram obedie-
tiam ꝛ cõfeſſionem ſue poteſtatis ille non hono-
rificat patrem qui miſit illũ regere eccleſiam ſuã
dixit enim chriſtus Luce 10 de prelatis ſuis qui
vos audit me audit/ et qui vos ſpernit me ſper-
nit amen amen dico vobis grecis qꝛ qui verbũ
meum i preceptũ/vel documẽtum audit obedie-
ter etiã credit fide recta ei qui miſit me chriſto il-
le habet vitã eternã i ſpiritualẽ fidei ꝛ gratie dei
que eſt vita eterna in ſpe ꝛ econtra qui non au-
dit obedienter doctrinam Romani põtificis ille
non credit recte in chriſtũ ꝛ per cõſequens nõ ha
bet vitã ſed mortem eternã. ille vero qui obediẽs
audit Roma po in iudiciũ i cõdemnationẽ dei
non veniet ſed trãſiet a morte peccati in vitã gra
tie merito ſue fidei ꝛ obedientie amen amen dico
vobis grecis qꝛ venit hora i tẽpus priuilegiatũ
in ecclia dei preter cõcordias ve le ꝛ nunc eſt in-
cipiens in ge 26 quando mortui i multi heretici
maxime imperatores audiẽt obediẽdo vocem i
mandatũ ꝛ documẽtum filij dei ſpecialis qui eſt
Ro pon ꝛ qui ſic audierint viuẽt ſpũaliter qꝛ ſi-
cut pater ille celeſtis habet in ſemetipſo i in ſua
poteſtate vitã hoĩs naturalẽ et gratuitã ſic dedit
et filio ſuo Ro pon vitã ciuilem gubernationis
ecclie habere in ſemetipſo ꝛ poteſtatem dedit ei
iudiciũ facere in ecclia dei quoſdã admittendo ꝛ
alios repellendo ab officijs ꝛ dignitatibus quia
eſt vnicus ꝛ principalis filius hoĩs chriſti nolite
itaqꝫ mirari vos greci de hoc i de hac mea pote-
ſtate quia venit hora i tẽpus ꝛ etas in qua om-
nes mali chriſtiani q i monumẽtis ſunt i oppreſſi
ſub grandi lapide poteſtatis infidelium quales
nunc vos eſtis audient vocem filij dei i credent
per euidentiam facti ipſum eſſe talem/et habere
talem poteſtatem qualem ego dixi vobis eo ꝙ
videbũt illum eſſe ſpecialiter exaltatum a deo/ꝛ
protectũ ab infidelibus ſuper oẽs alios prelatos
totius mũdi ꝛ hoc p oẽs generationes ex priuile-
gio/ſeu gratia cõceſſas ecclie chriſti vltra concor-
dias ve le Paueãt ergo oẽs chriſtiani ſeuerita- Tertia pars euãgelij.
tem diuini iudicij nam qui bona fecerũt opera
ſicut latini obedientes Roma pon vicario chri-
ſti generali procedent per augmẽtum bonoꝝ in

reſurrectionem vite i in nouā vitam ſecurā/ et pacatam/liberamqȝ ab infidelium oppreſſione qui viuet in libertate legis chriſti ſub poteſtate principum catholico⁊ qui vero mala opera egerunt et inter cetera hoc magnū malū nolle obedire Romano pon procedēt p augmētū maloꝝ penaliū in reſurrectione iudicij i in nouā cōdenationem vt ſunt captiui ſub tyranide principum infideliū quales modo ſunt greci et alij orientales chriſtiani qui non fruūtur pace et libertate legis chriſti ſed potius iacet in monumentis ſuarū captiuitatū et inde quaſi a remotis audiunt vocem a famā filij dei Ro pō ſ in quāta glīa et bono e viuat pre ceteris prelatis et durabit hec latinorum pax ſimul et illa grecorum miſeria per omnes generationes eccleſie ſignificat⁊ in annis ſupadditis vite Ezechie ex ſpeciali gratia dei ¶ Moralitas euāgelij Romani ſignificat reſurrectionem peccatoris in hac quadrageſima a morte culpe factā cōformiter ad moralitatē epiſtole Sed euangelium Toletanu preexpoſitum denotat poteſtatem ſacerdotis cōfeſſoris ad faciendum iudiciū in foro penitētie ſecreto ſup peccatoris ſepultos in tumulis peccatorum anima em carēs gratia dei a qua receſſit chriſtus ita vere mortua eſt moraliter ſicut corpus a quo receſſit anima eſt vere mortuū naturaliter et ſicut nemo a morte corporis reſuſcitari poteſt niſi per miraculu adeo ſupnaturaliter operatē ita a morte anime ſpirituali nemo reſuſcitari poteſt niſi per ſacramentū penitētie deuote ſuſceptu quod habet a chriſto virtutem ſupnaturale p miniſteriū ſacerdotis cōfeſſoris qui etiam dicitur filius dei Sed ad hac moralem reſurrectione neceſſe eſt vt taliter mortui audiant vocem filij dei i p edicatoris in hac quadrageſima nam qui deuote audierint viuent per gratia dei ⁊c̄ ¶ Offertorium Domine ad adiuuandum ⁊c̄ pſal 39 eſt reſponſio latine eccleſie cui in euangelio pmiſſa eſt reſurrectio vite paci fice ideo orat ſ dn̄ pet t hoc ſibi concedi vt confundantur greci / vel infideles qui cogitant mala ſeruis dei ſ tm̄ Introitus Expectās expectaui ⁊c̄ principium i eiuſd m pſal dat cauſam dicte pmiſſionis facte in eccl i latina qr ipſa ſemper poſuit ſpē ſuā in deo ſub vicario ſuo Romano pon ideo deus reſpexit humilitatē ipam/et liberauit eam a lacu miſ rie/ et a luto fecis i ab oppreſſione et captiuitate infidelium Secreta oratio Efficiatur hec hoſtia ⁊c̄ offert deo hoſtiam euchariſtie vt ſimilia petat p o ieiunantibus ¶ Communio Domine memorabor ⁊c̄ pſal 7 promiſſio eſt eccleſie latine qua ipſa pmittit ſe permanſuram in iuſticijs i preceptis dei ſicut edocta eſt a ſanctis patribus Romanis pontifi a iuuentute ſua petitq, in eadē doctrina conſeruari vſqȝ ad ſenectam huius mundi Finalis oratio Sancta tua nos ⁊c̄ applicat moraliter ad ieiunantes petētes ex virtute euchariſtie ſuſcepte renouationem et viuificationem ſpiritualem ⁊c̄ Super populū Populi tui ⁊c̄ petit toti fideliū populo emūdationem a pctīs et ſecuritatē ab hoſtib⁹

Moralitas

Offertorium

Comunio

# ¶ Caput quinquageſimū

ſcd̄m de feria ſexta cui⁹ officiū denotat vigeſimā ſeptimā eccl'e generatione et peccatorū cōuerſionē



Igeſima ſeptima generatio eccl'e chriſtiane ſub romanis pontificibus Leone tertio qui Carolum regem francie imperiali diademate coronauit apud latinos et ſub Stephano quarto proceſſit Imperantibus tunc in grecia Leone quarto/ Nicheforo/ et Michaele qui egre ferētes rebellionem romanorum ab eorum obedientia recedentium multa bella mouerunt contra eos ſed repreſſi potentia Caroli et aliorum principū latinorum ſubſtiterunt greci quaſi mortui in patria ſua quare ab hac generatione dimiſſis grecis imperatoribus per ſolas hiſtorias latinorum procedemus Carolus igitur rex francorum cognomento magn⁹ merito ſic dict⁹ e pre magnitudine ſuorum geſtorum qr et infideles mauros a latina eccleſia occidentali potenter eiecit et longobardos tyrānos in italia ſuperauit et romanū pontificem leonem exulem ad ſuā ſedem reſtituit et ſaxones ad fidem chriſti compulit et denique totam eccleſiam latinam beauit/pacauit/ſecurauit ¶ Talem igitur temporis qualitatē huius ferie officiū deſcribens in ſuo introitu Meditatio cordis mei ⁊c̄ pſal 18 Carolum imperatorē primū latinorū introducit qui auxiliū a deo expoſtulās fide catholicā ſe in corde habere pfitetur Potuit nō inepte idē introit⁹ eſſe vox roīani pon vel etiā tot⁹ latine eccl'e ⁊c̄ Verſus celi enarrat gliam ⁊c̄ principiū eiuſdem pſalmi laudat virtutes imperiales qr celi imperatores romani q̄ diu fuerant infideles aut heretici nūc ſunt catholici et enarrāt gliam dei et firmamētū tot⁹ eccl'e latine Carol⁹ annūciat i declarat opa mirabilia manuū eius per triūphos mirabileſqȝ victorias de inimicis fidei et eccl'e oro Deus q̄ ineffabilib⁹ ⁊c̄ applicat moraliter introitū ad catheeuminos/ad ordinādos/et ad ieiunātes in quor⁹ omnibus mundus renouatur pfectuqȝ profectum ſalutaris doctrine et fomentum temporalis ſubſtantie ¶ Epiſtola Egrotauit filius mulieris ⁊c̄ 3 Regū 17 hiſtoriam reſuſcitationis filij mulieris vidue ab helia pphēta adaptat ſtatui imperatorum grecorū declarās ipſum ex diuino iudicio propter ſcelera ſua māſurum in letali egritudine p multas generatiōes donec recurrāt humilit ad chriſtū et vicariū ei⁹ ro pon quos ſignificat helias ppheta et Primo declarat anguſtia mulieris vidue Scd̄o ibi et ait ad eā ⁊c̄ adiūgit diligētia ſancti pphete Tertio ibi tulitqȝ puerū ⁊c̄ puer viu⁹ reſtituit matri ſue Aduertendū tm̄ q̄ licet in euāgelio quarte ferie/ et in epiſtola atqȝ euāgelio quinte ferie precedentis dictū fuerit de reparatiōe ſtatus imperialis apud latinos p duas generatiōes atqȝ in hac ſexta feria ide vidicatur reiterari.

Argumētū officij

Ab anno chri 780 vſqȝ 810

Introitus miſſe

Oratio

Epiſtle argumentū

Prima pars epiſt.

tamen duo officia precedentia magis reſpiciebãt
illum ſtatum ex parte latinorum apud quos re
uixit/ ⁊ quantũ ad principium ⁊ cauſam ſue mu
tationis hoc vero tertium magis ex parte greco
rum apud quos ille ſtat⁹ mortuus manſit/⁊ quã
tum ad durationẽ illi⁹ ſue mortis In diebus er
go illis 27 ge egrotauit ſtatus imperialis filius
mulieris matrisfamilias i eccleſie grecorũ apud
quã chriſtus ſicut Helias apud viduã Sarepta
nam multis dieb⁹ hoſpitatus fuerat ⁊ erat lan
guor ille fortiſſim⁹ quia ſpiritualis in anima ita
vt nõ remaneret in eo halit⁹ i ſpiritus dei bonus
vitalis mulier ergo illa clamauit ad Heliã q eſt
dei ſalus i. ad romanũ pon ⁊ dixit ei quid mihi
⁊ tibi o vir dei i. quid cauſe aut q̃relle habes ad
uerſum me/ nam ingreſſus es ad me arguendã
vt rememoraretur iniq̃tates mee i publicarent
in toto mundo ⁊ tãdem interficeres filium meũ
i interfectum ⁊ hereticũ atq; excõicatum decla

Scḋa ps epiſtole

ra es Ad quã Helias noſter ait da mihi filium
tuum imperatore vt maneat apud me liber ab
illo languore ⁊ licet ipſa grecorum eccl'ia renue
ret romanus pon tulit illum de ſinu eius ⁊ por
tauit in cenaculum ſuum i in latinã patria vbi
ipſe manebat ⁊ poſuit eum ſup lectum ſuũ i fir
mauit eum in fide catholica in qua ipſe fundat⁹
eſt vel poſuit eũ principem ⁊ defenſore ſtat⁹ ſui
Quo iperio ad latinos traducto roman⁹ pon.
clamauit ad dominũ p ſuas orationes deuotas
⁊ dixit domine deus meus etiã ne affixiſti per
tyrannidem Agarenorum viduam illã Greciam
apud quam ego vtcunq; i licet imperfecte ſuſten
tor quia fidẽ chriſti quam ego p̃dico ⁊ ipa tenet
q̃uis non ſine erroribus adeoq; eam affixiſti vt
interficeres i pene anihilares imperium ei⁹ op
preſſum ⁊ occupatum ab infidelibus in oriente
⁊ meridie ⁊ expandit ſe ad oratione ſepius p eo
atq; menſus eſt prudenter negociãdo ſup eũ vt
ei fidei catholice reſtituẽdũ trib⁹ vicibus i gene.
p̃cedentib⁹ nã Zacharias papa in 25 ge Adria
nus papa in 26 ge et Leo tertius in hac 27 ge
eccl'ie ſup hac re multũ laborarunt ⁊ tandẽ nõ va
lens ſuſtinere grecoꝝ proteruiam ro pon clama
uit ad dominum et ait obſecro te dñe deus me⁹
reuertatur aĩa pueri huius i fides recta in viſce
rib⁹ eius vt viuat tibi fideliter ſeruiẽdo et exau
diuit dñs orationẽ eius ſicq; reuerſa eſt anima
imperatoris intra eum/⁊ reuixit ad vitam gratie
dei in hac generatione eccleſie ⁊ pſeuerabit in hac
vita ſpirituali p multas generationes apud la
tinos quouſq; veniat tempus liberationis gre

Tertia ps epiſtole

coꝝ a ſua captiuitate et tunc fiet quod ſequitur
Tulitq; Helias puerum i ſtatũ imperiale ⁊ de
poſuit eum de ſuo cenaculo i de alta Germania
in domum inferiorem tam ſitu q̃ merito ⁊ tradi
dit illum matri ſue Grecie futurũ enim eſt tem
pus quo imperator latinorum deuictis Sarrace
nis recuperet ſibi totam Greciã/⁊ iterum ſtatuat
ſedẽ ſuam in Conſtãtinopolitana vrbe imperia
li ⁊ tunc romanus pon dicet eccl'ie Grecoꝝ en fi
lius tuus viuit catholice dicetq; ipſa reſpondens.
nunc ſcio vere et in iſto miraculo cognoui quo
niã vir dei es tu i ſacerdos et miniſter dei vices
eius gerens in terris ⁊ verbum domini i doctri
na dei in ore tuo vera eſt i ſicut tu eam doces et
p̃dicas Moralitas hui⁹ epiſtole eſt ſimilis pre
cedenti quia etiam hiſtorie earum ſimiles ſunt
¶ Cantus gradualis Bonum eſt confidere ⁊c̃. Graduale
pſalmo 117 eſt vox catholici imperatoris de au
xilio diuino p̃ſumẽtis ad obtinẽdam victoriã de
inimicis eccl'e nõ de virib⁹ humanis militũ ſuo
rum Poteſt etiam eſſe exhortatio ro pon ad ec
cleſiam grecorum ſuper recuperatione ſui impe
rij in fine tẽporũ quã debeant a dño ſperare nõ
a ſuis imperatoribus Verſus Bonũ eſt ſperare
⁊c̃ ex eodem pſalmo eandẽ ſententiã repetit ſub
alijs verbis ⁊c̃ ¶ Euangelium Erat qdam lan Euangelij argumentum.
gues ⁊c̃ Joannis 11 intendens hic dicere ſermo
ni hactenus currenti p multos dies de proteruia
et rebellione grecoꝝ cõtra romanam eccleſiam
deſcribit populũ illũ quaſi ſepultũ ⁊ fetidum in
ſpelũca ſuoꝝ errorum/atq; oppreſſum grandi la
pide potẽtie infideliũ Sarracenoꝝ ſub ſpe tamẽ
liberationis ſue ex diuina miſericordia vſq; ad cer
tum tempus Et habet tres partes Prima oſte
dit huius languetis infirmitatẽ incurabilẽ. Se
cunda ibi vt ergo audiuit ⁊c̃ adiungit ei⁹ mortẽ
indubitabilẽ Tertia ibi Jeſus autẽ vt vidit ⁊c̃
concludit ipſius reſuſcitationẽ mirabilẽ In illo
inquit tempore 27 ge erat qdam populus chri Prima ps euangelij.
ſtianoꝝ langues ſpiritualiter p hereſim/⁊ corpo
raliter deficiens p oppreſſionẽ ab infidelib⁹ qui
tamen prius dicebatur Lazarus i adiutus a do
mino p multa dona virtutum et ſcientiarũ eratq;
a Bethania que eſt domus obedientie quia olim
viuebant ſub obedientia romane eccl'ie i de ca
ſtello Marie/⁊ Marthe i. eccleſiarũ occidentaliũ
ſororum eius ſub eodem patre chriſto ⁊ ſub ea
dem matre eccleſia quarum ſororum Maria (q̃
excelſa et dña interpretatur) hoc ẽ italica eccl'ia
erat illa q̃ vnxit dñm papã vnguẽto cõſecrationis
⁊ extерſit pedes ei⁹ capillis vel poti⁹ capellis car
dinaliũ/ep̃orum/et alioꝝ q̃ vſq; ad pedũ oſcula
corã papa humiliantur et ſeruientes q d p̃ma ſo
rorum dicti populi grecoꝝ languentis imo ⁊ la
ceri eſt Italia in qua eſt ſedes ſummi pontificis
⁊ curia dñorum cardinaliũ altera vero ſoror eſt
Martha i eccl'ia tranſmontana vt Gallia/Hiſpa
nia/cum alijs adiacentib⁹ q̃ dño pape fideliter
miniſtrant Iſte ergo Lazarus in p̃dicta etate ec
cleſie maxima culpa ſua fuit languens tam cor
poraliter q̃ ſpũaliter adeo vt nõ remaneret i eo
halit⁹ vite ſed clauderetur in monumẽto multo
rum peccatorum p̃ſſus etiã grandi lapide potẽ
tie infideliũ verum ſorores ei⁹ latine eccl'ie non
deſinunt cõtinue orare deũ p eo vt ſanitati ⁊ vi
te priſtine reſtituatur dicẽtes domine ecce popu
lus ille que olim amabas infirmatur/imo ⁊ mor
tuus eſt atq; ſepultus ⁊ iam fetet eius malicia
atq; condigna pena p totum mundũ quia qua
triduanus eſt i a quadringentis fere annis pſe
uerat in culpa ⁊ a quatuor generationib⁹ p̃cedẽti

tibus patitur penam infideliū Mahumeticorū
Audiens autē ieſus orationes eccleſiarū occidē
talium quas nimiū diligebat reſpondit p inſpi-
ratione q hec grecoꝝ infirmitas ſiue deiectio et
humilitas non eſt ordinata ad morte ı totale in-
teritū ⁊ pditione eorum/ ſed pro gloria dei et vt
glorificetur filius dei romanus pon ab omnibꝰ
chriſtianis quando miraculoſe deus eos libera
uerit a ſua infirmitate quia deꝰ non ſolum lati
nas diligit eccl'ias ſed etiam Lazarum ſalte pro
pter merita ſanctoꝝ patrum ſuoꝝ nō quidem ſic
vt ſtatim liberet grecos a miſeria huius lapſus
Secunda pars euangelij — ſui Sed poſtq̄ audiuit Lazari infirmitatem ex
oratione latinoꝝ manſit adhuc in eodem loco ı
pmiſit eos manere in eadem captiuitate ⁊ miſe
ria duobus diebus ı temporibus duplicis pacis
eccleſie latine quorū alterū eſt ſibi conceſſum p
ſpecialē grām alterū p concordiā ve legis Dein
de poſt hec finito iam tepore purificationis gre-
corum p penitentiam et appropinquāte iā tem
pore paſſiōis latinoꝝ ſub antichriſto dicet ieſus
iterum diſcipulis ſuis latinis eamus in Iudeā
.i. confeſſione vere fidei apud grecos hoc eſt cō
uertamus eos ad veram fidē anteq̄ veniat illa
magna tribulatio antichriſti quod verbū latini
admirātes dicet domine quomodo hoc eſt poſ-
ſibile quia pauloante greci volebāt te lapidare
blaſphemijs ſuis cōtra tuam diuinitatē ⁊ tu nūc
iterum vadis ad eos/ſed ieſus allegat liberi ar-
bitrij vertibilitatem poſt duodecim horas q̄ for-
te tondem generatiōes ſignificāt vſq; ad totalē
conuerſione eorum vt illuceſcat eis verus ſol iu
ſticie chriſtus qua luce ducti nō offendant ad la
Tertia pars euangelij — pidem angulare ſicut in nocte pcedere Eādem
volens ieſus Lazarū a ſomno et morte ſuſcita-
re veniet in Bethaniā .i. obedientiam grecorum
ſub romano pontifice ⁊ diuciꝰ exoratus ab ec-
cleſijs latinorum ſororibus dicti Lazari ſepulti
quatriduani fetentis tollet ab eis lapidem po-
tentie infidelium Maurorū ⁊ Turcaꝝ atq; vo-
ce quadā magna ı magne virtutis clamās ſuſci-
tabit populum grecorū a ſepulchro ſuorum er
rorum ac tyrānorū principum infideliū ſoluetq;
eum a ligaturis tot anathematū quibus ligatꝰ
fuerat p romanos pontifices et ſtatim pdibit q̄
fuerat mortuus et recte ambulabit in fide ⁊ mo-
ribus quod miraculum videntes multi infide-
lium maxime iudeorum q̄ ſūt inter latinos con
Moralitas — uertetur ad chriſtum ⁊ credent in eū ¶ Morali
ter peccator quilibet eſt mortuus carens ſenſu ⁊
motu vere fidei ⁊ religionis ſed orōnibus eccle
ſie in hac ſancta q̄dragesima venit ieſus in Be
thaniam q; dat eis gratiam vt humilietur ⁊ obe
diant mandatis dei ⁊ plātorum ⁊ tande p ſacra
mentum penitentie reſuſcitantur ad vitam vir-
tuoſam Et notātur in hoc euāgelio quinq; val
de neceſſaria ad ſuā reſurrectionē ſpūalem Pri
mum eſt lapidis āmotio p quem duricia cordis
ſignificatur Iob 41 quia deus p gratiam ſuam
emollit cor peccatoris ad penitentiā Secūdum
eſt chriſti oratio apud patrem q interpellat pro
peccatoribus Tertium eſt vociferatio peccatoris
lachrymoſa in cōfeſſiōe qua et ſe accuſat ⁊ a deo
petit veniam Quartum eſt ſacerdotis abſolutio
p verba ſacramētalia Quintum eſt abſoluti am
bulatio recta p opera virtutum penalia ⁊ ſatiſfa
ctoria ⁊c. ¶ Offertorium Populum humilē ⁊c. — Offertorium.
pſalmo 17 eſt breuis epilogus euangelij q lati
ne eccleſie congaudet future liberationi grecoꝝ
qui eſt populus nunc humiliatus in penis ſub
poteſtate ſuperboꝝ infideliū ⁊ hoc ſolus deꝰ po
terit facere ex ſua oīpotētia Secreta oratio Mu
nera nos domine ⁊c offert deo munera euchari
ſtie applicans ⁊ offertoriū ⁊ euangelium ad pe — Communio.
nitētes in quadrageſima ¶ Cōmunio Videns
dn̄s flentes ⁊c ex euangelio hodierno decantat
futuram grecorum ſuſcitationem precibus ⁊ la
chrymis latinorum vt expoſitū eſt Vltima ora-
tio Hec nos q̄s dn̄e ⁊c ide petit moraliter fieri
penitentibꝰ huius q̄dragesime ex virtute eucha
riſtie ſuſcepte Super populum da q̄s o deꝰ ⁊c
petit toti fidelium populo opera pietatis p gra-
tiam dei in cuius confidentia viuit non in pro-
pria virtute

## ¶ Caput quinquageſimū tertium de ſabbato quarte hebdo quadrageſi-me quo geſta vigeſimeoctaue ge eccleſie decla-rantur et cathecuminis/ordinatis/ac ieiunanti-bus multa bona promittuntur



Igeſimaocta- — Argumētu officij ab anno chriſti 810 vſq; 840
ua generatio eccleſie chriſtia
ne fuit eo tepore quo apd la
tinos erat imperator Ludo
uicus pmus rex Francie ſub
Ro ponti. Stephano/Pa-
ſchali/Eugenio/ ⁊ Gregorio
quarto in qua etate duo notabilia geſta ſunt in
eccleſia latina nam Compoſtella eccleſia ſancti
Jacobi apoſtoli in patriarchale dignitate ſubli
mata e ob deuotionē ſpeciale imperatoris Ca-
roli/⁊ honorē tanti apoſtoli q̄ ⁊ lux ⁊ decus Hi-
ſpanie nominatur/imo ⁊ totiꝰ occidentalis Eu-
rope ſicut etiam beatus Joānes frater eius eſt
honor Aſie ⁊ totius oriētalis eccl'ie quare ab eo
tempore inceperunt fieri iſte magne ac ſolenes
peregrinationes ad ſanctum Jacobū de Galli
cia multis comēdate miraculis In eade quoq;
generatōe vniuerſitas ſchole Parriſieſis funda
ta eſt a Carolo magno ⁊ deinde a Ludouico fi-
lio eius munificentiſſime dotata illa nempe Acha-
demia eſt velut quoddā luminare magnū in ec-
cleſia latina excludens oēs errorū tenebras nō
ſolum ı fide ⁊ theologia ſed etiam in omni alia
ſcientia philoſophica nam poſt eius erectionem
vix potuerunt hereſes apud latinos coaleſcere
⁊ bone doctrine oēs extunc ceperūt creſcere/cla
reſcere/⁊ Germinare atq; ex illa vna vniuerſita
te plures alie pceſſere doctrinas illius in ſeque
tes De illa ergo etate tā glorioſa latinis agens — Introitus miſſe.
hodiernum officium ait primo in ſuo introitu

Omnes ſitientes venite.⁊c̄ Eſa 55 que inuitat
omnes fideles ad refectionē ſpūalem per aquas
indulgentiarū ⁊ doctrinarū libere ⁊ gratis cōica
tas ſine p̄cio pecuniarum Verſus Attedite po
pule meus.⁊c̄.pſal' 77 exponit quid per aquas
intelligeretur·quia doctrine bone legis dei ⁊ ve
re philoſophie q̄ in p̄dicta vniuerſitate docētur·
atq3 miracula multa q̄ in Cōpoſtellana eccleſia
manifeſtantur ad confirmationē fidei catholice.
Poteſt idem introitus itelligi de cathecuminis
quorum hodie fiebat ſcrutiniū olim in eccleſia
et iuitat eos ad aquas baptiſmi ⁊ ad legem dei
audiēdam cum effectu opis Et quia hodie fiūt
ordines ſecundū moderniū vſum eccleſie·ad eos
quoq3 dirigi poteſt ſermo iſte·vt aquā none do-
ctrine bibant ordinati ⁊ legem dei ſtudioſe ple-
gant vt alios eam docere valeant Oratio Fiat
queſumus dne ⁊c̄ applicat moraliter introitum
ad ieiunantes in quadrageſima petes eis p gra
tiam dei deuotiōis augmentū vt magis fructuo
Epiſtole argumentum. ſa ſint eorum ieiunia ¶ Epiſtola hodie duplex
legitur apd̄ quaſdā pticulares eccleſias propter
eandem cauſam qua ⁊ in feria quarta p̄cedēti
alteram earum ponit miſſale romanū.ſ in tēpo-
re placito exaudiui te ⁊c̄ Eſa 49 alterā miſſale
Toletanum ſ omnes ſitietes venite ⁊c̄.Eſa 55
et q̄libet iſtarum eccleſiarū vnam ſolā hodie le-
git epiſtolam ⁊ vtrobiq3 eſt eadē intētio q̄ dicta
eſt q2 vtraq3 ep̄la metione facit de aquis doctri
narū/⁊ iuitat fideles ad potādum Diuiditur aūt
prima epiſtola in tres partes Primo enim col
laudat huius etatis vel gen̄ationis conditionē
Secūdo ibi ſup vias paſcentur ⁊c̄ ꝓponit fide-
lib9 multiplice refectione. Tertio ibi ⁊ dixit ſion
Prima pars epiſtole ⁊c̄ reſpōdet ad quādā querellā ſeu obiectionem
Qualitas 28 ge eccleſie iam liberate a tyranni-
de grecoꝝ ⁊ oppreſſione Sarracenoꝝ p imperas-
to.em latinum eius defenſorem declaratur cum
dominus ad latinā eccleſiam ait in tēpore hoc
placito ⁊ deo ⁊ fidelibus ſuis exaudiui te ⁊ ꝑ i
in die ſalutis tue auxiliatus ſum tui ꝯtra hoſtes
tuos ⁊ ſeruaui te mihi in populū peculiarē:⁊ de
di te in fedus populi i in populū federis aut pa
cti mei quod pepigi cum tota eccleſia mea quia
hoc pactum in ſola eccleſia latina ſaluatur ideo
dedi te vt ſuſcitares terram ꝓmiſſionis p figu-
ram ⁊ poſſideres hereditates diſſipatas i. refor-
mares alias eccl'ias orientaliū circa finē mundi
⁊ diceres his q̄ vincti ſunt ſub poteſtate infide-
lium grecis ⁊ alijs chriſtianis orietalibus exite a
captiuitate veſtra ⁊ his qui in tenebris i infideli
bus diceres reuelamini i.illuminamini p veram
fide Significat ergo dn̄s in his v̄bis q totū pa-
ctū no teſta quod ipſe pepigit cū ſua eccl'ia ſalua
tur apd̄ latinos ab hac gene vſq3 ad finē mūdi
et ipſi latini circa finem mūdi reducēt alios oēs
Secda ps epiſtole ad fidem chriſti Interim autem latini ſup vias
paſcetur·⁊ ꝑ ideſt in planis erūt paſcue eorum
quia ſecure et pacifice ac plano modo viuent et
fruentur bonis ſuis non eſurient neq3 ſitiēt·ſed
abundabunt bonis ⁊ non percutiet eos eſtus et
ſol.i.furor ⁊ iracundia infideliū p multas gene-
rationes quia miſerator deus eorum reget eos
pacifice/ ⁊ ad fontes aquarum.i.doctrinarū mul
tarum potabit eos.qui fontes ſunt varie vniuer
ſitates latinoꝝ:maxime Parriſienſis a qua ve-
lut a fonte vberrimo alie oēs emanarunt ſucceſ
ſiue.ad quā vt libere oēs fideles ꝯuenire poſſint
ponam omnes mōtes q̄ eam circūſtant in viam
i.faciam eos bene ꝑuios hominib9·⁊ ſemite val
lium ꝓfundorum exaltabūtur· quia omnis val
lis implebitur·⁊ omnis mons ⁊ collis humilia-
bitur· vt vie hominū ad illam vniuerſitaem ſint
eis faciles.ecce iſti.i.quidam vt Vngari/Germa
ni/⁊ Neapolitani de lōge veniēt ad illā vniuerſi
tate ptranſitis Alpiū iugis ⁊ vallibus ⁊ ecce illi
vt Angli/Scoti/Flandreſes ⁊ alij ab aquilone ⁊
mari et iſti vt Hiſpani de terra auſtrali ⁊ occidē
tali ptrāſitis Pirenei iugis et vallib9· et alij de
alijs partibus mundi. Quare laudate deum ꝓ
tata gratia ſua.o vos celi i.magni p̄lati et reges
et tu terra.i.plebs humilis exulta et vos mōtes
i.doctores magni iubilate laude deo.quia conſo
latus eſt dominus populum ſuum latinum in
hac etate et pauperum ſuoꝝ religioſorum miſe
reditur dādo eis facultatē diſcendi ſciētias mul
tas Sed quia Parriſienſis achademia ſita eſt Tertia ps epiſtole.
in Gallia.forte dixit ſion.i.ſpecula fidei chriſtia-
ne romana eccleſia/dereliquit me dominus/ et
oblitus eſt mei quia ſtudium litterarum tā pre-
cioſum elongauit a me p multa terrarum inter-
ualla Cui querelle reſpondens dn̄s ait· nunqd̄
poteſt obliuiſci mulier infantē ſuum quē pepe-
rit vt nō miſereatur filio vteri ſui:q d non ē poſ-
ſibile naturaliter·quia amor ille eſt a natura in-
ſitus ⁊ indelebilis ſed dato caſu poſſibili q illa
oblita fuerit ſui infantuli/⁊ derelīquat eū ſine la
cte neceſſario ad vitam eius ego qui te genui
O romana eccleſia ⁊ nutriui vſq3 ad hanc diem
multiplici eruditione ſapiētie· nō obliuiſcar tui
neq3 derelinquā te ſine lacte doctrine neceſſarie
ad bonam gubernationē fidelium qm̄ in gene-
ratione alia eccleſie dabo tibi ꝓximam vniuerſi
tatem Bononieſem q̄ principaliter polleat in iu
re.ſicut Parriſieſis pollet in philoſophia ⁊ theo
logia et poſt eam p totā Italiam erigentur plu
res alie vniuerſitates q̄ te circunſtent ⁊ multum
adornēt ecce enim in manibus meis deſcripſi te
i in ap̄lis Petro ⁊ Paulo quos nimiū dilexi.
⁊ muri tui.i angeli cuſtodes multi ſunt corā ocu
lis meis ſemp qui ꝓ te orant. ¶ Secunda ep̄la Secunda epiſtola
Omnes ſicietes ⁊c̄ Eſa.55 inuitat omnes lati-
nos ſciētias deſiderantes ad vniuerſitate Par-
riſienſem.que ſimiliter habet tres partes In pri
ma oſtenditur chriſti liberalitas In ſecunda ibi
ecce teſtem.⁊c̄ imperatoris magna dignitas In
tertia ibi querite dominū ⁊c̄ excitatur fidelium
tarditas Magna fuit chriſti liberalitas erga lati Prima ps ep̄le.
nos in etate illa quādo imperatore valde rebus
bellicis intētum inſpirauit vt etiā litterarū curā
haberet/⁊ vniuerſitate Parriſienſem velut fon-
tem magnū aquarum viuentium funderet de q

loquens dominus ait omnes ſitientes ⁊c. Et re prehendit multos qui de litteris non curabant dicẽs. quare appenditis argentũ veſtrum nõ in panibus doctrinarum ⁊ laborẽ veſtrũ exercens nõ in ſaturitate an[illegible] que naturaliter ſcire deſide rat ⁊c. Introducit quoqꝫ ipſa vniuerſitas loquẽs ad latinos audite inquit ⁊c incli[illegible] rem ve ſtram ⁊c ⁊ feriã vobiſcum pactum ſemp[iternum] i hanc vniuerſitatẽ diu duraturã miſericordias Dauid i imperatoris fidelis qui eã ex zelo fidei fundauit. De quo ſubditur ecce teſtem ⁊c ⁊ ad eũ loquens ait ecce gente quã neſciebas ⁊c. Quod ſe quitur ſupra expoſitũ eſt feria tertia pme hebd in epl'a. Poteſt tñ ẽ vt diximus vtraqꝫ epiſtola loqui ad cathecuminos inuitãdo eos ad baptiſ mum ⁊ ad legem chriſti. Poteſt tertio eſſe ſmo ad clericos nouiter hodie ordinatos vt ſtudeant lectioni ſanctarũ ſcripturarũ ⁊c. Poteſt denıqꝫ lo qui de penitentibus in 40 et laudat pſalmũ ⁊ do ctrinam eius de ieiunio et penitentia hactenꝰ da tam et q̃ hodie fine habet. quare hodiernũ offi cium videtur eſſe epilogus omnium premiſſorum.

¶ Cantus gradualis Tibi dñe derelictꝰ ⁊c pſal' 9 commemorat afflictiones prẽritas latinorum ad inuocationẽ conſolationẽ eorum iuxta illud Vir gilij forſan ⁊ hec olim meminiſſe iuuabit ⁊c. ideo ait tibi domine defenſori et adiutori derelictꝰ eſt pauper populus latinorũ quia omnes alij popu li pſecuti ſunt eũ ⁊ eidem pupillo i derelicto ab oĩbꝰ tu eris adiutor ſicut de facto fuiſti. Verſus Vt quid dñe ⁊c ex eode pſal' repetit querellã eccle ſie [illegible] qua olim habebat qſi derelicta a deo ſuo [illegible] ⁊c. ¶ Euangelium Ego ſum lux mundi ⁊c Joannis 8 alia para bola excellentiam 2ẽ generationis eccle deſcri bit collaudando illa duo magna luminaria ec cleſie tunc data ſanctum dico Jacobũ et vniuer ſitatem Parriſienſem cuius ſunt tres partes. Prima proponit quandam veridicã concluſio nem. Secunda ibi dixerunt ergo ⁊c opponit et ſoluit argumentationem. Tertia ibi dicebat i er go ⁊c replicat contra ſolutione. Hoc itaqꝫ euan geliũ more ſcholaſtico Parriſienſi eſt vna diſpu tatio theologica vbi primo ſuſtinens pponit ſuã concluſionem que ad litterã notat tres magnas excellentias legis euãgelice qua dedit chriſtus ſupra legẽ veterẽ quã dedit Moiſes ad quẽ ſen ſum patet q; ſuſtinens eſt chriſtus ⁊ arguũt cõtra eũ iudei. Sed ſuppoſito illo ſenſu lr̃ali ad ſenſum hiſtoricum poſſet dici q; hec concluſio notat ex cellentias romane eccleſie ſuper quãlibet aliam eccleſiam maxime ſup grecam ⁊ tunc ſuſtinens eſſet romanus pon argumẽtatores eſſent greci. Sed quia in p[illegible] dicte cap vale fecimus grecis ideo conformiter ad introitum et epiſtolam pdi cta cõcluſio pponit excellẽtias Compoſtellane eccleſie ſup omnes alias occidentales excepta romana vel excellentias ſcole Parriſienſis ſu per oẽs alias vniuerſitates. Cõcluſio ergo q̃ pro ponitur ſuſtinenda a Cõpoſtellano antiſtite/vel a cancellario Parriſienſi continet tres magnas excellentias. Prima eſt generalitas. Secũda cla ritas. Tertia eſt vtilitas. Primam innuit cum di cit ego ſum lux mundi. Secũdã cum ſubdit qui ſequitur me non ambulat in tenebris. Tertia ſed habebit lumẽ vite. In illo itaqꝫ tempore 2ẽ ge. dicebat dominus ieſus i ſaluator pdictus ſuſti nens turbis iudeorum i aliorum fideliũ cõſiten tium chriſtum verum deum ⁊ i omnẽ. ego ſum inquit lux mundi i totius eccleſie occidentalis ⁊ non ſolũ vnius diocefis mee quia claritas mea ſe extendit ad omnes alias cum eccl'ia Compo ſtellana apud eas omnes ſit notata ⁊ ab omni bus fidelibꝰ viſitata. Similiter vniuerſitas Par riſienſis oĩbus ſcientijs rutilans ſit aliarum vni uerſitatũ magiſtra vt merito de vtraqꝫ dici põt illud Eſa 49 Ecce dedi te in lucẽ gentium vt ſis ſalus mea vſqꝫ ad extremum terre i verſus occi dentẽ. Qui ergo ſequitur me nõ ambulat in te nebris nulla enim via ad aliquam eccleſiam vi ſitandã eſt clarior quã via ad ſanctũ Jacobum ad quod etiam deſignandũ dicũt cõiter peregri ni q; Galaxia celeſtis tota lucida ſit via ſancti Ja cobi. Similiter nulla ẽ vniuerſitas totius mũdi q̃ ita clare doceat quãlibet ſciẽtiam ſicut Parri ſienſis q̃ omnia reſolutiſſime inquirit/nec cõfuſio nem intelligentie patitur maxime poſtq̃ in ea vigere cepit via nominaliũ q̃ excludit oĩa enigmata naturarũ cõmuniũ/relationũ/formalitatũ/pote tiarum/paſſionũ/aliorumqꝫ id genus q̃ intelle ctum hebetant et obnubilant potius q̃ꝫ iuuant. ideo conuenienter vtrisqꝫ aptabitur illud Eſa 9 Populus q̃ ambulabat in tenebris vidit lucem magnã ⁊ habitantibus in regione vmbre mortis lux orta eſt eis. Additur tertio in cõcluſione ſed qui ſequitur me habebit lumen vite quo nihil e vtilius nulla enim peregrinatio iſta videtur vti lior q̃ multis illuſtrata eſt miraculis q̃bus pere grini multa cõſecuti ſunt beneficia/meritis ſan ctiſſimi apoſtoli Jacobi vnde romanꝰ pon non conſueuit diſpenſare cũ aliquo ſup votum pere grinationis ad ſanctũ Jacobum in Copoſtella. Similiter Parriſienſe gimnaſiũ multo vtilius eſt ſcholaſticis ad pfectum ſcientiarũ in breui tem pore quã omnes alie vniuerſitates q̃ pluribus et magnis ambagibus ſcholares detinent in ſcien tijs cum magno diſpendio pecuniarũ ⁊ iactura temporis vnde cuilibet hor cõgruere videtur il lud pſal' 35. Quoniã apud te eſt fons vite/ et in lumine tuo videbimus lumen ⁊c. Contra hanc cõcluſione ſic ppoſitam ⁊ declaratam arguunt aduerſarij volentes pbare eam eſſe falſam nam in quantum tangit excellentias eccleſie Copoſtel lane impugnãt eam fideles aliarum dioceſum maxime Tholoſani qui iactant ſe habere corpo ra ſex apoſtolorũ quorum vnũ eſt corpus ſancti Jacobi. Et in quantũ notat excellentias ſchole Parriſienſis arguũt eam rectores aliarũ vniuer ſitatũ maxime Salmãticenſes q̃ ſe iactant ceteris occidẽtalibꝰ ſapientiores dicũt enim ei iſti cõtra ſuſtinente, tu de teipſo teſtimoniũ pͣhibes quere ſequitur q; teſtimoniũ tuum nõ eſt verum nam

Margin notes:

Secũda ps epiſtole

Tertia ps epiſtole

Graduale

Euangelij argumentum.

Prima ps euangelij

Secũda ps euangelij

In foro iudiciali licet recipiatur teſtimoniũ homi
nis loquẽtis cõtra ſe etiam ſine ꝓbatione tamẽ
loquenti in fauorem ſuum non ſtatim eſt adhi-
benda fides ſine ꝓbatione ſufficiẽte quia ex na
turali inclinatiõe quilibet homo nititur ſe tueri
ab aduerſis nimirum ergo ſi in fauorẽ ſuũ ſpon
te loquatur ſiue dicat verũ ſiue falſum qui autẽ
contra ſe loquitur videtur ab ipſa veritate coa-
ctus hoc dicere p̃ter naturale inclinatione ideo
ſtatim recipitur dictũ eius Luce 19 ex ore tuo te
iudico ſerue nequã ⁊c̃ Quia ergo Cõpoſtellanꝰ
p̃latus in fauorẽ ſue eccleſie ⁊ cãcellarius Parri
ſienſ in fauorem ſue vniuerſitatis p̃dictam con-
cluſione propoſuit ſine ꝓbatione nõ videtur di-
ctum eorum recipiendum tanquã verum donec
fuerit ſufficiẽter ꝓbatum Ad hoc argumentum
quod petit ꝓbationem concluſiõis ſuſtinẽs tri-
pliciter reſpondet Primo ⁊ ſi ego teſtimonium
phibeo de meipſo nihilominus teſtimoniũ meũ
verum eſt quia ſcio vnde venio ⁊ quo vado hoc
vos neſcitis q d in rebus ſecretis a deo ſpeciali-
ter reuelatis alicui homini ipſe nullam aliã pro
bationẽ adducere põt niſi allegare autoritatem
reuelantis vt patet inductiue in omnibus pro-
phetis ve le quorum quilibet ſine alia ꝓbatiõe
dicebat hec dicit dñs ſimiliter Joannes Bapti-
ſta interrogatus de ſuo baptiſmo ait Math 11
Qui miſit me baptizare i aqua ille mihi dixit ⁊c̃
bene ergo ait ſuſtinẽs hanc concluſione ego ſcio
vnde veni i a quo accepi hanc excellentiã ⁊ quo
vado i ad quem finem dederit eam mihi nam
Cõpoſtellanꝰ (quicquid dicant Tholoſani) ha-
bet reuelationem certificatiuam ſuis maioribus
factam de vera exiſtentia corporis ſancti Jacobi
Zebedei in ſua eccl'ia ⁊ ſuper hoc habet bullam
expreſſam a romanis põtificibus huius 28 ge
qua excõicantur oppoſitum aſſerentes te nera-
rie Similiter cãcellariꝰ Parriſienſis ex appro-
batiſſima regum Francoꝝ hiſtoria ſimul cũ au-
toritate apoſtolica romanorũ pon illius tempo-
ris quo fundata eſt ſua vniuerſitas habet certi-
tudine ꝓpoſite concluſiõis Secundo reſpondet
ſuſtinẽs quia iudicium de rebus ſecundum exte
riora ſepius erroneum eſt ⁊ ſolus ille vere iudi-
cat qui nouit interiora rei qui ergo exteriora ec-
cleſie compoſtellane ⁊ vniuerſitatis Parriſienſ
vident humilia non põpoſa ſi putent talia eſſe
interiora que ad gratias ꝑtinẽt erronee iudicãt
ideo ad arguẽtes dicitur vos ſecundũ carnem i
exteriorem conditionẽ iudicatis de excellentijs
ſpiritualibus vtpote quia eccleſia Cõpoſtellana
non eſt picta ⁊ pulchra quia altaria fere ſemper
in ea ſunt nuda ⁊ ſine pulchris imaginibꝰ ſimi-
liter quia in ſchola Parriſienſi nõ ſunt publice
cathedre vł lectiones ſalariate/ nec ſunt magni
redditus vniuerſitatis ⁊ quia ſcholares ſedet in
terra cum lectiones audiunt more gramaticorũ
⁊c̃ ideo putatis ꝙ illa eccl'ia vel illa vniuerſitas
non habeat illas excellentias ſupradictas ego
vero aũt ſuſtinẽs non ſic iudico ꝑ exteriora ſed ꝑ
interiora que cognoſco ⁊ ideo iudiciũ meũ verũ
eſt: quia non ſum ego ſolus ſed ego et qui miſit
me pater ſanctus pon ro. qui tales excellentias
nominat in ſuis bullis Scriptũ eſt enim de bo-
no iudice Eſa. 11. Non ſecundũ viſionẽ oculorũ
iudicabit/ neq; ſecundũ auditũ aurĩũ arguet ſed
iudicabit pauperes in iudicio i recto ⁊c̃ Tertio
reſpondet ſuſtinẽs ꝑ autoritate legis dei dicẽtis
ꝙ in ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne
verbum Deut 19 ſi ergo duorum hominũ quan
tũcunq; ſimplicium teſtimoniũ acceptatur tanq̃
verum in quolibet foro: ego ſum q̃ teſtimonium
ꝑhibeo de meipſo/ ⁊ teſtimoniũ ꝑhibet de me q̃
miſit me pater p̃dictus ergo debetis illud acce-
ptare tanq̃ verum ſine vlteriore ꝓbatione. Con Tertia ps euãgelij.
tra has reſponſiones neſciẽtes replicare aduer-
ſarij ꝑ cõtradictionem rationabilem ad iniurias
ſe conuertũt irra tionabiliter dicẽtes irriſorie vbi
eſt pater tuus ille quem tibi ſpecialiter appro-
prias preter alias eccleſias ⁊ vniuerſitates. quaſi
volentes dicere ꝙ papa ita bene eſt pater aliorũ
ſicut ipſorum/ ⁊ ꝙ tam fauorabiles bullas habet
ſicut ipſi. ⁊c̃ Sed reſpondit eis ſuſtinẽs. neq; ſci-
tis quante ſim excellẽtie neq; patrem meũ ſcitis
quanti momẽti ſit ſua approbatio/ ⁊ quã differẽ
ter hanc eccleſiam ⁊ alias/ hanc vniuerſitatem ⁊
alias approbauerit et ſi me bene cognoſceretis
forſitan ⁊ patrẽ meum ſciretis. quia de poteſtate
vel autoritate ſummi pontificis ſiue in conceſſio
ne indulgentiarum/ ſiue in approbatione docto
rum ⁊ doctrinarũ nulla vniuerſitas melius iſta
diſputat ⁊ inquirit hec verba locutꝰ eſt ſuſtinẽs
in Gazophilatio i. in Theſauro eccl'ie latine hoc
eſt in tempore ſue magne ꝓſperitatis docens in
templo dei quando etiã ſi aduerſarij voluiſſent
opprimere eũ factis nemo apprehendere potuit
eum quia nondũ venerat hora eius fatalis in q̃
ꝑſecutio antichriſti vilipẽdet iſtius ⁊ aliarũ eccle
ſiarum vel vniuerſitatum excellẽtias ⁊ veniente
poteſtate tenebrarũ obſcurabitur lux mundi de
qua loquebatur cõcluſio ſuſtinentis ¶ Morali Moralitas
ter autẽ hoc euangeliũ finẽ faciẽs ſermonibꝰ de
ieiunio ⁊ penitẽtia debet exponi de p̃lato eccleſie
in hac q̃dragеſima qui per frequẽtes p̃dicatiões
in publico ac exhortatiões in ſecreto penitentie
illuminat animas hoim ⁊ peccatoꝝ tenebras fu
gat dicẽs eis ego ſum lux mundi q̃ ſequitur me
docente ⁊ conſiliantẽ nõ ambulat in tenebris ſed
habebit lume vite ſpũalis ⁊c̃ Huic tamen ve-
ritati renitũtur mundani hoies et obſtinati pec-
catores dicẽdo ꝙ teſtimoniũ p̃lati eſt multum in
fauorem eius ideo nõ eſt recipiendũ tanq̃ verũ
ſine ꝓbatione ſed tandẽ ſolutis eorum argumẽ
tis modo preexpoſito ſtat quotidie prelatus do-
cẽs in tẽplo dei ⁊ in Gazophilatio i theſauro ec
cleſie dans multas indulgẽtias vere penitenti
bus ⁊c̃. ¶ Offertorium Factus eſt dominus ⁊c̃ Offertorium
pſal' 17 in perſona p̃dicti ſuſtinẽtis dat grãs deo
de ſua firmitate ac ꝑmanẽtia in p̃dictis excellen
tijs et ꝙ aduerſarij ſui non potuerũt ei p̃ualere
ſed potius ecõtrario ipſe deuicit eos vſq; ad de-
fectum eorum Secreta oratio Oblationibus q̃s Oratio.

Communio. domine ⁊c. offert deo ſacrificiū euchariſtie pro ieiunantib⁹ ⁊ penitentib⁹ vt firmētur ⁊ ipſi in virtutib⁹ ⁊ etiam eis inuitis ſi opus eſt ¶ Cōmunio Dominus regit me ⁊c. pſal. 22 parum differt ab offertorio in ſententia ⁊ dicitur etiam in pſona eiuſdem ſuſtinentis qui dat gras deo de ſua proſperitate ¶ Finalis oratio Tua nos domine ⁊c. applicat moraliter ad ieiunātes petens eis gratiā dei qua purificati placeant deo Super populū Deus qui in te ⁊c. allegata dei conditione naturali qua pronior eſt ad miſerendū ꝙ̄ ad puniēdū petit fidelibus gratiam cōtritionis peccatoꝝ qua poſtea mereantur conſolari

## ¶ Caput quinquageſimū

quartum de dñica quinta in quadrageſima que intitulatur de paſſione domini cuius officiū tribulationē 29 ge eccleſie annotat ſimulatqꝫ impenitentes peccatores reprobat

Argumētū officij ab anno chriſti 840 vſqꝫ 870.



Igeſimanona generatio eccleſie chriſtiane peracta eſt ſub Roma pon Sergio/Leone/Benedicto/Joanne/Nicolao/et Adriano imperantibus tunc Lothario/⁊ Lodouico ſecundo filijs primi Lodouici qui diu inter ſe de imperio concertarunt Et fuit etas illa in tēporalibus valde turbulenta licet romani pon tunc omnes fuerint ſancti viri excepto Joāne q̄ (vt aiunt) fuit femina quedam Magūtina in habitu virili atqꝫ animo ⁊ tantum in litteris ⁊ ſciētia ſanctarū ſcripturarum pfecit vt in papā eligeretur/⁊ Joannes ſeptim⁹ vocata eſt q̄ tamē poſtea mala morte perijt nam impregnata peperit et ſimul cum prole viua ſepulta e a romanis vnde ⁊ talis papa de cathalogo aliorū remouetur In illa ſiquidem generatiōe propter ſciſſurā imperiū latinoꝝ debilitatū eſt/ ⁊ multi cōtra ipſum inſurgere auſi ſunt vt Arabes Sarraceni tunc ex Affrica in Italia tranſnatarunt atqꝫ Siciliā/ Apuliā/ ⁊ fere totam Romaniā oppreſſerunt quouſqꝫ vrbe ipſam ingreſſi ea in bonis omnib⁹ expoliarent templiqꝫ et reliquias ſanctorum prophanarent Sed ſtatim Lodouicus imperator cū magno exercitu chriſtianorum eis occurrens fugauit Sarracenos ab Italia qui ad patriā redeuntes oēs cum ſua preda in medio mari ſubmerſi ſūt ⁊ viui abſorpti Tunc etiam tēporis tota pene Gallia vaſtatur a Normanis/ Friſonib⁹/ ⁊ alijs circūſtantibus et in Lombardia tribus dieb⁹ ſanguis ad modum pluuie ſtillauit de celo poſtea ſequute ſunt peſtilētie/ fames/ terroreſqꝫ fulminū/ ⁊ inundationes aquarū ſeu peſſima diluuia/ bella atrociſſima inter chriſtianos propter imperiū/ ⁊ locuſtarum plaga magna q̄ omnia procul dubio propter grauiſſima peccata hominū deū immiſiſſe credēdū eſt nam ⁊ ſimul cū p̄dictis oībus demones viſibiliter apparuiſſe narrantur qui etiam ſacerdotes cruce dñi oſtendētes ⁊ aquam benedictam aſpergētes nō timebant ſed potius eos lapidabant Ideo tunc romani pon ⁊ alij ſancti plati ſacerdotes ⁊ religioſi humiliter ſe pſternebāt in orationib⁹ corā deo petētes miſericordiā eius ex pſona totius populi chriſtiani q̄ dictus eſt chriſtus miſticus et tunc agebatur de paſſione ⁊ morte ei⁹ a Sarracenis ⁊ ab alijs peſſimis chriſtianis nā Mahumetus fuit figura antichriſti ſub q̄ patietur populus chriſtian⁹ ideo eccleſia in officio hodierno tā nocturno ꝙ̄ diurno celebrans primordia paſſionis chriſti veri (poſtꝙ̄ ſepte hebdomadib⁹ a ſeptuageſima penam p̄dicauit q̄ ſeptem mundi etatib⁹ correſpondēt liberandis a morte gehenne p paſſionē chriſti) ſimul agit de p̄dictis primordijs paſſiōis populi chriſtiani maxime apud latinos Quare nāſſe introitus Judica me deus ⁊c. ex pſal 42 vtrūqꝫ chriſtum introducit loquente ad deum per modum q̄relle contra ſuos aduerſarios cum pſequētes et petit ab eis liberari nec dicitur in hoc officio gloria patri vbi agitur de paſſiōe et ignominia ſed loco eius additur alius verſus eiuſde pſal. Suppoſito ergo ſenſu litrali de chriſto vero Ait chriſtus miſticus o bone ieſu deus creator ⁊ ſaluator meus iudica me ſecūdū qualitatē religionis mee hoc eſt taliter age mecū q̄lis eſt mea religio q̄ vt bene appareat qualis ſit diſcerne cauſam meā i negotiū ⁊ vitā meā a gente iſta Mahumetica nō ſancta ſed diabolica hoc eſt precor ne ſimus chriſtiani cōmixti Sarracenis ſed ſepara eos a nobis ab homine iſto iniquo Mahumete ⁊ doloſo i qui p ſectam ⁊ doctrinā ſuā decipit homines eripe me q2 non habeo aliud refugium pter te quia tu ſolus es de⁹ meus ⁊ fortitudo mea ad reſiſtēdū eis Primus verſus Emitte lucem tuam i grām q̄ illuminet nos ad bene intelligendū ⁊ obſeruandū veritate tuam i lege veram qua dediſti nobis quia p eam apparebit ꝙ̄ falſa ſit doctrina Mahumetis tua enim lux ⁊ veritas me deduxerunt ab erroribus ydolatrie ac prauitatis heretice et adduxerunt in monte ſanctum tuum i eccleſiam catholicā ⁊ p̄ i in tabernacula tua q̄ eſt dom⁹ tua ideo ſi iſti nō deſint mihi nō decipiar ab homine iſto iniquo ⁊ doloſo ſicut decepti ſunt chriſtiani multi ex orientalibus cōuerſi ad ſectā ſuam propter defectu lucis ⁊ veritatis tue Secūdus verſus Et introibo ad altare dei vt offerā ei ſacrificiū ſibi acceptū ⁊ ad inuocandū deum q̄ letificet p letificauit iuuentute meam i p̄mitiuam eccleſiam couerſiōe gentilium ad fidem chriſti vt p virtutem mei ſacrificij liberet me a deceptione huius pfidie ſecte p̄dicate ab iſto homine iniquo ⁊ doloſo ¶ Moraliter etiam q̄ dictū e de Mahumete dicere poteſt penitens quilibet de diabolo cuius ille erat miniſter vnde introitus eſt vox lati loquentis in pſona ſui populi penitētis ⁊c. Oratio Queſum⁹ omnipotēs de⁹ ⁊c. exponit moraliter introitū de ieiunantibus ⁊ penitentibus quos vocat familiam dei ideo petit q̄ deus reſpiciat eos grā ſua vt pſeuerent in virtute penitētie q̄tū ad corpus

Introitus miſſe

Oratio.

et pſeruentur a deceptione diaboli quantum ad
animam ¶ Epiſtola Chriſtus aſſiſtens ponti-
fex ⁊c Hebre 9 eſt ſermo quẽ olim fecit apoſto-
lus Paulus ⁊ modo ipſum facit p̄latus de paſ
ſione chriſti veri vt ꝑ hoc ſimilis dicam⁹ de chri
ſto miſtico in hac 29 ge eccleſie nam ſicut apo-
ſtolus in hoc cap̄ ſue ep̄le allegoriʒauit templũ
Hieroſolymitanũ iudeoꝝ de eccl̄ia chriſti ⁊ ſacri
ficia in eo facta de paſſione chriſti penes maio-
rem excellẽtiam nouoꝝ ad vetera ita etiã p̄latus
nunc ꝑ eadem verba intendit comparare eccle-
ſiam chriſtianã ⁊ ſacrificia eius ad ſectã Mahu-
metica ⁊ falſas cerimonia eius penes maiorem
excellentiam veterum ad noua inuenta itaq̄ vir
tus in medio cõſiſtat Ideo ad habendam clarã
intelligentiam noſtri ſenſus hiſtorialis dicemus
hic ſuccincte aliqua puncta ſeſus litteralis quia
certe hec epiſtola e grauis ⁊ ſentẽtioſa ſed obſcu
ra Supponam⁹ ergo q̄ ap̄ls a principio huius
cap 9 intẽdit collaudare legẽ euangelicã miſti-
ce exponẽdo totam ordinationẽ tabernaculi aut
templi ve le vbi ante omnia narrat hiſtoriã illi⁹
ordinationis/⁊ officia ſacerdotũ in tẽplo deinde
expones figuram dicit q̄ p̄ma pars tabernacu-
li q̄ dicitur ſancta ſignificabat ſtatũ ve le hoc in-
quit ſignificante ſpiritusſancto ⁊c. ſecunda autẽ
pars que dicebatur ſancta ſanctoꝝ ſignificabat
ſtatum noue legis ſeu eccl̄ie chriſtiane ⁊ ab illo
loco incipit textus noſtre ep̄le q̄ habet tres par-
tes In prima declaratur ſignificatio interioris
partis templi In ſecũda ibi ſi enim ſanguis ⁊c
aſſignat̄ ratio cuiuſdã dicti In tertia ibi et ideo
noui ⁊c cõcludit̄ excellẽtia noui teſtamẽti Circa
p̄ ımum quinq̄ notãtur Primo quis intrabat
in eam q: ſolus pontifex et nullus alius ſacer-
dos Secũdo dignitas loci in quẽ intrabat quia
ſancta ſanctorũ Tertio mod⁹ quo intrabat quia
cum ſãguine ſacrificij Quarto quãdo intrabat
quia ſemel in anno Quinto finis propter quem
intrabat quia ꝓ expiatione peccatoꝝ fidelis po
puli et hec quinq̄ʒ allegoriʒat p̄ma pars noſtre
epiſtole Nam de p̄mo ait chriſtus aſſiſtes ponti
fex ⁊c De ſecundo ꝑamplius ⁊ ꝑfectius taberna
culum ⁊c De tertio neq̄ʒ ꝑ ſanguine hircorũ ⁊c
ſed ꝑ ꝓprium ſan ⁊c De quarto dicit q̄ introiuit
ſemel ⁊c De quinto eterna redemptione inuẽta
Circa ſecũdũ ſupponit q̄ in lege ve erat duplex
mũdatio populi altera a peccatis in feſto expia
tionis in Septẽbri ꝑ ſanguine hircorum ⁊ vitu
lorum altera ab irregularitatibus legis ꝑ ſacrifi
cium vitule rufe De vtroq̄ʒ iſtorum ſacrificioꝝ
loquitur apoſtolus applicando ad ſacrificiũ paſ
ſionis chriſti ꝑ argumentum a ſimili ꝓportione
duorũ ad alia duo quia ſicut ſe habebat virtus
illius ſacrificij ad illam emundationẽ ita virtus
hui⁹ ſacrificij ad iſtam emũdationẽ ⁊ ſicut illud
ſacrificiũ minoris virtutis (quia ex ſãguine bru-
torum aialium) poterat i effectum minorẽ quia
in emundationem corporale ita hoc ſacrificium
maioris virtutis (quia ex ſanguine hoīs ſanctiſ
ſimi) poteſt in maiore effectũ quia in emũdatio
nem ſpiritualẽ nam ex regula Ariſtotelis in 7
phiſicorum cuilibet virtuti correſpondet effectus
ſibi proporcionatus ideo declarat cuius eſt iſte
ſanguis quia hoīs chriſti q̄ʒ ſit mundus ⁊ vales
mundare: quia ꝑ ſpũmſanctũ ⁊c quare effuſus
quia ad emudandũ conſciẽtiam noſtrã ⁊c quo-
modo applicat⁹ q: ꝑ fide ⁊ ſacramẽta ad ſeruiẽ
dum deo viuẽti Circa tertium excellentia noui
teſtamẽti conſiſtit in hoc quia ipſum ꝑ virtutem
paſſionis ⁊ ſanguinis chriſti poteſt efficaciter fa-
cere in hominibus redemptione p̄uaricationum
i peccatorũ quod nõ poterat facere vetus teſta-
metum ꝑ ſua ſacrificia ad cuius declarationem
notat bona promiſſa in nouo teſtameto ⁊ confir
mationẽ promiſſionis ꝑ morte legiſlatoris que
duo excellentiora fuerũt quã in ve le. vt coſequen
ter declarat i textu ſequẽte poſt noſtram ep̄lam.
Ad noſtrum aũt propoſitum ſicut lex vetus q:
obligabat ad peccatum et non abſoluebat dicit̄
miniſtratio mortis 2 Cor 3 a fortiori ſecta Ma-
humetica debet dici lex mortis q̄ implicat homi
nem multis erroribus/⁊ peccatis carnalibus/ac
terrenis curis q̄ ſuffocãt ſpiritũ hominis Põti-
fex etiam vel ſacerdos lator illius ſecte fuit ho-
mo ſpurciſſimus ⁊ peſſim⁹ tyrannus qui ꝑ ſan-
guinẽ multorum chriſtianoꝝ effuſum introiuit in
regnum ſuum terrenũ ⁊ tales martyres vocan-
tur hyrci ⁊ vituli i animalia ſacrificij inſtituit pre
terea ille pſeudo ꝓpheta in ſua lege q̄dam ieiu
nia ⁊ orões q̄ dici poſſunt cineres humilitatis
dices q̄ ꝑ illas cerimonias ſactificãtur/ ⁊ emun
dantur ſui hoīes a peccatis in corpore ⁊ anima
vnde ⁊ eccleſiam illã ſuorũ hoim malignãtium
vocat ipſe ſanctã velut vitulã ſacrificij ſui ⁊ pro-
mittit eis multa bona tẽporalia/⁊ delectationes
ſenſuũ tam i hac vita /q̄ʒ in alia ſi bene lege ſuã
obſeruauerint Contra hanc ſuꝑſtitione loquitur
p̄latus in epiſtola hodierna q̄ eodem modo di-
uiditur in tres partes vt prius Nam prima com
parat chriſtum ad Mahumetũ q̄ʒ fuerit excelle
tior Secunda comparat religionẽ chriſtianã ad
ſectam illã peſſimã q̄ʒ ſit purior Tertia cõparat
bona vtriuſq̄ʒ ꝓmiſſa vt oſtẽdatur lex noſtra vti-
lior ac diuinior De prima comparatiõe ait p̄lat⁹
p̄mo q̄ chriſtus eſt põtifex diſtributor futuroꝝ i
ſpũaliũ bonoꝝ nõ corporaliũ ſolũ vt Mahumet
ideo tãta imo maior eſt coꝝ differetia i põtificali
officio quãta inter animam ⁊ corpus hoīs quia
chriſtus eſt p̄latus animarũ ille non niſi corpo
rum Secundo q̄ chriſt⁹ introiuit ad exercẽdum
põtificale ſuũ officiũ in tabernaculũ ꝑamplius ⁊
ꝑfectius non manu hominũ factum i no huius
creationis humane ſed diſpoſitionis diuine hoc
tabernaculũ eſt eccleſia chriſtiana q̄ magis ſpi-
ritu dei eſt ordinata ⁊ gubernata q̄ʒ prudẽtia hu
mana Mahumetus vero i tabernaculũ i popu-
lum ſatis impꝑfectũ ⁊ humano errore inſtitutum
Tertio q̄ chriſt⁹ ſuum populũ acquiſiuit ꝑ pro-
priũ ſanguine nõ ꝑ alienũ.i patiendo humiliter
ipſe morte a malis hoibus illatam Mahumet⁹
vero ꝑ alienum ſanguine .i. crudeliter bellando

Epiſtole argumentum

Expoſitio litteralis

Prima pars epiſtole

Sc̄da pars epiſtole

Tertia ps epiſtole.

Expoſitio hiſtorialis

Prima ps ep̄le.

et occidēdo bonos hoīes acquiſiuit ſibi regnum Quarto q chriſtus tantū ſemel patiēdo populū ſuum ſanctificauit Mahumetus multas cedes hominum faciēdo ſepius populū ſuum cruētauit/maculauit/ infamauit Quinto qz chriſtus p ſuum ſanguinē redemit populū ſuum ab eterna damnatione inferni Mahumetus p gladiū ſuū alieno ſanguine cruentū obligauit homines ad eternam captiuitatē inferni ꝛc. De altera compa‑ ratione ait platus ſi enim ſanguis hircoꝝ ꝛ tau‑ rorum i chriſtianoꝝ occiſorū a Mahumeto hoc eſt ſi violētia illa bellica/ꝛ cinis vitule ruſe i hu‑ miliatio exterior ſue ſinagoge cruēte qua oſten‑ dit in oratione ꝛ ieiunio quibus duab⁹ vijs pro‑ ceſſit inſtitutio illi⁹ ſecte ſi nūq̄ iſta duo valuerūt ad ſanctificandū carnaliter illū populū Sarra‑ cenorum hoc eſt ad faciendū in eis quandā ho‑ neſtatem exteriorē nam pmo populus ille adu‑ natus eſt violētia belli/deinde honeſtat⁹ cerimo‑ nijs/orationis/ꝛ ieiunij)quanto magis ſanguis chriſti immaculatus ꝛ p ſpūmſanctū deo oblatus valebit ad obtinēda gratiā ab eo ad emūdan‑ dum populū chriſtianoꝝ ab omnibus maculis peccatorum ꝛ ſanctificandū ipſum cerimonijs/ꝛ ſacramētis melioꝛib⁹ ad melius ſeruiēdum deo viuenti noſtra ergo religio eſt purior ſanguine chriſti purificata illa turpior cede ſanctoꝝ initia‑ ta ꝛ maculata De tertia cōparatiōe ſubdit q cū lex dei ſit velut quoddā teſtamētum mādās ſeu pmittens hereditate bonis filijs lex chriſti me‑ lior eſt lege Mahumeti qz meliora bona pmit‑ tit eam deuote obſeruātibus nam chriſtus fuit mediator dei ꝛ hominū in datione legis ſue que eſt teſtamentum nouum i innouans hoīes ꝛ pro‑ mittens nouam quandā hereditatē q̄ non mar‑ ceſcit vnq̄ vt intercedēte morte ſua deo acceptiſ‑ ſima accipiant fideles repromiſſionē eterne he‑ reditatis remotis ab eis poribus peccatis ꝛ pre‑ uaricationib⁹ mādatoꝝ dei Lex autē Mahume‑ ti ſola bona corporis pmittit q̄ veteraſcūt ꝛ mar‑ ceſcūt ideo debet vocari teſtamētū vetus i inuete‑ rans hoīes ad ſimilitudinem terreni Adam ꝛc. Hec doctrina erat fidelibus latinis neceſſaria in etate illa ne decepti ad modum orientaliū puta‑ rent ſectam illa eē bonam ꝛ ad eam puerterentur ¶ Moraliter vero platus in hac quadrage‑ ſima i ſemel i anno intrat ſancta ſanctoꝝ miſte‑ ria declaranda fidelibus p pprium ſanguinem i labore viuenti poſſit redemptione eternam peccato ū facere deo pamplius ꝛ pfectius taber‑ naculum ſui populi fidelis et hoc p terminum ſacramētoꝝ eccleſie q̄ ſunt melio a ſacramentis vetˀ nam illa ſolū valebāt ad emundationē car‑ nis hec vero emundant conſcientias a peccatis ad bene placēdum ac ſeruiēdum deo viuenti eſtq̄ idem platus mediator inter deum ꝛ homines vt ex parte populi fideli offerat deo orationes ꝛ ſa‑ crificia ex parte vero dei promittat vere penitentibus eternam hereditatem ꝛc. ¶ Cantus gra‑ dualis Eripe me domine ꝛc ex pſal 142 eſt ora‑ tio fidelis populi ex pdicta doctrina comoti qua

ſe cōmendat diuine protectioni vt liberet eum a deceptione huius falſe doctrine et illuminet eū in lege ſua ſancta Verſus Liberator meus ꝛc pſal 17 allegat conſuetudinē dei antiquā qz ſo‑ let eſſe liberator populi ſui ideo et nunc eſt cre‑ dendum q liberabit a Sarracenis inſurgētibus ꝛ a Mahumete iniquo ¶ Tractus Sepe expu‑ gnauerunt me ꝛc pſal 128 cōmemorat eccleſia multas pſecutiones ſuas a principio ꝛ p multas generationes cōtinuatas a quibus de⁹ ſemp li‑ berauit populū ſuum qz aduerſarij nūq̄ potue‑ runt eū deſtruere ideo ꝛ nūc dñs iuſtus concidet ceruices peccatoꝝ ꝛc ¶ Euangeliū Quis ex vo‑ bis arguet me ꝛc Joan 8 ſicut exponit cauſas paſſiōis chriſti ex parte iudeoꝝ eum pſequentiū ita cōtra Mahumeticos eccleſiam dei pſequētes defendit ſanctitate legis euangelice Cauſe paſ‑ ſionis chriſti ex parte iudeoꝝ i ppter quas ipſi pcurarunt morte eius fuerūt due ſ ſanctitas vi‑ te chriſti/ꝛ veritas doctrine ſue nā ſāctitas com‑ mouebat eos ad inuidiā veritas q̄ odium pariebat ad inimicitiā De prima cauſa dī quis ex vobis arguet me de peccato qz neqꝫ origine/ neqꝫ cor‑ de/neqꝫ ore/ neqꝫ operatione/neqꝫ omiſſiōe con‑ traxi aut feci peccatū De ſecūda cauſa ſequitur ſi veritatē dico vobis quare non creditis mihi ꝛ hoc nō niſi quia oculis egris odioſa eſt lux q̄ ſa‑ nis eſt amabilis ꝛ palato nō ſano pena ē panis qui ſano eſt ſuauis vt Auguſtinus dicit et abho‑ minatio ē ſupbo humilitas/ auaro paupertas pdi‑ cata audiet etiam luxurioſus ꝛ diſplicebit ei ꝛc ¶ Et notantur quattuor veritates a chriſto pdica‑ te in hoc euāgelio prime due ptinēt ad audito‑ res ſue doctrine alie due ad ipſū pdicantē Pri‑ ma veritas qui ex deo e verba dei audit ꝛc que oſtendit auditorum qualitatē diuerſam Secun‑ da veritas amen amē dico vobis ſi quis ſermo‑ nem meum ꝛc que declarat fructum doctrine in bonis auditorib⁹ Tertia veritas Abraham pa‑ ter veſter vidit diem meū ꝛc que explicat chriſti natiuitatem temporalem ex Matre promiſſam Abrahe Quarta veritas antēq̄ Abraham fieret ego ſum que ad natiuitatē eternam pertinet ex patre Iſtis veritatib⁹ iudei cōtradixerunt diuer‑ ſimode Prime inferēdo iniuriam ſ Samaritanus es tu ꝛc Secūde adducēdo rationē falſam ſ Abraham mortuus eſt ꝛc Tertie allegādo ex‑ perientiam ſ quinquaginta annos ꝛc Quarte fa‑ ciendo impetu ad vindictā Quas tamē contradi‑ ctiones chriſt⁹ faciliter euacuauit vt patet i textu Veniēdo ad hiſtoricū ſenſum de ſanctitate legis euangelice euāgelium habet tres partes In pri‑ ma ppoñ veridica cōcluſio In ſcda ibi reſpō‑ derūt ꝛc opponitur cōtradictio In tertia ibi reſ‑ pondit ieſus ꝛc adaptatur reſponſio Tota ergo hec diſputatio vertitur inter platū chriſtiano ꝛ Sarracenos et contradicētes tā verbis q̄ factis Ideo in illo tpe ꝛc dicebat ieſus i platus turbis iudeoꝝ i ſarraceno ū qui ita ſe habebant ad ipſum ſicut olim iudei ad chriſtū ꝛ non ſolū plebeis loquebatur ſed etiā principibus ſuo um ſacerdo‑

[Marginal notes: Scda pars epiſtole — Tertia pars epiſtole — Gradualis — Tractus — Euangeliu argumentum — Expoſitio litteralis prima pars euangelij — Scda pars — Tertia pars — Expoſitio hiſtorialis — Prima pars euangelij]

ſacerdotū ⁊ ſuis ſapientib⁹ dictis Alphaquis di-
cebat ei eis quis ex vobis arguere me poterit de
peccato ⁊ errore aliquo in lege mea qꝛ pſal' 18
Lex dñi immaculata cõuertens aīas ⁊c. Si ergo
veritatē ⁊ verā legē dico ſeu predico vobis quare
vos q putatis vos ſapientes eſſe nō creditis mihi?
ſed impugnatis legē meā in cōtra conditionem
ſapientis cuius eſt nō mētiri ⁊ veritatē pdicare
prīm q ex deo eſt q̄tum ad mores ⁊ vite inſtitu
tionem hoc eſt q̄ eſt ſeruus ⁊ diſcipulus dei libē
ter audit verba dei ſibi pdicata ⁊ qꝛ vos nō vul
tis audire legem meam obedienter ſignū eſt ꝙ
ex deo nō eſtis inſtructi ſed a malo ſpū qui hāc
veſtrā falſam doctrinā ingenuauit Contra hāc
Secūda ps euangelij
concluſionē cum ſua declaratione arguunt infi
deles ſarraceni dicentes nonne benedici
mus nos in nra ſinagoga qꝛ ſamaritanus ⁊ cu
ſtos opinionis tue pteruus es tu ⁊ demonium
habes obcecante ne videas veritatē q̄d tu non
pbas tuā cocluſionē ſed ſolū proterue eā vis de
fendere ſicut faciebat Parmenides/aut Eracli
tus de quoꝝ qlibet Ariſtoteles dicit ꝙ erat poſi
tionē cuſtodiens Ad hanc infidelium calumniam
reſpōdit platus tacite concedēs ſe ſamaritanum
⁊ cuſtode legis chriſti non ex pteruia ſed ex cer
titudine autoritatis diuine q̄ multis miraculis
eā confirmauit negat tamē ſe habere demoniū
obcecantē imo ſpūm ſanctum illuminantem ad
cognitionē veritatis.ego inquit demonium non
habeo ſed predicando hanc lege honorifico pa-
trem meum chriſtum confitens eum verum deū
⁊ verum hominem vos autem negantes chriſti
diuinitatem inhonoraſtis me quaſi ydolatram
qui adorē purum hominē.ſed mihi cure de inho
noratione veſtra quia ego in pdicatione mea nō
quero gloriā meam eſt deus meus qui querit
eam ⁊ iudicet inter vos ⁊ me aliquando ſ exal-
tando me ⁊ deprimendo vos Interim aūt amē
amen ⁊ p omnimodā certitudine dico vobis ꝙ ſi
quis ſermonē meum quem pdico ſeruauerit cre
dendo ⁊ operando mortē non guſtabit in eter-
nam quia hec mea doctrina vitalis eſt ⁊ ſaluās
homines ideo concluſionē in principio euange-
lij ppoſitam iterū reſumo ꝙ lex chriſti nullum
habet errorē aut in credēdis aut in agendis Hoc
dicto prelati non intelligentes ſarraceni ⁊ pu
tantes ꝙ de morte corporis loqueretur dixerunt
ei nūc cognouimus p certitudinē ꝙ demonium
habes obcecantem qui ita erras in manifeſtis.
Abrahā enim mortuus eſt/et oēs alij ſancti pa
triarche/⁊ pphete/ qui tamen bene ſeruabant do
ctrina dei dato ergo ꝙ tua doctrina eſſet ex deo
⁊ o faceret homines immortales ⁊ tu dicis ſi qs
ſermonē meum ſeruauerit ⁊c. nunquid tu maior
doctor ⁊ ſanctior es patre noſtro Abrahā ⁊ a quo
deſcendit Mahumet⁹ noſter aut dignior es pro
phetis q̄ oēs licet lege dei pdicaret mortui ſunt?
q̄d ⁊ o eſt pbabile te eſſe illis meliore vide quē
teipſum facis ⁊ quā dignum et ſanctū q̄ te illis
Tertia ps euangelij
pferre? Sed platus antēq̄ ad argumentū reſpō
deat dixit ad hoc vltimū ſ quē teipſum facis ⁊c.

dicens ſi ego autoritate ppria meipſū glorifico?
gloria mea ſeu honor mihi eſt quia non enim q̄
ſeipſum cōmēdat ille pbatus eſt vt dicit apoſto
lus eſt tamen pater meus celeſtis (quē vos dici
tis quia deus veſter eſt) qui glorificat me qꝛ ipſe
hunc ſtatum meū honorificū inſtituit ipſe etiam
eum defendit vſq ad hanc diē ab infidelibus ⁊
tyrānis defendet⁊ a veſtra pſecutione qꝛ nunq̄
preualebitis contra hūc ſtatū.ſi ergo gloria mea
a deo eſt ordinata ⁊ ſtabilita ⁊ non ex preſūptio
ne hūana ipſa vera eſt ⁊ vere dicere potui ſi quis
ſermonē meum ſeruauerit ⁊c. imo credo ꝙ vos
nondum cognouiſtis qualis ſit deus qꝛ negatis
eum eſſe trinum ego aūt noui eum ex reuelatio
ne eius mihi facta p chriſtū eius filiū.et ſi dixero
quia non noui eū.ero ſimilis vobis mēdax quia
p certo ſcio eum ⁊ ſermonē eius ſeruo que man
dauit i lege ſua ſancta modo ad argumētū clare
eſt reſponſio quia Abraham pater veſter ſecun
dum carnē nō ſecundū fidem licet mortuus fue
rit cum alijs pphetis q̄tum ad corpus tamen
q̄tum ad aīam viuit in eternum propter rectam
fidē.quā habuit de deo nec fuit Mahumeticus
religiōe vt vos falſo ei imponitis ſed potius ex-
ultauit vt videret diē meū.i.claritatē legis ⁊ reli-
gionis mee.nam certe vidit eam ⁊ gauiſus eſt qꝛ
credidit eūdē deū quē ego credo ⁊ fuit chriſtian⁹
ſicut ego ſū cui dicto irriſorie cōtradixerūt ſarra
ceni dicētes quinquaginta annos nondū habes
⁊ quomodo Abrahā videre potuiſti vel ipſe te vt
eſſet de lege tua et chriſtianus ſicut iuxta intelli-
gunt arguētes p quinquaginta annos totidem
generatiōes in diſcurſu eccleſie que requireren-
tur ⁊ eo plures ad hoc ꝙ Abraham vidiſſet chri-
ſtum aut ſtatum romani pōtificis ⁊ pconſequēs
ad hoc vt fuiſſet chriſtianus.cum enim tunc cur-
reret generatio 29 eccleſie a principio eius ab
Abraham autē vſq ad principium eccleſie fluxe
runt generationes.42. ſecundum enumeratio-
nem Matthei euangeliſte.ergo in etate illa cur-
rebat generatio 71.a tempore Abrahe.quare in
tendunt arguentes inferre ꝙ ad hoc ꝙ Abrahā
fuiſſet chriſtianus debuiſſent in eccleſia dei cur-
rere iam plures q̄ quinquaginta generationes
Quibus reſpondes platus dixit eis amē amen
dico vobis anteq̄ Abraham fieret ego ſum ſcili
cet reuelatus et declaratus ſanctis patriarchis
duarum pmarum etatum quibus miſteria chri-
ſti ⁊ ſue eccleſie reuelata ſunt vt patet in deſpō-
ſatione Adē ⁊ Eue de qbus apoſtolus Ephe 5
ait hoc dico magnū ſacramētū in chriſto ⁊ eccle.
item arca Noe eccleſiam chriſti figurauit vt apo-
ſtolus Petrus dicit ergo ipſe Noe rector arce
fuit figura romani pontificis.qui eſt rector eccle
ſie et ſic de alijs potuerunt ergo Abraham et
alij ſancti patriarche ac prophete ante aduen-
tum chriſti habere fidem de eo ac perinde eſſe
chriſtiani dato ꝙ diſcurſus eccleſie nondum ha-
beat quinquaginta generatiōes nam apoſtolus
1 Cor 10 pbat de Moyſe ⁊ alijs hebreis ſanctis
ꝙ fuerunt chriſtiani dicens ꝙ oēs in mari rubro

v

baptizati ſunt ſicut nos oẽs eandẽ ſpũalem eſcã eucharíſtie manducauerunt quã ꝛ nos mandu- camus ꝛc̃ Huic reſponſioni neſcientes cõtradi- cere ſarracenorũ doctores ad pſecutione bellicã diuerterunt tulerunt ergo lapides i lapideos et duriſſimos homines bellatores vt iaceret in ro pon quando Romã obſiderunt vt deſtruerent ſtatum eius. Sed ipſe non vales eis reſiſtere ar- mis corporalibus abſcondit ſe fugies a Roma ꝛ exiuit de tẽplo apoſtoloꝝ Petri ꝛ Pauli vbi ẽ palatium eius ꝛ venit in Galliã per turus adiu- torũ imperatoris Lodouici. ꝛc. ¶ Moraliter pre- latus cuiuſlibet dioceſ i hac quadrageſima p̃di cat fidelibus bonã ꝛ ſalutare doctrinam quam q̃ bene ſeruauerit morte non guſtabit eternam et reprehendes obſtinatos peccatores ait ſi verita- tem dico vobis quare non creditis mihi ꝛc̃ con- tradictores eius ſunt hoies mundani detrahen tes doctrine eius vt patuit in euangelio ʒ domi- nice in fine lapidare volunt ipſum p infamatio- nes aut alias pſecutiones a quibus ipſe prude ter declinãs abſcondit ſe p vitam bonam et exit de templo ceſſando ad tempus a predicatione ꝛ reprehenſione que tũc paruum faceret fructum propter maliciam hoim Poſſet etiã dici ꝙ mali chriſtiani hoc nr̃o tepore faciũt lapides in ieſum ſaluatorẽ noſtrum dicẽdo multas blaſphemias ꝯtra deũ ꝛ faciẽdo multas iiurias ꝓximis ꝓpter quod mirum non eſt ſi abſcondat ſe a nobis et exeat de templo noſtro i ſi ſubtrahat a nobis au xiliũ ſuũ ꝛ nolit audire orõnes nras ꝛc̃. ¶ Can- tus offertorij Confitebor tibi domine ꝛc̃. ex pſal- me 118 eſt profeſſio populi chriſtiani qua ꝓfite- tur ſe toto corde obſeruaturũ legem chriſti ꝛ om- nes ſermones eius mediante gratia ſua viuifi- cante. Verſus Beati immaculati in via ꝛc̃ prin- cip uin eiuſde pſalmi laudat obſeruatores legis chriſti predicans eos beatos in hac vita p ſpem in alia ſecũdum rei veritatem quia multa bona poſſidebũt digniora his que promittit lex Ma- hunetica Secreta oratio Hec munera domine ꝛc̃ offert deo munera euchariſtie moraliter oran- do pro ieiunantibus vt deus abſoluat eos a pec catis ꝛ faciat participes gratie ¶ Cõmunio Hoc corpus quod ꝛc̃ Luce 22 et 1 Corint 11 eſt vox chriſti comẽdantis fidelibus ſacramentũ eucha- riſtie quod multum valet ad ſuam defenſionem ab infidelibus ꝛ ad hoc vt illuminentur in lege dei et caueant errores peſſime ſecte Mahume- tis Comendat etiam eis vnitatem corporis my ſtici quod eſt eccleſia ne diſcedant ab ea per er- rores ꝛ ſectas varias Finalis oratio Adeſto no- bis ꝛc̃ applicat ſpecialiter ad ieiunantes peten- do ꝓ eis defenſione a demonibꝰ ex virtute eu- chariſtie ſuſcepte in altari chriſti

Moralitas.

Offertorium

Communio.

## ¶ Caput quinquageſimũ quintum de feria ſecunda quinte hebdomadis quadrageſime que trigeſimã eccleſie chriſti ge- nerationem annotat et ieiunantium mores re- ctificat ꝛc̃



Rigeſima gene ratio eccleſie chriſtiane ſub romanis põtificibus Joãne octauo/ Martino/ Adriano/ Stephano/ Formoſo/ Boni facio/ Stephano/ Romano/ ꝛ Theodoro ac duobus Ca- rolis imperatoribus latinis ſcilicet ſecũdo ꝛ ter- tio In qua etate eccleſia chriſti nõ tã ab infide- libus ꝛ extraneis q̃ꝫ a chriſtianis malis maxime a romanis pontificibus malo titulo electis/ ꝛ ab imperatoribꝰ tyrannis impugnabatur nam For moſus papa qui priꝰ a Joanne 8 fuerat degra- datus ꝛ dignitate eccleſiaſtica priuatus poſtea a Martino fuit reſtitutus atqꝫ poſt Martinum Adrianum et Stephanũ ad dignitatem papalẽ largitiõe potius q̃ꝫ virtute (vt aiunt) aſſumptus eſt licet non ſine contradictione aliquorũ ꝛ nihil fere laude dignum egit in ſuo põtificatu quo di- gnus non erat poſt eum Stephanus ſextus fa ctus papa omnia Formoſi decreta reuocauit et cum multa rabie corpus eius extumulauit/ ve- ſtibus pontificalibus exuit/ et laicali habitu in- duit/ atqꝫ cum laicis ſepeliri mandauit deinde ſucceſſores eius Romanus et Theodorus con- tra Stephanum in fauorem Formoſi egerunt retractãtes omnia geſta Stehani/ ꝛ Formoſum reſtituẽtes ꝛ ita horum pontificum vita ſeditioſa in alieni nominis ac dignitatis extinctionem to ta erat intenta non in zelo diuini cultus ac ſalu tis animarum Romani etiam in hac etate pro- pterea ꝙ Joannes papa Carolum fratre predi cti Lodouici ſecundi imperatorem fecerat/ ꝛ nõ alique ex filijs Lodouici ipſum papam in vin- cula coniecerunt ac duo filij Lodouici cum mul to exercitu Jtaliam aggredientes ipſam vexaue runt donec mortuo Carolo ſecundo ex venena- ta potione coactus fuerit papa coronare Caro- lum tertiũ filium Lodouici ſecũdi in imperato- rem qui potius voluiſſet coronare Lodouicum filium p̃dicti Caroli ſecundi hic tamẽ Carolus tertius poſtq̃ꝫ decẽ annis imperaſſet adeo mete ꝛ corpore debilitatꝰ fuit vt ab optimatibꝰ imperio p̃uaretur tanq̃ꝫ inutilis q̃ delecto q̃dã Lõgobar dus imperiũ inuaſit apꝺ Rauenã qua de cauſa multiplicata ſũt mala apꝺ chriſtianos tã in Gal lia q̃ꝫ i Jtalia atqꝫ Germania q̃bꝰ auditis ſarra- ceni iterato cũ ingẽti claſſe in Jtaliã venerũt/ ꝛ ip ſam bonis oīoꝰ ſpoliauerũt Officiũ itaqꝫ hodier nũ (p̃ter miſteria paſſiõis chriſti) cõmemorat etiã miſerias 30 ge eccl̃ie varijs modis ideo introitꝰ Miſerere mihi dñe ꝛc̃ p̃s 55 ex pſona eccl̃ie affli cte ꝓponit q̃relã ꝯtra aduerſarios ſuos eã tribu lãtes ſiue chriſtianos ſiue infideles orãs vt deus auertat illa mala a ſua eccl̃ia miſere inq̃t mei li berãdo me ab inimicꝭ q̃m ꝯculcauit ſeu macula uit me hõ iſte peſſimꝰ Mahumetꝰ/ vl̃ etiã malus papa/ vel impator nã tota die i ꝯtinue i hac etate bellãs armis corporeis vl̃ malis moribꝰ tribula uit me i ad modũ tribuli oppſſit me. Verſus Cõ

Argumentũ officij ab anno chriſti 870. vſqꝫ 900

Introitꝰ miſſe.

culcauerūt ꝛc̄ ex eodē pſal' addit maiorē cauſam ſ. ie petitiōis q2 multi inimici/uno multiplices ſ fideles/z infideles/eccl'aſtici/z ſeculares/z alij dı uerſoꝝ ſtatuū mali hoīes conculcauerūt me tota
O ane. die z multi bellātes inſurrexerūt aduerſū me Oro
Sacrificiı dñe ꝛc̄ applicat dictā petitiōne ad ieiu nates orāſqꝫ vt deꝰ eos liberet ab īpugnatiōe pec catoꝝ p gratiā ſuam ſanctificantem ¶ Epiſtola
Epiſtole argumentum. Factum eſt verbū dñi ad Jonā ꝛc̄ Jone 3 ſatis aperte facit mentionē de paſſiōe chriſti maxime quātum ad fructū quē fecit chriſtus poſt ſuā re ſurrectionē in gētilitate ſignificata p Niniue ꝛc̄ nam hanc figuram Jone chriſtus ad ſe ptinere declarauit Mat 12 dicēs ſicut fuit Jonas ꝛc̄ Si militer hec hiſtoria ſignificat eccl'ie paſſione (q̄ ē chriſtus figuralis) qua ſarraceni ī hac etate ꝑcu rabant ſed miſericordia dei eam liberauit habet epla tres partes Prima mittit p̄dicatorem Se cunda ibi z crediderūt ꝛc̄ addit populi humilia tionē Tertia ibi z vidit dñs ꝛc̄ concedit diuinam
Prima ps epl'e. miſerationē Quia vo in p̄cedente generatiōe ſar raceni mare tranſeūtes tota fere Jtaliam z Sici liam vexauerunt contra qs p̄cedentis dnīce offi cium diputauit in hac quoqꝫ generatiōe iterum idem Mauritani in Jtaliam tranſierunt vt p̄di ximus propter peccata chriſtianoꝝ ideo hec epl'a oſtendit remediū tali tribulatiōi adhibitum Jn diebus inquit illis 30 ge factū eſt verbū dñi ī in ſpiratio ad Jonam ī columbā dei que eſt eccl'ia ſcd̄o ī in ſcd̄o introitu ſarracenoꝝ in Jtaliam dicens plato aut p̄dicatori bono ſurge a torpo re tue negligētie z vade ad p̄dicandū in Niniuē (q ſpecioſa d')ciuitatē magnā ī. in totam chriſtia nitatem z p̄dica in ea p̄dicatione pe̅ni̅e quā ego loquor ad te ī docui te in ſacris lr̄is nam peni̅a chriſtianoꝝ ē potiſſima via ad liberādū eos a po teſtate ſarracenoꝝ Et ſurrexit Jonas p̄dictꝰ ī p̄ dicator q etiā dr filiꝰ Amathi ī. veritatiſ z abijt in Niniue iuxta verbum dñi ſicut p̄ceperat ei deꝰ Niniue aūt ī eccl'ia chriſtianoꝝ erat tunc ciuitas magna numero populoꝝ potius q̄ meritoꝝ. vel magna in gratijs et priuilegijs ſuper oēs alios populos itinere dierum triū quia ambulabat in fide trinitatis/ et trino pe̅ni̅e actu ad deum con uertitur Cepit ergo Jonas introire in ciuitatem ad p̄dicandū z p̄dicauit primo itinere vnius diei ī. inuitauit hoīes ad cōtritione de peccatis ſuis q̄ eſt prima z potiſſima pars pe̅ni̅e z illa ſufficit ad impetrandā dei miām ad quā incitatione meliꝰ peragendam clamauit z dixit in p̄dicatione ſua adhuc quadraginta dies ī vſqꝫ ad quadraginta dies Niniue ſubuertetur q d tot z tāta ſunt pec cata chriſtianorum vt vix mereātur exſpectari a deo per quadraginta dies qui eſt numerus pe nitentie vt declaratū eſt in prima dominica qua
Scd̄a ps epiſtole dragesime: imo meretur ſtatī ſubuerti ſub abyſ ſo et voragine ſarracenorum Hoc verbum com cōminatoriū p̄dicatoris fuit tāte efficacie vt inde cōtriti mi cōtererentur de peccatis/z conuerteren tur ad penitentia z crediderunt viri Niniuite in domino timentes verbum predicatoris atqꝫ pre

dicauerunt prelati ieiunium in populis z veſtiti ſunt ſaccis ī operibus penitentie exterioris a ma iore vſqꝫ ad minorem nam peruenit hoc verbum predicationis ad rege Niniue ī ad ſummū pon tificem qui regit eccleſiam dei vel ad imperato rem et ſurrexit de ſolio ſuo abiectoqꝫ veſtimentū pontificale aut imperiale a ſe z indutus eſt ſacco religionis aſpere z ſedit in cinere penitentie legi mus enim q Stephanus ſextus in generatione illa papatui renunciauerit z penitētiam acturus religionem ingreſſus fuerit Jmperator etiā Ca rolus tertius ab imperio eiectus ad religione ſe cōtraxit z ibi poſitus pontifex vel imperator cla mauit z dixit ad omnes chriſtianos homines ſa pientes z iumenta ī ſimplices boues.ī prelati z pecora ī ſubditi non guſtet quicquam mundane delectationis nec paſcantur lucris diuitiarum z aquam vanitatis ſeculi non bibāt quia turbida eſt ſed operiantur ſaccis penitentie z clamet ora tionibus ad dominum in fortitudine ī. veheme̅ ti affectione. z conuertatur vnuſquiſqꝫ a via ſua mala et ꝑ ideſt ab iniquitate que eſt in manib' ī operibus ſuis nam p hanc poterimus obtine re miſericordiam dei quis ſcit ī forte ſi conuerta tur deꝰ a vindicta ad miſericordiam z ignoſcat nobis peccata noſtra z reuertat̄ a furore ire ſue ī ab iſta pſecutione ſarracenorū quā iratus mi ſit ad nos z ſic nō peribimus ſi penitentiā egeri mus hec dicebant boni prelati/religioſi ſancti/ ac p̄dicatores deuoti in generatione illa vnde z multi principes illius etatis monaſteria pluri ma erexerunt ad que fideles concurrebant fu gientes a mundi vanitatibus vt ibi penitētiam agentes z deum gemitibus exorantes eius mi ſericordiam inuenirent quod z factum eſt Nam Tertia ps epiſtole
vidit deus acceptatiue opera eorum bona quia conuerſi ſunt de via ſua mala z ideo miſertus ē populo ſuo dominus deꝰ eorum liberando chri ſtianos a poteſtate ſarracenorum nam Joānes papa multorū principū chriſtianorum fretus au xilijs exercitum miſit et p dei gratiā ſarracenos ab Jtalia z Sicilia non ſine multoꝝ ſuorum ce de expulit victorioſe ꝛc̄ Moralis expoſitio huius epiſtole eſt de exercitio ieiunantiū z penitētiū in hac quadrageſima vbi p Jonam predicatorem intelligimus per Niniuem plebem fidelem cui predicat.ꝛc̄ ¶ Cantus gradualis Deus exaudi Graduale
orationem ꝛc̄ ex pſalmo 53. vox eſt populi chri ſtiani ad penitentiā conuerſi in etate illa et ora tiones ad deū dirigentis pro liberatiōe eccleſie a tribulatiōe infideliū ideo petit vt orationes eoꝝ deus exaudiat Verſus Deus ī nomine tuo ꝛc̄ principium eiuſdem pſalmi petitionem explicat ſcilicet vt ſaluet deus populum ſuum ab infide lium oppreſſione ¶ Tractus Per ſignum cru Tractus.
cis ꝛc̄ editus eſt ab eccleſia pro diebus ferialibꝰ iſtarū duarum hebdomadū paſſionis dñi vt pe tant fideles miſericordiam a deo p virtutem paſ ſionis filij ſui que ad crucē terminata eſt et con tinet tres verſus qui debet diſtribui per ſingulas ferias facit etiam iſte tractus pro 30.generatiōe

in qua fideles deferebant vexillū crucis in plio contra ſarracenos vnde ~ tertius verſus petitionem explicat ſ defende nos dñe ſ p paſſionem τ crucē tuam cōtra ſeua iacula inimicoꝝ ſarracenorum τc̄. ℂ Euangeliū Miſerunt principes miniſtros τc̄. Joan 7 ſarracenoꝝ ſeuiciam contra ro pon explicat τ diuina ꝓtectionem qua ab eis liberatus eſt Et habet tres partes Prima eſt infidelium obuiatio Secunda ibi dixerunt ergo τc̄ eſt eoꝝ admiratio Tertia ibi in nouiſſimo autē τc̄ eſt chriſti cū oratio Ad ꝓpoſitū autē de paſſione chriſti quā celebrat eccl'ia introducitur chriſtus loquens nobis ꝙ pauco tēpore nobiſcū manebit eo ꝙ p morte vadit ad patrē vnde ad ſimilitudinē Jone ꝓijcietur in mari τ poſt triduū apparebit in littore glie τc̄. Sed ad noſtrū ꝓpoſitū in illo tēpore ge 30 eccleſie/ miſerūt ꝑncipes ſarracenorū τ phariſei i ſacerdotes eorū apparēter religioſi ac ſancti miſerunt miniſtros ſuos milites armatos cōtra Jtaliam vt apprehenderēt ieſum ro pon cum populo ſuo latino quatenus eum vel occiderēt vel ad ſectā ſuam p violentiā conuerterēt τ ſic chriſtianitate omnino delerent ad hoc ꝓpoſitum ſarraceni totiens in Jtaliam tranſierunt ſed nihil tale pficere potuerunt ꝓtegente deo miraculoſe eccleſiam romanā in qua nomen τ religio chriſti obſeruaꝛ et colitur Dixit ergo eis romanus pontifex confidēs de diuino auxilio τ ꝓtectiōe adhuc modicum tempus mihi τ populo meo cōceſſum ex grā/ſum pſeuerās in ſtatu meo vobiſcum i in pſentia veſtra vt nō poſſitis me delere (etiā ſi millies attentetis) donec veniat hora mea que erit tempus āntichriſti τ tunc vadam ad eum qui miſit me tranſlatus ab hac miſeria ad gloriā vos autem ad tartarea tormenta τ tunc p anguſtia ſpiritus gementes queretis me doctorē audire quē modo contemnitis ſed non me inuenietis quia ibi nō erit locus nec tempus penitēdi aut doctrina ſalutaris inueniendi interim aūt durante hoc modico tēpore meo vbi ego ſum in hac ſede romana vos nō poteſtis venire ad regnandum in ea quia hoc deus non pmittet propter gloriam τ honorem nominis ſui quod ibi colitur Hoc audito iudei i pſecutores chriſti myſtici ſarraceni dixerunt admirantes de tanta cōfidentia romani pon quo hic iturus eſt quod dixit ꝙ nōn inueniemus eum et quod non poſſumus venire vbi ipſe eſt nūquid iturus eſt in diſperſionem gentium i ad gētes barbaras diſperſas vt Scitas/Sauromatas τ alias huiuſmodi gentes vt doceat eas τ pdicet eis legē ſuam q d certe nos eo non ibimus poſt eum quia illa non eſt bona patria maxime ꝓ nobis qui vinum nō bibimus/ τ nō bene viueremus in terra tā frigida ſed cōtra Jtaliam et Romaniam (que eſt patria calida et temperata) libēter venimꝰ vbi ipſe moratur et ibi querimus eum et forte inueniemus etiam eo nolēte Quia ergo ſarraceni carnales dicta romani pontificis carnaliter intellexerunt τ non ad ſenſum eius ideo eis dimiſſis conuertit ſermonem ſuum ad ſimplices populos in nouiſſimo i vſq ad nouiſſimum diem huiꝰ magne feſtiuitatis i pacis eccleſie ſ bi cōceſſe ex gratia ſtabat pontifex romanus firmus τ ſecurus in ſtatu ſuo et p multas generationes clamabat p ſuos pdicatores dicēs ad turbas fidelium τ etiā infidelium inter fideles cōmorantium ſi quis veſtrum ſitit aquā bone doctrine ac religionis ſancte veniat ad me audiendum et bibat i recipiat doctrinā meam deuote nam dicit ſcriptura Prouerbiorum 5 de talibus qui credit in me verum deum a meis plans pdicatum flumina aque viue i doctrine vitalis fluēt per os de ventre memorie eius i ipſe etiam erit pdicator ſancte religionis τ ab eo tanꝗ̄ a fonte procedet multiplex doctrina etiam ſi eam nō didiſcerit ab hominibus quia deus p gratiam ſuam inſpirabit ſibi ſapientiam et expones romanus pōtifex addit. Hoc autē allegatum ex Prouerbijs dixit deus de ſpirituſancto quem accepturi erant credētes in eum Ergo ex diuina promiſſiōe certus ſit vnuſquiſq̄ veſtrum ꝙ ſi voluerit obediēter audire doctrinā chriſti quam ego pdico ipſe in ſe ipſo experietur ſpūm dei inſpirantē ac reuelante multa q̄ nō didiſcerat ab hoībus ℂ Moraliter vo hoc euangelium loquitur cōtra impenitētes q̄ nondū voluerunt confiteri p totam quadrageſimam τ platus monet eos dicens ecce modicū tēpus vobiſcum ſum in exercitio quadrageſimali quia modicum durabit quadrageſima q̄ elapſa queretis me ad confeſſiones et non inuenietis me libēter audiētem eas/ quia tunc nō erit tempus plangēdi ſed gaudēdi/τ exultandi in dño et vos pſeuerantes in peccatis non poteſtis venire ad ſolennitatem paſchale quo ego vado cum deuotis meis penitentibus iā purificatis nā cū tota quadrageſima ſit velut feſtiuitas tabernaculorum ſeu 42 manſionum de qua loquitur hoc euangelium in nouiſſimo die τ valde magno huius feſtiuitatis ſ in Paſchate inuitabit nos p elatus ad communionem eucharíſtie dicēs ſi quis ſitit aut eſurit veniat ad me et accipiet copioſum munꝰ gratie ſpiritusſancti impenitētes vero reijcietur a menſa domini ſicut canes immundi τc̄. ℂ Offertorium cantus Domine cōuerterē τc̄ pſal 6 eſt oratio fidelis populi et prelati qua petit ab infidelibus inuadentibus liberari per miſer cord ā dei nō ſuis meritis Secreta oratio Sacrificia aueſimꝰ domine τc̄ offert deo ſacrificium eucharíſtie pro ieiunantibus applicans eis ꝑ etitionem offertorij ſ vt liberentur ab hoſtibus anime ℂ Cōmunio Dominus virtutum τc̄ pſal' 23 eſt conſolatio fidelium qua gaudent ſe habere deum potentiſſimum ad liberandum eos ab inimicis ſ quia eſt dominus virtutum i exercituum angelorum et rex glorioſe victorie Finalis oratio Sacramenti tui τc̄ petit a deo pro ieiunantibus purificationē τ medelam a peccatis ex virtute ſacramenti ſuſcepti Sup populum Benedictio q̄s dñe τc̄ benedictionem copioſam i multo rum bonorum donationem petit fidelibus q̄ ſe humiliant ad ſeruiendum deo deuotis cordibus.

Euangelii argumentum.

Prima ps euangelij

Secunda ps euangelij.

Tertia ps euangelij.

Moralitas.

Offertorium.

Communio.

# Caput quinquageſimū ſextum de tertia feria que generationē eccleſie trigeſimāprimam enarrat ⁊ ieiunantes ordinat

Argumētū officij ab anno chriſti 900 vſq3 930.



Trigeſimaprima generatio eccleſie chriſtiane fuit ſub Romanis pontificibus Joāne/Benedicto/Leone/Chriſtophero/Sergio/Anaſtaſio/Landone/Joanne/Leone/⁊ Stephano/imperantibus tunc in latina eccleſia vltimis Gallorū Arnulpho/⁊ Lodouico ac primis Germanorū Berengario/⁊ Henrico Et fuit etas ſatis obſcura et turbulenta tum propter roma pon vanitates tum propter imperatorū ſeditiones tū ꝑpter vngarorū direptiones tum deniq3 ꝑpter ſarracenorum inuaſiões nam Joannes non⁹ cōcilio celebrato rauēne facta Stephani ſexti reprobauit/⁊ Formoſi acta approbauit ecōtra vero Sergius Formoſum reprobauit adeo vt iterū corpus eius extumularet ⁊ in ſede papali capite trūcaret/ac in tyberim corpus truncum miſerit ⁊ ita veteres q̄rellas renouātes mali pōtifices ſcandala plurima ſeminarūt inter fideles Joannes item decimus expeditionē facere volēs contra ſarracenos Italiam depdātes Albricū marchionē Ethrurie in auxilium vocauit ⁊ de ſarracenis triūphauit ſed quia predicto Albrico ingratus fuit Albricus Vngaros in Italiam adduxit qui prouinciam ingreſſi plus calamitatis Italie intulere q̄ antea Sarraceni nam ab eis plurime vrbes in ſolitudinem redacte ſunt alie expoliate fuerunt namq3 tēpora illa infeliciſſima romanorum pontificum ambitione ⁊ ſeua eorum tyrannide qui poſtpoſito dei timore atq3 neglecto diuino cultu inimicitias non minus q̄ ſi eſſent tyranni crudeles inter ſeſe exercebant Imperatores vero ignauie dediti ab induſtria ⁊ imperatorij nois dignitate defecerāt nā Arnulphus in ſenectute ita ſe voluptatib⁹ immerſit vt nō multū a ſuo cognomēto diſtaret vnde ⁊ omnibus pſertim eccleſiaſticis contumax ⁊ rebellis eſſe cepit quare iuſto dei iudicio miſerabili morte deletus eſt Lodouicus vero contradicētib⁹ romanis ad imperij coronam nō potuit puenire cōfuſo tunc exiſtente iure imperij inter reges Francie ⁊ Germanie ſed tande apud Veronam a Berengario duce Foroliuiano captus ⁊ occiſus eſt ⁊ ſic imperium romanū quod annis fere 110 Francie ū reges poſſederant ad alios tranſijt quia Berengarius p̄dictus qui a Longobardis regib⁹ originem duxit ſuperato Lodouico tertio Francorum rege imperium inuaſit ⁊ multis Italie nobilibus tyrannice interfectis paruo tempore imperauit ⁊ mala morte ſublatus e ſimiliter ⁊ Berengarius ſecundus filius ei⁹ parū in imperio pfecit grauiſſima quippe bella iter Italos Germanos/ac Francos fuere tūc ꝓ imperij poſſeſſione q̄ ſine multorū hoīm interitu et multarum puinciarum incōmodo extingui non potuerūt tandem circa finem huius generatiōis miraculoſe i Genua vrbe maritima ſanguinis fons emanauit ⁊ largiſſime p diem integrū effluxit q̄ future calamitatis in eade vrbe et in tota Ethruria indicium extitit nam paulopoſt ſarraceni ex Affrica in Italiam tranſierunt ⁊ totam prouinciam depopulantes etiam Genuam ipſam graui obſidione pſſam vi acceperunt diripuerunt/⁊ in p̄dam dederunt Hec igitur ⁊ alia mala commemorans hodiernū officium ſimul cum miſterus paſſiois chriſti in miſſe introitu ſ Exſpecta dnm ⁊c̄ ex pſal 26 introducit deuotum p̄dicatorem illi⁹ tēporis(quales fuerunt quida abbates ſancti reformatores religionis ſancti Benedicti in cluniaceſi cenobio)exhortante et confortantē eccleſiam dei vndiq3 afflictam ne deficeret inter aduerſa expecta inquit dnm protectorem tuum o eccleſia dei viriliter age cōtra hoſtes tuos tā domeſticos q̄ extraneos confortetur et non deficiat cor tuum et ſuſtine dnm te flagellātem quia ipſe eſt qui vulnerat ⁊ medetur pcutit et manus eius ſanabit Verſus Domin⁹ illuminatio mea ⁊c̄ principium eiuſdem pſal' eſt reſponſio eccleſie ad exhortationē p̄dictā affirmatiue.q d confortabor quia domin⁹ eſt illuminatio mea in tenebris peccatorum et ſalus mea in aduerſitatibus malorum quem ergo timebo ex hominib⁹ ſi deus eſt mecū adiutor Oratio Noſtra tibi dne ⁊c̄ applicat eandē ſententiam ad ieiunantes petendo eis gratiam vt expientur a peccatis et fiāt digni ſeruicio dei habeantq3 remedium in ſuis neceſſitatibus Epiſtola Cōgregati ſunt Babyl ⁊c̄ Daniel 14 hiſtoriā pſecutiōis ⁊ liberationis Danielis ꝓphete in Babylone applicat ad paſſionē ⁊ reſurrectionē chriſti deide ad pſecutione ⁊ liberationē eccl'ie a furia ſarracenorū q̄ iminebat latinis circa 31 ge. Et habet ep'la tres ptes In pma innocētis traditio notatur In ſcda ibi erat aūt ⁊c̄ viſitantis conſolatio additur In tertia ibi venit ergo ⁊c̄ deſiderantis liberatio declaratur Pro pmo ſenſu clara eſt applicatio epiſtole nam babylonij pſecutores iuſti fuerunt iudeorum principales cōfuſione pleni contra chriſtum leones fuerūt gentiles quibus traditus eſt chriſtus a iudeis exiuit Daniel de lacu leonum quando reſurrexit chriſtus a mortuis ⁊ poſt aſceſionem ſuā iudei a gentilibus deuorati ſunt ⁊c̄ Ad ſenſum noſtrū p babylonios intelligim⁹ ſarracenos p Daniele ro pon p regem imperatorē/ p lacū leonū exercitū inimicorū Ergo in diebus illis ge 31 cōgregati ſūt babylonij i ſarraceni cōfuſione pleni aduerſus rege i rectorē chriſtianorū romanū imperatorē ⁊ dixerūt ei trade nobis ad perdēdum Daniele i iudiciū dei hoc eſt ro pon qui ex parte dei iudicat alios chriſtianos os iſte ſtatus deſtruxit Bel i vetuſtate ydolatrie ⁊ interfecit drachone i diabolū ꝑ ibedo ei⁹ dñium ſup hoies nos ergo qb⁹ de⁹ tradit mō dominiū vniuerſe tre volum⁹ inter alia habere ſub dit [illegible] hūc ſtatū ta xtuoſū q̄ ſi eū nō tradas nobis libē

Introit⁹ miſſe.

Oratio.

Epiſtole argumentum.

Prima pars epiſtole

ter alioquin ꝑ violentiā belli accipiemus ipſum ⁊ interficiem⁹ te ⁊ domū tuā Italiā i in qua habitas. Uidit itaqꝫ imperator ꝙ ſarraceni irruerent i cum vehemēter ideo neceſſitate cōpulſus tradidit eis pro parte ſtatum romani pon quia non potēs eis reſiſtere ꝑmiſit ꝙ intrarent Italiā ⁊ eam homicidijs ac rapinis affligerent Sarraceni ergo miſerunt Daniele ꝑdictum in lacū leonum i militū ſuoꝝ furentiū ⁊ erāt ibi ſex dieb⁹ ꝑ quos tot meſes aut annos aut etiam generationes intelligere poſſum⁹. ⁊ dicuntur dies proſpere fortune ſarracenoꝝ i Italia licet cum magno labore belloꝝ quod numerus ſenarius denotat Exodi 20. ſex diebus inquit laborabis ⁊c̄. Porro in lacu i exercitu ſarracenoꝝ erant ſeptē leones i vniuerſitas raptoꝝ militū ⁊ anteqꝫ venirent in Italiam dabatur eis quotidie duo corpora ciuitatum/et due oues humiliū regionū qꝛ quotidie i Aſia ⁊ Affrica ſolebāt inuadere ⁊ acquirere ciuitates ⁊ regiones chriſtianorum/⁊ deuorabant eas ſed poſtqꝫ ingreſſi ſunt in Europam tunc non data ſunt eis illa ſpolia quia robuſtiores iſti chriſtiani magis reſiſtebāt ſarracenis vt prius dictū eſt de exercitu Caroli magni ⁊ aliorum imperatoꝝ quare diuerterunt in Italiam vt deuoraret Daniele i ſtatum roma pon

Scda ps epiſtole Sed conſtituta Italia in illa anguſtia ſarracenoꝝ prouidit deus de aliquo remedio nam erat tūc Albricus Marchio Ethrurie Abachuch i luctator ſeu bellator fortis ⁊ propheta domini i chriſtian⁹ deuotus deo in iudea i confeſſione fidei catholice ⁊ ipſe coxerat pulmētum i fecerat magnam prouiſionem victualiū in terra ſua/et intriuerat panes i frumenta multa in alueolo i granario ſuo ad ꝓuiſionē gentis ſue iſte Marchio ibat frequēter in campum certaminis contra hoſtes ſuos vt ferret victualia meſſorib⁹ ſuis i cōmilitonibus qui defendebant terram ſuam ab hoſtibus dixit ergo angelus domini ro pon. Joannes decimus ad Abachuc i luctatorē iſtū Albricum fer prādium quod habes i paratum exercitum extra terram tuā in Babilonē i cōtra confuſionem ſarracenoꝝ in adiutorium Danieli qui eſt oppreſſus in lacu leonum i. in exercitu ſarracenoꝝ. ſed Abacuch timēs exire extra terrā ſuam dixit ei domine Babylonē ⁊ lacum neſcio i nōdum expertus ſum bellum cum ſarracenis ideo timeo eorum furiam maxime extra terram meam angelus autē domini ꝑdictus apprehendit eum in vertice eius i. confortauit eum ex parte chriſti capitis ſui ꝓmittēdo ei auxilium de celo ⁊ portauit eum capillo capitis ſui i ſpe concepta de auxilio dei poſuitqꝫ eū ad bellandū cōtra babilone i ꝯfuſionē ſarracenoꝝ ⁊ irruit ſuꝑ lacū i exercitum eoꝝ in impetu ſpūs ſui ⁊ habita de eis victo ia clamauit iſte Abacuch dicēs ad ro pon Daniel ſerue dei tolle prandium i refectionem aut conſolationē quam miſit tibi deus per manum meam liberando ſtatum tuum ab oppreſſione infidelium Cui reſpondens papa dedit gratias deo dicens recordatus es mei domine deus meus ⁊ nō dereliquiſti me ⁊ alios fideles diligētes te ſurgenſqꝫ ab illa preſſura comedit pacifice in ſede ſua porro angelus domini ꝑdictus confeſtim reſtituit i. remiſit dictum Abachuc i locum ſuum i in Ethruriam ⁊ ianuam

Rex vero ſeu imperator (qui interim fuerat occupatus in bellis chriſtianorū ſuꝑ poſſeſſiōe imperialis dignitatis) venit ad pontifice die ſeptima in tēpore pacis poſt bellū ſarracenorū ⁊ putans ꝙ multa mala paſſus fuerit ab eis venit vt lugeret Danielem i condoleret ei ⁊ veniēs ad lacum i exercitum ſarracenoꝝ non inuenit ipſum quia iam fugati erāt ⁊ introſpexit vt videret qualiter ſe habebat romanus pontifex ⁊ ecce ipſe erat ſedens i quietus/pacatus/ ⁊ ſecur⁹ in medio leonum i infidelium ꝗ eo dimiſſo ad regiones circūſtantes ſe diuerterant vt dictum eſt de ianua expoliata ab eis Per leones etiā poſſunt intelligi Ungari Italiam lacerātes ſed pontifice i ō inuadentes Et exclamauit rex ꝑ admiratiōe liberationis roma ponti voce magna dicēs magnus es domine deus Daniel tu rex glorie chriſte qui ita miraculoſe liberas ſeruos tuos ab infideliū poteſtate ⁊ ſic rex extraxit eum i extractū reperit de lacu predicto porro illos babilonios ſarracenos qui fuerāt cauſa ꝓcuratiua perditionis ro pon intro miſit in lacum i. fugauit vſqꝫ ad mare ⁊ deuorati ſunt qꝛ ſubmerſi i aquis in momento coram eo ac demum rex ait paueant habitantes vniuerſam terrā deum Danielis chriſtū ieſum qꝛ ipſe eſt liberator ⁊ ſaluator ſeruoꝝ ſuorum faciēs mirabilia in celo ⁊ in terra qd̄ ex eo patet qꝛ miraculoſe liberauit Danielē i ro pon de lacu leonū ꝑdictoꝝ. ¶ Moraliter babylonij demones ſignificāt. Daniel eſt vir iuſtus quem ꝑſequuntur vt damnetur Rex eſt ꝑlatus rectorum qui valde eū diligit ſed ꝑmittēte deo demones incitant multas tribulationes homi maloꝝ qui ſunt leones pſal' 21 cōtra virum iuſtum conſolatur ⁊ cōfortat eum ꝑdicator vel pater ſpiritualis cōfeſſor ⁊ tandē vincēs tentatione ꝑ patientiam liberatur a lacu leonū ⁊ babilonij damnantur ⁊c̄ ¶ Cantus gradualis Diſcerne cauſā meam ⁊c̄ ex pſal' 42 eſt vox roma pon ad deū clamantis vt diſcernat vl' ſeparet ipſum ab hac peſſima gente ſarracenoꝝ ⁊ ab illo homine iniquo ⁊ doloſo quē ipſi ſequūtur decepti Verſus Emitte lucem tuā ⁊c̄ ex eodem pſal' orat illuminari a deo ꝑ grām vt recte ſentiat in lege ſua ⁊c̄ ¶ Euangelium Ambulabat ieſus ⁊c̄. Joan 7 ad vanitate ⁊ malam vitā romanoꝝ pontificum illius etatis ꝑtinet quos arguit ⁊ tempus cōdigne punitionis eoꝝ exſpectat. habet tres partes In prima explicatur vanitas ꝑlatoꝝ. In ſecūda ibi dixit ergo eis ⁊c̄ apponit rephēſio eoꝝ In tertia ibi iudei ergo q̄rebant ⁊c̄ declaratur ꝑſecutio bonorum Ad ſenſum hiſtorie paſſiōis chriſti manifeſte hoc euangelium redarguit maliciam prelatorum veteris legis qui ſollicite q̄rebāt ieſum interficere/⁊ dicebāt vbi eſt ille ⁊c̄ Ad ſenſum vo hiſtorie 31 generatiōis eccle. redarguit

Tertia ps epiſtole

Moralitas

Graduale

Euangelij argumentum.

Prima ps euangelij

Prima ps euangelii. vanitatem platorum noue legis In illo inquit
tpore ambulabat ieſus i ordo monaſticus ſan
cti Benedicti ab Italia in Galliam quod ſonat
Galilea i traſmigratio nā ſarraceni Italia totā
depdantes monaſteriū a ſancto Benedicto ere
ctum in mōte Caſſino omo euerterūt. ⁊ alia mul
ta eiuſdē religiōis cenobia deſtruxerūt ideo ille
ordo no volebat in Judea i Italia (q̄ reſpondet
tribui Juda) ambulare quia no ſolum infideles
Sarraceni ſed etiā Judei i chriſtiani maxime ſa
cerdotes inuidetes q̄rebant eū interficere ꝑpter
tpōralia bona ſibi donata a dn̄is tēporalibus
erat autē in eccleſia dei in proximo i appropin
quabat iam dies feſtus iudeoꝝ i tempus deuo
tum chriſtianoꝝ ⁊ pacificū dictū ſcenophegia i
tabernaculoꝝ hoc eſt religionū mēdicantiu que
ſut q̄da tabernacula i domicilia exigua viatoꝝ
⁊ he religiones inceperūt poſt annū dn̄i 1200 a
quo tpore vſq; ad nos fuit maxia quies et pax
in eccl'ia dei q̄tum ad bella hereticorū q̄ ꝑturba
bant eccliam dei vnde ⁊ tale tempus dr̄ dies fe
ſtus chriſtianoꝝ qd̄ dicebat̄ appropinq̄re in hac
ge 31 qz deſiderabatur in fauorē ordinis mona
choꝝ q tunc erant q̄ſi deſpecti a mūdanis Dixe
runt autē ſacerdotes ſeculares fr̄es dicti ordinis
monachoꝝ in officio ſacerdotali ad eū vt ꝓuo
uerent monachos ad vanitates mūdanas traſi
hinc i exi a tua obſeruātia/ ⁊ vade in Judeam i.
p chriſtianitate ad p̄dicādū vt diſcipuli tui i de
uoti ſeculares ad tuā religionē videāt opera tua
bona i vitā ſanctam in publico nemo n ex ſecu
laribus in occulto aliquid boni facit ſed q̄rit in
pala eſſe propter honorē ⁊ gl'iam hominū ſi er
go tu religioſe hec facis i ſi vera ſūt ea q̄ de tua
ſanctitate dicuntur manifeſta teipſū mūdo ⁊ ha
bebis maiore honorē ab hoibus hoc dicebāt qz
erant vani ⁊ mūdani ſacerdotes/ ⁊ cōtemnebant
religioſos ideo nō credebāt in illū ordinē mona
Secūda ps euangelii. cho um q eſſet ſanct⁹ ⁊ bon⁹ Ergo qz rep̄henſi
biles erant dixit reſpōdēdo eis monaſticus ordo
ieſus i ſaluator aiarum tepus meū i mei fauo
ris in eccleſia dei nōdum aduenit. quouſq; orñā
tur q̄dā alie religiones/ ⁊ multiplicetur religioſi
tempus xo veſtrū i veſtri fauoris in rebus mun
danis ſemꝑ eſt paratū qz in omni tēpore p̄lati ⁊
ſacerdotes ſeculares habet magnos redditus ⁊
ſequuntur pompā huius mundi ideo nō poteſt
mūdus odiſſe vos qz ei eſtis cōformes me aute
odit q̄ſi pauperē ⁊ deſpectū qz ego in p̄dicatione
teſtimonium phibeo de illo dicēdo q opera ei⁹
mala ſunt vos ergo qui habetis nunc fauorem
mundanoꝝ aſcēdite ad die feſtū hunc i creſcite ⁊
ꝓſperamini in hac veſtra feſtiuitate ſiue ꝓſperi
tate mundana ego aūt pauper religioſus nunc
no aſcendam ad tale feſtum qz non eſt feſtū dei
ſed hominū ⁊ qz tempus meū i mee humiliatio
nis i eccleſia dei nōdum impletū eſt Hec itaq;
cum dixiſſet ordo ſancti Benedicti manſit p ali
quot annos in Galilea i tranſmigratiōe Gallia
rum ſeparat⁹ a curia romana p̄latoꝝ ⁊ ſacerdo
tum ſecularium. vt autem .i. poſtq̄ aſcederunt fra
tres eius .i. ꝓſperati ſunt nimis in honoribus et
dignitatibus eccleſie dei tunc impleto tempore
clericoꝝ aſcendit ⁊ ipſe ordo religioſoꝝ ad eaſdē
dignitates eccleſie ⁊ venit tempus feſti ſui q̄ndo
iam conſumabatur feſtum clericoꝝ. ⁊ aſcedit re
ligioſus ad p̄latias ⁊ dignitates nō manifeſte i.
p fauores ⁊ munera ſed quaſi in occulto i p hu
militatem ⁊ ſanctitate aſſumebatur ad honores
eccl'iaſticos Sed iſtud feſtum religioſoꝝ nōdum
venerat in hoc 31 ge imo erat adhuc feſtum cle Tertia ps euangelii.
ricorum q̄ in ſuo feſto q̄rebāt monachoꝝ ordine
ad pdēdum in tota Italia. ⁊ dicebāt vbi eſt ille
quare fugit a nobis/ vbi ſunt tot monaſteria ⁊ tā
ditat i que nuper apparebāt in Italia ⁊c̄ et erat
mur mur multū de eo in turba ſecularīū quidā
enim eoꝝ videntes bonā vitam religioſoꝝ dice
bant quia bon⁹ eſt iſte ordo alij autem decepti
a clericis ſecularib⁹ dicebāt nō eſt bon⁹ imo ſe
ducit turbas i populoꝝ p ſuā ypochriſim nemo
tñ eoꝝ q̄ laudabat ordine monachoꝝ palam lo
quebatur de illo in fauore ꝑpter metū p̄latoꝝ q̄
oppoſitā opinione ſeq̄bantur Patet ergo quan
ta erat paſſio eccleſie chriſtiane in etate illa nam
ex duob⁹ capitulis p̄cedentib⁹ coſtat paſſio p̄la
toꝝ ⁊ ſacerdotū ſecularium a ſarracenis in hoc
vero cap̄ paſſio religioſoꝝ a malis ſacerdotibus
ſecularibus contra quos hoc euāgelium ꝓceſſit
arguēdo vanitate eoꝝ ¶ Moraliter vero in hoc
euāgelio triplex feſtū denotat̄ .ſ. mūdanoꝝ/ viato Moralitas.
rum/ ⁊ beatoꝝ. ad primū nō venit chriſtus ad ſe
cundū venit ſed nō manifeſte ad tertiū venit ma
nifeſte de quo poſt hoc euāgeliū immediate ſe
quitur iam die feſto mediante aſcendit ieſus ⁊c̄
Mundani intendētes vanitati ꝑuertūt ordinē
qz de vigilia faciunt feſtum i in hac miſera vita
reputāt eſſe beatitudinem. cum tn̄ potius ſit nūc
tēpus lugendi ⁊ penitēdi q̄ gaudēdi ⁊ fruēdi bo
nis Matth 5 Beati q̄ lugēt ideo iuſto dei iudi
cio in alia vita nō habebūt feſtū ſed vigiliā ⁊ eſu
riem Luce 6 Ue vobis q̄ nunc ridetis qz flebi
tis ⁊ eſurietis ⁊c̄ Serui vero dei viatores exte
rius lugent/ ieiunāt/ ⁊ penitet licet interius in aia
gaudeāt ⁊ letentur in dn̄o pſal' 44 omnis glo
ria eius filie regum ab intus et apoſtolus gloria
noſtra hec eſt teſtimoniū cōſcientie noſtre Sancti
deniq; in patria tā interius q̄ exteri⁹ habebunt
gloriam i in corpore ⁊ anima dicente dn̄o Joan
nis 10 ingredietur et egredietur ⁊ paſcua inue Offertorium
niet ⁊c̄ ¶ Cantus offertorij Sperent in te oēs
⁊c̄ ex pſal' 9 eſt conſolatio religioſorum in tem
pore ſue humiliatiōis expectantium tamen tem
pus ſue exaltationis conformiter ad euāgelium
in quo dictum eſt tempus meū nondum adue
nit ⁊c ideo conſolantes ſe dicunt ſperet in te dn̄e
oēs boni religioſi q̄ nouerūt colere nome tuum
⁊ certitudo ſue ſpei fundatur in hoc qm nō dere
linquis ſemꝑ deiectos q̄rentes te p bona opera
Verſus Pſallite domino ⁊c̄ ex eodem pſalmo
excitat religioſos ad deuote agenda officia diui
na quoniam deus nō eſt oblitus orationes pau
perum religioſorū Secreta oratio Hoſtias tibi

domine ⁊c offert deo ſacrificiū orans ꝓ ieiunan
tibus vt ipſi conſolentur in ſua humiliatione et
certius ſperent ſuam ſpiritualem exaltationem
Commu nio ¶ Cōmunio Redime me de⁹ ⁊c ex pſal' 24 eſt
oratio eccleſie illius generatiōis 31 multas an
guſtias ſuſtinens a quibus erui optat Finalis
oratio Da queſum⁹ ⁊c eandem petitione appli
cat moraliter ad ieiunātes quatenus ex virtute
ſacramenti ſuſcepti recipiant gratiam dei ad be
ne pficiēdum ieiuniū quadrageſimale ⁊ poſtea
bene comunicandū in Paſchate recipiēdo tunc
dona celeſtia Super populum Libera dne que
ſumus ⁊c petit populi fidelis liberationem ab
hoſtib⁹ mentis et corporis vt valeat libere ſe ex
ercere in operibus ſanctitatis

## ¶ Caput quinquageſimū

ſeptimū de feria quarta ad trigeſi ſecunda ge
nerationeem eccleſie pertinente atq3 peccatores
exprobrante

Argumētū officij ab anno christi 930 vſq3 960.


Rigeſimaſecun
da generatio eccleſie chriſtia
ne peracta eſt ſub Romanis
pōtificibus Joanne/Leone/
Stephano/Martino/Aga
pito/⁊ Joanne atq3 impera
toribus Berengario/Lotha
rio/Beregarioq ⁊ Alberto. q̄ tēpore et romani pō
tifices de ſciſmate et impatores de tyrānide fue
rūt valde rephenſibiles Nam Leo octauus cū
duobus alijs ſucceſſiue in ſciſmate fuit cū enim
Joānes duodecimus eſſet valde lubricus ⁊ in
famis cardinales fauore Othonis regis Germa
nie(q̄ poſtea in imperatore fuit aſſumpt⁹) Joan
nem depoſuerūt/ et Leonē iſtum elegerunt ſed
recedete Othone rege amici Joānis ipſum reſti
tuerūt eiecto Leone tādē vero Joāne i adulterio
dephenſo ⁊ occiſo a marito adultere amici eius
cardinales quedā aliū Benedictū loco Joānis
elegerūt q̄re alij cardinales iterū vocātes Otho
ne eiecto Benedicto ⁊ in exiliū defuncto Leonē
reſtituerūt q̄ etiā dubia morte ſublat⁹ eſt alij ve
ro pon illius etatis exceptis Martino ⁊ Agapi
to idigni fuere tāto pōtificatu. Imperatores etiā
plures ſimul exiſtetes ⁊ diuerſas imperij partes
occupātes mutuis ſe cedib⁹ lacerabāt/⁊ totā chri
ſtianitatē pturbabāt Nam Henricus rex Saxo
num imperabat in Germania. ⁊ inuaſit Berega
rium imperantē in Italia. Lotarius vero rex Frā
cie ibidem imperabat ⁊ alijs reſiſtebat Alter ve
ro Berengarius cū Alberto filio ſuo poſt mortē
Lotarij vxore ei⁹ Aliūda incarcerata et imperio
vſurpato Italos nimiū oneribꝰ ⁊ vectigalibꝰ ꝓ
mebat quare neceſſitate cōpulſi aduocarūt ꝯtra
eum Othonē Herici filium ⁊ Germanie regē q̄
Berengariū cū Alberto filio ei⁹ a regno Italie
eiecit ⁊ in exilio perire fecit Inter multas tn̄ ad
uerſitates hoc habuit bonū etas illa. q̄ edificato
in Burgūdia Cluniacēſi monaſterio Odo Ada
mar⁹/⁊ Manolus abbates ſctiſſimi ordinis ſancti
Benedicti iā pene lapſū/ ⁊ feruorē religiōis ſemi
mortuū ſuſcitarūt atq3 Odo cāturarienſ/⁊ Bru
no colonienſis antiſtites ſancti claruerūt Hanc
itaq3 tēporis qualitatem inſinuans hodiernum
officiū in ſue miſſe introitu ſ Liberator me⁹ de. Introitꝰ miſſe.
⁊c ex pſl' 17 introducit ⁊ chriſtū verum/et myſti
cum/atq3 etiā ordinē monaſticū inuocātē deum
in ſuum adiutoriū cōtra ſuos pſecutores fideles
de quib⁹ magis conq̄ritur q̄ de infidelibus nā
iſti bona corporalia auferebāt/illi bona ſpūalia
vt deuotione ⁊ religionē q̄ ſunt maioris precij ⁊
confidit ſe ab eis liberari p dei gratia/ atq3 poſt
modū exaltari Verſus Diligam te dñe ⁊c prin
cipiū eiuſdē pſalmi allegat cauſas ſue cōfiden
tie in dei adiutorio q2 expt⁹ e cum alias ſuum
firmamētum et ⁊ refugiū in aduerſitatibus Ora Oratio.
tio Sanctificato hoc ieiunio ⁊c applicat morali
ter ad ieiunantes petitq3 eis illuſtratione cordiū
vt deuote ieiunēt ⁊ benigne exaudiantur in ſuis
orationibus ¶ Epiſtola Locutus eſt dominus
⁊c Leuit 19 arguit grauiſſima peccata p̄dictorū Epiſtole argumentum.
pſecutorum chriſti triplicis adducendo cōtra eos
lege dei talia peccata ꝓhibentem Et habet tres
partes Prima ꝓhibet peccata locutionis. Se
cunda ibi non facies calumniā peccata opera
tionis Tertia ibi nō eris criminator. ⁊c peccata
cordis talia enim peccatorū genera erant in iu
deis chriſtum pſequētib⁹ et in romanis pon ac
imperatoribus eccl'iam ⁊ religionē ſcandalizan
tibus In diebus itaq3 illis 32 ge locut⁹ eſt dñs Prima pars epiſtole.
p inſpirationē ad Moiſen i religioſum deuotū
aſſumptū a ſeculo dicēs loquere in p̄dicatione
tua cōtra peccatores ⁊ dices p̄cipuis filijs Iſrael
i chriſti q̄ ſunt romani pontifices ac imperato
res ego qui p̄cipio iſta p̄dicari ſum dñs de⁹ ve
ſter cuius eccleſiam accepiſtis gubernandā ideo
p̄cipio vobis non facietis furtum aut rapinam
ideſt non eritis tyranni in populos vobis ſubie
ctos non mētiemini. i non fingetis vos eſſe bo
nos pōtifices aut imperatores quantum ad ex
teriorem habitum ⁊ apparatum. cum reuera ſi
tis mali non decipiat vnuſquiſq3 veſtrum proxi
mum ſuum ad conſequēdum talem ſtatum per
verba deceptoria/que ꝓmittant bonum regimē
futurum non piurabis in nomine meo i nō frā
ges iuramenta p̄ſtita ꝓximis in nomine meo
nec pollues nomē i famam dei tui p malam vi
tam tuam ex qua infideles arguant te nō habe
re bonum deum ego enim ſum dominus vin
dex horum peccatorū ſi ea cōmiſeritis Item non Scda ps epiſtole
facies calumniam proximo tuo tibi ſubdito im
ponendo ei falſa crimina nec vi. i tyrannide op
primes eum non morabitur apud te i. non detī
neas opus meritorium mercenarij itaq3 nō red
das ei mercedē ſui laboris vſq3 mane i aliā vi
tam. q̄ d non neges dignitates ⁊ honores his q̄
merentur eas cum ſint homines virtuoſi nō ma
ledices ſurdo i. inobedienti ſubdito hoc ē nō diffa
mes vel publices eū ſed benigne corrige nec co
rā ceco i ignorāte ſimplici pones offēdiculū ſeu
ſcandalū tue male vite ſed in hoc timebis dñm

deum tuū.i.cauebis talia propter timorē dei ego
eñ ſum dñs deus tuus qui poſſum te punire ꝑ
talibus delictis . non facies cum ꝓximo tuo qḋ
iniquum eſt.i.iniuſtā cōtractationem qualis eſſe
ſolet inter priuatas perſonas nec iniuſte iudica-
bis.i. ſententiabis in iudicio qḋ duobus modis
cōtingere poteſt primo non conſideres perſonā
pauperis delectā ⁊ ꝓpterea nō agas cōtra eam
Scḋo non honores vultū potētis ⁊ ꝓpterea fa-
ueas ei in iudicio ſed iuſte iudica proximo tuo
Tertia ps epiſtole. quicūq; ille fuerit. Inſup nō eris criminator i ac-
cuſator vel inuētor criminū nec ſuſurro i reporta
tor dictoꝝ ab vno ad aliū in populis fideliū non
ſtabis pertinax in malicia cōtra ſanguinē i. vitā
proximi tui ꝓcurando mortē eius ego ſum dñs
vite ⁊ mortis hoīm non tu non oderis fratrē tuū
in corde tuo cum apparētia exteriore dilectionis
eius. ſed potius ſi habes odiū contra eū: publice
exterius argue eum ne habeas peccatū ꝓditio-
nis ſup illum non queres vltionē de tuis inimi-
cis nec memor eris ad vindictā iniurie ciuium
tuoꝝ tibi facte ſed relinques deo cauſam tuā. di-
liges amicum tuū religioſum bonū qui orat pro
te ſicut teipſum nam ſacerdotes ſeculares ⁊ reli
gioſi fratres eſtis / ⁊ fraternaliter vos debetis di-
ligere non odio habere Aduertite ergo pōtifices
et imperatores. quia ego ſum dñs vniuerſe terre
rex ⁊ ſacerdos ſuper oēs hoīes ideo leges meas
predictas cuſtodite alioquin ego ſum dñs deus
veſter q̇ potero vos punire tanq̄ malos ſeruos
Applicādo hanc epiſtolam ad ieiunātes ſenſus
Gradale litteralis parū differt a ſenſu morali ¶ Cantus
gradualis Exaltabo te dñe ⁊c. ex pſal. 29 eſt gra
tiarūactio eccl'ie / vel religionis de ſua preſeruatio
ne a perſecutione maloꝝ qui non potuerūt pre
ualere ei Verſus Dñe deus meus ⁊c. ex eodem
pſal' gaudet ſe exauditā in ſuis orationibus quā-
do clamabat ad deum in tribulatione quia libe-
rata eſt ab omni periculo infidelium perſequen
tium quoꝝ exercitū vocat infernū ⁊ lacum ideo
confidit ſimiliter ſe liberandā a perſecutione ma
Euāgeliū argumentum lorum fideliū. ¶ Euāgelium Facta ſunt encenia
⁊c. Joānis 10 ſpecialiter agit cōtra prelatos ⁊ cle
ricos ſeculares qui religioſis erant infeſti / ⁊ inſi-
dioſi maxime i Italia Habet tres partes In pri
ma ponitur malicioſa interrogatio. In ſecunda
ibi ſuſtulerūt lapides ⁊c additur iniurioſa inſul-
tatio In tertia ibi ſi non facio opera ⁊c cōcludit
Prima ps euāgelij ſancte religionis examinatio In illo itaq; tēpo-
re 32 geñ eccleſie facta ſunt encenia i dedicatio-
nes monaſteriorum in Hieruſalē i eccleſia dei
licet tūc apud ſeculares eſſet hyems i frigiditas
charitatis et fidei et ambulabat Jeſus i ordo
monaſticus per obſeruantias religionis in tem-
plo dei adorando et laudando ipſum die ac no-
cte in porticu Salomonis i pacifici ſtatus ſepa-
rādo ſe a tumultib⁹ ſeculi. Hūc religioſoꝝ pacē ⁊
vitā bonā egre ferentes iudei.i. perſecutores hu-
ius chriſti ſacerdotes ſeculares circundederunt
eum multis dolis et inter cetera dicebāt ei frau
dulenter: quouſq; aīam.i. deuotionē noſtrā tol-
lis i. ſuſpendis hoc eſt nō teneas nos tandiu ſuſ
penſos tua humilitate ſi tu es chriſt⁹.i. ſtatus ille
ſanctus promiſſus eccl'ie dei circa finem mundi
(cui eſt tradenda eccl'ie gubernatio dicete Danie
le q regnū qḋ eſt ſubter omne celū dabitur po-
pulo ſanctoꝝ ⁊c )ſi inq̄ tu es ille ſtat⁹ dic nobis
palam et faciem⁹ tibi illū honorem qui debetur
tibi hoc malicioſe ⁊ deriſorie dicebat q; videbat
illū ſtatū tūc hūilē ⁊ delectū atq; indignū honore
prelationis ſeu regiminis eccl'ie dei. Sed reſpō-
dit eis ordo monaſticus ego loquor vobis veri-
tates multas in ſermonib⁹ meis ⁊ nō creditis cū
effectu operis. ideo etiā non credentis mihi de me
loquenti in re vobis odioſa verūtamen opera q̄
ego facio in nomine patris mei i conformia legi
dei / ⁊ ex inſpiratione eius tanq̄ patris illa teſti-
moniū peribet de me ſi ego ſim ille ſtat⁹ de quo
queritis q d ex meo modo viuēdi poſſet quilibet
diſcretus argumētari ad partē affirmatiuā hui⁹
q̄ſtionis. q; iſte eſt ſtat⁹ magne perfectiōis in vita
morali Sed vos pleni malicia nō creditis hoc
de me: et ratio eſt q; non eſtis ex ouib⁹ meis viris
religioſis qui liberi ab omni praua affectiōe poſ
ſunt veritatē cognoſcere. nam oues mee predicte
vocē meam i. mandatū ⁊ conſilium bonū audiūt
et ſequuntur me docentē et hoc dico q; ego co-
gnoſco eas quales ſint. et vitam eternam i ſpiri
tualem do eis in religione. qua obſeruata nō pe
ribunt ineternū nec rapiet eas quiſq̄ mal⁹ tēta-
tor de manu mea propter gratiā mihi datā a deo
nam ipſe pater meus qḋ dedit mihi mun⁹ gratie
mai⁹ eſt oibus bonis hui⁹ vite ſed nemo poteſt
oues rapere de manu patris mei q; eſt de⁹ om-
nipotes cōtra quē null⁹ poteſt ꝑualere ergo nec
potent rapere eas de manu mea q; ego ⁊ pr̄ vnū
ſum⁹ per grām ſicut chriſt⁹ dixit Joānis 17 vel
vnū ſum⁹ in volūtate q; vnū ⁊ idē volum⁹ Hāc Scḋa ps euāgelij.
reſpōſionē audiētes clerici ſeculares ſuſtulerunt
lapides iniuriarū vt ordine monaſticū lapidarēt
infamando quem prius ficte laudauerāt Ad q̄s
oēs iniurias ipſe reſpōdit oſtendes eas iniuſtas
ideo ait multa bona opera virtutū ⁊ miraculoꝝ
oſtendi vobis et feci in populo veſtro cōceſſa mi
hi a patri meo celeſti quero ergo propter quod
eorum me lapidatis tanq̄ ingrati cum poti⁹ de-
beretis mihi gratias agere ac referre Reſpon-
derunt illi dicentes q non eſſent ingrati / nec de
bono opere monachos vituperabāt ſed de blaſ-
femia qua ſe ſanctos aſſerebant cū tamē eſſent
hoīes peccatores ideo prelato monachorū dice-
bāt tu homo cū ſis ſubiect⁹ infirmitati ſicut qui-
libet noſtrū facis i predicas te ipſum quaſi deū
in terris ad quos ille reſpondit nonne ſcriptum e
in lege veſtra i vobis cōmiſſa ad predicādū ⁊ mi
niſtrandum dum loquitur de ſeruis dei etiā hoi-
bus infirmis. pſal' 81 quia ego dixi dij eſtis ⁊ filij
excelſi ⁊c ſi ergo fideles ſeculares ad quos ſer-
mo dei fact⁹ eſt per ſuos p̄latos vocat deos et nō
poteſt ſolui i. deficere ſeu mētiri ſacra ſcriptura
quare vos dicitis q blaſfemat ordo monaſticus:
quē pater celeſtis ſanctificauit.i. cōſecrauit ſibi et

miſit in mūdum ad reformandos mores fideliū
in eccl'is dei ſi ille dicat ego ſum filius dei p ſpe
cialem quādam adoptionem vltra alios fideles
cum re vera ipſe faciat talia opera que declarāt
Tertia ps euāgelij ipſum eſſe filiū dei chariſſimū Ideo concludes
ordo monaſticus ait ſi ego nō facio opa pcepto-
rum/ꝛ cōſilioꝝ dei patris mei nolite mihi crede
re dicēti ꝙ ſim filius dei ſi ſūt facio ea vt oibus
eſt notiſſimū dato ꝙ verbis meis non credatis
ſaltē operibus meis credite nam ex eis poteri-
tis facile cognoſcere/ac perinde credere ꝙ pater
celeſtis eſt in me p illapſum ſpecialis gratie ſue
et ego ſum in eo per conformitate volūtatis ꝛ vi-
te virtuoſe Quid vero hoc euangelium pretēdat
circa paſſionē chriſti planū eſt coformiter ad epi
ſtolam qꝛ declarat maliciam iudeoꝝ querentium
occaſione ad perdēdū ipſum modo p ſimulatio-
Moralitas. nē deceptoriā/modo p apertā inuaſione ¶Mo-
raliter vero in hoc tēpore ſancte quadrageſime
fiunt encenia i innouationes hoim in eccl'ia dei
per ſacrameta chriſti ſed mundani ꝛ peccatores
renitūtur prelato ꝛ predicatori/et lapidat eū ver-
bis iniurioſis quib⁹ ipſe reſpōdens allegat ope-
ra bona penitētiū/et laudat humiles fideles vo
cās eos filios dei ad quos ſermo dei eſt factus
vtiliter in tota quadrageſima malos vero dicit
non eſſe oues dei ſed diaboli tāde cōcludit hoc
ſuū miniſteriū eſſe a deo ex quo per opa cogno-
Offertorium ſci poteſt ꝙ deus eſt in eo ꝛ ipſe in deo ꝛc̄ ¶Cā-
tus offertorij Eripe me de inimicis ꝛc̄ pſal' 58
eſt vox ſtatus monachalis cōmendantis ſe deo
vt liberet ipſum ab inimicis inſurgētibus cōtra
eum i a ſacerdotibus ſecularibus ſicut olim fuit
vox chriſti contra iudeos ꝛ modo eſt vox eccleſie
cōtra malos chriſtianos ꝛ tyrānos Secreta ora-
tio Annue miſericors deus ꝛc̄ offert deo hoſtias
euchariſtie pro liberatione ieiunātium ꝛ peniten
Cōio. tium ab hoſtibus ſpūalibus ¶Cōmunio Laua
bo inter innocentes ꝛc̄ pſal' 25 eſt gratiarūactio
monaſtici ordinis de ſua purificatione a mūda-
nis delictis/ꝛ dedicatione ad diuinū cultū in al-
tari/ ꝛ in choro ad decantādum mirabilia opera
dei Finalis oratio Celeſtis doni ꝛc̄ applicat mo
raliter gratiarūactionem ad ieiunātes pro quib⁹
hoc euchariſtie ſacramētum oblatum et receptū
eſt Super populū Protegat queſum⁹ dn̄e ꝛc̄
cōmendat totum populum fidelium diuine pro-
tectioni vt p bonum regimen huius vite traſeat
ad celeſtem patriam beatorum perpetuam

# ¶Caput quinquageſimū

octauū de feria quinta pro trigeſimatertia gene
Argumētū officij Ab anno chri 960 vſq 990. ratione eccl'e ꝛ pro ſeſto exercitio quadrageſime



Rigeſimatertia
generatio eccleſie chriſtiane
fluxit ſub Romanis pō Be
nedicto/Leone/Joāne/Be-
nedicto/Bonifacio/Benedi
cto/ꝛ triplici Joāne Imperā
tibus tūc Othone primo ſe-
cundo ꝛ tertio In qua etate ſanctitas romanos
pontifices deſerēs ad imperatores tranſijt eo ꝙ
nihil fere laude dignū tunc pape egerūt quādo
imperatores pro eccl'ia Romana ꝛ contra ſarra-
cenos ꝛ cōtra tyrānos ſtrenue dimicauerūt Nā
electis ab imperio Gallis inquietis/ac Longo-
bardis ſuperbis Otho prim⁹ almanus impera
uit ſolus plenus virtutibus ꝛ zelo dei/ ac ſancte
Romane ſedis vt in preceden caplo dictum eſt
cui ſucceſſere filius et nepos paterni nois ſimul
et pbitatis heredes propterea meruerunt vt im
periū apud Germanos confirmaret vſq ad fine
ſeculi vt dicetur in caplo ſequenti Religio vero
ſancti Benedicti tūc temporis ab Italia electa/
atq in Gallia reformata cotinue creſcebat ſicut
ecōtra ſtatus ſacerdotū ſecularium deformatus
continue deficiebat maxime in curia Romana.
Quare deuoti religioſi ꝛ alij fideles ſimplices hec
mala videtes ꝛ quaſi in camino ignis ardentes
cum pueris Babylonis clamare cogebantur ad
deum dicentes id quod in huius miſſe introitu Introitꝰ
proponit ex tertio caplo Danielis ſ Oia que fe- miſſe.
ciſti nobis dn̄e ꝛc̄ et loquitur eccleſia vel religio
de malis que deus tūc permiſit cōtra eos pp̄ter
peccata ſua oia inquit mala penalia que feciſti
nobis dn̄e in vero iudicio feciſti i vtēs officio bo
ni iudicis qui caſtiget delinquētes qꝛ pro certo
peccauimus tibi et pro i mādatis tuis nō obedi
uimus quare nimirū ſi malos prelatos ꝛ ſacer-
dotes pphanos dederis nobis ad noſtrā puni-
tionem/perſecutione/ꝛ ſcādalum Sed licet nos
hec mala demereamur oram⁹ te dn̄e vt auertas
ea a tua eccl'ia quia hoc pertinet ad gloriā tuā
ne infideles deſpiciant te ꝛ ſeruos tuos da ergo
gloriā nomini tuo i oſtende te deū glorioſum in
gētibus faciēdo nobiſcū ſcd'm multitudinē miſe-
ricordie tue Verſus Magnus dn̄s ꝛc̄. pſal' 47
allegat rationē quare hoc poſſit facere qꝛ re vera
ipſe eſt magnus in ſua virtute/ et laudabilis ni-
mis in oibus factis ſuis que fecit in ciuitate ſan
cta Hieruſale que eſt eccl'ia dei ꝛ in mōte ſancto
eius qui eſt populus excelſus/vel potius Otho
imperator ſublimis quē deus ſuſcitauit ad repa-
randū multa in eccl'ia dei que alias ierāt deordi
nata Oratio Concede nobis ꝛc̄ applicat predi- Oratio
ctam petitionē moraliter ad ieiunātes vt et ipſi
qui iuſte pro peccatis ſuis affligunt miſericordi-
ter a deo adiuuētur ꝛc̄ ¶Epiſtola Orauit Da Epl'e ar
niel/vel Azarias ad dn̄m ꝛc̄ ex eode 3 caplo Da gumētū.
nielis addit aliā plixiorem oratōnē predictorū
religioſorū/ꝛ ſimplicium fideliū ſup diſſip tione
morū in eccl'ia illius tēporis que peior erat quā
diſſipatio ciuitatis Hieruſalē in tpore Babylo-
nice captiuitatis iudeoꝝ de qua ad litterā loque
batur Azarias exiſtēs in fornace ignis ardētis
Et habet tres partes Nam primo orās allegat
ſanctorū patrum merita precedētia Scd'o ibi qꝛ
dn̄e imminuti ꝛc̄ addit filioꝝ delinquentium ma-
la preſentia Tertio ibi ꝛ nūc dn̄e ſequimur te ꝛc̄
exoratur in futurū diuina clementia In diebus Prima
itaq illis 33 geñ. orauit Daniel i iudiciū dei/vel ꝑs eplē.

Azarias .i. auxilium dei (diſcrepāt em̄ in hoc vo-
cabulo liber Romanus ⁊ Toletanus ſed nimi-
rum q² textus huius epiſtole non eſt de canone
hebreoꝝ ſed beatus Hieronymus dicit ſe illum
addidiſſe ex trāſlatione Theodotionis ideo po-
teſt eſſe Daniel/vel Azarias)⁊ vtrūq nomen cō-
ſonat orationi que de iudicio flagellationis fide-
lium loquit/⁊ auxiliū dei implorat Orauit itaq
populus dei ſub iudicio eius poſitus dicens ad
dnm verba miſericordiā eius exorantia. dñe inqt
deus noſter oramus te ne trades nos in manus
aduerſarioꝝ in perpetuum .i. longo tēpore ꝓpter
nomē .i. famā tuā ne pereat ex memoria hoim et
oramus ne diſſipes teſtametum tuū nouū quod
eſt lex euāgelica que malis moribus eccliaſtico-
rum videt diſſipata neq auferas a nobis miſe-
ricordia tuā multo tēpore ⁊ hoc audemus petere
propter merita ſanctoꝝ patrum noſtroꝝ qui fue-
rūt tibi acceptiſſimi nam ſanctus Petrus ⁊ alij
apoſtoli ſucceſſerūt in locū patriarcharum iuxta
illud pſal' 44 pro patribus tuis nati ſunt tibi fi
lij ⁊c̄ ſimiliter ſanctus Benedictus/ Maurus/et
alij inſtitutores religionū fuerūt Abrahā/Iſaac/
et Jacob in officio propter ergo eorum merita te
oramus dñe vt facias nobiſcū tuā miſericordiā
quibus pollicitus es ꝙ multiplicares ſemē eoꝝ
.i. ſucceſſores ſuos ⁊ diſcipulos in religione/ac ſi
de ſicut ſtellas celi que ſunt fixe ⁊ incorruptibi-
les et ſicut arenā que eſt in littore maris que eſt
penitētie ac religionis ſignificatiua eo ꝙ habeat
virtute reſtrictiuam / purificatiuā/dulcoratiuā/et
tu nobis repreſſiuam. Hoc ſanctoꝝ patrū ſemen
ſum⁹ nos pauperes religioſi et alij ſimplices fi-
deles ſeculares oramus ergo ne permittas nos
Secūda pars epſe — ſic diſſipari Quia ſi hec eccl'ie deformatio multū
durat diſſipabimur oīno nā hodie imminuti ſu-
mus .i. pauci facti pluſq̄ oēs alie gentes infide-
les ⁊ hoies ſeculares ſumuſq humiles .i. deſpe-
cti in vniuerſa terra ꝓpter peccata noſtra ⁊ non
eſt in hoc tempore princeps bonus .i. prelatus in
ecclia/neq propheta .i. doctor legis dei/neq dux
exercitus dei cōtra infideles/neq holocauſtū re
ligionis/neq oblatio apud ſeculares que ſit deo
accepta/neq locus primitiarū .i. doctrina iuuenū
qui tibi offerātur vt aliquibus iſtoꝝ placātes irā
tua poſſimus inuenire miſericordiā tuā ad nos
ſolum ergo venimus ad te nos pauci ⁊ humiles
in animo cōtrito ⁊ ſpiritu humiliato ideo oram⁹
vt ſuſcipiamur .i. exaudiamur a te ita bene ſicut
ſi veniremus cū holocauſtis .i. ſeruitijs multorum
arietū .i. prelatoꝝ bonorum / aut taurorū .i. princi
pū ſeculariū/⁊ ſicut in milibus agnoꝝ pinguiū .i.
ſimplicium deuotoꝝ qui tibi fideliter deſeruiret
q d licet nos oratores tui ſimus pauci/⁊ paupe-
res ac deiecti ita exaudiamur a te ſicut ſi veni-
remus cum multis ⁊ magnis prelatis et princi-
pibus bonis qui tibi bene ſeruierint ⁊ ſic fiat hoc
noſtrū pauperculū ſacrificiū quod in altari et in
choro offerim⁹ vt placeat in cōſpectu tuo ex quo
certi ſumus ꝙ apud te non eſt cōfuſio .i. denega
tio petitionis cōfidentibus in te ſed omnes tales
exaudiuntur a te Quia ergo nos nūc ſequimur — Tertia ps epiſtole.
te in toto corde ⁊ ſequemur deinceps ⁊ timemus
te/⁊ in noſtris neceſſitatib⁹ querimus faciem tuā
nō fauores hoiū ideo oram⁹ ne confundas nos
denegando nobis petitionem ſed fac nobiſcum
iuxta māſuetudinem tua non iuxta iram vt mo
do et ſecundum multitudinem miſericordie tue
erue nos ab his malis preſentibus in mirabili-
bus tuis .i. miraculoſe ⁊ ſic dabis gloriam nomi-
ni tuo apud infideles ⁊ perfidos homines Con-
fundantur ergo qui oſtendunt ſeruis tuis mala
vt ſarraceni/mali ꝓlati/ et alij tyranni hoc eſt con
fundantur in potētia ſua quia male vtuntur ea
et robur eorum conteratur quia perſequunt bo-
nos/ſimplices/et religioſos et ſic humiliati ſciet
q² tu ſolus es dominus deus ⁊ glorioſus ſuper
omnē terram qui per ſpecialem cultum es do-
min⁹ de⁹ noſter Facit vero hec epla ad myſteriū
paſſionis chriſti ſicut ⁊ introitus ſi introducatur
cet⁹ apoſtoloꝝ orās eo tempore quo chriſtus iā
non palam ambulabat in iudea ⁊ principes ſa-
cerdotū tractabat de morte eius ⁊c̄ poteſt dici ꝙ
epiſtola ſignificat ꝙ merito paſſiōis chriſti regnū
carnale iudeorū deletū eſt ⁊ regnū ſpūale chriſti
anorū fundatū in ſacrificijs ſpiritualib⁹ Morali
ter Azarias eſt bon⁹ ꝓlat⁹/ vel ieiunātiū popl'us
qui orat liberari ab inimicis ſpūalibus q querūt
eos deducere in peccata preterita ⁊c̄ ¶ Cantus — Graduale
gradualis tollite hoſtias ⁊c̄ pſal 28 exortatio eſt
dei ad populū orantem que incitat eos ad conti
nuandū opera diuini cult⁹ in eccl'ia dei vt inue-
niāt ei⁹ miſericordiā Verſus Reuelabit dns ⁊c̄
ex eode pſal 28 dat ſpē orantib⁹ vt aliquādo im
petrent a deo quod petunt q² deus aliquando
reuelabit .i. clarificabit ⁊ ſerenabit hec condēſa .i.
nubiloſa tempora ⁊ conuertet malos ad ſe ⁊ tūc
in templo eius omnes dicent gloriam deo ſerui- — Euāgeliū
entes ei ¶ Euangeliū romanum. Rogabat ie- — argumen
ſum quidā phariſeus ⁊c̄ Luce 7 penitentiam — tum.
marie Magdalene inducit in exemplum deuo-
torū ad optinendum miſericordiam a deo vt ſi-
cut ipſa ſe obtulit deo in ſacrificium ita ⁊ illi offe
rant deo ſpirituales hoſtias de quibus in gra-
duali dictū eſt et habet tres partes in prima nar
ratur humilium conuerſio ad religionem In ſe
cūda ibi videns aute phariſe⁹ ⁊c̄ opponitur ſecu-
larium murmuratio ad oſtetatione In tertia ibi
et conuerſus ad muliere ⁊c̄ adaptatur ſublimiū — Prima
reprehenſio ad hedificatione Nam in tēpore illo — ps euan-
ge 33 eccleſie quidā popul⁹ phariſeus .i. diuiſus — gelij
ab alijs ex ſua meliore abſeruācia legis euāgeli
ce .i. eccl'ia gallicana que aliarū oīm dicit chriſti
aniſſima ille inq̄ populus rogabat ieſum .i. ſta
tum monachorum ab italia electum vt mandu
caret cum eo .i. ſuſtentaret in terra ſua et ille libē
ter ingreſſus domum .i. regionem gallorum diſ
cubuit .i. ſedit quiete in ea fabricatis ibi multis
cenobijs monachorum et ecce mulier .i. plebs
ſimplex que erat in ciuitate peccatrix vt cogno-
uit religionis ſanctitatem deuote acceſſit ad
eam vt ibidem per penitentiam purificaretur a

peccatis ſuis et attulit ſecum alabaſtrum i vas
vnguẽti ſpiritualis que eſt deuotio qua linitur ira
dei attulit ergo animã plenam deuotione/ac de
uota oratione ⁊ ſtans retro i poſt prelatum ſedit
per humilitatẽ ⁊ obedientiam ſecus pedes eius ⁊
petens veniam delictoꝝ cepit rigare pedes eius
lachrimis penitetie ⁊ contritionis ⁊ capillis capi
tis ſui depoſitis tergebat i mũdabat animã ſuã
a imũdanis cogitationibus que ſignificabantur
per capillos ⁊ oſculabatur pedes eius per obe
dientiam ⁊ vngueto deuotionis vngebat i linie=
bat/ac placabat deũ hec eñ ſunt officia nouicio=
rum ad religione cõuerſorũ i deuotos ſe oſtede=
re ad deum/humiles ad prelatũ/et penitetes ad
Scd'a ps euãgelij ſeipſum Videntes aũt prelati ⁊ ſacerdotes ſecu/
lares ꝙ religio ſancti Benedicti nimis augeba=
tur tam in numero perſonarũ ꝗ etiã in accumu
latione redituũ ⁊ bonorum tẽporalium ceperũt
ei inuidere in Gallia ſicut alij fecerant in Italia
videns itaq; phariſeus ille gallicus qui predictũ
ordinem ſancti Benedicti inuitauerat i benigne
receperat in patria ſua ꝙ multi quotidie pecca
tores cõuertebãtur ad religione illã cepit dicere
intra ſe i clam inter ſeipſos loquebantur in abſen=
tia religioſorũ hic ordo monachoꝝ ſi eſſet ꝓphe=
ta i vere bonus ⁊ ſanctus interius ſicut ſe oſtedit
exterius ſciret bene aut ſcire deberet que ⁊ qua=
lis eſt q̄ peccatrix mulier i plebs que tãgit eum
veniens ad cõmorandũ cum eo intra monaſteriũ
et deberet euitare cõſortia talium hominũ pecca=
torum ne inquinaretur ab eis ⁊ quia non euitat
non eſt ꝑfecto ſanctus hoc dicebant volẽtes de/
trahere religioni ne haberetur a ſuis in tãta de=
uotione propter quã paſſim conuertebantur ad
eam Ad hanc calũniam reſpõdens prelatus re=
ligionis dixit ad clerũ o ſimon i poſitus aut pre
paratus ſeu pinguedo vel oleum quia poſitus
es a deo ad regedum populũ in pinguedine de=
uotionis/⁊ oleo ſacramentorum o ſimon habeo
tibi aliquid dicere i interrogare vt ex tua reſpon
ſione appareat calũnia tua iniuſta queſtio eſt ſi
duo debitores eſſent alicui feneratori qui mutua
uerat eis pecunias vꝫ vni eoꝝ denarios 500 ⁊
alteri 50 ⁊ non poſſent ei ſoluere pre paupertate
te et ille miſericorditer donaret / ſeu dimitteret
vtriq; eoꝝ debitum quero a te quis horum duo
rum teneretur donãtem plus diligere ratione hu
ius beneficij' Reſpondens clerus ait eſtimo ꝙ
ille cui plus donauit q̄ ei fecit maius beneficiũ
ad quem religioſus dixit vere et recte iudicaſti
reſpondẽdo ad queſtionem ex qua ſolutione ſe
quitur manifeſte ꝙ religioſi recipiẽtes peccato=
res ad religionẽ non male agũt/nec ſunt minus
ſancti ꝗ ſi eos non reciperet imo magis nam ſi
duos debitores i peccatores coram deo intellige
mus religioſos ⁊ ſeculares oẽs eñ peccauerunt
et facti ſunt debitores deo ⁊ quia religioſi ex ma
gnis peccatoribus cõgregantur ſacerdotes vero ſe=
culares ex paruis peccatoribꝰ ad ordines aſſum
pti q̄ boni prelati non recipiũt ad ordines homines
malos et notorie infamatos ſed religioſi tales

bene recipiunt ad religionẽ vtriq; tamen pecca=
tores aſſumuntur ad ſacerdotium ⁊ religione vt
peniteant preterite vite ſue male/et conſequantur
veniam delictoꝝ a deo quod eſt deũ eis dimitte
re debita ſua vt patet in oratione dnica religioſi
ergo tenẽtur plus deũ diligere ꝗ ſacerdotes ſe=
culares ⁊ de facto ita eſt ꝙ ipſi plus deũ diligũt
ac perinde magis ſancti ſunt ⁊ recipiẽdo pecca
tores ad religione ꝓmouent eos ad maiorẽ ſan
ctitatẽ ꝗ ſi aſſumeretur ad ſtatũ clericoꝝ Appli Tertia ps euãgelij
cãdo aũt ad mulierẽ i plebem peccatricẽ de qua
murmuraſti ꝙ non debuit aſſumi ad religionem
dico tibi ꝙ ipſa eſt effecta iam ſanctior et deuo=
tior te nam ego cum primũ intraui hanc regionẽ
tua non recepi a te opera tãte charitatis ſicut ab
ipſa aquã eñ refrigerij ⁊ conſolationis ſeu elee
moſine pedibus meis i pauperibꝰ religioſis nõ
dediſti hec aũt plebs laicoꝝ lachrymis deuotio
nis cõmota lauit pedes meos predictos quia ca
pillis i ſuperfluis bonis ſuis terſit i mũdauit eos
a miſeria deinde oſculum pacis ⁊ amicitie bone
mihi nõ dediſti ſed potius cõtra me ſepius mur/
muraſti hec aũt plebs ex quo intraui hãc regio=
nem non ceſſauit oſculari i amicabiliter tractare
religioſos ⁊ laudes eoꝝ dicere itẽ tu non vnxiſti
caput i prelatũ meũ religioſum oleo laudis/ho=
noris/vel etiã conſecrationis hec eſt non ꝓcura/
ſti ꝙ abbates huius religionis cõſecraretur ⁊ be=
nedicerẽtur ad maiorẽ eorum honore ⁊ reueren=
tiam ſed potius hoc impediſti hec autẽ vngueto
conſecrationis prelatoꝝ religionis (quod ꝓcurauit
donis ſuis) vnxit ac liniuit pedes i ſubditos re
ligioſos pſal' 132 ſicut vnguentũ in capite quod
deſcẽdit ⁊c' vſq; in oram veſtimenti ꝓpter quod
dico tibi aſſertiue ꝙ remittũtur ei peccata multa
que habebat quoniã dilexit multũ ⁊ deũ ⁊ ꝓxi=
mos religioſos cui autẽ minus peccatũ dimitti=
tur ſicut ſacerdos ſecularis putat ſe minus obli
gatum deo ideo minus diligit deum ⁊ ꝓximum
propter deum maxime ordinẽ monachorum cui
inuidet Unde relictis ſecularibus cum ſua inui
dia dixit prelatus religionis ad predictã mulie
rem letare filia quia ꝓpter deuotione ⁊ humili=
tatem tuam remittũtur tibi peccata tua a deo vt
iam nõ ſis peccatrix ſed ſancta vade ergo in pa=
ce quia fides tua te ſaluam fecit in religione ſed
viſa bona diſpoſitiõe religioſe vite murmurato
res dicebat contra religioſorum prelatũ quis eſt
hic qui etiam peccata dimittit i abſoluit ⁊ minis
ſtrat ſacramenta ſicut ſacerdotes ſeculares q d
non videtur bonũ ꝙ religioſis ſit cõceſſus vſus
ſacramẽtorum qui de iure ꝑtinet ad ſacerdotes
ſeculares ſed de hoc nõ curat multũ religioſus
dum modo bene regat ſuos ſubditos ¶ Mora= Moralitas
liter vero ieſus eſt bonus prelatus Magdalena
eſt aia penitens in hac quadrageſima que venit
ad pedes cõfeſſoris cum vngueto deuotionis et
lachrimis cõtritionis ⁊c' Phariſeus murmuras
eſt publicanus peccator in mũdo qui putat ſa=
cerdotes eſſe malos eo ꝙ veniũt peccatores ſecre
ta ſcire ſed bonus prelatus eoꝝ cauillatione re

ſtillit ⁊ animam peccatricē penitētem collaudat atq; abſoluta in pace remittit Facit aūt hoc euāgeliū ad materia de paſſione chriſti ex eo q̄ inſidioſe phariſeus inuitauit chriſtū vt ex factis aut dictis eius acciperet occaſionē accuſandi ipſum ad mortē vt patet de illo verbo dimittuntur tibi peccata tua quod ad blaſphemiā referebatur a iudeis Sed glo ordi dicit q̄ per hoc euāgeliū ſignificatur fructus paſſionis chriſti in ſenſualitate (que eſt Magdalena) vel in quolibet peccatore alio

Aliud euāgelium

❡Sed eccl'ia Toletana cū alijs multis legit hodie euāgeliū Cum audiſſent quidā de turba ⁊c̄ Joannis 7 ⁊ eſt de reſponſione miniſtroꝝ qui miſſi fuerāt ad cōprehēdendum chriſtū ⁊ de diuerſis hoīm ſententijs circa mores eius ex quibus ⁊ ſanctitas chriſti oſtēditur/⁊ iudeoꝝ malicia comprobatur Ad ſenſum vero hiſtoricū ſēc 33 oppugnationem religioſoꝝ a ſacerdotib⁹ ſecularibus continet cōformiter ad euangeliū precedēs ⁊ habet tres partes Prima cōtinet ſacerdotū ⁊ laicorum diſſenſionē circa mores ⁊ vitam monachorum Scd'a ibi venerūt ergo ⁊c̄ explicat reprehēſionem ſuoꝝ miniſtroꝝ Tertia ibi dixit Nichodemus ⁊c̄ ſupaddit diuiſionem ipſoꝝ prelatoꝝ

Prima ps euangelij

Continuetur ergo hoc euāgelium precedenti ſic q2 cum ordo monaſticus circa cōuerſionē peccatorum increpaſſet inuidentiam ſacerdotū ſeculariū audierūt hoc quidā de turba fideliū laicoꝝ et cū audiſſent ſermones Jeſu i. boni religioſi dicebāt hic ordo eſt vere ꝓpheta.i. ſeruus dei ſanctus alij dicebāt hic eſt chriſtus i. ſtatus ſanctoꝝ ꝓmiſſus circa fine mundi in eccl'ia dei quidā tamē laicoꝝ perſuaſi ad opinionē ſuoꝝ prelatoꝝ dicebant nō eſt iſte ſtatus hoīm chriſtus nunquid a galilea i. traſmigratione venit chriſtus⁹ q̄ d nō eſt veriſimile q̄ hoīes iſti ꝓfugi ⁊ eiecti ab Italia ſint tales quos admirari debeamus in Gallia nā ſcriptura euangelij ⁊ apocalipſis que loquitur de ſtatu ſanctoꝝ qui debet regnare circa fine mūdi dicit q̄ ex ſemine i. doctrina Dauid i. chriſti de Bethleem i. domo panis ſpūalis que eſt euāgeliū vbi erat Dauid i. chriſtus dū in terris ageret cū hoibus inde debet venire ille ſtatus ꝓmiſſus q̄ d iſte ſtatus monachoꝝ nō ſequitur regulā/aut vitam euāgelicam quā chriſtus et ſui apoſtoli obſeruauerūt ⁊ in qua ſtat perfectio religionis chriſtiane ſed habet quaſdā conſtitutiones ab hoīmibus factas quas Anſelmus vocat religiones facticias ille aūt ſtatus ſanctoꝝ qui ꝓmiſſus eſt circa fine mūdi ad reformandū mores fidelium vite debet habere apoſtolicā in maxīa paupertate quā monachi nō habēt ergo iſte ſtatus non eſt chriſtus ⁊c̄ diſſenſio itaq; i. diuerſitas opinionū facta eſt in turba laicorum ꝓpter i. ſup eum intantū vt quidā ex ipſis vellēt ordinem monachorum coprehendere i. anguſtiare depredari et expellere ab illa regione videlicet aliqui tyranni aut dñi ſeculares inſurgētes in fauore clericoꝝ ſed ꝓtegēte deo/⁊ bono rege Francie nemo illorū auſus eſt mittere manus in illū ⁊ ſic māſit ſaluus ab illa ꝑſecutione

Scd'a ps euāgelij

Venerūt ergo p̄dicti miniſtri i. fautores clericorum ad ſuos pōtifices et phariſeos et dixerūt eis prelati quare nō adduxiſtis iſtū ordinem monachoꝝ ad miſeriam ſub poteſtate noſtra Reſpōderūt miniſtri p̄dicti q2 nunq̄ ſic i. ta bene locut⁹ eſt homo in lui deffenſione oſtendēdo ſuā innocentiam ſicut hic ordo loquitur vt patet ex alio euāgelio Contra quos replicantes prelati dixerūt eis nunquid ⁊ vos ſeducti eſtis credētes verba religioſoꝝ eſſe vera q2 et nō debuiſſetis eis credere q2 adhuc nemo ex principib⁹ i. prelatis aut ex phariſeis i. deuotis clericis qui ſunt in vaſtis credidit in eū ſed potius eiecit eum a regione illa et licet turba hec fidelium laicoꝝ (que nō nouit legem euangelica)crediderit monachos eſſe ſanctos tamē nō ſunt imitandi q2 maledicti ſunt i. viles/ydiote/⁊ imperfecti/vel excōmunicati eo q̄ nō obediāt ſuis prelatis

Tertia ps euāgelij

Fuerunt tamē in etate illa aliqui ex prelatis galliarū beniuoli religioſis et nitebant alios prelatos malos ab huiuſmodi perſecutione monachorum retrahere et horū bonorū prelatorum quilibet erat Nichodem⁹ i. rector populi q̄ ⁊ venerat ſep⁹ ad eū i. cenobiū monachorū propter ſuam cōſolationē ſed nocte i. occulte propter inuidiā alioꝝ. iſte ergo Nichodem⁹ dixit ad alios p̄latos clericorū q2 vnus erat ex eis nūquid lex noſtra i. eccleſiaſtica ſanctio iudicat i. cōdēnat aliquem niſi prius audierit reſponſione ab ipſo ad ea que ſibi obijciuntur et niſi cognouerit ꝑ ſufficientem probationem teſtium aut proprie cōfeſſiōis quid mali ipſe fecerit⁹ q̄ d circa religioſos nō dū obſeruaſtis q2 nec citaſtis eos nec accuſaſtis iudicialiter ſed ſolū murmuraſtis extra iudiciū cōtra eos Reſponderūt mali p̄lati ⁊ dixerunt bona talia exhortati. nūquid ⁊ tu galile⁹ es i. ſoci⁹ vel amic⁹ horum monachorum peregrinorum ſicut turba laicorum popularium que ex ignorātia eos ſequitur ſcrutare ergo i. attente lege ſcripturas propheticas noui teſtamēti iam allegatas de poplo ſanctorū et videre poteris q̄ ꝓpheta i. ſtatus ille ſanctus non ſurget a galilea i. trāſmigratione hoc eſt ab hoībus taliter tranſeuntibus a regione in regione ſicut ſunt iſti monachi Sicut ergo facta eſt diſſenſio inter laicos ſuper monachos ſic ⁊ inter prelatos clericorū ⁊ ita nō potuit fieri concilium prouinciale in gallia quo ex cōmuni cōſenſu monachi expellerentur ſed reuerſi ſunt epiſcopi vnuſquiſq; in ſua diocēſim et ſic potuerunt religioſi euadere illam perſecutionem

Moralitas

❡Moralitas huius euāgelij pro noſtro tempore clara eſt de bono p̄lato cōtra quē quīdam murmurant propter exercitium quadrageſimale licet ſimplices chriſtiani eis obediant et ideo ſunt varie opiniones de eo in turba fidelium ex qua diuerſitate euenit vt quidā fideliū illu imitur ⁊ alij obcequntur in agendis ⁊c̄

Offertorium

❡Cantus offertorij Sup flumina babil ⁊c̄ ps 136 lamētatio ē religioſorū in tāta fideliū laicorū confuſione ſuper eos ideo cogebāt orare cū lacrimis ꝓ pace eccleſie dei Secreta oratio Concede nobis dñe ⁊c̄ offert deo ſacrificium eucariſtie pro tantum intē

bus quatenus p abſtinentiam corporalem cõ-
ſequantur mentium puritatem per gratiam dei.
Cxc. ¶ Comunio Uen eto vbi tui ⁊c̃ ps 118 vox eſt
fidelis populi tam laicoꝝ q̃ religioſorũ qua ſpẽ
liberationis ſue a preſſuris imminentibus expli-
cat ⁊ per eam cõſolatur Finalis oratio Uegetet
nos dñe ⁊c̃ applicat moraliter ad ieiunātes pe-
tet ⁊ eis auxilium gratie dei per virtute euchari
ſtie ſu cepte vt ſecuri valeant peruenire ad por-
tum huius quadrageſime Super populũ Suc-
curre queſumus domine ⁊c̃ petit auxiliũ gratie
dei infirmis fidelibus quo ⁊ in preſenti vita ⁊ in
futura remedia ſue ſalutis conſequantur

# ¶ Caput quinquageſimũ

nonum de ſexta feria huius hebdomadis hiſto-
riam trigeſimequarte generationis texete ac mũ
danos impenitentes exprobrante

Argumẽ-tũ officij Ab anno chri 990 vſq̃ 1020 Trigeſimaquar-
ta generatio eccl'ie chriſtiane
proceſſit ſub Romanis pon
Gregorio/ Joãne/ Silueſtro/
Joãne duplici/Sergio/⁊ Be
nedicto ac laicis imperante
Herico primo qui etiam fuit
primꝰ imperator qui p electionẽ aſſumpti ſunt
nã papa Gregorius quintus ad tollẽda ſciſma-
ta imperialis dignitatis concilio celebrato nouũ
modum eligẽdi imperatores Romanoꝝ ordina
uit apud germanos qui hactenus obſeruatur et
quia erat tunc an nus ere chriſti milleſimus nu-
merus ſ perfectus conſurges ex cubica denarij
multiplicatione ordinauit deꝰ vt imperator tũc
electus predictus Henricus eſſet vir multis vir-
tutibus clariſſimus. nam preter fide ⁊ zelũ pacis
eccl'iaſtice fuit in ſuo cõiugio caſtiſſimus quia in
celibatu cũ vxore ſanctiſſima pſeuerauit vſq̃ ad
finẽ vite quã ꝓpter deus fecit eũ in oĩbus victo
rioſum qui hoſtes eccl'ie facile domaret ac ſarra-
cenos ex Apulia/⁊ Sicilia expelleret Sed dum
hec in Europa agerentur ſarraceni in Aſia /et
Affrica multa mala chriſtianis intulerunt adeo
vt ciu tas ſancta Hieruſale ab eis capta oppri
meretur et tẽpla ꝓphanarẽtur fuit etiã etas illa
flagellis multis diuinitꝰ attrita in toto pene or-
be terrarũ ſ eclipſibꝰ heredis/cometis/ terremo
tibus/fame/peſtilẽtia ⁊ alijs huiuſmodi malis
Nec tñ ꝓpterea ſacerdotes ſeculares et pontifi-
ces eorũ a vitijs ſuis corrigi potuerũt nam inter
Grego iũ/ ⁊ Joãne ſup papatu ſciſma fuit adeo
vt Gregorius fauore imperatoris ad pontificatũ
venerit/⁊ Joanem occidi fecerit Silueſter etiam
poſt eos auxilio demonis ad papatũ aſcendit ⁊
alij eoꝝ ſucceſſores excepto Sergio parũ laudis
habet In Gallia inſuper tẽporibus illis religio
ſancti Benedicti multas inſidias a ſecularibus
Introitꝰ miſſe ſacerdotibꝰ patiebat ¶ Has ergo generationis
illiuc calamitates deplorans eccleſia vel religio
ſancta in huius miſ̃ introitu ſ Miſerere mihi
dñe ⁊c̃ ex pſal' 30 Clamat ad dñm pro auxilio
ad ſuam liberationem vt clare ſonãt verba que
etiam chriſtũ paſſioni ꝓpinquum repreſentant
Uerſus In te dñe ſperaui ⁊c̃ principiũ eiuſdem
pſalmi dat rationẽ petitionis q: in deo ſolo eſt
fideliũ ſpes ad hoc vt liberetur nec pereat Ora- Oratio.
tio Cordibus noſtris ⁊c̃ applicat dictã petitionẽ
ad ieiunãtes ⁊ penitẽtes quatenus per gratiam
ſpũſſancti corporalis eorũ afflictio valeat ad li
beratione animarũ a penis eternis ¶ Epiſtola Epiſt ar-
dixit Hieremias ⁊c̃ eiuſdẽ caplo 17 eſt alia ora- gumentũ
tio prolixior ad idẽ ꝓpoſitum cũ introitu ſ ex per-
ſona chriſti veri/ac myſtici qui dicit Hieremias ſ
celſitudo aut ſublimitas dñi et diuiditur in tres
partes Nam primo reprobant mali pertinaces
Secundo ibi ſana me dne ⁊c̃ conſolantur ſancti
veraces Tertio ibi cõfundãtur ⁊c̃ puniũtur per
uerſi cõtumaces In diebus ergo illis ge 34 di Prima
xit predictus Hieremias loques de infidelibus ps eplẽ.
iudeis/vel ſarracenis / aut de malis chriſtianis
illius tẽporis dñe oẽs predicti qui te derelinquũt
non ſeruãdo lege tuam imo ea contẽnendo con
fundetur in fine vite ſue cũ ad iudiciũ tuũ vene-
rint recedẽtes a te ⁊ a mãdatis tuis in terra ſcri-
bentur cũ dãnatis non in celo cũ electis ⁊ meri-
to quoniã dereliquerũt venam ⁊ fontẽ ⁊ originẽ
aquarũ viuẽtium ⁊ gratiarũ ſalientium in vitam
eternã hoc eſt dereliquerũt dñm deũ autore gra
tie et miſericordie que eſt velut aqua refrigerãs
Non ſic autẽ ſerui tui fideles ⁊ boni qui tibi ad Secũda
heret ⁊ in te ſpem habẽt nam in iudicio tuo non ps eplẽ
confundentur ſed potius glorificabuntur interim
autem obſecro dñe ſana me ab hac infirmitate ⁊
ſaluũ me fac ab imminente tribulatione nam ſi
hoc decreueris facere ſine dubio ſanabor ⁊ ſaluꝰ
ero quonia laus mea tu es ⁊ glorifico me habe-
re talem deum ⁊ dñm cui nullus poſſit reſiſtere
nam licet ipſi aduerſarij mei dicat ad ⁊ cõtra me
deridẽtes vbi eſt verbũ ⁊ ꝓmiſſio dñi qua multa
bona ꝓmiſit ſeruis ſuis veniat modo ⁊ adiuuet
eos poſitos in tribulatione q d nõ poteſt eis be-
nefacere / nec eos a malis liberare ego tñ inde
non ſum turbatus ꝓpter ſpem quã in te habeo
te paſtorẽ ⁊ ducẽ meum ſequẽs et tu dñe ſcis q:
diem ⁊ fauore hoĩs non deſideraui ad liberatio-
nem meã imo quod egreſſum eſt de labijs meis
quãdiu fui in tribulatione ſemp fuit rectũ in cõ
ſpectu tuo q: non inuocaui alium adiutorẽ niſi
te nec deſperaui de te quare oro te non ſis mihi
tu formidini ſicut ſũt aduerſarij mei ſed tu ſpes
ſeu cõſolatio mea in die afflictionis mee In fine Tertia ps
aute qui me perſequũtur aduerſarij mei confun eplẽ.
dantur ꝓpter ſua peccata ⁊ non confundar ego
ſeruus tuus paueant illi damnatiõe ſuã ⁊ non
paueã ego induc ergo cito ſup eos die afflictio-
nis ⁊ punitionis ⁊ duplici cõtritione ſ corporis ⁊
anime contere eos dñe deus noſter liberator/ ac
glorificator ¶ Cantus gradualis Pacifice lo- Graduale
quebãtur ⁊c̃.pſal' 34 addit predicte orationi aliã
cauſam ſ dolum ⁊ fraudem inimicoꝝ qui pacifi-
cos ſe oſtẽdẽtes exterius habebãt interiore ma-
liciam ad moleſtãdum ſeruos dei. Uerſus. Ut

diſti dñe ꝛc ex eodem pſal. orat ne deus diſcedat ſubtrahendo auxilium a ſeruis ſuis ¶ Euangelium Collegerũt põtifices ꝛc Joãnis xi enarrat coniuratione aduerſarioꝝ contra chriſtũ ad litteram cõtra eccleſiam per allegoriam ꝛ cõtra religionem ꝑ hiſtoriam 34 ge qua decreuerũt omnino delere/ac deſtruere chriſtũ habet tres partes In prima ponitur cauſe diſcuſſio In ſcđa ibi vnus aũt ꝛc. additur põtificis ratio In tertia ibi ab illo ergo die ꝛc. concluditur iuſti condenatio Suppoſito ꝙ Jeſus ſit populus chriſtianus aduerſarij eius ſunt ſarraceni ſi Jeſus eſt ſtatus monachorum aduerſarij eius ſunt ſeculares ſacerdotes ꝛ eoꝝ pontifices In illo ergo tẽpore ge 34. pontifices aduerſarioꝝ/ꝛ phariſei i ſatrape corũ collegerũt conſiliũ aduerſus Jeſum predictũ vt inuenirent modũ quo eu perderet. ꝛ dicebant ad inuicem quid faciemus mali cõtra eum vt tollatur de medio Cum enĩ ipſe multa ſigna ſanctitatis oſtendat ſi dimittimus eũ ſic ꝓſperari oẽs noſtri credet in eũ/ꝛ fauebũt ei.ꝛ veniet Romani imperatores chriſtiani/ꝛ tollet a nobis hunc noſtrum locũ ꝛ gente i regnum Syrie hoc dicebãt ſarraceni in illa etate cõtra populũ chriſtianum qui erat in paleſtina maxime in ciuitate hieroſolymitana vbi crebra fiebãt miracula q d anteꝗ̃ ipſe perdat nos pdamus eũ ꝛ inde moti ſunt ad inuadendũ illã ciuitate Uel ſi hoc dictu intelligat de põtificibus ſacerdotũ ſeculariũ in Gallia contra ordine monachoꝝ volũt dicere ꝙ veniet Romani imperatores ad eligẽdos ſummos põtifices ex monachis ꝛ tũc monachi fauore illoꝝ habebat multa bona ꝛ tollet oẽs redditus nr̃os ac dignitates eccl'iaſticas occupabũt Ad determination habendã circa hoc ne ꝑmitteretur manere Jeſus vnus i primus ex ipſis noie Cayphas i ſagax vel vomes ore ſ maliciam cũ eſſet põtifex i gubernator populi in tẽpore illo potuit magis autẽtice ꝛ aſtute dare modũ circa hoc ꝛ dixit eis vos neſcitis quicꝗ̃ remedij / neꝗ̃ cogitatis de eo ſicut ego qui plura expertus ſum vnde dico ꝙ expedit vobis id quod in omni repub. bene gubernata fit ſ ꝙ ꝓpter ſalute cõmunis boni exponatur periculo bonũ priuatũ vnius ſingularis vel hoīs/ vel ciuitatis / aut monaſterij ideo expedit magis ꝙ vnus taliũ moriat pro toto ſuo ſaluãdo ꝗ̃ ꝙ tota gẽs pereat pro vno ſolo ſaluãdo Hoc aũt illius põtificis dictũ nõ proceſſit a ſemetipſo qꝛ non fuit primus autor huius doctrine ſed a multis ſapientibus illud accepit ꝗ̃uis ad malu fine applicuerit nam cum eſſet pontifex ſeu gubernator anni i tẽporis illius ꝓphetauit i ſententiauit ꝙ Jeſus i ſtatus predictus moriturus eſſet pro ſaluanda tota ſua gẽte in ſuis bonis tẽporalibus que cupiebat habere ꝛ non tm̃ pro illa gẽte ſed etiam vt filios i ſeruos dei qui erant diſperſi ꝑ diuerſas regiones/ aut monaſteria cõgregaret ille pontifex ad ſe in vnũ cõſenſum cum eo q̃ ꝛ hanc ſententiam ideo ꝓtulit põtifex ſarracenorum contra chriſtianos hieroſolymitanos vel pontifex clericorum cõtra monachos vt delerentur quatenus non ſolũ ipſe cũ ſuis ſaluaret in ſtatu quem habebat verũetiã multos alios ad ſe attraheret vt ſibi conſentirent ex chriſtianis/vel ex religioſis Accepta hac pontificis ratione aduerſarij ex cõmuni cõſenſu conſpirarunt contra iuſtum ꝛ ab illo die i. tempore cogitauerunt modos varios vt interficerent eum ſed deo ꝓtegente hoc non potuerunt quia Jeſus ideſt cetus ille ſeruorum dei receſſit prudenter a ſuis aduerſarijs et iam non palam familiariter ambulabat apud eos cõuerſando cũ eis ſed receſſit in regione iuxta deſertũ i ſolitudine que ſeruis dei erat aptiſſima ad vitã contẽplatiua et morabatur cũ diſcipulis ſuis in ciuitate i intra vnitatẽ ciuium ſeu amicorũ que vnitas pacis ꝛ charitatis ſeruorum dei dicitur ephrẽ.i.frugifer populus ſeu accreſcẽs qꝛ per talẽ modum viuendi ſecrete a conflictu hoīm mũdanorũ creſcit ſancta religio ꝛ cetus ſeruorũ dei ¶ Moraliter vero ex hoc euãgelio notari poteſt cõſilium mũdanorum cõtra bonum prelatũ aut predicatorẽ ex cuius doctrina ꝛ exercicio multi peccatores in quadrageſima cõuertuntur ad deũ ꝛ ſic diminuitur regnũ mũdanorũ quare ipſi ꝛ demões( qui eos adiuuãt ) nitũtur prelatũ impedire ſed deo protegẽte exerciciũ ſancte quadrageſime proſperatur ꝛ ſerui dei implẽt illud ꝑs 54 elõgaui fugiẽs ꝛ manſi i ſolitudine ꝛc ¶ Offertoriũ Bñdict' es dñe ꝛc pſal. 118 eſt gratiarũactio chriſti myſtici poſiti in ſolitudine ſue deuote cõtemplationis oratꝗ̃ vt non tradatur perdend' in man' aduerſariorũ ſibi ex ꝓbrãtiũ. Oro ſecreta Purifica nos ꝛc offert deo ſacrificium euchariſtie pro ieiunãtibus quibus optat dari purificationem mentium in hoc deſerto penitẽtie. ¶ Cõmunio Ne tradideris me ꝛc pſal. 26 eande ſententiã habet cũ offertorio quãtum ad petitione ꝛ perſonã que loquitur Finalis oratio Sũpti ſacrificij ꝛc applicat moraliter eande petitione ad ieiunãtes ſ vt per virtute euchariſtie liberẽtur ab hoſtibus ꝛ periculis anime Super populũ Adiuua nos de' ꝛc orat prelat' pro toto fideliũ populo vt de' adiuuet eos vt cũ gaudio poſſint venire ad recolẽda beneficia ei' hoc eſt paſſione et reſurrectione chriſti quib' redempti ꝛ reſtaurati ſunt in hac vltima mũdi etate.

Euãgelij argumentum.

Prima ps euãgelij

Scđa ps euãgelij

Tertia ps euãgelij

Moralitas

Offertorium

Cõmunio.

## ¶ Caput ſexageſimum de ſabbato in profeſto palmarum in cui' officio recolitur trigeſimaquinta generatio eccl'ie chriſtiane atꝗ̃ reprobatur mundanorum impenitentiũ protervia



Rigeſimaquinta generatio eccleſie dei fuit ſub Ro põ Benedicto/Joãne/Bñdicto/ Silueſtro/Gregorio/ Clemẽte/ et Damaſo Imperãtibus tũc Corrado ꝛ Henrico ſcđo in qua etate licet imperatores fuerint iuſti ꝛ catholici ac pacis eccleſiaſtice zelatores ipſi tamẽ pontifices Ro=

Argumẽtũ officij Ab anno chri 1020. vſꝗ̃ 1050.

mani fere oēs mali ⁊ reprehēſibiles fuere atq̧ in ſciſmate contēdētes ad alterutrū nam cōtra Benedictū octauū Joānes vigeſimus eligitur propter maliciam eius poſtea Benedictus nonus adeo inutilis fuit vt eo viuēte Silueſter tertius et eo eiecto Gregorius ſextus promouerentur a Romanis ſed ꝑ edictis imperatoris his tribus ſublatis in vita eorū: Clemens ſcḋs in papā eligitur ⁊ tādem abſente imperatore Damaſus ſecūdus vi ⁊ potētia intruſus eſt itaq̧ per ide tempus quinq̧ ſummi pōtifices ſimul viuebāt quorū aliq̄ poſt alios aſſumpti et eiecti ſunt ¶ Hac igitur veri pōtificis dubitationē hoc ſabbatū repreſentat quod proprio ⁊ certo caret officio nam introitus miſſe ab aliquibus ſumit̃ ex precedēte ſabbato. ab alijs ex ꝑ ima quinta feria ab alijs ſexta feria Quāuis huius vacationis officij alij cauſam aliā aſſignēt ſ. ꝙ olim Romanꝰ pōtifex hodie miſſam nō celebrabat̃ ſicut in alijs diebꝰ oībus quadrageſime eo ꝙ occupabatur ꝑ totā diem circa elemoſinas pauperū ⁊ faciebat mādatum qḋ in quinta feria cene dn̄i propter alia maiora officia facere non poterat ideo ſanctus Gregorius officiū huius ferie nō edidit ſicut aliarum oīm In oratione ⁊ epiſtola non eſt tāta varietas ſicut in miſſe introitu ⁊ euāgelio Oratio. Da nobis queſumus ⁊c̄ petit a deo gratiā ieiunātibus vt deuote perficiāt ſuā quadrageſimā ⁊ poſtea in ſancta cōuerſatione ꝑmaneāt ¶ Epiſtola Dixerunt impij ⁊c̄ Hiere 18 licet ad litterā agat de machinatione iudeorū cōtra chriſtū vſq̧ ad mortē tamē per hiſtoriam notat maliciā pōtificū 35 ge. contra ſimplicē populū chriſtianū/vel contra ſtatum monachorū et habet tres partes Prima eſt peruerſorꝫ machinatio Secunda ibi attēde dn̄e ⁊c̄ iuſti deprecatio Tertia ibi ꝑpter ea ⁊c̄ eſt malorum punitio Ergo in diebus illis ge 35 dixerūt impij pōtifices. i. qui virtutē pietatis abnegarūt que eſt virtus ad bonum patrie ⁊ eccl̄ie dixerunt adinuice faciētes conciliū ad malum. venite cogitemus cogitationes cōtra iuſtū populum/vel ſtatum monachorꝫ qualiter poſſimus eum ꝑdere nam ꝑpter peccata noſtra/aut perditione huius iuſti non ꝑdetur tota eccl̄ia nō enī peribit in eccl̄ia dei lex. i. ordinatio ſacerdotū qui legē exerceāt/neq̧ conſiliū. i. predicatio a ſapiente/neq̧ ſermo. i. oraculū dei a propheta q. d. dato ꝙ nulli ſint monachi/aut religioſi in eccl̄ia dei non deerūt ſacerdotes ad miniſtrādū ſacramenta/neq̧ predicatores ad doctrinā/neq̧ deuoti hoīes ad oracula diuina venite ergo ⁊ ꝑcutiamus eū lingua nr̄a per infamiā multiplice ⁊ nō attēdamus ad vniuerſos ſermones eius de quibus in ꝑcedētibꝰ officijs qꝛ excuſabat ſe ⁊ increpabat nos Audita hac conſpiratione iuſtus cetus fideliū conuertit ſe ad deū orās vt liberet eū ab inimicis attēde inqui. i. dn̄e ad me in tribulatione poſitum ⁊ ne derelinquas me audi voces aduerſariorꝫ meorꝫ quibus mihi cōminātur mala ⁊ valde iniuſte nunquid redditur mihi ab eis pro bono opere meo erga eos malū premiū. ſ. qꝛ foderunt foueā. i. parauerūt periculū anime. i. vite mee: dico bonū opus meum erga eos recordare dn̄e ꝙ ſteterim ſepius perſeuerās in oratione in cōſpectu tuo vt loquerer ad te p̄ eis bonum petēdo et vt auerterem indignationē tuā ab eis qꝛ merebant̃ eam ꝑpter peccata ſua Propterea ergo dn̄e qꝛ ingrati ſunt beneficijs meis non oro vt parcas eis ſed vt punias tēporaliter vt ſalui fiāt eternaliter ideo da filios eorꝫ infamē ⁊c̄ vbi tria mala eis imprecatur ſ. mortē filiorum fame aut bello/deſertionē mulierꝫ viris mortuis peſte/ atq̧ ablationē oīm bonorū a latrone/vel tyranno et ſi hoc referatur ad infideles eccleſiā perſequētes debet intelligi ad litteram ſicut etiā verificatum fuit in iudeis chriſtū/et apoſtolos eius perſequētes ſi aūt referatur ad malos prelatos per filios intelligi debēt ſubditi fautores eorū ꝑ vxores/ſue eccl̄ie: et per iuuenes principes ſeculares quibus optat fame. i. deſideriū ſpiritualiū bonorꝫ/⁊ gladium ſpiritus quod eſt verbum dei quo interficiātur moraliter oīum ad praua deſideria eorꝫ/orat etiā eccl̄ias fidelium viduari malis prelatis qui eas ſcādaliʒant ⁊c̄ et allegat rationem qꝛ ingrati foderūt foueam. i. inſidias parauerūt vt caperet me et laqueos ꝑditionis abſconderūt ſub ſpecie amicitie et pietatis. tu ergo dn̄e qui ſcis omne conſilium eorꝫ aduerſum me vſq̧ ad mortem. i. totalē perditionē meā ſi poſſint ne ꝑpicieris iniquitati eorum ita ꝙ maneāt ſine pena et peccatū eorū a facie. i. memoria tua non deleatur vt puniatur fiāt corruētes. i. victi in conſpectu tuo in tēpore furoris tui. i. ꝑſecutiōis quā mittes cōtra eos qꝛ tu es dn̄e deus meus potens hec omnia facere Graduale/offertoriū/et cōmunio in hac miſſa aliūde mutuātur ſicut dictū eſt de introitu miſſe ¶ Euāgelium Toletane eccl̄ie ſumitur ex cap̄lo 6 Joānis ſ. Niſi māducaueritis ⁊c̄ et agit de neceſſitate/vtilitate/⁊ veritate ſacramēti eucariſtie poſt tot officia de ſacrameto penitētie et reprehendit eos qui circa hoc dubitabāt ex defectu preparatiōis ſue ad gratiā qua illuminati recte credidiſſent: inter quos etiā peccatū Jude ꝑditoris chriſti cōnumeratur poſt ea que de iudeis dicta ſunt Alie eccl̄ie legūt hodie illud Joānis 17 Subleuatis oculis Jeſus in celum ⁊c̄ vbi agit̃ de oratiōe quā fecit chriſtus pro ſuis diſcipulis ⁊ pro oībus fidelibꝰ vt ꝑuenirent ad ſabbatū in quo ꝑfectā vnitatē ⁊ pace habebūt valde appropinquātes ad vnitatē diuinarꝫ pſonarū Et ad ſenſum hiſtoricū noſtrū hec duo euangelia ide pretēdunt ſ. ſuadere prelatis eccl̄ie vnitatē charitatis quā euchariſtia ſignificat̃ et q̄ ad vnitatē diuinarꝫ pſonarꝫ nos dirigit cōtra multa ſciſmata illiꝰ tēporis qū Judas nō dormiebat. i. peſſima ſimonia. Sed eccl̄ia romana moderna legit hodie euāgeliū Joānis 12 Cogitauerūt principes ſacerdotum ⁊c̄. in quo hiſtoria receptionis chriſti in Hieruſalē cū ramis palmarū/ac ſimul cū machinatiōe iudeorꝫ ad malū/⁊ interrogatione gentiliū ad bonū adaptat̃ qualitati ge 35 qui mali ſacerdotes chriſtū myſticum. i. populū chriſtianum

Introitꝰ miſſe

Oratio.

Ep̄le argumētū

Prima ps ep̄le.

Scḋa ps epiſtole

Tertia ps epiſtole.

Euāgeliū p̄mum

Secūdū euāgeliū.

Tertium euāgeliū.

ſtianum ſcādalizabāt: ꝛ ecōtra boni religioſi edi-
ficabāt. Habet ergo tres partes. Prima declarat
honorem religioſorū Scḋa ibi phariſei ergo ꝛc̄
diuerſam afflictionē ſecularū et clericoꝝ. Tertia
ibi nunc aīa mea ꝛc̄ deiectione demoniorum/ac

Prima pars euāgelij.

ſuoꝝ miniſtrorū. In illo itaqꝫ tēpore 35 ge ecclie
principes ſacerdotum ſecularīū i maiores prela
ti eccleſie qui in precedēte generatione cogitaue
rant cōtra ch iſtum myſticū ſiue ordinem mona
ſticū vt eū perderēt: et i eiā cogitauerunt vt laza
rum i. dei adiutorū hoc eſt nobile aliquem ſecu-
larem fautore religioſoꝝ interficerēt moraliter i
infamarent tanqꝫ fatuū. quem tñ ordo monaſti
cus a mortuis i a peccatis multis ſuſcitauerat
et cauſa huiꝰ ſue cogitatiōis fuit qꝛ multi laico-
rum ꝑpter lazarū predictum abibat/et credebāt
in Ieſum i conuertebātur ad illum ſtatū mona-
choꝝ/ꝛ dabant ei bona ſua In craſtinū vero i. in
ſequēte generatione ecclie 36 turba multa fide-
liu q cōuenerat ad die feſtū. i. ad pacē ecclie red-
ditam cū audiſſent qꝛ Ieſus i monachus ſalua-
tor animarum venit hieroſolymam i. vrbem Ro
mam que correſpōdet veteri Hieruſalem venit
inquā ex electione imperatoris/vel cardinalium
ad regēdum eccleſiam dei vt ſummus pontifex
acceperunt ramos palmarum i ſigna honoris ꝛ
reuerentie ꝛ proceſſerunt obuiam ei clamantes
oſanna i ſalua nos a precedentibus ſcandalis
malorum pōtificum benedictus iſte rex. i. rector
Iſrael i populi fidelis qꝛ venit in nomine dñi i.
miſſus a deo ꝛ canonice electus q. d. oēs fideles
ceperunt letari quādo viderunt qꝫ monachi aſſu
mebatur in pōtifices ad regēdum eccleſiā dei qꝛ
nullus coꝝ veniebat ad pōtificatum per violen-
tiam/aut ſuperbiā ſed humiliter ſedes ſup aſellū
ſicut ſcriptum eſt Zacharie 9 noli timere ſeruili-
ter pontifice filia Sion i ecclia Romana ſed po-
tius letare qꝛ ecce rex tuus venit tibi māſuetus
ſedēs ſuper pullum aſine i paruū aial/ꝛ humile.
Hec myſteria religioſorū i qꝫ ordinabātur diui-
nitus ad regēdum ꝛ reformādum eccleſiam dei
circa finem mundi non cognouerunt diſcipuli i
ſimplices fideles primū i in prioribꝰ generatio-
nibus quādo ſtatus religioſoꝝ erat paup ꝛ deie
ctus ſed in ſequētibus generationibꝰ qñ glorifi-
catus eſt ille ſtatus i honoratus in ecclia dei tūc
recordati ſunt qꝛ hec erāt ſcripta de eo in Danie
le ꝛ in Apocalipſi ꝛ ideo hec fecerūt ei fideles ex
diuina ordinatione i qꝫ eligeret eum ad pōtifica
les honores ꝑpter ſuas virtutes nam teſtimo-
nium perhibebat ei turba que erat cū eo qñ laza
rū i ſeculare dñm vocauit de monumēto pctoꝝ/ꝛ
ſuſcitauit eū a mortuis operibus ꝑpterea turba
fideliū venit ei obuiā ad recipiēdū ipm in pōtifi-
cem qꝛ audierunt eū feciſſe hoc ſignum ſanctita
tis ſue et expectabant qꝫ multa talia deinceps

Scḋa pars euāgelij

eſſet facturus in eccleſia dei ꝛc̄ Sed hec que di-
cta ſunt de honore religioſoꝝ in eccleſia dei non
ptinēt ad hanc generatione ſed ad ſequentes
nā in hac generatione ꝛ precedentibꝰ ſacerdotes
ſeculares cogitabāt mala cōtra ſtatū monachoꝝ
et dicebant ad ſemetipſos videtis qꝛ nihil profi-
cimus in his que agere intēdimus contra eum.
ecce totus mūdus vadit poſt eum/vel intrando
religionē/vel dādo ei bona tpalia ad ſuā ſuſtēta-
tionem/vel requirēdo ſuā gubernatione ideo ſi
non ꝓuiderimus impediēdo religioſi aſſumen-
tur ad prelaturas ꝛ honores eccleſiaſticos Econ-
tra vero gentiles i laici dñi gentium venerabant
religioſos nam quidā ex eis i imperatores (qui
aſcenderāt Romā vt adorarēt i colerent deum
in die feſto i tempore pacifico ecclie) hoc eſt qui
zelabant honorem dei et eccleſie acceſſerunt ad
Philippum qui et os lampadis i. eccleſie dei
hoc eſt ad cetum cardinaliū qui erat a Bethſai-
da galilee i qui ortus eſt a prouiſione rerum du
biarum in eccleſia dei Bethſaida quidē domus
cibariorū eſt galilea rota q. d. ſtatus cardinaliū
inſtitutus eſt ad hoc vt aſſiſtant ſummo pontifi-
ci ad prouidendum in rebus dubijs / et volubi-
libus ad vtrāqꝫ partem. imperatores itaqꝫ roga-
bant Philippū dicētes volumus Ieſum i mo-
nachorū ordinē videre pōtificem/et gubernatorē
ecclie dei venit Philippus ꝛ dixit Andree i vi-
rili pplo romanoꝝ. qui ꝛ cōſenſit. et tūc Andreas
ſimul ꝛ Philippꝰ i. cardinales ꝛ Romani ciues
dixerūt Ieſu i. elegerūt ipſum in pontificē ex mā-
dato imperatoris Ieſus aūt reſpōdit acceptādo
humiliter officium paſtorale dicēs venit hora. i.
etas ecclie apta vt clarificet i honoret ſtatus mo
nachoꝝ filiꝰ ſpecialis hoīs chriſti in ecclia fideliū.
amen amē. i ꝓ certo dico vobis qꝫ oportuit prius
humiliari/ ac mortificari ꝛ pati multa religioſos
a ſecularibus vt euaderet pfecti ꝛ idonei ad regi-
men ecclie ſicut in naturalibꝰ niſi granū frumēti
cadēs in terrā ſeminatū fuerit prius mortuū i. pu
trefactū ipſum poſtea ſolū manet i ſine fructu ſi
autē prius mortuū fuerit poſtea multū fructum
affert ꝛ ita eſt de hoibꝰ nā qui amat aīam i. vitā
corporale/aut ſenſuale adeo vt nihil velit pati in
carne ſua ſed ſemper delicate viuere ille perdet
eam quia manebit ſine fructu virtuoſe actionis.
et ecōtra qui odit animā ſuam i affligit carnem
per mortificationem penitentie/ et patiēdo humi-
liter aduerſam fortunā ille cuſtodit eā ad faciē-
dum multum fructum ordinatum in vitam eter
nam Nunc autem ſi quis clericorum ſecularīū
mihi pōtifici creato miniſtrat i miniſtrare vult ꝛ
ſubditus eſſe me ſequat in moribꝰ et vita i. caſte
ꝛ honeſte viuat ſicut ego ꝛ ſic dignus erit ad hoc
vt ipſe eligatur in pontifice et vbi ego ſum poſi-
tus illic et miniſter meus clericus ſecularis erit
vel eſſe poterit ſi quis ergo mihi bene miniſtra-
uerit viuendo honeſte ſicut ego honorificabit
eum prelatura pater meꝰ chriſtus ſicut honori-
ficauit me q. d. ideo chriſtus elegit religioſos ad
pontificalem dignitate qꝛ ſunt virtuoſi p mortifi
cationē penitentie ꝛ ſi clerici velint ſimiliter mor-
tificari eligetur ſimiliter ad eandem dignitatem
Sed heu me poſitum in tali ſtatu periculoſo/ et

Tertia pars euāgelij.

difficili nunc enim anima mea turbata eſt pre
multitudine negotiorum et cauſarum in eccleſia

dei et quid dicā ad tot queſtiones ꝛ dubia quoti
die emergentia/nā prius in monaſterio erā ſol⁹
vacans contemplationi vt magdalena nūc ve-
ro turbor erga plurima vt martha. orād⁹ ergo ē
mihi deus vt adiuuet me grā ſua O pater ſalui-
fica me ex hac hora vt ſalubriter regā eccleſiā dei
i ad ſalutē meam ꝛ aliorū fideliū. nā propterea
veni in hanc horam i ad tale ſtatum qꝛ electores
mei preſumebāt de me ſalutare regimē O pater
celeſtis chriſte clarifica per me tuū nomē ꝙ eſt ie
ſus i ſaluatio hoc eſt fac vt ego ſim cauſa ſalutis
multorū Ad hāc iuſtā petitionem reſpōdit chri-
ſtus cū effectu nam venit vox i reuelatio de celo
ad ordinem monacorū dicens ego nomen meū
prius clarificaui per bonos clericos Romanos
pontifices ſed iā iterū p bonos religioſos aſſum-
ptos in Ro po iterū ipſum clarificabo ꝙ reforma
bunt eccleſia dei ad priſtinā perfectione vel pri⁹
clarificaui per monacos ſed ad huc iterū clari-
ficabo per religioſos mendicātes/qui ſurgent rē
gere eccleſiam dei Turba ergo fidelium que ſta
bat firma in fide et audiebat electionem mona-
corum ad ſummum pontificatū dicebat tonitruū
factū eſſe in eccleſia dei i nouā ſpiritusſancti miſ
ſionem Alij dicebāt angel⁹ dei locutus eſt ei i.
reuelauit ex parte dei ꝙ intenderet gubernatio-
ni eccleſie Ad quos reſpondit monacus ꝛ dixit
ei o fratres mei ꝛ filij hec vox.i reuelatio aut in
ſpiratio venit a deo ad me non propter me.i vti-
litatem meā qꝛ melius erat mihi eſſe in vita mo
naſtica ꝙ̄ in hac forenſi audientia carū ſed pro-
pter vos vt bene gubernemini ad ſalutem ani
marum veſtrarum date ergo gratias deo de tā-
to beneficio qui religioſos in quietat a ſua con-
templatione propter ſalutem veſtram Nunc er-
go ſub monacorum regimine erit iudiciū mun-
di i.bonorum ꝛ malorum diſcretio nā antea cō
mixti erant nunc princeps mundi huius.i mun-
danorum diabolus eiicietur foras i.extra eccleſiā
fidelium ne eis dñetur vt olim et ego monacus
ſi exaltatus fuero a terra i a ſtatu humili ad pa-
palem honorem omnia fidelium corda traham
ad me ipſum i vt me imitentur in morib⁹ ꝛ cul-
tu diuino hoc autem dicebat ſignificans fideli
bus qua morte ſpirituali eſſet moriturus mundo
licet victurus deo per ſanctā cōuerſationem abie
cta ſeculari vita qꝺ eſt hominem exaltari a po-
pulo terreno ſed laici ſeculares hoc referētes ad
mortem corporis qua recedere vellet ab eis reſ-
pondit ei turba fidelium nos audiuimus ex lege
euangelica Matthei vltimo ꝙ chriſtus manet
cum ſuis fidelibus regens eos per bonos prela
tos in eternum i vſqꝫ ad finem ſeculi quomodo
ergo tu dicis exaltari oportet i ſeparari a fideli
bus filium hominis/quis eſt iſte fili⁹ hois/nun
quit tu vel ali⁹ a te/q d dubitam⁹ an velis dice-
re ꝙ recedes a nobis p mortē ꝛ redibim⁹ iterum
ad malos p̄latos qui eſcādalizēt eccleſiā dei dixit
ergo eis ordo monaſticus adhuc modicū lumē
intelligētie ſpūalis ē in vobis vt clare poſſitis in
telligere de q exaltatiōe vel morte loqr ambulate
ergo per viā mandatoꝝ dei in religione chriſtia-
na in hac etate dum lucē bone doctrine habetis
me preſidēte in regimine ecclīe ne forte poſt hāc
etatē tenebre erroꝝ ꝛ peccatorum vos cōprehen-
dant ſub malis prelatis quia tūc neſcietis quid
agere debeatis nā qui ambulat in tenebris ne-
ſcit quo vadat ergo dum lucē boni prelati vos
dirigētis habetis.credite in lucē i.bonā doctrinā
eius vt filij lucis i dei ſitis nam ipſe verbo do-
ctrine / et exēplo bone vite vos illuminat docēs
qualiter debeatis placere deo vt boni filij eius
hec ꝛ alia multa ſalutaria loquutus eſt ordo mo
nacorum ad populum fideliū deſiderātem eius
promotione ad papale dignitatē ſed ipſe in hac
generatione renuit.nam abijt et abſcondit ſe ab
eis in ſuo monaſterio ¶ Moraliter vero in epi- Morali-
ſtola prelat⁹ in hac quadrageſima conquerit de tas.
peccatoribus obſtinatis qui virtualiter ſunt cru
cifigetes chriſtū iterū/vt docet apl's Heb 6 quia
ſuis ſimplicium fideliū ſuo malo exēplo occidūt
maxime aūt reprobātur hic mali ſacerdotes/mi-
qui iudices/falſi religioſi qui preſumētes dicunt
nō em peribit lex ꝛc In euāgelio etiā introducū-
tur idē pctores obſtinati pſequētes nō ſolū prela
tū bonū ſed etiā quēlibet penitētē ꝛ ſequentē do-
ctrinā eius qui p Lazarū mirabiliter reſuſcitatū
intelligit.ſed licet iſti cogitēt malū aduerſus pre-
latū nō deſunt plurimi fideles deuoti ꝛ humiles
qui honorifice receperint doctrinā eius dicētes:
oſanna benedict⁹ qui venit ꝛc. ꝛ bono eorū exē-
plo accedunt alij dicētes volumus ꝛ nos ieſum
videre ꝛc.qui eis ſuadet carnis mortificationē et
tandē prelatus in dño cōfortatus dicit nūc iudi-
ciū eſt mūdi/nūc diabolus eijcietur foras ab ouib⁹
meis ꝛ ego traham eas ad me ꝛc. Secreta oratio
Preſta queſumus oipotens deus ꝛc offert deo
ſacrificiū euchariſtie pro ieiunātibus et penitēti-
bus ad impetrandā eis indulgētiam peccatorū
Finalis orō Adeſto dñe ꝛc ex virtute euchariſtie
ſuſcepte petit eiſdē defenſionē a periculis Sup
populū Tueat q̄ſum⁹ dñe ꝛc orat pro toto pplo
petes et tutelā a deo/purificationē a pctis/erudi-
tionē/ ꝛ cōſolatione future ſolemnitatis ramorum.

## ¶ Caput ſexageſimūpri-

mū de dñica ſexta in q̄drageſima / ſiue in ramis
palmaꝝ cuius officiū cōſolationem 36 ac ecclīe
repreſentat ꝛ ieiunātes recreat/ſeu letificat



Hactenus dictū Argumē-tū officij.
ſit ſufficienter de illis decē ge
nerationibus eccleſie cl aſtia
ne que nullam habebāt con-
cordiam ad generationes ve-
teris legis ſed date erāt fide-
libus ex grā ꝛ priuilegio ꝑut
ſignificatū fuerat in retroceſſione ſolis p decē li-
neas in horologio regis Achaz tēpore Ezechie
regis Juda in quibus quidē decem generatio-
nibus eccleſia latina habuit pacem nō quidem
ſimpliciter ſed reſpectu generationum precedē-

ctum non enī defuit pugna inter carnales hoīes
et ſpirituales iuxta apoſtoli dictum ad Galatas
4 et 5 ſed illud bellū nō fuit ſub paganis / aut
hereticis principibus vt olim qui quererent fidē
catholicam ſubuertere/aut exterminare ab eccle
ſia dei Jam vero reſtāt ille quinqꝫ generationes
que ad complemētum quindenarij ꝓmiſſi Eze
chie fluxerunt ab eo vſqꝫ ad captiuitatem baby=
lonicam in veteri lege et requirūt per concordiā
alias quinqꝫ ſimiles in eccleſia chriſtiana pro
quarū concordia eſt primo ſupponendū q̄ a Da
uide rege vſqꝫ ad Joſiam in linea patrū genea=
logie chriſti idem fuere patres chriſti ⁊ reges/aut
iudices populi ſed ante Dauid/⁊ poſt Joſiā alij
erant patres ⁊ alij iudices et licet in cōcordia no
ui ⁊ veteris teſtamenti hactenus ſemper proceſſe=
rimus per lineam patrum tamen in his vltimis
quinqꝫ generationibus regni Dauid cogēte nos
eccleſiaſtica hiſtoria procedemus per reges licet
aliqui eoꝝ non fuerint de linea patrum et ſi oēs
reges poſt Ezechiā numeremus inueniemus eos
ſeptem ſ Manaſſem/Amon/ Joſiam/ Joachaz/
Jeconiam/Joachim/ et Sedechiā cum ergo nō
reſtet vſqꝫ ad captiuitatē babylonicā niſi quinqꝫ
generationes ad cōplementum quindenarij con=
ceſſi Ezechie in regno Dauid ſequit̄ horū ſeptē
regum duos eſſe dimittēdos vt non cōputemus
eos pro generationibus hiſtoria autē eccleſiaſtica
magis concordat ſi dimiſſis Manaſſe/ ⁊ Amon
alios quinqꝫ numeremus q̄ſi alij duo omitterē=
tur vt ex dicēdis apparebit ideo cōcordiā quinqꝫ
ſequentium generationū a Joſia rege ſanctiſſimo
incipiemus licet non omnino taceamus geſta illoꝝ
duoꝝ quos pro generationibus nō cōputamus
Scđo ſciendū ex doctrina apli ad Galatas 4 q̄
Sara vxor principalis Abrahe eccleſiā catholi=
cam ſignificauit in quacūqꝫ gēte ⁊ natione repe=
riatur hoc eſt ſiue in iudeis/ſiue in grecis/ſiue in
latinis Et ſilr Agar ſcđa/et minor vxor Abrahe
ſignificauit malignātium eccleſiā que catholicā
perſequit̄ in quacūqꝫ gente ⁊ natione appareat
quare Agar aliqñ fuit Judea/aliqñ Grecia/aliqñ
Gallia/aliqñ Germania/vel Lobardia ⁊c̄ Et q̄r
Agar fuit Egyptia cōuenientēr ſignificauit reges
egyptioꝝ qui multipliciter afflixerunt populum
Jſrael maxime in his quinqꝫ vltimis generatio=
nibus p quos etiā et reges Caldeorū ſignificati
ſunt infideles/⁊ tyrāni q̄ in nouo teſtamēto pſecu=
ti ſunt populū chriſtianoꝝ nā primꝰ ille Pharao
qui in dieb9 Moyſi afflixit hebreos ſignificauit
iudaicū populū qui in diebus Petri apli afflixit
chriſtianos ⁊ ſic cōſequēter p alios reges egypti/
et p alios populos gentiliū tyrānoꝝ cōtra chriſtia=
nos donec veniamus ad tēpora Silueſtri ⁊ ma=
gni Conſtātini deinde vero orta hereſi Arriano=
rum ſub Conſtātio filio Conſtātini iterū facta
eſt concordia regum egypti quare ille rex egypti
Sedach qui in diebus Roboam filij Salomo
nis aſcēdit Hieruſalem et humiliauit eam et to=
tum regnū Juda aſporlās ſecum oēs theſauros
eius (quāuis rex Salomon ad cōtrahēdam ami
citiam cū egyptijs acceperit in vxorē filiā Pha=
raonis) ſignificauit Valētem imperatorē greco=
rū. ⁊ quoſdā alios qui fauebāt Arrianis epiſco=
pis grecis contra ſententiam Romanoꝝ pōtificū
donec fecerūt ſciſma perpetuū inter chriſtianos
grecos ⁊ latinos ſicut predictꝰ rex Egypti fauē=
do Hieroboam regi iſrael fecit ſciſma in populo
iudeorum Ad noſtrum ꝓpoſitum vltimus egy=
ptiorum rex Pharao nechao qui percuſſit Joſiā
rege iuda cū populo ſuo qñ ipſe Pharao aſcen=
debat cōtra Aſſyrios ſignificat imperatores lati=
nos qui licet ſatis viriliter pugnauerint cōtra no=
uos Aſſyrios ſ Sarracenos tñ romani pōtifices
ſignificati p reges iuda multas pſecutiōes paſſi
ſunt ab eis forte pro peccatis ſuis Jtē Caldei ſeu
reges babylonis oppreſſores regni Juda eoſdē
imperatores ⁊ alios tyrānos reges/ac principes
chriſtianos denotāt opprimētes Romanā ⁊ totā
latinā eccleſiā/vel forte infideles Tartaros / ſiue
Turcos qui totam dei eccleſiā vexauerūt Ergo
dimiſſis ratiōe predicta Manaſſe/et Amon/Jo=
ſias per lineam patrū erit 26 a Jacob ⁊ additis
decē alijs generationibus retrocedēdo ab Eze=
chia rege per lineā patrū ſignificatam in horolo
gio Achaz erit idē Joſias 36 generatio veteris le=
gis correſpondens 36 ge eccl'ie chriſtiane cuius
rei ꝓbabilitatem facit q̄ p aliā lineā iudicū iſrael
deſcēdēdo a Jacob ſ p Joſeph/ Moyſen/Joſue/
et alios iudices vſqꝫ ad regem Saul/⁊ Dauid et
conſequēter vſqꝫ ad Ezechiam/ et dimiſſis Ma=
naſſe/et Amon ipſe Joſias erit 36 a Jacob nul=
la generatione repetita/ vel imaginabiliter ſup=
addita ¶Trigeſima itaqꝫ ſexta generatio eccl'ie Ab anno
chriſtiane fuit ſub Ro ponti Leone 9. Victore/ chri 1050
Stephano/Bñdicto/Nicholao/et Alexādro ac vſqꝫ 1080.
imperatoribꝰ germanis Henrico 2 et 3 quoꝝ pri=
mus papa ⁊ primꝰ imperator fuere viri iuſti et ſcti
in ſtatu ſuo Et correſpōdet hec generatio vt dixi=
mus regi Joſie in ve le qui fuit vir ſanctus ⁊ iu=
ſtus nā in diebꝰ ſuis fuit regnū iudeorū in pace/
iuſticia/et proſperitate conſeruatū eliminata ab
eo omni ſpurcitia idolatrie et ſupſtitionis vane
per regis catholici maximā religionē/ac pietatē
Verū in anno 13 ſui regni ſurrexit Hieremias
propheta ex mādato dei predicēs mala futura p
Caldeos ſup ciuitate ſanctā Hieruſalē ⁊ totū re=
gnū Juda ꝓpter grauiſſima pctā eorū maxime
in diebꝰ regū duoꝝ precedētium quos dimiſimꝰ
etiā ob hanc ratione Jtē anno 18 regni eiꝰ repto
libro legis in theſauris tēpli Olda ꝓphetiſſa an=
nūciauit eadē futura mala poſt dies huiꝰ regis
Deniqꝫ in vltimo āno hoc eſt 31 regni ſui ꝓceſſit
Joſias obuiā regi egypti pugnaturꝰ cū eo q̄ non
veniebat cōtra eū ideo deo pmittēte pcuſſus ⁊ vi
ctꝰ eſt ab egyptijs Propterea totū tēpꝰ Joſie ab
anno 13 regni ſui cōputat ſi captiuitate babyloni
ca Matth 1 vbi dr̄ q̄ Joſias genuit Jeconiā/⁊ fra
tres eiꝰ in captiuitatē babylonis Et ſilr̄ i hac 36
dei/Leo papa vt alter Joſias reformauit eccleſiā
dei ⁊ purgauit eā a labe ſimonie ⁊ aliorū erroꝝ ⁊
q̄uis eſſet vir bonꝰ ⁊ iuſtus neſciēs tñ cōſiliū dei

In hoc errauit q̄ exiuit obuiam exercitui Fraco rum/ Normanorum et aliorum chriſtianorū qui aſcendebāt in Italiā peregrinaturi aduerſus Sarracenos qui trāſierāt ex Affrica / in Siciliā/Calabriam/et Apuliam Leo autem papa non credens eos eſſe adeo miſſos contra infideles ſed putans q̄ inuaderet terras eccleſie exiuit contra eos quare ipſe cum toto ſuo exercitu cōtritus eſt ab eis haud aliter q̄ꝫ Joſias ab egyptijs ex qua ruina ſui exercitus adeo fuit humiliatꝰ Leo papa et grauiter reprehenſus a Gallis vt deinceps permitteret eos facere quecūqꝫ vellent in patrimonio eccleſie Romane ſecundū q̄ rex Egypti fecit omnia que voluit in Judea/ꝛ Hieruſalem Laudatur nihilominus hic papa cū alijs huius generationis pontificibꝰ bonis q̄ ſicut alter Joſias templum domini i Romanam eccleſiam a ſuis predeceſſoribus ꝓphanatam emundauit/ ac reformauit Uerū in diebus ſuis ceperūt pre nunciari ea mala que Hieremias ꝓpheta predixerat de euerſione Hieruſalem / et noue babylonis (que etiam prochdolor iam in tempeſtate noſtra fieri inceperunt/ et indies non ceſſant quouſqꝫ poſt deſolationem eius ab antichriſto reedificentur denuo muri Hieruſalem i eccleſie dei) nam in hac generatione floruerūt doctores illi qui primo inſpiratione diuina inceperant cōtemplari cōcordias noui ꝛ veteris teſtamenti et ꝑ illas vaticinari de futuris calamitatibus eccleſie vt Petrus damianus/Guillelmus theutonicus et alij quas concordias poſtea abbas Joachim florentinus in gene 40 eccleſie ſatis diffuſe declarauit. Alij vero pontifices huius generationis fere omnes fuere boni ex religione ſancti Benedicti aſſumpti et eandem curam/vel ſollicitudinem diuini cultus in eccleſia dei proſequentes poſt Leonem nam ſicut Leo papa congregauit concilium Uercellenſe contra ſimoniacos ꝛ hereticos ita victor fecit aliud concilium Florentie ad idem ꝓpoſitum ſimiliter Nicolaus papa cōgregauit Lateranenſe concilium vt daret bonam formam eligēdi papam per cardinales non per imperatores Alexander etiam aliud concilium Mantue adunauit in quo multa ad eccleſie vtilitatem (Gratiano teſtante) cōſtituta ſunt maxime contra ſimoniacos/ꝛ fornicarios ſacerdotes Solus aūt Benedictus papa in hac generatione cum non fuerit monacus malum habet teſtimoniū qꝛ nobiliū quorūdam factione ꝑ vim et ſimonia (clero diſſentiente) intruſus eſt ſed parū vixit et mala morte ſublatus eſt Henricus etiā tertius imperator/fautor fuit malorum ꝛ contra Alexandrum/ac Gregorium Romanos pontifices quoſdam antipapas erexit / et ſciſmata fecit deo permittente ad bonorum pontificum probationem ¶ Aduertendū deniqꝫ q̄ quia hec dominica et tota hec hebdomas eſt ſexta in quadrageſima numerus autem ſenarius vt in prima dominica quadrageſime probatum eſt laborem ſignificat ideo licet omnia officia huius quadrageſime ad generationes eccleſie chriſtiane retu‑

Notabile

lerimus propterea in hac ſeptimana ſextam ſignificat mundi etatem in qua ſub chriſto principe vſqꝫ ad finem mundi militamus in multis laboribus ꝛ paſſionis configurati chriſto qui in ſexto die paſſus eſt. Et qꝛ hec hebdomas ſepte habet dies cōueniens eſt vt etiam in hac ſexta etate ſeptem faciamus partes quas quidam ſeptem vocant ſignacula alij ſeptem apertiones ſignaculorum libri clauſi de quo Joānes Apoc̄ 5 quare ſequitur q̄ ſexta pars ſexte etatis cui correſpondet ſexta feria huius ſeptimane ſit tempus maxime paſſionis chriſti myſtici hoc eſt ſit tempus perſecutionis antichriſti que erit aliarum omnium acerbiſſima contra eccleſiam dei ꝓcedūt tamē illam quedam alie minus graues perſecutiōes in alijs partibus prioribus ſexte etatis quibus correſpondent illi dies huius hebdomadis inqꝫ bus leguntur paſſiones i hac dn̄ica ꝛ feria tertia cum quarta feria vero ſc̄da ꝛ quinta qꝛ abſolute ſunt a paſſionibus ſignificant alias partes ſexte etatis in quibus fideles chriſti libertate habuerunt ꝛ a perſecutionibus malorum liberi vixerunt Ad maiorē ergo huius ſeptenarij declarationem ſciendum q̄ tempus legis veteris plenū figuris ꝛ obſcuritatibus myſteriorū fuit velut liber clauſus ſeptem ſignaculis i ſeptem temporibus que fuerunt oc̄s partes eius ſignificate in ſeptem diebus creationis mundi ſed tēpus legis noue declaratiuū illorū myſteriorū eſt velut apertio libri ideo ſepte partes eius dici poſſunt apertiones ſepte ſignaculorum/ſignificate in ſeptem diebus huiꝰ magne ac ſancte hebdomade Primum itaqꝫ ſignaculū ve le fuit a Jacob vſqꝫ ad Moyſem in conflictu egyptiorum. Sc̄dm a Joſue vſqꝫ ad Samuelem in congreſſu cananeorum Tertium a Dauide vſqꝫ ad Heliā propheta in perturbatione philiſtinorū Quartū ab heliſeo vſqꝫ ab Eſaiam ſub perſecutione aſſiriorum Quintū ab Ezechia rege vſqꝫ ad Hieremiā prophetā in deuaſtatiōe caldeorum Sextum ab Ezechiele vſqꝫ ad Zorobabelē in ſubiectione captiuorū Septimū ab Eſdra ſacerdote vſqꝫ ad chriſtum in reditu peregrinorū Et dicuntur hec tepora ꝛ geſta ſignacula qꝛ ad aliquid ſignificandum in poſterum tā acurate ſcripta ſunt a ſanctis ꝓphetis nō quidē a caſu vel curioſitate ſed ſpiritu ſc̄o mouente corda eorū vt eſſent ſigna temporꝫ ſexte etatis ꝛ myſteria futurorum negotiorū in eccleſia chriſtiana Prima ergo apertio no le fuit a natiuitate chriſti vſqꝫ ad obitum Joānis euangeliſte fere per 70 annos in cōflictu iudeorū qui chriſtū et apoſtolos eius ſunt perſecuti Sc̄da a Traiāo imperatore vſqꝫ ad Conſtantinum magnum ꝑ ducentos ꝛ triginta fere ānos in cōgreſſu tyrānorum q̄ innumeros martyres chriſti cōſecrauerūt Tertia a cōſtātino imꝑatore vſqꝫ ad Juſtinianū ꝑ trecētos fere ānos in perturbatiōe hereticorꝫ maxime grecorū q̄ fecerūt ſciſma i eccl'ia chriſti ſicut olim fuit ſciſma regni iudeorꝫ in tertio ſignaculo ve le Quarta apertio fuit ab Eraclio imꝑatore vſqꝫ ad Carolū magnū ꝑ ducētos fere annos ſub

Septe ſignacula.

Septē apertiones.

perſecutione Sarracenorū Quinta a Ludouico
tertio imperatore vſq ad Henricum primum p
alios duceptos annos in peruerſitate latinorum
eccleſiam dei deuaſtat in ad modum Caldeo=
rū Sexta a Friderico imperatore primo vſq ad
mortem antichriſti decurrit i qua iam traſierūt vſq
ad nos quadringenti fere anni in magna capti=
uitate chriſtianorum ſpirituali ſub immanitate
viciorum Septima appertio ab antichriſto vſq
ad finem ſexte etatis expectatur futura in refor
matione chriſtianorum que aliarum omniū bre=
uiſſimum tēpus predicatur Quare manifeſtum
eſt q huius ſexte dominice officium non ſolum
ad 36 gene eccleſie pertinet ſed etiam primo ſi=
gnaculo veteris legis et prime appertioni noue
legis poteſt adaptari valde conuenienter nam ſi=
cut in primo illo ſignaculo filij Iſrael fuerunt
prius recepti in Egypto cū magno honore poſt=
ea vero fuere valde afflicti ab Egyptijs et cum
magno dedecore tractati/ atq eiecti ſimiliter in
prima appertione noui teſtamēti apoſtoli/et alij
diſcipuli chriſti fuerunt in iudea prius bene ho=
norati in preſentia eius ꝓpter magna miracula
que ipſe faciebat non enī poſſunt filij ſpoſi luge
re q̄diu cum eis eſt ſpōſus ⁊c̄ ſed poſt aſceſio=
ne chriſti abſente ſpōſo ab eis vexati et tribulati
ſunt a iudeis/ac turpiter eiecti extra iudeā i deſer
tu gentilitatis Et ſicut filij iſrael per mare rubrū
tranſeuntes liberati ſunt a captiuitate pharaonis
ſubmerſis curribꝰ ⁊ equitibꝰ eiꝰ in aq̄s vehemē
tibꝰ/atq occiſis egyptiorꝫ primogenitis ita apl̄i ⁊
diſcipuli chriſti p paſſione ⁊ ſanguine eiꝰ liberati
ſunt a captiuitate diaboli ſubmerſis oibꝰ eiꝰ vi=
ribꝰ i aquis baptiſmalibꝰ p cōuerſione pluriū po
pulorꝫ atq occiſis primogenitis i maioribus iu=
deorꝫ ab exercitu romanorꝫ ⁊ multa alia poſſent
adduci huc ⁊ inde cōcordātia in primo ſignacu
lo ⁊ prima eiꝰ appertione q̄ plane in hodierno
officio miſſali deſignantꝰ vbi primo ſolenis/⁊ ho
norifica pceſſio cū ramis virentibꝰ ⁊ gaudio po=
pulorꝫ celebratꝰ poſtea vero lamētabilis paſſio cū
gemitu ⁊ triſticia cātatꝰ ⁊ euāgeliū pceſſionis/ac
ho io 13 breue eſt euāgeliū aūt lugubris paſſio=
nis longū qualia fuere in primo ſigillo/⁊ prima
appertione tempora honoris atq tribulationis
populi dei ⁊c̄ Talem ergo temporis qualita=
tem ſignificare volēs hodierne ſolemnitatis offi=
cium ſimul cū myſterijs paſſionis chriſti in ma=
Matutini tutinis legit Hieremiam prophetam prenuncia
torem tribulationum tam veri q̄ myſtici chriſti
dei Reſponſoria lectionum/ ⁊ antiphone laudū
et pſalmis paſſionis accipiuntur.ſimiliter ⁊ per
ho ac diei veru hora tertia fit ſolennis proceſſio
et benedictio ramorum cū gaudio ad repreſen=
tandum illam honorificā receptionem chriſti in
Hieruſalem ante ſex dies paſche que figurauit
ſimilem receptionē ſtatus monaſtici in hac ge
neratione ad pontificalem dignitatem/ſeu regi=
men eccleſie ante paſſionē illam que futura eſt
tēpore antichriſti que etiam repreſentat in huius
miſſe lugubris officio vbi nihil fere aliud agi=
tur niſi paſſio chriſti tam veri q̄ myſtici. Un= Introitus
de introitus Dne ne longe facias ⁊c̄.ex.pſ 21 eſt miſſe.
oratio chriſti / vel populi chriſtiani ad deum pro
ſua liberatione a tribulatione futura que prenū=
ciata eſt in Hieremia et in hac gene 36 ideo ait.
dn̄e oro te ne longe facias i lōgo tempore diffe=
ras auxilium tuū a me ſed potius ad defenſio=
nem meam aſpice in tempore neceſſitatis/⁊ an=
guſtie future ſuper me ⁊ libera me de ore leonis
i.populi iudeorum / vel antichriſti volentis me
deuorare et a cornibus i violentijs vnicorniū.i
malorum principum libera humilitatem meam
i.me pauperem humilem ⁊ deiectum Similem
orationem faciebat in ſua etate Joſias rex iuda
timens futuram oppreſſionem ſui regni a rege
Babylonis q̄ predixerat Hieremias Uerſus.
Deus deus meus ⁊c̄ principium eiuſdē pſalmi.
humiliter cōqueritur coram deo q ſit derelictus
quaſi orphanus eo q peccata ſua/vel ſuorū pro
pter que paſſurus eſt faciāt eum ſic longe a ſua
ſalute i. a ſaluatore deo Additur alius verſus
ex eodem pſal loco Gloria patri (quod non dici=
tur ) et magis explicat difficultatē ſue liberatio=
nis ſcilicet indignationem dei ꝓpter peccata ho
minum deus inquit meus clamabo ad te per
diem i modo in tempore proſperitatis ⁊ nocte i.
tunc in tempore aduerſitatis mee et tu nō exau=
dies me liberando ſed hoc non facies ad inſi=
pientiam i damnum ⁊ nocumentum mihi quia
licet ad tempus permittas me pati tamē mora
illa erit ad maiorem gloriā liberationis mee ſe=
quentis Oratio Omnipotens ſempiterne deus Oratio.
⁊c̄.applicat predictam petitionem ad ieiunātes.
nam cōmemorata humilitate chriſti in ſua paſ=
ſione orat ſibi concedi patientiam in penis tol=
lerandis et conſortium in gaudio reſurrectionis
cum chriſto et matre/atq diſcipulis eius Epi Epl̄e ar
ſtola Hoc ſentite in vobis ⁊c̄ Philip 2 eandem gumētū
ſententiam habet cum introitu et oratione ſcili=
cet q deus permittit ſanctos ſuos aliquādo pa=
ti.vt poſtea glorioſius liberet eos a tribulationi=
bus ex qua ſententia conſolari debent ſerui dei
quando timent aliquā futuram tribulationem/
vel iam ſunt in ea poſiti hoc facit epiſtola addu
cendo chriſtum dei filium in exēplum Et habet
tres partes Quia primo demōſtrat chriſti maie=
ſtatem Secundo ibi ſed ſemetipſum ⁊c̄ eius hu
militate Tertio ibi ꝓpter quod ⁊c̄ declarat eius
glorioſam exaltationem Ait ergo bonus prela= Prima
tus illius 36 genera ad fideles timentes futura pars eple.
mala in eccleſia dei o fratres mei chariſſimi hoc
idem aut ſimile ſentite i credite vel ſperate futu
rum in vobis quod credidiſtis factum in chriſto
Jeſu nam ille homo diuinus fuit poſitus in exē
plar aliorum hominum fideliū ⁊ bonorum tam
in aduerſa q̄ in ꝓſpera fortuna ideo ſicut ſe ha=
buit diuina prouidentia erga illum hominē ſiue
in malis ſiue in bonis ſucceſſibus vite ſue ita ſe
habebit erga alios ſeruos ſuos ſcilicet q pmittet
eos primo tribulari ⁊ vexari a mūdo ⁊ diabolo et
poſtea glorificabit eos poſt labores ⁊ certamina.

Res autē chriſti hoc ordine geſte ſunt qui cū in
forma i. in vera natura dei eſſet ante incarnatio-
nē nō rapinā i. vſurpationē honoris indebiti ſibi
arbitratꝰ eſt dicere ſe eſſe equale deo patri in ſa-
pietia/poteťia/bonitate/⁊ alijs attributis eſſentia
libus q̄ illi nature ſunt ꝓpria ſed hoc ſibi natu-
Secũda ps eple
raliter cōueniebat Sed nihilominus cū eſſet tā
excelſus ſemetipſum exinaniuit. i. humiliauit ꝓ-
pter nos vt eū imitaremur in illa virtute maxime
neceſſaria hoibꝰ humiliauit dico nō minuēdo di
uinitate ſuā/⁊ dñium vniuerſale totiꝰ mūdi ſed
accipiēdo formā i. naturā hoīs ſerui dei factus in
ſimilitudi. alioꝝ hoim i. penalitatibꝰ et laboribꝰ
huius vite nō in gratijs ⁊ priuilegijs ſue pſone ⁊
ideo poſt incarnatiōe ⁊ natiuitate ſuā ex matre
puriſſima inuētus eſt in mūdo i. cognitꝰ ab hoi
bus veſtitꝰ habitu i. corpore vt ho i. habēs verā
naturā humanā ⁊ paſſibile/ac ſi eſſet ho pctor ſi-
cut alij hoies ⁊ qđ plus eſt humiliauit ſemetipm
ad labores ⁊ penalitates huius vite factus obe-
diēs diuine ordinationi vſq; ad patiēdam morʒē
violetam ab hoibus ⁊ non qualecūq; morte ſed
morte aūt crucis q̄ fuit alia omi crudeliſſima ⁊
exprobratiſſima ab hoibꝰ et hec oia ſuſtinere vo-
luit ꝓpter eruditione noſtrā vt ⁊ nos diſcamꝰ ſi-
milia pati qđ opꝰ eſt ad honore dei ⁊ ꝓpter obe-
dientiā eiꝰ qđ eſt opus maxime pfectionis ⁊ ma
Tertia ps epiſtole
gni meriti apud deū vt patuit i. chriſto Propter
qđ opꝰ ſue humilitatis deꝰ dedit ſibi glorioſum
premiū qꝛ deꝰ exaltauit illū in bonis glorie cor-
poris p ſua reſurrectionē ⁊ in honore qꝛ donauit
illi nomē i. famā bonā ſup oē nomen cuiuſcūq;
alterꝰ hois quātūcūq; magni pricipis aut ſancti
viri adeo vt in noie ieſu i. audito eo oē genu crea
ture flectat i. inclinet ad obediētiā eiꝰ tāq; ſupmi
dñi oe genu creaturaꝝ celeſtiū q̄ ſunt angeli/ter-
reſtriū q̄ ſunt hoies/⁊ infernoꝝ q̄ ſunt demones
qꝛ oes creature ſunt ei ſubiecte et mouent ad eiꝰ
imperiū ꝓpter meritū ſue humiliatiōis pdicte ⁊
deinceps iperpetuū ois lingua creature rōnalis
cōfiteat laudādo ipſum qꝛ dñs ieſus chriſtꝰ eſt in
gl'ia dei pr̄is i. tali ⁊ tāto honore ſicut ipſe deꝰ pa-
ter Simili ergo modo deꝰ alios ſuos ſuos iuxta
diuerſos gradus ſue humiliatiōis in penis exal-
tabit eos ad diuerſos gradus glie et honoris in
hoc ſeculo ⁊ i. futuro Ergo fratres chariſſimi cū
omni humilitate eſtote parati ſuſtinere cū patiē-
tia mala futura in eccl'ia dei q̄ in hac generatiōe
cepta ſunt pnūciari Moraliter hec epl'a eſt ſmo
moderni plati ad ieiunātes ⁊ penitētes vt patiē-
ter tolleret labores huiꝰ ſc'e q̄drageſime ( q̄ cito
finiet )ex q̄ expectāt p ſuis laboribꝰ magne glie
Graduale
retributionē ¶ Catꝰ gradualis Tenuiſti manū
dexterā ⁊c̄ ex ps 72 eſt reſponſio fidelis ppl'i ad
deū ⁊ alludit ad pſperitatē regni Joſie et ad ho
norificā receptionē chriſti cū ramis in Hieruſale
cū expectatione tn̄ future paſſiōis ac tribulatio
nis ideo ppl's chriſtianoꝝ dat gras deo de ꝓſpe
ritate huiꝰ 36 ge tā in corporalibꝰ quā i. ſpūalibꝰ
bonis licet cū ipe futuroꝝ maloꝝ dicēs tenuiſti
dne i. ſuſtētaſti manū dexterā meā i. tēpꝰ mee ꝓ-
ſperitatis qđ quātum durabit eſt in volūtate tua
libera nō in meritis meis deduxiſti me p varia
tepora pterita vſq; ad hoc tēpꝰ fauorabile mihi. ⁊
cū gl'ia tēporali ſuſcepiſti me i. aſſumpſiſti ad ho
nores eccleſiaſticos et forte eſt vox religioſi ſta-
tus monachorū qui in hac generatiōe aſſumpti
ſunt ex religiōe ad papatū ⁊ alias dignitates ec
cleſie Verſus quā bonꝰ iſrael deꝰ ⁊c̄ principiū
eiuſde pſal. approbat doctrinā epl'e de bono or-
dine diuine ꝓuidentie cū bonis ſeruis ſuis quo
primo exercet eos p aduerſa deinde exaltat eos
ad proſpera ecōtra de malis ⁊ peccatoribꝰ q̄ pri-
mo delectātur in proſperis ⁊ poſtea puniūtur in
aduerſis ideo laudat deū dicēs o quā bonꝰ ⁊ piꝰ
eſt deꝰ his q̄ recto ſunt corde i. bonis ſeruis ſuis
licet ſcđm iudiciū mundanoꝝ videat eos crude-
liter tractare modo predicto et aliquādo propter
tale iudiciū mei pedes i. affectiōes moti ſunt ad
blaſfemiā contra deū et pene effuſi ſunt ad ma-
lū greſſus mei i. verba exteriora ⁊ etiā opa mea
qꝛ zelaui in peccatoribꝰ i. inuidebā eis de ſua ꝓſ
peritate vidēs pace i. ſecuritatē vite eorū cum tn̄
ſcđm rei veritatē tunc deꝰ eis magis iraſcit quā
do magis proſperātur peccatores et tūc deꝰ ma
gis miſeretur iuſtis quando ipſi magis tribulā-
tur Thobie 4. cū iratꝰ fueris miſericordie recor
daberis ⁊c̄. ¶ Tractus Deus deꝰ meꝰ ⁊c̄. eſt prin Tractus.
cipiū imo magna ps pſal' 21 de quo in miſſe in
troitu in quo vterq; chriſtꝰ ſuā futurā tribulatio-
nem plangit dicēs ſe derelictū/elōgatū a ſalute/
non exauditū a ſaluatore ⁊c̄ vt moueat deū ma-
gis ad pietate ⁊ miſericordiā eo modo quo ora-
bat in miſſe introitu Ad hoc etiā ꝓpoſitū in hac
miſſa legit ipſa paſſio chriſti ſcđm Mattheū p euā
gelio quaſi prenūciando eā pro ſexta feria ſequē
te futurā ſed qꝛ expoſitio eiꝰ aptior erit tūc q̄ nūc
ideo exponemus aliud euāgelium huius diei qđ
in matutinis ⁊ in bn̄dictione ramorū cantatū eſt
¶ Cum appropinquaſſet ieſus Hieroſolymis ⁊c̄
Matthei 21 qꝛ in eo agit de honorifica receptiōe Euāgelij argumentum
ieſu chriſti in Hieruſalē terrena ad literā et ſimili
aſſumptione ſtatꝰ monaſtici ad pōtificalē digni-
tate in Hieruſalē myſtica q̄ eſt dei eccl'ia p hiſto
riā vt aliqualiter declarauimꝰ in precedēte cap
promittēdo futurū qđ hodie preſens celebramꝰ
Et habet hoc euāgeliū tres partes Prima eſt
miſſio diſcipl'orum Scđa ibi hoc aute totum fa-
ctū eſt ⁊c̄ dicit pmiſſio antiquorū Tertia ibi plu-
rima aute turba ⁊c̄ ſubiectio popl'oꝝ. Et licet hoc Prima ps euangelij.
euāgelium iā expoſuerimꝰ in prima dñica aduē
tꝰ ad aliud ꝓpoſitū hic tame applicādo ad 36
ge eccl'ie dicimꝰ q̄ in illo tepore cū iā appropin-
quaſſet ieſus myſticꝰ i. ſtatus monachorū qui in-
tēdit ſaluti animarū Hieroſolymis i. eccleſie dei
pacificande et bene gubernāde poſt tot ſciſmata
⁊ mala exempla Romanorum pontificū et iam
veniſſet bethfage. i. ad domū oris hoc eſt ad ſtu-
diū ſacre ſcripture que eſt os dei ad mōtem oli-
uarū i. altitudinē pinguedinis deuotiōis ⁊ chari
tatis hec em̄ duo ſunt neceſſaria bono pōtifici ſ.
ſciētia ſacraꝝ ſcripturaꝝ ⁊ zelꝰ aiaꝝ tūc miſit ad p

p̄redicandū p̄ mā ſū duos dſcipulos ſancte reli
gionis i binos v l gām na charitate p̄dictos di=
ces eis ite in caſtellū i cōtra populū armatū ma
licia qđ cōtra vos eſt i vos pſequit̄ ꝓpter auari=
cia ſacerdotu ſeculariū. hoc eſt p̄dicate cotra vitia
coꝝ maxime prelatoꝝ nā inuenietis aſinā i ple
be ſubiecta prelatis alligata i impeditā a bona
actione ꝓpter mala exepla eoꝝ inuenietis etiā
pullū i ſeculare principe multipliciter errāte a le
ge dei ſoluite eos verbo p̄dicationis/ꝛ exeplo ve=
ſtre ſanctitatis mouēdo eos ad bene operadū et
adducite eos vt ſeruiant mihi deinceps ꝛ ſiquis
ſacerdotū ſeculariū vobis aliqđ dixerit voles im
pedire effectū veſtre p̄dicationis reſpōdete ei q2
dn̄s ex cuius p̄cepto p̄dicatis opus habet his
ꝑplis ad implēdum in eis predeſtinatione ſuā ꝛ
cōfeſtim dimittet eos venire ad veſtrā p̄dicatione
na deꝰ inſpirauit Romano pōtifici vt det vobis
liberā facultate predicadi ꝛ fructū faciēdi in pplo
dei Addit aūt euāgeliſta hoc aūt totū qđ diximꝰ
de miſſione religioſoꝝ ad p̄dicādū/ꝛ de cōceſſio=
ne priuilegij apl̄ci vt nō ipediant̄ a ſacerdotibꝰ
ſecularibꝰ factū eſt i ordinatū a deo ad hūc finē
vt impleret̄ qđ dictu eſt per ꝓphetā de aduentu
religioſoꝝ ad finē ſexte etatis pro reformatione
eccl̄ie de vt Danielis II ꝛ Apocal̄ 20 ꝛ alibi ſe=
pius i ſacra ſcriptura dicite inq̄t Zacharias 9
vos p̄dicatores filie Sion i eccl̄ie chriſtiane ecce
tepus appropinquat in quo rex tuus i rector tui
ſanctꝰ ꝛ bonꝰ p̄latus religioſus venit tibi i ad tuā
vtilitate maſuetꝰ i humilis nō ſupbꝰ/ ꝛ pōpoſus
vt olim Ro pōtifices Legit̄ nāqꝫ de Leone 9 in
hac generatioe 36 ꝙ miſſus ex Saxonia ab ipe
ratore vt eſſet papa venit Roma in habitu pe=
grini comitatus duobꝰ religioſis honeſtiſſimis ꝛ
ibi corā toto clero renūciauit electioni impatoris
q2 no erat canonica ꝛ rogauit vt aliū bonū pōti=
fice ſibi eligeret Sꝫ cardinales viſa hois humili=
tate ipſum canonice elegerūt in ſummū pōtificē
et idē modus obſeruatus eſt in alijs pontificibꝰ
huius generationis rex ergo tuꝰ venit tibi man=
ſuetus ſedes i vt ſedeat in cathedra Petri apl̄i=
ca ſup aſinā i plebē fidele/ et ſup pullū i filiū eiꝰ
principe ſecularē filiū dico plebis ſubiugalis i
poſite ſub iugo legis chriſti ꝛ Romani pōtificis
Euntes ergo diſcipuli religioſi p diuerſas ꝓuin
cias chriſtianoꝝ diligēter fecerunt ſicut precepe=
rat illis ſuus prelatus et p ſuā predicationē ad=
duxerūt i inclinauerūt ad deuotione religioſoꝝ
aſinā ꝛ pullū i populū ꝛ principem et impoſue=
rūt ſup eos veſtimēta ſua i doctrinas et virtutes
quibꝰ ornarent̄ et tandē p electione canonicam
fecerunt eum i religioſum prelatū ſedere i preſi=
dere quiete/ ac ſecure ſup eos ꝛ hoc incepit ma=
xime fieri in hac generatione 36 electis multis
religioſis in ſummos pōtifices cū maximo gau=
dio populoꝝ fideliū qui libēter talibus prelatis
volebāt eſſe ſubiecti Ideo plurima turba laicoꝝ
fideliū honorifice recipiētes tale pontificem ſtra=
uerunt veſtimēta ſua in via per quā trāſibat im
mo et corpora ſua inclinabat ꝓcidentes vſqꝫ ad
pedū oſcula. alij aūt qui non erant ibi preſentes
vbi erat Romanꝰ pōtifex ſed audiebāt virtutes
eius cedebāt ramos autoritatū de arboribꝰ ſcri=
pturaꝝ autēticarū/ꝛ faciebāt ſermones/aut ver=
ſus/vel ep̄las de laudibus talis pōtificis ꝛ ſter=
nebāt i ꝓponebant publice corā populis in via
vt allicerent eos ad deuotionē ꝛ obediētiam tam
ſancti pontificis turbe vero Romane curie que
precedebāt ꝛ ſequebātur in die coronationis eiꝰ
apud lateranum clamabāt pre gaudio dicentes
in laude. oſanna i honor ꝛ ſalus ſit huic pōtifici
vere filio Dauid i chriſti fortis quia imitat̄ chri=
ſtum in vita ſua benedictus talis papa qui ve=
nit ad pontificatū rite/ ꝛ canonice electus in no=
mine dn̄i non ſicut alij multi ſecularium qui ad
hanc dignitatē tyrānice venerūt per fauores mū=
danos in noīe impatoris/vel pecunie/vel in no=
mine diaboli p malas artes ꝛ factiones ſubdo=
las ❡Moraliter hodie eccleſia ramos benedi=
ctos diſtribuit fidelibus putans eos pro maiore
parte eſſe iam cōfeſſos de peccatis ſuis/ꝛ penitē=
tias eis iniūctas deuote peregiſſe vt oſtēdat eos
victoriā habuiſſe de inimicis i de mūdo/carne/ꝛ
demone Et ſolenni proceſſione ordinatos extra
caſtra educit ad deuote recipiendum prelatum
ſuū qui ſua doctrina/ et diligētia extitit cauſa ſa=
lutis eorū atqꝫ in euāgelio iſto denotat ꝙ ſacer=
dotes miniſtri chriſti adduxerunt eos ad chriſtū
per filialem ſubiectionē obedientes per aſinam:
caro vel corpus hois denotatur per pullū ani=
mus vt oſtēdatur ꝙ vtraqꝫ pars hominis debet
ſubijci deo vcꝫ corpus per abſtinentiā ꝛ animus
per deuotione Per ꝓphetiam allegatā cōmo=
nemur in hac hebdomade p̄parari ad deuote re=
cipiendū chriſtum venientem repreſentatiue ad
paſſione hoc eſt deuote meditari paſſionem chri
ſti/et compati ei ſentiēdo aliquem dolorē in ani=
ma noſtra ꝛc. In fine euāgelij enigmatice decla=
rantur opa bona ꝛ ſatiſfactoria pro peccatis in
quibus debemus nos exercere vſqꝫ ad paſcha.
Primū eſt ſternere veſtimenta in terrā i corpora
humiliare ad penitētiā afflictiuā hoc eſt ad flagel=
la/cilicia/inediā ꝛc Scđm eſt ramos diſpargere
oliuarum i opera pietatis ꝛ eleemoſinas facere
perſonis ꝛ eccleſijs pauperibꝰ ꝛc. Tertiū eſt cla=
mare per deuotas orationes ad deū oſanna i ſal
ua obſecro animā meā ꝛc ꝛ licet quilibet fidelis
hec oīa facere poſſit tamen primum horum ma
gis reſpicit clericos/ſcđm laicos/tertium religio=
ſos ꝛc ❡Cantus offertorij Improperium expe=
ctauit ꝛc pſal. 68 eſt lametatio populi chriſtiani
propter mala futura in eccleſia que in premiſſa
paſſione deſignata ſunt expectat em̄ in futurum
improperia bonorum/ꝛ miſeriā nobilium/deſo=
lationem orphanorum/ac pauperum ꝛ tandem
tempore antichriſti amariſſimum calicem fellis/
et aceti hoc eſt paſſiones et tormenta fidelium
Secreta oratio Ipſa maieſtati tue ꝛc offert deo
oblationem euchariſtie pro fidelibus ieiunanti=
bus vt eorum ſeruitia recipiat benigne qui per
chriſti paſſionem etiā recōciliauit ſibi inimicos.

Scđa ps euāgelij

Tertia ps euāgelij

Moralitas.

Offertorium.

Co. o. ¶ Cõ nunio Pater ſi non poteſt ꝛc̃ Matth 26 vox eſt chriſtiani ppl̃ cõformatis ſe diuine volũ‑tati ſup timore future calamitatis in eccl̃ia dei ꝛ o at pro gratia patientie ꝛ tollerantie vt fiat a no‑bis voluntas dei Finaliꝫ o atio Per huius do‑mine ꝛc̃ applicat dictam petitione ad ieiunates qui ſe conformãt paſſioni chriſti vt purgentur a vitijꝫ et repleantur virtutibus

## ¶ Caput ſexageſimũſecũdum de feria ſecunda hebdomade ſancte pro triceſimaſeptima generatione eccleſie ac pro confirmatione ieiunantis anime

Ad iume‑tũ officij · o anno · d ii 1080 · vſq; iii



Rigeſimaſepti‑ma generatio eccl̃ie chriſtia‑ne fuit ſub Ro pon Grego‑rio ſeptimo Victore / Urba‑no Paſchali ac imperatoribꝰ Herico tertio / ꝛ q̃rto Et cor‑reſpõdet Joachaꝫ ſecundo fi‑lio Joſie regi iuda qui in ꝓpter ſcelera ſua tribꝰ tatũ meſibꝰ regnauit in Hieruſalẽ ꝛ poſtea a re‑ge egypti cõprehẽſus ꝛ ductꝰ eſt in egyptũ ꝛ po‑ſuit Jeconia fratre eiꝰ maiore rege iuda vt eſſet ei tributariꝰ Et ſil̃r in hac gñatiõe 37 q̃ Gregoriꝰ fuit electꝰ in papã ſine cõſenſu imperatoris cõpre‑hẽſus fuit ab Hericotertio ꝛ ductus Salernũ in cuius locũ ide imperator aliũ vocatũ ab eo Cleme‑te antipapã creuit Et eſt hic notãdũ ꝙ oẽs impe‑ratores latini a Carolo magno vſq; ad hãc 37 ge regibus egypti aſſimilati ſunt. ſequẽtes vero imperatores regibꝰ babylonis cõparabunt nã or‑do iſtoꝝ regnoꝝ mirabiliter mutatꝰ eſt tã in ve ꝙ̃ in no teſtamento in veteri eñ lege primo regnũ egypti ſuperauit / ac vicit regnũ babylonis Deinde regnũ Iſrael regnũ egypti ſuperauit ſꝫ poſtea acci‑dit e conuerſo q̃ regnũ iſrael ſupatũ e ab egyptijs ꝛ deinde regnũ egypti a regno babylonis qd̃ etiã ſuperauit deniq; regnũ iſrael ſil̃r in noua lege primo fidelis ppl̃s p chriſtu de tenebris peccatoꝝ / ꝛ erroꝝ fuit eductꝰ ꝛ tranſlatꝰ ad luce vere doctrine / ac ſc̃e vite ſed circa fine mũdi idem populus vice verſa de luce trãſit ad tenebras appropinquãte iam fi‑lio perditioniꝫ qui ſeducet multos egyptus q̃ppe tenebra interpretat̃ babilon confuſio ſicut iſrael viſio dei iſta itaq; tria regna in eccl̃ia chriſtiana moribꝰ diſtincta ſunt nõ locis / aut religiõe quis eñ nõ videat tatũ diſtare inter hoies fideles pmi et vltimi tpis eccl̃ie quãtũ diſtabãt regna egypti et babylonis / ꝛ iter ſe ꝛ a regno Jſrael cũ hoc tñ ſtat ꝙ ꝛ priora tpa eccl̃ie habuerũt multos malos et poſteriora multos bonos habebunt ſicut in Hieruſalem erãt aliqui mali ꝛ in babilone / atq; egypto aliq̃ boni ſed nos hic de generalitate lo‑quimur Unde ſicut ppl̃s Jſrael q prius regna‑bat in Hieruſalẽ poſtea traditus eſt in manus egypti / ꝛ vltimo in babylonem ſic ppl̃s chriſtia‑nus qui tpe magni Conſtantini pace ꝛ libertate eccl̃iaſtica fruebat̃ in hac etate appropiñ quante iã in fine mũdi ſub tenebris peccatoꝝ perdita li‑bertate ꝓpter tyrãnidem maloꝝ imperatoꝝ mul‑tas cõfuſiones ꝛ diſcrimina patitur qd̃ ſonat ba‑bylonis nomẽ In ſcd̃o etiã ſigillo ve le. cui hec feria correſpondet cananeoꝝ ꝛ aliorũ gentilium bella cõtra iſrael continentur quot quot a diebꝰ Joſue vſq; ad Dauid regem in libris Joſue ꝛ iu‑dicum ſcripta ſunt ad laudem victorie iudeorũ q̃ regna illa obtinuerũt In ſecũda etiam apertio‑ne noui teſtamenti cõtigerunt ingentia martyrũ chriſtianoꝝ certamina atq; victorie que in genti‑litate geſta ſunt poſt primos illos chriſti ꝛ ſuorũ diſcipuloꝝ conflictus cum iudeis et durauit hec apertio vt diximus vſq; ad tempora magni cõ‑ſtantini quãdo ſpiritualis iheruſale que eſt chri‑ſti eccleſia regali eſt coronata faſtigio maxime Romana ſedes petri apoſtoli ſicut in fine ſcd̃i ſigilli terreſtris Hieruſale inter multas iudeorũ vrbes a rege dauid electa eſt in caput regni ꝛ ſa‑cerdotij tribus eñ iuda vt alias ſepe diximꝰ in hac quadrageſima concordat latine eccl̃ie ſicut regnum iſrael reſpicit eccleſiã orientalẽ grecorũ et aliorũ et Jeruſalem correſpõdet Roma ſicut Samarie / Conſtãtinopolis et inter multas lati‑norum eccleſias quarũ alie alijs ſunt digniores vexillũ regni Romane eccleſie ſolemniter eſt at‑tributũ. Propter hanc ergo ratione duplicem ſ ge 37 et ſecundi ſignaculi aut ſue apertionis q̃ ad honore regni terminatur huiꝰ ferie officiũ vi‑ctoriã ꝛ honore reſonat / ꝛ paſſionem in miſſa nõ admittit q̃uis corporaliter eccleſia multa mala tũc paſſa fuerit a tyrãnis In hac inſuper genera‑tiõe ciuitas ſancta Jeruſale recuperata eſt a chri‑ſtianis cum alijs multis vrbibus terre ſancte oc‑ciſis multis millibus Sarracenorũ ꝛ iterũ ere‑cta eſt in caput regni chriſtianorũ cuiꝰ primꝰ rex fuit Gothfredꝰ de bullõ ꝛc̃ Tũc etiã in antio‑chia lãcea chriſti fuit reperta ex reuelatiõe ſancti Andree ꝛ cũ ea chriſtiani preliantes ſarracenos multipliciter vicerunt Deniq; ſtatꝰ monachorũ in hac genera 37 fuit ſublimatꝰ ꝛ ab infeſtatio‑ne clericorũ liberatꝰ nã tũc ex ordine ſancti Bñdi‑cti ortꝰ eſt ordo ciſtercienſis et oẽs tunc Ro pon monachi fuere ꝛ ſancti viri eccleſiam dei refor‑mantes et concilia generalia frequentantes ad bonum eius regimen ¶ Talem igitur tempo‑ris conditione hodiernum officium repreſentãs in miſſe introitu ſ Judica domine nocentes ꝛc̃ ex pſal̃ 34 populum chriſtianum vel ordinem mo‑naſticũ introducit (qui eſt chriſtus myſticus) po‑ſtulantem a deo victoria de inimicis iudica inq̃t i‑condicta nocentes me expugna mecũ impugnã‑tes me ꝛc̃ Verſus Effũde framea ꝛc̃ ex pſ 34 addit p̃dicte petitioi alia verba eiuſdẽ ſẽtentie ſ vt deꝰ euaginet gladiũ chriſtianorum vt omnino concludantur aduerſarij deuicti quod ita factum eſt Oratio Da queſumus oĩs deus ꝛc̃ applicat moraliter ad ieiunãtes eandem petitionẽ vt per paſſionem chriſti cui configurantur in ſua peni‑tentia valeãt vincere hoſtes aie ¶ Ep̃la Dñs deꝰ aperuit mihi ꝛc̃ Eſa 50 eſt congratulatio chriſti veri aut myſtici de victoria cõtra ſuos inimicos p

Introitus miſſe

Oratio

Ep̃le argumentũ

aux lium ſpeciale gratie dei Ubi pmo explica-
tur modus ſue pterite tribulatiois Secundo ibi
dominus deus auxiliator ⁊c allegatur locus ſue
defenſionis Tertio ibi ecce oes ⁊c concluditur
Prima pars eple. rea 13 aduerſe condenationis Sed dimiſſo ſen
ſu de paſſione chriſti veri omnib⁹ notiſſimo In
dicoas illis 37 ge dixit Eſaias i.ſalus dñi pla-
tus eccleſie vel religionis dominus deus cui ſer
uio aperuit p inſpirationẽ ſuam aurem cordis
docedo me quid agere debeam in aduerſitatib⁹
meis ego aute obediens et nõ contradico i con-
trafacio retrorſum non abij in via dei quã ince-
peram p opter quecunq̃ mala me retrahentia
i no corpus meum myſticũ cui⁹ ego ſum caput
hoc eſt populũ vel conuetum meũ dedi pcutien
dum inimicis pcutientib⁹ ⁊ genas meas i pdica
to es expoſui vellentibus tyrannis facie meam
i ẽ ſntiam non auerti pre timore ab increpanti
bus ⁊ conſpuetibus i maledicentibus in me qꝛ
in omnib⁹ his tribulationib⁹ patientiam ſerua-
ui nec me abſcondi ab inimicis Et hoc nimirũ
Scda pars epiſtole q potuerim ſuſtinere quia dñs deus fuit ſemper
auxiliator meus ſpeciali quodã modo ſup mo-
dum comunem aliorꝫ temporꝫ.⁊ ideo nõ fui con-
fuſus i ſuperatus ab inimicis ideo etiam poſui
facie meam cõtra eos vt petram duriſſimam ad
reſiſtendum ex hac experiẽtia auxilij diuini ſcio
q non cofundar in futurum quia iuxta me eſt q̃
iuſtificat i iuſtum me declarat de⁹ meus ⁊ pcon-
ſequẽs iniuſtos eſſe inimicos meos qui me ſine
culpa pſequũtur quis ergo iuſte cõtradicet i con
traueniet mihi⁹q d nullus niſi malus ⁊ puerſus
ſtemus itaqꝫ ſimul ad iudiciũ rectum ſuper iſta
cauſa quis eſt meus aduerſarius⁹accedat ad me
i mecum ad contentionẽ de iure nam allegabo
ei ad meam defenſione teſtimonium dei.ecce do
minus de⁹ auxiliator meus eſt ⁊ in hoc dat teſti
moniũ iuſticie mee quis eſt iudex tam iniquus
Tertia pars epiſtole qui condenet me⁹Reſtat ergo vt iuſte condẽnen
tur aduerſarij mei quaſi iniuſte agentes contra
me ⁊ poſt condenationẽ punientur ecce omnes
ipſi cõterentur quaſi veſtimẽtum quod p nimia
vetuſtate rumpitur ⁊ non habet virtutẽ reſiſtedi
⁊ tinea inuidie ſue comedet eos demeritoue qꝛ
deus propter illud peccatum conſumet eos Et
couertit finaliter plat⁹ ſermonem ſuum ad fide
les ſubditos ſuos vt cõfirmet eos in bono.quis
inquit ex vobis eſt timens deum filialiter ſit au-
diens voce i exhortationẽ ſerui eius plati veſtri
qui ex parte dei loquitur ad vos quis vnq̃ ex ta
libus ambulauit in tenebris aduerſe fortune et
non eſt ortum ei lume diuini adiutorij⁹q.d nul
lus reperiet qꝛ vt apoſtolus dicit fidelis eſt deus
ſeruis ſuis ⁊ facit cum tẽtatione pventum ſperet
ergo quilibet fidelis i nomine dñi ieſu quod ſo
nat ſaluatione ⁊ innitatur i firmet ſe ſup domi-
num deum ſuum pmittente ei ſaluationẽ a pe-
riculis quia pro certo liberabitur vt patet in hac
noſtra 37 ge vt pdiximus Similem exhortatio
nem debet facere platus bonus in hac quadra-
geſima ieiunantib⁹ ⁊ penitẽtiam agentib⁹ quia

pro certo vincent ſuos ſpirituales aduerſarios
Cantus gradualis Exurge dñe ⁊ intende ⁊c Graduale
ex pſal 34 eſt oratio fidelis populi ex premiſſa
exhortatione concitati in magnam ſpem diuini
auxilij exurge (inquit) domine in adiutoriũ meũ
⁊ intende ad iudicium meum i cauſam meã de-
clarandam contra aduerſarios meos Verſus
Effunde frameam ⁊c ſuperius eſt declaratus ad
idem propoſitum in introitu Euangeliũ An- Euangelij argumentum.
te ſex dies Paſche ⁊c Joannis 12 hiſtoriam re-
ceptionis chriſti in Bethania ⁊ cene ibidẽ facte
ſibi applicat ad ge 37 eccleſie in qua iterum ter
ram ſanctã recuperauerũt chriſtiani ⁊ cathedrã
apoſtolicã honorifice poſſederũt religioſi mona-
chi Habet ergo tres partes Prima eſt circũſtan
tia cene Secunda ibi Maria ergo ⁊c eſt diligẽ-
tia Magdalene Tertia ibi cognouit ergo ⁊c.eſt
concurrentia turbe vel aliter Prima eſt recupe
ratio terre ſancte Secũda eſt deuotio religionis
monaſtice Tertia concurſio fidelis turbe In illo
itaqꝫ tepore ge 37 ante ſex dies i generationes Prima pars euangelij.
paſche.i tranſitus hominum ad religiones mẽ-
dicantium in eccleſia dei.hoc ẽ ſexta gñatione
ante ortum religionum mẽdicantium in eccleſia
dei.venit ieſus.i.monaſticus ordo Bethaniam i.
domum obediẽtie eccleſiam hoc ẽ venit ad regẽ
dum eam vt ſummus põtifex cui obediatur vbi
etiã fuerat Lazarus i.pnceps ſecularis mortuus
pcto vl anathemate quẽ tamen ipſe monachus
ſuis pdicationibus ſuſcitauit ab illa morte fece-
runt autem clerici ei cenam.i.refectionẽ ſpiritua
lem quia iocũde miniſtrabant ei ⁊ Martha acti
ua.i plebs laicorum miniſtrabat ei temporalia
bona ad ſuam ſuſtẽtationẽ.Lazarus vero i prin
ceps populi ſecularis vnus erat ex diſcumbẽti-
bus i congaudentibus cum eo quia placebat ei
talis pontificis creatio ⁊ fauebat ei. Si autẽ ad
recuperationẽ terre ſancte hoc referamus ieſus
.i fidelis populus tunc venit in Bethaniã quan
do fecit ſibi ſubiectam terrã ſanctam:in qua pus
erat princeps infidelis ⁊ in hac gñatione eo eie-
cto ſuſcitatus eſt rex fidelis in Hieruſale ⁊ fide-
les ibidem cõmorantes iocunde receperũt occi
dẽtales chriſtianos ad eam veniẽtes ſed plebs
infidelium miniſtrabat i manſit ſerua i manſit
facta ſerua fidelium ⁊ miniſtrabat eis Lazarus
vero i princeps chriſtianus cũ populo ſuo in ea
regiõe diſcumbebat i quiete ⁊ pacifice reſidebat.
Sed maria conteplatiua i religio ſacerdotũ aut Secunda pars euangelij
monachorum contẽplationi dedita ⁊ dicata tũc
temporis accepit libram vnguẽti i iuſtam lauda
tionẽ dei p libram enim iuſticiam p vnguẽtum
laudem intelligimus q̃ demulcet q d viſa tanta
dei gratia fidelibus facta clerici de recuperatiõe
terre ſancte/⁊ religioſi de ſua ſublimitate ⁊ bono
eccleſie regimine ceperũt laudes deo decantare
enarrantes magnifica eius ad ſeruos ſuos dici-
tur autẽ vnguẽti nardi piſtici precioſi ⁊c nardus
herba odorifera eſt piſtis grece fides eſt latine
vt ſit ſenſus accepit libram vnguẽti pcioſi i ma-
gni precij aut valoris qꝛ erat ex nardo odorifera

fidele ⁊ purum nihil habens adulterine mixtu
re ⁊ in ꝓpoſito ſignificat officium ſacerdotum ⁊
religioſorum illius generationis valde deuotum
⁊ pcioſum coram deo. quod ptinebat ad magnā
iuſticiam ⁊ fide bene olentem ⁊ illa ſacra contio
tunc vnxit pedes ieſu quia bene viuedo veſtigia
domini ſequebatur extерſit capillis q̄ ſuperflua
bonoꝝ tēporaliū pauperibꝰ diſtribuit q ſunt pe-
des eccleſie ı infimus fideliū ſtatus ex q opere
tota domus dei (que eſt eccl'ia) impleta eſt odoꝛe
illius vnguenti ı bona fama ſacerdotū ⁊ religio
ſorum ⁊ quia alij euangeliſte de eadem cena lo
quetes non tantū pedes ſed etiam caput domi-
ni referunt vnxiſſe Mariam in hoc pfecta eccle
ſiaſticorum ı huius tēporis monſtratur iuſticia er
ga deum ⁊ homines nam caput eccl'ie deus eſt
pedes ſūt pauperes quia tamē apoſtolus de ta-
libus loquēs ait chriſti bonus odoꝛ ſumus alijs
ad vitam alijs ad moꝛtem non defuerūt in tem
poꝛe illo aliq mali qui ex pdicto vnguēto offen
derētur etiam ſi eſſent chriſtiani foꝛte greci q̄ in-
uidentes victoꝛie latinoꝝ aut ſacerdotes ſecula-
res q̄ inuidētes exaltatiōi religioſoꝝ non appro
babant q̄ facta erant in tēpoꝛe illo apud fideles
dixit ergo vnus populus vel cetus hominū ex
diſcipulis eius ı chriſtianis ⁊ vocabatur Judas
.i. confeſſoꝛ fidei catholice ſed Scarioth ı vir oc
caſionis aut moꝛtis ideo ſic dictus quia erat tra
diturus ad moꝛtem/vel occaſione peſſimam ali
cuius periculi chriſtum myſticum dixit (inquā)
quare hoc vnguentū ı laudatio huius facti non
venijt ſeu vēdita eſt chriſtianis a vobis laudato
ribus trecētis denarijs ı multis pecunijs/⁊ illud
preciū datum fuiſſet egenis q.d. quare vos ſa-
cerdotes aut religioſi laudatoꝛes huius rei non
ꝓcuraſtis a multis annis retroactis vt collige-
rentur a fidelibus pecunie ⁊ elemoſine pro re-
demptione captiuoꝝ de terris ſarracenoꝝ ⁊ fuiſ
ſet melius q̄ exponere tot milia hominum ⁊ pe
cuniarum pditione ꝓ recuperatiōe terre ſancte
hoc autē dixit non q̄ ex pietate moueretur erga
pauperes captiuos/aut ptineret ad eum cura de
illis ſed quia fur erat aliene fame ⁊ laudis ⁊ ha
bēs loculos argumētationum inuidie (eſt enim
locus ſedes argumenti vt logici dicūt vnde ⁊ lo-
culus ſedes debilis argumēti) ⁊ poꝛtabat ı fura
batur verbis ſuis ea que in laudem alioꝝ mitte
bātur a deuotis Dixit ergo ieſus ı platus roma
nus reſpondēs calumnie maloꝝ ſinite nunc il-
lam ı ſacerdotum religioſoꝝ contionē deuotam
agere officium laudis diuine vt ſeruet tale vn-
guentum vſq; in diem ſepulture mee ı uſq; ad fi-
nem huius ſtatus mei quia durante tēpoꝛe pro
fectus latinoꝝ ⁊ religioſoꝛum in eccleſia dei ve
ſtra inuidia non poterit eis impedire officiū eo-
rum pauperes enim de quibus locuti eſtis ſem-
per habebitis apud vos quibꝰ quotidie poteſtis
benefacere dādo eleemoſinas ꝓ eis me autem
bene regentē eccleſiam dei cū tanto bonoꝛum et
deuotoꝝ cetu non ſemp habebitis quia venient
dies in quibꝰ deſiderabitis videre vnū diem ex
iſtis ⁊ non poteritis inualeſcente pſecutione an-
techriſti non ergo fuit dimittenda nunc huiꝰ bo-
ni tēpoꝛis opoꝛtunitas propter illas fictas elee
moſinas veſtras Hoc idem teſtatur totius fere Tertia pars
populi fidelis deuotio nam vt cognouit turba fi euāgelij.
delium quia illic ſ in terra ꝓmiſſionis eſt exerci
tus latinoꝛum ⁊ in gubernatiōe eccl'ie ſtatus re-
ligioſoꝛum venerunt cum magno gaudio vide-
re hoc miraculum vt fauerent ei ⁊ non ſolū pro-
pter ieſum myſticum ſed etiam vt viderent La-
zarum ı principem terre ſacte aut eccleſie roma
ne quem ſuſcitauit deus a moꝛtuis quando ab
iecto malo aut infideli principe ſubſtituit aliū
bonum loco eius Huc uſq; ⁊ non vlterius pro-
cedit euangelium romani miſſalis licet alie ec-
cl'ie adiungant totū illū textum quem ꝓ euan
gelio precedentis ſabbati expoſuimus de gene
ratione 35 eccleſie nam eadem ſententia con-
ueniret etiam huic ge 37 quādo monaſticus oꝛ
do in eccleſia honoꝛifice ſuſceptus eſt ⁊ ſimiliter
populus chriſtianus in terra ſancta ⁊c̄. ¶ Moꝛa Moralitas.
litas huius euangelij pro fidelibus ieiunantibꝰ
⁊ penitentiam agentibus in hac quadrageſima
faciliter adaptatur ex ſenſu hiſtoꝛico ¶ Offerto
rium Eripe me de inimicis meis ⁊c̄. pſal' 142 Offertorium.
oꝛatio eſt fidelis populi ad deum ꝓ ſua directio
ne in agendis vt liber ab inimicis poſſit quiete
habitare in terra ꝓmiſſionis/ac pmanere in regi
mine bonoꝛum platoꝛum. ⁊c̄. nam inimicos vo
cat tā malos platos q̄ ſarracenos Secreta oꝛa
tio Reſpice dn̄e ⁊c̄. offert deo munera euchari-
ſtie ꝓ ieiunantibus petēs eis dari auxiliū gratie
ad perueniendum ad terrā ꝓmiſſionis celeſtem
¶ Comunio Erubeſcant ⁊ reuereantur ⁊c̄ pſal' Communio.
69 Imprecatio eccl'ie eſt cōtra deriſoꝛes eius
ſignificatos p Judam Scarioth in euangelio vt
deus eos humiliet in tantum q̄ induantur pu-
doꝛe ac erubeſcant ⁊c̄ Finalis oꝛatio Prebeant
nobis domine ⁊c̄ petit dari ieiunātibus feruoꝛe
deuotiōis ⁊ ſapoꝛem in ſacramētis maxime eu-
chariſtie Super populū Reminiſcere ⁊c̄ comē-
dat fidelem populum ſub ꝓtectiōe grē dei que
ex merito paſſionis chriſti ꝓcedit

## ¶ Caput ſexageſimumtertium

de feria tertia cuius officiū ad 38 genera-
tionem eccl'ie ptinet penitenteſq; paſſioni chri-
ſti configurat



Rigeſimaocta-
ua generatio eccl'ie chriſtia
ne cucurrit ſub ro pontifici-
bus Paſchali/Gelaſio/Ca
lixto/Honoꝛio/ et Innocen
tio ſecūdo imperātibus tūc
Henrico quarto/ ⁊ Lothario/
et coꝛreſpondet Joachim vel Jeconie pmo filio
Joſie regi iuda in ve le quem cū rex Egypti po
ſuiſſet regem in Hieruſalē aſcēdit rex Babylo-
nis contra eum ⁊ ipſe p̄ timoꝛe factus eſt ei tri-
butarius/pmanſitq; in eius obedientia annis tri

Argumētū officij ab anno chriſti 1110 vſq; 1140.

bus poſtea rebellauit contra eum ⁊ adheſit iterū regi Egypti quare iratus rex Babylonis venit ſecundo ꝯtra eum eoqꝫ interfecto ⁊ in Sterquilinio deboneſte ſepulto extra Hieruſale poſuit filium eius Joachim regem ꝓ eo ⁊ abijt Similiter in hac generatione Henricus imperator venit Romā cōtra pontificē Paſchalē ⁊ comphendit eum cum multis alijs platis i eccleſia ſancti Petri ⁊ tā diu eos i cuſtodia tenuit/ donec concederent ei inueſtiturā eccleſiarum epiſcopaliū cum priuilegio quo obtento receſſit ⁊ ſoluit eos Sed Paſchalis cōſilio ſup hoc celebrato fregit pactum ⁊ ꝓuilegiū quod nec ipſe nec eccl'ia tollerare debuit imo imperatorem ſup hoc excōicauit quare Hēricus iratus Paſchalem depoſuit ⁊ quendam Antipapā contra eum erexit ⁊ poſtea Paſchali defuncto aliō ſimile ſciſma ex eadem cauſa contra Gelaſium papam ſuſcitauit Claruerunt nihilominus in hac etate viri ſapiētia/religione/⁊ ſanctimonia ꝓſtantes vt ſanctus Bernardus circa ortū ciſterſienſis ordinis Hugo de ſancto Victore canonicus regularis Richardus ſimiliter de ſancto Victore duo Anſelmi alter lucenſis alter cātuarienſis antiſtites et alij plures Jn tertio quoqꝫ ſignaculo ve leg cui hec adaptatur feria ſciſſum eſt iudeorum regnū in duo regna quoꝝ capita erāt Hieruſale ⁊ Samaria vnde orta ſunt in eis multa bella quibus ſeſe vaſtabāt mutuis interfectionibus paſſi ſunt etiam ab extraneis infidelibus multa mala ſ regnum Jſrael ab Aſſirijs regnum iuda a Philiſteis ⁊ alijs circūiacentibus iuxta illud Eſaie 9 Vertam Syriam ab oriente ⁊ Philiſtin ab occidente ⁊ deuorabūt Jſraelem toto ore ⁊c̄. Et ſimiliter in tertia apparitiōe no le factū eſt ſciſma grecorum ⁊ latinoꝝ in eccleſia dei nā grecoꝝ eccleſie receſſerunt ab obedientia romani ponti ſ Petri apoſtoli ⁊ ſucceſſoꝝ eius ⁊ conſtituerunt ſibi caput Conſtātinopolitanū epiſcopum ſicut latinorum eſt caput roman⁹ pontifex itaqꝫ manet Conſtātinopolis ſub typpo Samarie ⁊ Roma eſt velut Hieruſalem vnde ſecuta ſunt multa bella inter chriſtianos/ ⁊ paſſa e multipliciter eccleſia dei a ſuis paſſa eſt ⁊ ab extraneis infidelibus nam deus propter peccata grecoꝝ ſuſcitauit contra eos Perſas/Gothos/et Tartaros et contra latinos incitauit Vandalos/Longobardos/⁊ alios q̄ ſunt velut Philiſtin Fuerūt nihilominus ſub tertio ſigillo viri ſancti tā in ve le q̄ȝ in no le ibi enim claruerunt in regno Samarie Helias/Heliſeus ⁊ alij dicti filij prophetarū hic autem in eccl'ia grecorū ſancti illi Heremicole Machari⁹/ Arſenius/Benedictus/ Maurus/et alij multi diſcipuli eorum Quare nō immerito in hoc officio cantatur paſſio domini ad repſentandam paſſionē eccl'ie in ꝓdictis temporibus

Introit⁹ miſſe.

¶ Introitus vero miſſe Nos aūt gloriari oportet ⁊c̄ ex traditione eccleſie cōformiter ad verba apoſtoli Pauli ad Gal ⁊ 6 proponit fideles chriſti gloriantes de victoria cōtra ſarracenos in terra ſancta ꝑ virtutē crucis qua oēs ibant ſignati. vel gloriantes de tollerantia tribulationū quas patiebantur tunc propter chriſtum quaſi cōfigurati cruci ⁊ paſſioni eius Verſus Deus miſereatur noſtri ⁊c̄ ꝑs 66 addit orationē vt ſubueniat eis deus in tribulationib⁹/⁊ adiuuet eos ad vlterius procedendū proſpere in victoria malorum.

Oratio.

Oratio omnipotens ſem deus ⁊c̄ applicat dictam ſententiam ad ieiunantes ⁊ alios fideles myſteria paſſiōis chriſti recolētes in hac hebdomade.

Epiſtole argumentum.

¶ Epiſtola Dñe demonſtraſti mihi ⁊c̄ Hiere 11. ꝑter myſterium paſſionis chriſti veri ꝑfigurati in ipſo Hieremia demonſtrat populum chriſtianū valde tribulatum ⁊ ab infidelib⁹ ſarracenis/⁊ a tyrannis imperatoribus chriſtianis in hac ſiquidem 3S ge defunctis iam duob⁹ chriſtianis regibus Hieruſalē terti⁹ poſt multa certamina ſtrenue geſta cum ſarracenis a rege Parthorum ſuperatus ē ⁊ captiu⁹ ductus ſicut ⁊ romanus pontifex eodē tempore ab imperatore fuerat comphenſus ſed ex dei miſericordia poſtmodum vterqꝫ fuit liberatus Jn hac igitur ep'la ſecūdum hiſtoricū ſenſum quilibet iſtorum introducitur ad deum clamās ꝓ nimia tribulatione Vbi primo oſtēditur chriſtiani principis innocētia Secundo ibi et non cognoui ⁊c̄ declarat aduerſarioꝝ malicia Tertio ibi tu autē domine ⁊c̄ imprecatur contra eos dei iuſticia

Prima pars epiſtole.

Jn diebus ergo illis 3S ge Dixit Hieremias i princeps eccleſie ſiue papa ſiue rex ad deū clamās O domine tu demonſtraſti mihi et te docēte cognoui quod ꝑ meipſum attingere non poterā. oſtēdiſti enim mihi qualia eſſēt ſtudia inimicoꝝ meorum erga me quia mala ⁊ iniqua moliebantur ſub ſpecie boni quare ego deceptus ſimulata eorum amicitia fui duct⁹ ⁊ comphēſus ab eis quaſi agnus innocens ⁊ manſuetus i pacificus qui portatur ad victimā vt ſine vlla reſiſtētia occidat vel tondeat ad libitū trahētis.

Secūda ps euangelij.

Sed ātequā tu me doceres nō cognoui qđ poſtea experiētia didici ſ qz cogitauerunt ſup me conſilia maligna dicentes mittamus lignū toxicatū in panē eius vt cōmedēs illum moriatur hoc eſt fraudulēter ſub ſpecie bone amicitie tractemus eū quaſi inimicum inſtar eorum qui ſub ſpecie boni cibi venenum porrigūt Legitur enim de Hērico imperatore ꝙ promiſit ſe intraturum Romā pacifice ⁊ ꝙ nihil lederet in ea cum tamen cogitaret papam ⁊ alios ꝑlatos comphendere ac ſpoliare vt rei probauit euetus Et dixerunt ſarraceni de rege Hieruſalē erradamus i erradicemus ⁊ extirpem⁹ eum de terra viuentium ita vt nomē eius non memoretur amplius in terra ſancta que iſto tēpo e dicit regem habere chriſtianum faciam⁹ ergo ſi poſſumus vt amplius nō nominetur in ea rex chriſtianus

Tertia ps euangelij.

Verūtamē deus hoc nō pmittet ideo tu domine ſabaoth i. exercituū ⁊ ꝑliorum q̄ das victoriam quibus oportet iuxta cōſiliū volūtatis tue ⁊ iudicas hoīes iuſte i ſecundū ꝙ exigūt eoꝝ merita aut demerita quia ꝓbas ⁊ ſcrutaris renes ⁊ corda i affectiones et cogitationes hoim quam ſint bone aut male fac obſecro vt ego videam

viſionē tuam i puniſtiore in eis quia hoc meren
tur eorum male cogitationes ⁊ mala opera tibi
enim reuelaui ⁊ remiſi cauſam meā quia iniuſte
patior ab eis ſed nolo me vindicare niſi p tuam
iuſtam punitionē cuius cognitionē tibi relinquo
qui es iuſtus iudex Propter hanc itaqꝫ humile
iuſtificationē principis chriſtiani deus fuit auxi
liator eius ⁊ liberauit eum a captiuitate ſua iniu
ſta vt pdiximus Eadē petitio aut querella po
teſt intelligi de bono prelato huius tporis cla
mante ad deum pro ſuo populo ieiunante ac pe
nitente vt liberetur a captiuitate ſpirituali demo
num qui ſemper cogitant mala contra eos ⁊c̄
Alia epl'a Sed pter hanc epiſtolā quedam eccl'ie legūt ho
die illud Sapiētie 2 Dixerūt impij venite circū
ueniamus iuſtum ⁊c̄ vſqꝫ nec iudicauerūt hono
rem animarum ſanctarū et eſt fere eadē ſententia
cum pcedēte licet iſta clarius pcedat q illa Ubi
primo mali allegant plures rationes pſecutiōis
contra iuſtum Secūdo ibi videam⁹ ergo ⁊c̄ de
terminant ignominioſū gen⁹ mortis ⁊c̄ Tertio
ibi hec cogitauerunt ⁊c̄ princeps eccl'ie declarat
cauſas erroris eoꝝ Ex pima parte elici poſſūt 12
rōnes maloꝝ qbus ſibi pſuadent hanc iuſti per
ſecutionē Ex ſecunda notatur emolumētum et
tormētū Ex tertia colligit error/ cauſa/ ⁊ deceptio
maloꝝ q oia egregie declarat Robert⁹ Holcot i
ſua lectura ſup librū ſapiētie de chriſto vo ⁊ faci
le applicantur chriſto myſtico i pontifico aut regi
Graduale Hieroſolymitano ⁊c̄ Cantus gradualis Ego
aūt dū mihi. ⁊c̄ ex ps 34 eſt allegatio pdicti pn
cipis eccleſie i captiuitate poſiti qua ſua humilita
tem ⁊ penitētiam pfert vt p eam mereretur libe
rationē a captiuitate Verſus Iudica dne noce
tes ⁊c̄ eſt principiū eiuſdē pſalmi quo petit vidi
ctam inimicoꝝ vt deuicti humilientur ſub ditiōe
Euangelij argumentum. ſua p adiutorium dei Euangelium huius fe
rie pter paſſione ſecundū Marcum q legitur in
officio miſſe ponitur a quibuſdam in matutinis
illud Ioan 13 Non eſt ſeruus maior dño ſuo ⁊c̄
vſqꝫ qui me miſit in quo ſummus pōtifex allo
quitur fideles et ſubditos/vel rex Hieruſalē ſuos
vaſallos chriſtianos cōfortando eos in tempore
tribulationis ⁊ primo pſumit exemplū Secun
do ibi non de oibus ⁊c̄ p inimici maleficiū Ter
Prima ps euangelij. tio ibi amē amē dico ⁊c̄ p dei obſequium Cum
itaqꝫ in hac 38 ge pnceps eccleſie in captiuitate
poſitus videret ſubditos ſuos deſolatos ⁊ timi
dos in illo tepore dixit eis amē amē i certiſſime
dico vobis q tam apud deū q apud hoies nul
lus ſeruus i ſubditus aut vaſallus e maior i ma
gis exemptus ⁊ priuilegiatus dño ſuo principe
quare neqꝫ apoſtolus i nūcius ab eo miſſus vel
officiarius ei⁹ debet eſſe maior eo plato qui mi
ſit illum hoc dico vobis vt ſciatis eſſe parati ad
patienter ac fortiter ſuſtinendū pſecutiones ma
lorum quia ſi me pſecuti ſunt ⁊ vos pſequentur
et hec mala facient vobis propter nomē meum i
cauſa mei qui odio habet qr neſciūt deū qui me
miſit regere pplm ſuū ergo ſi vos q mea exhorta
tione hec ſcitis. feceritis q dixi vobis beati eritis
i magni meriti apud deum q dicatur beatitudo
non rei ſed ſpei nam propter tale meritum da
bit vobis deus in poſterum beatitudinē huius ⁊
alterius vite Tamē ab hac beatitudine deficiat Secunda ps euangelij
mali chriſtiani pp̄ter peccata ſua ideo quod di
xi nō de oibus vobis intelligo ſed de bonis ego
enī ſcio quos elegerim mihi fideles ⁊ deuotos
tamē pmittit deus alios eſſe mihi inobedientes ⁊
infideles/imo proditores vt impleatur ſcriptura
pſal. 40 dicēs q manducat mecum panē euchai
riſtie in eccleſia dei vt impator malus vel etiam
antipapa ab eo intruſus leuauit contra me cal
caneum ſuum ad me conculcandū/ humiliādū/
⁊ deſpiciendum ⁊ ammodo i ex nūc dico vobis
futura mala ſup vos puſqꝫ fiant ad veſtrā pmu
nitionē vt cum hoc factum videritis credatis qr
ego ſum verax i dictis meis q loquor ex diuina
inſpiratiōe De bonis aūt amen amē dico vobis Tertia ps euāgelij.
q ois ille q accipit i acceptum habet ⁊ venera
tur eum legatum quē ego miſero cū lr̄is ⁊ man
datis meis propter bonum cōmunē ille et ī me
accipit venerāter obediēdo qui aūt pdicto mo
do me accipit non ſolum hoiem veneratur ſed
etiam accipit deum q me miſit ad hunc ſtatum
in eccleſia dei colere aūt deum quanti ſit meriti
ſicut cōtenere ipſum quāti demeriti teſtatur ſcri
ptura 1 Regū 2 Qui honorificauerit me glorifi
cabo eum ⁊ qui me contēnunt erunt ignobiles.
Moraliter vero eandē exhortationē facit mo Moralitas
do platus fidelibus ieiunantibus cum enī ipſe
ſi bonus eſt in hoc tepore ſit captiuus ſub regu
la ieiunij ⁊ penīe nō eſt bonū vt aliqs ſubditorū
ſeſe excuſet ab hmōi labore qr nō e ſeru⁹ maior
dño ſuo ⁊c̄ et beati eritis ſi hec feceritis ⁊c̄ ſunt
tñ quidā eoꝝ adeo reprobi ⁊ mali qui nō ſolum
nō ieiunat ſed etiam platū ⁊ alios ieiunātes cō
tenunt leuātes calcaneū cōtra dominū boni aūt
ſubditi honorant platum ſuū ⁊ in plato dñ ſuū
⁊c Offertorium Cuſtodi me dñe ⁊c̄ pſal' 139 Offertorium.
eſt oratio fidelis populi parati ad ſuſtinēdū pſe
cutiones cum ſuo principe ſed qr non cōfidit de
ſuis viribus implorat diuinum auxilium poteſt
etiam hec oratio eſſe principis in captiuitate po
ſiti ſic q primus verſus referatur ad romanum
pontificē cupiētem liberari de manu peccatoris
i Henrici imperatoris ſecundus autē verſus ad
regē Hieruſalē vt liberetur ab hominib⁹ iniquis
ſarracenis ⁊c̄ Secreta oratio Fac qs o deus ⁊c̄
offert deo ſacrificiū euchariſtie pro ieiunātibus
petitqꝫ ex virtute paſſionis chriſti ibidē repſenta
te eis puenire remediū vt liberentur a captiuita
te diaboli Cōmunio Aduerſum me ⁊c pſal'
68 eſt alia oratio aut qrella eiuſdem populi aut Communio.
principis chriſtianoꝝ cōtra ſuos aduerſarios ita
vt primus verſus ſit pro papa cōtra imperatorē
⁊ germanos q p magnos hauſtus bibant vinu
ſecūdus p rege captiuo cōtra ſarracenos vbi di
cit ſe expectare miſericordiā dei in tempore be
neplacito ei Finalis oratio Repleti dñe ⁊c̄ ap
plicat eandē orationē ad ieiunātes vt ex virtute
euchariſtie ſuſcepte cōſolentur a dño in ſuo labore

Super populum tua nos miſericordia rc. p toto fideliū cetu implorat dei miam ſeu gratiam qua renouentur et a vetuſtate purgentur rc.

## Caput ſexageſimūquartum de feria quarta que correſpōdet generationi 39 eccleſie chriſtiane et examinat ordinandos canonice

Argumēti, cuiū ab anno chriſti 114. vſqʒ 117.

Quadrageſimanona generatio eccleſie fuit ſub romanis pō Celeſtino/ Lucio/ Eugenio/ Anaſtaſio/ Adriano/ et Alexandro tertio imperantib⁹ tūc Conrado/ et Frederico primo Et cōcordat regi Iechonie filio pdicti Ioachim in ve le quē cum rex babylonis interfecto pre poſuiſſet regē Juda in Hieruſalē ipſe neqʒ ad deū neqʒ ad regē babylonis fidē ſeruauit ideo poſt tres menſes fere ductus ē captiu⁹ i babylonē cū oib⁹ nobilib⁹ et magna parte ppli iudeorū. aſportatis etiā vaſis ſacri tēpli i domū dei ſui. Uerū iſto rege amoto poſuit i Sedechiā auūculū ſuū et tertiū Joſie filiū regem in Hieruſalē Similiter etiam i hac 39 ge fuerūt ſciſmata in eccleſia dei nam fauore imperatoris Frederici qui alias barbaroſſa dicebatur: contra Innocētiū/ et Alexandrū pontifices Romanos plures antipape ſurrexerunt tali modo q vno papa viuēte ſubſtituebatur alter et deponebatur ille ab imperatore que primo diximus correſpōdere regi babylonis ſicut papa regi Juda correſpōdet in vrbe Roma q ē Hieruſalē Et licet i hac etate multiplicit paſſa fuerit eccl'a a tyrannis chriſticolis i Europa/ et a ſarracenis in Aſia contra reges Hieroſolymitanos Balduinum/ et Almericum tamē ad conſolatione fidelium habuit pclariſſimos doctores ſ Petrum Lombardum qui librum dictū magiſtrū ſententiarū theologis edidit/ Gratianū/ qui poſt ſanctum Iſidorū Hiſpalenſem/ et Iuonē Beluacenſem antiſtites decretū cōpilauit/ ac deniqʒ Petrū comeſtorem qui ſcholaſticā hiſtoriam vtriuſqʒ teſtamēti deſcripſit/ et alios plures. In quarto quoqʒ ſignaculo vel le cui hec feria correſpondet pualentib⁹ peccatis regni Iſrael et Samarie ptra cultū dei ſui q eduxerat eos de Egyptiaca ſeruitute multiplicatiſqʒ in penam plus Aſſyriorum tandē regnū illud defecit omnio et humiliata ē ſupbia Iſrael ſicqʒ remanſit ſola tribus Juda et reliquie Beniamin in ſucceſſioe legis dei et terre ſācte traſlatis alijs decē tribubus in terras infidelium Similiter in quarta apertione no leg pualentibus peccatis et erroribus Grecorū et aliorum oriētalium contra honorem Jeſu chriſti q redemerat eos a ſeruitute ydolatrie multiplicatiſqʒ bellis infideliū ſarracenorum contra eos in pena tandē Grecorū regnū defecit omnino et humiliata eſt eorum ſuperbia datis illis magnis eccleſijs in poteſtatē infidelium q prius patriarchatus gloriabantur honore latina eccleſiam paruifaciētes vt impleretur in eis qd olim Eſa . ptra regnū Iſrael pphetauerat dicens p eo q abiecit populus iſte aquas Siloe q vadūt cū ſilentio adducet domin⁹ ſup eos aquas fluminis fortes et multas et regē Aſſyriorum rc. aque Siloe ſunt in Hieruſalē et ſignificant pdicationes/ decreta/ et ſanctiones romane eccleſie q in ſilentio et pace pponuntur fidelib⁹: has greci et alij orientales abiecerūt ideo iuſto dei iudicio dati ſunt in manus infideliū ſarracenorum cui⁹ fluminis illuuione domus eorū ſup arenam falſe doctrine edificate corruerūt rc. Et ſicut olim elogate ſunt corpore trib⁹ decē Iſrael a tribu Juda p ſuam captiuitatē ita receſſerunt ab eccleſie Grecorū a latina ac Romana eccleſia ideo date ſunt in captiuitate iuxta illō Apocali. ii atrium i partem ecclie quod foris eſt i extra obedientiam romani pontificis datum ē gentibus ad conculcandum rc. Ad has ergo temporum qualitates reſpiciens hodiernum officium legit chriſti paſſionē ſecundum Lucam propter multiplicē ſue eccleſie paſſionem quam habuit tunc non tamē vſqʒ totalem perniciem nam in ge 39 poſt multos labores ſciſmatum romanus pōtifex obtinuit/ et imperatorē ſubiugauit ad ſui obediētiā vſqʒ ad pedū oſcula cui etiā pedē collo ſuper impoſuit dicēs ſup aſpidem et baſiliſcū ambulabis/ cōculcabis leonē et draconē Eodē modo ſe habuit tunc rex Hieruſalē chriſtianus ptra regē Egypti ſarracenū Unde ad hoc deſignandum introitus miſſe In nomine domini ieſu rc. Phil. 2 adducit eccleſie platum vel principem deo gratias agente de ſua victoria quam habuit in nomine ieſu quia dignū eſt vt ei oēs creature obediant et etiam principi eccleſie ſue q repſentat chriſtum in terris ad hoc allegat meritum paſſionis chriſti qz factus eſt obediēs rc. allegat et victoriam eius cōtra diabolum et omnia mebra eius. quia dominus ieſus chriſtus in gloria rc. Uerſus Dñe exaudi orationem meam rc. pſal' 101 eſt clamor eiuſdē principis poſiti in tribulatione quo deum inuocat ad ſui auxiliū contra hoſtes In hac feria propter examē ordinandorum in ſabbato ſequēte due leguntur lectiones epiſtole: cuius rei cauſa dicta eſt ſupra et ideo pcedunt due oratiōes Prima oratio Preſta qs omnipotēs de⁹ rc. applicat eandē petitionē pdicti verſus ad ieiunantes ſeu penitētes vt et ipſi a demonibus liberentur p chriſti paſſionem cui ſe conformant etiam in ſua penitētia Epiſtola prima Dicite filie ſion rc. Eſa 62. pter mirabilē victoriam chriſti qua p mortem ſuam de mūdo et de diabolo triumphauit: admirabile Alexādri pape victoriā ſup Fredericum imperatorē enarrat q hoc ordine geſta ē Cum enim imperator vt diximus faueret ſciſmaticis obſedit Alexandrum in vrbe Roma at papa poſt longam obſidionē potentiam eius phorreſcēs: depoſito ſuo habitu pcioſo/ et accepto ſui coqui veſtimēto vili diſſimulatus aufugit Venetias et ibi in quodam monaſterio velut pauper recept⁹ curam hortuli accepit incognitus p aliquot dies ſed poſtea

Introit⁹ miſſe.

Prima oratio.

Epiſtole argumentum.

eo reuelato atqȝ a duce Venetiarū cum toto ſenatu honorifice ſuſcepto· fauore ipſoꝝ victoriam obtinuit contra imperatorē: quouſqȝ ad ſui obedientiam etiam inuitū ꝓſterneret ac pro penitentia cruce cōtra ſarracenos Aſiaticos eū accipere fecerit ſimilis fere victoria fuit tūc tēporis regi Hieruſalē contra regē Egypti Soldanū ſibi humiliatum ⁊ ad eam etiam hec epiſtola applicari poteſt que habet tres partes Prima eſt exhortatio ꝑdicatoris ad fidelem populū Secūda ibi quis e iſte ⁊c̄ eſt admiratio chriſtianitatis ad principem ſuum Tertia ibi miſerationū domini ⁊c̄

Prima pars epiſtole

eſt gratiarum actio principis ad deū Predicator ergo illi⁹ tēporis viſa mirabili victoria ſui principis clamabat ꝑ gaudio ad populum chriſtianū ⁊ dicebat hec dicit dn̄s i ꝑcipit mihi vt reuelem vobis dicite filie ſion i. vrbi Rome aut Hieruſalē ecce parate vos ciues ad honorificā receptionem ꝑncipis veſtri qꝛ venit cum gloria ſaluator tuus ꝑnceps bonus ⁊ ecce merces ei⁹ i. laboris ſui venit cū eo i. victoria de inimicis ⁊ opus bonum illius venit coram ipſo quia ꝑceſſit ꝑmium et eo reſtituto ad ſuam gubernatione vocabunt ſubditos ſuos ꝙ ſint populus ſanctus i. mūdus a vitijs ⁊ ꝙ ſint redempti a domino de manu hoſtiū ꝑ virtute principis ſui tu aūt ciuitas Romana aut Hieroſolymitana vocaberis ſub principatu eius q̄ſita ciuitas i. acquiſita ⁊ redempta non derelicta a deo neqȝ orbata ſuo bono principe

Secūda ps epiſtole

Adueniete vero principe in ſuā ciuitatē cepit populus clamare ꝑ gaudio quis eſt iſte ꝑnceps q̄ venit tam victorioſus de Edon i. ſanguineo bello veniſqȝ tinctis veſtibus ſanguine de boſra i. tribulatione vel anguſtia Et licet ꝑus lateret in habitu deſpecto tamen nunc apparet formoſus in ſtola i. veſte ſua gradiens i. ꝓficiens de bono in meli⁹ in multitudine fortitudinis ſue qua deuicit inimicos Quibus admirantibus ipſe reſpōdens ait ego ſum princeps veſter q̄ loquor iuſticiam i. in bellis meis non quero niſi quod mihi iuſte debetur ⁊ hoc ad vtilitatem veſtrā qꝛ ꝓpugnator ſum ꝯtra hoſtes ad ſaluandū vos Et illi rurſum querebant ab eo ſi tu obtinuiſti victoriā quare ergo rubrū i. maculatum ſanguine ⁊ lacerum eſt veſtimentū tuum inſtar hominū laborātium ⁊ calcantiū in torculari quorū veſtes fiunt maculoſe· nam hoc videtur eſſe ſignū victi hominis potius q̄ȝ victoris Ad hoc ipſe reſpondit vere ego calcaui torcular myſticum quod e ꝑlium cū aduerſarijs ⁊ fui ego ſolus ad hunc ſenſū ꝙ nullus vir ex gentib⁹ infidelibus fuit mecū in adiutorium ſed ſolius dei ⁊ bonoꝝ fideliū fretus auxilio calcaui aduerſarios in furore meo i. zelo fidei ⁊ eccleſie ⁊ tandē conculcaui eos in ira mea quando imperatori vel ſoldano impoſui pedem ſup collum ⁊ aſperſus eſt ſanguis eoꝝ cadentiū in bello ſup veſtimenta mea ⁊ ſic oīa indumenta mea inquinaui ex eoꝝ ſanguine nō ex meo quare hec macula ſanguinolenta potius eſt ſignum ꝙ ego fui victor q̄ȝ victus venit enim iam poſt labores meos dies, i. tempus vltionis que erat in corde meo. et annus retributionis i. punitionis mee contra inimicos eccleſie venit nam ante hoc tēpus eram in magna tribulatione qꝛ ꝑualebant inimici circūſpexi ꝑ totam chriſtianitatē ⁊ nō erat aliquis rex auxiliator meus queſiui auxilium ab amicis et non fuit q̄ me adiuuaret ſed tādē ꝑ gratiam dei ſaluauit i. ſalutem dedit mihi brachium meum i. fortitudo mea et indignatio mea i. zelus domus dei auxiliata ē mihi ad vincendū inimicos ideo bene dixi ꝙ conculcaui populos eorum in furore meo ⁊ inebriaui idest impleui eos indignatione i. punitione mea ⁊ detraxi i. ꝓſtraui in terram virtutem eoꝝ

Tertia ps epiſtole.

Quare de tam mirabili victoria opus ē gratias deo agere ⁊ ego miſerationū dn̄i quas fecit mecum recordabor in tota vita mea i. laude domini annunciando ſup omnibus bonis q̄ reddidit nobis dn̄s deus noſter ⁊c̄

Moralitas.

¶ Moraliter eadē epiſtola facit ſatis moderno plato q̄ per totam quadrageſimā laborauit ſup populum fidelium ieiunantiū pugnando contra hoſtes anime ⁊ tandem emendatis ſuis ſubdi⁹tis ꝑ penitentiam victoriam obtinuit contra demones ꝓ qua laudes deo refert. Ad ꝓpoſitū vero ordinādorū hec epiſtola annunciat eis venturū epiſcopū in die ſabbati qui apparet formoſus in veſtib⁹ ſacris/ ſaluabit eos a ſeruitute ſecularis vite et pro ſtudio ſuarum litterarum reddet eis mercedē priuilegij clericalis ſed ante illū diē oportet ꝙ ꝑcedat pugna examinis rigoroſi ⁊c̄

Graduale

¶ Cantus gradualis Ne auertas faciem ⁊c̄ ex pſalmo 68 eſt oratio principis eccleſie quando erat in tribulatione ante victoriam ſuam ⁊ vocat ſe puerum i. ſeruū dei fidelem Verſus Saluum me fac ⁊c̄ principium dicti pſalmi. enumerat mala que patiebatur tunctemporis i. quia bibebat aquas amaras triſticie/ ⁊ delectus erat quaſi in luto demerſus ſine adiutorio

Secunda orō

Altera orō Deus q̄ ꝓ nobis ⁊c̄ deſiderat ieiunantib⁹ victoriam contra inimicum humani generis diabolum ꝑ virtute paſſionis chriſti quatenus peracta penitētia cum gaudio ꝑueniant ad ſanctum Paſcha dn̄ice reſurrectionis

Secunde epl̄e argumentum.

¶ Secūda epiſtola Dn̄e quis credidit ⁊c̄ Eſa 53 ſpecialiter enarrat tribulationem ꝑdictā pape Alexandri q̄ ꝑceſſit eius victoriam Et primo ꝑdicator declarat ipſū deſtitutū humano fauore Secundo ibi vere lāguores noſtros ⁊c̄ deſcribit eum poſitum i. magno labore Tertio ibi ſi poſuerit pro ⁊c̄ promittit illum reſurrecturum cum multo honore

Prima ps epl̄e.

Pro prime partis declaratione ſciendum ꝙ licet hec epiſtola in textu byblie ꝑcedat aliam ꝑ nouem capitula tamē poſt eam legitur in officio miſſe quia ꝑter myſterium paſſionis chriſt⁹ principalis intentio huius officij erat cōmemorare victoriā principis eccleſie q̄ in ge 39 facta eſt ⁊ quia illa expreſſe continebatur in ꝑdicta epiſtola ideo prius lecta eſt ſed quia illa victoria fuit mirabilis ⁊ non facile credibilis a fidelibus additur hec epiſtola declarās cauſam huius difficultatis ex impotentia ⁊ deiectiōe principis ꝑcedente illam victoriam. nam in diebus

filiis dixit Eſaias i. ꝑdicator catholicus dn̄e deus
quis homo credidit i credere potuit auditui no-
ſtro i. his q̄ a nobis audiuit ꝑdicata in ep̄la ꝑce-
dente de victoria romani pontificis pauperrimi
contra potentiſſimū imperatorem quia videbatur
impoſſibile ⁊ brachium fortitudinis dn̄i ad vin-
cendū inimicos cui pape reuelatum eſt: quia nō
diuiti ſed pauperi ⁊ humano fauore deſtituto ec-
ce aſcendet ad papatum ſicut virgultum i arbor
tenuis corā eo imꝑatore dico potētiſſimo ſibi ad
uerſario ⁊ ſicut radix tenuis de terra ſitienti que
nō habet humorē ſufficientē ad ſui nutrimentum
⁊ ſuſtentatione quia in ſui fauorem nō habebat
niſi cardinales qui eum elegerant nam roma-
ni omnes cū imperatore fauebāt intruſo antipa-
pe a ſolis tribus cardinalibus electo ideo huic
Alexandro non erat ſpecies neq̄ decor fauoris
humani ſicut cōiter ſolet adeſſe alijs pontificib⁹
romanis quare ꝓ timore imꝑatoris fugiens mā-
ſit abſconditus multis dieb⁹ et quādo eum in-
uenimus vidimus eum deſpectum ⁊ non erat ei
aſpectus pontificis ſed pauperculi ortulani ⁊ de
ſideraui mus eum deſpectū vt haberet honorem
ſibi debitum ab hoibus quo carebat ⁊ vidimus
eum nouiſſimū i infimum viroꝝ in paupꝑtate cū
tamē reuera eſſet ſumm⁹ omniū pontifex vidi-
muſq̄ eum virū doloꝝ i doloribus plenū ⁊ ſcien
tem infirmitatē i paupꝑtatem ⁊ impotētiā ⁊ qua-
ſi abſconditus erat vultus eius ab hominibus
et deſpectus i vili habitu vnde nec reputauim⁹
eum eſſe pontificem ſed plebeum quendā agri-
colam mirum eſt ergo ꝙ de tali homine credat
victoria ꝑdicata contra imperatorē Quia tamen
ſepi⁹ ꝓ peccato ppl̄i patitur princeps eius ſicut
ecōtra iuſto dei ſed occulto iudicio ne credat ali
quis hunc principem ꝑdictā tribulationē incur-
riſſe ꝓ peccatis ſuis dicimus ꝙ vere languores
noſtros i peccata q̄ nos fecimus ipe tulit penitē
tiam ſuſtines ꝓ nobis ⁊ dolores noſtros i. quos
merebamur pati ipſe portauit ⁊ adeo percuſſus
eſt ꝙ nos reputauimus eū poſitum in tali miſe
ria quaſi leproſum cui⁹ plaga eſt inſanabilis q̄ꝛ
vidimus eum ꝑcuſſum a deo ⁊ humiliatū i deie-
ctū ab honore ſuo ipe aute vulneratus eſt ꝓpter
iniquitates noſtras non ſuas attritus eſt i. tribu
lat⁹ ꝓpter ſcelera noſtra diſciplina i caſtigatio
pacis noſtre i que neceſſaria nobis erat ad pacā
dum deum tota poſita ē ſup eum ⁊ liuore i pla-
ga eius ſanati ſumus a tribulatione oēs n nos
quaſi oues ſine paſtore errauimus ⁊ vnuſquiſq̄
in viam ſuam declinauit ſine obedientia ad ſu-
periorē i vnuſquiſq̄ꝫ ad libitum faciebat qđ vo
lebat ⁊ nō ſum⁹ puniti ſed dn̄s poſuit in eo ini-
quitates oim noſtrum i punitionē noſtroꝝ pec-
catorum et ex nimia ſua charitate ipe oblat⁹ eſt
i ſe obtulit libenter ad patienū ꝓ nobis ⁊ non
aperuit os ſuum ad q̄rellā cōtra deū quaſi iniu-
ſtum iudicem ſed omodam patiētiam ſeruauit·
ſicut ouis quando ducitur ad occiſionem q̄ non
reclamat ⁊ ſicut agnus coram tondente ſe q̄ ob-
muteſcit ⁊ non conqueritur· ſic iſte nō aperuit os
ſuum ad maledicendum deo vel alicui homini:
q̄uis ab imperatore duceretur ad mortem·⁊ ex-
poliaretur bonis ſuis. de tali ergo anguſtia ⁊ iu-
dicio maligno i ſententia iniuſta cōtra eū ſubla
tus eſt ꝑ fugam ſuam in magna delectione·cum
tamen eſſet vir magne dignitatis nam genera-
tionem eius ſpiritualē i. ſeriem ſuoꝝ ꝑdeceſſorū
romanorum pontificum quis enarrabit quante
fuerit dignitatis ⁊ excellentie· ⁊ ipſe eis ſucceſſit
in omnibus prerogatiuis ⁊ ꝑuilegijs eorum ſed
imperator non attendēs ad eius dignitatem pſe
quebatur eum quia abſciſſus eſt i ſeꝑatus de ter
ra viuētium ad libitū ſuum q̄ eſt Roma quādo
ꝓpter ſcelus populi mei ꝑcuſſi eū dicit dn̄s ſed
non vſq̄ꝫ ad totalem ei⁹ ꝑniciem quia poſtea re-
dijt ad ſuum ſtatū ⁊ honorem Et tunc dabit im- Tercia ps epiſtole
pios aduerſarios ſuos antipapas ⁊ imꝑatorem
ꝓ ſepultura quia ante eū morietur mala morte
⁊ diuites eoſdē dabit ꝓ morte ſua quā ipſi pro-
curabant ⁊ non potuerūt eā videre preoccupati
morte eo ꝙ ipe peccatum nō fecerat/neq̄ꝫ dolus
fuerat in ore eius: adeo licet dominus voluerit ad
tempus cōterere eū in infirmitate. i miſeria mul
ta tamen poſtea dignus fuit ſuꝑuiuere eis ⁊ vi-
dere mortem ⁊ ſepulturam eorum oim. ſuſtinuit
enim iſte pontifex ſciſmaticos aduerſarios ſuos
ꝑ 17 annos quibus defunctis ſuꝑuixit vſq̄ꝫ ad
annum 21 pontificatus ſui in pace ⁊ quiete Et ſi
enim poſuerit ꝓ peccato ſubditorum animam
ſuam i. vitam in periculo tamē habebit magnū
premium a deo quia videbit ſemen filioꝝ ſpiri-
tualium longeuum i magnum hoc eſt multos
fideles ſibi obedientiam ⁊ honorem exhibētes:
⁊ voluntas domini in manu i. voluntate eius di
rigetur hoc eſt deus faciet in rebus ſuis q̄cquid
ipe voluerit petere ab eo ⁊ ꝓ eo ꝙ laborauit i in
labore ⁊ triſtitia multa fuit aia eius videbit mul
ta bona/⁊ ſaturabitur ꝓ eſurie ꝑterita. in ſcientia
ſua i prudentia magna ipe iuſtus i bonus ꝑla-
tus iuſtificabit. i. iuſte gubernabit ſeruos meos
multos ⁊ iniquitates eorum ipe portabit i remo
uebit ab eis ideo ꝓpter multa eius merita di-
ſpertiam ei i. dabo ei in partē ſeu poſſeſſionē ſuā
plurimos fideles quibus dominetur ⁊ fortiū ad
uerſarioꝝ ſuorum diuidet alijs ſpolia. i. beneficia
⁊ dignitates quas habebāt dabit alijs poſt mor
tem eorum ꝓ eo merito patientie ſue ꝙ tradidit
vſq̄ ad mortem excluſiue aiam i vitam ſuam in
periculo ⁊ cum ſceleratis reputat⁹ eſt ab aduer-
ſarijs ideo pſequebantur eum ⁊ tandē ipſe pec-
catum multorum ſubditoꝝ tulit ab eis et ex ni-
mia charitate orauit pro tranſgreſſorib⁹ i pecca-
toribus omnibus tā inimicis q̄ amicis talis er-
go pontifex merito honorat⁹ fuit a deo poſt mul
tas eius iacturas ¶ Moraliter idem dici poteſt
de bono prelato noſtri temporis. qui in hoc ſa- Moralitas.
cro tēpore quadrageſime multum laborauit pro
ſalute ſpirituali ſuoꝝ ſubditorū vt liberaret eos
a peccatis pugnando contra demones ⁊ malos
homines ⁊ orando pro eis ad dn̄m quare deus
dauit ſibi gratiā vt in ſabbato ſancto ordinet ho-

nos clericos ⁊ videat in eis ſemen longeuum ⁊c
Tractus. ¶ Tractus Domine exaudi oꝛonem ⁊c ps 101 oꝛatio eſt p̄dicti p̄lati ad deum vt adiuuet eū in ſuis tribulationibus Verſus Ne auertas faciē ⁊c ex eodem pſal' magis explicat petitione ſuā ne derelinquat eum deus quando inciderit in aliquam tribulationē
Euangelij argumentum. ¶ Euangelium huius ferie i matutinis ponitur a q̄buſdā illud Luce 18 Aſſumpſit ieſus duodecim diſcipulos ⁊c in quo ſicut ad litterā paſſio veri chꝛiſti p̄dicitur/⁊ reſurrectio ita p hiſtoꝛiam pſecutio antichꝛiſti contra eccleſiam prophetatur q̄ in Alexandro papa tertio prefigurata eſt Et habet tres partes Pꝛima denunciat eam in genere Secunda ibi tradetur n ⁊c. explicat ipſam i ſpecie Tertia ibi ⁊ ipſi nihil ⁊c laboꝛat in difficultate.
Pꝛima ps euangelij. Cū itaq; in illo tempoꝛe 39 ꝫc quidam eccl'ie doctoꝛes ſuſpicaretur ⁊ publice pꝛedicarent pꝛoximū eſſe aduentū antichꝛiſti quia inſtabant tēpoꝛa periculoſa i eccleſia aſſumpſit ieſus.i. romanus pontifex duodecim diſcipulos ſuos i fideles chꝛiſtianos ex duodecim chꝛiſti ap'lis pꝛopagatos et ait illis i declarauit eis ſignificatione ſue tribulatiōis q̄ pꝛotēdebat aliquid ſimile futurū in toto coꝛpoꝛe eccleſie dicens ecce aſcendimus Hieroſolymā myſticam q̄ eſt vrbs Roma ſedes ſummi pontificis (qui eſt caput toti⁹ populi chꝛiſtiani ſub chꝛiſto) vnde ⁊ vrbs illa totā ſignificat eccl'iam ideo antequā intremus eam reuertētes a noſtro exilio volo declarare vobis q cito in eccleſia dei cōſumabuntur i. cōplebūtur ⁊ operi demandabūtur omnia mala tēpoꝛalia q̄ ſcripta ſunt i pꝛophetata p pꝛophetas maxime in Daniele/⁊ Apoca Joannis de populo chꝛiſtiano filio ſp̄uali hoīs chꝛiſti nam ipſe ſaluatoꝛ noſter Matth 24. loquens de fine ciuitatis Hieruſalem ⁊ ſub typpo ei⁹ de tota ſua eccleſia ⁊ fine eius allegauit Daniele Cū videritis inquit abominatione q̄ dicta eſt a Daniele pꝛopheta ſtantē in loco ſancto ⁊c et poſt ipſum Joānnes apoſtolus eius ſcripſit Apocalypſim ex mandato chꝛiſti de toto diſcurſu eccl'ie chꝛiſtiane vſq; ad finem ſexte etatis.
Secūda ps euangelij. Ex quibus pꝛophetis magis ad ſpeciem veniēdo haberi poteſt q tempoꝛe finalis illius pſecutionis p̄dictus filius hominis tradetur a ſuis malis ⁊ falſis fratribus ſicut chꝛiſtus a Juda tradetur inquā gentibus i infidelibus pſecutoꝛibus affligendus et tunc illudetur verbis iniurioſis/flagellabitur toꝛmentis ignominioſis/⁊ conſpuetur i deiicietur a ſuis gradibus ⁊ honoꝛib⁹/atq; humiliabitur ad vilia officia ⁊ poſtq̄ infideles flagellauerint multiſq; toꝛmētis affecerint populū chꝛiſtianū tandem occidet eum diuerſo genere moꝛtis i alios ferro/ alios igni/alios aqua/alios beſtijs/alios ſuſpendio ⁊c ſed non ſic poterunt in eos pꝛeualere inimici vt omnino deficiat ⁊ conſumatur populus chꝛiſtianus q; vt chꝛiſtus dicit Matth 24. pꝛopter electos breuiabuntur dies illi⁹ pſecutionis vt non pereat tota eccleſia nam die tertia i poſt tēpus et tēpoꝛa ⁊ dimidiū tēpoꝛis vt d' Daniel.12 reſurget iterum populus chꝛiſtianus i. reſipiſcet tranſacta pſecutione antichꝛiſti/ ⁊ reformabitur fides ⁊ tota eccleſia circa finem mūdi quēadmodum vidiſtis nunc in me q pꝛius fui ſatis illuſus/ ⁊ deiectus ac humiliatus ⁊ poſtea iterū exaltatus ⁊ ad pꝛopꝛiam ſedem reſtitutus
Tertia ps euangelij. Licet autem ſummus pōtifex ⁊ quidam alij doctoꝛes illius tēpoꝛis hec ſatis plane ⁊ aperte pꝛedicarent fidelibus ipſi tamen nihil hoꝝ intellexerunt quia i dictis eius nullum aſſenſum pꝛebuerunt erat enim verbum iſtud i ſermo ille de futuris calamitatib⁹ eccleſie abſcōditum ab eis i valde difficile aut impoſſibile reputatum tum pꝛopter dei miſericoꝛdiā qua ſuam eccleſiā pꝛotegit tum pꝛopter pꝛincipū chꝛiſtianoꝝ potentiā ⁊ deuotionem qui tunc contra infideles pugnabant vt p̄diximus de imperatoꝛe ⁊ de rege Hieruſalem ⁊c tum deniq; pꝛopter ſuam contrariā affectione que ad oppoſitū huius ſermonis pꝛopenſa erat ⁊ paſſio exceſſiua appetitus obſcurat iudiciū intellectus ideo nō intelligebant que dicebantur a pꝛelato
Moꝛalitas. ¶ Moꝛalitas huius euangelij poſita ē ſupꝛa i quinquageſima ⁊ i feria quarta ſecūde hebd quadrageſime ſed p̄ter illas addimus hic ad pꝛopoſitum huius ferie q pꝛelatus modernus loquens ad ieiunantes hoc euangelio intendit eos facere attentos ad deuote contemplanda myſteria paſſionis chꝛiſti que in feria ſexta cōmemoꝛabitur ⁊ declarabūtur tūc omnia pꝛophetarum oꝛacula in chꝛiſto conſumata eſſe eo dicente in cruce/ conſumatum eſt nam p talem deuotam meditatione paſſionis chꝛiſti ipſi moꝛaliter cum eo patientur illud quod dicitur hic illudetur/flagellabitur/conſpuetur/⁊ occidetur⁊ taliter cōpatientes cōreſurgent cum chꝛiſto moꝛaliter ad nouam vitā virtuoſam. ⁊c
Offertoꝛium. ¶ Offertoꝛium Dn̄e exaudi oꝛationē ⁊c iam expoſitum eſt ſupꝛa in miſſe introitu/⁊ in tractu ſed illic oꝛabat pontifex romanus hic vero populus chꝛiſtianus pꝛemuniēs ſe ad futuram tribulationē pꝛedicatam in euangelio Secreta oꝛatio Suſcipe queſumus dn̄e ⁊c offert deo ſacrificium pꝛo ieiunantibus vt i eis fiat moꝛalis ille ſenſus huius euangelij p̄dictus i pia meditatio paſſionis chꝛiſti
Communio. ¶ Communio Potum meum cum fletu ⁊c ex eodem pſalmo 101 querella eſt romani pontificis a ſtatu ſue dignitatis deiecti in ſtatu miſerie quaſi fuerit eleuatus vt allideretur. vnde ſubdit ego ſicut fenum in eſtate arui ab igne vel feruoꝛe perſecutionis ſed confidit in miſericoꝛdia dei q in tempoꝛe magne neceſſitatis aut tribulationis eccleſie ſue exurget in adiutoꝛium eius: ſicut fuit adiutoꝛ ipſi pontifici poſt eius perſecutionem Finalis oꝛatio Largire ſenſibus noſtris ⁊c idem petit quod in ſecreta oꝛatiōe ſed clarius interponens meritum paſſionis chꝛiſti quā eucharistia ſuſcepta figurat Super populum Reſpice queſumus domine ſup hanc fa ⁊c oꝛat pꝛelatus pꝛo toto ſuo populo vt ſicut chꝛiſtus pꝛo eo benigne paſſus eſt crucis toꝛmentum ſic pater celeſtis benigne reſpiciat ipſum oculo ſue miſericoꝛdie peccata eius remittendo ⁊c.

## Caput ſexageſimūquintum de feria quinta in cena domini q̄ imponit finem quadrageſime ⁊ deſcribit quadrageſimā ge eccleſie atq; celebrat ſacramentū euchariſtie.

Argumētū officij ab anno chriſti 1170 vſq; 1200.

QUadrageſima
eccle chriſtiane gen̄atio pro-
ceſſit ſub romanis pontifici
b⁹ Lucio/ Urbano/ Grego-
rio ſexto/Clemente/Celeſti-
no atq; imperatorib⁹ Fride-
rico/Henrico quinto/⁊ Phi-
lippo correſpōdes regi Sedechie tertio filio Jo-
ſie regis Juda in veteri te qui nono anno regni
ſui in Hieruſalem rebellauit contra regem Ba-
bylonis cui fidelem ſeruitutem ꝓmiſerat quare
a prepotenti eius exercitu ſuperatus ⁊ propter
infidelitatem ſuam ad deum ⁊ regem eius ocu-
li eruti ſunt/ ⁊ filij eius omnes occiſi atq; tem-
plum Salomonis cū tota ciuitate Hieruſalem
euerſa / ſūt diruta/ ⁊ cōbuſta ⁊ ſic ceſſauit regnū
Judeorū eis partim occiſis partimq; in captiui
tatem ductis Similiter in hac 40 generatione
ꝓpter grauiſſima peccata chriſtianoꝝ eadē ſan
cta ciuitas Hieruſalē iterū a Sarracenis capta
atq; euerſa eſt poſt annos nonaginta fere a ſua
recuperatiōe quo tēpore octo chriſtiani reges in
ea regnauerant quorum duo vltimi fuere Bal-
duin⁹ quartus/⁊ Guido inſignanus. nam Sol-
danus rex Egypti ingenti peditum et equitum
comparato exercitu regnum/ Hieroſolymitanū
inuadēs captis pri⁹ multis vrbibus tandē ipſam
Hieroſolymā ⁊ totum regnum ſuo imperio ſub
iugauit qui vrbem ingreſſus campanas primū
ex turrib⁹ deiecit deinde baſilicas oēs p̄ter Sa-
lomonis templū ꝓphanauit ⁊c̄ Et licet romani
pōtifices illius tēporis multum laborauerint vt
paſſagium grande chriſtianoꝝ fieret ꝑ recupera
tione terre ſancte tamen quia correſpōdebat illa
generatio 40 ſimili generatiōi ve te in qua fuit
cap'tiuitas babylonica populi dei ⁊ propter gra
uiſſima peccata chriſtianoꝝ maxie pricipū ⁊ p̄la
torū nihil profecerūt chriſtiani in illa expeditiōe
quia deus videbatur iratus repellere populum
ſuum et tradere ī manus inimicorum infideliū.
Nam ſicut in 40.ge ve teſ.illa deſtructio terre-
ſtris Hieruſalem facta eſt deo ꝑmittente propter
grauiſſima ſcelera maxime propter ꝑfidiam Ju
deorum ita in generatiōe 40 no teſ ꝑmiſſa eſt
a deo calamitas magna ⁊ ſubuerſio eccleſie dei
(que e celeſtis Hieruſalem) nō tam ab externis
hoſtibus infidelibus q̄ a principibus vel impe-
ratoribus chriſtianis tyranniʒantibus ⁊ liberta-
te eccleſiaſticā ꝑturbantibus Similiter ab here
ticis Albigenſibus cum Almerico ⁊ valdenſibus
⁊ hec omnia propter ſimilia peccata chriſtianoꝝ
qui more Judeorum indurauerāt ceruices ſuas
contra deum ſuū vt non audirent vocem eius ⁊
adeo malas fecerant vias ſuas vt nulla videret
eſſe differētia inter chriſtianos ⁊ alios infideles.
quare neceſſariū fuit vt diuina vltio inciperet ab
eccleſiaſticis/⁊ a chriſtianis terre ꝓmiſſionis vt
alij inde poſſent recogitare q̄ ſi deus nō indul-
get filijs ſuis peccantibus neq; exaudit in tribu
latiōe eos qui vicūq; eius verbū audiūt quomo
do puniet extraneos a domo ſua peccatores iuxta
illō Hiere 25 cōtra Egyptū ⁊ Babylonē ꝓphe-
tatum in ciuitate in q̄ inuocatum eſt nomē meū
ego incipio affligere ⁊ vos quaſi innocentes eri-
tis:q.d non eritis ſed magis puniti q̄ ſerui mei
Huic ergo ge 40 attribuit abbas Joachin Flo
rentinus (qui i ea claruit velut alter Hieremias
ꝓpheta ⁊ iſpirationē accepit a deo ſup cōcordia
ve ⁊ no teſtamēti)lamentationē Hieremie ſ.quo
modo ſola ſedet ciuitas ⁊c̄ q̄ in huius ferie ma-
tutinali officio deplangitur poti⁹q̄ decantatur:
⁊ ſimiliter in duabus ferijs ſequentibus q̄ ſigni-
ficāt duas alias generatiōes ⁊ ve.⁊ no teſtamēti
p q̄s et durauit Babylonica fideliū captiuitas.
nā ciuitas Hieruſalē vt diximꝰ eccliam chriſtia-
nam ſignificat q̄ a tempore Conſtātini vſq; ad
hanc etatem fuerat dn̄a gentiū ⁊ plena ꝑplo ſan
toꝝ:ſed tūc erat iā ſpūaliter captiua ſub cōfuſiōe
peccatoꝝ erat vidua bono p̄lato ſpōſo eius erat
facta ſub tributo non tā auri q̄ delicti.chari eius
erāt ſancti hoīes amici angeli dei q̄ facti ſunt ei
inimici ⁊ ſpreuerūt eā q2 viderūt ignominiā ei⁹.
prophete ſui erāt p̄dicatores.q2 narrabāt ei fabu
las nec aperiebāt ignominiā ei⁹ obſcuratū erat
aurū ſapiētie in eccaſticis/diſperſi erāt lapides
ſanctuarij i ſacerdotes p curias principū ad liti
gandum ſup bonis temporalibus p̄lati non la-
ctabāt filios doctria fidei ſed lamie i heretici nu
dauerunt mammas ſuas ⁊c̄. qui nutriebātur in
croceis ſacramentorum amplexati ſunt ſtercora
temporalium Nazarei eius erant religioſi olim
habentes candorem conſciētie/ rubedinem cha-
ritatis/pulchritudinē ſaphiri i.celeſtis meditatio
nis ſed nunc erant denigrati ⁊ nō cogniti in pla
teis quaſi differētes ab alijs peccatorib⁹ ꝓpter
hec ergo ⁊ alia delicta fere i oibus ſtatib⁹ eccl'ie
obtexit dn̄s in furore ſuo filiam ſion ⁊c̄.Claruer-
runt nihilominus in hac generatione tyrannide
imperatorum oppreſſa viri quidam doctrinis ex-
cellētes ſ abbas Joachin predictus/Guillemus
Anthioſidorēſis ep̄us/ Papias i latina ⁊ greca
lingua egregie doctus/ Petrus cātor Parrifiē-
ſis/Albertus ⁊ Cirillus greci carmelitani/Joan
nes Beleth Parriſi⁹ inſignis theolog⁹/Meſue
Damaſcen⁹ medic⁹/⁊ plurimi viri in iure vtroq;
excellentiſſimi In quinto quoq; ſignaculo ve te.
cui hec feria correſ̄det/ ⁊ incepit ab Ezechia rege
Juda cōmemorantur duo reges babylonis q̄rū
p̄or fuit amic⁹ Ezechie ⁊ tot⁹ regni Juda alter
vero rex babylonis hoſtis iudeoꝝ fact⁹ hūiliauit
hierl'm et totū regnū cū rege ſuo captiuauit ꝓpt
pcta coꝝ grauiſſima In q̄nta quoq; apertiōe no te
q̄ incepit ſub Ro pon Zacharia ⁊ Leone tertio
qn̄ ablatū eſt ab imperatorib⁹ grecis eccl'ie latine
imperiū ⁊ trāſlatū ad reges Francoꝝ p̄mi eoꝝ Ca
rolus ⁊ Ludouicus romanorū pon,amici erant/

⁊ fauebant eis contra tyrannidem imperatorum
Grecorum ſed vltimi eorum diſſipabãt eccleſias
quas patres eorum cõſtruxerant/humiliabantq;
romanam eccleſiam/⁊ romanos pontifices non
honorabant oportuit ergo ꝙ iterum fieret traſla
tio imperij a Gallis ad Germanos nam in fine
illius quinte apertiõis deterioratis romanis põ
tificibus cũ toto clero.anguſtiabatur eccleſia qui
buſdã intricatis queſtionib⁹ ac bellis inteſtinis
principum chriſtianorũ.Et aduertendũ ꝙ in ve
lege.primo incepit fieri mentio de babylone ſub
quinto ſigillo ⁊ non antea.ad denotandũ ꝙ ſua
quinta apertione no leg pro infinita numeroſi-
tate malorum hominum eccleſia romana dici
poterat babylõ:que prius ꝓ multitudine bono-
rum dicebatur Hieruſale licet nec pri⁹ deeſſent
aliqui mali pertinentes ad babylonẽ:nec poſtea
aliqui boni ptinentes ad Hieruſalem quare cir
ca finem quinte apertiõis pleriq; ſancti viri paſ-
ſi ſunt a filijs babylonis Has itaq; temporũ qua
litates repreſentans hodiernum officium admit-
tit in eccleſia penitentes/⁊ plurium ſacramento-
rum celebrat ſolenitates/quibus ſanãtur huma
ne īfirmitates ad hoc vt ex filijs babylonis fiãt
filij Hieruſalem ⁊ quia hodie e finis quadrage-
ſime aufertur velum tam diu poſitum ante alta
re quia in generatiõe 4o eccleſie illuſtratis qui
buſdam doctoribus reuelata ſunt multa myſte-
ria eccleſiaſticorum officiorum que prius erant
pro magna parte velata in p̃cedentibus genera
Introit⁹ miſſe. tionibus ¶ In miſſe vero introitu ſ. Nos autem
gloriari oportet.⁊c̃ vt ſupra in feria tertia huius
hebdo.conſolatur illos paucos filios Hieruſalẽ:
qui patiebantur a filijs babylõis/⁊ quaſi captiui
premebantur ab eis declarans eos eſſe in hoc
ſimiles chriſto vt bonos filios patri ſuo.qr erant
cõfigurati ei in paſſionib⁹ vnde ⁊ miſericordiã/
⁊ liberationem/⁊ illuminationem poſſunt ab eo
Oratio. exſpectare propter ſuam humilitatẽ.Orõ Deus
a quo ⁊ Judas ⁊c̃.quod dictũ eſt de bonis ⁊ ma
lis hominibus 4o.ge ⁊ quinte apertionis eccle
ſie dei moraliter applicãdo ad penitẽtes ⁊ impe-
nitentes noſtre huius quadrageſime declarat ꝑ
exemplum Jude proditoris ⁊ latronis peniten-
tis quibus deus diuerſa reddidit ſtipendia meri
torum nam Judas ſui reat⁹ penam ⁊ latro ſue
confeſſionis p̃mium recepit.quod etiam de om-
nibus bonis ⁊ malis eſt credendũ atq; ſperandũ
quare dimiſſis malis orans pro nobis prelatus
petit eis ꝓpiciationem dei tale.qua ablato pec-
catorum errore gratiã conſequãtur ⁊ reſurrectio-
nem ſpiritualem ſeu moralem in feſtis paſcha-
Epiſtole argumentum. libus dñice reſurrectionis ¶ Epiſtola Conue-
niẽtib⁹ vobis ⁊c̃ I Ad cor.II p̃ter ſenſum lr̃alem
de inſtitutione ſacramẽti eucariſtie ⁊ recto vſu
ei⁹ quem hic ſuppõimus.ꝑ ſpecies panis ⁊ vini
figurare intendit qualitatem populi chriſtiani
circa finem quinte apertiõis ⁊ in 4o ge eccleſie
nam vt Auguſtinus ait ſuper Joannem domi-
nus noſter ieſus chriſtus ſacramentum corporis
⁊ ſanguinis ſui in eis rebus cõmendauit que ex
multis rebus ad vnũ aliquid redigũtur ex mul-
tis namq; granis vnus panis conficit/⁊ ex mul-
tis racemis vnum vinum confluit quia ergo cor-
pus chriſti verum figura fuit corporis ſui myſti-
ci.qui eſt populus chriſtianus.recte ſacramentũ
ſui veri corporis etiam erit ſacramẽtum i. ſignũ
ſacrum populi chriſtiani hinc ꝓceſſit diſtinctio
illa de duplici ꝑceptione eucariſtie ſ ſacramen
tali ⁊ ſpirituali nam vt idem Auguſtin⁹ dicit ibi
dem quicunq; fidelis eſt in gratia dei ex quo ꝑ
eam efficitur membrum eccleſie viuũ iam perce
pit ⁊ continue ꝑcipit ſpũaliter eucariſtia qr ha-
bet rem ſignificatam ꝑ ipſam incorporationem
videlicet corporis myſtici chriſti licet ſacramenta
liter non ſumat eucariſtiam Econtra vero qui
cunq; eſt in peccato quantũcunq; ſacramentali-
ter cõmunicet eſt membrum abſciſum vel mor-
tuum a corpore eccleſie/ſeparatus a fideliũ com
muniõe nec implet mandatum de perceptione
eucariſtie quod magis reſpicit ſpirituale q̃ ſa-
cramentalem eius ꝑceptione Epiſtola ergo no-
ſtra faciens notabilem differentiam bonorum ⁊
malorum hominum in temporib⁹ p̃dictis habet
tres partes In prima rep̃henditur malorũ per-
uerſitas In ſecunda ibi ego enim accepi ⁊c̃.col-
laudatur bonorũ charitas In tertia ibi itaq; qui
cunq;.⁊c̃. declaratur recta iſtorum ⁊ illorum vir-
tuoſitas Reprobauerat apl̃s a principio illius Prima pars epl̃e.
capl̃i duos malorũ abuſus Primus erat in ha
bitu mulierum Secundus in cõuentu virorum
ſed in noſtra epiſtola reprobatur tertius abuſus
ſ.in cibo ⁊ potu ſuperfluorum conuenientib⁹ in-
quit prelatus vobis in vnũ locum ad comeden
dum ⁊ bibendum potenter ac ſuperflue iam nõ
eſt.i.non conuenit dominicã cenam.i eucariſtiã
manducare ſ ſpiritualiter q d propter crapulam
⁊ ebrietatem veſtrã ſeparaſtis vos a cõione cor-
poris myſtici eccl̃ie quod verum eſt maxime de
viris eccleſiaſticis qui abundãt bonis tempora-
libus/⁊ intendunt vitijs carnalibus q̃ ſunt gula
⁊ luxuria.vnuſquiſq; enim talium cenam ſuam
plenam ferculis p̃ſumit in domo ſua ⁊ illa non
contẽtus.qr eſt priuata ⁊ ſingularis venit ad man
ducandũ in cõuiuio cõi ⁊ multorũ amicorũ ⁊ ita
alius i.quidã fidelis eſurit.i. p̃mitur paupertate
alius aute ebrius i ſatiatus eſt vltra menſuram
bone temperãtie ⁊ fit magna inequalitas in ec-
cleſia dei Sed quia peccata publica ſũt grauio-
ra propter ſcandalum ideo eſſent vobis magis
cauenda nunquid domos non habetis ꝓprias
ad manducãdũ ⁊ bibendũ ſingulariter’ niſi etiã
addatis comeſſationes publicas in quib⁹ eccle
ſiam dei.i.humilem populum contẽnitis depau
perando ipſum ⁊ confunditis eos qui non ha-
bent diuitias et non audent comparare pre ve-
recundia quid dicam vobis ſuper his vitijs ve-
ſtris’ certe laudo vos in quibuſdam alijs fa-
ctis veſtris quia ex genere ſuo bona ſunt ſed
in hoc vitio non laudo imo reprobo quia eſt ma
gnum malum dicente Eſaya Hec fuit iniqui-
tas Sodome propter quam perijt.ſcilicet ſaturi-

Scđa ps epiſtole. tas panis ⁊ vinum Audite ergo conſiliū meum.
ego enim accepi mandatum a deo de charitate
ad ꝓximos ſeruāda quod ⁊ tradidi vobis alias
verbis expreſſis in aliis epiſtolis ſed nunc idem
volo ꝑ enigma pulchrum declarare qm̄ dñs no
ſter ieſus chriſtus ī nocte ſue cene vltime in qua
tradebatur ad mortem venditus a ſuo diſcipu
lo ꝓditore accepit panem naturalem in ſacra-
mentum ſui corporis tā veri q̄ myſtici ⁊ eo con-
ſecrato dixit ſuis diſcipulis accipite hoc ſacramē
tum in reuerentia ⁊ manducate ſaltem ſpiritua-
liter quia hoc eſt corpus meum verum quod tra
detur ad mortem ꝓ vobis qui eſtis corpus meū
myſticum hoc corpus myſticum facite ⁊ conſer-
uate in vinculo charitatis in meam cōmemora-
tionem.i.in memoriam mee charitatis quam ha
bui ad vos.q̄ d. diligatis vos inuicem ſicut ego
dilexi vos. ſimile myſterium declarauit ꝑ calicē
⁊ vinum conſecratū dico ergo q̄ quicunq; ⁊ quo
tieſcunq; manducaueritis panē hunc ⁊ calicem
biberitis.ſaltem ſpiritualiter ſcilicet habēdo cha-
ritatem ad proximos mortem domini ex maxi-
ma charitate ſuſceptam propter vos annuncia-
bitis ꝑ omnes generationes eccleſie vſq; ad fi-
nem mundi donec ipſe veniat ad iudiciū gene-
rale omniū hominū. vt retribuat vnicuiq; iuxta
opera ſua nam tunc boni chriſtiani ex corpore
myſtico huius eccleſie militātis transferentur ad
corpus glorioſum eccleſie triumphantis ſ a cha-
ritate vie imꝑfecta ad charitatē patrie ꝑfectam
Tertia ps epiſtole. quo cōtra de malis iudiciū fiet Itaq; quicunq;
manducauerit aut biberit ſacramētaliter eucha-
riſtiam indigne i.ficte denotans ꝑ hoc ſe ꝑtinere
ad vnitatem eccleſie cum tamē peccatis ſuis ſit
ab ea diuiſus ⁊ nullā charitatem habet ad ꝓxi-
mos ille in iudicio dei cōdemnabitur ſeparandus
a grege ſanctoꝝ tāq; reus corporis myſtici ⁊ ſan
guinis chriſti i charitatis hoc e tanq; homo qui
peccauit contra eccleſiā dei ⁊ cōtra vinculū cha-
ritatis eius Ergo ad p̄cauendā p̄dictam dāna-
tionem ꝓbet ſeipſum quilibet homo chriſtian⁹
qualiter couerſetur in eccleſia dei ⁊ emēdet ma-
la ſua ⁊ ſic ꝓbatus atq; mūdatus de pane illo
edat ⁊ de calice bibat ſacrametaliter vt correſpō
deat ſignum ſignato ſumedo eucharistiā etiam
ſpūaliter i ſeruado charitate ⁊ vnitate eccl̄ie qui
enim manducat ⁊ bibit indigne i.falſe ⁊ ficte mo
do expoſito iudicium i condemnationē in iudi-
cio ſibi manducat ⁊ bibit non diiudicans i non
bene conſiderans corpus domini myſticū quan
te ſit dignitatis ⁊ quanta deuotione colendum
Ideo propter indignam eucharistie perceptionē
ſacramentalem inter vos chriſtianos ſunt mul-
ti infirmi ad bonum/ ⁊ imbecilles i debiles ad
virtutis exercitium/ ⁊ dormiunt ſomno torporis
⁊ negligētie nam propter hoc peccatum ſubtra-
hit eis deus gratiam ſuam ſine qua fere nullas
habent vires ad bene operandum q̄ ſi noſmet
ipſos iudicaremus per veram penitentiam ca-
ſtigando ⁊ corrigendo mala noſtra non vtiq; iu-
dicaremur.i.corriperemur ⁊ flagellaremur a dño
in preſenti vita.neq; dānaremur in iudicio eius.
quorum p̄mum eſt opus miſericordie magis q̄
iuſticie quia dum iudicamur in p̄ſenti vita con-
demnati ad aliquam penam temporalem tunc
corripimur a deo tanq; a bono patre vt nō dam
nemur in finali iudicio cum hoc mūdo perituro.
Hec enim eſt lex diuine iuſticie vt ille qui bene
ſe iudicat non amplius iudicetur a deo qui non
punit bis in idipſum ſed reſeruatur iudiciū dei
cōtra eos qui noluerūt ſeipſos iudicare Et pro-
cedit tota hec epiſtola contra malos chriſtianos
⁊ illius ⁊ huius noſtri temporis maxime contra
malos ſacerdotes qui quotidie pertractant eu-
chariſtie ſacramentum indigne cum ſint reuera
ſeparati ab vnitate eccleſiaſtice charitatis/ſintq;
ciues babylonis captiuantes ac vexantes filios
Hieruſalem ¶ Cantus gradualis Chriſtus fa- Graduale
ctus eſt ⁊c̄ Phil'2.conſolatur bonos ⁊ humiles
chriſtianos qui patiebantur a malis per quod
effecti chriſto ſocij paſſionum erunt ⁊ ſocij con-
ſolationum in reformatione eccleſie nam ⁊ chri-
ſtus prius fuit humiliatus poſtea exaltatus
Tractus Per ſignum crucis ⁊c̄. vt ſupra in do-
minica quinta ¶ Euangeliū Ante diem feſtum Euange
Paſche ⁊c̄.Joannis 13 preter ſēſum litteralem liū argu-
de ablutione pedum diſcipulorum chriſti ꝓ mā mentum.
dato ablutiōis pauperū habet ſenſum hiſtorialē
ꝓ generatiōe 40.eccleſie in q̄ etiā quinti ſigna-
culi apertio terminatur nam ante calamitates
ſexti ſignaculi de quibus in cap̄ ſequēte premu
niendus erat fidelis populus aliq̄bus documē
tis vt leuius mala illa ꝑferre poſſet.q̄ documēta
in hoc euangelio ponūtur ſeptē primū eſt iugis
memoria mortis ſecundū ꝑfectio charitatis ter-
tium tollerantia aduerſitatis quartū contempt⁹
ꝓſperitatis quintū obſeruātia caſtitatis.ſextum
virt⁹ hūilitatis ſeptimū deſideriū felicitatis Sed
more ſolito euāgeliū habebit tres partes Prima
eſt paſchatis intimatio Scđa ibi ⁊ cū accepiſſet
linteū ⁊c̄ ſordiū ablutio Tertia ibi poſtq; ergo
lauit.⁊c̄ fideliū inſtructio. Predictoꝝ vero ſeptē
documetoꝝ p̄ma pars quattuor p̄ma ꝯplectitur.
Scđa pars alia duo Tertia deniq; pars vltimū
In illo itaq; tēpore 40 ge ante die feſtū i tem- Prima ps euan-
pus quietū ⁊ deuotū religioſoꝝ de quo in ſeque gelij.
te ge quod erit tempus Paſche i tranſit⁹ mora
lis a vitijs ad v̄tutes ſciens ieſus i pon ro vel po
pulus chriſtianus q2 venit eius hora i etas oppor
tuna vt tranſeat non paſſibus corporis ſed affe-
ctionis ex hoc mundo i ex mundana cōuerſatio
ne ad p̄rem chriſtum i ad imitationē vite ſue et
in hoc tāgitur p̄mū documētū de memoria mor-
tis tū naturalis hois chriſti tum ⁊ moralis hois
chriſtiani q̄ eſt mortificatio ſenſualitatis nam ſi
paſſio chriſti ad memoriam reuocetur ait Grego
rius nihil eſt qđ nō equo aīo tolleretur et morti-
ficatio ſēſualitatis debet fieri ad imitationē mor
tis chriſti vt portet homo crucem poſt ieſum et
moriatur corpus pctī Cū ergo bon⁹ p̄latus imo
et quilibet bonus chriſtianus ad hoc dilexiſſet
ſuos fratres fideles qui erant in mundo dedit

vanitatibus: vt tranſiret a mundo ad deum: in fi
nem .i. vſq; ad finē mundi ꝓcedit in hac dilectione
ꝓximorum Et in hoc tangitur ſecundū de pfe-
ctione charitatis qua diligendus eſt proximus
propter deū: ⁊ debet continuari vſq; ad fine vite·
ſicut ⁊ chriſtus dilexit nos vſq; ad morte̅ Et ideo
facta eſt in ecclia dei cena ſacramentoꝝ ꝑ cõui-
uio mundanoꝝ: quorum mētes ſicut Jude Sca
riotis diabolus inſpirat: vt ꝑſequantur fres ſuos
hūiles ⁊ deuotos. Cū ergo in .4o. ge diabolus
iā miſiſſet prauas cogitatiões in cor imꝑatoris ⁊
ſuorum ſequatiū vt traderet romanū pon cum
toto cetu bonorū clericorū ad ꝑditione vel in cor
Soldani regis Egypti vt traderet rege Hieroſo
lymitanū cū ſuo exercitu chriſtiano ad morte: q̄
re ⁊ quilibet iſtorum pro ſua prauitate merito dr
Judas .i. cōfeſſor nō chriſti aut fidei catholice ſed
ſimonie ſcariotice ⁊ ꝑditoꝛe ꝑuerſitatis Sciēs
ergo ꝑlatus bon⁹ vel bonorū chriſtianoꝝ cet⁹ q2
oīa q̄ in mūdo ſunt dedit ei pater chriſtus in ma
nus .i. in ꝑtātem ſuam ſubiecta ſibi nā de iure
diuino oēs fideles tam boni q̄ꝫ mali ſunt ſubie-
cti romano pon. etiam ꝑſecutores eius ꝑdicti de
iure etiam euāgelico oīa q̄ ſunt in mundo data
ſunt cuilibet bono chriſtiano vt ex eis ꝓficiat ad
virtutes non ſolū ex proſperis ſed etiā ex aduer-
ſis dicente Paulo oīa veſtra ſunt ſiue vita ſiue
mors ⁊c. ſciens etiā q2 a deo exiuit .i. ordinat⁹ eſt
ſtatus eius ⁊ ad deum vadit .i. tendit eius inten-
tio adhoc enī ordinatus eſt ſtatus Ro. pon. ⁊ to
tius eccleſie vt p ſacra inſtituta dirigat hoīes in
deū. ideo decreuit ad tēpus tollerare malos. qđ
ꝑtinet ad tertiū documentū exemplo chriſti ieſu
q̄ tollerauit Judam proditoꝛe in ſua ſocietate et
Mat. 5 dixit beati q̄ ꝑſecutionem patiūtur pro-
pter iuſtitiam q̄m ipſorū eſt regnū celoꝝ .i. poſtea
regnabūt in eccleſia dei. Interim autem ꝑualen
tibus tyrannis in mundo ꝑlatus ſurgit a cena .i.
cogitur ceſſare ab exercitio ſancte ⁊ pacifice gu-
bernatiōis eccleſie/a miniſterio ſacramētorum/⁊
a conſolationib⁹ huius vite ⁊ deponit veſtimēta
ſua ſacerdotalia/ vł negligit bona hec tēporalia.
Legimus enim de romanis pon. huius .4o. ge.
q̄ oēs fere vexati fuerit ab imperatorib⁹ germa
nis omneſq; vehementer intenderint bellice expe-
ditioni contra ſarracenos pro recuperatione ter-
re ſancte in quo negotio innumeras ecclie pecu
nias cōſumpſerunt. Et hoc ꝑtinet ad quartū do-
cumentū de contenenda huius vite proſperitate
ſicut chriſtus fecit vnde Hieronymus ſi fieri po-
teſt imitare Joſeph/ ⁊ Egyptie dñe palliū relin-
que/nuduſq; chriſtum nudū ſequere de quo dr
q̄ ſurgit .i. ſurrexit a cena ⁊ depoſuit veſtimenta
ſua ⁊c. Inter illos vo Ro pon. Clemēs tertius
legit intendiſſe reformatiōi clericoꝝ ꝓcedēs ꝯtra
fornicarios ideo cū accepiſſet lintheū mūdicie ⁊
caſtitatis ꝑcinxit ſe .i. libidinē coarctauit. q2 vt Gre
gorius exponit: lumbos nr̄os ꝑcingimus cū car
nis luxuriam coarctam⁹ vel reſtringim⁹ deinde
miſit aquam bone doctrine p ſuos ꝑdicatores
in peluim fidelis populi. ⁊ cepit lauare pedes .i.

Secunda pars euangelij.

affectiões (vt Auguſtinus exponit) diſcipuloꝝ
.i. chriſtianorum a mūdanis cōcupiſcentijs ⁊ cepit
extergere .i. mundare eos linteo caſtitatis q̄ ipſe
erat ꝑcinctus hoc eſt ꝑter doctrinā ꝑdicatam edi
ficabat eos ſuo bono exemplo vite ſacte. Et di-
citur notanter cepit lauare ⁊ tergere: quia in hac
4a. ge. ceperūt in eccleſia dei ꝑdicare multi ſan-
cti viri de quibus dicemus in ſequenti cap et ſuū
officium perfecerunt fauore bonorum ꝑlatorum
in ſequente generatiōe Et totum hoc ꝑtinet ad
quintum documentum de obſeruātia caſtitatis
quā dominus Luce. 12. cōmendauit ſacerdotib⁹
dicens ſint lumbi veſtri precincti ⁊ lucerne arde
tes in manibus veſtris vt ſ mundicia caſtitatis
ſit in corpore et lumen veritatis in operatione
Hec itaq; agens bonus prelatus venit ad Si-
mone cognominatū Petrum vt ſibi ⁊ ecclie fa-
ueret ⁊c. legimus enim eo tēpore Simone quen
dam Gallum mōtis fortis comitem virum vtiq;
chriſtianiſſimum et valde catholicū. qui vt alter
Carolus magnus contra hereſes illius tempo-
ris non tantum verborum diſceptationib⁹ cum
multis epiſcopis/abbatibus/at doctoribus (quo
rum ꝑcipuus erat ſanctus Dominicus) verum
etiam armis fortiter egit: feruntq; cum centū mi
lia hereticorum cum octo milibus catholicis ſu-
peraſſe/fudiſſe/et occidiſſe. haud dubiū quin ad-
iutum orationibus ſanctorū. Cum ergo eū pon-
tifex romanus humiliter oraret et ꝑſuaderet di-
xit ei Petrus .i. obediens iſte Simon dñe papa
tu qui es vicarius chriſti ⁊ locum eius tenes in
terris mihi indigno ſeruo tuo laico lauas pedes
humiliter ꝑſuadēdo q̄ ſunt neceſſaria ad ſalute
q̄ d. non deberes me rogare cū tanta humilitate
ſed imperare tua autoritate Reſpondit pōtifex
quod ego facio ſic me humiliando tu neſcis mo
do .i. ignoras q̄ tendat ⁊ ad quid valeat hec mea
humilitas ſcies aute poſtea cum videris fructū
eius ſiue ꝑmium exaltationis mee Sed Simō
petrus .i. firmus in fide ⁊ deuotione dixit roma-
no pontifici: non lauabis mihi pedes ineternū .i.
nunq̄ꝫ permittam te ſic humiliari coram me vi-
ſa dignitate tua: ſed poteris mereri exaltationem
tuam p alias virtutes maiores. Ad quem roma
nus pontifex reſpōdens ait ſi non lauero te mo
do predicto non habebis partem mecum .i. non
eris ex meis filijs Dixit ei Simō petrus. ex quo
tua voluntas ea eſt nolo tibi eſſe inobediens ſed
parebo tibi adeo vt non tm̄ pedes meos .i. affe-
ctus ſenſuales laues tua doctrina ſed etiā man⁹
.i. opera exteriora et caput .i. mētem rationalem
itaq; et affectiones mee ſint munde a vicijs ter
renis/⁊ operationes ſint iuſte ⁊ ex tuo mandato
facte et cogitationes ſancte bene ſentientes de
fide Poteſt etiam dici q̄ laues man⁹ .i. milites
meos et caput .i. regem vel imperatorem quos
perſuadeas ſicut ⁊ me quatenus ipſi obediant
tibi ſicut ego Reſpondit pon notādo imꝑatoris
inobedientiā ⁊ tyrānide dicēs q̄ lotus eſt p verā
fidem in mēte ⁊ p bona opa in manibus q̄lis tu
es non indiget niſi vt pedes affectionum lauet:

quibus homo hec terrena cōtingit ⁊ ſepius ma:
culatur ſalte venialiter quibus etiam lotis talis
homo eſt mundus totus q.d. qui habet rectam
fide ⁊ iuſta opera ſicut tu non reſtat ei niſi vt bo
nam intentionē habeat in his q̄ agit ⁊ non pra:
uas affectiones quia tunc erit totus mundus/⁊
ſanctus coram deo vos aute dn̄i temporales in
hac etate ꝓ maiore parte mundi eſtis quia fide:
les ⁊ eccleſie dei fauorabiles ſed non omnes ta:
les eſtis ſciebat enim bonus pontifex quiſnam
eſſet ille princeps qui traderet eū ꝑditioni ſ. ger:
manus imperator ꝓpterea dixit non eſtis mun
di oēs vbi clare oſtenditur ſextū documentū de
virtute humilitatis ad quā chriſtus nos inuitat
Matthe 11 diſcite a me q2 mitis ſum ⁊ humilis
corde ⁊c̄ Et licet in illa generatione impatores ⁊
Tertia ps euangelij quidā alij pncipes fuerint rebelles ⁊ nociui ec:
cleſie dei tamen poſtq̄ ro pon ꝑ aliquantū tem
pus lauit pedes fidelium exhortando ⁊ ꝑdican:
do ꝑſuadere potuit eos ad humilitatem ⁊ deuo
tionem e ſic iterū ꝑlatus accepit veſtimenta ſua
honoris ⁊ pacis ⁊ cū recubuiſſet iterum ad men
ſam ſacramentorū ⁊ reddituum ſuoꝝ dixit eis ꝑ
librum ſacrorū canonum de nouo cōpilatum in
ge 42 eccleſie ſcitis o fideles chriſtiani qd ego
platus veſter fecerim vobis i. parauerim doctri:
nam vobis ſalutarem ad ablutionē animarum
veſtrarum quare debetis eam reuerēter ſuſcipe:
re ⁊ obſeruare vos enim vocatis me magiſter et
dn̄e ⁊ benedicitis recognoſcentes dignitatē meā
ſum etem veraciter dn̄s ⁊ magiſter veſter ex di:
uina inſtitutioe ſaltem in ſpiritualibus quod ta
men multi ꝑuerſi chriſtiani negāt vt Greci ⁊ qui
dam alij orietales ſi ergo ego tali dignitate pre:
fulgens ſuꝑ vos laui pedes i. humiliaui me ad
ꝑſuadendum ⁊ rogandum vos vt eſſetis boni fi
deles ⁊ deuoti deo ⁊ ſacerdotib9 eius ideo ⁊ vos
deiceps debetis alter alteri9 lauare pedes i. inui
cē vos exhortari i eiſdē virtutib9 ego enim dein:
ceps conceſſa iam pace dei in eccleſia ꝑ multos
annos fungar autoritate mea et maieſtate erga
vos vt appaream dn̄s ⁊ magiſter veſter loquens
impando non rogando vt hactenus feci ſatis n
eſt q̄ ſemel exemplum humilitatis ⁊ charitatis
dedi vobis vt quēadmodum ego feci in tempo:
re mee humiliationis ⁊ aduerſitatis ita ⁊ vos fa
ciatis in ſequentibus generationib9 quando nō
deerūt honeſti ⁊ deuoti ꝑdicatores qui vos āmo
neant in agendis Hec verba romanus pōtifex
non dixit in hac generatione quando multis ad
huc ꝑmebatur āguſtijs ſed tota hec tertia pars
ad 42 ge ⁊ alias ſequentes pertinet in quibus
pax eccleſie data eſt vnde in his verbis innuitur
ſeptimum documentū deſiderande felicitatis tū
temporalis ꝓ ſtatu eccleſiaſtice dignitatis cuius
bona habitudo eſt ſalus toti9 populi chriſtiani
tum ſpiritualis in ſanctis religionibus fratrum
mendicantium quorum aduentus reformauit ⁊
felicitauit eccleſiam dei tum deniqꝫ eternalis ad
quā ducit nos vtraqꝫ ꝑdictarum felicitatum ad
eam chriſtus nos inuitans ait Luce 22. ego diſ:
pono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus re:
gnum vt edatis et bibatis ſuper mēſam meam
in regno meo ⁊c̄ ¶ Moraliter hec ſeptem docu: Moralitas.
menta neceſſaria ſūt cuilibet fideli deuote ⁊ vti:
liter recepturo ſacramentum euchariſtie hodier
na die a chriſto inſtitutum ⁊ mandatū nam ab:
lutus per veram penitētiam ⁊ confeſſionem pec:
catorum maculis ac pedum i. affectionum ſor:
dibus fit homo mundus totus vt digne poſſit
de ſacro illo pane edere Hortatur etiā finis euā
gelij eleemoſinis et operibus miſericordie tum
corporalibus tum et ſpiritualibus intendere fi:
deles quod eſt pedes populi chriſtiani lauare. ſ.
pauperes conſolari. prelatis etiam indicitur pre
ceptum vt pedes i. ſubditos ſuos lauent predi:
catione ⁊ ſacramentorum vigilanti adminiſtra:
tione ⁊c̄ ¶ Cantus offertorij Dextera dn̄i fecit Offertorium.
virtutem ⁊c̄. pſal. 117 alie eccl'ie. Dn̄e exaudi orō
nem meam ⁊c̄. pſal' 101. eſt vel ꝑlati vel populi
chriſtiani exultatio de ſua exaltatiōe ꝓxime fu:
tura i alijs gēnationib9 eccl'ie qn̄ de9 reſpiciet eā
oculis mie/⁊ ꝓteget ne moriat oppſſa ab infide:
lib9 eā inuadētib9 Secreta orō Ipſe tibi q̄s ⁊c̄.
offert deo ſacrificium altaris ꝓ ieiunantibus et
penitentibus petens illud acceptari a deo patre
ob reuerētiam ſui filij q̄ in tali die illud inſtituit
ad noſtrā ſalutē ¶ Cōmunio Dn̄s ieſus poſtq̄ Communio.
⁊c̄ ex euangelio hodierno licet verbis quibuſdā
mutatis eādem habet ſententiā ſ. cōmemorare
ꝑlati humilitatē ad ſubditoꝝ exēplū Finalis ora
tio Refecti vitalibus ⁊c̄. applicando ad noſtram
etate petit fidelibus ex virtute ſacramenti ſuſce:
pti gratiam dari ꝑueniēdi ad vitam immortalē.
cuius exemplar in ſacro die Paſchatis demon:
ſtrabit chriſti reſurrectio glorioſa ⁊c̄

## ¶ Caput ſexageſimū ſextū

de feria ſexta in paſſione dn̄i cuius officium pre
ter memoriam eiuſdem paſſiōis recolit quadra
geſimam ꝑmam ge eccleſie chriſtiane. ac lamen
tum addit q̄ddrageſimali penitētū obſeruantie



**Uadrageſima** Argumētū officij ab anno chriſti 1200 vſqꝫ 1230.
prima eccleſie chriſtiane ge:
neratio laborauit ſub roma:
nis pontificibus Innocētio
tertio/ Honorio tertio viris
ſctis imperātibus tūc Otone
quarto/ ⁊ Friderico ſecundo
peſſimis tyrannis Et correſpōdet Salatiel filio
regis Iecconie qui tā nō fuit rex Iuda ſed vnus
ex captiuis in babylone vnde fidelis populus
in hac generatione non habuit regem aut ducē
de ſemine Iſrael quia venerat ſuꝑ eos poteſtas
tenebrarum et tempus dominationis impiorū
nec legitur iſte Salatiel fuiſſe vnq̄ in Hieruſa:
lem ſicut pater eius qui deſcendit ab Hieruſa:
lem in Babylonem ⁊ filius eius Zorobabel q̄
aſcendit a Babylone in Hieruſalem Salatiel
vero i captiuitate nat9 ⁊ in ea mortuus nec aſcē:
dit nec deſcēdit i Hieruſalē, claruerūt nihilomi:

nus ſuo tēpoꝛe ad cōſolationē iudeoꝝ captiuoꝝ
duo magni ꝓphete Ezechiel ⁊ Daniel ꝓphetan
tes in babylone Silr 41.ge.eccl'ie tota fuit ſub
captiuitate vitioꝛum ac tyrannoꝛum pꝛincipum
tam fidelium q̄ infidelium.nam vterq; ꝑdictoꝛum
imperatoꝛum crudeliſſime tyrannizauit cōtra ec⸗
cleſiaſticā libertatem quare Innocentius papa
depoſuit ⁊ excōicauit Otonē quē ꝑus ipſe coꝛo⸗
nauerat fauens ei contra Philippū Similiter
Honoꝛius ſe habuit cōtra Fredericum quē ꝑus
ſublimauerat ⁊ imperatoꝛem fecerat. In eadem
quoq; generatione incepit regnum tartaroꝝ ſi⸗
ue turcarum ꝑualere in partibus Grecie ⁊ Aſie
cōtra eccleſiā dei capto fere toto imperio Conſtā
tinopolitano cum alijs multis ciuitatibus Gre⸗
cie/Ungarie/⁊ Polonie.Tūc etiam Soldanus
rex Egypti ciuitatem ſāctam Hieruſalē euertit
⁊ ſolo equauit:excepto ſācto ſepulchꝛo chꝛiſti ad
magnas ꝑces chꝛiſtianoꝛum Claruerunt nihilo
minus tunctempoꝛis ad conſolatione fidelium
duo illi magni mendicantium religioſoꝛum pa
triarche Dominicus hiſpanus/⁊ Franciſcus ita⸗
lus.quoꝛum ꝑmus refulſit in eleuatione ſciētie
e intellect⁹ vt alter Ezechiel.ſecundus in accen⸗
ſione affectus vt alter Daniel.quia vir deſiderio
rum erat In ſexto quoq; ſignaculo ve leg quod
totum tempus babylonice captiuitatis ⁊ eo am
plius compꝛehēdit:ꝑcuſſa ſit a Medis et Perſis
Babylon ciuitas magna Caldeoꝛum in vin⸗
dictam oppꝛeſſionis Iudeoꝛum licet ſub regibus
Perſarū.Poſtea ōtē ſūt due magne tribulatio
nes ꝯtra Hebꝛeos pꝛima ſcribitur i libꝛo Iudith
q̄ ꝯtigit circa annū ſeptuageſimū babylonice ca⸗
ptiuitatis ſub Cābyſe aut Nabuchodonoſoꝛ re⸗
ge Aſſyrioꝝ filio Ciri regis altera ſcribit in libꝛo
Heſter ſub Arthaxerſe ſcdo qui ⁊ Aſſuerus cir⸗
ca annos 150 ab initio Iudaice captiuitatis Si
militer in ſexta apertione no.legis(q̄ ab iſta 41.
ge. eccleſie creditur incepiſſe/⁊ nōdum termina⸗
ta eſt in diebus noſtris hoc eſt anno chꝛiſti dñi
1500 )duo grauiſſima mala notātur contra ec⸗
cleſiā dei in ſexta parte Apoc l.cap 10 et 18 vbi
ꝑcutienda dicitur noua Babylon que eſt latina
eccl'ia confuſione vitioꝝ plena non ꝑlio coꝛpora
li ſed gladio ſpirituali ſanctoꝝ religioſoꝛum qui
vocari poſſunt reges Medoꝝ/⁊ Perſarū i men
ſurati in cibo ⁊ potu ⁊ diuidentes ſua latera per
diſciplinas ibi etiam regnaturi ꝑdicantur duo
impij reges ſuper babylonē quoꝛum vnus ſex⸗
tus dicitur alter ſeptimus hoꝛum ꝑmus ſimilis
erit Nabuchodonoſoꝛ regi Aſſyrioꝛum aut Ho⸗
loferni duci ſuo ſecundus ſimilis Aſſuero aut
Aman ꝑuato eius:ſub quo decretum erat mo⸗
dis omnibus perire iudeos niſi diuina clemen
tia eos mirabiliꝭ liberaſſet. Itē cōſonat ꝓphetia
Danielis cap 7 nā de ſexto rege dicit q ſāctos
altiſſimi conteret de ſeptimo q vltra q̄ credi po
teſt vniuerſa vaſtabit.⁊c̄ Et ſicut iter illas duas
tribulationes Hebꝛeoꝝ fuit quies media populi
dei vt qui auxilio eius poꝛis tyranni potuerunt
trāſire ſeuitiam.reſumptis viribus valerent tol

lerare ſequentē:ſimiliter in eccl'ia chꝛiſtiana pax
erit eccleſie dei inter media duarum ꝑſecutionū
ꝑdictarum quarū ꝑma opinione mea iam tran⸗
ſijt ſecunda adhuc futura eſt noſq; pace media
fruimur ex mia dei.Nā vt diximꝰ in hac genera
tione 41 que ꝑma eſt ſexte apertionis.Mahu⸗
metes in duobus regibus ſuis Soldano/⁊ Tur
co captis duobꝰ regnis chꝛiſtianoꝛum videlicet
Hieroſolymitano ⁊ Cōſtātinopolitano valde ec
cleſiam dei tribulauit ad ſimilitudine Holofer⸗
nis Sed oꝛationibꝰ ſanctoꝝ religioſoꝝ ⁊ ſancta
rum monialium impediti ſunt tartari eccleſiam
latinā que eſt Bethulia.i.domus dei inuadetes
⁊ adiuti ſunt chꝛiſtiani eis reſiſtentes inter cete⸗
ras vero ꝑſonas ſanctas illius tempoꝛis claruit
Heliſabet ⁊ vidua filia regi Ungarie femia viiq;
diuina ⁊ miraculis clariſſima coꝛreſpōdens Iu⸗
dith que ſuis oꝛationibꝰ patriā ab hoſtibus infi
delibus liberauit.Elizabet.n ſicut Bethulia do⸗
mum dei ſonat.Iudith vero cōfeſſio atq; lauda⸗
tio dei eſt.quoꝛum vtrumq; fuit in eadem femia
ꝑmanifeſtū. Hac tribulatione mitigata ⁊ patria
illa recuperata a fidelibus regnum dico Unga⸗
rie data eſt pax eccleſie dei ad tempus refoꝛma
ta eccleſia latina i melius ꝑ ſancta decreta pon⸗
tificum et religiones deuotas in quibus cla⸗
ruerunt magni doctoꝛes ⁊ multi ſancti viri Sed
circa finē huius ſexte apertiōis ſoluetur pꝛopter
pcta noſtra iterū Sathanas de carcere ſuo Apo
ca 20 et reuelabitur miniſter eius homo pecca⸗
ti filius perditionis 2 Theſſa 2 figuratus in illo
Aman ſuꝑbiſſimo de quo habetur in libꝛo He⸗
ſter vel in Anthioco peſſimo de q̄ in libꝛo Ma⸗
chabeoꝝ/⁊ Danielis 11 qui affliget vltra q̄ cre⸗
di poteſt eccleſiam dei.eritq; in diebus ſuis tan⸗
ta fidelium tribulatio quanta nunq̄ fuit ab ini⸗
tio mundi. Has itaq; tempoꝛum qualitates an⸗
guſtioſas repꝛeſentat hodiernum officiū cōmemo
ratiuū dñice paſſionis ſcte in ſexta feria que etiā
feria ad repꝛeſentandam ſimilē in eccleſia paſſio⸗
nem in fine ſexte etatis hoc eſt in ſexti ſignaculi
apertione duplicatis tenebꝛis obſcurata fuit ſci
licet ab hoꝛa ſexta vſq; ad hoꝛam nonam Mat⸗
thei.27 et iterum poſt ſolis occaſum facta ē nox
Eadem quoq; ſignificatio fit in matutino offi⸗ Matutini
cio huius ferie:quod totum fere in tenebꝛis ⁊ ſo
nis hoꝛribilibus pagitur· ſemel in pꝛincipio no⸗
ctis ⁊ facto paruo ſilentio iterum in fine noctis
pꝛedicatur i tenebꝛis chꝛiſti paſſio In officio ve⸗
ro diurno dicuntur hoꝛe canonice ſub obſcura ⁊
triſti voce·ſilent campane / denudantur altaria/
⁊ manēt eccleſie q̄ſi dehoneſtate ad ſignificādā
eccleſie tribulationem vltimam ¶ Miſſale aūt Introitꝰ
officium introitu et ceteris cantibus choꝛi oꝛba⸗ miſſe va
tum eſt nec certo fine clauditur vt in alijs die⸗ cat.
bus anni.ad ſignificandum nimirum q ſicut in
ſexta feria paſſiōis chꝛiſti veri eccl'ia pꝛimitiua oꝛ⸗
bata fuit ſpōſo ſuo q̄ e ꝑncipiū ⁊ finis fideliū ita
in ſexta mūdi etate in ſextaq; apertiōe ſ tēpoꝛe
paſſionis chꝛiſti myſtici ꝑuabit eccl'ia vltia ſpōſo
ſuo vicario chꝛiſti.q̄nde vix ſacramēta dei fideli

bus poterunt miniſtrari. vnde in hac miſſa nec
eucbariſtia cõſecratur nec fidelibus miniſtratur·
⁊ omnes fere ſacerdotes ab officijs ſuis vacant
quia tempore illi⁹ vltime pſecutionis re vera va
cabunt. Incipitur vero miſſa hodierna ab epiſto
la cuius duplex lectio ponitur ꝓpter duplicem
pſecutionem eccleſie p̄dictam in cuius etiam ſi‑
gnum hec generatio 41 duplicẽ ſuſtinuit tyran
num imperatorem germanũ vt prius diximus
inter quos fuit aliqua mora quietis medie quod
ſignificat tractus medius inter duas lectiones
Prima lectio epiſtole ſumit̃ ex cap̄ 6 Oſee pro
Prime epl'e argumentum
phete ſ In tribulatiõe ſua ⁊c̃ q̃ licet adducatur
in memoriam paſſionis chriſti veri de quo dici‑
tur q̄ ipſe cepit humanitate noſtram vt ſaluaret
nos/ꝑcuſſit eã i paſſiõe ſua vt curaret nos/⁊ poſt
duos dies paſſionis ſ ⁊ ſepulture ſue in die ter‑
tio per ſuam reſurrectionẽ viuificauit nos paſſio
etiam ſua de qua hodie principaliter agitur: fuit
prius dolata i diſpoſita in ꝓphetis ⁊ figuris ve
leg ſcd poſtea exhibita ⁊ pfecta eſt vt eſſet ſacrifi
cium maxime miſericordie dei in terris qua illu
minaret nos ſcietia fidei humanitatis ſue ſicut
ꝑ gloriam ſue reſurrectionis de fide ſue diuinita
tis iuxta apoſtolum 2 Corin. vlt Crucifixus eſt
ex infirmitate noſtra ſed reſurrexit ex ꝟtute dei
Tamen ad ſenſũ p̄dicte hiſtorie de pſecutionib⁹
eccleſie clare oſtendit dei miam et affuturam ne
omo abſorbeatur ab hoſtibus firmatq; ſpẽ ſue
liberationis ab illis periculis Et habet tres par
tes Prima eſt fidelis populi deuota inuocatio
Secunda ibi et viuemus ⁊c̃ miſerentis dei ꝓpi
tia obuiatio Tertia ibi quid faciã tibi ⁊c̃ eſt latẽ
tis dubij manifeſta reſponſio In hac lectione et
Prima pars epl'e
ſequenti q̃ leguntur ſine titulis autoꝝ ſuoꝝ nõ
ponitur in diebus illis inde neq; in euãgelio po‑
ni debet in illo tempore quia paſſio chriſti tã ve
ri q̄ myſtici ꝓponitur fidelib⁹ hodie taq̃; p̄ſens
no vt futura quando p̄dicebatur oraculis ꝓphe
tarum neq; vt p̄terita ⁊ p̄dicata vocibus apl'orũ
ſed loquitur ibi p̄latus ex pſona dei in tribula‑
tione inquit ſua illa maxima ⁊ finali tepore an‑
tichriſti fideles mei conſurgent ad me inuocan‑
du mane i cito ⁊ velociter p̄ nimia anguſtia ⁊ di
cent ſcipſos exhortado venite reuertamur a mũ
do ⁊ diabolo ad dominũ deũ nrm q̃ ſolus nos
poteſt liberare quia licet ipe ceperit i coprehede
rit nos in peccatis noſtris dando penã hanc pro
eis tame ipſe ex nimia ſua mia ſanabit nos ab
hac plaga qui nõ vult morte peccatoris ſed ma
gis vt conuertatur ⁊ viuat ⁊ ꝓ libito ſue volũtatis
ipe puniet nos ex iuſticia ⁊ ſufficienter punitos
poſtea curabit nos ab infirmitate nr̃a ex mia di
citur enim Job 5 increpatione i correctionẽ dñi
ne reprobes q̄ ipſe vulnerat ⁊ medetur/ꝑcutit ⁊
manus eius ſanabunt Ergo fiduciã habeamus
q̄ ipſe viuificabit nos ab hac morte poſt duos
dies tribulationis ſ die tertio conſolatiõis Inuo
Scd'a pars epiſtole
cem⁹ ergo deum nrm in anguſtia nr̃a ſed q̄ de⁹
peccatores no aud ⁊ emendem⁹ in melius vitam
noſtrã ⁊ reuertatur vnuſquiſq; a via ſua mala ⁊
ſic viuemus ſancte in cõſpectu eius ſciemus le‑
gem dei noſtri ſequemurq; eam in actibus nr̃is
vt practice cognoſcamus dñm deũ noſtrũ quãte
ſit equitatis ⁊ pietatis in his q̃ agit erga nos nã
quaſi diluculũ i lux aurore p̄paratus eſt egreſ‑
ſus eius i. principiũ ſue mie erga nos hoc eſt q̃n
do incipiet nobis oſtendere faciẽ ſuam placatã
vt ſaluos faciat nos ab hac tribulatione· tũc qua
ſi incipiemus euigilare ſicut qui ſurgũt dilucu‑
lo excitati a luce matutina poſtea veniet id eſt oc
curret nobis veluti in meridie pfecte libertatis:
quaſi imber pluuie tẽporaneus i oportunus et
in bono tẽpore ſolet venire terre ſitienti ⁊ quaſi
imber ſerotinus i. cõpletiuus ſatietatis terre qui
aduenit parũ ante maturitatem meſſis ad eius
augmentũ maius q d. ita ſe habebit deus ad ec‑
cleſiã ſuã circa finẽ mũdi. nam primo quaſi im‑
ber temporaneus ſpũ oris ſui interficiet peſſimũ
antichriſtũ in cui⁹ morte incipiet eccl'ia reſipiſce‑
re ⁊ lucẽ mie dei videre· q̃ prius ſolam iuſticiam
⁊ ſatis rigoroſam videbat poſtea vero quaſi im‑
ber ſerotin⁹ miſſis ſãctis p̄latis ⁊ p̄dicatorib⁹ re‑
formabit eccleſiã ſuam i augmẽtum optimi ſta‑
tus ſui. etiam cõuerſis ad fidẽ vniuerſis infideli
bus Ne vero aliqui modice fidei chriſtiani deũ
Tertia pars epiſtole.
iniuſtum arbitrantes quando tribulationes im
mittit ſuis fidelibus conq̃rantur de ipo vel dubi
tent de ſua bonitate reſpondet ipe ꝑ os p̄lati di
cens quid faciam tibi o Ephraim i frugifer po‑
pule meus vel accreſcẽs ad hoc vt tibi apparea͂
iuſtus ⁊ rectus in actibus meis·q d qualiter vis
me habeã tecũ viſa bene tua iuſticia de qua pre‑
ſumis ac ſi eſſes frugifer et accreſcens in operi‑
bus bonis cum reuera ſis ſterilis quid boni fa‑
ciam tibi o Juda i eccl'ia mea q̃ te dicis confiten
tem ⁊ laudante me ore. cũ tame cor tuũ longe ſit
a me·q d. nihil mercedis tibi debetur ꝑ tuis me
ritis q̃ nulla ſũt Nã mia vr̃a ad ꝓximos fuit te‑
nuis q̃ſi nubes matutina q̃ cito diſſoluit̃ a radijs
ſolis ⁊ no apparet ⁊ quaſi ros mane ptranſiens
q̃ exſiccatur ⁊ nõ fecundat terram ita et vos nõ
ſubleuaſtis ꝓximoꝝ neceſſitates q̃ erant q̃ſi ter‑
ra ſitiens propter hoc ergo i ꝓpter hanc duri‑
ciem ⁊ aſperitate vram ego dolaui ſepius ppl'm
meũ in ꝓphetis i p̄dicatorib⁹ vt lenirent vos ad
peñiam ⁊ miam ſed nõ potuerũt ⁊ occidi i cõmi‑
natus ſum eis morte in verbis oris mei ⁊ nõ ti‑
muerunt ꝓpterea popule meus iudicia mea er‑
ga te vl' iudicia tua i tibi debita ex me quaſi lux
egredientur i manifeſta ⁊ clara erũt in tepore ad
uerſitatis vt ſciãt hoies quia miam fidelium ad
ꝓximos ſuos volui ⁊ non ſufficit ſacrificium al‑
taris vel aliarum oblationum in eccl'ia ⁊ volui
magis ſcietiam dei eſſe in populo meo q̃ eſt do‑
ctrina mandatorum dei de charitate ad deum ⁊
proximum plusq̃; holocauſta penitentium qui
ſeipſos mactant ſine charitate vnde apoſtolus
ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam chari‑
tatẽ aũt nõ habeã ⁊c̃ hanc charitatẽ vos nõ ha‑
buiſtis circa fine ſexte etatis q̄ refriguit in vobis
charitas, abũdauitq; iniqtas, ideo nõ miremini ſi

deſeuierit contra vos flagelli mei ſeueritas Hac
lectione preteritus fidelis ppl's rñdet in tractu
Tractus. Domine audiui ₇c̄ Abachuch 3 Illā in hac 41
ge. predicti religioſi mendicantes annunciabāt
finem mundi ꝓpinquum ₇ inſtare iam tempo-
ra periculoſa propter peccata hominum in ma-
gno defectu charitatis ideo compunctus fideliū
populus dicebat domine audiui ſermonē tuū et
timui mala futura cōſideraui opa tua punitiua
q̄ feciſti contra chriſtianos p manus ſarraceno-
rum ac turcorū et expaui i defeci a virtute mea
in medio duorū animalium .i. pſecutorum eccle-
ſie (qui noībus beſtiarum deſignātur in Danie-
le ₇ in Apocalipſi) ₇ dū appropinquauerint an-
ni tribulationis dumq; aduenerit tempus vin-
dicte malorum cognoſceris a tuis fidelibus quā
ſis potens et iuſtus vindicator Et notantur hic
illa tria verba Daniel' ₇ Apocalipſ .ſ. per tepus/
₇ tempora/ ₇ dimidium tepoꝛis ſub perſecutione
antichriſti Additur verſus ex eode cap̄ q̄ fidelis
populus ponit ſpem ſue liberationis in deo di-
cens in eo .ſ. tempore antichriſti dum cōturbata
fuerit anima mea p̄ nimio dolore ſemp tamen
in te ſpe habebo q in ira iuſticie tue mie tue me
mor eris vt non pmittas oīo perire eccleſiā tuā
nam poſt flagella illius tēporis deus veniet ad
eccliam ſuā a mōte Libano qui interp̄tatur can
didus ₇ ſanctus noſter de monte Pharā .i. vm-
broſo ₇ condenſo q d dabit ſuis fidelibus cādo-
rem iuſticie ₇ gratie ₇ obumbrabit eos ſua pro-
tectione ₇ tunc dicent exultantes chriſtiani ope-
ruit celos .i. p̄latos eccleſie maieſtas eius ₇ lau-
dis eius eſt plena tota terra .i. eccleſia fideliū con
uerſis iam omnibus infidelibus ad eam Poſt
hunc tractum additur oratio p̄lati noſtri tempo-
ris ꝓ ſuis ſubditis .ſ. Deus a quo ₇ Iudas ₇c. q̄
iam expoſita eſt in cap̄ precedente in miſſa ferie
Secunde quinte ¶ Secunda lectio epiſtole. Dixit dñs ad
eplē argu Moyſen ₇c̄ ſumitur ex 12 cap̄ Exod ₇ hiſtoriam
mentum agni Paſchalis applicat ad paſſione chriſti ve
ri vt patet ex allegatiōe ſancti Ioānis in paſſio
ne hodierna qui de chriſto exponit illud Os nō
comminuetis ex eo Tamen eodem modo eadē
hiſtoria applicari poteſt ad paſſionem chriſti my
ſtici ſiue populi chriſtiani que vt diximꝰ partim
p̄terita ₇ partim futura eſt Et habet epiſtola hec
tres partes In prima notatur tempus In ſe-
cunda ibi erit autem agnus ₇c modus In tertia
ibi ſic autem comedetis ₇c. vſus talis paſſionis
Prima Supponamus in primis ſenſum litteralem il-
pars epi- lius cerimonie ad rememorādū .ſ. exitū Hebreo-
ſtole rū de captiuitate Egyptiaca cū multo labore et
anguſtia vnde ₇ partes illius cerimonie/ condi
tiones illius populi deſignabant .i. quales erant
Hebrei in exitu illo vt patet ex gloſis communi
bus Deinde transferamus illum figuralem po-
pulum ad noſtrum chriſtianum figuratum no-
tando ſimiles cōditiones in exitu ſuo ab hoc ſe-
culo prope finem mundi cū multo labore ₇ an-
guſtia ſub pſecutione antichriſti qui ſignificaba
tur .i. Pharaone rege Egypti .q̄ eſt mūdus. Ap-

propinquante ergo iam fine huius mundi dixit
dominꝰ p ſuos p̄dicatores ad Moyſen ₇ Aaron
.i. ad p̄latos eccleſie ſue in terra Egypti .i. in tene
bra peccati hoc eſt inter mundanos peccatores
cōmorantes menſis iſte .i. menſura huius tepo-
ris parui predicationis nouorum religioſorū qui
nunc oriuntur in eccleſie 41 ge erit vobis prin-
cipium paſſionis future ſicut ſupra diximꝰ q pre
dicatio Hieremie prophete fuit principium ba-
bylonice captiuitatis Iudeorum quia nunc in-
cipit vobis annunciari illa paſſio et habere eſſe
quoddam intentionale que poſtea habebit eſſe
reale et ita predicatio preſens huius generatio-
nis erit vobis primus menſis in meſibus anni
laborioſi ecclīe .i. tepoꝛis in duodecim ptes diuiſi
Illā ſexti ſignaculi apertio eſt quaſi tepus vnius
anni duodecim partibꝰ diuiſi quas hiſtoria paſ-
ſionis chriſti denotat in q̄ quinque articuli pnci
pales ponuntur ante crucifixione .ſ. in orto/ et in
domibus quattuor iudicum Anne/ Cayphe/ He
rodis/ ₇ Pilati. poſt crucifixionem ſeptem verba
chriſti notantur q̄ omnia faciunt duodecim ₇ ſi-
gnificant totum diſcurſum paſſiōis eccleſie vt in
euangelio enarrabimus Primus iterū menſis
p̄dicationis religioſorum mēdicantium triginta
quaſi diebus ſuis procedet in doctrina triginta
pſonarum ſanctorum q̄ principaliter claruerunt
in quattuor ordinibꝰ mēdicantiū Dixit ergo do-
minus per ſuos p̄dicatores ad prelatos eccleſie
vos p̄lati loquimini ad vniuerſum cetum filiorū
Iſrael .i. eccleſie videntis deū ₇ dicite eis ex par-
te dei vt ſe preparent ad patienter tollerandum
aduerſam fortunam/ ₇ flagella futura ꝓpter pec
cata ſua Decima die meſis huius primi .i. in pre
dicatione legis dei que tota pedet ex decalogo
mandatorum ₇ eam p̄dicāt religioſi huius tem-
poris/ primi in apertione ſexta vnuſquiſq; fide-
lis tollat agnum .i. accipiat memoriam paſſionis
chriſti veri qui dicitur agnus dei nam ex illa po
terit coniectari futura paſſio chriſti myſtici qua-
lis erit ₇ hoc faciant ſinguli p̄ncipales per fami
lias et domos ſuas nam talis cogitatio erit eis
valde ſalutaris premunitio ad futura q ſi nu-
merus pſonarum fuerit minor ſenſu ₇ intelligē
tia q̄ requiratur ad hoc vt ſufficere poſſit ad veſ-
cendum agnum .i. ad perfecte intelligēdum my-
ſterium paſſionis et applicandum illud ad ma-
la futura eccleſie aſſumat vicinum ſuū virum re
ligioſum aut predicatorem qui coniunctus eſt
domui ſue .i. ſancte matri eccleſie hoc eſt qui eſt
vir catholicus et ſanam doctrinam docet. nam
talis poterit eum erudire in his myſterijs iux-
ta numerum animarū .i. qualitatem pſonarum
audientium adeo vt ſufficere poſſint ad predi-
ctum eſum agni quia vt Gregorius dicit iuxta
qualitatem auditorum formari debet ſermo do-
ctorum vt bene percipiant doctrinam ſaluta-
rem Modus vero ſeu qualitas agni predicti in
vos talis deſcribit. Erit vobis ſi bñ cū contemplati Scda ps
fueritis agnus abſq; macula peti q2 deuota me epiſtole.
ditatio ſue paſſionis tollet a vobis ocs peccatorum

maculas erit maſculus .i. virilis qꝛ dabit vobis
robur ſpūale ad tollerāda aduerſa erit anniculꝰ
.i. anni ꝑdicti laboris eccleſie munitiuus qꝛ pre⸗
muniet vos ne cadatis in tempore tribulationis
in tentatione illā que ſuperuētura eſt in vniuer⸗
ſam terrā Apoc 2 iuxta quem ritū .i. ad cuius ſi⸗
militudinem ⁊ ꝓportionem tolletis etiā hedū .i.
populū chriſtianum peccatorē hoc eſt contēpla⸗
bitis eum ſimiliter fore patiēdum a peccatoribꝰ
ſed non ex ſimili cauſa ſicut chriſtus qui agnus
innocēs ſine culpa ſua pro nobis paſſionē ſuſti⸗
nuit at populus chriſtianus hedus .i. fetidus ꝓ⸗
pter ſua peccata patietur ad purgationem ſuoꝝ
malorum. non tamen ſtatim poſt iſtā predicatio⸗
nem patietur ſed ſeruabitis eum vſqꝫ ad quartā⸗
decimā diem menſis huius .i. vſqꝫ ad predicatio⸗
nem alicuius magni ſancti ex religioſis qui in
ordine quartuſdecimus velut ſol et dies appare
bit ante perſecutionem antichriſti ad cuius pre⸗
dicationis veſperā .i. finem etiā ꝓpe finem ſexte
apertionis immolabit hedū .i. immolandū exhi⸗
bebit perſecutoribus vniuerſa multitudo filioꝝ
iſrael qui ſunt chriſtiani licet mali. nam in tēpo⸗
re antichriſti fere vniuerſi chriſtiani peruertētur/
et pauci fideles remanebūt firmi in fide et tunc
mali tradet bonos ad mortem etiā frater fratrē/
et pater filium ⁊c. quod eſt immolare hedum ad
veſperā mundi Et tunc ſumēt fideles afflicti de
ſanguine agni .i. memoriam paſſionis chriſti ⁊ li
niet vtrūqꝫ poſtem .i. intellectū ⁊ voluntate et in
ſuperliminaribus .i. intētionibus que ſupereminent actionibus domoꝝ in quibus mali chriſtia
ni comedent illum accuſando ⁊ perſequēdo bo⸗
nos Poteſt intelligi per vtrūqꝫ poſtem papa et
imperatori et ſupliminaria ſunt alij reges ⁊ pre⸗
lati quos mali tingēt ſanguine ⁊c Et in nocte .i.
perſecutione illa antichriſti edēt mali carnes bo
norum non animas aſſas .i. afflictas igni tormē⸗
torum et panes azimos .i. innocētes fideles ſine
fermento malicie viuētes cum lactucis agreſti
buꝫ .i. multis amaritudinibus preſſos tradet ad
mortem Vos ergo deuoti fideles in tali ꝑſecu⸗
tione poſiti non comedetis .i. nō recipietis tanqꝫ
martyrem chriſti crudū quid .i. indeuotū hoc eſt
hominem carnaliter ſolū morientē in bello mo⸗
re aliorum ſecularium neqꝫ coctum aqua feruētis
perſecutionis .i. homine qui ſolum mortuus eſt
quia fugere non potuit ſed ſolū quem videritis
aſſum igni maxime deuotionis propter zelū dei
q d non oēs chriſtiani qui patientur ſub tribula
tione antichriſti ſaluabuntur ſed ſoli illi qui ex
charitate dei ad mortem ſuſtinēdam libēter ve⸗
nient ſecus autē de illis qui temeraria audacia
vt appareāt fortes vel timiditate nimia euadere
non valentes moriētur Vos aūt mali hoīes ex
permiſſione dei caput ecclie ſummū pontificem
cum pedibus eius .i. pauperibꝰ laicis ac inteſti⸗
nis ſacerdotibus ⁊ religioſis vorabitis in illa ꝑ
ſecutione vel corporaliter eos occidēdo/ vel a fi⸗
de auertēdo nec tamen deus permittet illā per⸗
ſecutionem diu durare qꝛ breuiabūtur dies illi

propter electos ſcꝫ vt aliqui electi remaneant in
eccleſia dei ſalua fide catholica nā ſi multū du⸗
raret non eſſet ſalua oīs caro quin perderēt fidē
oēs chriſtiani ideo nō remanebit ex illo malo qc
qꝫ vſqꝫ mane proſperitatis eccleſie ſed totū con⸗
ſumabitur in veſpera ſexti ſignaculi ſi quid tamē
perſecutiōis reſiduū fuerit contra electos (qꝛ nul
lum tēpus huiꝰ vite tranſit ſine tētatione malo⸗
rū) illud certe exiguū erit ⁊ facile cōburetis igne
charitatis que facit oīa aſpera eſſe facilia ⁊ leuia Tertia pars epiſtole.
Uſus deniqꝫ bonꝰ ⁊ debitꝰ talis aduerſitatis fu
ture erit qui ſequitur ſic aūt comedetis illū agnū
vel hedum immolandū tempore antichriſti .i. ta⸗
les diſpoſitiones habebitis in illa tribulatiōe vt
nō pereatis in illa ꝙ appareatis quaſi poſiti in
ꝓcinctu itineris ad trāſeundū a captiuitate in li⸗
bertatē patrie Primo renes vr̄os accingetis ca⸗
ſtitate Scd̄o calciamēta virtutū habebitis in pe
dibꝰ .i. affectibꝰ veſtris vt libere ambuletis ſecū⸗
dum doctrinā euangelij pacis Tertio eritis tenē
tes baculos paſtoralis cuſtodie prelatorū in ma⸗
nibus veſtris hoc eſt deffendetis bonos prela⸗
tos veſtros ⁊ iuuabitis eos in tribulatiōe. Quar⸗
to comedetis .i. accipietis illam tribulationē feſti
nanter reputādo eam breuē ⁊ cito tranſiturā eſt
enī phaſe .i. tranſitꝰ dn̄i ſuper egyptū vt percutiat
oīa ꝑmogenita eiꝰ .i. magnos dn̄os ⁊ ꝑlatos huiꝰ
mundi qui ſuis malis exēplis ſcandalizabāt par
uulos ſimpliciter ambulantes in eccleſia dei vel
eſt tranſitus populi dei per anguſtiā tribulatio⸗
nis ab hac miſera vita ad felicitatem celeſtis pa
trie ¶ Moraliter he due eple poſſunt eſſe ſermo Moralitas eple.
nes moderni prelati ad ſuos ſubditos qui in hac
tota quadrageſima ieiunātes penitentiā egerūt
nā prima epiſtola inuitat eos ad cōtemplandū
paſſionē chriſti/⁊ mentaliter cōpatiendū ei quia
illa eſt medicina ad ſanandū eos ⁊c Scd̄a vero
epiſtola per cerimonias cōuiuij agni paſchalis
oſtendit conditiones quas debent habere ſumē
tes ſacramentū corporis chriſti de quo apoſtolꝰ
i. Cor 5 ait ꝙ paſcha noſtrū eſt ipſe chriſtus quē
debemꝰ ſumere in azimis conſcientijs ſinceritatis ⁊ veritatis ⁊c ¶ Tractꝰ Eripe me dn̄e ab hoīe Tractus.
malo ⁊c pſal 139 orō eſt populi fidelis ad deum
nā audita qualitate illius future tribulationis ꝑ
epiſtolā clamat ad deū vt liberet eū ab illo hoīe
malo .i. antichriſto peſſimo et per alios verſus
enarrat maliciā eiꝰ ⁊ ſuorū ſequaciū poſtea vero
in verſu dixi dn̄o deꝰ meꝰ ⁊c inuocat diuinū au⸗
xiliū cōcepta fiducia bonitatis eiꝰ et tandē con⸗
cludit ꝙ poſt morte antichriſti iuſti confitebūtur
noī tuo ⁊c Hanc orationē didicit eccleſia a chri⸗
ſto rege ſuo qui in ſua paſſione ita orabat ad pa
trem et quilibet vere penitens illo modo debet
orare ad chriſtū ⁊c ¶ Euangeliū hodiernū eſt paſ Euāgeliū paſſionis chriſti.
ſio dn̄i noſtri ieſu chriſti ex 18 et 19 caplis Ioā
nis ſed qꝛ in dn̄ica precedēte eade paſſio ſecūdū
mattheū ex cap̄ 26 et 27 decātata eſt et feria ter
tia ſcd̄m Marchū ex cap̄ 14 et 15 et feria quar⸗
ta ſcd̄m Lucam ex cap̄ 22 et 23 nec fuerūt a no⸗
bis illa euangelia enarrata opus eſt vt faciens

tes hodie Monotheſerō i vnum euangelium ex
quattuor cū Joāne gerſono cācelario Parriſieſi
exponamus ꝓlixius hiſtoriam dñice paſſionis
non quidē ad ſenſum litteralem (que ſupponi⸗
mus) ſed hiſtorialiter de paſſiōe eccl'ie chriſtiane
que in hac 41 ge fuit figurata ⁊ predicata a reli
gioſis atqꝫ in fine ſexte apertionis erit exhibi⸗
ta/ſeu executioni demādata ⁊ huic ſenſui hiſto⸗
rico (more ſolito) addemꝰ ſenſum moralē pro in
formatione fideliū ieiunātiū/ac penitētium qui
tota quadrageſima portauerūt cruce poſt Jeſū
crucifigētes carnē ſuā/⁊ occidētes in ea vitia ⁊ cō
cupiſcētias mūdanas ¶ Et ꝓpter huius euāge
lij prolixitatem faciemus in eo duodecim partes
ſuperius explicatas i quinqꝫ ante/⁊ ſeptem poſt
crucifixione et immediate cuilibet earū addemꝰ
ſuam moralitatē Licet ſatis faciliter totū euāge⸗
lium potuiſſet more alioꝝ trifidum fieri Cuius
prima pars eſſet de cōprehenſione/iudicio/⁊ ſen
tentia iniqua Secūda de crucifixione/irriſione/⁊
pena acerbiſſima. Tertia de depoſitione/vnctio⸗
ne/⁊ ſepultura honorifica Sciendū tamen ꝙ li⸗
cet alij tres euāgeliſte ante cōprehenſionem chri
ſti in horto (a qua incipit Joānes euāgelium ho
diernum) narrent hiſtoriā ſue vltime cene in qua
et agnū paſchalem comedit/ ⁊ pedes diſcipuloꝝ
lauit/⁊ euchariſtie ſacramētum inſtituit/ ⁊ ſermo
nem prolixum fecit qꝛ illa hiſtoria tota ad quintā
feriam precedētem pertinet vt patet ex epiſtola
et euangelio eius que iam expoſita ſunt ad no⸗
ſtrum propoſitum ideo illa hiſtoria dimiſſa inci⸗
piemus cum Joāne a myſterijs cōprehenſionis
chriſti in horto ¶ Pro cuius explicatione hiſto
rica ſciendum ꝙ in hac 41 gene eccleſie licet ab
Honorio papa fuerint confirmate quattuor reli⸗
giones mendicantiū fratrum ſ. predicatorum/mi⸗
norum/heremitarum/ et carmelitarum tamen
due priores ſunt alijs excellētiores ad quas etiā
ille reduci poſſunt quarū altera typū gerens vi⸗
te contemplatiue tota intētione vacat ſtudio ſa⸗
pientie/et ſancte predicationis officio ad illumi⸗
nandas aīas vnde et ſanctus dñicus eius inſti⸗
tutor eximius theologus erat/ et cōtra hereticos
acerrime diſputabat Altera vero magis tēdit ad
exercitia charitatis ſub typo vite actiue/ et ad in⸗
flamādas fidelium volūtates per exēpla ſancti⸗
tatis vnde et ſanctus Franciſcus eius inſtitutor
totus erat deditus feruori ⁊ amori dei et proximi
Et ſicut illa religio ſēper excelluit multis docto
ribus fidei clariſſimis qui intellectū ⁊ eius actus
valde dignificāt ita ⁊ iſta ſemper effulſit ſanctis
deuotiſſimis/et zeloſiſſimis ſalutis animarū qui
volūtatem ⁊ eius actus magnificiunt que duo
exercitia ſpūalia ſunt maxime neceſſaria in ec⸗
cleſia dei ad ſaluandas animas i ad educendas
eas quaſi per manus Moyſi ⁊ Aaron a captiui
tate egyptiaca mūdane cōuerſationis ideo inſpi
rauit deus in etate illa iſtis duobus religioſorū
patribus ſanctiſſimis vt predicarent/et predicato⸗
res mitteret per totā chriſtianitatem ad annun
ciandū fidelibus exitum eoꝝ ab egypto/⁊ tranſi⸗
tum per deſertum penitētie/laboris/et anguſtie/
atqꝫ introitū eorū in terram ꝓmiſſionis celeſtis.
ꝙ ſi voluntariā nollent agere penitentiam notā
eis facerēt vltionem diuinā cito futura/cōpellen⸗
te eos exire ab hoc mūdo illo crudeliſſimo Pha
raone cuius cor dñs indurabit cōtra filios iſrael
quouſqꝫ totū eccl'ie corpus fiat ſuo capiti in paſ⸗
ſione conforme quare ad hoc magis certificans
dum deus mirabiliter impreſſit tūc ſancto Fran
ciſco ſeraphico amore ardenti ſtigmata i ſigna
paſſionis chriſti in manibus/pedibus/ac latere
vt appareret mūdo nouus homo crucifixus cir⸗
ca finē ſexte etatis ſicut in Petro apoſtolo oſten⸗
derat circa eiuſdē etatis primordia homine Ro⸗
me crucifixum ad ſignificanda tyrannorum con⸗
tra chriſtianos pſecutionē mox futurā ¶ In ge
neratione itaqꝫ 41 eccl'ie que eadē eſt principiū
ſexte apertionis no le Egreſſus eſt Jeſus i reli
gioſorum pater a mūdana cōuerſatione et venit
cum diſcipulis ſuis extra Hieruſalē ciuitate ter⸗
renam in montē oliuarū i altitudinem pingue⸗
dinis deuotionis dei ſed trāſijt prius torrentem i
amaritudinem penitētie cedron i que preſeruat
a corruptiōe tinee corpora humana que ſunt ve⸗
ſtes anime venitqꝫ Jeſus predictus in villā/aut
prediū chriſti vocatū gethſemani i. vallis olei/ſeu
pinguedinis ſacramētorum que villa eſt eccleſia
latina vbi erat hortus delitiarū mūdanarum in
quo (ſicut Adam ⁊ Eua) peccabāt hoīes non ſe⸗
mel/aut bis ſed frequētiſſime in hanc ergo villā
et in hūc hortū introiuit pater religioſorum cum
diſcipulis ſuis non vt delitiaretur cū mundanis
ſed vt triſtaretur cū penitentibus vnde ſubditur
cepit cōtriſtari/pauere/tedere / ⁊ meſtus eſſe co ā
eis ſ propter zelum animarū qꝛ videbat multas
perire ꝓpter huiuſmodi delitias corporales Et
dixit eis triſtis eſt anima mea ꝓpter innumera
peccata proximorum que ducēt eos vſqꝫ ad mortē
vel gehēne/vel perſecutionis extreme vel triſtis
eſt aīa mea p dolorem penitētie vſqꝫ ad morte i
mortificationē carnis que eſt mors vitiorum et
hanc triſticiā intēdo fidelibus predicare Vel hec
triſticia mea non ceſſabit vſqꝫ ad mortē meā cor⸗
poralē poſtea vero erit mihi leticia ſempiterna
cum chriſto in gloria vt etiā per me diſcat popu⸗
lus chriſtianus aſſumere ſalutarē triſticiam que
ſcdm deum eſt nec ceſſet ab ea vſqꝫ ad mortem
antichriſti poſtea vero erit ei leticia renouata ec⸗
cleſia ad optimū ſtatum Vos ergo diſcipuli mei
ſuſtinete hic laborem penitētie mecū i me imitā⸗
tes ⁊ vigilate in ſtudio litterarū/⁊ in actu feruide
predicationis in tota eccl'ia dei ad lucrādas ani⸗
mas verbo pariter ⁊ exēplo His dictis ſanctus
pater auulſus eſt i ſeparatus eſt ab eis p diſtan⸗
tiam ſanctitatis ſue quātum iactus eſt lapidis i
quātū in edificio diſtat lapis fundamentalis/vel
angularis a ceteris lapidibus qui non ſunt tam
principales in eo tāta fuit differentia ⁊ exceſſus
ſanctitatis primi patris qui ordinē inſtituit a ce⸗
teris religioſis poſt eum Vel auulſus eſt ab eis
per mortē cito poſt confirmationē ſue religionis.

Partes duodecim euāgelij

Notādū.

Prima ps euāgelij

quātum iactus eſt lapidis .i.corporis ſui in ſepul
chrum non autem quātum ad animā receſſit ab
eis dices cum apoſtolo Petro curabo aūt poſt
obitū meum frequenter habere vos ⁊c̄. Et pro-
cidit in faciē ſuam ſup terram ꝑ mortem vel vi-
uos ſic orabat deum pro toto populo chriſtiano:
vt ſi fieri poſſet ſalua dei predeſtinatione trāſiret
ab eo hora tribulationis antichriſti dicens abba
ſeu pater celi ⁊ terre dn̄e Jeſu chriſte:ſcio ꝙ oīa ti
bi poſſibilia ſunt q2 es oipotēs ſi poſſibile eſt ſe-
cundū ꝓphetias tuas/⁊ tuoꝝ ſanctoꝝ de fine ſe-
culi que ſcripte ſunt Matthei.24. Apoc.20 et
Danielis 11 ſi inquā poſſibile eſt ꝙ ſint cōmina-
torie ſicut ꝓpheta Jone contra Niniuem obſe-
cro trāſfer calicem .i. amarā potionem illā a tuo
populo ⁊ calix perſecutionis antichriſti trāſeat.i.
recedat a nobis et non veniat ſup eccleſiam ve-
rūtamen ſi ꝓphetie ille ſunt diffinitiue ſententie
dei no ſicut ego volo fiat abſolute ſ3 ſicut tu de-
creuiſti ⁊ tunc oro vt trāſeat .i.celeriter calix iſte:
itaꝙ non diu duret illa perſecutio.vel tranſeat.i.
ſit fidelib9 illa tribulatio trāſit9 ad pacē et quietē
eccl'ie/aut gl'ie Qua orōne finita venit ſanct9 pa
ter ad diſcipulos ſuos .i. vel ſuos religioſos deſi-
des/vel pp'os quib9 ꝑdicabat:⁊ inuenit eos dor
mietes .i. i vitijs mūdanis ſopitos vel negligētes
in ope penitētie vel ſtupefactos pre triſticia audi-
toꝝ periculoꝝ future ꝑſecutionis antichriſti ⁊ di-
xit in primis Petro .i. Ro pō q̄ tenet ſedē beati
Petri Simon .i.ſimoniace p'late dormis.i.negli-
gis te ⁊ tuos fideles corrigere ⁊ iducere ad penitē
tiā' non potuiſti vna hac nouiſſima hora .i. mūdi
etate vigilare mecū .i. ſicut ego et mei religioſi vi
gilam9 orando ⁊ ꝑdicando Deinde dixit alijs fi
delibus vigilate ꝑ bona opera penitētie et orate
deum vt liberet vos ne intretis in tentationē il-
lā que ſuper vētura eſt in totā terram dicitur aūt
perſecutio antichriſti tentatio infidelitatis q2 to
ta tendet ad hoc vt fides chriſti negeť a fideli-
b9 qđ eſſet intrare in tentationē· q2 tentatio que
non vincit hoiem exterius manet. vigilate ergo
modo ꝑdicto ⁊ orate pro gratia dei habēda q2 li
cet ſpiritus veſter promptus ſit ad permanēdum
in fide catholica tamē caro .i.corp9 ⁊ ſenſualitas
infirma eſt ad ſuſtinēda pondera tormētorum ſi
non fuerit ſpeciali gratia dei roborata ideo orā-
dus eſt deus vt ſua gr̄a vos adiuuet Facta hac
reprehēſione ac monitione ſanct9 pater iterū ſe-
cūdo abijt ⁊ orauit pro tota eccl'ia dei eundē ſer-
monē dicens pater mi chriſte ſi nō poteſt hic ca-
lix amare perſecutionis trāſire .i. euitari niſi bi-
bam illum fiat volūtas tua que etiā eſt volūtas
mea rationalis tue cōformis et venit iterum ad
diſcipulos ſuos ꝑdictos et inuenit eos dormiē-
tes vt prius dicebatur erant eñ oculi eorū mē-
tales grauati curis ⁊ delicijs hui9 ſeculi ⁊ igno-
rabāt obcecati paſſionib3 quid reſpōderēt ei cū
effectu quādo eos arguebat Et relictis illis ad
tempus q2 nō ſemper eis predicabat iterū abijt
⁊ orauit eundem ſermonē q2 in die predicabat
et in nocte orabat vel in feſtis populū docebat ⁊
in alijs dieb9 pro eis orabat.et poſitis ſeptus in

terrā genib9 orabat pater ſi vis ex tuo benepla-
cito.tranſfer calicem iſtū a me licet exteriore ſi-
gno dixeris hoc malū nobis futurū ſin aūt tua
voluntas beneplaciti conformis eſt voluntati ſi-
gni.fiat volūtas tua iuſta ⁊ rationabilis:nō mea
ſenſualis que ꝓcedit ex humano timore.Sed cō
tra hūc timorem apparuit ei angelus de celo cō
fortans eum vt libenter acceptaret hāc dei ordi-
nationem.vnde inter has duas volūtates ratio-
nalem ⁊ ſenſualem fact9 in agonia ꝓlixius ora-
bat ſanct9 ille homo pro toto populo dei.et ora-
tionibus addebat flagella ⁊ diſciplinas adeo vt
fieret ſudor eius ſicut gutte ſanguinis decurren-
tis in terrā.Et cū ſurrexiſſet ab oratione ⁊ veniſ-
ſet iterū ad diſcipulos ſuos:inuenit eos vt prius
dormientes·nō enim poterat eos ſatis perſuade
re ad penitētiā ideo ait illis q̄d dormitis in tan
to periculo poſiti'et cū ad huc nō euigilarent ait.
dormite iā ⁊ requieſcite in hac mūdana requie:
que ꝓfecto breuis eſt·et ſtatim diceť vobis ſuffi-
cit:ſurgite a ſomno veſtro ecce appropinquauit
hora .i. temp9 maloꝝ ⁊ poteſtas tenebraꝝ ⁊ fili9
hoīs chriſti popul9 chriſtianus tradetur propter
ſua peccata affligendus ac tribulādus in manꝰ
.i.poteſtatem hoim peccatoꝝ hoc eſt infidelium ⁊
maloꝝ fidelium Surgite.ergo fratres mei cha-
riſſimi eamus obuiā hoſtibus noſtris cū fiducia:
et armati ſpūalibus armis fidei/ſpei/charitatis:
et aliarū virtutum maxime humilitatis ⁊ patiē-
tie/ac penitētie.Hec ⁊ alia multa predicabant in
generatione 41 ſancti illi patres religionū men
dicātium vocantes homines ad penitētiam ⁊ li-
cet multos traxerint ad ſequellā ſuā.tamen plu-
res imo plurimi rebelles māſerunt dormientes
in delitijs ſuis Jdeo ꝓpter eorum maxima pec-
cata permiſit deus multas perſecutiones tyran-
norum et infideliū in etate illa·vt ſuperius dixi-
mus de quibus textus ꝓſequitur Adhuc eo lo
quēte/ſeu predicāte ecce Judas vnus ex diſcipu
lis.i tyrānus imperator vnus ex latinis ſubditis
pape cū accepiſſet cohortem militū armatorum
contra Romanū pontificē ⁊ totum clerū.accepit
etiā miniſtros ſibi quoſdā eccleſiaſticos et cōſen
tientes a quibuſdam pontificibus phariſeis .i. di-
uiſis ab vnitate eccl'ie venit illuc .i. in Jtaliam et
vrbem Romā cū laternis facibus ⁊ armis.i la-
tēter ſimulās amorem ⁊ deuotionē ad eccleſiā/et
lumen fidei ſe habere armatus venit vt noceret.
dederat autē ꝓditor ille ſuis militibus ſignū di-
cens quēcūq3 oſculatus fuero pedibus eius hu-
miliatus/⁊ petēs ab eo meā coronationē ⁊ bene-
dictionem ipſe eſt quē perſequor ad perdendum
eum tenete eū ne fugiat manus veſtras ⁊ ducite
ad me caute .i. ſub ſimulatione pacis/⁊ cōcordie.
ipſe aūt imperator ſine armatis comitibus ante
cedebat eos quos poſt ſe milites armatos duce-
bat.et appropinquauit Romano ponti vt oſcu-
laretur pedes eius humiliter/ et cū veniſſet Ro-
mam ſtatim acceſſit ad eum et dixit ei ſub dolo:
aue rabbi .i. magiſter / ac pater meus cui teneor
obedire tanq3 deuotus diſcipulus et humilis fi-
lius.⁊ oſculatus eſt eum.i.pacē dedit.At Roma

nus pon. poſtq̄ cognouit ꝑditionem eius/ ⁊ ſen-
ſit rebellione dixit ei. o Juda oſculo ſigno pacis
tradis ad morte prelatū tuū filiū ſpeciale homi-
nis chriſti q; ſimilitudinem eius gerit in terris
o amice ad quid mali ⁊ ſceleris veniſti ꝓpter ini
quitate tuam deo ꝑmittēte/ q d neſcis quātum ⁊
quale peccatū fuerit te rebellaſſe ꝑditione cōtra
patrem tuū. Hoc dicto prelatus ſciens oīa mala
que ventura erant ſup eum maxime circa finem
mūdi. ſciens inquā ex predicatione religioſoꝝ ꝓ-
ceſſit obuiā militibus armatis dicēs eis canoni-
ca monitione premiſſa que queritis .i. interfice-
re/ q d tam ceci eſtis vt nō aduertatis cōtra quē
agatis bellum in magnū periculum animarum
veſtrarū q; preter peccatum incurritis penā gra
uiſſime excōmunicatiōis ⁊ anathematis/ Reſpō
derunt milites dicētes querimus Jeſum nazare
num .i. ſaluatore floridū ſiue ꝑlatum honoratiſſi-
mum totius chriſtianitatis vt ꝑdamus eum ex
mādato imperatoris. quibus ille dixit ego ſum
Roma pon que vos queritis a maligno ſpiritu
acti quare ex parte dei precipio vobis ſub pena
excōmunicationis vt diſcedatis a me vt ergo di-
xit eis ego ſum abierūt retrorſum et ceciderūt in
terrā q; ab illo die quo papa Jnnocēt⁹ Otonē
imperatore cum ſuis fautoribus excōmunicauit/
ac depoſuit nihil ꝓſpere geſſit ſed in bellis re-
troceſſit/ ⁊ cecidit/ ac mala morte deceſſit ſed eo
mortuo imperare cepit Fridericus peior priore ⁊
facta ſimili ꝑditione cōtra Honoriū papā iterū
dixit eis Ro pon quē queritis: ad ſenſum datū
qui ſurgētes cōtra eū dixerunt: querimus Jeſum
nazarenū predictum ⁊ ille reſpondens iterū ego
ſum cum excōmunicatione ⁊ depoſitione impe-
ratoris adiecit ex quo tam indurati eſtis in ma-
lo ꝓpoſito vt nolitis abſtinere ab hoc nephario
opere ſed quotidie mala malis addatis preci-
pio vobis vt ſi me queritis ꝑſequēdum ſinatis
alios fideles in pace viuere ⁊ abire quo velint li
bere ne ſimiliter oēs ꝑſequentes videamini con
tra chriſtū agere vt infideles et heretici Sed illi
magis obſtinati ſpernētes mandatū pape ꝑ to-
tam Jtaliā ꝓcedebant deuaſtando oīa ⁊ vaſſal-
los eccl'ie nimiū vexādo quod vidētes alij prin-
cipes chriſtiani qui cū ipſo pōtifice erāt .i. ei obe-
dientes ⁊ deuoti videtes etiā qḋ futurū erat ma-
lum in Jtalia. ſi non reſiſteret furie imperatoris
dixerunt pape dn̄e ſi vis ꝑcutimus imperatorē
in gladio corporali .i. armata acie militum quod
facilius fiet ſi mādaueris crucem ꝑ̄dicari contra
eum tanq̄ hereticū/ aut infidele Reſpōdit ponti
fex ſinite vſq; huc .i. ſufficit ad eum coercendum
gladius ſpūalis anathematis quo tam trāſfixū
eſt cor eius et cito ducet eum ad ꝑditionem nec
moueat vos quod futurū eſt ex quo nihil ꝓfecit
vſq; huc Verū inter principes catholicos illius
generationis Simon ille Petrus .i. firmus in fi
de qui erat comes mōtis fortis in Gallia habēs
gladium .i. potētiam ſecularē eduxit eum contra
imperatorē ſicut eduxerat cōtra hereticos ⁊ per-
cuſſit non quidē aciem imperatoris ſed ſeruum
pontificis .i. gentem illoꝝ ꝑlatorum qui erant de
fauore imperatoris ⁊ abſcidit ei .i. abſciſſam oſtē-
dit auriculam dexterā .i. rectā ⁊ ſanam intelligen
tiam poteſtatis pape. q; non venerabant ipſum
vt boni filij patrē ſuū Et cū ille Simon diutius
preliaretur cōtra illos tādem ꝓhibuit eum Ro
pon dicens mitte gladiū tuum in vaginā .i. ceſſa
iam a prelijs contra chriſtianos quāuis malos
q; in breui tēpore deus humiliabit eos ꝑ maiorē
ſuam potentiā an putas q; non poſſum rogare
patrē meum chriſtum/ et exhibebit mihi modo
plusq̄ .12. legiones angeloꝝ que ſufficere poſſent
ad vincēdum oēs eccl'ie hoſtes in momēto tempo-
ris ſed hoc faciēdo quomodo implerent̄ ſcriptu-
re ꝓphetarū de ꝑſecutionibus quas paſſura eſt
eccl'ia circa finē mundi/ an forte tu Simon calicē
amarū quē dedit mihi pater ad bibēdum in hu-
militate ⁊ patientia non vis vt bibā illum impe-
diēdo hoſtes meos/ ⁊ ſic impedires bonum obe-
diētie mee qua teneor implere mandatū dei vi-
de etiā ne ex bono zelo indiſcrete agas ꝑcutiēdo
iuſtos cū impijs ⁊ reus efficiaris ſanguinis ꝓxi
moꝝ. oēs eñ qui gladio occiderint hoīes iniuſte.
et ipſi gladio peribunt/ vel corporali/ vel ſpūali
que eſt pena gehēne aut ſaltem gladio ſui pecca
ti qḋ iugulat animā teſte Salomone romphea
inquit bis acuta oīs iniquitas plage illius non
eſt ſanitas dimitte ergo illos q; aliquando forte
perſuaſi conuertētur a malicia ſua Quod ꝓba-
uit rei euētus nam cū Ro pon facto cōcilio late-
ranēſi tetigiſſet auriculam illoꝝ chriſtianoꝝ tum
hereticoꝝ/ tum prelatoꝝ rebellium/ tum etiam et
ſuoꝝ miniſtrorū ſanauit eam ab erroribus ſuis
q; illi oēs viſa determinatiōe ſacri ꝯcilij cōſenſe-
rūt ei ⁊ cōuerſi ſunt ab erroribꝰ ſuis ⁊c̄ Hic finē
facimus prime parti euāgelij q̄ directꝰ reſpicit
ꝗc 41. cui hec dies correſpōdet ⁊ eſt principium
ſexte apertionis laborioſiſſime et q; vt diximus
hec feria ſexta etiā totum ſextū ſignaculū cū ſua
apertione repreſentat in cuius principio prima
duaꝝ tribulationū eccl'ie figurata in hiſtoria Ju-
dith euenit. ſub ꝑſecutione Turcaꝝ/ Sarraceno-
rum/ ⁊ tyrānorum chriſtianorū que narrate ſunt
poſt illā vero iubēte dn̄o miſit populus chriſtia-
nus gladium ſuū in vaginā dato ſibi aliquanto
ſpacio pacis vt reformaret̄ eccl'ia tum predicatio-
ne nouoꝝ religioſoꝝ tum etiā editione nouorum
decretoꝝ ⁊ ſic reformata ſolidaret̄ in fide/ ac con-
fortaretur ad expectādam ſuſtinendāq; alteram
⁊ ſecūdā tribulationē antichriſti ad quā alie hu-
ius euangelij partes referentur ¶ Moraliter in Moralitas.
hac quadrageſima bonus prelatus cum diſcipu
lis ſuis ieiunātibus ⁊ penitētibus egreſſus eſt a
mundanoꝝ conſortio dimittēdo vitia ⁊ tranſiuit
per torrētē aque amare penitentie venitq; in mō-
tem oliuaꝝ per opa miſericordie introiuit in hor
tum contēplationis deuoteq; orationis cōtriſta-
tus eſt ꝑ contritionē recogitando vita preteritam
in amaritudine receſſit ad oratione cum tribus
cōmitibus .i. fide/ ſpe/ et charitate dedit alijs for-
mam orādi cum quattuor conditionibus. ſedete/

ſuſtinete/vigilate/⁊ orate Et qꝛ accedens ad ſer-
uitutem dei debet animā ſuā preparare ad eũ
dãdam tentatione dixit eis cauete ne intretis in
tẽtatione Sathane q̃ expetiuit vos vt cribraret
ſicut triticũ ⁊c̄ ſed tũc tentatio a foris pulſabat/
nec eos intrabat per moroſam vero cogitationē
hominẽ intrat ſed quãdo homo cõſentit ei tunc
homo intrat in eam/⁊ tunc peccat ideo orandus
eſt deus ⁊ ne nos inducas in tentationem Bo-
nus prelatus recedit ab alijs i diſtat ab eis ex-
cellentia ſanctitatis ſed orat iuxta eos vt doceat
bonum modũ orãdi deuote ſ flexis duobus ge-
nibus qꝛ hoc ꝓmeruit chriſtus vt ei omne genu
flectatur prelatis aũt eccleſie ⁊ dñis tẽporalibus
ſufficit q̄ eius ſubditi flectant eis vnum genu ſ
dextru prelatis ⁊ ſiniſtrum alijs dñis laicis deo
aute vtrũq; genu eſt flectedum tam a prelatis et
dnis q̃ a ſubditis imo coram deo totum corpus
eſt ꝓſternedum quouſq; facies attingat terram
ſeruata tamen qualitate loci ⁊ tẽporis/ac ꝑſona-
rum Surgit tame bonus prelatus ab oratione
et quiete contẽplationis ſue ſepius/⁊ venit ad di
ſcipulos ⁊ excitat atq; arguit dormiẽtes in pecca
tis In oratione aũt ſua tam pro ſe q̃ pro ſuis fa
cta non petit niſi iuſta ⁊ honeſta que deum dare
deceat ⁊ ſi petat bona indifferẽtia addit cõditio-
nẽ ſi poſſibile eſt/ſi expedit/ſi non nocet/ vel fiat
volũtas tua non mea ſenſualis debet aũt maxi-
me orare in tẽpore tribulationis/aut neceſſitatis
ſiue ſue perſone ſiue ſuorum ſubditoꝝ docẽs eos
in talibus caſibus eſſe recurredum ad deum nõ
ad ſupſtitioſos/ac diuinos ⁊c̄.⁊ tunc angelus de
celo mittit ad conſolandũ ⁊ confortadum tribu
latos ⁊ ad impetrãdũ dei gratiã ⁊ miſericordiã ⁊
tũc totũ ſue eccl'ie corpꝰ debet ſanguineo ſudore
repleri ꝑ diſciplinas penitẽtium Poſt contẽpla-
tionem vero ⁊ actionẽ/ſeu regimen ſubditoꝝ de-
bet bonus prelatus ſe exponere ad reſiſtendum
violentijs tyrannorum ⁊ ſi expedit ponere animã
ſuam pro omnibus ſuis Debet inſup iudices ſuos
monere ⁊ corrigere ne euaginẽt gladiũ excõmu-
Scd̄a ps euãgelij
nicatiõis leuiter ⁊ ſine magna cauſa ⁊c̄. Anti-
chriſti ꝑſecutio cõtra eccleſiã dei omnium aliarũ
maxima ⁊ periculoſiſſima quadruplex deſcribit
a ſanctis ſcꝫ ꝓpter quattuor genera peccatorum
que iam preualet in chriſtianitate Primũ eſt cu-
rioſitas theologorum qui dimiſſa ſoliditate ſacre
ſcripture auidius ſequuntur poetas/ſophiſtas/⁊
alias huiuſmodi vanitates argumentoꝝ ⁊ que-
ſtionũ ⁊ cõtra hoc peccatũ veniet antichriſtus in
multitudine diſputationis ſophiſtice/ ac rethori-
ce contra fide ⁊ totam noſtrã theologiã adeo vt
vincat oẽs theologos quãtũcunq; doctos ⁊ ma-
gnos ſapiẽtes Daniel.7 eleuabit ⁊ magnifica-
bitur cõtra omnẽ deum ⁊ aduerſus deũ deorũ ſ
chriſtũ/loquet magnifica ſ argumẽta ⁊ vix ſolu-
bilia theologis Scd̄m genus peccati eſt ſupſti-
tio religioſorũ quia non ſolũ laici ⁊ ſeculares re-
currunt in rebus ſuis ad diuinos ⁊ necromãtes
dimiſſa doctrina fidei ⁊ ſciẽtie naturalis /ac mo-
ralis ſed etiam multi religioſi inuenerunt quaſ-
dam vanas cerimonias orationum ⁊ deuotio-
num per quas promittũt multa bona prouẽtura
ſuis ſectatoribꝰ et cõtra hoc peccatũ veniet anti-
chriſtus in multitudine ſuperſtitionis ac falſorũ
miraculorũ per necromantiã ⁊ oẽs artes vanas.
Matthei 24. ſurgẽt pſeudochriſti ⁊ dabũt ſigna
⁊ mirabilia ac prodigia magna.ita vt in errorem
inducãtur etiam electi.i ſancti ⁊ religioſi Apoc.
13 ſeduxit habitãtes in terra propter ſigna ma-
gna que data ſunt illi facere Tertiũ genꝰ peccati
eſt auaritia ciuiũ negociatorũ ex qua iam publi
ce exercẽt multas vſuras ⁊ fraudes cõtra proxi-
mos quos etiã imitãtur eccleſiaſtici ꝑ ſimonias/
iudices/aduocati/⁊ procuratores ꝑ cauſas falſas
⁊c̄ ⁊ cõtra hoc peccatũ veniet antichriſtꝰ in multi
tudine donorũ ⁊ largitionũ bonorũ temporaliũ:
quibus cõuertat hoĩes ad ſe/ ⁊ auertat a chriſto.
Danielis 11 dñabitur theſaurorũ auri ⁊ argenti ⁊
in oĩbus precioſis egypti ⁊c̄.multiplicabit gloriã
⁊ honorẽ ⁊ dabit eis poteſtatẽ in multis ⁊ terrã
diuidet gratuito i ꝓlibito Quartũ genꝰ peccati
eſt diſcordia ſeu concertatio militũ ⁊ dñorum tẽ-
poraliũ qui mutuis bellis ac diſſenſionibꝰ ſeſe
lacerant ⁊ deſtruũt in magnam reip perniciem
et populorũ grauamẽ.et cõtra hoc peccatum ve-
niet antichriſtus in multitudine exercitꝰ et vario
genere tormẽtoꝝ:contra eos qui noluerint nega
re chriſtũ nec adherere ei per ſua munera Mat
thei 24 erit tunc tanta tribulatio qualis nunq̃
fuit ab initio mũdi nec poſtea fiet:et niſi breuiati
fuiſſent dies illi nõ fuiſſet ſalua oĩs caro Apo 13.
datũ eſt illi bellũ facere cũ ſanctis et vincere il-
los dataq; eſt ei poteſtas in terra ꝑ mẽſes qua-
draginta duos ⁊c̄.Has q̃tuor antichriſti perſecu
tiones ꝑmittet imo ⁊ immittet deꝰ cõtra chriſtia
nos propter dicta peccata ut per que peccãt per
eadẽ torquentur Sapi 11 et.2.Theſſa.2.qꝛ cha-
ritatẽ veritatis non receperũt vt ſalui fierẽt:ideo
mittet illis deꝰ operatione erroris vt credãt mẽ-
dacio et ſic iudicentur qui nõ crediderũt veritati
ſed cõſenſerũt iniquitati Ergo quattuor partes
huiꝰ euangelij ſequetes adaptabũtur per ordi-
nem his quattuor dictis perſecutionibꝰ antichri
ſti quarum prima incipit ibi tunc accesserunt ⁊c̄.
ita tñ q̄ verba de preterito abſoluãtur a tẽpore
et ſtent indifferenter pro preſenti preterito et fu-
turo ſicut ſepius in Eſaia et alijs partibus ſacre
ſcripture Tũc ergo i poſtq̃ populꝰ fidelium mi-
ſerat gladium ſuũ in vaginã per tempus pacis
eccleſie cõceſſum et poſtq; eis chriſtꝰ dixerat dor
mite iam et requieſcite ꝑ ociũ contemplationis/
et pacifice gubernationis fidelium tandem fini
to ſomno ait eis ſurgite ad bellũ qꝛ appropin-
quat hora Vt filius hominis populus chriſtianꝰ
tradatur in manus peccatorum multipliciter af-
fligendus/ cruciandus/ac deridendus et tunc i
veniente tempore illius calamitatis acceſſerunt
hoſtes ⁊ manus iniecerunt in eum nam cohors
antichriſti/⁊ tribunus i princeps militie eiꝰ ⁊ alij
cũ eis miniſtri iudeorũ qui odio ꝑſequũtur chri-
ſtianos.cõprehẽderunt Ieſum myſticũ/⁊ tenẽtes

in carcere ligauerūt eum ad tormēta Quo viſo Roma. pon dixit ad eos tanq̄ ad latronē. i. maleficum/ ⁊ ſeductorē populū. cum re vera ſit gens ſancta/ populus dei ſanctus acquiſitionis ma. ꝛc. exiſtis cū gladijs ⁊ fuſtibus i. cū magna violētia et tyrānide cum nullū ius habeatis ad regnum chriſtianoꝝ cōprehendendum Quid enī eſt q̄ in tēporibus precedentibus cū quotidie eſſem apud vos i. ꝓpe terras infideliū potentiſſimoꝝ ⁊ ſedebam in teplo dei quietus docēs fideles doctrinā chriſti ⁊ non me tenuiſtis i. nō mouiſtis bellum cōtra me nec preualere potuiſtis ad me cōprehēdendū ſicut modo q. d. hoc ideo fuit q2 deus nō permiſit qui me ꝓtegebat ſed modo hec eſt hora veſtra i. tēpus vobis cōceſſum a deo ad vexandum fideles ꝓpter ſua peccata et venit iam ſuper terrā poteſtas i. regnū tenebrarū i. demonū ⁊ malorum hominū ſuoꝝ miniſtroꝝ. hoc enī totū factū eſt ex diuina ꝓuidentia vt adimplerent̄ ſcripture ꝓphetarū maxime Danielis Chriſti/ et Johānis apoſtoli in Apocalipſi loquētium de hoc nouiſſimo maledictionis tēpore Tunc etiā inſtante illa ꝑſecutione antichriſti oēs fere diſcipuli Ro. pon qui ſunt latini chriſtiani relicto eo fugerunt ad antichriſtū dantes ei obedientiā/ et negantes chriſtū. ſolum autē ſequebat̄ eum Simon i. obediens/ ſeu humilis Petrus i. firmus in fide ⁊ quidam alius diſcipulus quē diligebat Jeſus i. habens charitate dei. quia ſola iſta tria genera chriſtianorū manebunt in fide chriſti ſ. humiles plebei/ ſimplices religioſi/ et deuoti ſacerdotes imo ex his multi poſiti in preſſura tormentorū negabunt fidē chriſti de quibus dicit̄ adoleſcens aūt quidā. i. ꝓficiens in fide ſequebat̄ eum i. chriſtū amictus ſindone i. veſte innocentie exterioris q2 videbat̄ ſanctus ⁊ religioſus in oculis hoīm ſed q2 erat amictus tali veſte ſup nudo aīo a virtutū habitibꝰ qñ ꝑſecutores chriſtianoꝝ tenuerūt eū ipſe relicta ſindone ꝑdicta i. bona cōuerſatione omīo nudus i. tā exteriꝰ q̄ interius ꝓfugit ab eis torquentibus i. ceſſit eis/ ⁊ negauit fidem Petrus etiam predictus i. religioſus/ vel ſacerdos ⁊ ſi ſequebat̄ chriſtū in tēpore illo non tñ audebat appropinquare ad hoſtes timēs negare fidem ſed ſequebat̄ chriſtū a longe i. occulte donec videret finem ꝑſecutionis Hoſtes itaq̄ cōprehenderunt Jeſum myſticū inter anguſtias et adduxerūt eū ad Anam primū qui interpretat̄ reſpondens/ vel humilians/ ſeu affliges ⁊ ſignificat doctore falſe doctrine antichriſti ad quem prima ꝑſecutio eccleſiā ducet vt ipſe primū reſpōdeat ad rationes et autoritates in quibꝰ fundat̄ fides noſtra humiliando eas i. oſtēdendo eas nihil valere quod erit affligere chriſtianos ꝑ irriſione dicendo eos eſſe fatuos ⁊ vanos qui conuincant̄ illis rationibus ad credendum articulos tam difficiles et hic Anas erat ſocer Cayphe qui dicit̄ inueſtigator vel ſagax/ aut vomēs ore q2 ex cauta reſpōſione qua humiliat̄ alicuius doctrine fundamentum ꝓcedit ſagaciter ad inueſtigandū rationes quibus ore ꝓlatis illa totaliter deſtruat̄. ſicut ex ſocero gener ꝓcedit accepta eius filia in coniugem vnde ⁊ de Caypha ſubdit̄ q̄ dederat conſilium ꝑſecutoribus eccl'ie q2 expedit vnū hominē chriſtū mori quātum ad fama/ ⁊ nomen pro populo chriſtianoꝝ liberādo ab erroribus ſuis hic conſiliarius antichriſti erit cetus ſuoꝝ doctoꝝ de quo dicit̄ q̄ erat pontifex anni illius. i. temporis vltime ꝑſecutionis eccl'ie quod duodenum fecimus non aūt pōtifex ꝑpetuus/ imo nec diu permanſurus Apud Anā vero predictū cōuenerūt in vnū oēs ſacerdotes antichriſti/ ſcribe i. doctores eius/ phariſei i. religioſi ſui/ et ſeniores regni ſui ad diſputādum cōtra chriſtianos/ ⁊ fidem catholicam Pontifex ergo predictus interrogauit Jeſum i. Roma. pon de diſcipulis eius chriſtianis/ ⁊ de doctrina eccl'ie que ⁊ qualis eſſet vt eā impugnaret ſi poſſet ex cōceſſis ab eo Sed ipſe reſpōdit valde prudēter dicens ego palā loquutus ſum toti mūdo ideo mea doctrina eſt manifeſtiſſima. de qua apoſtolus ad Ro. i. fides vra annunciat̄ in toto mūdo quare non eſt dubium qualis ipſa fuerit/ ⁊ quales profeſſores habuerit in oībus gētibus ⁊ populis terre ego etiā ſemper docui eā in ſinagoga i. cōgregatione multorum/ ⁊ in tēplo cōmuni quo oēs cōueniunt et in occulto loquutus ſum nihil more hereticoꝝ qui occulte zizania et falſas doctrinas ſupſeminant q̄d ergo me interrogas in re tā notoria? interroga eos qui audierūt que loquutus ſum eis ecce hi ſciūt quid dixerim nam inuenies multitudinem teſtium approbantiū doctrinam meā Verū hac reſpōſione cōcluſus aduerſarius eccl'ie diſputationem cōuertit in iniuriā maledicēs chriſto pape ⁊ toti populo chriſtiano vnde in primis dedit alapā Jeſu i. blaſphemauit in chriſtū negādo diuinitate eius que ꝑ faciem intelligit̄ ac de honeſte iniuriādo eius humanitatē q. d. ſi fuerit malus/ ⁊ falſus ꝓpheta predicator erroris/ et ꝑuerſe doctrine/ q̄ fuerit necromāticus/ ⁊ deceptor ꝑ falſa miracula Vel hec iniuria erit in ꝑſonam Romani pōtificis vocādo eū deceptore hoīm ꝓpter ſuam phantaſiā qua vult nimis honorari a chriſtianis cum alioqui ipſe ſit homo vitioſus/ ⁊ viliſſimꝰ/ ac nullo honore dignus vel etiā corporaliter eum percutiēdo/ aut ſeruilibus miniſterijs ipſum humiliādo ⁊ dicēdo ei ſic reſpōdes pontifici nr̄o cū tanta grauitate ⁊ audacia/ ac ſi eſſes aliquid? Vel dedit alapā Jeſu i. toti eccl'ie dicendo q̄ populus chriſtianorū eſt male moригeratus/ vitioſus/ infidelis alijs hoībus et non bene inſtitutus in ſuis legibꝰ ꝓpterea nō eſt dignus dominari ſed ſeruire alijs populis ac ꝓinde tractādus eſt more ſeruoꝝ duris flagellis ⁊ ꝑcuſſionibꝰ Hac iniuria ſuſcepta reſpōdit Ro. p. ō. leniēdo iram aduerſarij ꝑ mollia verba dicēs ſi male loquutꝰ ſum allegādo oēs gētes in teſtes mee doctrine teſtimoniū ꝑhibe de me q̄ſi de hoīe malo i. tracta me male i. teſtimoniū mee male reſpōſionis ſi aūt bene loquutus ſum quid me cedis iniurijs? q. d. ex quo mea reſponſio fuit honeſta/ ⁊ rōnabilis, nō bene agis tu iniuriando me ꝓpter

illam Tyrānus vero nō curās de illa reſpōſione
miſit eum ligatū rōnibꝰ inſolubilibꝰ ad Cayphā
pōtificem i inueſtigatorē ſagacem ⁊ tūc violētia
diſputationis ceciderūt multi chriſtiani a fide li-
cet prius viderenẗ firmi in ea ſicut petra de qui-
bus ſubdiẗ Sequebaẗ aūt Jeſum Simon Pe-
trus ⁊ alius diſcipulus de quibꝰ prius diximus
ꝙ ſignificat tria genera chriſtianoꝝ.nam diſcipu
lus i chriſtianꝰ ille quē diligebat Jeſus i cui deꝰ
dedit gratiā ſuam erat notus pōtifici i.captabat
beniuolentiam eius/⁊ inuenit gratiā apud eum ⁊
introiuit in atriū pontificis mali ſine periculo cū
Jeſu i Romano pōtifice affligendo Petrus au-
te i ille qui firmiter diſpoſuerat ſtare in fide non
audebat appropiare ad tyrannū/nec introiuit in
atriū potificis ſed ſtabat ad hoſtium foris exiuit
ergo ille diſcipulus qui erat notus pontifici et
rogauit vt introduceret Petrus pacifice ⁊ dixit
oſtiarie i ſynagoge iudeorum ancille que ſeruit
cum filijs ſuis vt dicitur Gal' 4 ⁊ vocaẗ oſtiaria
qꝛ ab ea incipiet illa pſecutio chriſtianoꝝ p aſtu-
tam diſputatione nam ipſi alios gentiles incita
bunt ad malū contra chriſtianos ſicut fecerūt in
tepore apoſtoloꝝ vt diciẗ in actibus eorum Illa
ergo que olim fuerat ancilla ſummi ſacerdotis i
pape nūc vero potificis maligni antichriſti cum
vidiſſet predictū Petrū introductum ſedētem ſe-
cure inter aduerſarios ecclie ad lumē fidei ſue/⁊
calefacientem ſe igne diuini amoris illa infidelis
promiſſioni facte de ſecure introducendo Petro
cepit eum accuſare dicens ei ⁊ tu cum Jeſu na-
zareno galileo eras/ſeruans fidē eius/ et adorās
eum/ac faues ei cōtra antichriſtum nūquid ⁊ tu
ex diſcipulis es hois iſtius qui tradiẗ affligēdus
ſcꝫ Romani pōtificisꝰ deinde pſecutoribus aitꝛ⁊
hic cū illo erat quare ſimiliter venit affligendus
cū eo At ille nimio timore pcuſſus negauit chri-
ſtum coram oībus perſecutoribus dicēs ancille
predicte que accuſabat eū o mulier non noui il-
lum i nunꝗ̄ ſeruaui legē eius/neqꝫ noui eam et
non ſum diſcipulus Ro pon neqꝫ ſcio/neqꝫ no-
ui/quid dicas Stabāt aūt ſerui ⁊ miniſtri mali-
gni pōtificis ad prunas bonoꝝ tēporalium ⁊ ca-
lefaciebāt ſe muneribus antichriſti i delectationi-
bus ſeculi Prouerb 25. et Oſee 7 qn̄ miniſtri
chriſti bonis ſuis ſpoliati laborabāt preſſi angu-
ſtijs Ratio aūt qre mali hoies tunc ſic ſe calefa-
ciebāt exterius in corpore ſubdiẗ qꝛ frigus chari-
tatis i carens eiꝰ erat interiꝰ in mete qꝛ vbi defi-
cit amor dei creſcit cupiditas mūdi Petrus etiā
negata fide chriſti erat cū eis calefaciēs ſe et exi-
uit foras a cōgregatione fideliū ſtans ante atriū
eccleſie i in preſentia chriſtianoꝝ ⁊ licet gallus i
predicator ecclie tuc cantauerit i alta voce predi-
cauerit fide chriſti coram infidelibus tn̄ Petrus
no fuit inde perſuaſus ſed manſit ad tepus in ſuo
errore Hactenus de prima pſecutione antichri-
ſti per diſputatione ſagaciſſimā/⁊ argumēta ma-
gnifica cotra fidem que in textu non explicātur
Moralis ſus. ſed ſubintelliguntur Moraliter vero in quadra
geſima hoſtes anime qui ſunt demones compre

hendūt fidelē qui nitiẗ ſaluare animā ſuā ⁊ ideo
diciẗ Jeſus ⁊ inducūt ei graues tētatōes quare
prelatꝰ monet eos fugere a ſomno negligētie qꝛ
appropinquat hore tribulatiōis in qua filiꝰ hois
chriſtianꝰ tradetur ex permiſſione diuina affligē
dus in manꝰ pccoꝝ i demonū ⁊ hoīm munda-
norum per tentationes ⁊ irriſiones adducitur ad
Anā et Cayphā.i ad iudices accuſandꝰ de crimi
nibꝰ falſo ſibi impoſitis laceſſitur iniurijs etiam
extra iudicium et nudatur interdū veſte bone fa
me/alapizatur iniurioſis verbis vel perſecutiōi-
bus iniquis Interim vero plātus rephēdit mū-
danos in ſuis ſermonibꝰ ꝙ perſequūtur penitē-
tes tanꝗ̄ ſi eſſent latrones ⁊ malefactores cum
tame ſequātur in hoc ſanctos patres antiquos
licet a lōge qꝛ non adequant virtutes eoꝝ debet
etiam qui vult ſequi chriſtum in penitētia dimit
tere mundanā veſtē ⁊ maculatā tunicam carna-
lis concupiſcētie.nam qui ſe eis intromittit ſepiꝰ
ſpoliaẗ veſte gr̄e Qd vero bonꝰ chriſti diſcipulus
erat notꝰ pontifici malo ſignificat ꝙ mali plāti
ſepius ad fauorē ſuū volunt habere familiarita-
tem cum ſctis ⁊ religioſis viris vt ipſi videantur
boni huius exēplum habetur I Reg.15.Ancilla
oſtiaria que tentat hoiem ad peccatū eſt ſenſua-
litas ſerua rationis vel eſt mors ꝗ̄ habet oſtium
alterius vite / et terret hominem ꝙ vero ad in-
troitum domꝰ pontificis Petrus negauit chriſtū:
denotat ꝙ primum malum qd̄ hoies adiſcunt in
palacijs dn̄oꝝ eſt mētiri/ blaſphemare/ iurare/
et renegare deū ac ſanctos in palacijs etiā dn̄o-
rū pauci boni morantur et illi vel cito peruertū-
tur vt Petrꝰ vel percutiūtur vt chriſtus.ibi etiā
adulatio pcutit ⁊ pſequiẗ veritatē ſicut miniſter
chriſtum qui reſpōdens pontifici interroga eos
qui me audierunt ⁊c̄ denotauit ꝙ ille pōtifex nō
multū curabat de ſermonibꝰ: quales multi ſunt
modo in ecclia dei vnde nimirū ꝙ ſint mali chri
ſtiani quia fides ex auditu eſt. Ro.10 vnde etiā
elicitur ꝙ quattuor ſunt genera hoim qui vix ſe-
quunẗ chriſtum i plāti et eoꝝ comites ꝑpter de-
fectū ſciētie ⁊ pdicatiōis patet de Ana ⁊ Caypha
Reges ⁊ pncipes ꝑpter defectū hūilitatis pꝫ de
Herode ⁊ Pilato literati et doctores ꝑpter de-
fectū charitatis pꝫ de ſcribis.deniqꝫ diſcoli reli-
gioſi ꝑpter defectū honeſtatis pꝫ de Phariſeis
⁊c̄ Scda pſecutio antichriſti cōtra ecclā dei Tertia pars euāgelij.
vt diximꝰ erit p falſa miracula de qua in hac ter
tia huiꝰ capituli parte que incipiẗ ibi et miſit eū
Anas ligatū ad Cayphā pontificē nam poſt di-
ſputationē verboꝝ in practicis ſequitur experiē
tia operū ad cōfirmandā ſententiā vnde ſicut in
primitiua eccleſia apoſtoli chriſti veritates fidei
noſtre ab eis predicatas veris miraculis confir-
mabant ⁊ ſic infideles cōuertebāt ab erroribꝰ ad
veritatē ita vice verſa circa finem mūdi pſeudo-
apoſtoli antichriſti falſitates ſecte ſue ab eis pre
dicatas falſis miraculis cōfirmabūt ⁊ ſic fideles
puertēt a veritate ad errores multos Et ita mali
miniſtri maloꝝ pontificū tenētes ieſum i popu
lum chriſtianū ligatū multis argumentis duce-

rũt eũ ad Cayphã.i.ad inueſtigatorẽ ſagacẽ mul
torum modorum ad decipiendũ fideles princi-
pem ſacerdotũ antichriſti vbi i.in quo nomine ⁊
opere cõuenerant ſcribe.i ſapiẽtes eius ſeniores
i.iudices/et Phariſei i.religioſi ſui vt ex oim il
lorum cõſilijs ⁊ aſtucijs poſſet ingeniari efficax
mod⁹ ad decipiendũ ideo ſubdit princeps autẽ
ſacerdotũ i.a ntichriſt⁹ ipſe et oe cõſilium ei⁹ que
rebat falſum teſtimoniũ i falſum miraculũ in te
ſtimoniũ probatiuũ ſui erroris cõtra ieſum chri-
ſtum redemptorẽ noſtrũ.hoc eſt quo probaretur
ipſum non fuiſſe verũ deum ſed purum hoiem
nõ verum ſed falſum prophetã nõ chriſtum ſed
antichriſtum.vt ex tali ꝓbatione eũ morti i obli-
uioni traderẽt inter hoies et nõ inueniebant mi-
raculum cõuincens chriſtianos licet multi falſi
teſtes.i.necromãtici acceſſiſſent facientes falſa mi
racula ⁊ cõuenientia teſtimonia nõ erat ad cõuin
cedum fideles.qui ſciũt illa oia fieri poſſe ex cau
ſis naturalibus miniſterio demonũ Nouiſſime
vero venerũt duo falſi teſtes aſtutiſſimi ad con-
uincẽdum ꝑ ſufficiẽtem ꝓbationẽ ⁊ falſum teſti
moniũ i argumẽtum ferebat contra Jeſum na-
zarenũ dicẽtes quonia nos audiuimus eum di-
centẽ in lege ſua Matthei.24.cũ loqueret de fi-
ne ſue eccle ego inquit diſſoluã teplum hoc ma
nufactũ i.hanc eccleſia humana ordinatione cõ-
geſtam et poſt triduũ.i.tres eius ſtatus vȝ cõiu
gatos/clericos/⁊ religioſos hoc eſt poſtqȝ iſti ſta-
tus regnauerint per vices ſuas aliud teplũ me-
lius non manufactũ i alium populũ fideliũ ma-
gis ſpiritualem/⁊ diuinitus inſtitutum/non hu
mana inuẽtione edificabo hic etiã dixit in Apo-
calipſi loquẽs ad ſuũ diſcipulũ.poſſum deſtrue
re teplum dei i.ex hoibus factum hoc eſt teplum
qui ſunt hoies a me inſtituti ⁊ poſt triduũ reedi-
ficare illud ex melioribus q d ex dictis eius in
duobus locis ſupradictis elicitur hec ſententia ꝙ
circa fine mundi ſua eccl'ia chriſtianoꝝ (que ſolũ
humana traditione fuerat ab eo inſtituta) debe
bat ex diuina prouidentia diſſolui ⁊ deſtrui quia
imperfecta ⁊ iterũ inſtitui alia melior eccl'ia alio
rum fideliũ magis ſpiritualiũ/⁊ ꝑfectorum viro-
rũ cũ ergo iam preceſſerint/et regnauerint in di
uerſis teporibus iſti tres ſtatus ⁊ deſtruatur mo
do ꝓpter peccata chriſtianoꝝ iſta eccl'ia eorũ cõ-
ſequẽs eſt vt noſtri ꝑncipis eccl'ia que iam inſti-
tuitur ſit melior veſtra vtpote quia diuinitus in
ſpirata nõ humana volũtate ſicut veſtra ac ꝓin
de noſtra miracula vera ſunt / non a demonijs
ſed ex virtute dei operata non ex cauſis natura-
libus ſed ſupcelestibus ⁊ econtra veſtri Jeſu na
zareni miracula/⁊ ſuoꝝ aplorum humana erant
et a cauſis naturalib⁹ Sed hoc argumẽtum eo
rum non erat conueniens teſtimoniũ qꝛ non con
uincebat doctores chriſtianoꝝ.qui ſciunt eccleſiã
ſuam fuiſſe diuinitus inſtitutam/⁊ ſpiritu ſancto
gubernatã cuius ſignum certiſſimũ eſt quia hec
potuit idolatriã deſtruere que per totũ mũdum
erat a multis annis diſperſa/⁊ radicata hoc fieri
non poterat niſi diuina virtute. quare verum eſt
ꝙ chriſtus de ſe ipſe dixit in hoc apparuit filius
hois vt deſtruãtur opera diaboli.i.ꝯ de ſuis aplis
ait cum venerit ſpũſſanctus in vos arguet mun
dum de peccato de iudicio/⁊ de iuſticia ⁊c Viſo
ergo ꝙ predicta ratio non cõuincebat eo ꝙ ille
autoritates non dicte erãt ad illũ ſenſum exur-
gẽs ille malignus ſumm⁹ ſacerdos in medium
cõſilij ſui excogitauit aliũ modũ cõuincedi et in-
terrogauit Jeſum myſticũ vt reſpõderet pro ve-
ro chriſto ſuo d ces non reſpodes quicqȝ ad ea q̃
tibi obijciunt ab his hoc interrogabat vt ex re-
ſponſione chriſtianoꝝ poſſet aliquid colligere cõ
tra eos quo poſſent conuinci ſaltem ad homine ⁊
ſi non ſimpliciter Ille aũt.i.populus chriſtianus
tacebat/⁊ nihil reſpõdit tum vt non caperetur in
ſermone tum quia ſciebat ſe nõ poſſe ꝑ cualere
tũc apud ꝑuerſos ⁊ deprauatos hoies Sed rur-
ſus ille malignus põtifex interrogauit eũ ⁊ dixit
adiuro te ꝑ deum viuũ vt dicas nobis aſſertiue
ſi tu es chriſtus.i.populus cõſecratus ⁊ ſanctus
filius dei benedicti ꝑ ſpecialem gratiã adoptio-
nis pre omnibus alijs populis terre Reſpon-
dens fidelis populus dixit ei tu dixiſti.i verum
nam reuera ego ſum talis populus qualẽ tu di-
xiſti. verũtamen licet nũc ego ſim ita humilis et
deiectus corã vobis dico i.affirmo vobis ꝙ amo-
do videbitis in alio tepore poſt hanc tribulatio-
nem filium hũc hois chriſti populũ vȝ chriſtia-
nũ ſedẽtẽ pacifice in regno ſuo a dextris i. in po
tioribus bonis virtutis dei i.potentie et honoris
diuinitus cõceſſi et venientem ex magna tribula-
tione in nubibus celi i altitudine dignitatis ſup
omnes alios populos vt eos ſubiectos habeat ⁊
iudicet eos ⁊c Tunc ergo princeps ſacerdotũ an-
tichriſtus furore repletus cõtra chriſtianos ſcidit
veſtimẽta ſua i.modeſtiã exteriorẽ qua ſe coope-
riebat quaſi ſanctus dimiſit ⁊ in verba iniurioſa
prorupit dicẽs blaſphemauit iſte populus cõtra
deum qꝛ ſe adequat ei in ſeſſione hono e ac di
gnitate vel blaſphemauit cõtra me/⁊ ſectatores
meos honoratiſſimos quib⁹ ſe ꝑ ẽfert iſte ppls
viliſſimus et abiectiſſimus quid adhuc egemus
teſtibus miraculorum ad conuincendũ eos ecce
nũc audiſtis blaſphemiã que manifeſte oſtendit
chriſtianos eſſe peſſimos hoies deo / ac hoibus
odioſos quid ergo vobis videt faciendum de iſto
pplo ex quo habemus cũ nũc ſub nra poteſtate
Et oes cõſiliatores eius volentes ei placere cõ
denauerunt eum dicẽtes reum eſſe mortis itaqȝ
trucidarent oẽs chriſtiani/⁊ deleretur de terra vt
non maneret amplius memoria eoꝝ Tunc ergo
vt verba factis cõprobarent viri i miniſtri anti-
chriſti qui tenebant populũ chriſtianũ ſubiectũ
illudebãt ei tãqȝ vili et abiecto/ atqȝ blaſpheme
et expuerũt in faciem eius / cedentes eum cola-
phis/et alapis vel ad litterã.vel reprobantes ſa-
pientiã ei⁹/q̃ ꝑ ſaliuã ſignificat/⁊ opprimẽtes eũ
dura ſeruitute que eſt iugũ graue collo ſuppoſi-
tum quod eſt colaphizare atqȝ del onorantes eũ
verbis iniurioſis in facie quod eſt alapis cede-
re/⁊ velauerũt faciem ei⁹ reputantes eũ fatuũ et
inſenſatum.

inſenſatū ⁊ pro irriſione interrogabāt eum dicē tes ex quo ꝓphetaſti de te ꝙ poſt hoc tēpus ens ſublimatus vſꝗ ad nubes ⁊c̄ ꝓphetiza nūc quis eſt iſte noſter princeps qui te percuſſit.i quā opinione habes de eo/⁊ quid ſit futurū de eo/et ſuo exercitu hec ⁊ alia multa blaſphemātes i.irridetes ⁊ iniuriātes dicebat cōtra eum Quare in tali perſecutione multi chriſtiani tum decepti falſis miraculis tum ⁊ laceſſiti iniurijs negabāt fide/⁊ chriſtū de quibus ſubdit Acceſo aūt igne mūdane ꝓſperitatis in medio atrio i in medio eccl'ie dei et circūſedentibus infidelibus ad mēſam antichriſti erat etiā Petrus i.chriſtianus qui ꝓmiſerat ſe firmiter ꝑmanſurū in fide chriſti in medio eoꝝ allectus bonis tēporalibus/⁊ territus ꝑſecutionibus et calefaciebat ſe ad igne i.concupiſcetiam bonoꝝ huius vite exeūte ergo illo ianuam eccl'ie catholice ad capieda bona tēporalia exeūte inquā ꝑ ianuam ſenſuū exteriorū quibus intrat cōcupiſcētia in aīam rurſus cum vidiſſet illū alia ancilla i ſecta paganoꝝ Mahumetica cepit dicere circūſtantibus familiaribus antichriſti q2 hic homo ex illis chriſtianis eſt et hic erat cum Jeſu nazareno q2 ꝓfitebatur fidē eius cōpellite eum ad negādā fide illam et poſt puſillū tēpus ab illa accuſatione ſarracenorū alius gentilium populus vidēs i cognoſces eum dixit ei accuſando ⁊ tu de illis es quod ideo deus ꝑmiſit q2 erat Petrus ſtās ocioſus in bono ope/⁊ calefaciēs ſe cū mūdanis i.cōcupiſcēs bona eoꝝ.dixerūt ergo ei iſti duplices pagani nūquid ⁊ tu ex diſcipulis eius es/i Jeſu nazareni ⁊ ipſe Petrus ꝑterritus iterū negauit ſe eſſe chriſtianum cū iuramēto dicens q2 non noui hoīem/nec volo tenere fidem eius Et poſt puſillum tēpus i facto interuallo quaſi hore vnius i tertie ꝑſecutionis antichriſti quādo ventum eſt ad quartā grauiſſimoꝝ tormentorum rurſus multi negauerūt fide chriſti nam ſerui antichriſti qui aſtabant dicebant Petro i chriſtiano volenti ſe occultare vere tu ex illis es nam et galile9 i ſectator Jeſu galilei es tu quod patet ex loquella tua que manifeſtū te facit maxime in repētinis periculis q2 tunc cruce ſignas te/i Jeſum inuocas/ac Mariā matrem eius dixit etiam vnus ordo maloꝝ hominum ex ſeruis pontificis i antichriſti cognatus i.ꝓpinquus in errore ei cuius amputauerat Petrus auriculā i rectā intelligētiam hoc eſt aliqui peruerſi ex chriſtianis facti iam ſerui antichriſti accuſabūt alios bonos chriſtianos eo modo quo heretici/vel ſciſmatici 41 ge (cōtra quos Simō comes pugnabat)ꝑſequebant ſtatū clericoꝝ de quib9 in prima hui9 capl'i ꝑte diximꝰ ille inꝗ ſtat9 maloꝝ dixit Petro accuſando eū nonne ego te vidi i horto deuote orōtē i i eccl'ia cū illo tuo Jeſu quē adorabas in ſpecie panis/et vini in miſſa ſacerdotis' Ille aūt timēs duci ad tormēta grauiſſima cepit anathematizare ſe i maledicere ſibi et deteſtari chriſtū/⁊ ſanctos eius ⁊ iurare q2 neſcio hominē iſtum i Jeſum nazarenū quē dicitis fuiſſe mihi deum/et adorādum pro deo atꝗ in hunc modū niſi breuiaſſet dn̄s dies illos oēs fere chriſtiani fidem chriſti negaſſent pre timore tormētorum/⁊ mortis corporalis ſed propter electos breuiabit dn̄s illam quartā perſecutionem antichriſti per mortem eius vnde ſubditur et continuo i ſtatim adhuc loquēte populo chriſtiano i anteꝗ̄ negationem fidei perficeret hoc eſt anteꝗ̄ totaliter fidem negaret iterum gallus i predicator fidei catholice cantauit i publice predicauit fidem data iterum libertate eccleſie nam dominus Jeſus deus chriſtianorum conuerſus ad eos per ſuam miſericordiam qui prius fuerat ab eis auerſus per iuſticiam reſpexit oculis miſericordie Petrum.i populum fideliū qui diu orauerat in tribulatione clamans cōuerte domine faciem tuā et ſalui erimus et tunc recordatus eſt populus dei verbi prophetici quod dixerat ei Jeſus cum in terris ageret adhuc mortalis Matthei 24. Marci.13 Luce 21 de fine mundi loquens vbi inter alia dixit videte ne quis vos ſeducat multi enī pſeudo chriſti venient/⁊ multos ſeducēt ⁊c̄ et tunc ſcandalizabuntur multi/et inuicem tradent ſe/et odio habebunt ⁊c̄ qđ ſub alijs verbis eſt dicere o popule meus licet videaris eſſe Petrus i. firmus in fide tamen circa finem mundi: priuſꝗ̄ gallus predicationis cantet bis i ſecunda vice libertatis eccleſie vltime ter me negabis i. in tribus magnis tentationibus antichriſti hoc eſt in prima/ſecunda/⁊ quarta. Unde ſic excitatus/⁊ reuocatus fidelium populus a chriſto egredietur foras i a conuentu malorum/ac perſecutorum et flebit amare peccata preterita que cōmiſerat apoſtatando a fide Sed hec que dicta ſunt de tertia Petri negatione per anticipationem poſuimus nōdum reſeratis alijs duabus vltimis perſecutionibꝰ antichriſti hoc tamē fecimus occaſione ſecūde negationis que ad ſecundā perſecutionē pertinebat vnde ꝓpter ſimilitudinem ſcđe ad tertiā lapſi ſumus in tertiam negatione Sed redeamus ad ſecundā eccl'ie tētationē in domo Cayphe ſignificatā de qua ſubditur in textu mane autē facto vt factus eſt dies mundanoꝝ/vel perſecutoꝝ eccl'ie qui prius latebāt/nec cōparere audebāt quaſi in nocte poſiti. nunc aūt magno fauore antichriſti eleuati quaſi luce meridiana illuſtrati conſilium inierunt omnes principes i.principales ſacerdotum antichriſti et ſeniores idēſt maiores ſui populi aduerſus Jeſum dei filium vnigenitum vt eum morti ciuili traderent i vt delerent famam/et memoriam eius de terra ⁊ ad hoc faciendum adduxerunt eum non in ſe ſed in ſuis fidelibus hoc eſt adduxerunt populum chriſtianum in conſilium ſuum citatum ad reſpōdendum ſuper ſibi ob iectis in iudicio criminali et interrogauerūt eū dicētes ſi tu es chriſtus i populus ſanctus dic nobis aperte Et ipſe ait illis ſi vobis dixero veritatem non credetis mihi quia eſtis obſtinati in malo/et non queritis veritatem/ſed occaſionem perditionis mee ſi autem vos interrogauero de neceſſarijs ad ſalutem non reſpondebitis mihi

ſecundum doctrinam veſtrā que non curat ſalu-
te anime ſed tantū de bonis corpoꝛis neq̃ cōuī-
cti in hoc examine dimittetis me pacifice viuere
ſine ꝑſecutione veſtra ideo ſuperflua eſſet reſpō-
ſio mea ſi nulla ex ea ſequeretur vtilitas verūta
men hoc dicam vobis non interrogatus ꝙ poſt
hoc tēpus regni et fauoꝛis vr̄i veniet aliud meū
et tunc erit populus filius hoīs chꝛiſti ſedens a
dextris virtutis dei in magna gloꝛia/⁊ fauoꝛe ⁊c̄
Reſpōderunt oēs illi ꝑſecutoꝛes inferēdo tu er-
go es populus filius dei electus ꝑ ſpeciale ado
ptionem ſuꝑ oēs alios populos/ qui ait eis vos
dicitis verum q2 ego ſum talis qualem vos me
deſcribitis ⁊ hoc oſtedā vobis quādo fuero exal-
tatus/⁊ ſedēs a dextris virtutis dei Quod verbū
ipſi reputātes blaſphemiā vt pꝛius dixerūt quid
adhuc deſideramus teſtimoniū ad ei⁹ condēna-
tionem ipſi enī oculares teſtes audiuim⁹ ex oꝛe
eius manifeſtā blaſphemiā qua efficit reus moꝛ
tis ita vt non ſit dignus iſte ppl̄s amplius no-
minari in terris ex quo eſt tam ꝓteruus ꝙ nec
argumētis/nec miraculis cōuinci pōt vt conſen-
tiat nobis Hactenus de ſcd̄a perſecutione anti-
chꝛiſti ꝑ falſa miracula que tn̄ in textu nō expꝛi-
Moralitas muntur ❡ Moꝛaliter in hac quadrageſima de-
mones/vel mali hoīes querunt falſum teſtimo-
nium contra bonū ꝓlatum/ aut humile peniten-
tem imponētes ei falſa crimina/⁊ deridentes eū
quaſi fatuū vt ſupꝛa declaratū eſt in dn̄ica quin-
quageſime in moꝛalitate euāgelij Vel pōt dici ꝙ
falſi penitētes/ſiue hypocrite ſunt falſi teſtes ꝯtra
Jeſum iniq̄ iudices ſunt ſymoniaci.dānāt chꝛiſtū
ad moꝛtē auari qui occidūt pauperes expuūt in
facie chꝛiſti guloſi/⁊ luxurioſi velat faciē eius in-
uidi/⁊ iracūdi colaphis eum ꝑcutiunt ſuꝑbi di-
cunt ei ꝓphetiza ſuperſtitioſi/⁊ qui deum tētant
deum negāt heretici Si autem generaliter quiſ-
libet peccatoꝛ deum negare dicat tres Petri ne-
gationes ſignificāt tres gradus peccati qui ſunt
cogitatio de re illicita/cōſenſus/⁊ opus vel ſunt
tria pctōꝝ genera ſ. cogitatio/locutio/opatio Te-
tatoꝛes Petri ſunt demō/caro/mūdus ⁊ in mū-
do ſunt tria ſ. concupiſcētia carnis/concupiſcētia
oculoꝝ/⁊ ſuꝑbia vite que inclināt hoīem ad pec-
catū Et notādū ꝙ hō paulatim venit ad peccatū
nam Petrus pꝛimo ſimpliciter negauit ſecūdo
cū iuramento tertio anathematizauit nā quanto
plus quis ꝑſeuerat in pctō tāto plus negat deū
et recedit ab eo ⁊ cū in ꝓfundum maloꝝ venerit
cōtēnit Sed ad cōuerſione pctōꝛis tria cōcurrūt
pꝛimum eſt cantus pꝛedicatoꝛis ſcd̄m reſpectus
gratie pꝛeuenientis tertium eſt recoꝛdatio benefi-
cioꝝ dei Eſa 62 miſerationū dn̄i recoꝛdaboꝛ ⁊c̄
Verūtamē duplex eſt galli cātus in quoꝝ ſcd̄o
nō in pꝛimo recoꝛdatus eſt Petrus q2 quidam
ſunt ꝑdicatoꝛes mūdani querētes ſuā vtilitatem
nō aiarū ſalute ad quoꝝ cantū nō excitat pctōꝛ a
ſomno pcti alij ſunt deuoti ⁊ ſpūales nō q̄rētes q̄
ſua ſunt ſed q̄ Jeſu chꝛiſti qui ⁊ annūciant popu
lo dei ſcelera eoꝝ ⁊ iſti ſuſcitāt pctōꝛes quoꝝ vir-
tutē admirās Job ait 38 quis dedit gallo intel-
ligentiā/ Notandū denicq̄ ꝙ in domib⁹ regū ⁊ ꝓ-
latoꝝ alioꝛūq̄ dn̄oꝛum ſecularium fere ſemꝑ eſt fri
gus i. carētia dilectiōis dei ⁊ pꝛoximi.adeo ibi pe
tr⁹ friguit ⁊ chꝛiſtū negauit.ibi etiā eſt riſus mun
dan⁹ ſed quādo quis ab eis exit vel recedit eue-
nit ei ſalubꝛis fletus ex memoꝛia peccatoꝛū q̄ ibi
cōmiſerāt ❡ Tertia antichꝛiſti perſecutio ſ ꝑ lar Quarte pars euāgelij.
gitiones ⁊ munera bonoꝛū tempoꝛaliū que alli
ciant chꝛiſtianos figurata fuit in domo Herodis
regis ad quā texendā incipiem⁹ ab eo loco vbi
textus ait et ſurgens oīs multitudo eoꝛū.ſ. q̄ per-
ſequebantur chꝛiſtianos ⁊ vincietes Jeſum i. fi-
delem populū ligaturis doloſe fraudis duxerūt
illum ad Pilatū qui interpꝛetatur cōſtrigens i.
duxerūt illū ad hoc vt cōſtringeretur alia via ne-
gare fidem chꝛiſti educētes eum a Caypha argu
mētatoꝛe ſagace in pꝛetoꝛiū mūdane gloꝛie Erat
autē mane i. lux et claritas mūdanoꝛū licet eſſet
tūc obſcuritas ⁊ afflictio bonoꝛū ſed ipſi boni fi-
deles noluerūt intrare in pꝛetoꝛiū pꝛedictū i. no-
luerunt honoꝛes ⁊ diuicias mūdanoꝛū vt non cō
taminarent peccatis pꝛopter eas ſed apti eſſent
manducare i. celebꝛare deuote paſcha i. tranſitū
ad aliā vitam in qua eſt glīa ſanctoꝛū Exiuit er-
go ad eos Pilatus i. conſtrictoꝛ antichꝛiſt⁹ pꝛo-
mittens multa bona ſequētibus ſe Jeſus tamē
ſtetit firm⁹ in fide ante pꝛeſidē blandiente eos ꝑ
munera et dixit pꝛeſes ad manifeſtos perſecuto
res chꝛiſtianoꝝ iudeos quaſi indignat⁹ cōtra eos
quā accuſationē afferitis aduerſus hoīem hūc chꝛi
ſtianū/q. d. vos iniq̄ agitis ꝑſequēdo eū veſtris
accuſationib⁹ cum ipſe ſit bon⁹ ⁊ iuſtus ſed hoc
ficte dicebat Reſponderunt ipſi ⁊ dixerunt ei ſi
nō eſſet hic male factoꝛ nō tradidiſſem⁹ eū accu-
ſandum ad moꝛtem.ad quos pꝛeſes ait ergo ac-
cipite eū vos in recto iudicio et ſcd̄m legem ve-
ſtram iudicate eū/non ſcd̄m inuidiam perſequē-
tes nam ſi remota omni pꝛaua affectione eū vo-
lueritis recte iudicare foꝛte inuenietis eum inno
xium in vita ſua ꝙ ſi culpabilis apparuerit tūc
condēnabitis eum dixerunt iudei ad pꝛeſidem
nobis nō licet interficere i. condēnare ad moꝛtē
quenq̄ hoīem.q2 ſubiecti ſum⁹ ⁊ captiui nullam
habentes iuriſdictionem Et hoc verbum ipſi di
xerūt non a ſe ſed moti a deo vt impleret ſermo
ieſu ꝓpheticus quē dixerat Matthei 20 et Luce
18 Ecce aſcendimus hieroſolymā ⁊c̄ ſignificans
per illa verba qua moꝛte eſſet moꝛitur⁹ populus
eius dictus filius hoīs q2 non erat occidend⁹ a
iudeis ſed ſolū accuſandus ⁊ tradendus gentili-
bus paganis ad occidendū Ceperūt ergo iudei
accuſare populum chꝛiſtianum coꝛam antichꝛi-
ſto in multis criminibus dicentes hunc popu-
lum inuenimus retroactis tempoꝛibus quando
pacifice regnabat in tota europa ſubuertentem
gentem noſtram multis dolis et minis/vt con-
uerteret eū ad legē ſuā Jte ſcim⁹ eū in hoc tēpoꝛe
regni tui ꝓhibētē ſuos dare tributa i. debita ſer
uicia tibi ceſari i. imperatoꝛi maximo Tertio au-
diuim⁹ eū dicentē ſe chꝛiſtū i. ſanctū dei populū
⁊ regem totius terre. Et quarto ſecūdum legem

noſtrā debet mori q2 blaſphemādo/filiū dei ſe fe
cit aſſerēs ſe exaltadū in gloriā ſup oēs alios po
pulos Preſes ergo malignus audita hac qua=
dripartita accuſatione ſolū examinare voluit ter
tium mēbrum qđ videbat tangere dignitatē ſuā
et interrogauit eum dicēs nunquid tu es rex iu-
deorū .i. dixiſti te habere dnium ſuper iudeos qui
ſo te ideo te pſequunt odio ꝛ te accuſant' Reſpō
dēs fidelis ppl's ait tu dixiſti verū q2 rex ſum ego
Sed iudex fingēs ſe beniuolū chriſtianis ꝛ pu-
tans q ppl's ille affectaret honores/et diuitias·
q2 ſe regē iactabat decreuit p honores ꝛ mane
ra illū ad ſe trahere/et a ſua fide auertere quare
ſpreta omnino accuſatione inuidorū cōtra eum
dixit ad pncipes ſuorū ſacerdotum/ꝛ ad turbas
ſeruorum ſuorū nihil inuenio cauſe in hoc hoīe
propter qđ debeat male tractari imo videt mihi
dignus honoribus/ꝛ beneficijs at iudei accuſa=
tores inualeſcebāt clamoribus cōtra chriſtianos
dicētes cōmouit hec gens totū populū noſtrum
a fide ſua docens primo p vniuerſam iudeā inci
piēdo a Galilea et pcedendo p diuerſas mundi
partes ꝛ cōtinuādo predicationē ſuam p multas
generatiōes ſue ecclie deuenit vſq huc .i. ad no-
ſtra tēpora ſemp decipiedo iudeos/ꝛ varios gen
tilium populos Audiēs vero iudex galileā que
ſonat rotam .i. mūdanam pſperitate volubilem
interrogauit ſi ille populus eſſet galileus .i. dedi-
tus mundane pſperitati ꝛ vt cognouit hoc verū
eſſe pro magna parte illi' ppli miſit eū ad He=
rodem qui mōs glorie dicitur/ vel pellibus glo=
rias ꝛ ſignificat aliquē regē chriſtianū iam puer=
ſum/ꝛ factū pcuratorē/ aut theſaurariū antichri-
ſti qui pꝑter altitudinem officij ſui mōs glie/vel
pellib' .i. veſtib' gloriās interpretat qui ꝛ ipſe in
illis diebus erat ſimul cū antichriſto Hieroſoly-
mis .i. in ecclia latina/vel forte in ciuitate Roma-
na q2 ergo cognouit illū populū pro magna par
te eſſe de poteſtate Herodis p cupiditatē ſuam
miſit eū ad Herode predictū vt ſatiaret eū diui=
tijs/ꝛ honoribus Herodes ergo ille viſo Jeſu .i.
pplo chriſtiano veniete ad ſe gauiſus eſt valde
erat em̄ ex multo tēpore cupiens videre eum ex
parte ſua eo q audierat multa preclara geſta de
illo que fecerat ad defenſionē legis ſue ꝛ diffide=
bat ſe poſſe attrahere illum ad ſectā ſuam imo
ſperabat ſe videre fieri aliquod magnū ſignū .i.
miraculum ab eo ad conuertēdum ſequaces an
tichriſti ad fidem chriſti interrogabat ergo illum
populum Herodes multis ſermonibus vt ſi ve-
ra eſſet lex chriſti aliquo miraculo oſtēderet co=
ram eo at ipſe nihil ei reſpondebat quia in tem-
pore illius perſecutionis non pmittet deus chri=
ſtianis facere miracula cum ſit poteſtas tenebra=
rum de qua in pſal 103 poſuiſti tenebras/et fa-
cta eſt nox in ipſa ptranſibunt oēs beſtie ſylue .i.
oēs mali hoīes ꝛ catuli leonum .i. tyrannorum vt
rapiant ꝛc quouſq ortus ſit ſol .i. claritas diuini
fauoris ſuper fideles et tunc leones congregati
ſunt / et pro .i. in cubilibus ſuis collocabuntur .i.
abſcondentur et exhibit homo fidelis libere ad
opus ſuū cultus diuini vſq ad veſperā .i. finem
mūdi Sed in tēpore antichriſti ſoli mali/ꝛ dece=
ptores faciet miracula nō ad cōuertendū ſed ad
peruertendū hoīes a bono in malū ideo dicit q
tunc Jeſus nihil reſpōdebat fidelibus ſuis ſed
abſcōdebat facie ſuā ab eis Stabāt etiā pncipes
ſacerdotū antichriſti/ ꝛ ſcribe .i. ſapientes iudeorū
cōſtāter accuſantes populū chriſtianū ſed Hero
des viſa impotētia illi' populi ſpreuit illū quaſi
non valente defendere lege ſuam ꝛ illuſit blan=
ditijs ſuis indutū veſte alba honoris mūdani/et
diuitiarū ꝛ remiſit illum ad Pilatū vt ei ſeruiret
iam auerſus a fide chriſti ꝛ propterea facti ſunt
amici antichriſtus/ꝛ pcurator eius in illa die q2
multos ſeruos ei applicabat nam antea inimici
erant adinuicē ex eo q nō ſic decipiebat chriſtia=
nos Verūtñ aliqui ex malis chriſtianis q alios
multos incitauerāt ad negādā fide videtes q p=
pter diuitias/ꝛ honores/et largitiones antichriſti
oēs fere chriſtiani dānabant pdentes aias ſuas.
cōpuncti ſunt corde tam vehemēter vt de ſua ve=
nia deſperarēt ſup tam graui ſcelere de quibus
textus ait Videns aūt iudas .i. cōfeſſor chriſti li=
cet malus qui tradidit populū ſuum pſuaſione
ſua ad ſectā antichriſti q dānatus eſſet populus
chriſtianus pro magna parte/ ꝛ hoc factum erat
procuratione ſua penitētia ductus .i. penituit eū
valde de ſua proditione contra chriſtum/ꝛ eccle=
ſiam dei et ideo retulit triginta argenteos .i. diui=
tias ꝛ honores quos receperat pro illa proditio=
ne qui numero trigenario ſignificātur cōſurgete
ex ternario ducto in denarium quia ꝛ fidem tri-
nitatis/ꝛ precepta legis dei preuaricatus fuerat·
propter candorem huius miſere vite qui ſignifi=
catur in argento ideo dicebat peccaui grauiſſi=
me contra populū meum tradens mea perſua=
ſione ad perditionem ſanguinem iuſtum .i. iuſti
hominis chriſti non in ſe ſed in ſuis fidelib' illo
ſanguine redemptis hoc eſt feci q in vanū effu=
ſus fuerit ille ſanguis At pagani miniſtri anti=
chriſti quibus hec referebat dixerunt ei quid
ad nos de tua penitentia ? quia non formamus
conſcientiam de chriſtianorum deceptione tu au=
tem apud deum tuum videris quid mali feciſti/
et quid boni facturus ſis ad emēdationē tuam
ille autem nimio dolore correptus proiectis a ſe
argenteis .i. maledictis pecunijs ab antichriſto
receptis pro mercede ſue iniquitatis dedit eas
templo ideſt fabrice eccleſie ꝛ receſſit a fidelibus
pre verecundia, ꝛ abiens in ſolitudinem laqueo
ſe ſuſpendit ideſt abſorptus a nimia triſticia du=
ctus eſt in deſperationē quod factum certe erit
valde lamentabile apud chriſtianos in tempore
illo quando preter extrinſecas perſecutiones ty-
rannorum erunt intrinſece proditiones chriſtia=
norum ꝛ quod peius eſt tanta dei iracundia ap=
parebit contra eccleſiam ſuam vt nec peniten=
tia peccatoribus concedatur· ſed deſperatio loco
penitentie Principes autem ſacerdotum .i. pre=
lati ecclſie viſa pecunia mercede iniquitatis di=
xerūt. non licet eam mittere in corbonā .i. arcam

ſabꝛice eccleſie qꝛ preciū ſanguinis i peccati eſt
q d nō eſt iuſtū vt pecunia que pro deſtructione
eccl'ie acquiſita eſt veniat in eiꝰ edificatione ha
bito ergo cōſilio ſup ea in quo expendereſ tande
decreuerunt emere agrū figuli qui noua ex luto
vaſa fingit in ſepulturam ꝑegrinoꝝ i. pauperum
religioſoꝝ q d dederūt tales pecunias religio-
ſis vt ex eis noua edificarēt monaſteria/aut no
uas religiōes in quibus veri pauperes ſpiritu
ſepelirentur i. abſconderentur a ſeculo neq̄ qui
tanq̄ peregrini in hoc mūdo non habent domū
manentem ⁊ ꝓpterea ager ille i. religio vocatur
ager ſanguinis.i. laboris ⁊ penitētie pro peccatis
conuenies enī erat vt ex pecunia pro peccato ac
quiſita nō edificareſ ſumptuoſa eccl'ia prelatoꝝ/
nec augereſ eius patrimoniū ſed fundareſ pau-
perum religio qui quotidie orarēt/ac ieiunarent
pro alioꝝ delictis vt implereſ dictum Hieremie
qui interpretaſ celſitudo dei ⁊ ille fuit chriſtus fi
lius dei qui Luce 16 ait facite vobis amicos de
māmona iniquitatis ⁊c quod eſt dicere ⁊ accepe
runt triginta argenteos i. pecuniā male acquiſi-
tam preciū ſanguinis chriſtiani apreciati i. vēditi.
quod precium apreciauerūt mali chriſtiani a fi-
lijs Iſrael i. eccl'ie venditis ſua ꝑditione ⁊ dede-
runt eos in emēdum agrum figuli.i. monaſteriū
ſicut conſtituit i. mandauit dn̄s in loco allegato
Hec de tertia ꝑſecutione antichriſti ꝑ largitionē
bonoꝝ tēporalium/⁊ fauorē mūdanū dicta ſunt
in generali ad modū ꝓphetie de futuro que nō
multū deſcendit ad particularia ſecus aūt de hi-
Moralitas ſtoria que eſt preteritoꝝ ¶ Moraliter in quadra
geſima demones/ et mali hoīes accuſant humi-
les penitētes imponēdo eis multa crimina fal-
ſa ſed deus iudex iuſtus vides eoꝝ afflictionem
volūtarie acceptam ex charitate excuſat eos ab
aduerſarijs dicēs nullam verā cauſam ſue cōde-
nationis iniurie ideo remittit eos ad prelatū ec-
cleſie dictum herodē i. mōtem glorie/ ſiue hono-
ris vt ipſe bene examinet cōſcientias eoꝝ in ſa-
cramento penitētie qui tādem interrogās peni-
tētem multis ſermonibus ſcd'm varias regulas
preceptorum dei inuenit eū abſoluendum/et re-
mittit eum iudiciū dei indutum veſte alba inno
cētie/aut ſaltē penitētie Quidam vero alioꝝ accu
ſatores/ac ꝑſecutores qꝛ erāt miniſtri demonis
paulatim de pctō in peccatū ꝓcedunt donec ve-
niāt ad foueā deſperationis ⁊ mortis peſſime cū
videant ſe vacuos bonis operibus/ ⁊ plenos ſce
leribus ideo nulla erit eis ſpes ſalutis Et licet
iſti in articulo mortis ſue videātur penitētia du-
cti facere reſtitutiones/⁊ publice cōfiteri peccata
ſua tamen illa penitētia ſepius eſt infructuoſa
ſicut penitentia iude que quadruplice defectum
habuit tum qꝛ non cōfeſſus eſt niſi conſortibus
criminis tum quia tacuit circūſtātiam finis val-
de neceſſariam non enī dixit quare hoc fecerat
tum quia non reſtituit quibus obligatus erat ſ.
virgini et apoſtolis tum deniq̄ quia non pro-
ceſſit illa penitētia ex fide/ſpe/⁊ charitate dei ſed
ex furia paſſiōis Debet ergo vere penitēs habe-
re fidem de poteſtate clauiū eccleſie et virtute ſa
cramēti penitētie debet habere ſpē de miſericor-
dia dei que maior eſt oībus noſtris peccatis de-
bet moueri ad penitentiā ex charitate vel amore
dei ⁊ propter obedientiam mandatorum eius
Habent deniq̄ in hac parte ꝑdicatores et alij ſer
ui dei optimū documētum vt in predicationibꝰ/
⁊ miraculis/vel alijs gratijs ſibi datis non que-
rant laudes aut fauores hoīm imo eos fugiant
tanq̄ peſtem. intendentes ſolū placere deo ⁊ ꝓ-
deſſe eccleſie cum ergo viderint auditores ſuos
aut dn̄os huius ſeculi curioſos i. non querentes
ſalutē aīarum ſed pruritum auriū/aut vanitatem
occuloꝝ/ vel forte calūniam contra predicatores
debent tunc ſerui dei tacere/et occultare ſua do
ctrinam vel gratiā reſeruantes eā ad alium locū
⁊ tempus magis oportunū ⁊ tūc etiam propter
iniurias ⁊ perſecutiones nō taceant exēplo chri-
ſti q̄ corā. Ana/ Caypha / et Pilato vbi accuſa-
batur ⁊ deridebatur locutus eſt verba ſalutaria
ſed corā Herode volēte eum honorare ex curio
ſitate alicuiꝰ miraculi omnino tacuit ⁊ nihil reſ-
pōdit Iudices etiā tam ſeculares q̄ eccleſiaſtici
habent hic bonū exemplum qualiter ſe habere
debeant in cauſa alicuius innocentis quando ex
malicia teſtium periclitatur vita aut fama eiꝰ ⁊c.
¶ Quarta perſecutio antichriſti erit per imma- Quinta
niſſima tormenta que in domo Pilati ſignifica pars euā
ta eſt nam licet ipſe in exteriore hoīe apparere de gelij
beat iudex iuſtꝰ ⁊ ſanctus homo tamē interius
erit crudeliſſimus ⁊ peſſimꝰ tyrānus/ ac plenus
malignitatis ſpiritu quare anteq̄ veniat ad tor-
menta chriſtianoꝝ finget ſe velle eos in pace et
iuſticia gubernare atq̄ ab iniuſtis emuloꝝ ac-
cuſationibus pro poſſe deffendere in fine tamē
eos chriſtianos qui tribꝰ vijs predictis noluerint
peruerti ad ſuā ſectam condēnabit ad tormenta
et mortes varias exquiſito colore iuſticie de quo
textꝰ ait Pilatus aūt poſt remiſſionē ieſu a do-
mo Herodis videns q̄ adhuc non oēs chriſtiani
ſeruiebant ei cōuocatis principibus ſuoꝝ ſacer
dotū ⁊ magiſtratibus i. iudicibꝰ/ et vniuerſa ple
be i. exercitu ſuo dixit ad eos obtuliſtis mihi in
iudicio hoīem hūc chriſtianū ſ. ꝓplum accuſantes
eū quaſi auertentem populū i. deceptorē hoīm ⁊
q̄da alia crimina ei obijcietes et ecce ego coram
vobis interrogās nullā cauſam ſue cōdenationis
ad morte inueni in eo ex his in quibꝰ eū accuſa
tis ſed neq̄ Herodes meꝰ ita remiſit eū ad nos
poſtq̄ ego miſi vos ad eū ⁊ ecce nihil dignū mor
te actū eſt i. ꝓbatū cōtra eū ex quo vult nobis in
pace ſeruire ꝑ maiore ſua pte ſed ſi adhuc vultis
cōtēdere cōtra eos chriſtianos q̄ remanet ego iu
ſticiā ſeruās facia cōparatione inter eos ⁊ Sarra
cenos q̄ etiā ſe dicūt viuiꝰ dei cultores vt videa-
mꝰ q̄ illoꝝ ſint cruce aut venia digniores Eſt aūt
cōſuetudo vobis in palacio meo vt amore vr̄i di
mittā liberꝝ vnū ex vinctis in carcere etiāſi mortē
vel aliā q̄uis penā meruerit ꝓpter delicta ſua ⁊
hoc in paſchate ꝓpter feſti ſolenitate per die enī
ſolenem ſolebat antichriſtꝰ dimittere illis vnum

ex vinctis quēcūq; petiſſent erat aūt eo tempore
antichriſti preter populū chriſtianū vnus alius
populus et non obediēs i. Sarracenus qui val=
de abhorret idolatriā/ adorationē creature et di
cebatur Barrabas i. filius patris/vel confuſionis
eo q ſolam perſonā patris in diuinis adoret et
legē habeat valde cōfuſam erat etiā idem Bar
rabas latro qꝛ occupabat terras non ſuas violē
tia acceptas a chriſtianis et ꝓpter ſeditionē quā
dam factā in ciuitate dei que eſt eccl'ia catholica
(fecit enī Mahumetes dux eoꝝ ſeditionē in Ro=
mano imperio tale vt Perſe/ Arabes/ multe
alie nationes ab obediētia nō ſolum imperato=
ris chriſtiani ſed etiā pape/ chriſti diſcederet) et
propter homicidiū multiplex in bellis ſuis ꝑpe=
tratum et ꝓpter multa alia crimina miſſus fue
rat iuſto dei iudicio in carcerē i. in poteſtatē anti=
chriſti puniēdus qꝛ vt dictū eſt ille iniquus ad
uerſus omnem deū/et leges oēs cōſurget. Et cū
acceſſiſſet turba ſeruorum ſuorū accuſatura chri=
ſtianos ipſe applicauit predictā conſuetudinem
domeſticā ad iudicium publicū cōgregatis ergo
illis accuſatoribus dixit eis iudex quē vultis ex
duobus populis dimitti vobis ſine tormētis ꝓ=
pter hoc magnū feſtum noſtre ꝓſperitatis in hoc
mūdo qꝛ dominamur omnibus populis vultis
ergo vt dimittā vobis Barrabā i. Sarracenum
an Ieſum i. chriſtianum populū qui dicitur chri
ſtus .i. vnctus chriſmate hoc dixit ficte ſciebat
enī q per inuidiam/ et maliciā tradidiſſent eum
accuſandum ad iudicium et q nullo modo eum
vellent dimittere ꝓpterea dixit eis vultis ergo
dimittā vobis eum qui ſe dicit regem iudeorū i.
deum laudantiū ad quā interrogationē reſpon=
dere volētes principes et ſeniores ꝑſuaſerunt po
pulis/et concitauerūt turbā antichriſti vt peterēt
Barrabā dimitti liberum Ieſum vero perderēt
diuerſis tormentis laniatum clamauerunt ergo
omnes dicētes non hūc populum dimittas ſed
Barrabam i. ſarracenum preſes aūt i. iudex an=
tichriſti adhuc volens ſe iuſtificare ait illis quid
ergo faciam de Ieſu i. quā penam vultis ei da=
ri qui nihil mali fecit dicūt omnes crucifigatur
tanq̄ publicus malefactor et ipſe iudex iterum
locutus eſt ad illos volens i. ac ſi vellet dimitte
re Ieſum at illi magis clamabant dicentes cru
cifige crucifige eum diuerſis tormentis ille aūt
tertio dixit ad eos quid enī mali fecit certe ego
nullam cauſam mortis inuenio in eo ſed ad pa
cificandū vos corripiam cum flagellis et poſtea
dimittam liberum hoc enī modo forte eritis con
tenti/ et ceſſabit indignatio veſtra contra iſtū po=
pulum Tunc ergo apprehendit antich iſtus po
pulum chriſtianū in carceribus et flagellauit plu
rimos eoꝝ duriſſime tā publice q̄ priuate et mili
tes eius i. carnifices ſuſcipiētes Ieſum in preto=
rio i. cōſenſu pretoris cōgregauerunt contra eum
vniuerſam cohortē militum armatoꝝ/et exuētes
eum veſtimentis ſuis ad flagellandū. chlamidem
coccineā/vel purpuream i. rubram circūdederūt
ei ex ſanguine defluēte et plectētes i. cōponentes
coronam de ſpinis i. circulum peccatoꝝ multorū
impoſuerūt capiti eius i. chriſto dicentes multas
blaſphemias cōtra eū vel corona de ſpinis cor=
poralibꝰ poſuerūt ſuꝑ caput eius i. ſuꝑ Roma=
num pōtificem in penā/ in deriſum et poſuerūt
arūdinem pro ceptro in dextera eius i. in rege vel
imperatore qui eſt dextera/vel brachiū chriſtia=
norum et genu flexo ante eum illudebāt ei dicen
tes aue rex iudeoꝝ i. confitentium et laudantium
chriſtū q d modo habes honorem regiū tibi de=
bitū et dabāt ei alapas in facie .i. iniurias facer=
dotibus eccleſie et expuerūt in eum irridēdo reli
gioſos ſuos et acceperūt arūdinem que eſt vani=
tas/ ꝑcutiebāt caput eius i. caput ppl'i chriſtiani
chriſtum quia dicebāt chriſtum vanitate ſuꝑſti=
tioſa feciſſe miracula/ decepiſſe homines et ita
varijs tormētis/ac irriſionibus affectū populum
chriſtianum / ac principes eius oſtendere voluit
antichriſtus ex iactātia iudeis et alijs paganis/
ac ſuis militibus dicens ecce adduco eum vobis
foras .i. publice punitum vt cognoſcatis qꝛ nul=
lam cauſam mortis inuenio in eo q d non do ei
maiorem penā quia non inueni maiorem culpā
donec amplius ꝓbetis contra eum hoc dicebat
vt incitaret eos ad magis accuſandum chriſtia=
nos Exijt ergo eductus publice per vicos/ pla
teas vt irrideret̄ ab oībus exijt Ieſus myſticus
portās coronā ſpineā .i. rotulū ſcriptū multis cri=
minibus falſo ſibi impoſitis et portās purpureū
i. ſanguineū veſtimetū ex multis tormētis et di=
xit eis iudex voce ꝑconis ecce homo malefactor
et ſceleratꝰ Cum ergo vidiſſent eū aduerſarij ſic
punitū/ac publicatū nondū contenti penis illis
clamabāt dicētes ad iudicem crucifige crucifige
eū .i. condēna eum ad morte crucis/ et alioꝝ pati=
buloꝝ qꝛ ſcd̄m legē iuſtā debet mori qꝛ filiū dei
ſe fecit qd̄ eſt blaſphemare in deū qui mandauit
tales morte puniri Et cum iudex quereret ab eo
vt reſpōderet ad accuſationes ſibi obiectas ipſe
fidelis populus vidēs iudiciū eſſe deprauatum
ad querēdam nō veritatē/ſed occaſionē calūnie
reſponſum non dedit ei vnde iudex indignatus
dixit ei mihi non loqueris q d videris me deſpi
cere et hoc male neſcis quia poteſtatem habeo
temporalem mortis et vite hominum vt poſſim
crucifigere te /vel dimittere te pro meo arbitrio?
Ad hoc verbum magne iactantie reſpondit po=
pulus chriſtianus humiliter dicens non habe=
res poteſtatē talem aduerſum me niſi tibi eſſet
datum deſuper i. a deo permittente ſic affligi ec=
cleſiam ſuam ad purificandum eam a peccatis
ſuis ſed licet chriſtianorum afflictio ſit iuſta ty=
ranni tamen eam perſequentes / et accuſantes
vſq; ad mortem grauiter peccant et reſtat eis ſe=
ueriſſimum iudicium dei. quod in rege Babylo
nis populum dei captiuante/et affligente ex di=
uina permiſſione fuit notiſſimum propterea qui
me tibi tradidit accuſator maleuolus maius pec
catum habet ſed tu non es immunis a pctō qui
hanc tyrānidē exſequeris cōtra me Hac cōmina
tione audita iudex finxit ſe cōpunctum corde et

eum de querebat colorem. quo oſtenderet ſe velle
dimittere eum liberũ. vt non peccaret puniendo
ipſum iniuſte. Sed accuſatores clamabãt dicen-
tes ad iudicẽ. ſi hũc dimittis nõ es amicus Ceſa
ris i. principis noſtri antichriſti. oĩs enĩ qui ſe re
gem facit cõtradicit ei qui eſt ſummus rex in vni
uerſa terra i. videt rebellare cõtra eũ / ⁊ cõmittere
crimen leſe maieſtatis dignũ morte quod cũ iſte
populus fecerit vt ſupra dictũ eſt ſi tu eũ non cõ
demnas ad morte incurres eius indignationem
qui te loco ſui iudice fecit. Judex ergo cũ audiſſet
hos ſermones timẽs irã ſui regis magis q̃ dei
decreuit chriſtianos ad morte dãnare: ⁊ ſedit p̄ o
tribunali i. in ſede ſui iudicij ad cõdenãdu eos in
loco qui grece dicit licoſtratos hebraice gabata
latine vero lapidatus / vel lapidib⁹ ſtratus hoc
ſignificat duricia cordis / ⁊ crudã ſententiam eius
Eratq; tũc tẽporis paſceue paſche i. ſexte etatis
mũdi. que hoĩes preparat ad ſeptimã perraſitum
penituitic hora quaſi ſexta i. ſextũ tẽpus ſexte eta
tis qđ eſt dedicatũ paſſioni eccl'ie ſup omnia alia
tẽpora mũdi. poſtq̃ ergo in precedentibus tẽpori-
bus perſecutores populi chriſtiani varijs modis
illuſerant ei. tãdem in ſexto tẽpore exuerũt eum
chlamide honorum / et honorum ſuorũ / et indue
runt eum veſtimentis opprobrij ⁊ penitẽtie / ac mi
ſerie: et duxerũt eum ad iudiciũ criminale vt ibi
crucifigeretur i. condenaretur ad mortem Judex
vero antichriſti ſedes pro tribunali ⁊ vides q̄ ni
hil proficeret i. non perſuaderet accuſatores chri-
ſtianorum ad deſiſtendũ ab accuſatione ſed ma-
gis tumultus rebellionis contra eum fieret ac-
cepta aqua lachrimabilis cõmotionis lauit ma-
nus i. munda oſtendit ſua opera ab iniuſticiis co
ram populo dices innocẽs i. ſine culpa ego ſum
proferens ſine cauſa hãc ſententiã a ſanguine i. a
morte huius iuſti populi vos aute qui accuſatis
cũ videritis conſcientiã veſtrã q̃ iuſte agatis cõ-
tra eũ nã mea conſcientia remurmurat cõtra me
ſup hac ſententia. hoc dixit ideo q2 ſedete eo pro
tribunali miſit ad eum vxor eius i. rectitudo iu-
ſticie que eſt vxor iudicis dicens i. dictãs ei in cõ-
ſcientia nihil tibi ⁊ iuſto iſti pplo i. nõ te opponas
ei q2 iniuſte ageres multa enĩ paſſa ſum hodie p
viſum i. oculũ rationis ꝓpter eũ i. multa ſe mihi
obtulerũt ſup cauſa iſta que ꝓbant illũ eſſe iuſtũ
populũ tũ ex ſanctis ſuis legibus / tũ ex modo vi
uedi ſine iniuria ꝓximorum / tũ deniq; ex doctrina
qua p̄dicat continue ⁊c̄ Sed his ſtimulis nõ ob
ſtãtibus iudex voles hoſtib⁹ chriſtianorum ſatiſface
re ne infamarent ipſum apud dñm ſuũ antichri-
ſtũ dimiſit eis rogãtibus Barrabã populũ Sar-
racenorum ⁊ tradidit eis condenadũ Jeſum myſti-
cũ iam alias flagellis i. tormentis ceſum vt tandẽ
crucifigeret Tunc milites crudeliſſimi ſuſcepe
rũt eum / ⁊ eduxerũt extra ciuitates ad cãpos vbi
ſunt loca dãnatorũ. vt more malefactorũ ibi occi
deretur ignominioſe et populus chriſtianus ſic
condenatus ad mortem ⁊ baiulãs i. deferes ſibi
crucem in qua pateretur exiuit in eũ locũ dãna-
torum ad morte qui latine dicit caluarie i. decalua-
torum hoim hebraice golgotha vel peti⁹ gulgol
ta i. decapitatorũ. nam gulgolet caput eſt Et ne
forte euaderet fugiens cũ ducerent eũ ad morte
apprehenderunt Simonẽ i. obedientẽ ſibi popu
lum ruſticorũ venientẽ ad eos de villa. a qua vil
lani vocãtur ſimonem inq̃ cirenenſem parietem
frigidũ hoc e crudele patre: Alexadri i. adiutori ⁊
Ruffi i. ſanguinolen Villani enĩ ſolet eſſe crude
les adiutores ad malũ / ad cedes ⁊ ſanguine. hũc
populum angariauerũt i. conduxerũt cõtra chri-
ſtianos vt tolleret crucẽ eius i. inſtrumentum ſue
paſſionis ⁊ mortis hoc eſt impoſuerũt illi crucẽ
portare poſt dãnatum fideliũ populum ducebã
tur aũt ⁊ alij duo neq̃ i. malorum hoim genera duo
cum eo vt interficeretur iuſte pro ſuis delictis ſ
latrones ⁊ homicide. quaten⁹ nulla fieret differe
tia inter chriſtianos ⁊ alios maledictos hoies ex
quo ſimul paterentur idem gen⁹ mortis Sed ni
chilominus ad faciendã notabilem differentiã in
ter bonos ⁊ malos pariter dãnatos ſequebatur
fidele populum ſic afflictũ multitudo populi et
mulierũ que poſtpoſito timore infideliũ plange
bant ⁊ lamẽtabantur eũ quaſi iniuſte dãnatum
Conuerſus aute ad illas martyr chriſti dixit: filie
hieruſalẽ i. Romane eccleſie nolite flere ſup me
qui per labore momentaneum trãſeo ad requiem
⁊ gloriã ſempiternam ſed ſuper vos ipſas flete ⁊
ſuper filios veſtros q̃ manetis in medio nanõis
peruerſe in magno periculo perdẽdi ac negandi
fidem chriſti pre timore tormẽtorum. quoniã ecce
veniet dies magne afflictionis ſuper totã eccle-
ſiam dei in quib⁹ dicẽt fideles timidi. beate ſunt
mulieres ſteriles / et ventres que nõ genuerũt fi
lios / et vbera q̃ non lactauerunt eos. q2 ille ſole
nõ videbũt plagam crudelitatis in ſuis filijs et
quãdo pſecutio venerit ad perſonas ſuas tũc in
cipiet dicere montib⁹ cadite ſuper nos et collib⁹
operite nos vt moriamur anteq̃ veniamus ad tã
te calamitatis articulum hoc p̄ ophetauit Joã-
nes Apocal 6 in apertione ſexti ſigilli. ecce ini-
quit terremotus factus eſt magnus ex mandato
antichriſti contra chriſtianos et ſol i. chriſtus fa
ctus eſt niger i. diffamatus a perfidis tãq; ſaccus
ſilicinus i. tãq̃ vilis homo. et luna i. eccleſia facta
eſt ſicut ſanguis ex tormentis. et ſtelle i. prelati /
doctores / reges / et pricipes multi de celo i. de al-
titudine fidei ceciderũt in terram i. in terrena bo
na acquirenda et terrena mala euitanda / propte
rea negauerunt fidem chriſti et ſic ſe habebit tũc
eccleſia ſicut ficus i. ficulnea que amittit groſſos
ſuos cum a vento magno mouetur ventus ma-
gnus erit perſecutio antichriſti ſequitur. et reges
terre / pncipes / ⁊ tribuni popli chriſtiani diuites ⁊
fortes / ſeru⁹ / ⁊ liber aſcõderũt ſe tunc in ſpeluncis
et in petris montiũ et dicent mõtibus cadite ſup
nos et abſcõdite nos a facie antichriſti ſedẽtis ſu
per tronũ poteſtatis iudiciarie ſuper totã terrã.
qđ procedit ab ira agni i. chriſti contra eccleſiam
ſuam quoniã venit iam dies magnus ire ipſo-
rum ⁊ quis poterit ſtare i. ſuſtinere tantã tribula
tione Addit aute martyr predictus ad mulieres

flentes ratione ꝓbabilē qm̄ ſi in viridi ligno i in hoīe iuſto qui habet virorem gratie dei hec mala fiūt ex dei ꝑmiſſione qꝫ cū ſceleratis ducitur ad morte ignominioſam in arido aūt i in hoīe malo priuato humore gratie quid fiet punitionis/ vindicte/q d multomagis ſeuiet i malos ira dei quā ſup iuſtos Et pſecutores ducētes chriſtianū populū ad morte venerunt extra ciuitate in locū predictū golgotha/ſeu caluariā. ibi crucifixerunt eu ꝛ latrones cū eo a dextris ꝛ a ſiniſtris ipſum aūt mediū ne diſcerneret a latronibus ꝛ homicidis vt impleret ſcriptura Eſa 53 que dicit et cū iniquis deputatus eſt populus dei electus ꝓpter peccata ſua Hucuſqꝫ de quarta et vltima pſecutione antichriſti ſatis ſummarie dictū ſit ¶ Moraliter aūt pro penitentibus/ac ieiunātibus in quadrageſima cū prelatus in ſuis ſermonibus ſuaſerit eos eligere ſibi chriſtū et recedere a diabolo nihilominus multi ex ſubditis more iſtoꝝ puerſoꝝ elegerūt ſibi Barrabā/ ꝛ dimiſerūt chriſtum improperante eos apl̄o Petro in act bus cap 2 petiſtis vobis donari homicidā autore vero vite interemiſtis ſ in cordibus veſtris Hodie etiam in eccl̄ia ꝛ in repub eligunt magni latrones ad officia publica/ꝛ dignitates deſpiciūturqꝫ humiles pauperes hoc malū deteſtatur Salomon Eccleſiaſtes 10 vidi(inquit)ſtultū poſitū ꝛc̄ ꝛ nō ſolū hoc malū egerunt ſed etiā multa improperia in chriſtū cōmiſerūt nā cū populus fidelis ſit veſtis dei Eſa 49 iſti deprauātes ꝓximos exuerūt chriſtū veſte ſua cādida/ ꝛ induerunt veſte ſanguinea i peccatrice gēte in tātum vt ipſe qui olim veſtiri ſolebat nobilibus pſonis penitētiā agentibus in quadrageſima iam a diabolo fuerit ea expoliatus vt ea indueret/ et chriſtus vix modo induitur rudi pāno plebeorū Expoliato chriſto veſte ſua modo predicto ſpineā coronā ei imponūt qui peccata cōtinuant que ſunt ſpine arūdine ei dat vani ſupſtitioſi irriſoꝛe ſalutat cū qui habent fide ſine operibus bonis ꝑcutiūt caput eius qui prelatis nolunt obedire/qui ſunt capita chriſtianoꝝ flagellant chriſtū vſqꝫ ad ſanguinem oppreſſores pauperum/ꝛ humiliū hominum Iudices etiam pleriqꝫ noſtra hac tēpeſtate puniūt acriter leuia delicta minorum vbi diſſimulāt maxima facinora maiorū et ſepius abſoluūt malefactores/vel cōdenant innocētes vt placeant nocētibus/vt inde acquirāt bona tēporalia/vel vt non amittāt officia ſua ꝛc̄ ſicut fecit Pilatus abſoluens Barrabā latrone et homicidā / ꝛ condēnauit chriſtū innocentiſſimum vt placeret iudeis ꝛ vt non amitteret ſuā prepoſiturā. Ceterum boni ꝛ deuoti penitentes plorāt et lamētantur in hoc ſacro die poſt Ieſum non pro eo ſed pro ſeipſis vt lachrimis lauet aīas ſuas a peccatis preteritis Sed nō eſt obliuioni tradita chriſti cōminatio cōtra aridos impenitētes loquēns de hora mortis eoꝝ/vel de die iudicij Sciendū etiā ꝙ penitētes portāt crucē poſt Ieſum Matthei 16 qui vult venire poſt me ꝛc̄ ſed non oēs eode modo Quidā eīn ſicut chriſtus baiulāt ſibi ad vtilitate ſuā crucem penitētie ſed non pro delictis ſuis vt Ioānes baptiſta/ et quidā alij innocētes Alij vero eā ferūt cū bono latrone ꝛ ſibi ꝛ pro ſe vt veri penitētes qui dicūt nos quide iuſte patimur/nā digna factis recipimus Alij vt Simon cirenēus relicta villa huius mūdi i pōpa eius aſſumūt cruce.i habitū penitētie/nec ſibi/nec pro ſe ſed pro alijs videtur vt hypocrite Alij deniqꝫ nō ſibi ſed pro ſe cū malo latrone/ꝛ ſunt illi qui ind ſcrete ꝛ inutiliter agunt penitētiā preter apl̄i documentū Ro 12. ſit rationabile obſequiū veſtrū ꝛc̄ ¶ Expeditis iā quattuor perſecutionibus eccl̄ie maximis antichriſto autore ꝓſequitur euāgeliū noſtrū alias minores irriſiones ſub eius imperio chriſtianis illatas ab alijs ad quas ſepte chriſti verba adaptabimus in reſiduis ſepte partibus huius capituli que iā breuiores erūt predictis prima incipit ibi Scripſit aute Pilatus i iudex ille qui ꝓtulit ſententiā mortis contra eccleſiā dei titulum cauſe ſue condenationis ne iniuſte videretur ſenteciaſſe eā et poſuit titulū ſup crucem/ et ſup caput cuiuſlibet martyris ad maiore publicatione/ꝛ infamationē eius erat aūt ſupſcriptio illa ſcripta litteris grecis/ latinis/ꝛ hebraicis. qꝛ i oībus mūdi partibus cūnqꝫ gētiū linguis pſecutio illa deſeuiet i chriſtianos. ſcriptura erat huiuſmodi hic eſt Ieſus nazarenus rex iudeoꝝ ſenſus eſt hic que pſequimur in iſtis hoībus eſt ille Ieſus nazarenus ꝗ dixit ſe meſſiā iudeoꝝ ꝛ ꝓpterea ꝙ iſti eū adorāt pro deo cōdēnauimus eos ad morte qꝛ nr̄a intētio eſt delere nomē eius ab hoībus ne vltra pro deo habeatur pōt ꝛ alio modo exponi hic ppl̄s cōdēnatus eſt Ieſus i ſaluatoꝛ aīaꝝ nazarenus i floridus gratijs ꝛ priuilegijs dei rex iudeoꝝ i princeps laudātiū/ꝛ cōfitentium deū hoc eſt ꝓpterea eſt cōdēnatus qꝛ ſe predicabat tale ſup oēs alios pplos quaſi coleret meliorē deū quā alij eſſetqꝫ principalior i virtute religionis qua deus verus colitur/ꝛ laudatur. Hūc ergo titulu multi legerūt iudeorū ꝗ accuſauerat chriſtianos qꝛ ꝓpe ciuitate erat locus martyrij eoꝝ ꝛ faciliter exire poterat ad videdū martyres chriſti vt delectarentur in tormētis eoꝝ. dicebant ergo iudici pſidi iudei noli dn̄e ſcribere rex iudeoꝝ ſꝫ ſcribe ꝙ ipſe ſe dixit regē iudeoꝝ ad ſenſum predictū Reſpōdit iudex. qd̄ ſcripſi ſcripſi i. ſcriptū manebit/nec mutabitur qꝛ eadē eſt ſentētia vt patuit ꝛ hoc dixit iudex nō a ſe/ſed inſtigatus a deo qꝛ re vera ita eſt ꝙ ppl̄s chriſtianus vere eſt talis ſup alios pplos qualē ſignificat ille titulus nec vnqꝫ illa dignitas mutabitur ab eo ad aliū populū dicēte Daniele ꝙ regnū chriſti alteri populo nō tradetur Milites etiā i miniſtri executores gaudebāt de tormētis/ꝛ morte chriſtianoꝝ nā cū crucifixiſſent eum acceperūt veſtimēta eius/et diſtribuebāt ea ſibipſis ꝑ quattuor mūdi partes i in oriēte/occidēte/ſeptētrione/ꝛ meridie vel milites i iſti dn̄i tēporales pagani acceperūt in mercedem ab antichriſto oīa bona chriſtianorū que dicuntur veſtes eoꝝ per oēs partes mūdi Sed inter alia eorum bona erat quedā tunica inconſutilis deſup contexta per totū corpus eccl̄ie i charitas

Moraliter.

Sexta pars euāgelij.

ꝓrimoꝝ:quā nō potuerūt tyrāni auferre ab eis/
nec diuidere inter ſe.⁊ dr̄ incōſutilis qꝛ non eſt ex
humano ope ſed ex diuino munere eſt deſuper
contexta.ı. ſuper omnes alias virtutes poſita ad
contexēdum eas in vnū finem iuxta illud apo
ſtoli ad Coloſ 3 ſup omnia charitatem habete
que eſt vinculum perfectionis dixerunt ergo ad-
inuicē mūdani raptores bonorū corporaliū non
ſcindamus eā qꝛ nō poterimus ſed ſortiamur de
illa cuius ſit ı quis poterit in hac virtute chriſtia
nos imitari qđ certe videtᷣ impoſſibile qꝛ cupidi-
tas bonoꝝ tēporaliū eſt venenū charitatis/ et in
ducit multas diuiſiones inter homines ⁊ milites
quidē hec fecerunt vt impleretᷣ ſcriptura ps̄ 21 q̄
dicit partiti ſunt ſibi hoſtes mei veſtimēta mea ı
hec bona tēporalia et ſup veſtē ſpūalem que eſt
charitas miſerūt ſorte ſed qꝛ in ſorte expectatur
diuinū iudiciū ꝓueniēs ex occultiſſimis meritis
non euenit eis illa tunica qꝛ querebant bona tē
poralia Jeſus aūt ı Romanus pon aut quilibet
alius deuotus prelatus chriſtianoꝝ dicebat chri-
ſtianis vt oraret deū nō ſolū ꝓ ſeipſis/⁊ pro alijs
fidelibꝰ ſed etiā ex ꝑfectione charitatis pro infi-
delibus ꝑſequentibus eos vt in hoc ſe oſtenderet
indutos illa veſte inconſutili/ et inauferibili ab
eis ⁊ dicebat ipſe ı ꝑmis orās o pater celeſtis bo
ne ieſu dimitte illis q̄ nos ꝑſequuntᷣ hoc magnū
peccatū ne dānentᷣ tot anime ꝓpter nos ex ceci-
tate non eñi ſciūt qđ faciūt:qꝛ excecauit eos ma-
licia antichriſti peſſimi multis deceptionibꝰ.adeo
vt in hac ꝑſecutione noſtra arbitrentᷣ ſe obſequiū
preſtare deo ignorātia vero peccātis que aliquo
modo antecedit actū/⁊ eſt cauſa eius quātūcūq̧
ſit craſſa iuris/ vel affectata ſemper diminuit de
culpa/et facit peccatum magis remiſſibile quia
non eſt tātum volūtarium ſicut ſi fuiſſet factum
cum ſciētie plenitudine Hanc pij pontificis/aut
populi orationem deus ſic exaudiuit vt in eo-
dem tempore antichriſti multa turba eorum qui
ſimul aderant ad ſpectaculum martyrum/ et vi-
debant immania tormenta que fiebant eis ⁊ cū
quanta patientia/ et animi equitate illa ſuſtine-
rent chriſtiani ipſi corde cōpuncti / et percutien-
tes pectora ſua in ſignum penitentie de peccato
cōmiſſo reuertebantur ad deum petendo miſeri-
cordiam Verū oratio illa non fuit exaudita pro
antichriſto/⁊ principibus ſui exercitus/et iudici-
bus malis qui ex certa ſcientia peccabant perſe-
quentes chriſtianos.nam illi omnes fere in pec-
catis ſuis mortui ſunt ſed ſolum habuit effectū
in plebeis ⁊ minoribus qui ex ignorātia pecca-
bant ſequendo maiores nam multi ex talibus
ante mortem penituerunt / et conuerſi ſunt ad
Moralitas. deum ℂ Moraliter vero titulus penitentie qua
dragesimalis fideliū eſt ſpes quā habent de deo
ſuo que ſignificatur per caput cui titulus fuit im
poſitus ⁊ iuxta tria verba in eo poſita denotatur
triplex ſpes prima eſt ſpes glorie quia Jeſus ı
ſaluator hominum eſt deus noſter in gloria cele
ſti ſecūda eſt ſpes gratie quia nazarenus ı dans
florem gratie filijs ſuis.que eſt arra glorie/ ⁊ via
certa perueniendi ad eam tertia eſt ſpes venie ſ
peccatorū qꝛ rex iudeoꝝ ı vere cōfitentiū pecca-
ta ſua corā deo qꝛ tales ex humilitate efficiūtur
digni venia Hūc titulū demones nitūtur vel re
mouere a fidelibꝰ tollendo ſpē miſericordie dei/
et inducēdo eos ad deſperationem vel corrum-
pere dicentes noli ſcribere rex iudeorū.qꝛ diabo
lus eſt rex peccatorū.Job 41 Sed prelatus ⁊ p̄
dicator oſtendit q̄ eccleſia dei habet firmū fun-
damentum ſpei ſue qꝛ fidelis eſt deus qui pro-
miſit veniā peccatoribus/⁊ negare ſeipſum non
poteſt ⁊c̄ Veſtimēta etiā chriſti myſtici ſunt pre-
cepta dei ⁊ conſilia euāgelica de quibꝰ apoſtolꝰ
Ro 13 induimini dñm noſtrū ieſum chriſtū hec
diuiſa ſunt in q̄ttuor partes ꝓpter quattuor ſtatꝰ
principales populi chriſtiani et vnicuiq̧ eorū cō-
petunt ſua precepta ſpecialia ſed decalogus eſt
tunica omnes tegens que nō eſt diuidēda in par
tes qꝛ qui in vno eorū offendit.factꝰ eſt oim̄ reus
duo quippe ſunt ſtatus laicorū fideliū cōiugati
et ſoluti et duo eccleſiaſticoꝝ clerici ⁊ religioſi q̄
oēs comuniter ad decalogū obligantur et p̄ter
eum habēt ſpeciales obligationes ad ea que per
tinent ad vnūquēq̧ ſtatū et hoc denotāt veſtes
chriſti quarum alique diuiſe ſunt ſed nō omnes
quia non oia huius corporis mēbra eundē actū
habent ⁊c̄. ℂ Preter iudeos ⁊ milites qui dele- Septima pars euāgelij.
ctabātur de penis chriſtianorū acceſſerūt quidā
alij deriſores improperātes eis ſua tormēta q̄ſi fa
cinoroſis de quibꝰ ſubditur pretereūtes aūt legē
⁊ mandata dei qꝛ non habebāt pedes are fixos
in ea blaſphemabāt ı blaſphemias ⁊ maledictio
nes dicebant in populū dei ſic humiliatū ad pe-
nas ⁊ tormēta et mouētes capita ſua in ſignū ir-
riſionis dicebant ei vah ı maledictus tu popule
neq̧ qui deſtruis tēplum dei ⁊ in triduo illud re
edificas ad ſenſum dictū in tertia parte huius ſi
ergo vera ſunt q̄ predicabas de te ſ q̄ filius dei
es ſalua nūc teipſum ab hac preſſura tormētoꝝ:
et deſcēde de cruce hac in qua pēdes moriturus
Similiter ⁊ principes ſacerdotū antichriſti cum
ſcribis ı. doctoribꝰ ſuis ⁊ ſenioribus illudētes ei
dicebant ad alterutrū de illo hic populus alios
ſaluos fecit ſecundum iactantiā ſuam ſ gentiles
quos ab idolatria reuocauit per multa miracu-
la ⁊ modo ſeipſum ſaluū facere non poteſt q d.
ex hoc ſecūdo ſumitur argumentum contra pri-
mum ſ q̄ falſo ſe iactat de illo ſi ergo eſt rex ı.
principalis iſrael ı populorum videntiū ⁊ colen
tium deum obtineat a deo ſuo adiutorium vt de-
ſcendat nunc de cruce miraculoſe et ſine huma-
no auxilio·et tunc credemꝰ ei/ atq̧ conuertemur
ad fidem ſuam qđ non facimus quamdiu eum
videmus in tanta miſeria poſitum ſed qꝛ multū
confidit in deo ſuo pro quo ſe exponit martyrio
liberet eum deus ſuus ſi vult vt credamꝰ ei dixit
enim iſte populus quia filius dei ſum valde di-
lectus/et pro quo ipſe fecit multa miracula ſed
modo nulla videmus quare ſignum eſt quod
iſte populus eſt fatuus et non habet bonum
deū, Tertio illudebāt ei etiam milites.ı.miniſtri

iudicis/⁊ tortores accedētes ad quemlibet mar-
tyrem verādum/ ⁊ acetum amariſſimū offeren-
tes ei in ſiti ſua in agonia mortis et dederunt ei
mirratum vinum bibere cum felle mixtū ad op-
probriū ⁊ martir cum guſtaſſet illud non accepit
vł noluit bibere Quarto idipſum ⁊ latrones ſeu
homicide/ et alij malefactores qui non propter
fidem et religionem ſed propter alia ſecularia
crimina crucifixi erant cum eo improperabant ⁊
cōuitiabātur ei nam vnus ex eis ceteris inuere-
cundior blaſphemabat eum dicens ſi tu es chri
ſtus i. ſeruus dei ſanctus habēs multam partē
cum eo ſaluum te fac miraculoſe ab hoc tormē
to ⁊ etiam nos alias putabimus te eſſe tam ma
lum ſicut ſumus nos ⁊ ali⁹ dicebat ei aliā blaſ-
phemiam ⁊ ſic de multis Sed inter illos latro-
nes damnatos non defuit vnus q̄ aliū blaſphe-
mū reprehenderet dicens neq̄ tu times deum ſi-
cut alij irriſores chriſtianoꝝ quia in eadem dam
natione peccati es cum eis/ac reus eiuſdem pe-
ne nam nos quidem iuſte patimur nam digna
i. condigna ſupplicia factis noſtris malis recipi
mus a iuſto iudice ⁊ ido ſumus digni etiam irri
ſione multiplici hic vero chriſtianus nihil mali
geſſit ſed propter iuſticiam patitur iniuſte quia
ſ. non vult negare deum ſuū ac fidē quā ei pro
miſit quare potius eſſet dignus laude q̄ vitupe
rio iniuſte ergo agis tu et alij omnes deriſores
eius tunc conuerſus ad ieſum deum chriſtiano-
rum dicebat in corde ſuo iam illuminatus gra-
tia dei domine memento mei miſeri peccatoris
dum veneris ad me vocādum in regnū tuum i.
in die iudicij quādo glorioſus apparebis venies
ad nos q. d. oro vt qui nunc ego iuſte damnatus
patior ſimul cum ſeruis tuis iniuſte damnatis
in illo iudicio ſimul cum eis me recipias p tuam
miſericordiā abſolutum ab oībus peccatis meis
⁊ a penis que pro eis merebar Et quia ꝓpe eſt
deus inuocantibus ſe in veritate ſtatim dixit illi
ieſus p ſuos fideles ad eum loquentes amen di
co tibi i. pro certo affirmo q̄ non ſolū in die iudi
cij generalis qui lōge diſtat: ſed hodie in iudicio
tuo pticulari coram deo eris omnino abſolutus
⁊ eris ſtatim mecum i paradiſo ſ. ob meritū tue
Moralitas. contritionis tueq̄ ſalutifere cōfeſſionis quam in
laude dei coram pfidis expreſſiſti ¶ Moraliter
in hac quadrageſima mali chriſtiani ſunt irriſo-
res chriſti ⁊ horum quidam ex ignorantia craſſa
⁊ culpabili/ vel ex paſſiōe damnabili quaſi mo-
uetes capita ſua i. metes a recto dictamine pre-
tereunteſq̄ mādata dei ⁊ eccleſie nolunt ieiuna
re nec penitere Alij peccant ex malicia petētes
a deo miracula ad ſui conuerſionē quod eſt deū
irridere Alij ſūt hypocrite qui nō ſolū homines
ſed ⁊ deū ipſum ſe putant decepturos ⁊ iſti offe
runt deo nō vinum i. charitatem ſed acetum qđ
eſt vinum corruptum i. ſupbiam ⁊ vanitatem ac
mirratum vinum cum felle mixtum i. bona ope
ra ex genere ſed amara intētione Alij deniq̄ ve
ri penitentes ſed in diſcreti quaſi crucifixi cū ie-
ſu perdūt patientiā et blaſphemant contra deū,
qui velit delectari in penis hominum ideo inci-
tant alios vt ceſſent ab illa penitentia quod eſt
deſcendere de cruce hos reprehendunt boni et
diſcreti penitentes qui humiliter deo ſe comen-
dant ⁊c. ¶ Inter tortores ac irriſores chriſtiano- Octaua
rum aderāt quidam pij ⁊ miſericordes.qui com- pars euā-
patiebantur eis ideo dicitur q̄ in illa etate que gelij.
erat mundi hora ſexta.ſtabant iuxta crucem i. tor
mētum chriſtianorum maria mater ieſu.quā ipſi
deuote inuocabant in tormentis ⁊ alia ſoror ei⁹
ſ. ſancta mater eccleſia dicta Maria Cleophe
Maria inquā ab amaritudine vel mari.interpre
tatur enī domina maris/vel magiſtra maris/vł
amaritudinis mare Cleophe vero a gloria om-
nimoda vt ſit ſenſus q̄ martyres chriſti in ſuis
tormentis etiam in mente habebant doctrinam
ſancte matris eccleſie que ē altera dei ſponſa ſi-
cut virgo Maria ⁊ ꝓpterea dicitur ſoror eius q̄
cum ſit domina maris i. ſeculi hui⁹ p patientia:
⁊ ſit magiſtra amaritudinis i. mūdane pſecutio-
nis bene tollerande.propter ſpem illius oīmode
glorie alteri⁹ vite celeſtis aderat ⁊ Maria mag-
dalene q̄ interpretatur turris vel exaltata aut ma-
gnificata ⁊ hec erat iam nō ſoror ſed ancilla vir-
ginis Marie ſ. cōgregatio nobilium pſonarum
que conſolabatur chriſtianos in tormentis/⁊ fa-
ciebat eis aliquas eleemoſinas.Cū vidiſſet ergo
ieſus matrem ſuam orantem pro martyribus et
diſcipulum ſuum fidelem populum quem dili-
gebat.ſtante firmiter in tormentis ꝓ ſuſtinenda
fide ſua dixit matri ſue Mulier ecce filius tuus
erit iſte populus p adoptionem.quia tibi deuo-
tiſſimus te matrē inuocat ideo eum tibi tanq̄
matri cōmēdo vt ſis ei adiutrix miſericordiſſima
eo pcipue tempore quando ira dei ſeu flagellū
ſeuierit in eum⁹ vt habeat in te aliqualem conſo
latiōem:ne abſorpt⁹ nimia triſtitia deſperet dein
de dixit diſcipulo i. fideli populo p inſpirationē
vł p ſacram ſcripturā ecce mater tua ſpiritualis
erit mater mea naturalis recurre ad eam in tuis
neceſſitatibus quia pientiſſima eſt ⁊ ipſa libenter
ſubueniet tibi deuote eam inuocanti dicit enim
Job 5 Increpationem dñi i. flagellū eius ne re-
probes per impatientiā ⁊c. ſubditur voca ſi eſt q̄
tibi reſpondeat ſ. deus placatus ſin autē ad ali-
quem ſanctorū conuertere vt intercedat pro te ⁊
in hoc virginis Marie patrocinium maxime pre
ualet quare ex illa hora magne illius pſecutio-
nis accepit eam populus chriſtianus in ſuā ma
trem deuotius q̄ antea fecerat ¶ Moraliter in Moralitas
quadrageſima quando veri penitentes ſunt in
magna anguſtia ex tentatione demonum ſic vt
videātur derelicti a deo ſibi irato debent ad vir-
gine Mariā recurrere tanq̄ ad matre ⁊ hoc au-
dere poſſunt ex iure ſibi conceſſo a chriſto in cru
ce quo in Joanne totum populū chriſtianū quē
diligebat ſue matri cōmendauit in filiū adopti-
uum vt ei ſuccurreret in neceſſitatib⁹ deuote inuo
cata ſimul cum alijs ſanctis quib⁹ q̄dam ſpecia
les gratie conceſſe ſunt a deo vt inuocentur a fi-
delib⁹.ſ. iſte ſanctus i hoc negotio.ille in illo.⁊c.

ſed ceteris ꝑ partes date ſunt gratie Marie autē
omnes ſimul ideo vt Hieronymus exponit me-
rito dicitur gratia plena ⁊c̄ debent etiam fideles
in hoc ſacro tempore facere opera mie pauperi-
bus/⁊ tribulatis maxime infirmis ⁊ his qui du-
cuntur ad mortem quoniā ex illo facile coſeque
tur veniā ſuoꝝ pctoꝝ a deo Daniel 4. Pecca-
ta tua eleemoſinis redime ⁊ Luce 6 Date elee-
moſinam et ecce omnia munda ſunt vobis ⁊c̄
¶ Tāta vero erit in tempore illo tribulatio cōtra
Nona ps euangelij ecclesiam dei vt a ſexta hora .i.parte etatis ſexte
vſqꝫ ad horam i. partem nonam illius fieret te-
nebre peccatorum/erroꝝ/⁊ ignorātie craſſiſſime
in hominibus ⁊ ſol chriſtianorum i.honor ⁊ gau
dium obſcuratus eſt vel ſol i.chriſtus obſcuratus
eſt quatum ad famam ſuam Trenoꝝ i quomo-
do obſcuratum eſt aurū/mutatus eſt color opti
mus ⁊c̄ Et inualeſcente ꝑſecutione circa horam
nonam ita vt iam fideles non valerent eam ſu
ſtinere clamauit ieſus myſticus voce magna ꝓ
anguſtia ad deum dicens hebraice hely hely la
ma azabtani qđ eſt latine deus meus deꝰ meus
vt quid dereliquiſti me quia non adiuuiſti me
contra aduerſarios meos ſed abſcondēs faciem
tuā a me ꝑmiſiſti eos facere quecūqꝫ vellent con
tra me ⁊ quia hoc verbū dictum eſt hebraice no
tauit iudeos ꝑſecutores chriſtianorum de quibꝰ
maxime cōqueritur pluſqꝫ de alijs paganis qui
bꝰ nulla facta fuerat reuelatio de myſterijs chri-
ſti ⁊ eccleſie ſue Quidam tamē impiorum ac de-
riſorum illic ſtantes contra chriſtianos/⁊ audien
tes hanc voce cōqueſtionis eoꝝ dicebant ex irri
ſione ecce Heliam vocat ideſt deum dominum
in ſui adiutorium vt liberet eum a manibus no
ſtris ſed videamus modo an veniat Helias deꝰ
ſuus liberans eum ⁊ ſtatim ceperunt augere tor
menta/⁊ irriſiones chriſtianis ⁊ curres vnus ex
eis acceptam ſpōgiam i linguam ſuam que eſt
caro ſpōgioſa impleuit aceto i amaritudine in-
iurioſa ⁊ impoſuit multa peccata arundini i va
nitati chriſtianoꝝ ⁊ dabat eis bibere calice paſſio
Moralitas. nis ¶ Moraliter aūt iſta ſexta hebdomas q̄dra-
geſime eadē eſt nona ſeptuageſime et qꝛ ia diu
fideles manſerunt in labore penitētie ⁊ tentatio
nis continue quaſi fatigati clamāt voce magna
ad deum vt quid dereliquiſti nos tāto tempore
ſine conſolatione in labore maxime in hac heb-
domade i qua tenebre facte ſunt ſuper tota eccle
ſiam quia nulla ſunt leticie cātica/⁊ omnia fere
officia fiunt in tenebris ſed nihilominus mūda
ni impenitentes irrident bonos ⁊ humiles/⁊ au-
gēt eorum laborem verbis iniurioſis qđ eſt po-
tare eos aceto Similiter chriſtus videns in mul
tis chriſtianoꝝ fruſtrari fructū ſue paſſionis con
queritur de eis ad patrem dicens vt quid i.ad
que finē vel fructū dereliquiſti me i ꝑmiſiſti me
tantum pati ꝓ ingratis quod ad magnam eoꝝ
condemnationē dicetur q̄ pro nihilo reputāt be
neficiū redēptiōis ſue qui effecti ſunt de ſancto
Decima pars euangelij. pplo dei ⁊c̄ ¶ Poſt dictas irriſiones ⁊ torturas
circa finem ꝑſecutiōis antichriſti, ſciens ieſus i.
prelatus vel doctor eccleſie quia iam conſuma-
ta eſſent in populo dei oia q̄ chriſtus ⁊ ſui apo-
ſtoli ꝓphetauerant de eo circa finem mūdi paſ-
ſuro vt etiā conſumaretur ſacra ſcriptura que eſt
doctrina illius populi i vt ꝑfecte ⁊ cōſumate in-
telligeret a viatoribus dixit Sitio i deſidero ad
huc plenius bibere intelligentiam ſcripturarum
ſanctarum nō tam ſpeculatiue q̄ꝫ practice vt ſen
tiam in me experimentum omniū virtutum quas
docet.quod verbū nō intelligentes ecclie hoſtes
retorſerūt illud in iniuriam eius ⁊ hoc ex inſtin-
ctu potius diuino q̄ꝫ humano vt inde ipſe aliqđ
noui diſceret ex ſacra ſcriptura vas ergo erat tūc
temporis poſitum i diſpoſitum a deo in ſalutem
fidelium acetō plenum i amaritudine ſeu iracū-
dia hic erat Hebreorum populus qui degenera
uerat a vino bono ſanctoꝝ patrū ſuoꝝ ⁊ de ini-
quitate mundi quaſi de pleno vaſe impleti ha-
bentes cor vt ſpongiā cauernoſis latibulis frau
dulentū vnde ſequitur illi aute ſpongiam i lin-
guam ſuam aceto maledictionis plenam iſopo
i humili populo chriſtianoꝝ circūponētes quaſi
eum circūuenientes obtulerunt ori eius i predi-
catori vel ꝑlato qui eſt os vel lingua populi hoc
eſt locuti ſunt contra eū amariſſima verba iniu-
riarū poſtq̄ꝫ diutius ſimilia dixerant contra ſub-
ditos eiꝰ ſimplices Ex quo facto doctor ipſe eli-
cere potuit cōſumatam intelligentiam ſacre ſcri
pture nam cū ipſa non ſit aliud q̄ꝫ doctrina via-
torum hominū conſequēs eſt ꝙ ante finē mūdi
debeat eſſe totaliter intellecta ab hoibus ſaltem
quoad ſenſum lralem alias eſſet fruſtra reuela-
ta hominibꝰ ex quo ꝓ alia vita non eſt neceſſa-
ria ⁊ quia myſteria in ea cōtenta varia ſunt/nec
omnia ſimul implenda/ſed ꝑ ſucceſſiones tēpo-
rum ⁊ etatum ideo nō ſimul eodem tempore ab
eiſdem doctoribꝰ fidei fuit ſacra ſcriptura intelli
genda totaliter ſed paulatim ⁊ ꝑ partes itaqꝫ qui-
libet doctor ſuo tēpore intelligeret myſteria ad
ſuam etatem ꝑtinentia ſimul cum myſterijs tem
porum p̄cedentiū q̄ alijs erant iam reuelata nō
autem myſteria futura quia illa reuelāda erant
ſuis ſucceſſoribus vt expreſſe dixit angelus Da-
nieli cap̄ 12 Uade inquit Daniel qꝛ clauſi et ſi-
gnati ſunt ſermones iſti vſqꝫ ad tempus p̄finitū
a deo ⁊c̄ quia ergo ꝑſecutio antichriſti erit circa
finem mundi et poſt eam pauciſſima reſtabunt
myſteria implenda in eccleſia dei quia cito poſt
erit finis mundi merito doctor vel p̄latus illius
temporis ſciens quia omnia fere myſteria ecclie
conſumata ſunt vſqꝫ ad tempus ſuum dicere po
tuit ſitio i deſidero vt iā conſumaretur ſcriptura
ad quod ſciendum ex iudeoꝝ amara ꝑſecutione
edoctus eſt nā de eis dominus loquēs Luc 21
ait Amen dico vobis ꝙ non p̄teribit generatio
hec donec omnia fiant myſteria ſ eccleſie ⁊ tunc
vt apl's dicit Ro 11 reliqe iſrael i pauci iudei q̄
remanebunt conuertentur ad chriſtum cum er-
go videret doctor catholicus ꝙ omnia alia my-
ſteria eſſent conſumata vt conſumaretur ſcriptu
ra ꝓmittens iudeorum finalē conuerſionem ait:

ex nimio deſiderio Sitio .i. deſidero hoc iã vide⸗
re ſed quia pſecutionis eccleſie tẽpus nondum
erat impletum illi adhuc amaro animo contra
chriſtianos ſpongiam plenã aceto obtulerũt ₰c
Moralitas. ¶ Moraliter vero .i. hac quadrageſima cõſuma⸗
tur ſacra ſcriptura in officijs eccleſie quia omnia
fere illius myſteria leguntur ₇ declarantur ma⸗
xime in hac feria ₇ hebdomade ſexta de paſſiõe
chriſti que eſt omnium ſcripturarũ cõſumatio q₃
oẽs ille ſunt de chriſto Ipſe aũt in hoc ſacro tẽpo
re potius q̃₃ in alio totius anni deſiderat aiarum
ſalutem ₇ cõuerſionẽ ad deũ ₇ ait ſitio ſed mun⸗
dani ₇ peccatores irridẽtes eum/ac contenentes
vocem eius dant ei bibere acetum .i. amaritudi
nem cordis hoc eſt iram/inuidiam/₇ rancore cõ⸗
tra ꝓximos nolentes dimittere iniurias propter
deum vnde Trenoꝝ 3 conqueritur de eis factus
ſum inquit in deriſum omni populo meo ₇ can
ticum eorum tota die repleuit me amaritudini⸗
bus/₇ inebriauit me abſinthio ₰c pſal' 68 In ſiti
mea potauerũt me aceto ₇ Hiere 23 Ego te plã
taui vineam electam dicit chriſt⁹ eccleſie ₇ quo⸗
modo ꝯuerſa es mihi in amaritudinẽ ₰c ¶ Tan
Undecima pars euangelij dem expleta omni pſecutione antichriſti contra
eccleſiam dei omniq₃ malorum irriſione contra
bonos ₇ oim deniq₃ iudeorum inſultatione con
tra chriſtianos que p aceti potationem ſignifica
ta eſt cum accepiſſet ꝑlat⁹ eccleſie acetum illud
cognouit illam eſſe vltimã partem tribulationis
eccl'ie in hac vita.ideo illa trãſacta dixit Conſu⸗
matum eſt .i. omne malum culpe ₇ pene eccleſie
chriſtiane quia deinceps nõ exſpectatur niſi ma⸗
gna pax/₇ tranquillitas fidelium ac reformatio
morũ in hominibus q̃ per ſabbatũ ſequẽs ſigni
ficatur vt dicem⁹ Et in hoc verbo ſignificat̃ pri⸗
mo mors antichriſti ₇ finis ſue pſecutiõis Secũ
do cõplementũ ſacre ſcripture modo ꝑdicto hoc
eſt q̃tum ad intelligentiam ſecretoꝝ/₇ exhibitio
nem myſterioꝝ in executiõe operis Tertio ſigni
ficatur conſumatio virtutum in viris catholicis
que maxime reſplẽduerunt ſicut aurum in me⸗
dio ignis tante tribulationis vnde cũ Apoc 20
deſcripſiſſet Ioãnes pſecutionẽ antichriſti ſubdit
in cap 21 vidi celum nouum .i. clerũ renouatum
in melius ₇ terram nouam.i. plebem laicam re⸗
formatam in moribus vel p celum intelligitur
populus chriſtianus reformatus ꝑ terram notã
tur infideles ad fidem conuerſi et in hoc genus
humanũ erit conſumatum quando erit vnũ oui
le ₇ vnus paſtor/vnus rex chriſtus ₇ vna lex veri
Moralitas. tatis in omnibus ¶ Moraliter in hac feria vide
tur eſſe conſumatus ſeu finitus omnis labor pe⸗
nitentium qui p totam quadrageſimã fleuerunt
propter peccata ſua hodie vero ꝓpter cõpaſſio⸗
nem chriſti ₇ virginis Marie ac alioꝝ diſcipulo
rum eius.quaſi portantes crucem poſt ieſum qđ
eſt facere penitentiam ſuam heroicã ex applica
tione ad paſſione chriſti Unde nõ reſtant ex do⸗
ctrina eccleſie iam alie lachryme fidelib⁹ in hac
quadrageſima ideo dicit eis ꝑlatus conſumatũ
eſt hodie totũ exercitiũ ſacte obſeruatiõis ieiunij

et penẽ veſtre deinceps ꝓ ſuccedet ſabbatũ.i.
reqes a laborib⁹ ſuccedet ₇ ſeptima hebdomas
Paſchalis plena gaudijs ₇ ꝯſolatiõe ſpũali.nec
ampli⁹ leget̃ i officio eccl'iaſtico aliqđ doloroſũ.₰c.
¶ Sicut de chriſto ꝓ dicitur in euãgelio Mat Duodecima pars euangelij.
thei ₇ Luce q᷑ cõſumata omni tentatione reliq̃t
eum diabolus/₇ acceſſerũt angeli ₇ miniſtrabãt
ei ita de chriſto myſtico vere dicetur poſt tribula
tionem antichriſti quando ꝑlatus dixerit conſu
matum eſt q᷑ conſumata omni pſecutione relin
quet eum diſcedetq₃ ab eo tẽtator homo malus:
accedetq₃ angeli pacis .i. boni homines/₇ mini⸗
ſtrabũt fidelibus neceſſaria ₇ tũc ipſe Ieſus de
celo clamãs voce magna ſup pplm ſuũ dicet ad
patrem orans pater in manus tuas .i. in tuã pro
tectionem cõmendo ſpiritum meum .i. populum
meum chriſtianorũ de q̃ apoſtolus ait q᷑ qui ad⸗
heret deo vnus ſpiritus ẽ cum deo eum ergo ti⸗
bi cõmendo ne amplius in eum ꝑualeat inimi⸗
cus tribulans ipſum ₇ hec dicens inclinato ca⸗
pite .i. diuina ſua virtute ad eccleſiã quia vt apo⸗
ſtolus ait caput chriſti deus eſt emiſit ſpũm ſuũ
bonum ad conſolandũ fideles tali conſolatione
vt amplius non eſſet memoria tribulationũ ꝑce
dentium Et ecce ſubito .i. paruoq₃ tẽpore velum
templi .i. impedimentum claritatis eccl'ie dei qđ
erat exercitus pſecutorum ſciſſum eſt .i. deturba⸗
tum virtute diuina/ac debilitatum a ſummo ca⸗
pite eorum antichriſto vſq₃ deorſum .i. ad ſeruos
eius minimos vel poteſt dici velum obſcuritas
cognitionis myſteriorum ſacre ſcripture que illo
tempore tolletur vt appareant oia interiora my
ſteria eius reuelata fidelibus a ſummo myſterio
trinitatis vel incarnationis vſq₃ deorſum ad mi
nimum alicuius hois vel eccl'ie particularis vel
a ſummo .i. a pñcipio mũdi ₇ creatione rerũ.vſq₃
deorſum .i. ad fine mundi ₇ reſurrectionẽ mortuo
rum Tũc etiam terra mota eſt .i. terrena vita re⸗
mota ab hoibus ₇ petre .i. duricies cordium ma⸗
lorum ſciſſe ſunt p contritionẽ ad penitentiam ₇
monumenta plena putredine .i. aie plene pecca⸗
tis aperte ſunt p confeſſionem peccatorũ vel pe⸗
tre ſciſſe ſignificant conuerſionẽ iudeorũ monu⸗
menta aperta conuerſionẽ ſarracenoꝝ ad fidem
noſtram iudei enim indurati ſũt modo ſicut pe⸗
tre ſarraceni immũdi ſicut ſepulchra fetida In⸗
ſup illo tempore multa corpora ſanctorũ .i. exem
pla bonorum operũ q̃ dormierant .i. oblita erant
inter chriſtianos reſurrexerũt p nouam aſſuetu⸗
dinem ait enim Beda in Homelia exponens il⸗
lud chriſti dictum ſi oculus tuus fuerit ſimplex
totum corpus tuũ lucidum erit ₰c.corpus quip⸗
pe dicit opera q̃ palam cunctis apparent oculũ
vero ipſam mentis intentionem qua homo ope
ratur ₰c in tempore ergo illo renouabuntur in
eccleſia dei ſanctorum patrum mortuoꝝ exẽpla
ſanctitatis ₇ omniũ bonoꝝ virtutũ ₇ poſt reſurre
ctionem chriſti myſtici a miſeria ad felicitatem/
a culpa ad ſanctitatem ſancti antiqui exeuntes
de ſuis monumentis .i. receptaculis aiarum ve⸗
nient .i. ſanctã ciuitatem .i. ad eccleſiam dei refor⸗

mandos nam pie credi poteſt q apl'i Petrus/
et Paulus apparebunt clericis ſanctus Bene
dictus/Bernardus/et Baſilius monachis ſan-
tus Dominicus/Franciſcus et alij mendicantibus
etc. Imperator etiam chriſtianorū. qui multa bel-
la et ſeditiones fecerat contra romanū pontifice
et totum clerum tunc conuertetur et penitentiam
aget cum toto ſuo exercitu de quo dicitur Cen-
turio autem i princeps belli et qui cū eo erant in
fauore alij principes et reges chriſtiani cuſtodien
tes ieſum i romanum potificē et totum clerum
viſo terremotu p̄dicto in hominibus q̄ dicit mu-
tatio dextere excelſi et viſis his miraculis q̄ fie-
bat i eccleſia dei. et audiens q ieſus ſic clamas in
fauore ſue eccl'ie exſpiraſſet i miſiſſet de nouo ſpi
ritum ſanctum in ſuos clericos timuerunt valde
iudicium dei dicentes vere iſte homo romanus
pontifex quē pſequebamur filius dei erat p ſpe-
cialem poteſtatē ſpūalem ſup alios homines et
nos hoc non aduertebamus inter eos maxime
Centurio i imperator glorificauit deum i dedit
honorem deo dices de ſuo generali vicario ve
re hic homo iuſtus erat i iuſte defendebat ſuam
preeminētiam contra me et conſequenter omnis
turba eorum militum q̄ ſimul aderant cū impa-
tore in ſuo exercitu ad videndum ſpectaculum
iſtud i renouationē eccleſie et videbant miracula
q̄ fiebant apud eccl'iaſticos pcutientes pectora
ſua ex penitentia reuertebātur ad deū/ et prōptā
exhibebat obedientiam ſacerdotibus Stabant aūt
oes noti eius i amici romani pontificis minores
populi fidelium q̄ ei ſemper fuerat obediētes a
longe aſpicientes eum tum qz ob reuerenā eius
non audebant ei appropinquare tum quia non
poterant p̄ multitudine principū et p̄latoꝝ qui ei
de proximo ſeruiebāt Erant aute ibi etiam mu-
lieres i religiones vel ad l'ram mulieres ſancte
vt moniales virgines et vidue multe de lōge aſpi
cientes magna autoritate ei⁹ in ſuo honore Inter
quas nominatim erat Maria magdalene i reli-
gio cō emplatiua monacho um et Maria mater
Jacobi minoris i religio ſancti Franciſci humi-
lis et Maria Joſeph i religio fratrū p̄dicatorum
creſcens in ſcientia dei mater omnis bone doctri-
ne vel mater i prima medicātium et Salome i
pacifica religio cartuſienſiū et mater filiorū Ze-
bedei i religioſorū actiuorum q̄ intendunt ad re-
dimendum captiuos vel ad debellandu hoſtes
fidei nam tales religiones oportet eſſe bene do-
tatas i bonis tēporalibus quod ſonat Zebede⁹
i dos ſiue dotatus aut fluctus vehemēs Hec n
omnes religiones ſequebātur romanū ponti-
cem p obed ei tiā cum eſſet in Galilea i rota mū
dane proſperitatis ante pſecutione antichriſti et
miniſtrabant i ſeruiebant ei et alie multe diuerſi
tates bonorum hominū q̄ ſimul cum eo aſcende-
rant ab humilitate pſecutiōis Hieroſolymam q̄
eſt viſio pacis i ad pacificū ſtatū eccleſie finalis
Moralitas ¶ Moraliter bonus p̄latus in hac quadrageſi
ma videns diabolū ex gratia chriſti victum a bo-
nis chriſtianis orat p eorum pacificatione dices

deo pater in manus tuas cōmendo pplm meū.
Quilibet etiam verus penitens poſt ſuā cōfeſſio
nem et ſatiſfactione diuturniam in eleemoſinis/
ieiunijs/et orationibus in Paſchate accedet ad
ſacram cōionem dicēs deuote domine ieſu chri-
ſte nō ſum dignus etc. in manus tuas cōmendo
ſpiritum meum iam vt pie credo liberatū a po-
teſtate demonum Ex miraculis etiam poſt mor
tem chriſti enarratis et moraliter expoſitis appa
rent nimium rep̄henſibiles multi chriſtiani ſa-
xis duriores et in peccatis ſuis obſtinati in qui-
bus non ſcinditur velum cecitatis et ignorantie
poſitū ſup corda eoꝝ quod impedit eos a cogni
tione veritatis vite moralis inter alios maxie
velati ſunt/inuidi/iracundi/ et luxurioſi Anima
etiā peccatoris eſt ſicut terra arida ſine aqua gra
tie dei q̄ non eſt mota ad penitentiā in tota qua
drageſima/neqz in hac feria ſexta tales maxime
ſunt auari/et ſupbi qui nō timet dei iudicium cor
inſup eorum induratum ē quaſi lapis quod nō
ſcinditur p contritionem cogitando mala q̄ fece
rat vt ſunt plerīqz homicide/et tyranni Conſcien
tia inſup talium fetida ad modum ſepulchri ple-
ni oſſibus mortuoꝝ i peccatorū non aperitur ad
confeſſionem neqz reſurgunt ad nouam vitā vir
tuoſam cū chriſto reſurgente vt appareant mul
tis in exemplū ſanctitatis in ſancta ciuitate q̄ eſt
dei eccleſia etc. Hec ſūt oīa miracula operat de⁹
in veris penitentib⁹ q̄ fuerunt humiles et obediē
tes mādatis dei et eccleſie ac ſui p̄lati in hac ſan-
cta quadrageſima etc. Hactenus de euangelio
paſſionis chriſti quantum ptinet ad myſteria re-
preſentata in hac ſexta feria quod vero ſequitur
de ſepultura chriſti licet hodie cantetur tamē ex
ponendum relinquimus p ſabbato ſequēte qd
ppie pertinet ad quietem chriſti in ſepulchro
¶ Poſt euangeliū hodie ſancta mater eccl'ia lo- Offertorium.
co offertorij orat alta voce p toto populo chri
ſtiano et omnibus ſtatibus eius ſ p papa et om-
nibus epiſcopis ac toto clero p imperatore et re
gibus ac ceteris dominis tēporalibus p cathe-
cuminis/infirmis/captiuis/aut aliter tribulatis
p hereticis iudeis et paganis et tandem p fideli
bus defunctis tenendo modū penitus eundem
que quotidie ſacerdos miſſam celebrans obſer-
uat in ſuo memento ſecreto de quo latius dice-
mus in tertio libro huius editionis ſup canone
miſſe Hoc aute facit eccl'ia pp̄ter alteram dua-
rum rationum ſ vel moraliter vt eo die oſtendat
ſe maxime miſericorde quo recepit maximā ſui
ſpōſi miſericordiā omnibus ſtatibus hominum
factam vnde et tunc maxime audet miam dei p
omnibus inuocare vel hyſtorice ad ſignificandā
maximam charitatem eccl'ie fidelium q̄ remane
bit poſt pſecutionem antichriſti/ et deuote orabit
ad deum ſuum p reformatione omniū ſtatuum
ſuoꝝ/et p conuerſione omniū infidelium vt tan-
dem fiat vnum ouile omniū hominum ſub vno
paſtore chriſto quatenus p veram eius fidem et
doctrinam tranſeant ad ſeptimam illam etatem
in qua erit quies animarum ſanctorum Finita

orationibus p̄dictis ad idem ꝓpoſitum ſ offer-
torij p̄latus ꝓponit fidelibus crucem adorandā
deuote tum in grārumactionē deo ſuo ꝓ benefi
cio redemptionis tum ad ſignificandum cōuer-
ſionē omniūhominū in fine mundi quādo poſt
blaſphemias ꝛ opprobria facta chriſto ꝛ populo
chriſtiano iterū eleuabitur in honorē corā omni
bus crux eiꝰ ꝛ reuerēter adorabitur ab eis Verū
ante adorationem crucis p̄latus facit quaſdam
deuotas cerimonias nam diaconus eius reue-
renter eleuat eam de loco vbi iacebat in terra ꝛ
coopertam pallio nigro tenens eam in manibꝰ
ipſe cum alio ſocio incipit dicere quaſi ex pſona
chriſti pendentis in cruce hāc querellā Popu-
le meus quid feci tibi ꝛc̄ ſequitur quia eduxi te
de terra Egypti paraſti crucem ſaluatori tuo Et
reſpōdens populus valde contritus grece agyos
otheos ꝛc̄ et latine ſanctus deus ꝛc̄ petit ſibi
ignoſci dicens miſerere nobis Inter reſponden
dum vero diaconus qui tenet crucem accedens
ad altare diſcooperit vnum brachiū eius et fini
ta illa reſponſione iterum ait ex perſona chriſti
ad populum Quia traduxi te p deſertum ꝛc̄. ſe-
quitur paraſti crucem ſaluatori tuo cui iterum ꝛ
ſecundo reſpondet populus eadem verba grece
ꝛ latine petens miſericordiā dei Et interim dia-
conus magis appropinquans ad altare diſcooperit
aliud brachium crucis Tertio vero finita popu-
li reſponſione iterum ex perſona chriſti ait quid
vltra debui facere tibi ꝛc̄ ſeq̄tur aceto ſitim meā
potaſti/ ꝛ lancea perforaſti latus ſaluatori tuo et
ſilr̄ populus rn̄det/ ꝛ ſe hūiliat ad veniā vt prius
atq̄ interim diaconꝰ diſcooperit cruce totaliter ꝛ
corā altari eleuat eā dans illa p̄lato vel preſby-
tero exiſtenti in altari q̄ eleuās crucē diſcooptā al
ta voce dicit ad oēs Ecce lignū crucis in q̄ ſalus
mūdi pependit venite adoremꝰ ꝛ tunc accedunt
oēs p ordinē ꝛ deuote ſe in terrā ꝓſternētes ado
rant cruce offerūtq̄ munera ſua deo inter adorā
dum vō chorus ſacerdotū cātat plures deuotio-
nes de laudibꝰ crucis ab eccl'ia ordinatas Dicte
cerimonie ꝛ deuotiōes ad lrām pſonāt q̄rellam
chriſti meſſie iudeoꝝ cōtra pplm̄ illum q̄ maxia
cū ingratitudine beneficiorū ab eo receptoꝝ tra-
didit eum ad morte ſed poſtea p p̄dicationē apo
ſtolorū ꝓ magna parte ppl's ille contritus petijt
venia ꝛ fide chriſti recipies deuote cruce eiꝰ ado
rauit eleuatā in honore q̄ prius erat deſpecta ab
hoibus q̄ſi iaces in terra vel cooperta dedecore
Per hiſtoriā vero ptinet iſta ad fine mundi poſt
pſecutionē antichriſti na tunc p̄latus chriſtianoꝝ
noie chriſti ꝓponet q̄rellā cōtra pſecutores eccle
ſie quoꝝ plurimi fuerat chriſtiani educti a chriſto
a ſeruitute Egyptiaca diaboli ꝛ traducti p deſer
tum gentilitatis q̄draginta annis i generationibꝰ
eccleſie predictis atq̄ cibati manna euchariſtie
ꝛ aliorum ſacramentorū ac deniq̄ introducti in
terram ꝓmiſſionis optimā que ē eccl'a dei q̄ etiā
ad modu n optime vinee plantata/ cultaq̄ fue-
rat a chriſto vt faceret vinū bonum ipſi xp̄o ingra
tiſſimi pſecuti ſunt chriſtum in ſuis mebris pa-
rando eis crucē/ acetū/ clauos/ ꝛ lanceam ꝛ cete-
ra tormētorum genera prius expoſita ſed tandē
poſtea ad fidē conuerſi deuote adorabunt crucē
chriſti eis reuelatam ꝛ eleuatam a delectiōe ſua.
Moraliter etiā conq̄ritur p̄latus de malis chri-
ſtianis rurſus crucifigētibꝰ ipſum ſuis peccatis
ꝛ eū deſpectui habentibꝰ ꝛ cōmemorat beneficia
eis p̄ſtita in q̄dragesima. vbi p quadraginta an-
nos debent intelligi dies huius quadrageſime.
poſt eductionē ab Egypto. i. carnali tēpore. Mā-
na in quadrageſima fuit p̄dicatio verbi dei fre-
quentiſſima. introductio in terram promiſſionis
eſt feſtum Paſchatis proximum ꝛc̄ Sed popu-
lus ex tali querimonia contritus. reſpondere de-
bet. ſanctus deus ꝛc̄. miſerere nobis ꝛ hoc ſimul
cum vera emendatione vite vnde ad hoc pro-
teſtandum proſternit ſe ad crucem adorandā. ꝛc̄.
Tandem adorata cruce reuerēter eleuatur i ma-
gno honore cum hoc laudis cantico ab ecleſia
edito Super omnia ligna cedrorū ꝛc̄. quod fa-
cile erit ad tres ſenſus predictos adaptare poſt
conuerſionem malorum ſiue iudeorum in prin-
cipio eccleſie ſiue antichriſtianorum in fine mū-
di ſiue peccatorum in fine quadrageſime Alie
huius miſſe partes poſt predictum offertorium
vacant eo q̄ hodie vt diximus euchariſtia non
conſecratur ſed ſolus ſacerdos ſumit hoſtiam in
precedente quinta feria conſecratam cum vino
non conſercato hodie in calice poſito Quare ſa-
cerdos reuerenter accipiēs hoſtiam reſeruatam
de loco ſacro in quo abſcondita fuerat adducit
eam ad altare: ꝛ facta cōfeſſione generali. dictaq̄
oratione dominica ſ oremus preceptis ſalutari-
bus moniti. ꝛc̄. poſt fractionem hoſtie ait: domi-
ne nō ſum dignus ꝛc̄. ꝛ ſumit euchariſtiam ſicq̄
ſine certo fine miſſa illa dimittitur quaſi imper-
fecta ſed loco finis apponuntur ei veſperi lamē-
tabiliter decantati. ꝛc̄. Cuius expoſitionem hiſto
ricam in principio huius capituli diximus

## Caput ſexageſimūſeptimū

mū de ſabbato ſacto dn̄ice ſepulture quo gene-
ratio 42 eccleſie ſignificatur ꝛ finis quadrage-
ſime/ ieiunio/ ꝛ pen̄ie fideliū in pace concluditur.



Uadrageſima ſecūda eccleſie chriſtiane ge- Argumētū officij ab anno chriſti 1250 vſq̄ 1260.
neratio viguit ſub romanis
pōtificibus Gregorio nono/
Celeſtino tertio/ Innocentio
quarto/ Alexādro/ Urbano/
Clemente/ ꝛ Gregorio impe
rantibꝰ tunc Hērico ſexto/ Guillelmo/ Alphōſo/
ꝛ Richardo Et correſpondet Zorobabel in ve.
leg. qui licet natus in captiuitate babylonica tn̄
ex grā dei reductꝰ in libertatē effectus ē pnceps
ppl'i dei ꝛ aſcēdit in Hieruſalē cū magno fideliū
exercitu reedificauitq̄ templū dn̄i dicete ꝓphe-
ta Zacharia. manꝰ Zorobabel fundauerūt do-
mū iſtā. ꝛ manus eius pficient eam aſcenderunt
et cum eo Jeſus filiꝰ Joſedech ſacerdos ꝛ pon-

tifex maximus atq; Heſdras ſcriba in lege do
ctiſſimus ꝓphetaruntq; tunc tepoꝛis de chꝛiſto
Ageus/ et Zacharias Similiter in hac ge 42
moꝛtuo Friderico ſecũdo liberata eſt eccl'ia a ca-
ptiuitate tyrannoꝝ imperatoꝛum vacãte ꝑ mul-
tos annos imperio nam illi quos imperatoꝛes
noiauimus viuente Friderico contra eum fuere
electi tunc etiam papa Gregoꝛius nonus velut
alter Heſdras decretaliũ librũ copilauit ad bo-
num regime eccleſie ⁊ Urbanus quartus vt al
ter Zoꝛobabel ĩ alienus a cõfuſione eccleſiã la
tinam ⁊ romanam q̃ eſt Hieruſalem ab oppſſio
ne liberauit ſarracenoꝛũ quos Manfredus rex
Neapolitanus introduxerat atq; feſtum coꝛpo
ris chꝛiſti ꝓ reedificatione eccleſie ⁊ fidei ſolent
ter inſtituit motus foꝛte propter magnum illud
miraculũ quod tunc deus oſtendit in ſex hoſtijs
cõſecratis q̃ndo Hiſpani aragoneſes aduerſus
ſarracenos pugnarũt pꝛope Ualentiã quod di-
citur miraculum ſanctoꝛũ coꝛpoꝛaliũ ⁊ vſq; ho
die reſeruatur atq; oſtenditur reuerenter in opi-
do Daroca dioceſ ceſarauguſtane (que ẽ patria
mea) apꝺ celtiberos populos Poſſet etiam pa
pa Gregoꝛius decim⁹ dici Jeſus ſacerdos ⁊ põ-
tifex maximus qui cõcilium Lugdunenſe pau-
lopoſt celebꝛauit ꝓ refoꝛmatione eccleſie ⁊ dam
natione hereſum In hac etiam generatiõe mul-
ti ſancti viri ⁊ doctoꝛes theologi magni clarue-
rũt in ſpũ ⁊ virtute ac typo antiquoꝛum ꝓphe-
tarum ſ Alexãder de Hales/ Thomas de Aqui
no/ Bona ventura/ Hugo cardinalis/ Antonius
de Padua/ Raymundus copilatoꝛ decretaliũ
⁊ plures alij religioſi medicãtes Septimũ quoq;
legis ve ſignaculũ cui hoc ſabbatum coꝛreſpon
det incepit poſt reedificationem tepli ⁊ ciuitatis
Hieruſalem in quo data eſt iam requies popu-
lo dei ꝑ multos annos a pꝛelijs nationum data
eſt ⁊ requies pꝛophetis a laboꝛe ſcribendoꝛũ li
bꝛoꝛum ſacre ſcripture in quibus fieret ſpecialis
metio de viris iuſtis illius populi qualis facta
fuerat in ſex tepoꝛib⁹ laboꝛioſis p̃cedentibus in
ve le Nam ſicut populo dei a captiuitate Egy
ptiaca exeunti ⁊ panem celi ĩ manna in deſerto
comedeti p̃cepit deus ꝙ die ſexto cuiuſlibet heb
domadis colligeret duplicẽ mẽſuram manne ꝑ
ſingula capita ſ pꝛo ſexto ⁊ ſeptimo die ĩ quo nõ
licebat laboꝛare ſed erat ſabbatũ ſ requies do-
mini ita nimirum in ſexto tempoꝛe ve le gemi-
nata ſũt myſteria ſigilloꝝ libꝛi clauſi ĩ bella po-
puli dei vt dictum eſt de duab⁹ hiſtoꝛijs Judith
⁊ Heſter duplicati ſunt etiam pꝛophete ſcripto-
res ſacroꝝ libꝛoꝛum quia bini ⁊ bini miſſi ſũt vt
Eſayas/ ⁊ Hieremias Ezechiel/ ⁊ Daniel Age⁹/
⁊ Zacharias ⁊c̃ quatenus in ſeptimo tempoꝛe
quod datum eſt illi populo in ſabbatũ vt alias
diximus quieſcerent a pꝛelijs et a ſcribendis li
bꝛis in quib⁹ mãna celeſte cibus ſ aiarũ cõtinet
In ſeptimo etiã quoq; anno nõ licebat eis ſcd̃m
lege arare/ ſeminare/ aut metere fructus ſed ſext⁹
annus ꝓferebat duplices fructus pꝛo ſexto ⁊ ſe
ptimo anno quouſq; octauus ãnus cum nouis
fructibus adueniſſet q̃ ſignificabat octauũ tem-
pus ſ incarnationis chꝛiſti in q̃ iterum erant co-
lẽda noua ſemina verboꝝ dei dicẽte dño Leui
25 donec naſcatur noua comeditis vetera come
detis inq̃ vetuſtiſſima veterum ⁊ nouis ſupue-
nientib⁹ vetera pꝛoijcietis ⁊c̃. eodem modo poſt
ſex tempoꝛa laboꝛioſa ve le quibus ſemina ſpi-
ritualia in hoꝛreis ſacroꝝ libꝛoꝛum collecta ſunt
duplicato etiã ſexti tẽpoꝛis laboꝛe ſucceſſit ſepti-
mũ requietionis tepus In ſeptima quoq; aper
tione no le q̃ erit poſt tribulationẽ antichꝛiſti ca-
pietur beſtia vt dicit Joannes in Apoca cap̃ 19
et pſeudo pꝛophete/ ⁊ mittentur in ſtagnũ ignis
ceſſabitq; laboꝛ ꝓplĩ dei a ꝑſecutiõe tyrãnoꝝ here
ticoꝝ/ ⁊ infideliũ Unde ex his q̃ ĩ hac hebdoma
de ſancta dicta ſunt de ſex ſignaculis ⁊ eoꝝ ap
pertionibus patere poteſt quo oꝛdine ⁊ pꝛofectu
ꝑducit de⁹ opera ſua ⁊ myſteria eccleſie vſq; ad
fines ſeculoꝝ ⁊ ꝙ ſicut in ſexto tempoꝛe le ve tri
bulatio validiſſima geminata eſt pꝛopter ſabba
tum ſeques in quo laboꝛare non licuit ita in ſex
to tempoꝛe eccleſie ſimilia credenda ſunt ma-
la geminada vt poſtea requieſcat in ſeptimo po
pulus dei ab operib⁹ tribulationũ. Et ſicut ĩ ſex-
to die chꝛiſtus verus paſſus ẽ ⁊ requieuit die ſe-
ptimo in ſepulchꝛo ſic ⁊ chꝛiſtus myſticus in ſex
to tempoꝛe huius no le patietur vt poſtea ve-
niat ei ſabbatum reqͤtionis in ſepulchꝛo huius
vite niſi foꝛte pacem illã aliquantulũ interrum-
pat tribulatio talis qualis ſcripta e in libꝛo Ma
chabeoꝝ ſub peſſimo Anthioco q̃ in ſeptimo tẽ-
poꝛe ve le facta eſt Purgata ergo eccleſia ĩ ſuo
ſeptimo tempoꝛe ab omni tribulatione aſcendet
quaſi dux de babylone põtifex videlicet magn⁹
eccleſie dei quaſi renouate Hieruſalem aſcedet
ĩ iquã non paſſibus coꝛpoꝛis ſed virtute et gra-
tia dei quia dabitur ei poteſtas ac libertas cõuo
candi eccleſiam chꝛiſtiana/ ⁊ refoꝛmãdi eã ꝑ ma-
nifeſtam p̃dicatione veritatis Incipietq; tũc ite-
rum regnare dñs deus exercituũ ſup vniuerſam
terram ⁊ non regnabit vlteri ſuper fideles chꝛiſti
rex tyrannus/ aut ydoloꝛũ abhominatione pollu-
tus ⁊ enim auaricia ydoloꝝ ſeruitus e teſte apo-
ſtolo q̃ etiam de luxurioſis ait quoꝛum de⁹ ven
ter eſt Sed redemptoꝛ noſter chꝛiſtus regnabit
ſolus in ſua eccleſia contrita iam ſtatua illa qua
drifida ĩ contritis auro/ argẽto/ ere/ ⁊ ferro/ ac te-
ſta flagello ãtichꝛiſti deletiſq; omnib⁹ his a qui-
bus paſſa eſt eccleſia nam p̃dicta omnia ad re-
gnum ꝑtinent babylonis ⁊ beſtie in quoꝛũ deſo
latione vniuerſa hec peribunt ⁊ poſtea erit ſab-
batum reqͤtionis ſctificatum ⁊ benedictum a
deo ⁊ poſt ipſum parum ante die iudicij vniuer-
ſalis erit reſurrectio chꝛiſti myſtici/ ⁊ aſceſio eius
in celum ſedebitq; ad dexterã dei ĩ in gloꝛia ei⁹
in eternum que ſignificabuntur in feſtis ſequen
tibus reſurrectiõis ⁊ aſcenſionis chꝛiſti veri Has
ergo tempoꝛũ qualitates hoc eſt 42 ge eccleſie
⁊ ſeptimi tepoꝛis ſexte etatꝫ repꝛ̃ſentat hoc ſabba
tũ ſanctũ nã quoad pꝛedictam generatione. 42.
abſoluuntur ieiunãtes a captiuitate totius qua-

drageſime legūtur hodie multe lectiões diuerſo-
rum prophetarum ſacre ſcripture ⁊ introducun-
tur cathecumini ad eccleſiam q̄ eſt Hieruſalē q̄
antea exulabant ab ea quaſi in captiuitate pe-
nitentie poſiti ⁊ ſimilia geſta ſunt in eccleſia illo
tempore ſe 42 vt p̄diximus Sed quoad ſepti-
mum tempus hoc ſabbatū vacat ab officio miſ-
ſali quēadmodū ſupra diximus de ſabbato poſt
cineres quod ad ſignificādum ſabbatum .i. ſepti-
*mum tempus vel.le non habebat proprium offi*
cium vnde ⁊ de ſabbato dñice ſepulture (quā ho-
die cōmemoramus) dicitur Luce 23 q̄ ſancte il-
le mulieres q̄ parauerant aromata ſabbato qui-
dem ſiluerunt ſecundū mādatum ſabbatizat er-
go .i. ceſſat ⁊ vacat hodie officium eccleſiaſticū fe-
re ꝑ totum ⁊ ſolum habet officium pro nocte ſe-
quente.in qua iam licuit mulieribꝰ aliquid ope-
rari ⁊ .i. qua corpus chriſti a ſepulchro reuixit qđ
ꝑ totum hunc diem ibi quieuerat ⁊ ſimiliter cor-
pus eius myſticū in ſeptimo tempore quieſcet a
laboribus ſuis reſurgetq̄ȝ poſtmodum ad nouā
vitam .i. nocte p̄ſentis myſterie Et licet de myſte-
rijs p̄dicti officij multa egregia ſcripſerit autor
libri rationalis in ſexto ſui operis libro ad ſen-
ſum fere litteralē de myſterijs paſſionis ⁊ reſur-
rectionis chriſti atq̄ȝ cathecuminis hodie bapti-
zandis ſuperaddam ego ad ſenſum hiſtorialem in
toto hoc opere intentum q̄dam gloſemata vt ex
vtraq̄ȝ expoſitione clarior fiat huius officij intelli-
gentia Nam ſicut ille benedictionē noui lumi-
nis ac incenſione cerei paſchalis refert ad pre-
dicationem noue legis in primitiua eccleſia vel
ad fidem nouiter ſuſceptam a cathecuminis in
hoc ſabbato baptizandis ita ego idem myſteriū
referā ad illuminationē doctrine 42 ſe in qua
etiam noue leges ꝓmulgate ſunt in eccleſia vel
ad ſeptimum ſexte etatis tempus in quo reno-
uabitur doctrina fidei ⁊ morꝫ in eccleſia. Et ſicut
extinctio veteris luminis ante noui incēſionem
⁊ benedictionem ſignificat (vt ille ait) ceſſationē
legalium cerimoniarum q̄ erant lumē imꝑfectū
vel ceſſatione vite prioris infidelitatis in cathecu-
minis ita opinor ego eā ſignificare ceſſationem
ſecte antichriſti ⁊ ꝓſperitatis mundane malorū
in predictis temporibus Et ſicut ornatus eccl'ie
⁊ altarium denotat gloriā reſurrectionis chriſti ⁊
gaudium ſuorum fideliū vel leticiā baptizando-
rum huiꝰ diei in eccl'ia ita denotat ſimile diſpo-
ſitionem ſeptimi temporis quoad honorē chriſti
⁊ fidelis populi qui ſub ꝑſecutione antichriſti in
ſexto tempore fuerant dehonorati idem diximꝰ
de ſe 42 reſpectu 41 vnde in benedictione ce-
rei fit mentio de victoria noſtri regis ⁊ de ſpolijs
que accepit a ſuis aduerſarijs ſiue demonibus/
ſiue tyrānis/ſiue āntichriſtianis ¶ Lectiões vero
ſiue quattuor/ſiue ſex/ſiue duodecim/ſiue etiam
vigintiquattuor quibꝰ adduntur ſingule oratio-
nes ad modū expoſitionū earum ⁊ intermiſcen-
tur quattuor cantus chori ⁊ ſi apte applicentur
ad primitiuā eccleſiam vel ad laudem baptiſmi
cathecuminorū q̄ ſignificata ſunt in primordijs

Benedictio cerei paſchalis

Lectiões ⁊ cantus

ſingularum etatum ⁊ ꝓnūciata in oraculis pro-
phetarum poterunt etiā nō minus apte applica-
ri ad ſeptimum eccleſie tempus: cuius myſteria
q̄ magna p̄figurata ⁊ ꝓphetata fuere ꝑ ſingu-
las mundi etates nam tunc creabitur noua lux
fidei ⁊ nouus homo ad imaginem dei ⁊c̄ tunc ꝑ
arcam eccleſie ſaluabuntur fideles a diluuio pec-
catorum: tūc Iſaac .i. populus chriſtianus ꝑ an-
gelum liberabitur a tentatione perditionis: tunc
Moyſes .i. prelatus educet populū ſuum a capti-
uitate antichriſti ꝑ mare rubrū penitētie: tūc de-
niq̄ȝ populus fidelium canticū leticie proferens
dicet. Cantemus domino laudemꝰ deū glorioſe
enim magnificatus eſt ſup nos ⁊c̄ apparebunt ⁊
ꝓphete ſeu p̄dicatores multi clamantes omnes
ſitientes venite ad aquas ⁊c̄. audi Iſrael māda-
ta vite ⁊c̄ ⁊ dicet p̄latus facta eſt ſuper me manꝰ
domini.⁊c̄ et apprehendent ſepte mulieres .i. ſe-
ptiformis gratia ſpūſſancti virū vnum ⁊c̄ ⁊ crea-
bit dñs ſup omnem locum mōtis ſion .i. eccleſie
dei/nubem refrigerij ꝑ diem ꝓſperitatis ⁊ ſplen-
dorem ignis ꝑ noctem aduerſitatis eritq̄ȝ prote-
ctio fidelium a turbine ⁊ a pluuia ⁊c̄. Cantabit ⁊
tunc tota eccleſia fidelium vinea facta ē dilecto
meo.⁊c̄.fiet etiam verbū dñi .i. inſpiratio ⁊ reuela-
tio ad Ionam .i. p̄dicatorem filiū Amathi .i. verita-
tis aut vere doctrine vt .i. eccl'ia dei q̄ eſt Niniue
p̄dicet penitentiā pro peccatis p̄teritis.⁊c̄. ⁊ con-
ſolans chriſtus fideles dicet eis: nunc ſanctifica-
bo nomen meū in vobis ⁊ congregabo vos ⁊c̄.
⁊ loquetur Moiſes ꝑ os p̄dicatoris contra ꝓter-
uiam iudeorum inuocando cōtra eos celū ⁊ ter-
ram donec cōuertantur ad fidem dicens attende
celum ⁊ loquar ⁊c̄. Tandem conſumetur vt dixi-
mus ſtatua regis babylonis .i. cupiditas tempo-
ralium bonorꝫ: liberabitq̄ȝ angelus dei tres pue-
ros .i. fidos dei trini de medio fornacis ignis lu-
xurie ardentis in carne ſua ⁊ faciet medium for-
nacis quaſi ventum roris gratie dei refrigeran-
tem ⁊c̄. ⁊ totus populus dicet cāticū hoc ſicut cer-
uus deſiderat ad fontes ⁊c̄ orabitq̄ȝ pro eis ſa-
cerdos Omipotēs ſempiterne deus reſpice propi-
tius ad deuotionem populi huius ⁊c̄ Conuerſis
deniq̄ȝ ad fidem infidelibus/iudeis/⁊ paganis/
ac ſarracenis deuote incipient omnes inuocare
trinitatem dicētes kyrie eleyſon .i. dñe miſerere
pater de celis deus miſerere nobis ⁊c̄. ad quam
miam impetrandam petent ſanctorꝫ interceſſio-
nem .i. virginis Marie/angelorꝫ/apoſtolorꝫ/mar-
tyrum/confeſſorꝫ/⁊ virginum dicētes cuilibet eo-
rum ora pro nobis ſicq̄ȝ totam letaniam ꝑficiēt
laudantes deum ⁊ oēs ſanctos eius quos prius
blaſphemauerant. venietq̄ȝ deuote ad babtiſmū
facti iam cathecumini chriſti ⁊c̄ Poſt baptiſmū
vero non reſtabit niſi vt reſurgāt cum chriſto ad
nouam quandā vitam ſpūalem in qua nihil ter-
renum ſapiant ſed mortui mūdo viuant deo ex-
ſpectantes aduētum chriſti ad iudicium vt cum
ille apparuerit in gloria appareant ⁊ ipſi glorio-
ſi cum eo ¶ Moraliter vero hec omnia myſteria
ad ieiunantes ꝑtinēt q̄ poſt tribulatiões ac tenta-

Letania et baptiſmi.

Moralitas.

riones totius quadrageſime: tranſeũt hodie qua
ſi a captiuitate in libertatem/ a labore ad quie
tem/accenſa quaſi noua luce iocũditatis in offi
cio eccleſiaſtico agente iam de gloria dominice
reſurrectionis/abiectis retro lamentis penitẽtie
⁊ paſſionis vnde extincto veteri lumine vite p̃te
rite. accenditur et benedicitur nouum lum̃e vite
quiete dicente apoſtolo Ro 6 ſicut chriſtus re-
ſurrexit a mortuis ꝑ gloriam patris ita ⁊ nos in
nouitate vite ambulem⁹ ſ ꝑ gratiam ſuam quã
nobis inſinuauit reſurrectio nr̃i ſaluatoris Ce-
reus q̃ hodie conſecratur eſt verus penites deo
dicatus cuius virtuoſa vita ⁊ ſancta conuerſatio
lucet in populo dei nam cera candida e caro pu
rificata ⁊ caſta lignium e anima ſãcta charitate
plena lumen conuerſatio honeſta ⁊ fructuoſa le-
ctiones multiplices huius officij eque bene poſ
ſunt adaptari ad declarandas virtutes ſacramẽ-
ti penitẽtie ſicut baptiſmi ꝑ figuras ⁊ ꝓphetias
Cantus ſunt gratiarũactiones humilium peni-
tentiũ de hoc q̃ deus ꝑduxit eos ꝑ totam qua-
drageſimam ad portum tam amenũ ſine offen-
ſione notabili nauigantibus enim nobis in huius
mundi pelago valde ꝑtimeſcendum erat ne nauẽ
noſtram i animã aut ꝓcella tempeſtatis arripe
ret/aut fluct⁹ abſorbere/ aut ſcopulus quateret/
aut i eternam p̃dam pirata crudelis abduceret
ideo cum ꝑuenimus ad portum incolumes ma-
gnas deo gratias agere debemus Deniq̃ȝ cũ le-
tania i ꝓceſſione aut rogatiõe multiplici ad deũ
⁊ virginem Mariam/ac omnes ſanctorũ ordines
veniendum erat penitentibus ad piſcinam gra-
tie ⁊ mĩe dei vt abluat ac mundet eos a ſordib⁹
De ſepultura chriſti euangelium. peccatoꝝ ⁊ induat candidis veſtibus virtutũ ⁊c̃
¶ Sed anteq̃ȝ miſſale officium hui⁹ ſãcte noctis
aggrediamur declarandum eſt myſterium dñice
ſepulture ꝓcedẽdo ꝑ textum monoteſeron vt
prediximus in paſſione hoc enim ſolum reliqui-
mus ex euangelio precedentis ferie quaſi valde
accõmodum hodierno myſterio dominice ſepul
ture quod etiam ad ſepulturam eccleſie moral'ẽ
ꝑtinet Habet hoc euangelium mor ſolito tres
partes Prima eſt de lateris apertura Secũda
ibi cum ſero factum eſſet ⁊c̃ de corporis depoſi-
tura Tertia ibi acceperũt ergo corpus ⁊c̃ de ſal
Prima ps euangelij. uatoris ſepultura Ergo peractis myſterijs paſ-
ſionis chriſti myſtici ta in ge 41 q̃ȝ in ſexto tem-
pore eccleſie de q̃bus in cap̃ p̃cedẽte iudei quo-
niam Paraſceue erat ⁊c̃ i tẽpus quo ia p̃para-
batur requies eccleſie dei i hac vita hoc eſt quia
erat finis ſexti temporis in quo facta eſt p̃para-
tio purgatoria chriſtianorum a peccatis ꝓ ſepti
mo tempore mundo ⁊ pacato iudei accuſatores
inuidi vt non remanerent corpora occiſorum in
cruce vſq̃ȝ ad ſabbatum i tempus ſeptimũ (erat
enim magnus i ſolẽniſſimus ille dies ſabbati
in quo iam nõ erit futura crux ſeu ꝑſecutio chri-
ſtianoꝝ) incitati ſũt a ſpũſancto rogauerũt Pila
tum i iudice antichriſti q̃ cõdẽnabat eos ad mor
tem vt frangerẽtur chriſtianoꝝ crura i ſuſtẽtamẽ
ta q̃ ſunt milites bellicoſi, ⁊ tolleretur de medio.
nam ſic oẽs chriſtiani deficerent nec remanerẽt
aliq̃ ad ſolẽnizãdũ tẽpus ſeptimũ glorioſũ q̃uis
enim iudei ſint mali hoĩes ⁊ ſceleratiſſimi tamẽ
ꝑ eos multa myſteria oꝑatus eſt de⁹ q̃ ipſi non
intendebãt. In ꝓpoſito ergo iudei hoc rogantes
iudicẽ intẽdebat oĩno delere chriſtianos de terra·
de⁹ aũt intendebat vt tota ꝑſecutio eccl'ie tũc fi-
niretur/ ⁊ non remanerent ꝓ ſeptimo tẽpore ali
qui fideles cruciandi ideo incitauit eos ad ꝓcu
randum cõſumationẽ martyrij chriſtianoꝝ vene
rũt ergo milites iudicis q̃ acquieuit annuitq̃ȝ pe
titioni eoꝝ ad cõſumandũ martyrium fideliũ et
ne viderentur iniuſte aut malicioſe agere contra
chriſtianos fregerũt aliorum dãnatorũ crura ad
ſenſum datum anteq̃ȝ chriſtianoꝝ ad ieſum aũt
i populum chriſtianum cũ veniſſẽt vt ei ſimilia
facerent viderunt eum iam mortuũ i oĩno perdi
tum ⁊ deiectũ ſine fauore ⁊ robore belli ideo nõ
fregerunt eius crura i non curarunt magis ꝑſe-
qui milites ⁊ robuſtos chriſtianoꝝ ſed ꝑmitten-
te deo vnus militũ antichriſti i in vna parte ter-
re lancea ſue ꝑſecutionis aperuit latus populi
chriſtiani q d cum eccleſie cor ſit Roma et Ita-
lia. q̃ habet quaſi latera ſua Germaniã ⁊ Unga
riam in aliqua earũ fiet tam ſeua ꝑſecutio con-
tra chriſtianos vt cor eccleſie videatur apertum
⁊ ſine ꝓtectione relictum quo facto continuo i.
ſtatim exiuit ſanguis martyrum i magna abun-
dantia ex Roma ⁊ Italia exiuit ⁊ aqua lachry-
marũ populi dei afflicti ⁊ ipſe ſaluator noſter q̃
hoc malum vidit ꝓphetice dum i terris ageret:
teſtimonium ꝑhibuit Matthei 24 ⁊ verũ i veri
ficatum eſt teſtimoniũ eius in ſexto tẽpore eccle
ſie ꝑ operis executionem ⁊ ille ſcit quia vera di
cit/ ⁊ vera facit dicta ſua ad experientiam vt vos
ſic experti credatis ei in omnib⁹ alijs Facta ſunt
autem hec myſteria in eccleſijs dei ſexto tempore
vt ſcriptura ꝓphetica chriſti impleretur in dicto
cap̃ Matthei q̃ hoc in ſentẽtia cotinet os nõ cõ-
minuetis vos ꝑſecutores ex eo ſ populo fideli
cuius oſſa virtutes ſunt ⁊ ille licet fuerint cõtur-
bate in ꝑſecutione antichriſti non tamẽ fuerunt
cõminute aut fracte q2 propter electos breuia-
buntur dies illi mali ne totaliter frangantur ad
uerſitate ⁊ ſuccũbãt in ea ⁊ iterũ alia ſcriptura ſ.
Apoc. cap̃ 21 dicit de ſeptimo tẽpore eccl'ie i ſen-
tentia videbũt hoſtes chriſtianorum populũ dei
que ipſi pupugerunt vel trãſfixerũt eleuatum in
magnam gloriã ⁊ habentem poteſtate ſuꝑ eos.
ideo admirates turbabũtur timore horribili ⁊c̃
¶ Moraliter hec lateris chriſti corporalis aper Moralitas.
tura q̃ etiam cor eius fuit apertum ſignificat pe
nitentis cordis aperturã affectualem q̃ triplex eſſe
poteſt prima ꝑ cõtritione/ſecunda ꝑ cõpaſſionẽ/
tertia ꝑ dilectionẽ contritio n aperit cor vt inde
exeat ſanies peccati vnde etiã aperit os ad con-
feſſionem/ ⁊ manus ad ſatiſfactionẽ compaſſio
quoq̃ȝ ad proximũ miſeriã patienti aperit cor vt
exeat inde viſceroſa pietas vnde etiam aperit os
ad conſolationẽ eius/ ⁊ manus ad ſubuentione di-
lectio inſuꝑ ad deũ aperit cor hoĩs vt inde exeat
fluuius

fluuius amoris vnde etiam aperit os ad dei lau
dem/τ manus ad religioſam actionē. prima iſta
rum apertionū fit cum dolore/ſecunda cū teneri
tudine/tertia cum delectatione. per primā cor euas
cuatur/per ſecundam dilatatur/per tertiā adim
pletur qꝛ homo per primam ſentit ſeipſum/per ſe
cūdam etiā proximum/ per tertiā ieſum chriſtū/
propter primā monumenta aperta ſunt/propter
ſecundam petre ſciſſe ſunt/propter tertiam velū
templi ſciſſum eſt. in prima Job ſaniē vlcerū te
ſta radebat/in ſecūda canes lambūt Lazari pau
peris plagas/in tertia cor deuotū recipit vulnera
chriſti dicens ego n ſtigmata dn̄i mei ieſu chriſti
in corpore meo porto. adeo vt in apertura lateris
chriſti τ infixuris clauorꝫ aīa velut colūba in ni
do requieſcat in foraminibꝰ petre τ i cauerna ma
cerie. petra aūt erat chriſtus i quo deuoti ſabba
tizant conſepulti ei per meditationem τc̄. Cum
autem sero .i. finis ſexti temporis laborioſi factū
eſſet qꝛ vt diximus erat paraſceue .i. preparatiuū
chriſtianorꝫ qđ eſt ante ſabbatū quietiſſimi tēpo
ris ſeptimi. decreuit deꝰ finē laboribꝰ imponere:
ideo ex inſpiratione diuina venit ad fideliū con
ſolatione. homo quidā .i. humanus aut beniuo
lus princeps. diues in mis/vel diues in pecunia
ad faciendas largas eleemoſinas nobilis gene
re ſed nobilior virtute: quia bonus in ſe τ iuſtus
ad proximos decurio .i. decalogi obſeruator no
mine Joſeph quod eſt augmentum vel profectus
vite ſpiritualis ortūdus ab Arimathia q̄ interp̄
tatur lux mortis dn̄i. qꝛ deuotꝰ ad paſſionē chri
ſti τ diſcipulus erat ieſu .i. chriſtianus ſed occultꝰ
propter metū tyrannorꝫ q̄ vigebāt in ſexto tēpore.
hic non conſenſerat conſilio τ actibus τ eorum
cōtra chriſtianos qui etiā expectabat regnū dei
i ſeptimū tēpus i quo iterū regnaret chriſtꝰ ſup
terrā q d poſt mortē antichriſti inſurget i fauorē
chriſtianorꝫ aliq̄s magnꝰ p̄nceps i p̄ncipio ſepti
mi tēporis vel poſt mortē Friderici tyrāni inſur
rexit in ge. 42. alius bonus imperator in fauorem
eccliaſticorū vel poſt vitia clericorū inſurrexit in
eadem generatiōe nouus pon. romanꝰ q̄ eos re
formaret ſanctis ordinationibus/τ faueret bonis
religioſis q̄ tunc incipiebāt florere in ecclia dei.
Poteſt quarto p ipſum Joſeph ſignificari ſtatꝰ
nouorꝫ religioſorꝫ q̄ magno zelo τ deuotiōe pu
gnans cōtra hereticos pacauit eccliam dei vt fi
des catholica ſabbatizaret i ceſſaret a prelijs he
reticorꝫ τ de quolibet eorꝫ ſuo modo poteſt intel
ligi qđ ſequitur τ ille princeps audacter introiuit
ad Pilatū i iudicē qui hoc facere poterat τ pe
tijt donari ſibi corpus myſticū ieſu quod eſt ppl's
chriſtianus vt frueretur aliquātula pace τ liber
tate. Pilatus autē p̄dictus audita petione mira
batur ſi iam obijſſet pſecutor chriſtianorꝫ tā cito:
qꝛ propter electos breuiabit dn̄s dies illius pſe
cutionis τ accerſito Centurione .i. principe mili
tie illius pſecutoris interrogauit eum ſi iam mor
tuus eſſet dn̄s eius τ cum cognouiſſet hoc ita ſe
habere donauit libertati corpus myſticum ieſu
iuſſitq; ſibi .i. Joſepho reddi qđ petebat. ſicq; da

ta eſt libertas ecclie et ceſſauit pſecutio malorū.
Joſeph autē .i. princeps p̄dictus mercatus Sin
donē .i. mundā fideliū cōuerſationē/ac deponens
eum a cruce pſecutionis ſeu miſerie inuoluit to
tum corpus ecclie Sindone munda reformatio
oibus ſtatibꝰ fideliū venit etiā cū Joſepho .i. p̄n
cipe vel prelato predicto Nichodemus .i. victoria
populi. qui etiam erat religioſus. hoc ē venit bo
nus prelatus religionis vel ſtatus religioſorū. q̄
primū .i. in priore tēpore eccleſie ſub ſancto Be
nedicto τ alijs patribus venerat ad ieſum nocte
.i. in obſcuritate vel deiectione. hoc eſt antecꝫ re
ligioſi haberēt claritatē τ fauorē in ecclia dei. hic
ergo ſtatus boim venit iterū in claritate ad p̄nci
pem vel p̄latū ecclie ferēs mixturā mirre τ aloes
.i. regulā vere pēſile q̄ preſeruat a putrefactione/
τ amara ē ſicut mirra/τ cōfortat mētē ſicut aloes
corpus in q̄ regula religioſorū ē multa mixtura
p̄ceptorꝫ τ conſiliorꝫ bonorꝫ. p̄latꝰ ergo cū religio
ſis acceperūt corpus eccleſie τ ligauerunt illud
lintheis ſtatutorꝫ ſāctorꝫ. vel ex mādato ſuperioris
vel ex proprio voto cū aromatibꝰ bonorꝫ exemplorꝫ
vite ſue/τ aliorꝫ ſanctorꝫ: ſicut mos ē iudeis .i. chri
ſti cōfeſſoribꝰ ſepelire .i. claudere τ quietare eos
qui ſue gubernationi ſubditi ſūt ¶ Ex dictis er- Moralitas.
go in hac ſcđa parte conſtat diſpoſitio ecclie dei
q̄lis fuit in ge. 42. τ qualis erit in ſeptimo tēpo
re ecclie ſ. q̄ fauore τ diligētia bonorꝫ p̄ncipū vel
pōtificū/ac etiā religioſorꝫ ipſa liberabitur a labo
ribꝰ pſecutorꝫ τ reformabit in moribꝰ quoad oēs
boim ſtatus remoto ab ea omni malo culpe/et
pene. Sicut etiā moderni p̄lati/vel curati/ac etiā
p̄dicatores hodie finē imponētes ieiunio/ac ſmo
nibꝰ de penis liberāt fideles a laboribus q̄dra
geſime τ inuitādo eos ad deuote cōicandū refor
māt in moribꝰ vt ſint parati reſurgere cū chriſto
in Paſchate ad nouitatē vite ſpūalis. Erat autē Tertia ps euāgelij.
in loco vbi chriſtus crucifixus eſt i in memoria
paſſionis eiꝰ erat fidelibꝰ 42 ge vl' ſeptimi tem
poris: hortus amenitiſſimus ſ. ſacra ſcriptura tam
no. q̄ ve. teſtamēti q̄ tota eſt de chriſto ideo dr̄ q̄
in horto illo erat edificatū monumentum nouū .i.
memoriale mortis τ ſepulture chriſti qđ fideles
renouat quādo mētaliter ſepeliūtur in eo p deuo
tam meditatione q d exercitium ſāctorꝫ. 42. ge
τ ſeptimi temporis eccleſie totum fuit τ erit ſtu
diū ſacre ſcripture q̄ eſt hortus cōtinens monu
mentū chriſti Job 5 effodiētes theſaurū ſ. ſapiē
tie gaudēt cū inuenerint ſepulchrū Joſeph itaq;
.i. bonꝰ p̄latꝰ ecclie cū Nichodemo .i. religioſo ſta
tu poſuit corpꝰ ieſu myſticū in monumento ſuo
nouo qđ ipſe labore p̄dicatiōis/τ vomere lingue
ſue excidit in petra indurati cordis obſtinati pec
catoris in quo ſepulchro nōdum poſitus fuerat
quiſquā mundanorꝫ vſq; ad tepus dicte reforma
tionis in quo multi ad deum cōuerſi effecti ſunt
magni contemplatiui paſſiōis chriſti τ aliorꝫ myſte
riorꝫ nr̄e reparationis quaſi abſconditi in ſepul
chro chriſti a perturbationibꝰ ſeculi ibi ergo propter
Paraſceuē iudeorꝫ p̄teritā τ qꝛ iuxta i prope erat
futurum monumentum totiꝰ mundi .i. finis ſeculi

τ

et breuis hominum vita: poſuerũt ieſum i popu
lum chriſtianum boni plati ꝛ religioſi quatenus
in hoc ſepulchro cuſtodiretur illeſus a turbine/ꝛ
a pluuia. que ſunt mundane tentationes Et ad-
uoluit Joſeph ſaxum magnũ.i.pondus penarum
eccleſiaſticarũ contra trãſgreſſores q̃ taxantur in
magno volumine decretalium ad hoſtium mo-
numenti legis dei ꝛ abijt.i. deceſſit i pace eccl'ie
Maria aũt magdalene/ꝛ Maria Joſeph/ ꝛ alie
mulieres.i.religiões ſancte de quibus ſupra aſpi-
ciebãt deuote vbi ꝛ quomodo poneretur i diſpo
neretur corpus eccleſie in hoc tẽpore magni ſab
bati ei9 ꝛ erant ſedẽtes i quiete contẽplãtes con
tra ſepulchrum chriſti.vt p deuotas meditatiões
ibi ſepelirentur cum eo ꝛ celebrarẽt inquiete hoc
ſanctum ſabbatũ. Unde ſubditur ſubſecute aũt
mulieres i deuote anime q̃ venerãt de Galilea
i.rota mundi.viderunt monumẽtum ꝛ quemad
modum erat poſitum corpus ieſu.ad ſenſum da
tum ꝛ reuertentes ad cor ſuum parauerunt aro
mata orationum ꝛ vnguẽta deuotionum ꝛ ſab-
bato quidẽ ſiluerunt a curis ſeculi ſecundũ man
datum regule religionis ſue Altera vero die q̃
eſt poſt Paraſceuẽ i.in ſabbato vl' quiete eccl'ie:
conuenerunt p̃ncipes ſacerdotum i plati eccl'ie.
ꝛ phariſei i.religioſi ad Pilatum i principẽ ſecu
larem qui armis tenetur eccl'iam dei defendere:
dicẽtes ei domine recordati ſumus i otio noſtre
contẽplationis de malis p̃teritis in perſecutione
chriſtianorum/vel ſub antichriſto/vel ſub impa-
tore tyranno quando ille hominum ſeductor in-
ter cetera dixit adhuc viues poſt tres dies i ge-
nerationes reſurgam.i. ad pſequẽdum iterũ chri
ſtianos iube ergo cuſtodiri hoc ſepulchrum chri
ſti morale.quod ẽ populus chriſtianus armata
acie contra hoſtes fidei noſtre vſq; in diẽ tertium
i generationẽ tertiam ab iſta 42.vl' tẽpus aliud
poſt iſtud pacificum in fine mundi ne forte iterũ
veniant contra nos diſcipuli i ſectatores eius et
furentur vi armorum regnum chriſti in terra et
dicant plebi laicorum ignorãtium q' ſurrexit a
mortuis ꝛ ſi hoc eueniat erit nouiſſimus error.i.
vltia pſecutio eccl'ie peior p̃ore patuit hoc dictũ
in cõcilio Lugduneſi ſub Gregorio decimo vbi
ad defenſionẽ eccleſie a tyrãnide Friderici impa
toris ꝛ aliorum electus eſt Rodolphus impera
tor quatenus error Friderici iam mortui iterum
non reſurgeret contra eccleſiam dei. ꝛ ſimile ali
quid futurum credimus in ſeptimo eccleſie tem-
pore vt prouideant fideles de aliquo bono prin
cipe ad tuendum eccleſie ne forte iterum reſur-
gat pſecutio antichriſti vel alia ei ſimilis Prin-
ceps ergo taliter inſtitutus ait ſecurãdo eccleſia
ſticos habetis bonam cuſtodiam ite ad officia
veſtra eccleſiaſtica/ꝛ agite ſicut ſcitis vt boni p̃
lati ac religioſi.illi aũt abeuntes a concilio gene
rali ad ꝓprias eccleſias munierũt ſepulchrũ mo
rale p̃dictũ ſanctis legib9 ac decretis ſignãtes in
eo lapidẽ p̃dictũ i.librũ decretaliũ publice legen
dũ in vniuerſitatib9 cũ cuſtodib9 i doctorib9 de-
cretoꝝ q̃ ſuis gloſis defedãt ab impugnationib9
ꝛ cõtrarijs ſingula decreta plati etiam vl' iudices
dicũtur cuſtodes legũ cõtra earũ tranſgreſſores
¶ Moraliter omnes deuote cõmunicantes vel Moralitas.
eucharistiam recipientes ſepelliunt chriſtum in
anima ſua.q̃ efficitur ſepulchrum eius ideo ipſa
debet habere conditiones ſignificatas in ſepul-
chro materiali corporis chriſti quod fuit alienũ
ſed hominis iuſti/fuit nouũ ſed in horto/fuit ex-
ciſum in petra/fuit lapide grandi clauſum/ꝛ ani
ma recipiẽs digne eucharistiam debet eſſe iuſta.
nam i ſola tali requieſcit chriſtus ſit ergo iuſta
ad deum p religionem ad proximum p pietatẽ/
obſeruantiã/ꝛ reſtitutionẽ ad ſe p debitam ſen-
ſualitatis gubernationem debet eſſe noua vl' re-
nouata abiecta vetuſtate carnalium pctorum/et
inſertis floribus virtutum ad modum horti ame
niſſimi debet eſſe in ea exciſa duricies ꝓteruie ꝛ
obſtinatiõis debet eẽ clauſa mũdo ꝛ diabolo ne
eorum tentationes intrent in eam clauſura eius
ſit vna ex quattuor:vel pudor hominum/vel do-
lor preteritorum/vel timor penarum inferni/vel
amor glorie paradiſi nam cõmuniter homines
ꝓpter has cauſas cauent peccata Fuit autẽ ſe-
pultus chriſtus in ſindone munda.i. conſcientia
pura a turpibus cogitationibus/ꝛ affectionibus/
cum aromatibus deuotarum orationũ. fuit vn-
ctum corpus eius vnguẽto mirre.i. amare peni-
tentie p̃cedentis/ꝛ aloes i.charitatis inteſe cõco-
mitantis ꝛ ſubſequẽtis fuit ligatum linteis:pre
ceptorum dei ꝛ eccleſie vt nõ audeat ea trãſgre-
di.ꝛc̃. ¶ Expeditis miſterijs hui9 diei veniam9
iam ad officiũ miſſale huius ſancte noctis qđ ſi-
mul reſpicit nouiter baptizatos/ꝛ p̃mordia reſur
rectionis chriſti ad literam vt patet in rationali
ſatis bene per hiſtoriam vero more noſtro ad ge
nerationem 42 eccleſie refertur Huius miſſe Introit9
introit9 nullus eſt ſed more antiquo eccleſie miſ miſſe va
ſa incipit a kyrie eleyſon ad denotandam refor- cat.
mationem eccleſie factam in generatiõe 42 ſe-
cundum antiqua ſtatuta ſanctorum patrum ſo-
lum ergo pro introitu miſſe dicunt cãtores Ac-
cendite tribus vicibus vt incitent alios ad accẽ-
dendas candelas ſuas in miſſa hac ſolẽni ꝛ gau
dioſa ꝛ illa accenſio luminarium ſignificat ma-
gnam illuminationẽ ſapiẽtum ꝛ doctorum eccle
ſie .ge 42.vt p̃diximus deide per kyrie eleyſon
petit eccleſia miſericordiam ſeu gratiam dei fide
libus tũc reformatis quãtum ad omnes fere ſta-
tus hominum Additur gloria in excelſis ꝛc̃ can
ticum angelorum ad inſinuandum nouum chri
ſti aduentum in mundum per ſupradictam re-
formationẽ deq̃ etiam letati ſunt angeli in celo
quia gaudium eſt angelis/ penitentia/emenda
tio/ꝛ reformatio peccatoris Oratio Deus qui hãc Oratio.
ſacratiſſimam noctem ꝛc̃ moraliter adaptat my-
ſterium reſurrectionis chriſti ad nouitatem vite
penitẽtium fideliũ petens eis vel dari vel con-
ſeruari ſpiritum adoptiõis iam datũ q̃ adoptati
ſunt i filios dei ac ſi eſſent nũc baptizati vt p tale
donũ renouati in actib9 tã exteriorib9 q̃ interio-
ribus puram deo exhibeant ſeruitutem in feſtis

paſchalibus Quāuis eadē orō poſſet exponi de
reformatis in 42 gen̄atiōe vel i ſeptimo tēpore
Epiſtole argumentum ¶ Epiſtola Si ꝯſurrexiſtis cū chriſto ⁊c̄ Coloſ
3 doctrina eſt ꝑlati ſiue ge 42. ſiue ſeptimi tem
poris, ſiue etiam huius noſtre etatis in hoc Pa-
ſchali feſto hortantis fideles ſubditos ad modū
viuendi ſpiritualē cum reformatiōe / aut renoua-
tione ſignificata in reſurrectione chriſti ⁊ in ree-
dificatiōe templi ac ciuitatis Hieruſalem in ge
42 veteris legis Diuiditur in tres partes Pri-
ma eſt ꝓdicta doctrina Secūda ibi mortui n ⁊c̄
eſt doctrine cauſa Tertia ibi cum enim ⁊c̄ ꝓmit
Prima ps eple. tit premia Poſtq̄ igitur vt diximus prelat⁹ ſuo
tempore reformauerat ſuam eccleſiā ſanctis qui
buſdam ſanctionibus quibus imꝑfecti homines
poſſent grauari quaſi violenter ſubiugati nouis
legibus nititur eos ꝑſuadere ad bonum vt vo-
luntarie ſubiaceant ꝓdictis regulis ⁊ ſic nō erūt
eis penales ſed delectabiles quia bone ⁊ hone-
ſte vnde adducens eis exēplar dñice reſurrectio
nis ait fratres mei in dño chariſſimi ſi pro quia
ſurrexiſtis moraliter a morte peccati ad vitā gra
tie cum chriſto i ſicut chriſt⁹ ſurrexit corporaliter
a morte nature ad vitam glorie q d quia ex gra-
tia dei meruiſtis fieri ſimiles chriſto principi ve-
ſtro in reſurrectione a morte ad vitam oro vos q̄
ſurſum ſunt i bona ſpiritualia celeſtia querite
vobis vbi chriſtus eſt. i que bona chriſtus poſſi-
det p ſuam reſurectione in dextera dei i. in potio
ribus bonis glorie dei. ſedens pacifice et quiete
in eternū hoc eſt ꝓcurate vobis deuote illa bo-
na poſſidere p veſtrā reſurrectionē q̄ chriſtus ac-
quiſiuit ſibi p ſuā reſurrectionem licet ipſe tanq̄
ꝑmogenit⁹ in multis fratrib⁹ q̄ ſunt filij dei ma
iora bona conſecutus fuerit q̄ alij ⁊ ꝓpterea di
catur ſedere ad dexterā dei iterum dico vobis q̄
ſurſum ſunt ſapite i guſtate vt ſapiant vobis et
ſaporem i eis habeatis cū delectatione nō que
rentes hec bona caduca q̄ ſup terram i q̄ ſūt ter
rena ⁊ amara ſi enim poſſetis guſtare dulcedi-
nem bonoꝝ ſpūaliū gratie ⁊ glorie dei deſiperēt
ꝑfecto vobis oīa q̄ habentur in terris qꝛ amara
et cito peritura nam Gregorius dicit ꝙ guſtato
ſpū deſipit omnis caro ¶ Cum ergo ſanctiones ⁊
decreta nra non aliorſum tendāt niſi vt p obſer-
uantiam eorum homines acquirant bona ſpiri-
tualia nō debetis eis grauari imo gratis ſuſcipe
Scda ps epiſtole re ⁊ deuote obſeruare Ratio huius eſt quia per
hanc noſtrā reformationē vos facti eſtis mortui
mundo i mortificati in paſſionib⁹ ſenſualitatis
carnalis vt mortificato corpore viuat ſpūs ⁊ illa
vita ſpūs veſtri licet modo nō videat̄ oculis cor
poreis qꝛ abſcondita eſt quaſi ſepulta cū chriſto
in deo i coram deo tamen pater tuus q̄ videt in
abſcodito reddet tibi ꝑmiū ꝓ tuo labore Vtrūq̄
ergo verū eſt ꝙ reformatio veſtra eſt reſurrectio
⁊ vita q̄tum ad aīam ſed ē mortificatio ⁊ ſepul-
tura q̄tum ad corpus ad ſiītudine huius noctis
q̄ recolit ſimul ⁊ ſepulturam ⁊ reſurrectione chri
Tertia ps epiſtole. ſti veri vt ſimile intelligatur de chriſto myſtico
Et ſi vos hac nra exhortatiōe ꝑſuaſi feceritis q̄
diximus vobis cū poſtea in octaua etate ſignifi-
cata in octauo die hui⁹ hebdomadis q̄ erit dies
dominice reſurrectionis i craſtinus dies appa-
ruerit chriſtus glorioſus q̄ eſt vita veſtra effecti
ue i q̄ dat vitā gr̄e vobis in hoc ſeculo tūc ⁊ vos
apparebitis cū ipſo in gloria reſurrectiōis rece-
pturi mercedem ꝓ his laboribus q̄bus ex man
dato noſtro ſubiacetis ⁊ tunc vita veſtri ſpūs nō
erit abſcondita ſed declarabitur in glīa corporis
q̄ redundabit ꝓcedetq̄ ex gloria aīe Poteſt ea
dem epl̄a intelligi de religioſibus mendicanti-
bus q̄ florere incipiebant in ge 42 ac ſi ꝑlatus
religionis alicuius eadē verba diceret cōuerſis
ſue religionis qui reliquerant mundū eo modo
quo in ꝑmitiua eccleſia ꝑlatus laicoꝝ ꝓdicabat
iſta neophitis i nouiter baptizatis quaten⁹ eos
conſolaretur ſuper labore noue vite quam ince-
perant Poſt epiſtolam hec miſſa nō habet gra
duale cum ſit ſolum doctrina incipientiū ⁊ gra-
duale ꝑtinet ad ꝓficiētes ſed ponitur alelula cū Aleluia.
verſu Confitemini dño ⁊c̄. pſal' 117 ad denotan
dam leticiā ſubditoꝝ qua ꝑſuaſi ex doctria eple
laudant deū de gr̄a ſue reformatiōis dicētes ad
ſeipſos o fratres cōfitemini dño i laudate deum
qm̄ bonus eſt ſeruis ſuis ⁊ in ſeculū. i ſemꝑ ma-
net mia eius ad benefaciedū eis Sed quia iſta
leticia eſt incipiētium q̄ adhuc ſentiunt difficul-
tatem paſſionū in ope virtuoſo additur tractus
Laudate dñm ⁊c̄ pſal' 121 q̄ depreſſa ⁊ lamenta Tractus.
bili voce cantatur ad ſignificandū leticiam eoꝝ
eſſe ꝑmixtam triſticie ſalubri eo modo quo reedi
ficantes templum in Hieruſalem ge 42 ve le
ſe habebant de q̄bus dicitur I. Heſdre 4. ꝙ per
mixte erant voces flentium ⁊ gaudentium ⁊c̄ et
hoc requirit qualitas huius noctis in qua fletus
ſepulture chriſti admiſcetur gaudio reſurrectio-
nis q̄ etiam ſignificat ſeptimā mundi etatē in q̄
ſancti hoīes fruentes gloria angeloꝝ q̄tum ad
aīas patiūtur adhuc corruptionē q̄tum ad cor-
pora in terra exiſtentia vt dicitur Apoc 7 ꝙ da-
te ſunt eis ſtole ſingule i gloria aīe ſolum Et ha
bet iſte tractus eandem ſententiam cū predicto
aleluia licet ſub alijs v̄bis vt conſtat manifeſte
Euangelij argumentum. ¶ Euangelium Veſpere autē ſabbati ⁊c̄ Mat-
thei 28 finem ſeptimi temporis eccleſie pacatiſ-
ſimi cui proxima eſt reſurrectio mortuorū ⁊ dies
iudicij deſcribit ſub typo reſurrectionis chriſti et
poteſt etiam referri ad generatione 42. vtriuſq̄
legis in qua templum dei reedificatum eſt mo-
dis ꝓdictis ac ſi a morte reſurrexiſſet Habet tres
partes Primo enim declarat̄ temporis opor-
tunitas Secūdo ibi ⁊ ecce terremotus ⁊c̄ oſten-
ditur orbis mutabilitas Tertio ibi reſpondens
Prima ps euangelij. autem ⁊c̄ pronunciatur reſurrectionis propin-
quitas Tempus vero reſurrectionis corporis
chriſti myſtici ſiue in exitu a captiuitate babylo-
nica ſiue in reformatione eccleſie ſibi correſpon-
dente in generotiōe 42 ſiue in fine mūdi a mor
te de terra oſtenditur eſſe conueniens in veſpe-
re i fine ſabbati i tempore pacifici ſignificati p
noctē hui⁹ ſabbati q̄ veſpera luceſſit p fauorem

gloriam ⁊ honorem populi dei:in prima ſabba-
ti .i.in octauo die vel tempore quia ſ finis huius
coniūgitur principio illius ac ſi diceret quādo ve
nit finis ſabbati/ et principium ſequentis diei
tunc oportuit cōſumari myſteria eccleſie vt reſur
gat ad ſuā gloriā ſicut chriſtus caput ei⁹ in tali tē-
pore reſurrexit ab inferis ⁊ tunc venit ex diuina
inſpiratione Maria magdalene.i religio cōtem
platiua/⁊ altera Maria q̄ eſt religio actiua vide
re ſepulchrū qđ idem eſt corpus chriſti myſticū
vt ei deſeruirent ⁊ p̄latos ad bonū eius regimen
adiuuarent:ad conſumatione ſanctoꝝ inedifica-
tionē corporis chriſti vt ap̄ls ait. quod maxime
neceſſariū erat circa finē mūdi. ꝓpter magnā re
rum mutatione tūc imminente:de qua ſubditur
Secūda ps euan-gelij. Et ecce ſubito terremotus factus ē magn⁹ vt iu-
bente deo terra daret mortuos ſuos angelus n
dn̄i deſcendit de celo vocare mortuos vt ſurgant
ad iudicium ⁊ accedes ad terram reuoluit lapi-
dē a ſepulchris ⁊ ſedebat ſup eū ad colligēdum
oſſa ⁊ cineres mortuoꝝ q̄ſi miniſtrās deo in ope
reſurrectiōis mortuoꝝ.erat autē aſpect⁹ eius ſplē
didus ſicut fulgur.i.radius ſolis ⁊ veſtimēta ei⁹
alba ſicut nix ad ſignificandā ſtolā glorie corpo
rū beatoꝝ Poteſt iſte āgelus intelligi ipſe chri-
ſtus veniēs ad iudiciū q̄ in primo aduentu dict⁹
eſt angelus teſtamenti Mala 3 Pre timore autē
eius venientis in tanta glorie maieſtate exterriti
ſunt non ſolum homines ſed etiā angeli eorum
cuſtodes quaſi ſint reddituri ratione de hoibus
eis commiſſis ⁊ facti ſunt velut mortui.i ſtupidi
non valetes iudici reſpōdere Si tame hec pars
exponēda ſit de 42 ge vtriuſq legis terremotus
fuit publicum edictum ⁊ congregatio concilij fi-
delium ad reedificandum teplum dei angelus
domini cuius aduentu factus eſt terremotus p̄-
dictus fuit vl' rex Cirus ſeu Darius vel Roma
nus pontifex Gregorius iſte reuoluit lapide vl'
materiale vel volume decretaliū.quo reedifican
dum erat tēplum dei.vnde habitus ē in tāta glo
ria quaſi ſol refulgens in teplo dei ꝙ pre timore
maieſtatis eius exterriti ſūt cuſtodes i minores
p̄lati ⁊ curati cuſtodes gregis dni ⁊ facti ſunt ve
lut mortui nō valetes ei reſiſtere p̄cipienti reedi-
Tertia ps euāgelij ficari domum dei Reſpondēs aūt angelus pre
dictus ad timorē ſubditorum cōſolando eos di-
xit mulieribus i ſanctis religionib⁹ vel alijs de-
uotis pſonis nolite timere vos.qui bene ſeruitis
deo et eccl'ie dei licet forte alij multi timere de-
beant qui male agūt ait enim apoſtolus vis nō
timere poteſtatem i iudicem fac bonum ⁊c̄ ſcio
enim ꝙ in omnib⁹ q̄ agitis q̄ritis ieſum i ſalua-
tionem populi dei. qui in p̄cedentibus tēporib⁹
crucifixus ē a pſecutoribus non eſt hic i.talis iā
ſurrexit enim ab illis malis/⁊ quiete viuit in li-
bertate ſicut dixit i prophetauit anteq̄ eueniret
hoc bonum ſibi cum dixit ammodo videbitis fi
lium hominis venientem in nubibus celi ⁊c̄ ad
ſenſum datum in cap̄ p̄cedente parte tertia Ue-
nite ergo iam ſecuri ⁊ videte locū ⁊ tēpus quietis
vbi poſitus erat dn̄s noſter ieſus chriſtus in pri-
mitiua eccleſia ⁊ in quibuſdam alijs tēporibus
pacis eccleſie:q̄ tale tempus eſt nūc. Ergo cito
euntes ad predicandū per mundum dicite diſci
pulis ei⁹ chriſtianis q̄ ſurrexit chriſtus in mem-
bris ſuis a miſeria preterita ⁊ ecce precedet vos
q̄ſi bonus dux ppl'i in pace vſq in Galileā.i.trā-
ſitum ad aliā vitā. ibi enim eum videbitis facie
ad faciem in gloria paradiſi. ecce predixi vobis
hec oīa vt diligēter ea faciatis ꝓpter ſpē magni
premij Si vero hec pars exponatur de finali iu
dicio itaq angelus dei reſpondens mulieribus
i deuotis ac ſanctis pſonis vocatis ab eo ad iu-
diciū dicet illis nolite timere vos boni ſerui dei
ſcio enim ꝙ ieſum redemptorē veſtrum ſemper
queſiuiſtis ſequentes eum crucifixum ⁊ portan
tes crucem poſt eum nunc aūt iam non eſt hic
i.talis ſurrexit enim ⁊ mors illi vltra non domi
nabitur neq oportet vos ſequi eū p penitentiā
quia iam nō erit luctus neq vllus dolor ſanctis
eius venite ergo benedicti patris mei ⁊ videte lo
cum glorie vbi poſit⁹ erat dominus ueſter a die
ſue aſcenſionis vſq modo ⁊ cito eūtes dicite di
ſcipulis eius qui ſunt in purgatorio quia ſurre-
xit chriſtus cum toto regno ſuo a miſerijs ſeculi
ecce precedet vos liberatos a penis omnibus in
Galileam celeſtem ibi eū videbitis pacati ⁊ ſe-
curi i eternum ecce p̄dixi vobis cum adhuc eſſe-
tis pegrini ⁊ viatores in ſeculo ¶ Moraliter hoc Moralitas.
euangelium denotat finem quadrageſime que
in hac nocte terminatur que eſt ueſpera ſabbati
coniuncta principio diei paſchalis et venit iam
Maria magdalene.i deuota anima fidelis con-
templatiua vt religioſi ⁊ altera Maria i anima
actiua vt laici videre ſepulchrum i hanc quietē
ſpūalē i chriſto deuote volētes celebrare feſta pa-
ſchalia ⁊ ecce magn⁹ frenoꝝ bonoꝝ mot⁹ i mu-
tatio q̄tū ad cibos.q̄ iā incipiūt mactari aues ⁊
greges aīalium terreſtriū ꝓ cōſolatiōe fideliū q̄
diu ieiunauerant angelus n dn̄i bonus p̄latus
attulit nouum bonū de celo p̄dicans iā reſurre-
ctionē dn̄i ⁊ abſoluens penitētes a labore peñie:
⁊ accedens benigne ad ſubditos ſuos reuoluit i
remouit ab eis lapidē pōderoſum ieiunij q̄dra-
geſimalis ⁊ ſedebat i ſupſedebat a p̄dicatiōe ſu-
per eum i de eo erat autem aſpectus ei⁹ in eccle
ſia glorioſus ⁊ reſplendens ſicut fulgur in veſti-
mētis ſericeis ⁊ aureis p̄cioſis ⁊ veſtimēta linea
alba/⁊ munda ſicut nix.pre timore autem ei⁹ ve
nientis cū tāta victoria de vitijs exterriti ſunt cu-
ſtodes .i. demones ⁊ mali hoies mundani qui p
totam q̄drageſimā cuſtodiebāt i. obſeruabāt eū
cū ſuo populo vt facerēt eū cadere a v̄tute ⁊ mur
murabant contra eū vt viſum eſt in multis euā-
gelijs ⁊ ſic exterriti ꝙ facti ſunt velut mortui nō
valentes iam quicquam mali agere aut loqui.
Sed prelat⁹ licet malis aparuerit terribilis bo-
nis ſeſe oſtendit affabilem dicens nolite timere
vos/aut flere iam ſcio enim ꝙ deuote queſiuiſtis
ieſum qui crucifixus erat ſecundum eccleſie re-
preſentationē ſed iam non eſt.i non repreſenta-
tur talis.ſurrexit eni ſicut dixit ideo debetis cū
eo gaudere ſpūalit. vn̄ venite ad eccl'iam ⁊ videte

locum ſacrum vbi poſitꝰ erat dñs in euchariſtie ſacramento ⁊ comedite cũ eo in menſa ecleſie ⁊ cito cuntes ꝑ eccleſias ad indulgentias ſummo diluculo dicite diſcipulis eius ⁊ ſanctis illarum patronis ꝑ deuotas oratiões dicite eis quia ſurrexit dñs ⁊ ideo ꝓpter tãn feſti ſacramentũ ſpecialiꝰ ſint vobis aduocati coram deo ⁊ ecce ipſe ieſus p̃cedet vos ſic peregrinantes in Galileam i rotam vel circulum eccleſiarum ibi eũ videbitis i viſitabitis in qualibet eccl'ia ecce p̃dixi vobis in hac ſancta vigilia Paſchalis vt paretis vos ad tali deuotione q̃ certe bona ⁊ laudabilis eſt ire cum ſanctis illis mulieribus q̃ dñm ſummo diluculo q̃rebant in die ſue reſurrectionis

Offertorium vacat ¶ Offertorium et alij cantus chori vacãt in hac miſſa q(vt diximus) celebratur more ãtiquo primitiue eccl'ie quando tales cantus nondũ erant instituti ⁊ beatus Gregorius ſcienter omiſit tales cãtus in hac miſſa edere preter aleluia ⁊ tractum ſ ad repreſentandam eccleſie renouationẽ/ reformationem/⁊ reductionẽ/ad ſuum principiũ in temporibꝰ hoc ſabbato ſignificatꝫ vt patet ex dictis Secreta oratio Suſcipe q̃s dñe ⁊c. offert deo hoſtias ⁊ p̃ces deuoti populi petẽs eis gratia ad digne celebrãda feſta Paſchalia q̃ iam incipiuntur quatenus ꝑ talia merita vitã eternã

Communio vacat conſequãtur Finalis oro Spũm nobis tue charitatis ⁊c. fere idem petit alijs ṽbis ſ vt q̃ per ſacerdotem deuote ſacramentũ eucharistie receperunt per eius virtutẽ mereãtur recipere infuſionem charitatis/⁊ aliarum virtutũ quibꝰ colitur deus in pace ⁊ concordia fidelium ſimul cõicantiũ ⁊c. ¶ Ex predictis a dñica ſeptuageſime vſqꝫ ad hunc diem qui e finis quinquageſime/ac totius temporis deuiationis/ vel p̃uaricationis in iſta parte libri miſſalis clare patet diſcurſus fere totiꝰ generalis hiſtorie a principio mũdi vſqꝫ ad ortum religionũ medicantiũ in quo etiam finis mundi p̃nunciatus eſt

## ¶ Ordo officiorum quadrageſimalium in ſenſu morali

Cum ad duos ſenſus retulerimꝰ officia miſſalia in 40 ordo eorũ in ſenſu hiſtorico ſatis declaratꝰ eſt iuxta ordinem hiſtoriarũ ve. ⁊ no. le. ſed ipſorum ordine ⁊ conſequentiã in ſenſu morali nõ ſatis ibi explicatũ hic breui epilogo trademus precipue q̃tum ad euangelia et eplas In quattuor igitur ferijs q̃ dicuntur in capite ieiunij eſt ſermo vniuerſalis de peñia ⁊ exercitijs eiꝰ in tota 40 in alijs vero hebdomadibꝰ deſceditur ad ſpecialia ꝑ ſingulas peñie partes ¶ Igitur i feria 4 cinerũ epl'a Joel 2 ſub metaphora tube vocãtis milites ad ꝓliũ ꝓclamat q̃ſi voce p̃conia oẽs fideliũ ſtatꝰ ad exercitia peñie/ ⁊ ad audiendã doctrinã ſcẽe mr̃is eccl'ie euangeliũ aũt Mat 6 dirigit intẽtione penitẽtiũ ad debitũ finẽ ſ celeſte ⁊ nõ terrenũ ſub enigmate theſauri duplicis In feria 5 poſt cineres declarat fructꝰ bone peñie ꝑ exẽpla ſacre ſcripture quorũ alterũ eſt de ſanitate regis Ezechie Eſaie 38 alterũ in euangelio de ſanitate ſerui Centurionis Mat. 8 In feria ſexta poſt cineres tres partes peñie diſtinguit ⁊ q̃litates/earũ determinat epl'a quidẽ Eſa 58 de ieiunio euangeliũ aũt Mat 5. et 6 de eleemoſina ⁊ orone Sabbato ſequenti ethimologiã nois ſabbati aduertens ꝓmittit in epl'a Eſa 58 magnũ ſabbatũ .i. requie penitẽtibꝰ ablata pctoꝝ catena in euangelio Marci 6 ſub tropo nauicule periclitãtis mirabilem liberatione a naufragio ſpũali penitẽtibus promittit ¶ Dnica p̃ma i 40 ſpecialiꝰ agit de p̃ma parte peñie q̃ eſt ieiuniũ ⁊ hoc ꝑ totã hebdo ⁊ in p̃mis epl'a iſta 2 Corin 6 declarat opa fideliũ in hoc ſacro tẽpore ieiunij q̃drageſimalis euangelium Mat 4. adducit exẽplar de ieiunio chriſti/⁊ de vincẽda tẽtatione multiplici q̃ occurrit ieiunãtibus In feria ſcđa q2 ſimul cũ ieiunio q̃drageſimali eccl'ia ꝑcipit cõfeſſionẽ ſacramẽtale que eſt ſecreta q̃dam audientia iudicialis declarat epl'a hoc iudiciũ ſub enigmate paſtoralis diligẽtie in cura ſuarum ouiũ Ezechiel 34. euãgelium vo Mat 25 parabolã explicãs ſub eiſdẽ fere noibꝰ paſtoris ⁊ ouiũ formã iudicij penitẽtialis declarat Feria tertia ad cõfeſſionẽ etiã ꝑtinet nã epl'a Eſa. 55 inuitat ad ꝯfeſſionẽ. euangeliũ Mat. 21 ſub tropo emũdationis tẽpli corporalis agit de emundatiõe cõſciẽtie ꝑ cõfeſſionẽ Feria quarta adducit ieiuniũ Moyſi in p̃ma epl'a Exodi. 24. ⁊ ieiuniũ Helie in ſcđa epla 3 Reg. 19 euãgeliũ vo Mat. 12 redarguitis inpenitẽtibꝰ mundanis/ atqꝫ recidiuantibꝰ in pctm allicit veros penitentes/ac ieiunantes ad dei amicitiã Feria quinta in epl'a Ezechiel. 18 ꝓbat peñiam debere fieri de pctis ꝓprijs/nõ de alienis in euãgelio Romano Mat 15 de Cananea ⁊ in Toletano Joan 8. declarat magnũ emolumẽtũ vere peñie ſ q̄ liberatur homo ꝑ eam ab oppꝛeſſione ⁊ ſeruitute diaboli Feria ſexta addit eple p̃cedenti finẽ eiuſdẽ cap̃ Ezechiel. euãgeliũ vero Joan 5 cõparat ſacramentũ peñie Piſcine in q̃ lauãtur aie ⁊ ſanãtur ab omni infirmitate pcti Sabbatum in officio ſuo principaliter reſpicit clericos ordinãdos vnde p̃ma lectio Deute 26 dicit eos eſſe electos ⁊ mancipatos ad ſeruicium dei Secũda lectio Deute 11 ꝓmittit eis multa bona a deo ſi bene ſeruent leges ſui ſtatus Tertia lectio 2 Machabeoꝝ 1 orat ꝓ nouis clericis vt deꝰ det eis gr̃am bn miniſtrãdi i teplo dei Quarta lectio Eccl'iaſtici 26 eſt alia oro nouoꝝ clericoꝝ ꝓ vincẽda tẽtatione inimicoꝝ ſpũaliũ Quinta lectio Daniel 3 ſub metaphora ignis ⁊ fornacis explicat examẽ ordinandoꝝ ⁊ facili trãſitu iſte lectiões adaptãtur ieiunãtibꝰ/ ⁊ vere penitẽtibꝰ epl'a 1 Theſſa 5 officia clericoꝝ in eccl'ia dei deſcribit q̃ etiã ad penitẽtes/⁊ ieiunãtes trãfferri poſſũt euãgeliũ Matthei 17 ſub tropo tranſſigurationis chriſti docet tranſſiguratione morale nouorum clericorum/ ⁊ etiã penitentiũ Inſup in q̃drageſima tranſſiguratur chriſtus inter lege ⁊ ꝓphetas et dealbãtur

veſtes eius i populi ſuoꝝ fidelium per peniten-
tiam reſpledet facies chriſti in ꝑdicationibꝫ ꝛc.
¶Dominica ſecunda in 40 cu tota hebdoma
da ſua. principalius agit de oratione que eſt al-
tera pars ſatiſfactionis penitentialis i epiſtola I
Theſſal' 4. repetita doctrina epiſtole I dominice
comendat ieiunantibus mundiciam cordis a
luxuria ꝛ auaricia quia illa eſt neceſſaria deuote
orationi euangelium Romanū repetit doctrinā
de trāſfiguratione morali populi dei Toletanū
Matthei.15 ſub typo mulieris Cananee notat
conditiones deuote oratiōis ſ q petebat neceſſa
ria humiliter/conſtanter ꝛc Feria ſecunda ꝓpo
nitur in epiſtola Danielis 9 oratio Danielis cū
tribus cōditionibꝫ bonis euangeliū vero Joan-
nis 8 inuehit cōtra mūdanos ꝛ incredulos do-
ctrine eccleſie in hac 40 Feria tertia in epiſto
la 3 Regum 17.inducitur oratio Helie ꝓphete
in neceſſitate famis euāgelium Matthei.23 re-
fellit excuſationem increduloꝝ propter malam
vitam ꝓlatorum temporaliū.ex quo habent ma
giſtrum perenem i celo qui eos decipere nō po-
teſt Feria quarta i epl'a Heſter 13.allegatur ora-
tio Mardochei ꝛ bone eius ꝓprietates euange-
lium Matthei.20 reuelata chriſti paſſiōe ad in-
ſtructionem penitentiū reprobat indiſcretā ora-
tionem filioꝝ Zebedei/ꝛ ſue matris Feria quin
ta epiſtola Hieremie 17.ſpem certam i deo ora-
tioni neceſſariam cōfirmat ex analogia oppoſiti
ſ de eo q̄ habet ſpem in mundo euangeliū Ro
manū Luce.xvi de diuite epulone/ꝛ de Lazaro
paupere ad idē eſt ꝓpoſitū.ſilr euangeliū Tole-
tanum Joan 5 reprobatis incredulis circa ꝑdi-
cationē eccl'ie q̄ triplici teſtimonio confirmatur
tande docet ſpem ponēdam ee in deo/ꝛ i doctri-
na ſacre ſcripture Feria ſexta in epl'a Gene 37
damnat odium mundanoꝝ cōtra verū peniten-
tem quaſi ſomniatorem q2 ſpem ſuam in bonis
alteriꝫ vite ponit ſed euangelium Matthei 21.
cōparat doctrinā eccl'ie in hac 40 culture vinius
vinee que eſt ppl's dei q̄re reꝑhenduntur mun-
dani eam cōtemnentes ꝛ bona huius vite q̄ren-
tes atq; ſubinde ſeruos dei ꝑſequentes Sabba
to ſub parabola duoꝝ filioꝝ eiuſdē patris(quoꝝ
maior reprobus fuit ꝛ minor a patre benedictus
atq; feſtiue honoratus)ponit epl'a Geneſis 27 ꝛ
euangelium Luce 15 differentiam inter inpeni-
tentes q̄ ꝛ maiores in ſeculo ꝛ inter humiles pe-
nitentes qui ſunt cōmuniter minores in honori
bus ꝛ diuitijs huius ſeculi

¶Dñica tertia in 40 cum tota fere hebdoma-
de pricipalius agit de ſacramēto vocalis cōfeſſio
nis vnde epiſtola huius diei Ephe 5 videtur re
colligere epiſtolas duarum dñicarum preceden-
tium vt ꝑſuadeat fidelibus mundiciam/ꝛ abſtra
hat a vitijs luxurie/ auaricie/ et vaniloquij do
ceatq; eos recte loqui in confeſſione euāgelium
Luce 11 idem docet ſub enigmate muti a chriſto
mirabilit' ſanati ꝛ a demonio liberati vnde ꝛ ob
latrantes contra hoc ſacramentum multipliciter
redarguit/ ꝛ penam cōminatur Feria ſecunda in
epiſtola 4.Regum 5 per emūdationem lepreſi
in iordane qui fluuius iudicij dicitur mirabilem
virtutem huius ſacramenti(qḋ iudicium ſecretū
eſt)declarat euangelium Luce 4 probat q ma
li/ꝛ ingrati priuantur fructu huius ſacramenti
Feria tertia in epiſtola 4.Regum 4 penitentie
iniunctionē a confeſſore in operibus miſericor-
die per oleum ſignificans ꝑcipuam eſſe declarat
ad ſatiſfaciendum ꝓ debito peccatorum euan-
gelium Matthei 18 poteſtatem ſpūalem ligan-
di atq; ſoluendi animas confeſſoribus a chriſto
datam etiam totiēs quotiēs reiterari hoc ſacra-
mentum oportuerit manifeſtis verbis chriſti de
mōſtrat Feria quarta in epiſtola Exodi 20 ſua
det honorem eſſe exhibedū patri ſpūali qui eſt
confeſſor/ꝛ ꝑdicatori qui publicas voces ꝛ toni-
trua emittit in eccleſia dei euangelium Matth
15 eos qui hmōi patrē non honorant ſed peni-
tentes ab eo auertunt exprobrat ꝛ nō veros chri
ſtianos appellat Feria quinta in epiſtola Hie-
remie 7 reprobat eos qui putant ſecuritate ani-
me ſe habere ſine cōfeſſione dūmodo ſint alias
deuoti in eccleſia/ꝛ miſſas audiant. euāgelium
Romanū ē de ſocru Petri Luc.4 que ſignifica
uit confeſſionē que fit ad pedes ſacerdotis euan
gelium Toletanū Joannis 6 conſonat epiſtole
contra eos q̄ non credunt articulū de virtute ſa-
cramenti confeſſionis contenti. ſolo pane verbi
dei in predicatione continua eccleſie Feria ſex-
ta in epiſtola Numeroꝝ 20 ſub typo aque edu
cte de petra deſerti que chriſtum figurabat vir-
tutem huius ſacramenti cōfeſſiōis a chriſto deri
uatam ad conterendam duriciam humani cor-
dis/ꝛ lachrymarum aquam educēdam ꝑſuade-
re vult.euangelium vero Joannis 4 per hiſto-
riam putei Jacob ꝓfunditatem humani cordis
declarat:cuius aquā etiā vſq; ad feces ſitula con
feſſiōis euacuat ꝛ aqua gratie dei que ſitim ex-
tinguit ipſum implet vt ſaliat in vitam eternā
ob cuius miraculi euidentiam multi ad confeſſo
rem concurrūt Sabbato in epiſtola hiſtoriam
Suſanne Daniel.13 de adulterio accuſate ſed a
Daniele liberate.ꝛ ſilr in euangelio Joannis 8
alteram adulteram a phariſeis accuſatam ſed a
chriſto abſolutam adaptat eccleſia ad ſacramē-
tum cōfeſſiōis in quo anime peccatrices ꝛ ſpon-
ſe deo adultere humiliter veniā petentes abſol-
uuntur/ꝛ liberantur p confeſſore ab omni accu-
ſatione demonum contra eas

¶Dominica quarta in 40 cum tota ſeptima-
na facit differentiam inter bonos ꝛ malos eccle
ſie filios quia eorum quidam doctrinam eiꝫ ſe-
quentes ieiunant/penitent/et peccata confiten-
tur i hoc ſacro tempore quadrageſime alij vero
eam rident ꝛ ſpernunt vnde epiſtola huius diei
ad Galat.4. adducit ꝛ exponit hiſtoriam duorū
filiorum Abrahe ex duabus vxoribus quorum
alter ſ malus fuit eiectus a domo ꝛ paterna he-
reditate alter manſit in domo et fuit heres be-
nedictionis paterne euangelium vero Joan-
nis 6 miraculoſam panum multiplicationem.

qua chriſtus tot milia hominum ſaciauit refert
ad bonorum filiorũ refectionẽ ex pane doctrine
eccleſie in hac 40 Feria ſecunda ad idẽ ꝓpoſi-
tum in epiſtola.3 Regũ 3 adducit hiſtoriam de
duab⁹ matribus ⁊ de duob⁹ earum filijs quorũ
alter erat viuus ⁊ nutrit⁹ lacte matris alter mã-
ſit mortuus ex incuria in euangelio Joannis 2.
hiſtoriam eiectiõis malorum a templo dei ſimi-
li ratione inducit Feria tertia in ep̃la Exodi.32
aſſimilat malos filios eccleſie illis q̃ adorauerũt
vitulum in deſerto pro quibus tamẽ eccleſia nõ
ceſſat orare ad dominũ in euãgelio Joannis 7
probat doctrinam eccleſie in hac quadrageſima
eſſe a deo ꝗuis mali filij ei⁹ ei aduerſentur Fe-
ria quarta propter ſcrutiniũ baptizandorum in
ſabbato ſancto in epiſtola.1 Ezechiel 36 ꝓmit-
tit eis aquam que eos mundabit/et renouabit
ꝗtum ad animas in ſecũda epiſtola Eſaye pri-
mo loquitur ad penitentes ⁊ ieiunãtes filios ec-
cleſie de ſua emundatione ac lotione a peccatis
in euangelio Joãnis 9 ſub metaphora ceci ſa-
nati a chriſto p lotionẽ in aqua Siloe deſignat
illuminationẽ cathecuminorum p fidem ĩ aqua
baptiſmi ⁊ ſimiliter illuminationẽ peccatoris in
lotione ſacramẽti penitẽtie Feria quinta in epi-
ſtola 4.Regum 4. adducit myraculũ quo Eli-
ſeus reſuſcitauit filium ſunamitis hoſpite ſue vt
inde ſignificet ꝙ filium eccleſie chriſtus reſuſci-
tat p miniſterium ſacerdotis ſui in ſacramẽto pe-
nitentie euangelium Romanum ad idem pro-
poſitum adducit myraculum ſimile Luce.7 de
filio mulieris vidue a chriſto reſuſcitato euange
lium vero Toletanum Joannis 5 probat pote-
ſtatem datam ſacerdotibus eccleſie a chriſto ad
moraliter reſuſcitãdum mortuos/et iudicãdum
peccatores in ſacramẽto confeſſionis cui tamen
doctrine mali filij eccl'ie cõtradicunt Feria ſex
ta i epiſtola 3 Regum 17 recitatur miraculum
quo Helias reſuſcitari fecit filium vidue Sare-
ptane ⁊ in euangelio Joannis 11 miraculoſam
Lazari reſuſcitationem a chriſto et hoc vt eccle-
ſia magis declaret virtutem ſacramẽti peniten-
tie/⁊ poteſtatem ſacerdotib⁹ euangelicis datam
ſuper animas peccatorum Sabbato i epiſtola
Eſaie 49 vel Eſaie 55 eſt ſermo ad baptizan-
dos in ſabbato ſancto quo inuitãtur ad fontem
aquarum / ⁊ ad ſequẽdum chriſtũ ducem ⁊ pre-
ceptorem gentibus Poteſt etiam referri ad pe-
nitẽtes vt veniãt ad aquas cõfeſſionis/⁊ ſequan
tur prelatum eorum ducem/ et preceptorem in
euangelio Joannis 8 ſi ad baptizandos loqua
tur probat chriſti doctrinam euangelicã eſſe vni
uerſalem/clariſſimam lucem/⁊ valde vtilem om
nibus hominibus cui tame infideles contradi-
cunt idem fere erit ſenſus ſi ad penitẽtes ſermo
dirigatur/⁊ loquatur de doctrina boni prelati in
hac 40 Hactenus ergo de ſermonib⁹ eccl'ie ad
ieiuniũ/penitentiã/⁊ ꝯfeſſionẽ pctorꝫ ptinẽtibus
¶ Dñica quinta in 40 ⁊ deinceps p duas heb-
domades officia eccl'ie ſe trãfferunt ad myſteria
paſſiõis chriſti pie celebrãda ꝗtenus vel ex hac
conſideratione fideles moueantur ad agendam
penitentiam de peccatis in epiſtola huius diei
ad Hebre 9 vtilitas ſeu fructus paſſionis chriſti
declaratur ex figura de põtifice ve.le q̃ ſemel in
anno i in feſto expiatiõis intrabat in ſancta ſan
ctorꝫ cũ incenſo ⁊ ſanguine ſacrificij p expiãdis
peccatis totius populi.in euangelio Joan 8.agi
tur de cauſa inferiori paſſionis chriſti i de odio ⁊
malicia iudeorꝫ quã cõceperunt ex vite eius ſan-
ctitate/⁊ ex doctrine veritate Feria ſcda i epiſto
la Jone 3 introducit figura de Jona.quã chriſt⁹
ad deſignandã paſſionẽ ⁊ reſurrectionem ſuam
ſibi adaptauerat Matthei.12.in euãgelio Joan.
7 mõſtratur effectus exterior malicie iudeorum
ad ꝑducẽdum in effectum paſſionẽ eius quod
tamen pficere non potuerũt q꞉ ipſe nõ pmiſit ſe
capi Feria tertia in epiſtola Danielis 14.indu-
citur figura de Daniele miſſo a babylonijs i iu-
deis in manus leonũ i.gentiliũ:ſed tãdem poſt
glorioſam reſurrectionẽ chriſti iudei ab eiſdẽ leo
nib⁹ deuorati ſunt in euãgelio Joan 7 declara
tur pſecutio iudeorꝫ ↄtra chriſtũ nõ ſolũ ab extra
neis ſed etiam ab amicis ⁊ cõſanguineis Feria
q̃rta in ep̃la Leui 19 opponit iudeis lex Moyſi:
que ꝓhibet expreſſe peccata eorum grauiſſima:
q̃ ipſi contra chriſtum cõmittebant ſtantes cõtra
ſanguinem eius ⁊ ſimul cũ odio in corde loque
bantur ei verba pacifica in ore. hoc expreſſe no-
tat euangeliũ Joan 10 vbi volebãt eũ capere in
ſmone vt ꝓbauit exit⁹ q꞉ voluerũt eũ lapidare
Feria quinta in ep̃la Daniel 3 declaratur pena
iudeorꝫ quã nũc habẽt i captiuitate ſine rege/ſi
ne ꝓpheta/ſine tẽplo/ſine ſacrificio ꝗuis rema-
neat eis ſpes ſalutis in fine mũdi p ſacrificiũ ſpũa
le in aio cõtrito in euangelio Romano Luc 7
de Magdalena ⁊ i Toletano Joan 7 declarat
ꝙ nõ oẽs iudei cõcorditer peccauerũt in paſſione
chriſti.ſed erat diſſenſio inter eos ſup hac re Feria
ſexta in ep̃la Hiere 17 ponitur querimonia chri
ſti innocentis coram deo qua petit vindictam
de iudeis volentibus eum occidere quod patet
ex euãgelio Joan 11.de cõſilio iudeorꝫ quo eũ ad
mortẽ cõdemnauerũt Sabbato in ep̃la Hiere.
18.repetitur alijs verbis conſiliũ iudeorũ ⁊ ad-
ditur q̃rimonia chriſti contra eos imprecãdo eis
penas condignas euãgeliũ Romanũ Joan 12.
enarrata honorifica chriſti receptiõe i Hieruſalẽ
additur iterũ conſiliũ iudeorꝫ contra chriſtũ ſu-
per morte eius/⁊ declaratur fructus paſſiõis ſue
maxime in gentilibus euangelium Toletanum
Joannis 6 poſt tot ſermones de penitentia ad-
ditur ſmo de euchariſtia q̃ eſt memoriale paſſio
nis chriſti ⁊ declaratur proditio Jude Scariotis
qui chriſtum vendidit ⁊ tradidit ad paſſionem
¶ Dominica ſexta i ramis Palmarum propin-
quius accedit ad pertractandam hiſtoriam paſ-
ſionis chriſti iã definite apud iudeos vnde pre-
miſſa benedictione ramorum ⁊ euãgelio de ad-
uentu ſpontaneo chriſti ad paſſionem additur
epiſtola.Philipenſ 2 de qualitate perſone chri-
ſti et de maxima eius humilitate in paſſiõe qua

promeruit exaltari ad gloriam reſurrectionis Feria ſecunda in epiſtola Eſaye 50 declarat ſimul innocentiam chriſti et ſpontaneam eius oblationem ad paſſionem quam non merebatur euangelium Joánis 12. loquitur de cena Bethanie de facto Magdalene. que ſuo vnguento figurauit chriſti ſepulturã ſed Toletana eccleſia legit hodie fere totum illud capitulũ ꝛ ita includit Euangelium Romanũ ſabbati ꝓcedens Feria tertia in ep̃la Hiere. 11 ponitur alia q̃rella chriſti ad deũ qua deſcribitur modus paſſionis eius/et pena aduerſarioꝝ. Alie eccl'ie legunt hodie illud Sapientie 2 Uenite circũueniamus iuſtũ ⁊c de machinatione iudeorũ cõtra chriſtũ Feria quarta in prima epiſtola Eſa 62 et 63 declaratur victoria chriſti p ſuã paſſione de mũdo ꝛ de diabolo in ſecunda epiſtola Eſa 53 eſt ſermo clarus de modo paſſionis chriſti in humilitate/ ꝛ cũ opprobrio magno de cauſa paſſionis ꝓpter peccata nr̃a ꝛ magno merito ac p̃mio chriſti patiẽtis Feria quinta in cena dñi ꝛ alie due ſequẽtes q̃d pretendant in ſuis officijs clarũ eſt. quia res geſtas a chriſto in illis diebus

Ecunda pars ſecũde partis libri miſſalis ꝛ alioꝝ officiorũ eccleſie de ſecunda viſitatione qua chriſtus mundum viſitauit poſt ſuam reſurrectionem Et continet hec pars officia reſurrectionis/aſcenſionis/ et penthecoſtes

## ¶ Caput ſexageſimũocta

uum de ſacratiſſimo die ac feſto Paſchali ſeu dñice reſurrectionis cuius officium p̃ter myſterium litterale reſurrectiõis chriſti ſaluatoris noſtri reſurrectionẽ eccleſie ꝛ hiſtorice et moraliter annotat

Argumẽtũ officij generale



Am vero poſt p̃dicta tempus viſitationis ſeu recõciliatiõis mundi diligentius ꝓſequamur hoc eſt tempus reſurrectionis dominice quo redemptor noſter ieſus chriſtus cum nouitate vite incorruptibilis ad ſuos rediens impleuit qđ ante eis ꝓmiſerat Joan 16 dicẽs iteꝝ videbo ꝛ gaudebit iterum coꝛ veſtrũ ⁊c. tali videlicet gaudio vt poſt lachrymas et labores mundi quieſcans in deo ſabbatiſantes Unde ſicut poſt ſex dies laboris creationis ſucceſſit ſeptim⁹ in quo deus requieuit et poſt ſex mundi etates laboris fidelium ſequetur ſeptima beatitudinis in qua erit ſabbatiſmus populo dei ita poſt ſex hebdomades laborioſas quadrageſimalis ieiunij ac penitentie aduenit hec ſeptima i officio eccl'iaſtico plena gaudij et quietis quaten⁹ etiã ex hoc ſignificari valeat ſucceſſus temporũ eccleſie dei in hac ſexta mundi etate qua poſt ſex hebdomades generationũ hoc eſt 42 generatiões a natiuitate chriſti ſatis quidem laborioſas omnib⁹ chriſtianis ſuccederet aliud ſeptimũ tempus pacatiſſimum. quale eſſe poteſt in hac miſera peregrinatiõe vite mortalis maxime q̃tum ad ſtatu fidei/et religionis/ac q̃tũ ad diuinum cultum i templo dei a fidelibus celebrandum Hoc tempus ſeptimũ claruit in eccleſia dei ab ortu religionũ mendicantium vſq ad nos ꝛ adhuc non eſt finitum. quia vt diximus in feria ſexta precedẽte hec noſtra etas media e inter duas grauiſſimas tribulationes figuratas i libris Judith/ꝛ Heſter quarum altera iam preceſſit in generatiõe. 41. eccleſie altera vero nondum venit licet iam a religioſis dei nuncijs ꝓdicata fuerit quaſi de proximo futura vt patet ſupra i expoſitiõe paſſiõis chriſti ad ſenſum hiſtoricum. Hec itaq hebdomas letiſſima imo ꝛ totum tempus reſurrectionis (quod ſupra dicebatur quinquageſima leticie ꝛ gratie ab hoc die vſq ad Penthecoſten) in officijs ſuis repreſentare intendit in ſenſu hiſtorico (quẽ principaliter querimus in hoc opere) ſtatum eccleſie chriſtiane ſub reformatione religionum nam p talem reformationem chriſtus myſticus a mortuis reſurrexit ſ moraliter ꝛ ſecundum modum viuẽdi meliorem in lege chriſti Nam ante ortũ religionum mẽdicãtium eccleſia dei quaſi mortua iacebat in morbus. quia carebat ſenſu ſcientie dei. carebat et motu dilectionis proximi: vt in expoſitiõe lamẽtationum Hieremie diximus in feria quinta ꝓcedente Predicantibus vero ſanctis religioſis excitatus eſt ad vocem dei populus chriſtianus et propterea dicitur reſurrexiſſe moraliter a morte ignorantie quis eorum doctrinis tã ſcriptis q̃ vocalibus ſopite ſunt omnes hereſes adeo vt a trecentis iam annis nulla ſit memoria earum in eccleſia dei iuxta iuramentum angeli quem Joannes in Apocalipſi cap 17 dicitur audiuiſſe dicentem q tempus ſ. hereticorum nõ erit amplius Secreta etiam legis dei ꝛ ſanctarum ſcripturarũ/ac officioꝝ eccleſiaſticorum pamplius ꝛ perfectius q̃ antea detecta ſunt a viris religioſis in hac pace eccleſie qua fides catholica a prelijs hereticorum vacat et ſabbatizat Surrexit etiã populus dei a morte culpe excitatus ſanctis exemplis ꝛ miraculis religioſorum qui ignem diuini amoris venerũt mittere in terram vt arderent homines inflamati charitate ac ſi iterum chriſtus in die reſurrectionis ſue aperuiſſet fidelibus ſenſum vt intelligerent ſcripturas diceretq inſufflans in eos accipite ſp̃m ſanctũ ⁊c Joã 20 Quare nõ immerito talis temporis qualitas a quibuſdam dicta eſt tertia lex ſp ritusſancti per comparationẽ ſ ad legem veterem que fuit lex patris per quandam appropriationẽ et ad legem euangelicam in primis ſuis 42. generationib⁹ que ſimiliter dicta ẽ lex filij per appropriationẽ Sed quia in dictis ſex hebdomadibus generationum eccleſie fides fuit multiplicibus bellis oppugnata ab infidelib⁹/ab hereticis/ꝛ a tyrãnis nõ cõcedebatur pp̃lo dei quies ad pacifice colẽdũ deũ in ſinceritate cordis p fidem/ſpem/ ꝛ charitatem tam firma ꝛ diuturna. ſicut modo apparet a trecẽtis

Tertia lex ſp̃ſſancti.

iam annis hoc eſt ab ortu religionum mēdicātium Ideo licet populus dei nō mutauerit legē aut ſacramēta ſed in lege chriſti ſeruiat deo(que etiā duratura eſt vſq ad finē mundi)mutauit tamen modū ſeruādi eādem legem et precepta/ac ſacramēta chriſti.purius.ſ melius ꝛ ſpiritualius. quā antea propter abūdantiorem gratiam ſpiritusſancti. nimirū ergo ſi hoc reſiduum tēpus eccleſie chriſtiane dicał lex ſpiritusſancti ꝑ appropriationē. Et quāuis i primitiua eccłia fuerint aliq fideles valde ſpūales/ꝛ in quibus abundās grā ſpūsſancti faceret eos valde ſpūaliter ſentire de lege dei/ac preceptis ꝛ ſacramētis tamen illa ꝑfectio fuit rara/et in paucis hoibus eccłie dei in hac vero poſteriore etate de qua loquimur eadē gratie abundātia fuit valde multis cōmunicata: vt impleretur illud Joel 2.in nouiſſimis diebus effundā de ſpiritu meo ſup oēm carnē ⁊c ꝛ illud pſalmi.39 Annūciaui ꝛ locutus ſum multiplicati ſunt ſup numerum ſ.religioſi in eccłia dei.qui appropriate dicuntur ꝓfeſſores tertie legis ſpiritusſancti ſicut coniugati dicuntur ꝓfeſſores prime legis pris ꝛ clerici ſunt ꝓfeſſores ſcđe legis filij ſcꝫ ſcđm appropriationes ſuas de quibus alias operoſius locuti ſumus

Notanda ſunt hec omnia.

¶Sed aduertēdū ꝙ ſicut ſpūſſanctus ꝓcedit a duobus patre ſ ꝛ filio. ita religioſorū ſtatus ꝓcedit a ſtatu coniugatorū per naturalē generationē:ꝛ a ſtatu clericoꝝ ꝑ approbationē/et cōfirmationē religionum.Habuit etiam duo tēpora in mūdo ſ.ante aduētum chriſti in lege patris vt conſtat de Helia Heliſeo/et alijs ꝛ poſt aduētū ei⁹ in lege filij.in qua etiā dupliciter ſe habuerūt religioſi vno modo ante ortum mēdicātiū:alio modo poſt earū ortum Cuius diuerſitatis declaratio pōt dari ꝑ typū duarum principaliū vxorum Jacob ſ Lie/ꝛ Rachel. nam ſicut Lia/et Rachel fuerūt ſimul eidē viro matrimonialiter coniūcte ita eccłia clericoꝝ/ꝛ religio monachoꝝ fuere due ſpōſe dei Et ſicut preceſſit tēpus pariēdi in Lia multis annis et tandem peperit et Rachel ita in eccleſia chriſti et ſi ordo monaſticus a tempore ſancti Benedicti ſimul claruiſſe videał cum ſtatu clericorū tamen prius multo tēpore fructificauit in regimine animarum ordo clericoꝝ per multiplicem verbi dei predicationē/ꝛ libroꝝ editionem/ac ſacroꝝ officiorum eccłie inſtitutionē ordine monachorum adhuc in vita ſua contēplatiua manēte quaſi ſterili ſ in cōparatione ad ꝓmotorū gubernationē ſaluiferā Peracto igitur tēpore ſterilitatis Rachel in ſex predictis generationum hebdomadibus que fecūditati Lye dicate erāt ſucceſſit hoc ſeptimum tēpus eccleſie pacatiſſimū.quo monaſticus ordo fructificare debuit in regimine eccłie/ et ꝓcurando aiarum ſalutē verbo/ ꝛ exēplo/atq ſcriptura multiplicis doctrine libroꝝ.Hec etiam diuerſitas figurata eſt in duobus chriſti apoſtolis principalib⁹ Petro ſ et Joāne nam Petro ſub typo clericorū dixit chriſtus ſeqre me.ſ in labore ꝛ paſſiōe quā ſignificāt ſex hebdomade generationū.ſed de Joāne typū a gente religioſoꝝ ait ſic eum volo manere donec veniā ſ ad iudicium hoc eſt volo eū ſine labore viuere in qete ſue cōtemplationis vſq ad finalem eccleſie etatem.in qua etiam pacifice reget eccleſia dei ceſſantibus iam preſſ͡ijs malorū contra fidem ꝛ religionem chriſtianā.Facit ad hoc alia figura ve le. nam ſicut filij iſrael poſt exitū ſuum a captiuitate egypti quadraginta annis laborauerūt in deſerto et tandē duce Joſue intrauerūt terrā promiſſionis qui eā diuiſit eis in duodecim partes aut ſortes ita populus chriſtianorū qui ſunt filij ſpirituales veri iſrael i chriſti poſt exitū ſuum a captiuitate cecitatis iudaice laborauit in deſerto gētilitatis per 40 ge que cū alijs duabus prioꝛib⁹ quibus laborauerat in iudea faciūt.42.ge predictas laborauit inq̄ docendo/ predicando/ſacramenta miniſtrādo ꝛ animas cōuertendo ad deū Ergo poſt deſertū gētilitatis intrādū fuit in reqͥem ꝓmiſſam vite religioſe ac reformationis eccleſie que in 12. ſortes dicił fuiſſe diuiſa qꝛ licet idē ſit ſpūſſanct⁹ cui oēs religiōes appropriate ſunt: tamen diuiſiones gratiarū procedunt ab eo vt ſiant diuerſe religioes quarū principaliores duodecim cōputantur .etiā figurate in duobus predictis apoſtolis chriſti.quoꝝ prior petr⁹ ad quinqꝫ/ ſecund⁹ Joānes ad ſeptē eccłias ſcripſerūt queadmodū etiā quinqꝫ trib⁹ iſrael pri⁹ acceperunt ſortes ſuas et poſtea alie ſeptē.nā quinqꝫ ille eccleſie ad quas petrus ſcripſit preceſſerūt in fide ꝛ religiōe chriſtiana alias ſeptē ad q̄s Joānes ſcripſit.

Aliud argumentū ſpeciale.

¶Hac itaqꝫ ſumpta imaginatiōe ꝓcedem⁹ in expoſitione diuinorū officioꝝ eccleſie q̄ ſecuntur in tēpore paſchali.qđ alias dicitur tep⁹ reſurrectionis vel viſitationis numerādo generationes per tertiā legem ſpūſſancti vel regni religioſorum ſeorſum ꝛ ſeparatim a generationib⁹ ſecūde legis filij vel regni clericorū.quas etiā cōparauimus ad generationes prime legis patris/ꝛ regni coniugatorū in ve le Uerum qꝛ in hac quinquagena leticie ꝛ grē que hodie incipit nō ſunt edita officia miſſalia pro qualibet die ſicut in qnquagena precedente que fuit triſticie ſeu penitētie ſed ſolum in hac ocdoade i octauario reſurrectionis ( vbi nulla ſanctorū admittuntur feſta ) quelibet feria habet propriū officium poſtea vero ſoli dies dñici proprijs officijs decorati ſunt/dimiſſis ferijs infra hebdomadas accepim⁹ inde motiuū exponendi per hiſtoriā valde curioſe hec octo priora officia ſcꝫ adaptādo ea ad octo pmas generationes tertie legis quas etiā trigenarias facientes perueniemus cum eis vſq ad dies noſtros hoc eſt ad annos chriſti dñi fere 1500 Nec tamen has generationes vt hactenus comparabim⁹ ad generationes ve le in cuius libris poſt Zorobabel nulla fit metio de patrib⁹ linee chriſti qꝛ vt in cap. precedente notauimus poſt reedificationē templi hieroſolymitani ſabbatizauerūt ſacrorum librorum ſcriptores/ꝛ nullam de alijs patribus nobis mentione fecerunt vſqꝫ ad euangeliſtas chriſti Mattheum et Lucā Eſt etiā alia ratio : quia in generationibus legis omo.ſpiri-

tualis religioſoꝝ nihil erat admiſcēdum de car
nali illa lege coniugatoꝝ ſed per ignem de celo
miſſum ſicut olim in ſacrificio Helie ꝓphete re
ligioſi conſumēde erāt carnes / ligna/et lapides
ve.le ſimul etiā cum aqua ſecūde legis clericoꝝ
in qua eccliaſtica officia continētur ⁊ loquor de
cōſummatione que eſt per/ſpiritualē intelligen
tiam omniū precedentiū ſpiritualiꝙ viuēdi mo⸗
dum in eis figuratū q꜀ tamen in ſabbato ſequē⸗
te incipiet tertia quinquageſima glorie/⁊ termi
nabitur in ſabbato poſt penthecoſtē et ita ſient
iſte due quadrageſime comunicātes in 43 die⸗
bus ideo in exponendis huiuſmodi officijs hoc
modo ꝓcedemus quia prima ſeptē inſinuabūt
reſurrectionē chriſti/ ⁊ noſtrā moralē in hac ſexta
etate alia vero oia citra feſtū pēthecoſtes reſona
bunt ſimul reſurrectionē chriſti/et noſtrā glorio⸗
ſam in octaua etate Vltima deniꝗ ſepte officia
in hebdomade penthecoſtes ſolū modo pertinet
ad generalē noſtrā reſurrectionē in octaua etate
hoc dico q̄tum ad ſenſum hiſtoricū noſtre prin⸗
cipalis intentionis in hoc libro ſecus aūt de ſen⸗
ſu litterali quo ꝑtractanꝫ myſteria chriſti filij dei/
et ſpūſſancti.Secꝰ etiā de ſenſu morali pro noui⸗
ter baptizatis confirmatis/aut clericis ordinatis
Ab anno chri 1260 vſq; 1290 — vt in ſuis locis dicemꝰ ¶Prima itaꝗ generatio
tēporis religioſoꝝ ſeorſum a regno clericorū fuit
ſub Romanis pōtificibus Gregorio decimo/In⸗
nocētio quinto/Adriano quinto/Joanne vigeſi⸗
moprimo/Nicolao tertio/Martino quarto/Ho⸗
norio quarto/et Nicolao quarto imperāte tunc
Rodolpho viro vtiꝗ laudatiſſimo/ ac Romane
eccl'ie zelātiſſimo Et licet ante hanc generationē
inceperint ordines religioſoꝝ mendicantium vt
viſum eſt tñ ab hac generatione incepit eorū re⸗
gnum in eccleſia dei nam Innocentius quin⸗
tus ex ordine fratrū predicatoꝝ/ ⁊ Nicolaꝰ quar
tus ex ordine fratrum minorum ad pōtificatum
aſſumpti fuerūt.Adde etiā ꝙ eo tempore claruit
ingēs multitudo doctoꝝ ex religionibus mendi⸗
cātium qui ſuis doctrinis nō minus q̄ alij auto
ritate regiminis eccleſiā dei reformātes feliciter
gubernarūt Non licebat deniꝗ ante finē regni
clericoꝝ(qui.42 generationibꝰ a natiuitate chri
ſti regnaturi preuiſi erāt in Daniele/et euāgelio
Mathei)regnū incipere religioſoꝝ ne ſacer ille
numerus 42 laboris eccleſie de quo in prima
dñica quadrageſime diſputauimus diminutus
vel impfectus mācuſue remaneret In hac itaꝗ
religioſorū prima generatione claruit Albertus
magnus cū magna diſcipulorū turba ex ordine
pdicatoꝝ inter quos primatum tenuerūt Tho
mas de aquino doctor ſanctus/et Petrus tarā
teſius qui ⁊ papa Innocētius Claruit ⁊ Alexā⸗
der de hales/ſanctus Bonauētura/Guillelmus
parriſieſis/Joānes gualēſis/et alij plures de or
dine minorum Claruit tūc etia Egidius roma⸗
nus/Hugolinus/Auguſtinus de iterano/et alij
multi de ordine heremitarum ſancti Auguſtini
Claruit deniꝗ Guillemꝰ de ſamuco / Nicolaus
gallꝰ ⁊ alij quidā de ordine carmelitaꝝ quatenꝰ
ex tātoꝝ doctoꝝ religioſa ſapiētia illuſtrareꝫ /re⸗
nouareꝫ/ac reformaretur eccl'ia dei ac ſi reſurge⸗
ret a morte ignorātie/torporis/⁊ negligētie reue⸗
lāte deo per eos fidelibus noua myſteria/⁊ abdi
tiſſima ſue eccl'ie ſacramēta que prius latuerant
quaſi ſepulta Vnde in hac generatione editus
eſt liber ille diuinus/⁊ peregregius qui dicꝫ ra⸗
tionale diuinoꝝ officioꝝ a Guillelmo durādi vi⸗
ro vtiꝗ religioſiſſimo pariter ⁊ ſapiētiſſimo qui
alias ſpeculator dictus eſt q꜀ fecit ſpeculū iuris
et alia quedam opera magna eruditione plena.
Tunc etiā ſub Gregorio papa factū eſt cōcilium
Lugduneſe pro fidei declaratione/⁊ hereſum re⸗
probatione ⁊ hoc maxime p ſapiētiā religioſoꝝ.
Talē itaꝗ tpis qualitatem hodierne feſtiuitatis
officiū denotat quod totū reſonat leticiā ſpiritua
lem/⁊ nouā gratiā vite immortalis/ ac beatifice:
que in chriſto capite noſtro reſurgēte premōſtra⸗
ta eſt Nam in matutinali officio euangeliū cum — Matutinu.
ſua homelia tribꝰ tm̄ lectionibꝰ cū tribus reſpōſo
rijs decātaꝫ ob releuamen laboris preteriti qua⸗
drageſimalis vt inde ſignificetur tēpus quietis
eccl'ie tūc incipiētis Eadē ſignificatio ꝓcedit in
horis diurnis que oēs ſimili modo leticiā/⁊ bre⸗
uitate habēt Miſſale etiā huius diei officiū licet
ad litterā decantet gloriam dñice reſurrectionis:
tamen per hiſtoriā referꝫ ad predictā reſurrectio⸗
nem ſpūalem populi chriſtiani que facta eſt vir⸗
tute diuina per miniſteriū religionū mēdicantiū.
¶Vnde introitus Reſurrexi ⁊ adhuc ⁊c̄ ex ps — Introitꝰ miſſe.
138 eſt gratiarūactio populi chriſtiani ad deum
de tāto beneficio reſurrexi inquit per gratiā tuā
a morte culpe/et multiplicis pene/ac tribulatio⸗
nis corporalis que pro ea iuſte mihi infligebaꝫ
ſed non obſtātibus malis preteritis adhuc tecū
ſum per fide ſanam vſq; ad hoc tempus perma
nens in ea q꜀ tu poſuiſti ſuper me manū tuam
protegentē me in aduerſis ne oino deficerē a fi⸗
de mirabilis facta eſt nobis ſcientia tua qua
gubernas populū tuū per viciſſitudines aduer⸗
ſe/et ſecūde fortune vt aduerſis purgētur/ac ꝓ⸗
bentur et ꝓſperis ſuſtētentur ne oino deficiant
ait eni apoſtolus ꝙ oportet hereſes eſſe aliquo
tēpore in eccl'ia dei ad ꝓbationem fidei catholi⸗
ce vt poſtea ipſa ſic ꝓbata firma/et pacifica per⸗
maneat ſicut modo ſe habet Vnde ſequiꝫ ver⸗
ſus Dñe ꝓbaſti me ⁊c̄.principiū eiuſdē pſalmi
loquens de tēpore aduerſitatis preterite qua ꝓ⸗
bati ſunt fideles ſicut aurum qđ per ignē tranſit
et manifeſtati ſunt hoibus ideo ſubdiꝫ/⁊ cogno⸗
uiſti me i cognoſcere feciſti inter hoīes q꜀ ergo
tu primo cognouiſti ſeſſionē i humiliatione/ ſeu
abiectionē meam congruū fuit vt poſtea cogno⸗
ſceres reſurrectionē meā i exaltationē ad hono⸗
rem/⁊ quietē pacificā Poteſt et magis apte idē
introitus eſſe vox religioſi ordinis gratias deo
agentis de ſua exaltatione in regno eccleſie qui
prius erat quaſi abiectus inter clericos Poteſt
etiam moraliter exponi de nouiter baptizatis/⁊
de his qui in hac quadrageſima ieiunarūt/et pe
nitētiam egerūt.qua prius humiliati iam ſurre⸗

xerūt a culpa/et a pena cōformiter ad caput no-
ſtrum chriſtū quē oportuit prius pati/⁊ humi-
liari vt poſtea reſurgeret a mortuis de quo ⁊ ad
Oratio litteram loquitur noſter introitus Oratio Deus
qui hodierna die ⁊c̄ ad ſenſum hiſtoricum vocat
aditum.i initiū eternitatis i.vite eterne eccl'ie re-
formatione factam per religioſos que in chriſto
reſurgete ſignificata eſt·ideo petit vota religioſoꝝ
a deo adiuuari vt ceptā vitā ſpiritualē ꝓſequanť
quā ex diuina inſpiratiōe iceperūt Moraliter ꝓ
nouiter baptizatis/ac pro renouatis ex penitētia
quadrageſimali/aditū eternitatis vocat gratiam
acceptā ex ſacrameto et petit adiuuari ad proſe-
Ep'le ar-gumētū quēdam nouā vitam inchoatā ¶ Epiſtola Ex-
purgate vetus fermentū ⁊c̄.i.Corin 5 eſt ſermo
boni religioſi prime illius generationis tertij tē-
poris quo fidelem populū exhortabať ad reno-
uationem vite bone abiecta vetuſtate male vite.
et moraliter eſt ſermo moderni prelati ad noui-
ter baptizatos/⁊ veros penitētes renouatos ha-
bet tres partes In prima premittiť vtile docu-
mētum In ſcd'a ibi etenim paſcha ⁊c̄ allegať me-
moriale beneficiū In tertia ibi itaq; epulemur
Prima ps ep'le ⁊c̄ cōcludiť inde ꝓpoſitū. Documentū ſalubre p̄-
dicatoris/ vel p̄lati eſt enigmaticū ſumptū ex pa-
rabola chriſti in euāgelio Matthei 13 de mulie-
re que miſit fermētum in farinā/vel maſſam ⁊c̄.
Sed licet fermentū corporale ſit bona dei crea-
tura.fermētum tamē ſpūale aliquādo laudatur
in ſcriptura·vt patet in parabola allegata Mat-
thei.13 aliqñ vituperatur vt pꝫ in hac epiſtola/
vbi parū ante ait q᷑ modicū fermētum totā maſ-
ſam corrūpit. vnde eliciť q᷑ duplex eſt fermētum
ſpūale.ſ fermentū charitatis/⁊ fermētū iniquita-
tis nā cū fermētū corporale a feruore dictū ſit·q2
facit paſtā feruere/⁊ rare fieri/ſiue ampliori fer-
uor aūt ſpūalis ad appetitū ꝑtinet qui eſt amor
quo ipſe incaleſcit/feruet/⁊ dilatatur ad aliquid
extra ſe appetēdum amor noſter duplex eſt pro
obiecti amabilis bonitate/et malicia vnde Au-
guſt 1 de ciui dei·duo amores fecerunt ciuitates
duas ſ.dei ⁊ diaboli ideo fermentū charitatis eſt
ipſe amor dei ꝓpter ſe / et amor ꝓpter deū ¦fer-
mentum aūt iniquitatis eſt amor mūdanus/vel
cupiditas bonoꝝ corporaliū vt ſunt diuitie/deli-
tie/honores ⁊c̄ ⁊ contrariantur inter ſe q2 (vt idē
Auguſti ait) venenum charitatis eſt cupiditas.
ideo habet contrarios effectus q2 fermetum cha-
ritatis renouat hoiem interiorē fermentū iniqui-
tatis inueterat ipſum Documētum ergo noſtre
epiſtole eſt fratres expurgate i.expellite a vobis
vetus fermentū.i iniquitatē ⁊ peccatū qđ inuete-
rat vos vel expurgate vitā veterē / et ſocietatem
malorum quā hactenus habuiſtis vt ſitis noua
conſperſio i maſſa per fermentū charitatis reno-
uati deinceps ex quo ꝑ dei gratiā eſtis iam azi-
mi.i ſinceres ⁊ mūdi a malo fermēto q d ex quo
per penitentiam/vel baptiſmū / vel reformationē
noſtrā iam incepiſtis nouam vitā virtutis/⁊ gra-
tie dei abiecta vetuſtate prioris male vite.oramꝰ
vt cōtinuetis eam/⁊ non retrocedatis a bono in-
cepto q2 in veteri lege Leuitici 7.cū hoſtia paci-
fica panes fermetati offerri mādabanť et cap'lo
23 duo panes fermētati pro primitijs deo offere-
bātur vt ex hoc ſignificareť q᷑ nec pax ſenectu-
tis hois cum deo nec primitie iuuētutis deo pla-
cent ſine fermēto charitatis ſed de immolatione
agni paſchalis dicitur Exodi 12 ſeptē diebus.i.
tota vita veſtra fermētum iniquitatis non erit in
domibus i.conſcietijs veſtris ideo epiſtole docu-
mentū loques de hoc tēpore paſchali quo verꝰ
agnus dei immolatur hortatur nos expurgare
hoc malū fermentū/ſiue per amare contritionis
potionē/ſiue per vomitū ⁊ cōfeſſionē/ſiue per fle-
botomiā.i.reſtitutionē/ ſiue per ſudorē eleemoſi-
ne/ſiue per balneū deuote orationis Unde alle- Scd'a ps epiſtole.
gās figurā de agno paſchali ſubdit·etenī paſcha
noſtrū.i.chriſtianorum eſt chriſtus qui fuit pro no-
bis immolatꝰ:ſicut enī illius agni paſchalis im-
molatio phaſe vel paſcha.i tranſitus dicebatur
propterea.q᷑ fiebat in memoriam illius trāſitus:
quo populus dei a captiuitate trāſiuit ꝑ deſertū
in patriā libertatis.ita hec paſchalis ſolēnitas re-
ſurrectionis chriſti celebrať in eccleſia dei in me-
moriā huius tranſitꝰ·quo fidelis populus a ca-
ptiuitate peccati per deſertū penitentie quadra-
geſimalis/vel per mare baptiſmi/vel māna reli-
gionis ſancte trāſiuit in libertatē filiorū dei par-
ticeps gratie eiꝰ ⁊ pacis eccl'iaſtice. debetis ergo
fratres abijcere a vobis vetꝰ fermentū iniquita-
tis ſpiritualiter in hoc ſacro tēpore pacis ſicut fi-
lij iſrael abijciebāt in ſuo paſchate fermentū cor-
porale quādo immolabant agnum ⁊ manduca-
bant paſcha. Et q2 in hac die populus chriſtianꝰ
ex inſtitutiōe eccleſie ſolet comunicare applicat Tercia ps epiſtole.
predicta ad hoc propoſitū dicens itaq; epulemur
ſacramentaliter de agno paſchali in conſcientia
pura ⁊ renouata.non in fermēto veteri i neq; in
fermento malitie.i.rancoris/⁊ nequicie.i iniuſti-
cie cōtra proximos ſed in.i.cū azimis panibꝰ ſin-
ceritatis conſcientie/⁊ veritatis i vere doctrine/⁊
iuſticie dei ſcd'm tenorem p̄ceptorū eiꝰ. Et q2 in
hoc feſto/tēpus religionū pacatiſſimū deſignať
hec perſuaſio ad comunione ſpiritualem referri
poteſt qua vnuſquiſq; proximū ex charitate dili-
git comunicans ei in bonis ſpiritualibꝰ·quibus
eccleſia dei vnitur in vinculo perfectionis epule-
mur itaq; fratres dicebat predicator religioſus in
generatione prima tertij ſtatꝰ i comunicemꝰ ſpi-
ritualiter oēs ⁊ ceſſent iā prelia ⁊ ſediciones chri-
ſtianorū nō ſimꝰ (vt olim heretici faciebāt) ad-
inuicē diſſentiētes in fermēto veteri heretice pra-
uitatis cōtra catholicā fidē·neq; in fermēto mali-
cie i inimicicie bellorū inter chriſtianos et nequi-
cie ſecularīū cōtra eccleſiaſticos vt faciebat tyrā-
ni imperatores ſed in azimis ſinceritatis i boni
amoris cōtra malicīā et veritatis i iuſticie ac de-
bite obediētie cōtra nequitiā ¶ Cantus gradua- Graduale
lis in hoc die ⁊ ꝑ totā fere hebdomade Hec dies
quā fecit dn̄s ⁊c̄ ex pſal' 117 eſt reſpōſio fidelis
populi ad predictā ep'le exhortationem q̄ exhila-
ratus tali doctrina incitatur ad laudandū deum

pro tāto beneficio pacis cōceſſe ſibi poſt labores
perſecutionū precedentiū poſt longa penitentiā
et ieiuniū poſtq̄ tot immenitatis vicioꝝ ideo aīt
hec dies .i. tempus hoc letū ꝛ pacificum quā fecit
dn̄s miraculoſe ſupra vires humanas/ꝛ preter
oēm ſpem noſtrā ideo exultemꝰ ꝛ letemur in ea
ſpūali gaudio qḋ vergat in laudem dei. Verſus
Confitemini dn̄o ꝛc̄ principiū eiuſdem pſal' de-
clarat modū exultationis .ſ. laudādo deū ꝛ gras
ei agendo pro tātis beneficijs confitemini .i. dicit
.i. laudate deū qm̄ bonus eſt ſeruis ſuis qꝛ bene
facit eis et nō tātū ſemel neq̄ bis ſed infinities
quoniā in ſeculū .i. ad ſemp eſt miſericordia eius
Notandū ſup ſeruos ſuos ¶ Et qꝛ iſte cātus gradualis .ſ.
hec dies ꝛc̄ eſt frequētiſſimꝰ ꝛ quotidianꝰ in hoc
tēpore paſchali libet paululū digredi ſuper eius
declaratione quātum facit ad noſtrū ꝓpoſitum
quia cū dies leticiā/fauorē/et honore ſignificat:
eſt ſciedum q̄ eſt duplex dies in genere femini-
no .i. duplex tepꝰ vt chriſtus declarat Joānis 7
dicēs tepus meum nōdum venit tēpus veſtrum
ſemp eſt paratū ꝛc̄. q d eſt tepus ſiue dies mūdi
eſt ꝛ dies dei de primo Hieremie 7 diē hoīs nō
deſideraui dn̄e tu ſcis hec eſt dies glorie mūda-
ne qua homo naſcit ad hoc vt efficiat filiꝰ huius
mūdi vnde ꝛ Herodes mūdanus celebrauit diē
natalis eius Marci 14. ꝛ in tali die ſancti hoīes
nō exultāt vnde ꝛ Job 3 maledixit ei dicēs per-
eat dies in qua natus ſum ꝛc̄ De ſcḋa die habe
tur in figura Exodi 12. celebrabitis hanc diem .ſ.
paſche/ꝛ habebitis eam in monumentū in cun-
ctis generationibꝰ veſtris cultu ſempiterno q d
exultabitis in ea quia eſt dies dn̄i Sed magis
particularizādo faciamus hāc diuiſionē quadri-
mebrem iuxta quattuor verba poſita in hoc can
tico eſt em̄ quedā dies culpe/ꝛ peccati quā non
fecit dn̄s ſꝫ et maledixit Job alia eſt dies nature
quā fecit dn̄s ſed non debemus exultare in ea
qꝛ per eam homo naſcit plorās/ꝛ non niſi ad la
borem huius vite miſere Job 7 Tertia eſt dies
gratie quā fecit dn̄s ꝛ exultamꝰ in ea Joānis 8.
Abrahā exultauit vt videret diē meū ꝛc̄ ſꝫ qꝛ pax
iſta ꝛ exultatio hic nō poteſt eſſe ꝑpetua vbi col-
luctatio eſt nobis aduerſus principes tenebraꝝ
ideo non letamur in ea non em̄ eſt latitudo cor-
dis vbi obſidēt nos hoſtes/ꝛ anguſtie Sed cum
dies quarta (que eſt glie) aduenerit plene cata-
bimus hec eſt dies quā fecit dn̄s exultemus et
letemur in ea ꝛ illa in reſurrectione chriſti mon-
ſtrata ꝛ initiata eſt atq̄ in hac prima tertij ſtatus
generatione figurata de qua Eſa 60 tunc vide-
Aleluia bis et affluēs et dilatabitur cor tuū ꝛc̄ Sequitur
aleluia paſcha noſtrū immolatus eſt chriſtus ꝛc̄
ex epiſtola hodierna dat cauſam tanti gaudij et
laudis diuine predicte/de tali tp̄e pacis eccleſiaſti-
ce quia .ſ. chriſtus de nouo nūc immolatus eſt in
ſanctis religioſis qui obtulerunt ſe deo hoſtiam
viuam deo placentem ideo factus eſt nunc chri-
ſtus paſcha noſtrum ideſt tranſitus a morte ad
vita / a labore ad requiem / a vitijs ad virtutes
itaq̄ epulemur ſpūalem hāc victimā in azimis .ſ.

puris cōſciētijs ſinceritatis ꝛ veritatis nō ſimula
te hypocriſis Et fere idē eſt ſenſus huius dicti in
perſona baptizatorum/ꝛ penitētium qui ſeipſos
deo mactauerūt Hoc vero vocabulū aleluia eſt
hebraicum cōpoſite figure ex verbo ꝛ noīe nam
alelu eſt verbū laudate ia eſt nomen dei/et lati-
ne dicit dn̄s vnde aleluia .i. laudate dn̄m qḋ non
dicit in officijs luctuoſis de mortuis/ꝛ de penitē-
tia ꝓpter eius ſolēnitatem et eadē ratione cātat
hebraice ꝓpter autoritatem illius lingue in qua
diuina myſteria primū tradita ſunt hominibus
¶ Euangeliū Maria magdalene ꝛc̄ Marci 16 Euāgeliū argumentum.
hiſtoriā dominice reſurrectiōis adaptat reſurre
ctiōi morali ppl̄i chriſtiani ſub religioſo .ſ. regno
ſpūali per tropologiā vero dat documētū [illegible]
qui cū chriſto ſurrexerūt ꝑ baptiſmū/vel penitē-
tiam Et diuidit in tres partes Prima eſt tēpo-
ris qualitas Scḋa ibi et dicebant ꝛc̄ mulierum
ſtudioſitas Tertia ibi qui dixit illis ꝛc̄ angelica
affabilitas In illo ergo tēpore prime generatio Prima pars euāgelij
nis religioſoꝝ maria Magdalene .i. religio con-
tēplatiua ſancti Benedicti/aut Bernardi ꝛ ma
ria Jacobi .i. luctatoris religioſi actiui vt religio
militum ſancti Jacobi / vel ſancti Joannis/ aut
ſancti ſepulchri et Salome .i. pacifica religio mē-
dicantiū vt ſancti Dn̄ici/aut Frācīſci emerūt aro
mata ſtatutū/ꝛ vnguēta bonoꝝ opeꝝ ab eo ḋ quo
ſcriptū eſt Eccl'iaſtici 38 vnguētarius faciet pig-
menta ſuauitatis/ꝛ vnctiones conficiet ſanitatis
ꝛc̄ emerunt inquā auro charitatis/et argento ſo-
nore orationis vt venīētes ad eccleſiā dei vnge-
rent Jeſum myſticū .i. populū chriſtianū allicerēt
et placabile deo facerent/ ac odoriferum hoibus
redderent Et valde mane .i. ſtatim a principio
vna .i. prima die ſabbatoꝝ .i. tēporis qḋ datum eſt
eccl'ie dei in ſabbatū ſub regimine religioſoꝝ ve-
niunt ad monumentum chriſti qḋ eſt eccl'ia eius
continue monens hoim mentes orto iam fideli-
bus ſole cōſolationis/et abiectis tenebris tribu-
lationis Et dicebāt adinuicem religiones predi Scḋa pars euāgelij.
cte cupiētes multū fructificare in eccl'ia dei quis
reuoluet .i. conuertet nobis lapidē obſtinationis
peccatoꝝ ab hoſtio monumenti .i. a principe/vel
prelato eccl'ie nam quādiu principes ſeculares
tyrāni fuerint et prelati clericoꝝ auari pōpoſi/ac
laſciui eoꝝ ſca idalum impediēt fructū noſtrū in
populis hunc ergo lapidē/ hoc impedimentū of-
ficij noſtri procuremus in primis remouere ab
eccl'ia dei ſed qꝛ hoc negociū arduū eſt/ ꝛ excedit
vires noſtras quis erit nobis adiutor vt reuol-
uat nobis lapidē ab oſtio monumēti ' erat q̄ppe
magnus valde .ſ. princeps et prelatus malus et
difficilis ad cōuertēdum Et reſpicietes religioſi
ad celū pro auxilio diuino implorādo viderunt
reuolutū lapidē licet eſſet magnus valde quia
ſublato ꝑ morte malo imperatore maloq̄ papa
ꝓuidit deꝰ de alio bono principe/ ꝛ ꝑlato viſum
eſt in hac prima generatione tertij temporis Et
introeūtes in monumentū predictū viri religioſi.
vt regerēt eccleſiā dei in omni ſapiētia/ꝛ virtute:
viderūt iuuenem .i. nouū principē / vel pōtificem

ſedentē in dextris.i. in nobiliori ſede totius eccl'ie dei ad iudicādum populū fidelem coopertum i. indutū ſtolla candida i. vita immaculata virtuoſa/⁊ honeſta qua alij fideles edificati facile conuerterent ad deū officio predicationis religioſorum et hoc videntes obſtupuerūt de tam ſubita mutatione dextere excelſi circa illos ſupremos

Tertia ps euangelij.

ſtatus fidelium. Tunc Romanus pōtifex alicere volens religioſos ad fructificādum in eccl'ia dei ait illis nolite expaueſcere.i. mirari de hac mutatione facta in ſtatu imperiali/⁊ papali. qꝛ cor hominis in manu dei eſt:⁊ quocū[que] voluerit vertet illud ⁊ inde ſpem accipite ad cōuerſionem aliorum ſtatuū minorum nolite ergo expaueſcere/ſeu timere operis arduitate qꝛ deus erit vobiſcū. ſcio em̄ ꝙ in actibus veſtris Jeſum queritis i. ſalutationem animarū. nazarenū.i. florem gratie / et verbi dei vultis ſeminare in eccleſiā: crucifixum mundum.i. deſpectū predicantis dico em̄ vobis qꝛ ſurrexit mundus pro magna parte a morte culpe ⁊ iam non eſt hic.i. talis qualis erat prius ecce locus.i. tēpus quietis orationis/ et deuotionis vbi poſuerūt eū boni prelati/⁊ boni principes a deo miſſi ad ppl'm ſuum Vos ergo deuoti religioſi ite nunc per mundū predicātes ⁊ dicite diſcipulis eius.i. chriſtianis oībus etiā Petro i. ſummo pōtifici q̄ tenet locū Petri apoſtoli in eccl'ia dei: qꝛ Jeſus ſaluator eorum precedet vos i. ibit coram vobis adiuuādo per grām ſuam officiū predicationis veſtre: vſ[que] in galileā i. trāſmigrationē populi fidelis a vitijs ad virtutes ibi em̄ videbitis eum comitātem vos ſicut dixit vobis in ſuo euāgelio Luce 21. cum ſteteritis inquit ante reges ⁊ principes nolite cogitare q̄d loquamini ego em̄ dabo vobis os et ſapiētiam ⁊c̄

Moralitas.

¶ Moraliter vero per has marias intelligunt deuote anime fidelium nouiter baptizatorum/vel penitentiū Maria em̄ amaritudinē denotat penitētie ſed tres marie ſimul nominantur vt ex hoc ſignificētur tres virtutes theologice talibus neceſſarie vel hoc dicitur ad cōmēdandā ſocietatem ſeruorum dei melius eſt enim ſeruire deo in ſocietate/q̄ ſolitarie Eccleſiaſtici 4. melius eſt duos eſſe q̄ vnum qꝛ mutuo ſe iuuat ad reſurgendū a peccato preterito ideo ſubditur vnus ſi ceciderit. ab alio fulcietur iuuant ſe ad euitandū peccatū futurū ideo additur ſi quis preualuerit aduerſus vnū duo reſiſtēt ei mutuo ſe accendunt in deuotione dei ideo ſequitur ſi dormierint duo fouebūtur mutuo nam vnus ſolus quomodo calefiet? deni[que] tales melius liberātur a tētationibus diaboli. quia dicitur funiculus triplex difficile rumpitur i. a diabolo Per cognomina etiā iſtarū mulierū ſignificātur qualitates iuſtificate anime que eſt Magdalena i. magnificata/vel exaltata per gratiā dei eſt Jacobi i. ſupplātās peccatū. eſt et Salome i. pacifica a remorſu conſciētie Iſte ergo anime ſic purificate per baptiſmum/vel penitentiam veniūt hodie valde mane orto iam ſole i. reſuſcitato dn̄o ſcd̄m eccl'ie repreſentatione ad ipſum viſitandū cū vnguentis aromaticis ſpūaliter que ſcd̄m Bernardum triplicia ſunt eſt enim vnguentum contritionis/ deuotionis/ et compaſſionis aromata vnguenti contritionis ſunt peccata propria/ vnguenti deuotionis ſunt dei beneficia/vnguenti compaſſionis ſunt proximorum mala. tunc ergo cum Magdalena pedes chriſti vngimus. quādo pro peccatis noſtris lacrymas fundimus tunc cum maria Jacobi caput chriſti vngimus quando de eius beneficijs ſibi gratias exhibemus tunc corpus eius cum Salome vngimus quando proximos afflictos oleo compaſſionis et miſericordie delinimus ⁊c̄ Talibus ergo deuotis perſonis loquitur hodie angelus domini i. nuncius dei predicator / ⁊ aperit eis ſepulchrum chriſti.i. miſteria ſue mortis/ſepulture/⁊ reſurrectionis declarat ⁊ reuelat. moneta[que] vt annūcient hoc magnum miſterium ſuis domeſticis quos faciant tranſmigrare per ſacramētum penitentie a vicijs ad virtutes vt tandem deuote videant ieſum in eucharistia ⁊c̄.

Offertorium.

¶ Cantus offertorij. terra tremuit ⁊c̄ ex pſal. 75 notat effectum ſeu fructum predicationis religioſorum in ſtatibus minoribus fidelium remoto iam grādi lapide mali principis ſeu mali prelati qꝛ eis predicantibus tota fere terra tremuit.i. concepit timorem dei et quieuit a malis que agebat mundus dum per voces predicatoris reſurgeret deus in cordibus auditorum in iudicio ſecreto confeſſorum. quia populus fidelis audita predicatione de proximo fine mūdi ⁊ aduentu chriſti ad iudicium ex magno timore penitens venit ad iudicium ſacramenti penitentie ſub pedibus ſacerdotis confeſſoris quaſi dicens illud I Cor. II ſi nos ipſos iudicaremus nequa[quam] a domino iudicaremur ⁊c̄ vnde factus eſt notus in iudea deus i. in eccl'ia latina que fidem catholicā confitetur et in iſrael i. populo deū vidente factū eſt notū magnum nomē eius q̄d ante predicationem religioſorū videbatur ignotū fidelibus mūdanis Oratio ſecreta Suſcipe dn̄e ⁊c̄. offert deo preces ⁊ oblationes fideliū conuerſorum ad fidem et bonā vitam quatenus per hec paſchalia feſta tranſeāt ad poſſidēda bona ſpiritualia eterna ſublato timore iudicij

Communio.

¶ Poſt cōmunionem cantat chorus ex epiſtola hodierna paſcha noſtrum immolatus eſt chriſtus i. cibus bene preparatus ita[que] epulemur eū in eucharistia in conſcientijs azimis ⁊c̄ eſt[que] vox leticie populi ad deū conuerſi tam in prima generatione tercij ſtatus religioſorum quā in hac die paſchali qua totus fidelis populus cōmunicat Finalis oratio ſpiritum nobis ⁊c̄ petit gratiam ſpiritusſancti infundi his qui digne cōmunicarunt qua perſeuerent in mutua dilectione et concordia quam ſignificat eucharistia.

## ¶ Caput ſexageſimumnonum

de feria ſecūda in paſchate que ad ſecundam religioſorum generationem pertinens profectum eorum inſinuat in eccleſia dei. et neophitos letificat.

Argumē-ti offi-cij Ab anno chri 1290 vſq 1320

SEcūda genera-
tio tertij temporis religioſoꝝ
pſperauit ſub ſequentis pō
tificib⁹ Celeſtino quinto Bo
nifacio octauo / Bñdicto vn-
decimo/Clemēte quinto im-
perantibus tunc Adulpho /
Alberto/ et Henrico ſeptimo In qua etate licet
fuerint bella / ⁊ turbationes ſuper rebus ſecula-
ribus inter mūdanos tñ negotium fidei ⁊ eccl'ie
dei miniſterio religioſoꝝ preualuit ſub bonis pō
tificibus nam a Celeſtino viro vtiqꝫ ſanctiſſimo
ac religioſiſſimo ordo celeſtinorū incepit ſub re
gula ſancti Benedicti a Bonifacio iubile⁹ in vr
be Roma inchoatus eſt anno chriſti dñi 1300 ⁊
quattuor ſanctoꝝ eccleſie doctorū feſta inſtituta
ac liber ſextus decretalium publicatus Benedi
ctus papa ex ordine pdicatorū aſſumptus mira
ſanctitate ſua eccleſia illuſtrauit Et tādem Cle-
mens cōcilium Vienenſe cōgregauit quo multa
pro defenſiōe fidei/pro extirpatione hereſum/ac
pro reformatione eccl'ie ſtatuta ſunt ⁊ licet com-
pilauerit librū ſeptimū decretaliū dictū clemen-
tinarū tamen in ſequente generatione fuit liber
ille editus in publicā lucem Hic etiam pontifex
trāſtulit papale curiam in gallias vbi etiā p 70
fere annos permāſit ſ vſqꝫ ad Gregorium vnde-
cimum Claruerūt inſuper in eadē generatione
pleriqꝫ religioſi mira doctrina excellētes ſ Con-
radus germanus/Jacob⁹ voraginis/Rainerius
piſanus/Joānes de ſancto geminiano/et alij de
ordine predicatoꝝ.Item Joānes ſcotus/Joānes
de parma/Hubertin⁹/Richardus de media vil-
la/Nicolaus de lyra/Frāciſcus maronus/ et alij
plures de ordine minoꝝ.Item Hugolinus/Au-
guſtinus triumphus/Jacobus de viterbio/ Augu-
ſtinus de ancona/Albertus pataninus/⁊ alij de
ordine heremitaꝝ Item Nicolaus gallicus/Si-
bertus teuthonicus / Petrus de perpiniano/et
alij de ordine carmelitaꝝ Et preter religioſos cla
ruerūt eodem tpore Henricus de gādauo/Ma
gnus Alanus/ Dātes florentin⁹ theologi plures
etiā vtriuſqꝫ iuris doctores/⁊ medici magni Co-
ciliator/Gentilis/⁊ alij ex quoꝝ oim doctrina res
fidei ⁊ eccl'ie optime agebātur q2 boni prelati ex
Introit⁹ miſſe religionibus aſſumpti eam regebāt ¶ Unde et
miſſe huius introitus ad hoc ſignificādum vocē
religioſoꝝ pſonat dicēs Introduxit nos dns ⁊c̄
Exodi 13 cū eñ religioſi ante hoc tēpus eſſent
excluſi a regimine eccl'ie/⁊ pauperes mendicarēt
gaudent modo gratias agentes deo q introduxit
eos dñs in terrā fluētem lac ⁊ mel.i in eccleſiam
et reddidit eius pingues non quide q ipſi hec
tēporalia magnifaciant ſed q2 facti prelati cum
maiori autoritate/ ⁊ efficacia predicabūt lege dei
fidelibus populis ideo addit vt lex dei ſemp ſit
in cordibus veſtris ⁊ ponitur triplex Alleluia qd
eſt laudate deū propter vita/⁊ ſcientiā/⁊ prelatiā
ſibi conceſſam ex miſericordia dei Ideo ſequitur
verſus Confitemini dño qm bonus ⁊c̄ ps 117.
laudans dei miſericordiā cum ſeruis ſuis Po-
teſt idem introitus exponi de nouiter baptizatis
quos dñs introduxit per baptiſmū qui eſt ianua
ſacramentorū in eccleſiam ſuā que ſignificabat
per terram pmiſſionis de qua Moyſes ad litte-
ram loquebatur filijs Iſrael q̄uis vt apoſtolus
teſtatur ad Heb 11 illi ſancti patres aliā meliorē
ſpectabant a deo terrā ſpiritualē ſ poſſeſſionem
fidei/gratie/⁊ glorie dei Et ad hūc ſenſum addi-
tur oratio Deus qui ſolēnitate paſchali ⁊c̄ nā ſi- Oratio.
cut per agnum paſchalem deus olim populum
Iſrael a captiuitate ad libertatē trāſtulit cōceſſo
etia celeſti dono legis reuelate in mōte ſinay ita
per trāſitum paſſionis ⁊ reſurrectionis chriſti/ et
per baptiſmū populus chriſtianoꝝ tranſijt a ca-
ptiuitate infidelitatis ad libertate fidei/ et gratie
dei petit ergo hec oratio donū celeſtis gratie po-
pulo dei.quo ad pfectam libertatē glorie/ et vite
eterne feliciter perueniat ¶ Epiſtola Stās Pe Eple ar-gumentū
trus in medio plebis ⁊c̄ Act 10 hiſtoriam totius
vite/mortis/ ⁊ reſurrectionis chriſti veri applicat
ad chriſtū myſticū qui eſt populus chriſtianus
vt oſtēdat pfectum religioſoꝝ in eo ⁊ habet tres
partes Prima deſcribit chriſti vitā laborioſam
Scda ibi hunc deus ⁊c̄ pbat eius reſurrectionē
glorioſam Tertia ibi ⁊ precepit ⁊c̄ ſupaddit pre-
latoꝝ eccl'ie predicationem virtuoſam Ante oia
in ſenſu litterali ſciēdum q beat⁹ Petrus in hac
epiſtola breuiter cōplexus eſt oia que in ſymbo-
lo fidei credēda pponūtur de chriſto ſ q Jeſus
nazarenus eſt verus chriſtus in lege veteri pro-
miſſus q eſt omnium dñs q eſt miſſus a deo in
mūdum ad recōciliationē hominū cum deo q a
Joāne prenunciat⁹ q fuit ſpirituſancto vnctus.
q deo inhabitante fuit miraculis declaratus q
tande fuit a malis paſſus/crucifixus/mortuus/⁊
a deo reſuſcitatus q fuit ſuis diſcipulis manife-
ſtatus q eccleſiam ſuā erat per totū mūdum di-
laturus/⁊ in fine mūdi omniū homi iudex vē-
turus Ad ſenſum vero hiſtoricū hec epl'a eſt ſer Prima ps eple.
mo boni prelati/aut predicatoris religioſi in die
bus illis ſcde generationis tertij tēporis tūc eñ
Petrus i Romanus pontifex tenes Petri locū
ſtans in medio plebis chriſtiane ad reformādā
eccleſiā officio religioſorū dixit ad ſubditos viri
fratres in dño vos iā ſcitis verbū i predicationē
fidei catholice qd factum eſt ſub regno clericoꝝ
a ſanctis patribus eccl'ie p vniuerſam iudeam i
eccleſiā latinam que correſpondet tribui iuda vt
alias diximus Incipiens eñ a galilea i a grecia
que correſpōdet alijs tribubus a qua incepit pdi
catio fidei tpore apoſtoloꝝ poſt baptiſmum im-
peratoris Conſtātini quod predicauit i predixit
Joānes in apocalipſi caplo 7 ſcitis inqꝫ Jeſum
myſticū a nazareth i flore verbi dei genitū quo-
modo vnxit eū deus ſpirituſancto i gratia eius/⁊
virtute ſacramētoꝝ chriſti qui etiā populus chri-
ſtianus pertrāſiuit p multas generationes eccl'ie
benefaciēdo i implēdo legem dei ⁊ ſanādo oēs
oppreſſos a diabolo i conuertēdo idolatras de-
ceptos a diabolo quoniā deus erat cū eo adiutor

et doctor eius ⁊ hoc durauit uſq; ad noſtra tēpora et nos teſtes ſumus omniū bonorū que fecit in regione iudeorū.i.latinorum et in Hieruſalē.i. Roma que eſt caput eccleſie latine/ ⁊ regni clericorū.quē nihilominus ſepius occiderūt infideles/ heretici/ ⁊ tyrāni propter defenſionē catholice fidei quā nūc habemus ſuſpēdētes in ligno ⁊ alijs tormentorū generibus afficiendo:adeo vt iam in generationibus vltimis regni clericorum populus dei apparuit quaſi mortuus

Scđa ps epiſtole.

Sed miſertus eius deus ſuſcitauit ipſum ab hac morte tertia die.i.in hoc tertio tēpore luminoſo ⁊ preclaro religioſorū per eorū ſancta exēpla ⁊ documēta ⁊ dedit eum reſuſcitatū fieri manifeſtū i.cognitū non omni populo.i.non popularibus ⁊ mūdanis qui de ſpūali reſurrectione nihil ſapiunt / nec eā habent in precio : ſed ſolū fuit manifeſtatus teſtibus preordinatis a deo i viris ſpūalibus predeſtinatis ad ſalutē eternam.hoc eſt nobis qui mānducauimus et bibimus cū eo in monaſterijs religioſorum/⁊ experti ſumus vitā ſpūalem et doctrinā illorū poſtq̄ fidelis populus ſurrexit a mortuis. q d.hanc dei gratiā ⁊ miſericordiā qua moraliter reſuſcitauit eccleſiā ſuam mūdani nō cognoſcūt: ſed ſoli religioſi et boni prelati ex religionibus aſſumpti/ et alij fideles ſeculares clerici/aut laici qui cū religioſis verſati ſunt/⁊ eorū mores experti

Tercia ps epiſtole.

Hac itaq; chriſti myſtici reſurrectione incepta precepit nobis prelatis deus deinceps predicare/vel facere predicare pplo chriſtiano et in predicationibus principalis materia erit teſtificari primum eſſe dei iudiciū/⁊ finē huius mundi q2 ipſe chriſtus redēptor noſter eſt tāte dignitatis/et excellētie ex parte ſue diuinitatis ⁊ tanti meriti ex parte humanitatis q2 conſtitutus eſt a deo iudex vniuerſalis omniū hoīm viuorū i qui modo viuunt. et mortuorū.i.qui nos preceſſerunt et futuri ſunt. Hic ſtatuit ſibi diē vniuerſalis iudicij qui ſatis cito veniet ⁊ apparebit tunc filius hoīs in ſede maieſtatis ⁊ citabūtur ad cōparendum corā eo oēs hoīes a principio mūdi vſq; ad finē reddituri rationē de omnibus actibus ſuis. Huic iudici ⁊ iudicio eius oēs pphete.i libri ſacre ſcripture maxime apocalipſis Joānis teſtimonium perhibēt q2 cito veniet et non tardabit. Precepit etiā nobis predicare oēs qui credūt in eum facile poſſe remiſſionem peccatorū accipere per nomen i inuocationē eius qua humiliter peniteant coram eo ⁊ deuote ſacramēta eccl'ie recipiant. nā hac via habita peccatorū remiſſione nō timebunt diē iudicij

Moralitas.

¶ Ad ſenſum vero moralē noſtri tēporis bonus prelatus ſimiliter et predicator p totam quadrageſimā preteritā fecit verbum p vniuerſam eccleſiā et vnxit cum dei gratia ſpūſſancti ⁊ virtute multa et ptranſiuit benefaciēdo multis/et liberādo peccatores oppreſſos a diabolo ⁊ nos oēs ſumus teſtes ſui boni laboris licet hoīes mali ⁊ mūdani rebelles ſuis linguis occiderint eū ſepius infamādo Sed tādem deus cui ſeruiebat in hoc ſancto exercitio ſuſcitauit.i releuauit eū a labore illo et exaltauit in honorem ⁊ ſi non apud vulgares ⁊ plebeos ſaltē apud viros bonos ⁊ graues qui prudēter experti ſunt bonā ⁊ ſanctam intentione eius in oībus que egit. Hinc vero per totū tempus reſurrectionis reſtat predicandū de octaua etate reſurgentiū ſignificata in reſurrectione chriſti.qui cōſtitutus eſt iudex ⁊c̄

Graduale

¶ Cantus gradualis. Hec dies quā fecit dñs ⁊c̄ vt in die precedente:eſt vox leticie fidelis populi vel religioſorū in pace eccleſie proſperantiū Verſus dicat nūc iſrael ⁊c̄ ex eodē pſal.117. cōmouet oēs ad laudandū bonitatem ⁊ miſericordiā dei ſuper eccliam ſuā.que eſt iſrael.i.videns deū.

Alleluia.

Alleluia Angelus dñi deſcendit de celo ⁊c̄. Math 28 gaudiū pnotat fidelis populi de aduentu boni prelati quaſi angeli dei q̄ deſcēdit ad regimē eccleſie de celo religionis/vel ab arce contēplationis et accedens ad regimē in primis reuoluit lapidē tyrānidis imperatorie et ſedebat ſuper eū tenendo eū ſibi ſubiectū.vt illo exemplo alij fideles humiliarent̄ nec reſiſterent reformationi eccl'ie que incipiebat fieri per religioſos et bonos prelatos Alie eccl'ie dicunt aleluia ex euāgelio hodierno.ſ nōne cor noſtrū ardens erat in nobis ⁊c̄.

Euāgeliū argumentum.

¶ Euangeliū Duo ex diſcipulis ieſu ⁊c̄. Luce. 24. hiſtoriā apparitionis quarte in die reſurrectiōis chriſti applicat ad reprobationē hereſum q̄ ſub Boniſatio/et Clemēte in cōcilio facta eſt Pro qua eſt aduertendū q2 in moribus hoīm ⁊ in his que ad religionē pertinent nihil eſt in hoc mūdo tā ſanctum ac firmū quin ex humani arbitrij libertate ⁊ ex demonis inuidia nō poſſit facile mutari de bono in malū. vnde ſicut in ſacratiſſima chriſti familia potuit diabolus iudā peruertere:ita in ſancta religionū caterua potuit idē Sathanas quoſdā cribrare/⁊ ad hereſes trahere.inuides eīn tante fructificationi religioſorū in reformatiōe eccl'ie:inuaſit quoſdā religioſos ex ſanctioribus ordinibus tentās eos vt ſub ſpecie magne ſanctitatis inuētiones hereticas ⁊ magna facinora perpetrarēt deo hoc permittente vt alij religioſi in fide et moribus bene probati fierēt manifeſti ⁊ in maiori precio habiti Quare in hac ſcđa religioſorū generatione duarum religionū aliqui fratres peruerſi ſunt et in errores varios inciderūt.ſ religioſi ſcti ſepulchri quos tēplarios dicebāt et quidā religioſi tertie regule ſancti Franciſci q̄ fratricelli de opinione vocabant̄ aut begardi illi ad apoſtaſie crimē ⁊ crucis chriſti blaſſemias nephandas adducti fidem catholicā omnino deſerebant' iſti vero ab obedientia Ro pon ſe ſubtrahētes eius primātum negabāt in eccleſia dei et libertatē profitētes luxurie frena laxabant ⁊ libidini ſeruiebant. Ex quibus erroribus magnū cōtra bonos religioſos ſcandalū accidit inter fideles et fructus reformationis ſue aliquātiſper impeditus eſt Sed bonus deus q̄ religioſos miſerat in eccleſiā ſuam: ſtatim detexit errores inſpirauit pontifices ⁊ correxit errantes nā ſub Boniſacio papa templarij euerſi ſunt et ſub Clemēte fratricelli dānati caſtigati ⁊ phibiti ſunt. Ad hūc ergo ſenſum hiſto-

ricum euangeliũ hodiernũ adaptãtes trifariã di-
uidem⁹ Primo enĩ narrãtur religioſoꝝ errores
Secundo ibi: ⁊ ipſe dixit ad eos ⁊c opponuntur
prelatoꝝ reprehẽſiones Tertio ibi ⁊ ſurgẽtes ea-
dem hora ⁊c. cõcludũtur errãtium emẽdationes

Prima pars euãgelij

In illo itaqȝ tẽpore ſecũde generationis predicte
exeũtes ab Hieruſalẽ.i. a pace et quiete eccleſie
duo ordines religioſorũ ex diſcipulis Jeſu .i. de
numero eoꝝ qui ſequebãtur doctrinam chriſti in
vita ap̃lica/et contẽptu mũdi duo inquã illi ordi
nes ibãt peregre ipſa die.i. tẽpore reſurrectionis
moralis eccl̃ie. in caſtellũ rebellionis contra chri
ſtum/et eius vicariũ nomine Emaus q̃d inter-
pretat̃ populus abiectus/vel gentis cõſilium. qȝ
gentilicũ vel mũdanum fuit conſiliũ hoĩm viliũ
et abiectoꝝ. quod erat in ſpacio ſtadioꝝ ſexagin-
ta .i. ſeptẽ milliarioꝝ ⁊ ſemis nam octo ſtadia fa-
ciũt vnum miliare. et hic numerus ſignificat di-
ſtantiã iſtoꝝ hereticoꝝ a veris ⁊ bonis religioſis
qui ſeptiformi gratia ſp̃ũſancti prediti ſeptẽ vir-
tutes cum octaua pſeuerãntia obſeruãt vel ſeptẽ
libros ve. le. hoc eſt q̃nqȝ legales cũ hiſtoricis/et
propheticis addito octauo euãgelio ſp̃ũaliter in-
telligũt quaſi boni obſeruatores legis chriſti que
ocdoadi ſeruit nõ hebdoadi: cui cultores vete. le.
ſeruiebãt Predicti vero heretici religioſi a pſeue
rantia deficiẽtes/⁊ legẽ dei carnaliter intelligen-
tes ad pfectionem octonari nõ puenerũt. Et ipſi
fide iam relicta loquebãtur adinuicem de oĩbus
malis/et erroribus que acciderãt Romanis põ-
tificibus ⁊ alijs prelatis eccl̃ie. Unde cõmemorã
tes peccata eoꝝ deſpiciebãt eos negãtes eis ſpi-
ritualem poteſtatẽ ſibi datam ſup alios fideles
ac perinde totã fide/⁊ totam eccleſiã dei ſperne-
bãt Et factũ eſt dum hec fabularẽtur .i. fabuloſe
contingerẽt/⁊ ſecum quererẽt .i. diſputaret de his
an vera eſſent ipſe Jeſus ſua miſericordia ap-
propinquãs eis corrigendis ibat cũ illis exterius
qȝ ſe chriſtianos vocabãt licet interius oculi in-
tellectuales eoꝝ teneretur .i. impedirẽtur ignorã-
tia/et ꝓptereũ ne eum agnoſcerẽt cuius ſe noĩe
dignificabãt Et ait ad illos per voces prelatorũ
ſuoꝝ/⁊ inquiſitoꝝ heretice prauitatis interrogãs
qui ſunt hi ſermones de eccl̃ia et prelatis quos
confertis ambulãtes in vanitati. us/⁊ non ſtan-
tes firmi in veritate ⁊ eſtis triſtes .i. penitẽtes ex-
terius ſicut ypochrite hoc eſt interius eſtis here-
tici/⁊ exterius apparentes ſancti Reſpõdẽs vnus
illorũ ordinũ cui nomen Cleophas grece quod
interpretatur omnimoda gloria latine ⁊ hic erat
ordo templarioꝝ valde glorioſus/⁊ põpoſus di-
xit prelato/vel inquiſitori interroganti tu ſolus
peregrinus .i. nouus ⁊ aduẽticius es modo in Hie-
ruſale que eſt eccl̃ia chriſtianoꝝ vt nõ cognoſce-
res mala q̃ facta ſunt in illa his dieb⁹ .i. genera-
tionibus finalib⁹ regni clericoꝝ ꝓpter que meri-
to eſſet dimitteda ⁊ ſpernenda tanq̃ non bona/
nec deo accepta. et hoc idem cõfirmauit alter or-
do Begardoꝝ loquens contra prelatos eccleſie
Quib⁹ inquiſitor fidei fingẽs ſe neſcire talia di-
xit que ſunt illa que acciderũt: et ꝓpter que vos

eccleſiam/⁊ prelatos contẽnitis: et dixerũt here-
tici. ſunt ea que narrãtur de Jeſu myſtico .i. de pa
pa ⁊ populo chriſtiano qui olim a diebus Con-
ſtantini fuit nazarenus.i. florens ⁊ honoratus in
mũdo ⁊ exteri⁹ apparebat vir ꝓpheta .i. ſanctus:
potẽs in opere miraculoꝝ/⁊ ſermone doctrine co
ram deo / et omni pp̃lo.i. valde famoſus in toto
mũdo ſed poſtea detectis erroribus ei⁹ tradide-
rũt eum in condẽnationẽ mortis .i. ad perditionẽ
totalem ſummi ſacerdotes .i. Romani põtifices
mali ⁊ generaliter oẽs alij prelati principes no-
ſtri vt ptȝ ex precedẽtibus capitulis multis per
totã quadrageſimã. in quib⁹ multa dicta ſunt de
erroribus ⁊ peccatis prelatoꝝ: ꝓpter que deus p-
miſit imo ⁊ immiſit tribulationes in eccleſiã ſuã:
adeo q̃ infideles ⁊ alij tyrãni crucifixerũt mora-
liter chriſtũ myſticũ .i. deſpectũ et maledictũ red-
diderũt Nos aũt ſperabam⁹ q̃ ipſi reſurgẽs ab
illa morte ⁊ infamia per reformationẽ eſſet redẽ-
pturus .ſ. a captiuitate Sarracenorum infideliũ:
Iſrael .i. eccleſiã dei maxime terrã ꝓmiſſionis et
totã Greciã: in quibus principaliter ſolebat vige
re religio chriſtiana: cuius tamen oppoſitũ vide-
mus. qȝ nũc ſup hec oĩa mala eccl̃ie: tertia dies .i.
generatio eſt iam ab illa penultima regni cleri-
corum cõputando excluſiue: in qua maxime hec
mala facta ſunt: vt patuit in ſexta feria preceden
te in qua tertia generatione debuiſſet iam chri-
ſtus oĩno reſurrexiſſe a ſuis malis/⁊ recuperaſſe
terras predictas ab infidelibus. quod tamen nõ
factũ eſt. imo potius contrariũ nam in hac gene-
ratione tripolis illa magna Aſie ciuitas/Achon
inexpugnabilis/⁊ alie plures ciuitates nobiles/
et caſtella chriſtianorum a ſoldano rege Egypti
cum multitudine Sarracenorum veniete capte
ſunt occiſis ibide multis chriſtianorum milib⁹ ⁊
ſic in tota Syria nomen chriſtianitatis deletum
eſt Verũ eſt tñ q̃ quedam mulieres .i. religiones
ex noſtris .ſ. militarib⁹/ ſeu hieroſolymitanis ter-
ruerunt nos ab hac noſtra opinione que fugien
tes a terra ſancta propter Soldani/et Sarrace-
norum potentiã Rodum inſulam egei maris/et
quaſdam alias ibi adiacentes inuaſerunt/et de
manibus turcorum recuperauerunt. iſti fuerunt
milites ſancti Joannis/⁊ alij dicti cruciferi Iſte
inquã religiones ante lucem .i. hanc eccleſie cla-
ritatẽ fuerunt ad monumentum .i. ſepulchrũ hie-
roſolymitanũ recuperandum a Sarracenis ſed
non potuerũt ideo non inuẽto corpore belli ſuffi
ciẽtis ad vincendũ Sarracenos venerũt ad inſu
las maris predictas dicentes ſe etiam viſionem
angelorum ſe iuuantiũ vidiſſe: qui dicunt in po-
pulum chriſtianũ viuere.i. reſurgere iam a predi
ctis malis ſuis vt preualeat in toto mũdo ⁊ qui-
dã ex noſtris .i. noſtre religionis militib⁹ abierũt
in auxilium eorum ⁊ ita inuenerunt factum eſſe
ſicut ille religiones dixerunt .ſ. recuperatas eſſe
illas inſulas a chriſtianis ipſum tamẽ ſanctum
ſepulchrum ⁊ ciuitatem ſanctam Hieruſalẽ non
inuenerunt recuperata a chriſtianis ſed potius
perdita cum alijs oĩbus ciuitatibus terre ſancte.

Unde

Unde diffidentes nos iam de reſurrectione hu'
ius chriſti myſtici. deſperauimꝰ eum/et diſcedimus
ab eo in noſtram ſectā/vel opinionē. Hactenus
de religioſoꝛum maloꝛum erroꝛibus/⁊ cauſis er-
roꝛum. Sed Romanus pōtifex per ſuos inquiſi
Scḋa ps euāgelij toꝛes dixit ad eos repꝛehenſoꝛie O ſtulti .i. inſi-
pientes/⁊ tardi coꝛde ad recte credendum in .i. ſu
per omnibus que locuti ſunt ꝓphete de eccleſia
chriſtiana nōne opoꝛtuit chriſtum myſticum ad
exemplar chriſti veri pati hec oppꝛobꝛia / et toꝛ-
menta que dixiſtis in pꝛioꝛibus generationibus
clericoꝛum .qui inſtituti erant viuere ſub diſcipli-
na paſſionis chriſti ⁊ ita humiliatus/ac purifica-
tus aduerſa foꝛtuna/debuit intrare poſtea in glo
riam ſuā .i. ſibi ꝓmiſſam pꝛo hoc tpe religioſoꝛū'
que potius eſt cenſenda ſpūalis in refoꝛmatione
moꝝ/⁊ pacata fide/ac religione diuini cultus. quā
in pōpa ſecularis potentie. Et declarauit eis hoc
eſſe verum incipiēs a Moyſe .i. a figuris ve le et
oībus ꝓphetis deueniēdo vſqꝫ ad apocalypſim
Joānis vltimi ꝓphetarū: qui de eccl'ia dei mul-
ta ꝓdixerūt interpꝛetabat .i. exponebat illis om-
nia ſecreta contenta in omnibus ſcripturis que
edite erant de ipſo populo chriſtiano .ſ. qualiter
pꝛius debebat multa pati ⁊ poſtea exaltari ⁊ ita
procedentes in diſputatione ſua mali religioſi
appꝛopinquauerūt caſtello rebellionis/ et ꝓter-
uie ſue quo ibant .i. quod intēdebāt dedignātes
ſubijci pꝛelatis eccleſie ipſe aūt pꝛelatus/vel in-
quiſitoꝛ licet intēdens eoꝛum coꝛrectioni finxit ſe
longius ire .i. recedere ab eis non curādo de ſuis
erroꝛibus. hoc eſt diſſimulauit ad tempus vt me-
lioꝛē inueniret opoꝛtunitatem ſed heretici perſe-
uerantes in malis coegerunt illū aperte ꝓcede-
re contra eos quia inualeſcēte moꝛbo medicus
non debet diſſimulare curationem infirmi. licet
amara videat/⁊ penoſa medicina coegerūt ergo
illū dicētes .i. ac ſi dicerēt mane nobiſcū in coꝛre-
ctione noſtra qm̄ aduesperaſcit .i. obtenebꝛeſcit
fides in nobis ⁊ dies gr̄e iā inclinata eſt .i. decli-
nat a nobis non q heretici hoc intenderent dice
re/nec ꝓcurare ſuā coꝛrectionē ſed deus (qui ex
malis ſcit elicere bona) ex ꝓteruia eoꝛum mouit
pꝛelatos ad magis cognoſcēdum moꝛbum ⁊ ad
diligētius medicādum ne fides in eis oīo peri-
ret/⁊ danarētur Et ideo inquiſitoꝛ intrauit cum
eis in iudiciū ⁊ factū eſt dum diſcūberet cum eis
ad meſam ſacre ſcripture accepit panē theologi
ce doctrine ⁊ benedixit .i. multiplicauit rationes/
ac fregit .i. declarauit obſcuras autoꝛitates ⁊ poꝛ-
rigebat illis vt guſtarēt ⁊ tādem aperti ſunt ocu-
li mētis eoꝝ ⁊ cognouerūt eum .ſ. Romanū pon
tificem habere a chriſto autoꝛitatē ſuper omnes
alios fideles vel eum .i. populum chriſtianoꝛum
eſſe deo acceptū Et ſic coꝛrectis / ac illuminatis
hereticis ipſe pꝛelatus / aut inquiſitoꝛ euanuit .i.
diſparuit ab oculis eoꝛum quia receſſit ab eis
ceſſans ab officio inq̄ſitionis qui manētes ſoli-
di/⁊ edificati in fide dixerūt adinuicem coarguē-
tes ſeipſos nōne coꝛ noſtrum ardens erat in no-
bis .ſ. pꝛe ira ⁊ furoꝛe dum loqueretur nobis pꝛe-
latus vel inquiſitoꝛ in via .i. diſputatiōe de Jeſu
myſtico laudādo eum/ et aperiret nobis ſcriptu-
ras ſacras loquentes de poteſtate eius/ac digni
tate' q. d. magna erat certe noſtra ꝑuitaſ in er-
roꝛe noſtro iam vero illuminati reuertamur ad
dominum deum noſtrum ſub obediētia Roma-
ni pontificis/ et in vnione ſancte matris eccleſie
perſeuerantes Et ſurgētes eadem hoꝛa ab erro-
Tertia ps euāgelij. ribus ſuis regreſſi ſunt in Hieruſalē que eſt ec-
cleſia catholica et inuenerunt vndecim .ſ. apoſto
los hoc eſt maioꝛes pꝛelatos eccleſie congrega-
tos in concilio Uienneſi et eos .ſ. minoꝛes ſa-
cerdotes/clericos/⁊ religioſos qui cum eis erant
ad definiendas cauſas fidei/⁊ chriſtiane religio-
nis dicentes quia vere ſurrexit dominus myſti-
ce in populo ſuo .i. vere ſurrexit populus chriſtia
nus a moꝛte pꝛeterita ꝑene et culpe licet quan-
tum ad exterioꝛem pompam videatur adhuc ia-
cere. et in ſua reſurrectione apparuit Symoni .i.
obedienti chriſtiano quia ſolus ille cognoſcit
hanc reſurrectionem eccleſie ſpiritualem Et ipſi
religioſi iam coꝛrecti ab erroꝛibus ſuis narrabāt
coꝛam omnibus que geſta erant cū eis in via ſua
mala. et tandem quomodo cognouerunt verita-
tem fidei in fractione panis .i. declaratione ſacre
Moralitas. ſcripture. ¶ Moꝛaliter vero euangelium eſt re-
pꝛehenſio aliquoꝛum qui in quadrageſima fue-
runt veri penitentes/ ⁊ boni diſcipuli pꝛelati. ſed
in paſchate dimiſſa via recta/⁊ ſpirituali Hieru-
ſalem ibant in Emaus .i. mundanam gloꝛiam:
non curantes de reſurrectione moꝛali quā modo
inſinuat pꝛelatus in officio eccleſiaſtico Quare
conueniet eis repꝛehenſio illa o ſtulti ⁊ tardi ad
credendum ⁊c. declarando ſcripturas ſacras no-
ui et veteris teſtamenti. que ſunt de moꝛali moꝛ-
te et reſurrectione hominis vt ſic aperiātur ocu-
li peccatoꝛum / et cognoſcant deum in fractione
panis euchariſtie deuote cōmunicantes/et com-
munionem ſeruātes per multos dies ⁊c. ad quā
conſeruandam vt chriſtus cum eis maneat tria
exercitia bona notantur in euangelio Pꝛimum
eſt loqui verba ſpiritualia / vel deuotos libꝛos
legere nam ideo chriſtus duobus diſcipulis ap-
paruit quia de ipſo et virtutibus eius loqueban
tur Secundum eſt audire documenta celeſtia .i.
ſermones ⁊ lectiones deuotoꝛum pꝛedicatoꝛum/
ac libꝛoꝛum : quia incēdunt coꝛ ad deuotionem:
ſicut illi duo diſcipuli dicebāt nonne coꝛ noſtrū
ardēs erat in nobis cū loqueretur nobis in via
de Jeſu Tertium eſt exercere miſericoꝛdie opera
cum pꝛoximis/vel ſpiritualia/ vel coꝛpoꝛalia ſci-
licet conſilia bona/⁊ eleemoſynas nam illi duo
diſcipuli ideo apertis oculis meruerūt videre et
cognoſcere chriſtum quia coegerunt illum ma-
Offertorium. nere in conuiuio ſuo ⁊c. ¶ Offertoꝛium Ange-
lus domini ⁊c. Matthei et Marci vltimo eſt cō-
gratulatio fidelis ppl'i de bono pꝛelato pō. Ro.
qui dixit mulieribus .i. religionibus ſecūde etatis
maxime his que errabant in fide quem queritis
pꝛelatum bonum/ vel populum dei catholicum:
iam ſurrexit ſpiritualiter ſicut dixit vobis in

alijs generationibus clericorum eũtes ergo ad
predicandũ ſanã doctrinã dicite diſcipulis i. chri
ſtianis ecce bonus prelatus precedet vos ſuo bo
no exemplo in galileam i trãſmigrationẽ mora
le a vitijs ad virtutes. Oratio ſecreta Paſchales
hoſtias ꝛc̃ offert deo ſacrificiũ eucharistie pro fi
delibus deuotis moderni tẽporis. qui per baptiſ
mum/vel penitẽtiam fecerũt iam paſcha i trãſi
tum moralem petẽs eis gratiam vnionis in ec
**Cõio.** cleſia dei que ſignificatur in eucharistia ¶ Poſt
cõmunionem Surrexit dñs ꝛc̃ Luce vltimo/et
in euangelio hodierno. eſt confeſſio religioſorum
iam correctorum/ et reunitorum corpori eccleſie
quia vere ſurrexit dominus papa cũ toto popu
lo chriſtiano ꝛ licet hoc non cognoſcant munda
ni/aut heretici tamen apparuit Symoni i obe
dienti cuiq; fideli/vel Petro firmo in fide chriſti
Oratio finalis eadem eſt que in die precedẽte ſ
Spiritum nobis domine ꝛc̃ et eſt eadẽ eius in
telligentia vt prius

## ¶ Caput ſeptuageſimũ de feria tertia hebdomade paſchalis cuius officiũ tertiam religioſorum generationem inſinuat. et pro neophitis oret.

**Argumẽ tũ officij. Ab anno chrĩ. 1320 vſq; 1350.**

Tertia generatio
tertij ſtatus religioſorum fuit
ſub Romanis põ Joãne 22.
Benedicto 12. et Clemente
ſexto iperãtib' tũc Ludoui
co 4. ꝛ Karolo 4. quoꝝ prior
malus ſecũdus bonus et de
uotus extitit imperator electuſq; cõtra primum
propter ſuã pertinatiã depoſitũ a Joãne pontifi
ce qui cepta predeceſſoris ſui Clemẽtis pſequẽs
ſupradictos hereticos maxime Begardos iterũ
dãnauit ꝛ de paupertate euãgelica multa contra
eos declarauit atq; cõſtitutiões plurimas a Cle
mẽte editas in fauorem religionum (vbi etiã de
claratur regula fratrũ minorum) in vnum volu
men recollegit quod ab autore librũ clemẽtina
rum appellauit ꝛ publice legẽdum ad vniuerſi
tates miſit Ceſarauguſtanã/ꝛ Toloſanã eccl'ias
in archiepiſcopalẽ dignitatem ſublimauit. Quoſ
dam etiã ſanctos religioſos canonizauit quorũ
prius fuit Thomas de aquino de ordine predi
catoꝝ cui ordini ipſe multũ fauorabilis fuit eo q
in cõuentu illorũ fratrum Lugduni electus fue
rat in põtificem His itaq; de cauſis cõmoti mul
ti fratres de ordine minoꝝ contra hũc põnficem
fauore Ludouici imperatoris eũ hereticũ cõcla
mare ceperũt quare ꝛ antipapam quẽdam reli
gioſum ſui ordinis Petrũ de corbario erexerunt
ſub noĩe Nicolai quarti Benedictus vero ꝛ Cle
mens ſucceſſores ei' ex monachis aſſumpti ſunt
ad põtificatum ſuaq; doctrina/atq; honeſta vita
eccleſiã dei reformarũt. Unde ꝛ Clemens papa
Jubileũ romanũ a Bonifacio primũ editũ pro
cẽtenarijs quibuſq; annis iſte ad quinquagenos
annos etiã adaptauit. ideo annũ 1350 ſub põti
ficatu eius Jubileũ fecit Ex dictis itaq; apparet
hanc tertiam huius tẽporis generationẽ ad fru
ctum religioſoꝝ pertinere in qua oẽs pontifices
vel religioſi fuere/ vel de religioſis negocia fauo
rabilia geſſere. Tunc etiã ex varijs ordinibus re
ligioſoꝝ viri doctrinis varis excellentes clarue
runt in eccl'ia dei ſcilicet Bartolomeus piſanus/
Albertus brixianus/Bernard' parentin'/et alij
plures de ordine pdicatorũ. Itẽ Guilielm' ochã/
Gertoni' vallenſis/Alexanus lõbardus/et alij
de ordine minoꝝ. Itẽ Henric' de vrimaria/Her
manus de ſildis/Gregori' de arimino/Thomas
de argẽtina/et alij de ordine heremitaꝝ Deniq;
Gerard' bononiẽſis/Oſbert' anglicus/Joãnes
de bachone/Petrus gallus/et alij ex carmelitaꝝ
ordine. Claruit etiã in eadẽ etate Joãnes andree
canoniſta maximus cũ magna ſuorũ diſcipulorum
turba ꝛ tũc ſanct' Yuo in britania. itẽ Joãnes de
ligneris/et Joãnes de ſaxonia aſtrologi magni
Parriſi' itẽ Franciſc' petrarcha/Bartholome'
de oſſa/Franciſc' de barbarino poete ꝛ hiſtorici
in italia. Ex monachis etiã Ludouic' theutoni'
cartuſiẽſis/Bernard' abbas caſinẽſis/Barlaam
calaber de ordine ſcti Baſilij ¶ Et ideo ppter
tantã etatis illius ſapientiam. introit' miſſe hu **Introit' miſſe.**
ius diei ſic ordĩt ex cap̃ 15 eccl'iaſtici Aqua ſapiẽ
tie. ſ. religioſoꝝ potauit eos i fideles ſuos ꝛ firma
bit ſapiẽtia in illis vꝫ religioſis: et nõ flectetur a
fide recta et exaltabit eos ad honores ꝛ regimẽ
eccl'ie in eternũ. i. vſq; ad fidẽ ſeculi et ponitur q̃
druplex alleluia forte ad innuendũ quattuor or
dines mendicantiũ. Poteſt idẽ introitus exponi
de neophitis potatis aq̃ baptiſmi/ꝛ ſapiẽtia fidei
catholice Verſus dicat nũc iſrael ꝛc̃. ex p̃s 117
incitat eos ad laudãdũ deũ miſericordẽ pro tãto
bñficio Orõ Deus qui eccleſiã tuã ꝛc̃ applicat **Oratio.**
introitũ ad nouos chriſtianos petẽs eis auxiliũ
ad cõſeruandã grãm baptiſmalẽ per bonã vitã
ſequentẽ. ¶ Ep'la Surgẽs paul' ꝛc̃ Actu 13 Cõ **Ep'le argumẽtũ.**
formiter ad epiſtolã pcedẽtis ferie myſteria chri
ſti veri adaptat ad chriſtũ myſticũ et habet tres
partes Prima cõmemorat pteritã chriſti paſſio
nem ꝛ mortẽ. Scda ibi De' vero ꝛc̃ collaudat ei'
glorioſam reſurrectionẽ Tertia ibi ꝛ nos ꝛc̃ cõfir
mat eccleſie predicationẽ Hiſtoria huius predi **Prima ps ep'le.**
cationis ſancti pauli apoſtoli fuit in Antiochia
piſidie in menori Aſia vbi erat magna iudeorũ
ſinagoga et ſignificauit pdicationẽ ſtatus tertij
religioſoꝝ. tũ ex nominis interpretatione qꝛ pau
lus dicitur os tube ſ predicationis vel mirabilis
. ſ in vita ſancta vel minimus in humilitate Tũ
ex ſua electione. qꝛ fuit electus ab apoſtolis poſt
penthecoſtẽ ideo ſicut Petrus ꝛ alij fuerũt apo
ſtoli filij dei ita Paul' ꝛ Barnabas ꝛ alij quos
ipſe paulus confirmauit in Epheſo et miſit eos
ad predicandum. fuere apoſtoli ſpirituſſancti cui
appropriatur ſtatus religioſorum ſicut filio ſta
tus clericorum ideo ſicut in precedente epiſtola
Petrus ſignificauit prelatum clericorum ita in
hodierna epiſtola paulus ſignificat doctorẽ reli
gioſorum in diebus illis tertie generationis qꝛ

ſurgēs Paulus ab ocio ſue contemplationis/ ⁊
quiete ſue religionis ad laborē predicationis et
manu ſua indicēs auditoribꝰ fidelibus ſilentiū/
vel attentionē: ait eis in ſermone. viri fratres mei
in chriſto etiā ⁊ filij generis ſpūalis Abrahā qui
fuit pater fidei noſtre ꝙ habemus de chriſto nā
et fuit ꝓmiſſa multitudo filiorū non tam carna-
lium ꝙ ſpūalium quod notatū eſt in eo quod ſibi
dixit deus: ſicut ſtelle celi ſic erit ſemē tuum .i. ce-
leſte ſpūale ⁊ ſi non oēs vos eſtis ſpirituales tū
qui in vobis .i. ex vobis timent deum audite at-
tentius quia vobis verbū ſalutis huius quā pre
dicamus miſſum eſt adeo Scitis eīn ex chroni
cis preteriti tēporis clericorum ꝗ qui habitabāt
Hieruſalem que eſt Roma et pro .i. principes
eius pape/cardinales/ et alij prelati ignorantes
ſaltē practice hūc Jeſum .i. hāc ſalutionē popu-
li chriſtiani que modo fit per reformationem re-
ligioſorum et voces prophetarum qui eam pre-
dixerunt non intelligētes que per omne ſabba-
tum .i. feſtū legūtur in eccleſia dei maxime viſio-
nes Apocalypſis/et Danielis iudicantes ſcdm
faciem ⁊ carnaliter de ſacris ſcripturis/⁊ de offi-
cijs eccleſiaſticis: impleuerūt eccleſiam dei mul-
tis vitijs mundanis et nullam cauſam mortis
ſpiritualis inuenientes .i. cognoſcentes in eo ſuo
modo viuendi hoc eſt non cogitātes ꝗ ſua pec-
cata eſſent cauſa future mortis / ſeu perditionis
totius populi dei. petierunt a Pylato .i. tyranno
vel ab infideli homine/vel etiā a demone. vt in-
terficerēt eum corporaliter/ vel ſpiritualiter in fi-
de ⁊ moribus. cūqꝫ conſumaſſent in tempore cle-
ricorū omnia mala que de eo .i. populo chriſtia-
no ſcripta erant in Apocalypſi ⁊ alias deponen-
tes eum de ligno .i. ceſſantes a tormento/ et per-
ſecutione eius circa finem temporis clericorum
poſuerunt in monumento .i. in tenebris obliuio-
nis / et cum his quorum non eſt memoria am-
plius ſaltem quo ad opinionem perſequentium
ſecus aūt quantum ad dei prouidentiam ⁊ miſe-
Scda ps epiſtole. ricordiam ſuper ſuos fideles Nam cū venit ple-
nitudo temporis deus ſuſcitauit per viros reli-
gioſos populum ſuū a mortuis tertia die .i. tem-
pore tertio religioſorum poſt tempus coniuga-
torum/⁊ clericorum qui reſurgens viſus .i. cogni
tus eſt reſurrexiſſe per dies multos eiuſdem ter-
tij tēporis ab his qui ſimul cum religioſis aſcen
derant per vite ſanctitatem de galilea .i. rota/ſeu
volubilitate mundi in Hieruſalem .i. pacem et
quietem eccleſie/ac conſcientie. qui vſqꝫ nunc te-
ſtes ſunt reſurrectionis eius ad plebem laicorū
Tertia ps epiſtole. predicantes ei nouam vitam populi dei Nos
ergo religioſi annunciamus vobis ex parte dei
eam repromiſſionem pacis eccleſiaſtice eſſe iam
preſentē que ad patres noſtros apoſtolos ⁊ do-
ctores eccleſie facta erat promiſſio de futuro qm
hanc deus adimpleuit filijs eorū .i. nobis in hoc
tertio tempore reſuſcitans Jeſum chriſtum dnm
noſtrum in ſuis membris a morte tribulationis
et culpe preterite in qua ſepulti iacebāt. Hec de
ſenſu hiſtorico. ſed moraliter pōt exponi ad mo-
dum epiſtole precedentis de prelato et ſubditis
ſuis in quadrageſima/et in paſchate ⁊c̄ Poteſt
exponi etiam de quolibet neophito qui prius
erat mortuus/et iam ſurrexit ⁊c̄ ¶ Cantus gra Gradualē
dualis Hec dies qua fecit dominus ⁊c̄ vt prius
Verſus Dicant nūc qui redempti ⁊c̄. ex eodem
pſal. 117 eſt gratiarūactio fidelis populi ad deū
de predicta ſua reſurrectione .i. liberatione a pre-
dictis malis Alleluia Angelus domini deſcēdit Alleluia.
⁊c̄ vt prius vel Surrexit dominus de ſepulchro
⁊c̄ .i. populus chriſtianus a morte predicta ⁊c̄ vel
ex euangelio hodierno Oportebat chriſtum pa-
ti ⁊ reſurgere ⁊c̄ et eadem eſt ſententia cum epi-
ſtola ¶ Euāgelium Stetit Jeſus in medio ⁊c̄ Euāgeliū
Luce 24. apparitionem quintam chriſti in die argumentum.
ſue reſurrectionis applicat hiſtorie tertie genera
tionis religioſorum maxime quātum ad ea que
dicta ſunt de papa Joanne reſpectu quorūdam
ſibi rebellium qui ei non credebant/nec obedie
bant tanqꝫ vicario chriſti. Vbi primo ꝓbat veri-
tatē ſue poteſtatis ex euidentia operis Secūdo
ibi adhuc autem illis ⁊c̄. ex beniuolētia amoris.
Tertio ibi tūc aperuit illis ſenſum ⁊c̄ ex intelli
gentia ſermonis Suppoſita hic regula data in Prima
precedente euangelio de religioſis bonis/⁊ ma ps euan-
lis in illo tempore tertie generationis religioſo gelij.
rum Jeſus .i. Romanus pontifex vicem agens
Jeſu in terris ſtetit firmus ad ſe defendēdum a
ſuis aduerſarijs chriſtianis in medio diſcipulo-
rum humilium fidelium faciens congregationē
prelatorꝫ ⁊ ſapientū ad determinādas cauſas fi-
dei ⁊ eccleſie et dixit eis pax vobis .i. ſcitis nunc
eſſe tempus pacis eccleſie quo ad fide et religio-
nem chriſtianā ideo nolite timere ꝗ in hoc tepo-
re hereſes preualeāt qꝛ iurauit angelus in Apo
calypſi ꝗ tēpus hereticorū nō erit amplius .i. per
longū tēpus in ecclia dei Ego ſum verus ⁊ indu
bitatus papa vicarius chriſti cuiꝰ officiū eſt here
ſes dānare/⁊ fidē catholicā cōfirmare dicēte chri-
ſto ⁊ tu cōfirma fratres tuos ⁊c̄. Sed ꝯterriti qdā
religioſi cōturbati de ſentētijs huiꝰ pōtificis ma-
xime in materia de paupertate euāgelica ⁊ cōterri-
ti ex nimia eius ſeueritate cōtra eos exiſtimabāt
ſe videre eum nō verū papā ſed ſpiritū malignū
qui religioſos perſequeretur vnde et putabant
eum eſſe hereticū ⁊ hoc publice dicebāt p diuer-
ſas ꝓuincias chriſtianorꝫ .i. ꝗ papa Joānes eſſet
ecclie ⁊ fidei cōtrarius Sed ipſe reſpōdens dixit
eis quid turbati eſtis de meis ſententijs ⁊ cogita-
tiones male aſcedunt in corda veſtra vt ſcribatis
libros cōtra eas quaſi falſas videte manus meas
.i. cardinales/prelatos/⁊ doctores mihi adheren-
tes quibus tanqꝫ manibꝰ ego oia facio ⁊ pedes
meos .i. miniſtros ⁊ ſeruos qꝛ oēs iſti ſunt catho-
lici ⁊ honeſti vt inde cognoſcatis quia ego ipſe
ſum catholicus et perinde verus papa ex quo
fui canonice electus palpate ⁊ videte/ ſeu guſta-
te bene decreta que ego feci et cognoſcens ea
eſſe catholica / et ſine errore contra fidem quia
ſpiritus malignus .i. homo diabolicus/⁊ malam
habens intentionem in his que agit non habet

carnem i exterioꝛem ſermonem veridicũ et oſſa
i interioꝛa ſenſa firma ſicut me videtis habere
in decretis meis que neq̧ in coꝛtice verbo ũ ma
le ſonant neq̧ in ſenſibus intrinſecus a veritate
fidei deuiant Et cum hec dixiſſet eis oſtedit ma
nus ⁊ pedes i ſuos ſocios ⁊ ſeruos vt diſputarẽt
cum eis de talibus materiis ⁊ verbis ⁊ ſcriptu-
ris ad conuincendum reuelles ab obedientia pa
pe recedentes Adhuc tamen illis non creden-
Scda ps euãgelij tibus pape nec ſuis et mirantibus de ſua ſcien-
tia quã ſcripſerant cõtra papam vt patet ex dia-
logis ocham qđ vere eſt opus peregregium pꝛe
gaudio fauoꝛis imperatoꝛis ludouici qui eis fa-
uebat vel pꝛe gaudio noui pape electi cõtra Joã
nem dixit eis papa Joãnes volens eoꝛum pꝛo-
teruiam vincere in bono ⁊ per amoꝛem ex quo
non poterat per terroꝛem ⁊ excõmunionem con
tra eos latam habetis ( inquit ) hic .i. in libꝛis
veſtris aliquid boni quod manducetur i man-
ducabile ſit animo bene diſpoſito hoc eſt que ſit
doctrina ſatians et reficiens mentem hominis
catholici nam ego vobiſcũ comedam/vobiſcum
ſentiam in doctrina veſtra licet vos non recipia
tis meam At illi obtulerunt ei pꝛedictum libꝛũ
dialogoꝛum diſputantem per rationes et au-
toꝛitates plurimas de poteſtate papali et impe-
riali in quo ratio ex aquis humane policie hamo
intellectus accepta ſed feruoꝛe paſſionis adapta
ta piſcis aſſus dici poteſt autoꝛitas vero ſacre
ſcripture adducta fauus mellis non iniuria ap-
pellabitur Uel pars libꝛi de poteſtate imperato
ris eſt velut piſcis aſſus q2 ex aquis mundano-
rum accepta eſt illa poteſtas ⁊ aſſa multiplici bel
loꝛum tribulatione Sed q2 hic germanus impe
ratoꝛ non omnia iura imperij romani habet vt
olim conſtantinus ⁊ alij ſed ſolum eſt creatus
latinoꝛum imperatoꝛ ideo ſua poteſtas dicitur
pars piſcis et non totus piſcis Pars vero eiuſ-
dem libꝛi de poteſtate papali eſt velut fauꝰ mel-
lis i mel in cera hoc eſt gratia in natura huma-
na a deo miſericoꝛditer conceſſa. Et cum mandu
caſſet i guſtaſſet doctrinam illoꝛum coꝛam eis
tempoꝛe non loco ſumens i appꝛobans ea que
catholica erant dedit eis reliquias i reliqua nõ
talia attribuit inſipientie ⁊ pꝛoteruie eoꝛum ⁊ di-
xit ad illos repꝛeheſoꝛie ſed cum amoꝛe hec que
ex doctrina veſtra non reijcio ſunt verba catho-
lica que etiam ego alias locutus ſum ad vos eo
tempoꝛe quo adhuc eram vobiſcum in minoꝛi-
bus agens i ante pontificatũ meũ vel etiam in
pontificatu meo ſed ante hanc rebellionem ⁊ di
uiſionem veſtram a me Sed nimirum ꝙ deus
hoc malum permiſerit in vobis quoniam neceſ
ſe eſt ex ſuppoſitione diuine pꝛeoꝛdinationis te
pꝛophetie Apocalypſis impleri in eccleſia dei
omnia aduerſa et penalia que ſcripta ſunt per
figuram veteris populi in lege Moyſi et in
pꝛophetiis antiquis maxime Hieremie Danie-
lis et alioꝛum qui ſpecialiter contra tribum iu-
da ſcripſerunt per quam ( vt ſepius diximus in
hoc opere ) ſignificabatur eccleſia latina et in ea

maxime eccleſia Romana et in pſalmis Dauid
loquentis de regno ſuo quod etiam figurauit re
gnum chꝛiſti quod eſt eccl'ia chꝛiſtiana vbi mul-
ta dicit de rebellione maloꝛum contra ſuos ſu-
perioꝛes ſ.in.ps 2 ⁊ alijs et inter ceteros hec que
videtis ſcripta ſunt de me. ex quo impleta ſunt in
me His perſuaſionibus factis Romanus põti- Tertia ps euãgelij
fex tunc aperuit illis ſenſum catholicũ autoꝛita-
tũ quas cõtra eũ allegabãt aduerſarij vt poſtea
melius intelligerent ſacras ſcripturas maxime
euãgelicas que faciebãt pꝛo eo in his que deter
minauerat ſup materia de paupertate chꝛiſti et
vltra hoc dixit eis de ſtatu totius eccleſie latine.
qm̃ ſic ſcriptum eſt de varijs ſucceſſibus eccl'ie dei
in Apocalypſi ſ ꝙ pꝛimo opoꝛtebat chꝛiſtũ myſti
cũ qui eſt fidelis populus pati in tẽpoꝛe clericoꝛ-
rũ. ⁊ poſtea reſurgere a moꝛtuis die tertia que eſt
tẽpus religioſoꝝ nobis iam pꝛeſens ⁊ in eo opoꝛ
tebat a religioſis bonis pꝛedicari in noĩe eiꝰ i ex
parte ⁊ mãdato chꝛiſti veri. penitẽtiã et remiſſio-
nẽ peccatoꝝ in oẽs gẽtes tam fideles chꝛiſtianos
q̃ꝫ infideles iudeos/⁊ Sarracenos vt vel iam ſe-
ro ꝓpe finẽ mũdi cõuertãtur ad dñm deum ſuũ
Jn hoc ergo ſancte pꝛedicationis officio debue-
ratis vos aduerſarij mei exercere potiuſquã in
diſputãdis queſtionibꝰ ſupuacaneis de poteſta-
te eccl'iaſtica/vel laicali ¶ Moꝛaliter vero in hoc Moꝛalitas.
paſchali tempoꝛe iocundiſſimo pꝛelatus in ſua
eccleſia ſtat pacem i quietẽ a laboꝛibus pꝛeteri-
tis pꝛedicans in medio ſuoꝛum diſcipuloꝛum i
ſubditoꝛũ/vel etiam neophitoꝛum qui memoꝛes
vite ſue pꝛeterite vix credere poſſunt tam cito ve-
niam/et pacem ſibi eſſe datam a deo ſed bonus
pꝛelatus eos conſolatur pꝛimo exemplo ſuo di-
cens videte manus meas et pedes ⁊c̃ palpate
et videte ⁊c̃ ſecundo familiari ſua conuerſatio-
ne/et conuictu dicens habetis hic aliquid quod
manducemus ⁊c̃ tertio ꝓmiſſione diuina in ſa-
cris ſcripturis dicẽs quoniam ſic ſcriptum eſt ⁊c̃
Uel dici poteſt ꝙ ſicut chꝛiſtus in hac apparitio-
ne multipliciter pꝛobauit ſuam reſurrectionem
veram ſcilicet per miraculoſam ingreſſionẽ/per
pꝛopꝛiam teſtificationem /per occultarum cogi-
tationum reuelationem/per palpatione/per vul
nerum oſtenſionem/per comeſtionem/⁊ per ſcri-
pturarum interpꝛetationem ita eiſdẽ modis po-
teſt pꝛobari cuiuſlibet hominis ſpũalis/ſeu mo-
ralis reſurrectio i conuerſio eius ad deũ per pe-
nitentiam/vel baptiſmum. nam miraculoſa in-
greſſio oſtendit quattuoꝛ dotes gloꝛie quas ha-
bet etiã anima exiſtes in gratia ſ claritatem bo-
ne conuerſationis exterioꝛis/ſubtilitatem humi-
litatis / agilitatem obedientie/impaſſibilitatem
pacientie pꝛopꝛia teſtificatio debet eſſe teſtimo-
nium bone conſciẽtie/bone vite/⁊ bone fame re-
uelatio cogitationũ eſt ſeparatio malarum a bo-
nis vt ille expellantur/et he cuſtodiantur /et fo-
ueant palpatio ſiue tactus eſt repꝛehenſio itaq̧
ille eſt ſpiritualiter reſuſcitatus qui permittit ſe
tangi i coꝛrigi et repꝛehendi non ſicut anima-
lia ferocia que pungũt/aut moꝛdent tangentes

ſe ut Hericlus/Leo/et Lupus. oſtenſio vulnerū eſt confeſſio peccatorum comeſtio eſt deuota cōmunio ſcripturarum interpretatio eſt lectio/ vel oratio rc. ¶ Cantus offertorij Intonuit de celo dominus rc. ex pſal 17 gaudium prenotat fidelis populi de predicta gratia dei hoc eſt de pace tēporis tertij/ ꝛ de multiplici predicatione ꝛ doctrina religioſorum quia per eos intonuit de celo dñs rc. et apparuerunt fontes aquarum. i. doctrinarum ꝛ hoc idem facile adaptatur neophitis nup renatis fonte baptiſmatis. Secreta oratio Suſcipe domine rc. offert deo hoſtias fideliū iam emundatorum per penitentiam et eucariſtiam. petens eis ampliorem gratiā ad tranſeundum ab hac terrena miſeria ad celeſtem gloriā. ¶ Cōmunio Si cōſurrexiſtis cum chriſto rc. Ad col. 3 eſt predicatorum religioſorū exhortatio ad ſeipſos/ꝛ ad alios deuotos ſeculares qui per eorum predicationem moraliter reſurrexerunt ad bonam vitam vel eſt cōgratulatio veterum chriſtianorum ad neophitos qui per baptiſmum ſurrexerunt ab infidelitate ſua exhortās eos ad ſpiritualem vitam ꝛ ſaporem myſteriorum chriſti/ꝛ eccleſie Finalis oratio Concede queſum⁹ rc. petit fidelibus iam emūdatis/ſiue per baptiſmum ſiue per penitentiam gratiam perſeuerantie per virtutem eucariſtie quā deuote ſuſceperunt.

Offertorium.

Coio.

## ¶ Caput ſeptuageſimūprimū de quarta feria hebdomade paſchalis que correſpōdet quarte religioſorū generationi ꝛ finē ſexageſime faciēs: intēdit neophitoꝝ cōſolationi.

Argumētū officij Ab anno chr̄i. 1350 vſq. 1380.

Quarta generatio regni religioſorum viguit ſub Romanis pōtificib⁹ Innocētio quinto/Urbano quinto/Gregorio vndecimo/ꝛ Urbano ſexto/ cū Clemēte ſeptimo iperante adhuc Charolo quarto/ꝛ filio ei⁹ Uinceſlao Cui⁹ etatis primordia pacifica fuere nā tres primi pōtifices pacifici honeſti/religioſi/optimiq; fuere i quoꝝ etiā diebus noue q̄dā religiones addite ſunt ecclie dei ſ ordo ſcte Brigide in Germania/ ordo ieſuatorū/ ordo canonicorum ſancti ſaluatoris in Italia ſcz apud ſenā etrhurie vrbem vbi tunc etiā erat Katherina virgo ſanctiſſima de ordine predicatorū quarum feminarum vtraq; ſpiritu ꝓphetie claruit Fūdatum eſt etiam illo tempore magnum illud collegiū Bononienſe a cardinali Hiſpano per magnifico domino Egidio albornozio Cui ex proprijs bonis ꝓuentus magnos pro pauperibus ſcolaribus hiſpanis perpetuo aledis aſſignauit Et deniq; ſub Gregorio papa curia papalis ex Gallia Romā eſt reducta Uerum ꝓpe fine huius generationis duo grauiſſima mala/ꝛ valde perniciosa fidelibus ſub ſpecie religionis emerſere. nā in Praga primaria Bohemie ciuitate inſurrexit hereſis Taboritarū qui ad imitationē primitiue ecclie apſtoꝝ viuere ſtatuētes oīa bona ſua in cōmuni habere/ꝛ ſe inuicem fratres appellare ceperunt ita q̄ vt vni deeſſet ab alijs eidē adminiſtraret rc. ſed eoꝝ breuis feruor charitatis cito defecit: cū non haberēt copiā bonoꝝ ad viuendū laute/nec paupertatē diligerent: ceperūt primo p Alemaniā diſcurrere partim mēdicātes/partimq; depredātes/ꝛ latrocinia exercētes et bona ſic cōquiſita ad cōmune adducētes quorum latronū capita hoīes perditiſſimi fuere/ Ziſcha/Biſcra/Pranub/ et alij a q̄b⁹ fideles catholici ſepe in prelio victi/ꝛ ciuitates eoꝝ ſuccēſe ſunt. ſicq; preualētes in malis moribus hereſes addiderūt incipiēdo ab opinione fraticelloꝝ/ſeu Begardoꝝ: qui negabāt primatū Romani pōtificis ſup alios plātos ecclie ꝛ inde ꝓcedēdo Nicholaite effecti ſunt: imo Arriani/Manichei/Neſtoriani/Beregarij/ꝛ alij ex grecis heretici. huius impietatis autoꝛ dicit: fuiſſe quidā Joānes hus bohemus ſectatoꝛ alteri⁹ Joānis vuicleph anglici. fautoꝛ poſt eū extitit Rochezana bohemus populari tumultu in epiſcopū Pragenſem electus etiā cōtradicēte Romano pontifice a quo dedignatus eſt cōfirmari. ſed qꝛ vt ſupra diximus in hac pace ecclie heretici nō poſſunt preualere nō auſi ſunt taborite extra regnum bohemie exire: imo nec in toto regno illo ſeſe dilatare ſed latēt in quibuſdam mōtibus/ac locis pugnaciſſimis. Preter hoc malū aliud eo peius in vrbe Roma tūc emerſit nam defuncto Gregorio pōtifice cardinalibuſq; in cōclaui poſitis pro alteri⁹ electione factus eſt contra eos romanoꝝ tumultus requirentiū omnino ne papā gallicū eligerēt ſed Romanum/vel adminus Italicū. quare cardinales metu cōpulſi Bartholomeū quēdam Neapolitanū bareſem archiepiſcopū elegerūt/ꝛ Urbanū ſextū vocauerūt Poſtea vero cognita hoīs arrogātia ꝛ malicia qua intollerabilis bonis videbatur: cardinales clam extra Romā aliū pontifice elegerūt quē ꝛ ſeptimū clementē vocauerūt ꝛ hanc ſuam electionē per litteras ad oēs chriſtianitatis principes intimarūt dicētes clemētem nō vrbanū eſſe indubitatū ꝛ verū papā hinc ergo ſciſma peſſimū in ecclia dei ortum eſt q̄d ferme 40 annis perdurauit vſq; ad Martinū papā quintum: reſidēte vrbano cū ſuis ſucceſſoribus in vrbe clemēte vero cū ſuis in Auinione. Obediebāt Auinionēſi pōtifici Gallia/Hiſpania/ꝛ Anglia cum Britania Romano aūt Italia/Germania/ꝛ Ungaria cū Bohemia Sed diuina ꝓuidētia ad hec mala tēperāda plures viros religioſos omni ſapiētia refertiſſimos in eade generatiōe creauit. ex quib⁹ fuere Gerardus ſenēſis/Gerardus bergomēſis/Gulielmus cremonēſis/ Antonius genueſis/Jacob⁹ de alta villa/Joānes theutonic⁹/ Petr⁹ bretonij/Leonardus de chiſano/ Joānes boccati⁹/Petr⁹ thomas/Symō de caſſia/Gallus ciſtercienſis/Matthe⁹ polon⁹/Jacob⁹ de toſana/ Bernard⁹ theutonic⁹/ꝛ alij plures ¶ Ergo miſſale hui⁹ diei officiū pſonas in ſuo introitu gaudiū reducte curie papalis i vrbē ait venite benedicti rc. ex 25 cap Matthei. ac ſi papa Gregorius

Introitus miſſe.

cardinalibus ⁊ ceteris curialibus diceret. venite
eamus ad regnum noſtrū in Italiam quod ab
initio eccl'ie chriſtiane ex donatione Conſtātini ⁊
alioꝝ imperatoꝝ habuimꝰ. additur quadruplex
alleluia ꝓpter liberationē curie ab exilio ſuo qḋ
tribꝰ vigenarijs/⁊ vno denario annoꝝ ꝓlongatū
fuerat Verſus. Cantate dño ⁊c̄. ex ps 97 incitat
curiā ad laudandū deū de tāto beneficio ſue re
ductionis qḋ fere miraculoſum fuit. Et pōt intel
ligi hoc eſſe dictū ex ꝑſona Romanoꝝ curiā re
cipientiū cum Te deū laudamus Ad ſenſum ve
ro morale cū ſit finis ſexageſime introitꝰ eſt vox
leticie p̄lati ad ſuos neophitos quos iam filios
regni appellat ex diuine predeſtinatione ab ori-
gine mundi vnde ⁊ ad laudes diuinas eos inci-
Oratio. tat dicēs Cantate dño ⁊c̄. Oratio Deus qui nos
reſurrectionis ⁊c̄ adaptat eādem ſententiā introi-
tus ad alios fideles antiquos qui iam purifica-
ti ex penitētia quadrageſimali digne cōmunica-
uerūt ⁊ paſchalē feſtiuitatē cum gaudio celebra-
uerūt: regnū ⁊ victoriā chriſti ſui principis cōme-
morātes ideo petit eis a deo gratiā qua ꝑuenire
valeāt ad feſta letiſſima eterne btitudinis. ¶ Epi
Ep'le ar-gumētū ſtola: aperiēs Petrꝰ os ſuū ⁊c̄ Actuū 3 cap̄ videt
pertinere ad materiā ſciſmatis ſubſecuti poſt re-
ductionē curie in vrbem Et qꝫ miſſale romanū
exponimus pontifici Romano vrbano quāuis
malo/⁊ ſatis inurbano adherebimus cū multis
doctoribus et ſanctis religioſis illiꝰ tēporis eo ꝙ
eius electio pacifica/⁊ prior fuit electione Clemē
tis ex odio vrbani ꝓcedēte nec multū curamus
ꝙ noſtra catholica Hiſpania cū chriſtianiſſima
Gallia clemēti tunc obedierint. Erit ergo epiſto
la in ſenſu hiſtorico predicatio Romani pontifi-
cis vrbani/⁊ cuiuſlibet ſucceſſoris ſui contra fau-
tores clemētis/ ⁊ ſuorum ſucceſſorum ad probā-
dum ſe eſſe verum papam / ſeu chriſti vicarium
generalem in toto mūdo Et primo hoc ꝓbat ex
ſua canonica electione Scḋo ibi vos autē ⁊c̄ ex
peruerſa alterius intruſione Tertio ibi et nunc
fratres ⁊c̄ excuſat errātes ex diuina ordinatione
Prima ps ep'le. In diebꝰ ergo illis quarte generationis religio-
ſorum aperies Petrus i romanus papa tenēs
ſedē Petri os ſuū ad predicāndum pro bono pa
cis/⁊ ꝓ extirpatiōe ſciſmatis hoc eſt mittēs pre-
dicatores / et legatos dixit ad vniuerſos fideles
maxime ad occidentales fautores antipape viri
iſraelite i chriſtiani ⁊ qui timetis/vel timere de-
betis deum iudicē veſtrum cauēdo ab omni ma
lo audite me paſtorē veſtrum ex parte dei Notū
vobis facio ꝙ deꝰ Abrahā/Iſaac/ et Iacob i deꝰ
trinus deſignatus in iſtis tribus patriarchis qui
et idē fuit deus patrū noſtroꝝ i apoſtoloꝝ Petri
et Pauli. quorum ſanguine Romana vrbs fuit
conſecrata/et in caput eccleſiarum exaltata ille
inquā deus verus glorificauit i glorioſum ⁊ ho-
noratum fecit filium i vicarium ſuum Ieſum i
ſaluatorem animarum miniſterialiter glorifica-
uit inquā per ſuam canonicam electionē quem
tamen ſic electum vos ſciſmatici cardinales tra-
didiſtis. i. vendidiſtis occulte et poſtea negaſtis
publice ante faciem Pylati i. imperatoris/vel re
gis terreni cuiuſlibet iudicante tamen illo de-
bere dimitti electum iam pontificem manere in
ſede ſue dignitatis quāuis eſſet alias malus ho
mo ne oriretur inde materia ſciſmatis qḋ eſt ma
ius malum quā tollerare papā ingratum et in-
vrbanum Et nō ſatis vobis fuit illum dolo tra- Scḋa ps
dere ⁊ negare eū ſanctū. i. firmum in ſede ſua et ep'le.
iuſtum. i. iuſte ac iuridice electum: ſed etiam peti
ſtis donari vobis in papam virum alium homi
cidam qꝫ eius occaſione multi hoīes corporali-
ter/et plurimi ſpiritualiter ſunt occiſi. autore ve-
ro vite ſpiritualis ſub chriſto verum papam in
teremiſtis ſaltē in fama per depoſitionem veſtrā.
quem tamen deus ſuſcitauit ab illa morte decla
rando eum eſſe verū papam. ꝑ hoc ꝙ altero ele
cto a Roma ⁊ a tota italia ipſe māſit in ſua poſ-
ſeſſione. Cuius rei nos predicatores ⁊ legati eiꝰ
ſumus teſtes oculares adeo vt in fide nominis
chriſti cuius ipſe eſt vicarius in terris hunc Vr-
banū ſextum quem vos videtis modo papam:
et noſtis ante eius promotionem deus confir-
mauit in papali dignitate non obſtante veſtra
depoſitione eum infirmare volente nam chriſti
nomen quo ipſe vrbanus denominatur et fides
que per eum eſt in tota eccleſia. dedit illi inte-
gram ſanitatem i confirmationem iſtam in con-
ſpectu oim veſtrum i contra veſtrum conatum
in oppoſitum. hoc eſt poſſidet papatū coram fa-
cie veſtra ⁊ vobis inuitis qḋ eſt ſignum diuine
voluntatis eū adiuuātis ⁊ confirmātis Nunc er Tertia ps
go fratres mei in chriſto deſiſtite obſecro ab hac ep'le.
ſtulticia ſcio enī ꝙ per ignorantiam iuris vel fa-
cti feciſtis hanc diuiſionem in eccleſia dei. ſicut ⁊
principes veſtri cardinales electores antipape
tuā ipſi habuerunt ignorantiam iuris putātes ꝙ
ſibi eſſet data poteſtas ab eccl'ia ita bene ad de-
ponendum ſicut ad eligendum papam vos aūt
fautores antipape forte habetis ſimul ignoran-
tiā iuris ⁊ facti qꝫ forte neſcitis q̄liter mea electio
facta fuerit ⁊ qualiter altera poſt eā. peccatū aūt
ex ignorātia procedens ( ſi nō ſit affectata ) ſem-
per eſt minoris culpe ⁊ facilioris venie apḋ deū
quā peccatum ex certa malicia factum maxime
qꝫ deus qui prenunciauit per os oim propheta-
rum ( qui de ſtatu eccleſie in hac ſexta etate mul
ta predixerūt ex diuina inſpiratione ) debere pa
ti chriſtum ſuum myſticū maxime durāte regno
clericorum et etiam aliqualiter ſub regno religio
ſorum qꝫ huius vite conditio non admittit purā
pacem qualem habet triumphans eccleſia bea
torum Deus ergo qui preordinauit ſic pati chri-
ſtum ſuum R[illegible]poti vel totū populum chriſtia-
num vt certam faceret prenunciationem prophe
ticam permiſſit peccata hereticorum ⁊ ſciſmati-
corum chriſtianorum et impleuit per eos paſſio
nē chriſti myſtici quā predixerāt vnde videt col-
ligi qḋ taliū hoim peccata ex quo ſunt a deo or-
dinata ad implendū ꝓphetias ſuas vel nō ſint
tā libera ſicut peccata aliorum vel ſint facilioris
venie apud deum Vos igit̄ fratres licet fueritis

ſciſmatici nō deſperetis de venia ſed potius pe-
nitemini coram deo/ et conuertimini ad verum
papam vt ſic faciliter deleātur per veniam pec-
cata veſtra Moraliter hec epiſtola adaptari po-
teſt ad hereticos bohemos/ad Neophitos/ ⁊ ad
alios modernos peccatores qui adhuc noluerūt
confiteri/nec penitentiam agere ⁊ debet fieri cō-
paratio chriſti veri ad diabolum quem elegerūt
ſibi peccatores vel fiat cōparatio Romani pon-
Graduale tificis ad hereſiarchā bohemorum ⁊c̄ ¶ Cātus
gradualis cōſuetus hec dies quā fecit dn̄s ⁊c̄. vo
cat diem redditum papalis curie in vrbē vel pa
pam Urbanum cum antipapa Clemens fuerit
nox vel dies quā non fecit dn̄s Uerſus Dexte-
ra domini ⁊c̄ ex eodē pſal. 117 eſt vox pape Ur-
bani laudantis deum de ſua victoria cōtra Cle-
Alelua. mente Aleluia. Surrexit dn̄s vere ⁊c̄ Luce vlti-
mo eiuſdē eſt ſentētie cum graduali Alij cātant
angelus domini deſcēdit ⁊c̄. vt prius Alij dicūt
cum venerit filius hois ⁊c̄. ex cap̄ 25 Matthei
vnde ſumebatur introitus miſſe ⁊ notantur ibi fide-
les quidā a dextris vt vrbaniani alij a ſiniſtris i
Euāgeliū ſciſmatici clemētiniani ¶ Euangeliū manifeſta
argumen uit ſe iterum ⁊c̄. Joānis 21 hiſtoriam tertie appa
tum. ritionis/ ſeu tertij diei quo pluribus ſimul diſci-
pulis apparuit Jeſus poſt ſuam reſurrectionem
adaptat reductioni papalis curie a Gallia in vr-
bem Romā que in hac quarta religioſorum ge
neratione vt premiſimus facta eſt Et hoc ordine
proceſſit cum eñ eo tempore quo papalis curia
ageret in Gallia patrimonium ſummi pōtificis
in Jtalia egeret gubernatore in abſentia pape
conſueuerant pontifices mittere vnum legatum
cardinalem ad agenda negocia Jtalie Unde cū
in hac generatione iam multi tyrāni inuaſiſſent/
⁊ occupaſſent ciuitates/oppida/⁊ terras eccleſie
Jnnocentius papa miſit cardinalem Hiſpanum
Egidium predictū cum magno exercitu militū
contra tyrānos Jtalie. qui vt erat magnanimus
et prudentiſſimus primo tyrannos ſue ditioni
ſubegit / deinde ad pacem componēdam eos in
eiſdem terris feudatarios pape inſtituit. et eo in
Galliam reducto Jnnocētius deceſſit ab hac vi-
ta/ſucceſſitq; Urbanus qui audiens Jtalie tu-
multum iterum a tyrannis ſuſcitatum iterum et
ipſe predictū Egidium Hiſpanum in Jtaliam
miſit ⁊ pacatis vt prius ab eo tyrānis papa Ur
banus Jtaliam / et Romam viſitare voluit in
Galliam tamen iterum rediturus ad cōmoran-
dum et hic fuit ſecūdus poſt Clementem quin-
tum qui Romanis vaſallis ſuis apparuit in vr-
be poſt ſexaginta fere annos i in fine ſexageſi-
me ſui exilij qui reparatis quibuſdam Rome
edificijs ruinoſis repertiſq; apoſtolorum Petri
et Pauli capitibus iam diu ignotis. ac eis in la
terano reuerenter collocatis in Galliam rediēs
Maſſilie defunctus eſt relicto tñ Egidio hiſpa-
no in Jtalia qui etiam paulopoſt Urbanum ex
hac vita migrauit Succeſſit vrbano Gregorius
qui vidēs patrimoniū papale ꝓpter eius abſen-
tiam continue labefacta. i maxime poſt obitum
cardinalis Hiſpani. decreuit omnino ⁊ ipſe ter-
tius Romam viſitare ibidem iam ſemper mora-
turus ſed timens gallorum furiam ſimulanſq;
ſe aliquid aliud agere velle paratis in Reno flu
uio vna ⁊ viginti triremibus per mare genuam
primo venit inde Cornetū poſtremoq; Romā
terreſtri itinere peruenit et ab eo vſq; in hodier-
num diē papalis curia, (vt decet) in vrbe Rome
permanſit ex diuina ordinatione cuius ſignum
fuit q̄ pape palatium Auinioneſe in Gallia eo-
dem anno fere totum cōbuſtum eſt a caſu Hac
ergo hiſtoria ſuppoſita euangelium ei applica-
tum facit tria precipua Primo narrat quedam
antecedentia hanc curie romane reductionem.
Secundo ibi mane autem iam facto ⁊c̄ deſcri-
bit concomitantia Tertio ibi vt ergo deſcende-
runt ⁊c̄. annectit quedam ſubſequentia Jn illo Prima
itaq; tempore quarto regni religioſorum Jeſus ps euan-
i Romanus pontifex manifeſtauit ſe per ſuam gelij.
preſentiam iterum et tertio diſcipulis ſuis i va-
ſallis Jtalie/ et Rome ad mare i. per mare ve-
niens ad eos quod iter marinum dicitur Tybe-
riadis i. bona viſio quia ſpacioſum ⁊ latum vel
vmbilicus quia eſt mediterraneum vel confra-
ctio quia eſt laborioſum ⁊ tempeſtuoſum. Mani
feſtauit autem ſe ſic i. tali ordine proceſſit a prin-
cipio erant enim ſimul cōgregati in Jtalia exer-
citus magnus ad tuendas rex eccleſie quorum
maximus dux erat Symon petrus i. Egidius
hiſpanus cardinalis ex mandato et obedientia
pape quod ſonat Symon ⁊ fortis animo quod
ſonat Petrus a petra dictus vel forte quia erat
legatus apoſtolicus agens vices Petri apoſto-
li ſub eo erant alij duces belli laici. ſcʒ Thomas
qui dicitur didimus grece et ſonat abyſſum i.
conſilium profundum et Nathanael i donum
dei que eſt naturalis habilitas/ſeu robur ad bel
lum. qui erat a chana. i. zelo galilee i tranſmigra
tionis bonorum eccleſie a tyrānis ad papam ⁊ filij
Zebedei. i donati vel dotati ſufficiēti ſtipēdio ad
bellandum he eñ tres ſunt bone conditiones ⁊
neceſſarie ducibus belli ſ conſiliū/robur/⁊ pecu-
nia que eſt neruus belli et preter laicos milites
erāt in exercitu Egidij alij ex diſcipulis pape vi-
ri eccleſiaſtici duo i charitate geminam habētes
ad ſuadendū laicis omne quod bonū eſt ad ho-
norē dei ⁊ ꝓximi vtilitatē q2 merito taliū dat de-
victoriā exercitui vnde per hos ſeptē ſingnifican
tur vniuerſi ad bellū eccleſie neceſſarij ad victo-
riam habēdam Quibus adunatis dixit eis car-
dinalis legatus predictus ego Symon i obe-
diens pape vado in Jtaliam piſcari bona eccl'ie
ex aquis mundanorū reti exercitus bellicoſi di-
cunt ei alij milites et clerici venimus et nos li-
benter tecum propter zelum dei / ⁊ honorem ec-
cleſie: dum modo habeamus ſtipendium pecu-
nie ſufficientis eoq; annuente exierunt ex Gal-
lia et aſcenderunt in nauem per mare vt citius
peruenirent in Jtaliā ad quā cum perueniſſent:
inuenerunt omnia turbata diſſenſionibus tyrā-
norum ac ſi eſſet eis obſcuriſſima nox carēs luce et

ſerenitate pacis/ac religionis et procedentes cū
legato predicto·in illa nocte nihil prediderunt de
bonis eccleſie quod poſſet totaliter auelli de ma
nibus tyrannorum propter fauores aliquorum
principum/⁊ colligantiam eorum inter ſe·egit ta
men legatus quod potuit:ſcilicet vt deinceps il-
la bona tenerent illi tyranni tanq̃ feudatarij ec-
Scda ps euāgelij clesie·non tanq̃ proprietarij vt antea. Tranſacta
vero nocte illa/⁊ pacatis rebus aliqualiter/⁊ fa-
cto iam mane i elucente aliquātula tranquilita-
te in Italia. ſtetit Ieſus.i Roma ponti. vrbanus
in littore Italie volēs Romā viſitare ſed qꝛ no-
lebat in ea diu manere. ſed in Galliam remeare
non cognouerunt diſcipuli.i. vaſſali eius Roma
ni quia ille papa eſſet Ieſus i. ſaluator eorū ab
oppreſſione tyrānorum. quod patet ex hoc ꝙ ipſe
Vrbanus dixit eis pueri.i ſerui mei nūquid ha-
betis hic in patria iſta pulētarium i ita bonum
victum ſicut habemus in gallia omnes ꝓuiſio-
nes neceſſarias noſtre curie in magna abundā
tia Reſponderūt magis facto q̃ verbo ꝙ non qꝛ
oſtēderunt ei paucas illius romanie ꝓuiſiones
quare eis relictis iterū reuerſus eſt in gallias et
vt diximus illico defunctus vnde et Gregorius
ſucceſſor ei⁹ dixit Romanis vaſallis ſuis mittite
rete exercitus legati mei in dexterā nauigij.i ver
ſus mare ad occurſum meū. et inuenietis me ad
vos redeūtē cū tota curia mea vt permaneā vo-
biſcū in vrbe Miſerunt ergo exercitū romani cū
gaudio ad recipiēdum ſuū pontificē honorifice ⁊
cū applicuiſſent ei. inuenerūt eum aſſociatū tāta
hominū nobiliū turba ex principibus Italie ꝙ
iam non valebāt romani trahere ad ſe papam ⁊
exercitū pre multitudine piſciū i. hoim corpora-
lium qꝛ non habebāt victualia neceſſaria ad eo-
rum ſuſtētationē. Et inter romanos dixit ille diſci
pulus.i. vaſallus que diligebat Ieſus i papa pre
alijs qꝛ maiori honore decorauerat eū. hic erat
pretor vrbis Rome ⁊ iudex ſecularis ⁊ dixit Pe
tro.i. cardinali legato/⁊ duci exercitus hic papa
eſt verus dn̄s noſter quia vult nobiſcū manere
et nos defendere a tyrānis Legatus vero cū hoc
audiſſet dimiſſis armis bellicis·tunica pacis(que
toga dicitur)ſuccinxit ſe·erat eīn antea nudus ta-
li tunica·⁊ in tali habitu miſit ſe in mare ad oſcu
la pedum ſummi pōtificis volens alios antece-
dere. anteq̃ papa exiret in terram alij autem di-
ſcipuli.i. vaſalli pape venerūt moroſius ad eum
nauigio i. itinere marino non enim longe erant
a terra in qua iam erat papa extra mare quādo
ipſi venerunt ad eum ſed diſtabant quaſi duce-
tis cubitis ab eo trahētes ſecum rete piſcium i
Tertia ps euāgelij. nobilium ciuium romanorum Qui omnes ro-
mani cum legato vt deſcenderūt in terram ado-
rato pontifice viderunt in Italiam omnia bona
aduenisse cum pōtifice i prunas/ſeu ignem cha
ritatis et piſcem prunis ſuppoſitum i. iudicem
rectum in ſingulis ciuitatibus et panem doctri-
ne/ſeu predicationis religioſorum deuotorum
Dixitq̃ ſuis Gregorius pontifex afferte mihi de
piſcibus magnis.i. de tyrannis Italie quos reti

exercitus prendidiſtis nūc in meo aduentu· qui
immiſit eis omnibus terrorem aſcenditq̃ lega-
tus cardinalis cui erat cōmiſſus ille exercitus et
traxit rete in terram plenum magnis piſcibus
p̄dictis numero centū quinquaginta trib⁹·ꝙ nu-
merus tres quinquagenas et ternariū continet
quelibet etiam quinquagena ex ſeptenario in ſe
ducto ⁊ monade cōſtat·vt ſignificentur tres prin
cipales tyrānorū ſpēs in Italia bona ecclie occu
pātiū·⁊. in q̄libet eaꝝ vniuerſitas maloꝝ hoim ſub
vno pncipaliore nā ſeptenari⁹ vniuerſitatē ſigni-
ficat ⁊ ille tres factiōes tyrānoꝝ erāt in Flaminia/
in Marchia/ac Romania ꝗ oēs inſtigante ma-
la imperatore ludouico in eis bona eccleſie occu
pauerāt Et fuit mirū ꝙ cum tanti ⁊ tot eſſent ty-
rāni debellandi ab exercitu ecclie non eſt ciſum
rete ſed preualuit aduerſus eos oēs cum diui-
no adiutorio His ergo deuictis ac humiliatis pa
pa iam ſedens quiet⁹ in vrbe dixit ſuis vaſallis
Romanis ⁊ alijs ex italia venite ad me ſecuri ⁊
prandete pacifici in domib⁹ veſtris qꝛ non vos
opprimēt iam tyrāni. Et nemo eorū audebat in-
terrogare pontificē dubitans de verbo ei⁹·vt dice
ret ei tu quis es qui talē ſecuritatem nobis pro-
mittis·ſciebant enim quia dn̄s eſt verus ⁊ legiti-
mus illius patrimonij eccleſie· cui tanq̃ indubi
tato pape oēs principes chriſtiani obediūt ⁊ fa-
uent cōtra tyrānos ideo nō erat dubitandum de
ſua ſecuritate Et ita firmata pace ac ſecuritate
[illegible] venit papa ad viſitandū totum patrimoniū
ſuum per ſingulas ciuitates et opida et accepit
panē doctrine ⁊ piſcē iuſticie· ⁊ dabat eis omnia
neceſſaria ad cultū dei et pacem reip Hoc ergo
iam tertio manifeſtatus eſt papa Gregorius ſuis
Romanis vaſallis cū maiore vtilitate ſuoꝝ:quā
fecerat vrbanus in ſecūdo vel clemens in primo
qꝛ per hanc tertiā manifeſtationē viſus eſt papa
ſurrexiſſe a mortuis qui prius in italia videba-
tur ſepultus et tyrāni italie quaſi mortuo illude
bant rapientes bona eius Sed cū in fine huius
generationis factum fuerit ſciſma mirū eſt quare
hoc euangeliū dicit·ꝙ non eſt ſciſum rete. dici po
teſt ꝙ tunc nō eſt ſciſum ſed poſtea vel no eſt ſci
ſum in ſpiritualibus bonis fidei ⁊ religionis ſed
ſolum in tēporalib⁹ dn̄ationib⁹·vel nō eſt ſciſum
realiter ſed apparēter ſolum vel dicit q̄d ſciſma
pertinet ad generationem ſequentem non ad
iſtam ¶ Moraliter bonus prelatus ⁊ ſimiliter Moralitas
chriſtus ſe manifeſtat in hoc tempore paſchali ſu
is ſubditis ſiue neophitis/ſiue antiquis ad ma-
re baptiſmi vel preſentis ſeculi nam cum in ec-
cleſia dei ſint varij ſtatus fidelium deſignati in
illis ſeptem diſcipulis omneſq̃ intendāt in hoc
mundo aliquid piſcari i. lucrari per actus ſuos·
illi de nocte piſcantur ⁊ ad ſiniſtram mittunt re-
te ſue negociationis qui delitias/diuitias/et
honores huius ſeculi querunt illi vero de die ⁊
ad dexteram qui bona ſpiritualia et gaudia fu-
ture vite toto mentis conatu deſiderant Pro-
uer 3 longitudo dierum in dextera eius in ſi-
niſtra illius diuitie et gloria quare illi tota nocte

laboꝛantes nihil capiūt quia p moꝛtem omnia
acq̄ſita pdunt p̄s 75 doꝛmierunt ſomnū ſuū
ꝛ nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus
ſuis iſti vero p̄ceptum boni pꝛelati facietes mul
ta merita ꝛ p̄mia acquirunt ꝛ ad ſolidum litus
alterius vite cum pleno reti puenīūt Interim ve
ro p̄latus inuitat eos ad menſam chꝛiſti hoc ē ad
euchariſtiam dicēs venite pꝛandete vbi offert eis
pane exteriꝰ ꝛ piſcē aſſum .i. chꝛiſtū paſſum inte-
rius quia hoc ſacramētum ē memoꝛiale paſſio-
nis eius Deniqꝫ quia hec feria q̄rta ē finis ſexa-
geſime in qua eccl'ia fideles inuitauerat ad opa
mie pꝛoximis exhibēda hodie oſtēdit p̄mia illo-
rum operum dicēs venite benedicti.ꝛc̄ ꝛ in euā-
gelio iſto ſub typo piſcationis miraculoſe decla-
rat ſtatum gloꝛie reſurgentiū vt Auguſtinus et
Offertoꝛium. Gregoꝛius exponunt. ¶ Cantus offertoꝛij Poꝛ-
tas celi ꝛc̄. pſal.77 laudat deum de p̄dicta cu-
rie reductiōe i vrbē.quia ſubditis pape aperta eſt
via ſalutis ꝛ doctrina celeſtis que eſt manna et
panis angeloꝝ.Idem poteſt intelligi de neophi
tis vel de alijs chꝛiſtianis qui deuote cōicauerūt
in paſchate Secreta oꝛatio Suſcipe q̄ſumus ꝛc̄.
offert deo ſacrificiū euchariſtie vt benigne ſuſci-
Communio. piatur ab eo p fidelibus populis ¶ Cōmunio
Chꝛiſtus reſurgēs ex moꝛtuis ꝛc̄ Rome 6.gau-
det de p̄dicta pape reſurrectiōe p ſuum reditum
in vrbe ad ſemp ibi manendum Finalis oꝛatio
Ab omni nos.ꝛc̄.adaptat cōmunionem nouiter
babtizatis ꝛ alijs fidelibus petens eis gratiā re
nouationis moꝛalis ꝛc̄.

## ¶ Caput ſeptuageſimūſecundum de feria quinta hebdo paſchalis.correſpondēter ad quintā generationē regni religioſoꝝ ꝛ neophitoꝝ innouationem



Argumētū officij ab anno chꝛiſti 1380 vſq 1410.

Quinta generatio regni religioſoꝛum viguit
ſub Romanis pon Bonifa-
cio nono/ Innocentio ſepti-
mo/et Gregoꝛio duodecimo/
cū antipapis Benedicto 13.
Inauinione/ Alexādro quin
to/ꝛ Joanne 23 Piſis imperātibus tūc Rober-
to Bauaro/ꝛ Sigiſmundo Vngaro qui ambo
iuſti ꝛ catholici fuere licet tēpoꝛe ſciſmaticoꝝ pō-
tificum eoꝛumqꝫ bono zelo ac diligentia in tem
poꝛe ſciſmatis multa mala ſunt pꝛohibita in chꝛi-
ſtianitate verum vterqꝫ non niſi a romano pon-
tifice coꝛonari dignatus eſt cui fauebat vt p̄dixi-
mus Et licet hec gen̄atio tota ſub ſciſmate pera-
cta ſit claruit tamen anno iubileo a Bonifacio
pontifice celebꝛato.ac quibuſdam religionibus
nouis.inter quas religio dicta ſancti Hieronymi
ex tertio oꝛdine ſancti Franciſci a quodam nobi
li viro apud feſulanam Ethꝛurie vrbem Inno-
centio p̄ſulante excitata eſt ꝛ a Gregoꝛio appꝛo-
bata/ꝛ cōfirmata ſub regula ſancti Auguſtini ac
inter mendicantes annumerata Claruit etiā hec
generatio multis viris ſapientiſſimis maxīe reli
gioſis ſ ſancto Vincētio p̄dicatoꝛe maximo Ni-
colao de Goꝛrā doctoꝛe pcipuo/Petro de Can-
dia greco/ Paulo veneto/Henrico oyta theuto-
nico/Thoma germano regulari canonico/Hen
rico de Conſueldia carthuſienſi ꝛ alijs plurimis
theologis Pꝛeter quos tūc etiam viguere Ema-
manuel Chꝛiſoloꝛa grecus/ꝛ Joannes Rauen-
nas gramaticus quoꝛum alter pꝛimus poſt ſe-
ptingentos annos litteras grecas .alter latinas
reſtaurauit i Italia ꝛ fere eoſdē diſcipulos mul-
tos ꝛ egregios ſucceſſiue docuerūt.Fuere etiam
eodem tempoꝛe Nicolaus Florētinus/ꝛ Marſi
lius Patauinus celebꝛes philoſophi et medici.
Claruit ꝛ cum eis Baldus peruſinus excellen-
tiſſimus legum interpꝛes cum multa diſcipulo-
rum turba clariſſima Celebꝛatum eſt etiam tūc
cōcilium Piſanum ex cōſenſu vtriuſqꝫ pape pꝛo
extinctione ſciſmatis vbi Gregoꝛio ꝛ Benedicto
depoſitis tertius eligitur Petrus de candia et
Alexander quintus vocatus eſt quare nō ceſſa-
uit ex hoc ſciſma ſed potiꝰ inualuit moꝛibus ex
remedio illo quia noluerūt illi cōſentire ſue de-
poſitioni ꝛ iterum ſe erexerūt vt pꝛius ꝛ ſic man
ſit ſciſma peius q̄ȝ antea ſub tribꝰ capitibꝰ In-
ter has tamen hominū varietates ſemp fides et
religio chꝛiſtiana manſit integra ꝛ indiuiſa.nam
quilibet illoꝝ pontificum catholicus erat/ꝛ ean
dem fidem cū altero turbatur pꝑter bonitatem
tempoꝛis religioſoꝛum quod oēs hereſes ſuppe
ditauit Econtrario vero in tempoꝛe clericoꝛum
oīa fere ſciſmata fuerūt cū diſcrimine fidei vbi al
ter pontificum alicui hereſi fauebat. nunc autē
excellens ſapientia religioſoꝛum habet victoꝛiā
ſuper omnes hereticos ¶ Quare huiꝰ miſſe in- Introitꝰ miſſe.
troitus Victricem manū tuā.ꝛc̄ ex cap̄ 10 Sa-
pientie laudat hanc ſapientie victoꝛiam cū tripli
ci alleluia · quia ſapientia os fidelium mutum
aperuit ad loquendum dei laudes in triplici lin
gua ſ hebꝛea antiqua/greca nūc adducta/ꝛ lati-
na recenter reformata ꝛ linguas infantiū.i. lati-
noꝛum qui fari neſciebant docte.fecit diſertas i.
artificioſas i ſermone multiplici Verſus Notū
fecit dominus ꝛc̄.ex pſal 97 addit p̄dicte ſentē-
tie q deus i hac etate reuelauit ſecreta multa le-
gis ſue hominibus valde ſalutaria/ꝛ continētia
iuſticiam dei.Facit etiam iſte introitus cum ſuo
verſu ad neophitos quos deus ſua ſapiētia edo
cuit eoꝛū os ꝛ linguas aperuit/eiſqꝫ ſua ſecreta
ſalutaria reuelauit vnde ad hoc pꝓpoſitū ſequi- Oꝛatio.
tur oꝛatio Deus qui diuerſitatē ꝛc̄ petēs eis gra
tiam cōſeruandi vnitatem fidei/ꝛ religiōis chꝛi-
ſtiane ad quā vocati ſunt Ad alterum vero ſen-
ſum hec oꝛatio peteret vt deus qui diuerſitatem
linguarum in eccl'ia latina adunauit ſub hac ge
neratione cōſeruet vnitatem fidei ꝛ reducat hoc
ſciſma ad vnitatem veri ꝛ indubitati pontificis.
Poſſet tertio introitus exponi de triplici ſapien
tia huius generationis ſ theologoꝛum in pꝛinci
pio introitus /medicoꝛū ibi ſalutare ſuum/ꝛ iuri- Epiſtole argumentum.
dicoꝝ ibi iuſticiā ſuam ¶ Epiſtola Angelus dñi
ꝛc̄.Actuum.8.cap̄.hiſtoꝛiam Philippi diaconi ꝛ

Eunuchi baptizati adaptat ſacto Vincētio predicatori maximo in etate illa ſciſmatica que de⁹ miſit cum alijs multis religioſis ad tuendam fidem/ꝛ religione in ſua puritate/ꝛ vnitate ꝛ imo ꝛ ad conuerſione peccatorum ſiue fideliu/ſiue infideliū ad fidem et religionē chriſtianam Habet epiſtola tres partes Prima declarat predicatoris miſſionem Secunda ibi rogauitq̨ ꝛc̄ explicat p̄dicationis ſue conditionem Tertia ibi ꝛ dū irent ꝛc̄.concludit peccatoris conuerſionē Ergo in diebus illis quinte generationis religioſorū angelus domini vel exterius apparendo/vl' interius inſpirando locutus eſt ad Philippum q̄ hebraice interpretatur os lampadis ꝛ eſt p̄dicator religioſus p quem loquitur de⁹ ad homines ideo ipſe eſt os chriſti de quo Eſayas 62 Saluator eius vt lampas accedatur ꝛ p̄ ceteris religioſis illius temporis angelus dn̄i ſpecialius locutus eſt ad Vincentiū nam Philippus grece ſonat victorioſum latine i amatorem equoꝝ ꝛ hoc eſt Vincentius ad quē locutus eſt angelus dn̄i vt patet in ſua legenda dicens ei Surge ab otio tue contēplationis/ꝛ quiete religiōis ꝛ vade ad p̄dicandum contra meridiē i ardorem mūdane concupiſcētie ad viam i modū viuēdi mixtum q̄ ducit bonos prelatos ab Hieruſalem i a viſiōe pacis vite cotemplatiue in gazam i robuſtam vitam actiuam q̄ intendit fortiter ſaluti ꝛ neceſſitatibus proximorum Hec via modo ē deſerta a p̄latis querentibus ſolum que ſua ſunt i honores ꝛ dignitates eccleſie non q̄ ieſu chriſti i. bonū ſue eccleſie vel gregis chriſti Et ſurgens ſanctus ille predicator Vincentius exiuit vt vinceret hereticos/infideles/ꝛ peccatores alios de qua victoria meminit introitus miſſe vt p̄diximus. ꝛ ecce occurrit ei auditoriū hominū inprimis vir ethiops i. denigratus peccatis eunuchus.i. caſtratus ſiue non potens generare filios ſpūales dn̄o ſuo hic erat doctor infidelium iudeoꝝ/vel ſaracenorum potens i principalis gubernator cādacis i poſſidentis contritione ſinagoge ſcꝫ regine ethiopum i denigratorum infidelium q̄ vir erat cōſtitutus ſuper omnes gazas i diuitias eius qꝛ infideles principaliter intendunt lucris bonoꝝ temporalium maxime iudei hic populus venerat primum adorare deū in Hieruſalem i durante curſu veteris legis ſed ea finita reuertebatur i retro cedebat a lege dei ſedens ad menſam ſacre ſcripture ſuper currum ſuum i maxime inter dens quadrige maioꝝ ꝓphetarum legenſq̨ inprimis Eſayam ꝓphetam q̄ multa loquitur de aduentu meſſie ad redemptione Iſrael ꝛ omniū gentium Hoc auditorio ſic diſpoſito dixit ſpiritus ille qui prius dictus eſt angelus domini p̄dicatori Vincentio accede ad p̄dicandum iudeis ꝛ adiunge te ad currum iſtum prophetarum ve legis vt ex conceſſis ab eis arguas ad conuincēdum eos accurrens autem Philippus p̄dictus audiuit illū doctorem iudeorū legetem Eſayam ꝓphetam ꝛ dixit p̄dicator iudeo putaſne intelligis q̄ legis in ꝓphetis tuis'q d credo q̄ nō intelligas ſcripturas que loquūtur de chriſto in quē tu nō credis Ille aūt reſpondēs ait ꝛ quomodo poſſū ꝓphetas tā obſcuros intelligere niſi aliqs vir plenus ſpū dei oſtēderit i. declarauerit mihi hec ſecreta Et quia videbat iudeus ſactum Vincentiū eſſe ſapientiſſimum predicatorem/ꝛ multa diuinarū ſcripturarum ſecreta declarātē in ſuis ſermonibus:rogauit eū vt aſcenderet p meditationem in currum ꝓphetarum ꝛ ſederet ſecū in eadē mēſa ſcripturarū ad maſticandū ꝛ digerendū panem animarum.Locus aūt ſcripture ꝓphetice principalis quā legebat ſepius iudeus nec intelligebat erat hic i cap̄ 53 Eſaye tanq̄ ouis ad occiſionem ductus eſt.ꝛc̄. vſq̨ vita eius vbi expreſſe agitur de paſſione chriſti ꝛc̄ Interrogauit ergo iudeus p̄dicatorem dicēs obſecro te dn̄e de quo ꝓpheta Eſayas dicit hoc: de ſe an de aliq̄ alio: Aperiens aūt Vincentius os ſuum ad p̄dicandum/ꝛ incipiēs a ſcriptura iſta/ adducenſq̨ concordantias alioꝝ ꝓphetarum ꝛ figuras legales euangelizauit illi ieſum chriſtum ꝓbando q̄ de eo intelligebantur ꝛ in eo complete ſunt Dicēte eodē chriſto Luce vltimo oportebat impleri ea q̄ ſcripta ſunt in lege/ꝛ in pſalmis/ꝛ ꝓphetis de me ſpecialiter aūt allegauit hoc Eſaye capitulū intelligi de ſe dicēs Luce 22. etenim hoc qđ ſcriptum eſt oportet impleri in me ꝛ cum ſceleratis deputat⁹ eſt quod ſcribitur Eſaye 53 Et dum irent p̄dicator ꝛ iudeus p hāc viam examinationis ſcripturarum applicando ad myſteria chriſti et eccleſie peruenerunt ad quandam aquam de qua Eſaye 12. haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris ꝛ Ezechiel.36 Effundam ſuper vos aquam mundā/ꝛ mundabimini ꝛc̄ que nō poſſunt intelligi melius q̄ de ſacramēto babtiſmi ꝛ ait iudeus ecce aqua ſaluans animas ꝛ q̄s ꝓhibet me babtizari'q d non ſit mora quia ego volo babtizari dixit Vincentius ſi credis ex toto corde omnes articulos fidei ꝛ fueris prius cathecuminus.i. inſtructus i fide licet te babtizari: alias non Reſpondit iudeus poſtq̄ bene inſtructus eſt a fratre Vincentio credo firmiter dei filium eſſe ieſum chriſtum cū alijs articulis fidei chriſtiane ꝛ iuſſit ſtare currū ꝓphetarum ad teſtificandum de chriſto etiam ſecūdū hebraicam litteram ꝛ ita deſcēderunt vterq̨ in aquā babtiſmi ꝛ tandē p̄dicator babtizauit eum i in numerum iudeoꝝ ꝛ alioꝝ infidelium populum Cum aūt aſcendiſſent neophiti de aqua facti iam chriſtiani ſpiritus dn̄i rapuit p̄dicatore Vincentium ad p̄dicandum alijs ciuitatibus/regnis/ꝛ gentibus ꝛ amplius nō vidit eum iudeus preſentialiter conuerſantē ſecū memor tamen doctrine ſue ibat p viam legis dei gaudens ꝛ gratias agens de tanto beneficio ꝛ hec iudeorū conuerſio maxime fuit i Hiſpania Sanctus vero predicator Vincentius inde tranſiens inuētus eſt in Azoto quod interp̄tatur depredatio vl' ignis dilecti ꝛ ſignificat regnū Francie/ꝛ Britanie/ ad q̄ poſtea diuertit eo q̄ natiōes ille ſeptētrionales bella/ꝛ latrocinia exercēāt ꝛ igne carnalis libidinis

Prima ps eple.

Scd'a ps epiſtole.

Tertia ps epiſtole.

diligant indigebāt ergo bono pdicatore ad conuertendum eos a peccatis ſuis ⁊ ſic ptranſiens de loco ad locū pdicando· euangelizabat nomē domini ieſu cunctis ciuitatibus.ad quas etiam veniebant homines ex alijs locis/vicinis/vt audirent ſermones/eius donec finito curſu vite ſue veniret ceſaream .i. imperialem ciuitatē celi vbi ſancti habitant in gloria Facit etiam manifeſte hec epiſtola ꝓ nouiter baptizatis noſtri temporis ⁊ ꝓ vere penitentib⁹ in hac quadrageſima

Graduale ℭCantus gradualis Hec dies quam fecit dñs ⁊c̄.vt ſupra Verſus Lapidē quē reprobauerunt ⁊c̄.ex eodem pſal.117 laudat deū de pdicta conuerſione iudeoꝝ per quā chriſt⁹ ab eis prius reprobatus/nunc eſt honorifice ab eiſdē adoratus ⁊ factus lapis angularis coniungēs in ſua eccleſia duos populos gentiliū/ ⁊ iudeorum tanꝗ duos parietes principales edificij quare mirantur fideles de tam copioſa ⁊ miraculoſa conuer⸗

Alleluia. ſione infideliū Alleluia vel angelus dñi·vel ſurrexit dñs de ſepulchro· vel ſurrexit chriſtus qui creauit omnia ⁊c̄.gaudet de predicta renouatione hominum in eccleſia dei.qua videtur iterum chriſtus reſurrexiſſe ab obliuione ſui q̄ erat i mē

Euangelij argumentum. tibus hoim tam fidelium ꝗ infideliū.ℭEuāgelium Maria ſtabat ad monumētū.⁊c̄ Joan 20 videtur ad materiā ſciſmatis ptinere et tres papas illi⁹ tempois deplorare Habet igitur tres partes Prima duos priores cōmemorat. Scđa ibi hec cū dixiſſet.⁊c̄.tertiū Piſanū denotat Ter⸗

Prima ps euāgelij. tia ibi. vade ad fratres meos ⁊ concilliū Cōſtantienſe futurū inſinuat.In illo itaq̄ tēpore quinte ge Maria magdalene· q̄ ex pdictis ſepe religionē cōteplatiuā ſignificat: ſtabat plorās calamitatē illius tēpoꝛis.ad monumētū chriſti qđ eſt eccleſia foris.i.extra tumultus ſeculares poſita/ ⁊ in ſolitudine deo vacans. dum ergo ſic fleret inclinauit ſe ad actionē vt prodeſſet proximis ⁊ ꝓſpexit i monumentū pdictum i.eccleſie gubernationē attendit viditq̄ duos angelos i pontifices ſedētes in cathedra apoſtolica.⁊ indutos albis i.veſtibus papalib⁹ vnum coꝝ vidit ſedentē ad caput i Rome q̄ eſt caput mūdi alterum ad pedes i.in Hiſpania q̄ eſt finis Europe.vbi i in qua Europa poſitum fuerat corpus ieſu myſticū quod eſt eccl'ia.nam extra Europā pauci chriſtiani catholici reperiuntur dicūt ergo illi religioni plorāti alij fideles o mulier ſancta q̄ lacrās filios deuotiōe tua quid.i. propter qđ ploras⸗q. d. nulla res tēporalis deberet te mouere ad lachrymas q̄ mundū penitus contēpſiſti quaſi vilem illa reſpondens dixit ſe non plorare propter res mūdanas ſed ꝓpter malū ſpūale/⁊ periculū animarum qđ imminet ex ſciſmate.tulerūt(inquit) cardinales electores pape dñm meum verū papam et neſcio vbi poſuerunt eum nam ex duobus iſtis quos poſuerunt in duobus locis neſcio quis eorum ſit verus papa.cum vtriq̄ eorum faueāt magni reges/magni doctores/⁊ ſancte pſone religioſe merito ergo eſt dubitandum ꝗs eoꝝ ſit verus.papa ⁊ propterea nō poſſū lachrymas

Secūda ps euāgelij. continere.Hec cum dixiſſet ſancta religio cōuerſa eſt retrorſum non quidem a ſue vite pfectione recedens.ſed ab vtriuſq̄ pontificis dubitati veneratione abſtinens.cuiuſq̄ exemplo cardinales vocato·concilio Piſano vtrumq̄ papam relinquentes aliū tertiū elegerunt:que Alexandrum quintum dixerunt Religio ergo vidit illū ſtantem.i erigentem ſe ſup alios quaſi depoſitos.ſed non ſciebat.i. certa non erat quia ille terti⁹ eſſet ieſus i.verus papa ſaluator hominū a ſciſmate. verum ipſe gerēs ſe pro vero papa dixit ei.o mulier quid ploras iam· quem aliū queris papam preter me·q d.ego ſum quē querebas verus papa ⁊ ideo nō debes iam plorare ablato ſciſmate. Sed illa exiſtimās ſciſma adhuc manere ⁊ difficilius ꝗ antea qr cōciliū Piſanū nō fuerat vniuerſale ſed pauce autoritatis ꝓ tāte rei magnitudine diſcutiende putabat Piſanū illū papā eſſe hortulanū i a paruo fidelium horto pductum/ non a toto eccleſie campo receptum hoc eſt putauit eum eſſe particularem quendā ꝑlatum aliquoꝝ fidelium ſibi obedientiū.non vniuerſalem toti⁹ eccleſie.ideo dixit ei Domine ſi tu ſuſtuliſti .i vere accepiſti eum.ſ papatum dicito mihi vbi poſuiſti i in qua autoritate fundaſti eum·vt verū ius habeas ad papatum·⁊ hoc cognito:ego eum tollam i. exaltabo ſup caput meū ac venerabor. ipſe vero dixit ei.Maria.i.ſis Maria/vel religio contēplans res diuinas ⁊ non cures te intromittere in examinandis iuribus ꝑlatoꝝ. nam boni religioſi debent eſſe humiles parati obedire. nō curioſi volētes inquirere de negotijs mūdi.Conuerſa illa i. pſuaſa ex verbis Piſani voluit eum adorare vt verū papā dicens Raboni qđ interpretatum magiſter.i. paſtor chriſtianorū. ille vero cum eſſet bonus religioſus/⁊ vir doctus timens deū.non pmiſit ſe tūc adorari dicēs·noli me tangere pedes oſculando nōdum enim aſcendi ad patrē meum apoſtolū Petrū. quia nō poſſideo ſedem eius in vrbe Roma pacifice ⁊ nullus ali⁹

Tertia ps euāgelij. debet ſine ſcrupulo ꝓ vero papa adorari.Verū tamen ad tollendam omnē ambiguitatē huius negotij:neceſſarium erit congregari cōciliū generale totius eccleſie admiſſis omniū latinorum ideo tu zelator bone religioſe vade ad fr̄es meos alios ꝑlatos/⁊ cardinales/ac etiā reges/et principes chriſtianos·⁊ dic eis noīe meo.ego Alexāder quintus aſcendo i.aſcendere parat⁹ ſum ad patrem meum et patrē veſtrū ſanctum conciliū: quod vere eſt ſupra papā ſaltē dubium vbi etiā credam adeſſe deum meum ⁊ deū veſtrum ſpiritumſanctū ⁊ ibi reddam rationē iuris mei ſi qđ habeo venit ergo religio ſacra nunciās diſcipulis.i.chriſtianis p diuerſas prouincias.quia vidi dñm inſpirantē pōtificib⁹ pacem ⁊ vnitatē eccleſie·⁊ hec dixit mihi p os Alexandri volētis congregari conciliū generale pro extinctione huius

Moralitas. ſciſmatis ℭMoraliter in hoc tempore paſchali q̄libet anima fidelis (q̄ deuote cōtcauit) ē ſepulchrum chriſti qđ dū clauſū fuerit diabolo ⁊ ſuis ſuggeſtionibus.corpus dñicum nō creditur indē

ſublatum quando aūt p ſenſus aperitur ad res mundanas.tunc chriſtus inde aufertur ⁊ in illo tēpore Maria .i. mater eccl'ia ſtat ad tale monumentū vacuum foris plorans animā illius pditionem: ⁊ inclinans ſe ad eam reparandā conſolatur a duobus angelis bonis q̄ eius ſuſcitationem procurant ſ. a curato ⁊ pdicatore.et cōmota anima ad lachrymas penitētie ſtatim manifeſtatur chriſtus in ſpecie hortulani volētis ab anima illa erradicare malas herbas .i. cogitationes et plātare bonas ſed nō audeat ſtatim ais penitēs accedere ad chriſti familiarē contrectatione do nec aſcēdat chriſtus i corde ei⁹ per deuotā contēplationē ⁊c̄. Eodem modo applicaretur euāgelium ad neophitos:qui in ſepulchro baptiſmi cū chriſto fuerāt ſepulti ⁊ poſtea peccant ⁊c̄. ¶ Cantus offertorij In die ſolennitatis ⁊c̄ Exodi 4.et 13 gaudet de audita conuocatione concilij futuri in qua ſolennitate tolletur ſciſma ⁊ inducetur pax/⁊ concordia oim fidelium ſignificata p lac ⁊ mel.⁊c̄ Secreta orō Suſcipe q̄s domine ⁊c̄ offert deo ſacrificium pro fidelibus populis maxime pro neophitis petens eis gratiam pſeuerantie: qua perueniant ad beatitudinem paradiſi ¶ Cōmunio Populus acquiſitionis ⁊c̄ ex 1 libro Regum cap̄ 2. incitat fideles ad laudandū deum pro beneficio pacis mox future in concilio vel ptinet ad noniter baptizatos Oratio finalis Exaudi dn̄e ⁊c̄.eandem continet petitionem cum ſecreta oratione ex virtute eucharīſtie iā oblate et ſuſcepte

Offertorium. Communio.

## ¶ Caput ſeptuageſimūtertium de feria ſexta paſchalis hebdo.que ſextam religioſorum generationem collaudat:⁊neophitos confortat.

Argumētū officij ab anno chriſti 1410 vſq 1440.

Sextagenerati regni religioſorū clara fuit ſub tͤo pontificibus Martino quinto/⁊ Eugenio quarto cū Felice quarto imperātibus Sigiſmundo/⁊ Alberto in qua etate tria concilia generalia legim⁹ in eccl'ia latina celebrata Conſtantienſe/Baſilienſe/⁊ Florentinū. quorum primum ſciſma trifidum extinxit treſq̄ papas dubios depoſuit ſ. Gregorium 12 Benedictum 13 ⁊ Joannem 23 quartūq̄ indubitatū erexit Martinum quintum/⁊ Bohemor atq̄ alior hereſes damnauit etiā combuſtis ibidem duobus eorū hereſiarchis Secundū conciliū autoritate Eugenij cōgregatum multa bona p eccleſie reformatione ſtatuit ſed data occaſione Eugeniū papā depoſuit/Felicēq̄ erexit:ſicq̄ ſciſma introduxit Tertium conciliū ab Eugenio iam depoſito cōgregatum orientales eccleſias grecor cū latinis concordare ac conſiderare voluit aduocatis ad ipſum vndecim fere chriſtianorum nationib⁹ vt videretur illud cōciliū generali⁹ alijs ac proinde magis autenticū. ſed illa cōcordia grecor ⁊ latinorum parū durauit/⁊ ideo parū pfuit Sciſma etiam in Baſilienſi cōcilio ſuſcitatū ex bonitate Felicis fuit ſtatim extinctum.quare penſatis bn̄ omnibus ad hanc generationē ptinētib⁹ plus habet pacis q̄ litis/plus boni q̄ mali/ideo plus laudanda q̄ vituperanda maxime quia multis claruit viris ⁊ ſāctitate ⁊ doctrina excellētiſſimis quorum pmarius fuit Petrus aliacenſis/deīde Joannes dominici/ Nicolaus baioceſis/Gaſparinus bergomēſis/Leonardus aretinus/Pogi⁹ florētin⁹/ſāctus Nicola⁹ tolētin⁹/Joānes gerſonus cācellari⁹ Parriſieſis/ubi oēs theologi Ex medicis vero Jacob⁹ forliuieſis/Hugo ſenēſis/ Bartholomeus montagna/ Joannes mediolanenſis ⁊c̄ Ex iure cōſultis Abbas ſiculus/Bartholomeus de ſaliceto/ Petrus de ancharrano cum alijs Baldi diſcipulis ⁊c̄ quorum omniū doctrinis ⁊ virtutibus eccleſia dei ab erroribus liberata oēs hereticos oppſſit. ¶ Unde miſſe introitus Eduxit eos dominus ⁊c̄ ex pſal' 77.cōmemorat beneficium pacis eccleſiaſtice recuperate in concilio Conſtantienſi vbi etiam ſciſma finitum eſt tūc enim eduxit dn̄s fideles ſuos ab Egypto.i. tenebris ſciſmatis ⁊ hoc i ſpe i propter longam ſpem ⁊ patientiā illius concilij.qd trib⁹ annis ⁊ eo amplius pdurauit expectans gratiā dei ⁊ adiutoriū eius ad ſciſmatis extinctionem. ideo triplex aleluia cātatur ⁊ inimicos eor hereticos/ bohemos operuit mare tribulationis/vel mare ſacri concilij quod eſt congregatio aquarū .i. populor. Uerſus. Attendite popule meus ⁊c̄. eſt principium eiuſdem pſalmi quo deus pſacrum concilium hortatur ſuos fideles ad cuſtodiam fidei/⁊ mandator eius Pro neophitis vero Egyptus a quo eos dn̄s eduxit ē infidelitas/ mare ē baptiſmus/inimici ſunt demones ⁊ peccata Oratio Familiā tua ⁊c̄ licet de cōcilio poſſet exponi ex nomine ſui pſidentis tamen more ſolito de fidelib⁹ modernis/vel de neophitis eſt intelligēda.vt petat eis auxiliū dei in hoc tēpore paſchali ad hoc vt familia illa educta ab Egypto pctorū donis celeſtis grē repleatur ¶ Epiſtola Chriſt⁹ ſemel pro peccatis ⁊c̄ 1 Petri 3 de baptiſmo expreſſam facit mentionem p neophitis ſed ad propoſitum hiſtorice intelligentie hec epiſtola eſt ſermo plati/vel doctoris in concilio Conſtantieſi ad pacē cōciliandam/ad fidē firmādam/ad vitam reformandā Habet tres partes. Prima eſt cōmendatio paſſionis chriſti Secūda ibi in quo his ⁊c̄ eſt cōmemoratio figure diluuij. Tertia ibi quod ⁊ vos ⁊c̄ eſt declaratio doctrine concilij Ait ergo apoſtolus Petrus 1 plat⁹ pſidens concilio Chariſſimi fratres in chriſto iam ſcitis q̄ in pncipio naſcētis eccl'ie chriſt⁹ redemptor ⁊ magiſter noſter ſemel mortu⁹ ē in carne. ⁊ hoc nō pro ſe quia non habebat peccatum ſed pro peccatis noſtris.i. pro nobis peccatoribus ſ. mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis liberādis a malo ⁊ promouendis ad bonum hoc eſt vt nos offerret deo ad ſimilitudinem ſuam.i. mortificatos qdem carne:viuificatos autē ſpiritu ſicut et ipſe

Introitus miſſe. Oratio. Epiſtole argumentum. Prima ps eple.

chriſtus prius mortuus eſt carne dimittens hāc
vitā animale ⁊ poſtea reſurrexit ad vitā ſpiritua
lem/celeſtem/⁊ immortalem eodem modo ⁊ nos
moraliter prius mortificemur carne dimittentes
paſſiones/ vel affectiões carnales noſtrarū par-
tialitatum quas habebamus in ſciſmate:⁊ po-
ſtea viuificemur ſpiritusancto cuius inſpiratiōe
hoc ſanctum concilium cōgregatum eſt·⁊ totum
eccleſie corp⁹ ab eo vnitur/viuificatur/⁊ regitur.
Accedamus ergo fratres bono zelo pacis/ ⁊ vni
Secūda ps epiſtole. tatis eccleſiaſtice·quod ē viuificari ſpiritu dimiſ-
ſa mortalitate carnis In quo ſpiritusancto ipſe
chriſtus ſpūaliter veniens hoc tēpore ad nos pdi
cauit modo per ſuos plātos/ ⁊ viros religioſos
his qui in carne erant i.ſapiebāt de rebus eccle-
ſie carnaliter ſequentes proprias affectiones/et
vtilitates qui ⁊ increduli.i. proterui fuerāt aliquā
do ſed modo p gratiam dei iā ſunt pſuaſi vt di-
miſſis ſuis phantaſijs querant bonum cōmune
totius eccleſie ⁊ ſubmittant ſe iudicio ⁊ ſententie
huius ſancte Sinodi.Erant inquā aliquādo in-
creduli ſ quando expectabant dei patientiam q̄
ſuſtinebat eos quāuis malos ſicut accidit in die
bus Noe cum fabricaretur arca quia erant tunc
multi peccatores nolentes conuerti ad pdicatio
ne Noe/expectanteſq; dei patientiā quouſq; pfi
ceretur arca ex multis lignis compacta in qua
pauci homines q̄ egerunt penitentiā i octo aie
ſalue facte ſūt p arcam ab aquis diluuij ſubmer
ſis alijs obſtinatis ita modo hoc ſacrū conciliū
arca eſt ex multis fidelibus collectum in quo ſo
li illi ſaluantur·qui dimiſſis partialitatibus con-
uertuntur ad bonum cōmune ecclie/⁊ ſignificā-
tur octonario euangelice pfectiōis qui eſtis vos
Tertia ps epiſtole. hic congregati. Quod baptiſma ſimilis forme ſ.
ſimile diluuiū congregatoꝝ hominū ſaluos vos
fecit p hanc arcam a pditione animarū veſtrarū
cum alijs ſciſmaticis qui perierūt ſaluos inquā
fecit vos non ſolum depoſitio ſordium carnis i.
dimiſſio carnalium affectionū ſed etiam interro
gatio conſcientie bone in deū ſ erga deum ⁊ ſuā
eccleſiam p reſurrectionē moralem chriſti myſti-
ci que facta eſt ſub hoc regno religioſoꝝ.q d in-
uit vos bonitas huius temporis quod ex gratia
dei eſt conceſſum ecclie in pacē eius ex quo ipſa
ſurrexit a mortuis ⁊ eſt in dextera dei que fuerat
Graduale prius in ſiniſtra miſerie ¶Cantus gradualis
Hec dies quā Verſus Benedictus q̄ venit ⁊c̄
ex eodem pſalmo 117 pnotat magnū gaudium
concilij Cōſtantieſis ſup electiōe Martini ponti
ficis indubitati depoſitis ſciſmaticis ⁊ hoc attri-
buit gratie dei non humane prudētie quia deus
Alleluia. domin⁹ ⁊ illuxit nobis ⁊c̄ Alleluia Angelus dn̄i
⁊c̄ vel Dicite in gētibus ⁊c̄ ex pſal' 97 publicat
victoriam ſacri concilij ſup ſciſmaticos ⁊ q oēs
fideles iam nouo pontifici obediūt ſup quos re-
gnat·vel data ē mihi omnis poteſtas ⁊c̄ ex euā-
gelio hodierno et eſt vox Martini pape ⁊c̄
Euange lij argumentum. ¶Euāgelium Undecim diſcipuli ⁊c̄ Mat 28.
expreſſe deſcribit conciliū Florentinū ab Euge-
nio pontifice cōgregatum, cui ⁊ ipſe preſidebat.

Habet tres partes Prima notat Sinodi cōgre
gationem Secunda ibi et accedens Jeſus ⁊c̄.
pōtificis elocutionem Tertia ibi. et ecce ego ⁊c̄
vnitatis eccleſiaſtice confirmatione In illo tem Prima ps euangelij.
pore ſexte generatiōis religioſoꝝ:vndecim diſci-
puli.i.chriſtianorum nationes abierunt in Gali-
leam i.transmigrationem ⁊ ad litteram creditur
q i ciuitatē Nazareth· q̄ interpretatur flos p quā
Florentia ciuitas denotatur in mōtem maxime
dignitatis/⁊ poteſtatis eccleſie ſ ad conciliū.ſi-
cut conſtituerat.i. mādauerat illis Jeſus i roma
nus pontifex Eugenius quādo vocauit eos ad
concilium Et poſtq̄ cōgregati ſunt videntes pō
tificem preſidere adorauerunt eū tanq̄ verum
papam quidam chriſtianorum dubitauerunt de
hoc eo q depoſitus eſſet a concilio Baſilienſi
Et accedens ipſe Eugenius locutus eſt ad eos Secūda ps euangelij.
confirmando ſe eſſe verum papam data eſt inq̄t
mihi omnis poteſtas eccleſiaſtici regiminis i to-
to orbe ⁊ in celo .i. ad aperiendum celū hoībus
⁊ in terra i.ad regendum ⁊ iudicandū eos in hac
vita ego enim ſum ver⁹ ſucceſſor ei⁹ cui dn̄s ait
tibi dabo claues regni celorum ⁊c̄ Vos ergo ſa-
cerdotes clerici/ aut religioſi euntes ex mādato
⁊ noīe meo docete omnes gentes ſup quas ego
ſum plātus tam grecos q̄ latinos/ ⁊ quoſcunq;
alios docete inquā verā fidem chriſtianā ⁊ vnita
tem eccleſiaſticā vt omnes chriſtiani vbiq; terra
rum idem dicant/idem credant baptizātes i la-
uantes eos a peccatis ſuis p ſacramēta eccleſie.
In noīe p ⁊ f ⁊ ſſ.ideſt ex parte dei trini cui⁹ vos
eſtis miniſtri Docete etiam preter fidem ⁊ ſacra-
menta ſeruare mādata dei ⁊ quecunq; ego man
daui vobis i mandata ecclie ⁊ hoc in ipſo conci
lio inchoatum eſt nā ibi docti Greci/⁊ Jacobite/
Georgiani ⁊ alij orientales chriſtiani quoſdā ar-
ticulos fidei inquib⁹ a latinis diſcordabant ſ de
ſpiritusancto/de purgatorio/de primatu romani
pontificis/⁊ de quibuſdam alijs ⁊ omnes ſimul
idem fidei ſymbolū ibidem cātauerunt Quibus
geſtis ipſe romanus pon ait omnibus fidelib⁹ Tertia ps euangelij.
ſimul ecce ite ad ppria loca i pace ⁊ cū bñdictio
ne mea ⁊ ego deinceps in me ⁊ ſucceſſorib⁹ meis
romanis pon vobiſcū ſum tanq̄ vnicus paſtor
vnici gregis ad vos regendum ſalubriter.oībus
diebus huius vite vſq; ad cōſumationem ſeculi.
nam dato q aliquando inſurgāt alij pſeudopa
pe/⁊ faciant ſciſmata in ecclia·tamē ſedes roma
ni pōtificis eſt a deo firmata i hac papali digni-
tate vt nunq̄ vacare debeat vſq; ad finē mundi
¶Moraliter vero p neophitis intimatur hic ſa- Moralitas.
cramenti baptiſmi inſtitutio cum multis gratijs
⁊ pulegijs·⁊ inter alia fit ibi pfeſſio ſeruandi fi-
dem catholicam/⁊ mandata dei p totā vitā per-
ſeueranter vſq; ad mortem Pro alijs etiā chri-
ſtians in hoc euangelio pcipitur q eant in Gali
leam i tranſmigret a mala vita ad bona q vniā
tur in eccleſia ad vidēdum ⁊ adorandū deū ſuū
maxime in hoc tempore paſchali bon⁹ etiā plā-
tus preſtatur ſe magnā poteſtatē accepiſſe a deo
ſup ſubditos ⁊ pcipue in hac feſtiuitate paſchali

quando eos videt a peccatis mũdatos ⁊ deo de
ditos dat eis mandatum edificandi ⁊ lauandi
alios proximos ex parte dei ⁊ deniqꝫ ꝑ ſeueran=
tiam eis cõmendat vſqꝫ ad cõſumationẽ vite in
Offertorium. bona vita quã iſto tempore inchoarunt ¶ Can
tus offertorij Erit vobis hec dies ⁊c̄ ex 12 cap̄
Exodi addit ex nomine pontificis Eugenij co-
mendationem cõcilij Florentini/⁊ fidei declara=
te in eo dicentis maxime ad grecos ⁊ alios oriẽ
tales chriſtianos ĩ ſuo receſſu erit vobis hic dies
⁊c̄ ĩ habebitis memoriam huius Sinodi ⁊ eoꝝ
q̃ didiciſtis ĩ ea ⁊ hoc pactum cũ eccleſia latina
factum hodie ſeruabitis in generationibus vr̃is
ſemꝑ et tandiu erit deus vobiſcum ꝓtegens ab
impugnatione Turcarũ q̃diu hoc feceritis Se
creta oratio Hoſtias q̃s dñe ⁊c̄ offert deo ſacrifi
cium ꝑ nouiter baptizat' petens eis expiatio-
nem a peccatis/⁊ auxilium gr̃e celeſtis q̃ petitio
Communio. etiã poteſt intelligi de alijs chriſtianis ¶ Cõmu
nio Data eſt mihi omnis poteſtas ⁊c̄.ex euange
lio hodierno repetit Eugenius ea que dicta ſũt
in ſecunda parte euangelij timens ne forte non
ſint bene ꝑſuaſi de ſua iuſticia in pontificali di=
gnitate Finalis oratio Reſpice dñe ⁊c̄.petit neo
phitis abſolutionẽ a culpis ꝑ virtutẽ euchariſtie
oblate quod idem ꝓ alijs debet intelligi

## ¶ Caput ſeptuageſimum

quartum de ſabbato ĩ albis q̃ eſt ⁊ finis ſeptua
geſime/⁊ principiũ tertie quiquageſime correſpõ
detqꝫ ſeptime religioſoꝝ generationi ac intendit
neophitorum expeditioni

Argumẽtũ officij ab anno chriſti 1440 vſqꝫ 1470. Eptima religio
ſorum generatio claruit ſub
Romanis pontificibus Ni-
colao quinto/Calixto tertio/
Pio ſecũdo/ ⁊ Paulo ſc̄do·
imperante tunc Frederico ter
tio fuitqꝫ etas illa pacatiſſi-
ma in eccleſia ꝗ ſignificata ꝑ ſabbatum ſicut p̄ce-
dens fuerat laborioſa vt ſexta feria. maxīe quia
hodie cõpletur ſeptuageſima laborioſa incipitqꝫ
tertia quinquageſima glie ſignificatiua ⁊ q̃tens
q̃ ad ſeptuageſimã ſe habet ſicut octauus dies
ad ſeptimũ quare data ecclie trãquillitate apud
latinos viguerunt omnes bone lr̃e ⁊ religiones.
nam tũc magna ſanctitate pollẽs ſanctus Ber-
nardinus reformatione ſue religionis inchoauit
reducendo eam ad priorem obſeruantiã Anto=
nius etiã archiepiſcopus florentin⁹/ Nicola⁹ de
cuſa/Joannes de turre cremata/ Beſariõ cardi
nalis grecus/Joannes de Segouia in curia ro-
mana maxia tunc ſapiẽtia theologica clarueruñt
Item Nicolaus dorbeli/ Robertus delicio p̄di-
catores Deniqꝫ inſignes oratores Nicolaus pe-
rottus/ Franciſcus philelfus ⁊ alij Dominicus
calderinus magnus in iure quid plura? Theſau
rus magnus oĩs ſapiẽtie ars imp̄mendi libros
in hac generatiõe apud germanos p̄imũ/deide
apud Venetos ⁊ inuẽta ⁊ augmẽtata eſt Fuitqꝫ
magn⁹ Rome iubileus ãno chriſti 1450 Vnũ
tñ maximũ malũ habuit hec gñatio q̃ ĩ ea totũ
imperium grecoꝝ ſimul cũ imperatore/ac ciuita
te imperiali Cõſtãtinopolitana ĩ man⁹ infidelũ
Turcarũ deuenerũt oĩb⁹ eccleſijs/imaginibus/
ac reliquijs/ ⁊ ſacris religionibus ꝓphanatis et
turpiter tractatis/ innumeriſqꝫ chriſtianis trucida
tis ⁊ hoc malum fuit adeo inflictum grecis pro-
pter incredulitatem ſuã qui fidem catholicã in
p̄cedente generatiõe acceptam ⁊ iuratã in conci-
lio florẽtino nõ ſeruauerũt ſed cito ab ea receſſe
runt/⁊ ſuis prioribus hereſibus adheſerũt redeun
tes ad vomitum vt canes Dimiſſo ergo illo gre-
corum excidio hodiernũ officiũ ſolum deſcribit
ſtatum eccleſie latine in 7 ge religioſoꝝ ſcriptũ
eſt enim Apoca 13 de ecclia grecoꝝ atriũ qd̄ eſt
foris ĩ extra templum hoc eſt extra obedientiam
Romane ecclie ne metiaris illud quoniã datũ
eſt gentib⁹ ad cõculcandũ Et q̄ tũc latina eccle
ſia erat feliciſſima ſopitis ſciſmatib⁹ hoc officiũ
totum redundat leticia ⁊ exultatiõe ¶ Vnde in- Introit⁹ miſſe.
troitus miſſe Eduxit dñs populum ſuũ ⁊c̄ pſal'
104.letatur quia eduxit dñs populũ ſuum lati
num a captiuitate ſciſmatũ in exultatione ⁊ ele-
ctos ſuos in pontifices ſublimauit in leticia Et
additur triplex alelula.legim⁹ enim q̄ papa Ni
colaus viſo q̄ Felix cedebat iuri ſuo vt nõ eſſet
ſciſma in ecclia fecit fieri gratiarũactiones/⁊ leti
cias ꝑ totam chriſtianitate Verſus Confitemini
dño.⁊c̄ principiũ eiuſdem pſalmi eſt mãdatum
Nicolai pape ad omnes ecclias latinorũ ꝓ gra
tiarũactionibus et loquitur iſte introit⁹ ad litte-
ram de liberatiõe ppl'i iſrael a captiuitate Egy-
pti vel poti⁹ a captiuitate babylonica in fine ſe-
ptuaginta annoꝝ q̃ eſt ſeptuageſima vt ſignifi-
cet liberationẽ neophitoꝝ ab infidelitate priore ꝑ
baptiſmũ in quo ſeptiformis gr̃a ſpũſſancti reci
pitur vel liberatio a ſubiectiõe huius ſancte heb
domade qua detenti fuerant in veſtibus albis
⁊ ſanctis obſeruantijs intra eccliam na poſt hũc
diem iterum induti ſuis veſtibus conſuetis di-
mittũtur ire ĩ domos ſuas quod eſt educere eos
in exultatione ⁊c̄ Oratio Cõcede q̃s o deus ⁊c̄ Oratio.
applicat eande ſentẽtiam ad modernos fideles
petens eis ex merito deuote venerationis feſtiui
tatis paſchalis gr̃am dei ad ꝑueniendũ ad glo-
riam reſurrectionis eterne q̃ figurata ẽ in reſur-
rectione chriſti ¶ Epiſtola Deponētes omnem Epiſtole argumentum.
maliciã ⁊c̄ ex 2 cap̄ 1 Petri eſt ſermo ro pon il-
lius temporis qui reducta ecclia ad vnitatẽ pa
pe idubitati hortatur eos ad nouam vitã ſanctã
qua deo placeant ⁊ ſic mereantur defendi a deo
ſuo ne pereãt ſicut greci ꝓpter ſuam ꝑfidiam/ ⁊
multa alia peccata Habet hec ep̄la tres partes.
Prima facit dictam exhortationẽ. Secũda ibi
ad que accedentes ⁊c̄ ꝓponit lapide vnum an-
gularẽ Tercia ibi vobis agitur ⁊c̄ ĩ fert quandã
fideliũ diſtinctionẽ Ait ergo apoſtolus Petrus
ĩ romanus pon Nicolaus/vel Pius o fratres ⁊ P̄ima ps ep̄le.
filij chariſſimi in dño obſecro vos in deo vt ſitis
deponētes oẽm malicia cordis/⁊ oem dolũ oris/

ꝛ ſimulatiões operis exterioꝛis.ꝛ generaliter oẽs
inuidias ꝛ detractiones contra ꝓximos.que fa-
ciebatis in p̃teritis ſciſmatibus alij cõtra alios.
deíceps ergo ſitis ſicut modo geniti.i nati infan
tes in moꝛibus tamen rationabiles.i ſequentes
rationẽ nõ ſenſualitatem ꝛ ſine dolo i.ſimplices
vt pueri.cõcupiſcite lac i planã doctrinã fidei di-
miſſis curioſis q̃ſtionib⁹ de poteſtate pape ꝛ con
cilij/ et ceteris huiuſmodi.vt ſic plane ꝓcedẽtes
paulatim creſcatis in ſalutem ſ. aie veſtre.hoc eſt
plano modo ꝓcedendo/et nõ curioſe q̃rendo in
rebus fidei et eccl'ie dabit vobis deus augmen-
tum gratie et virtutum ſi tamẽ guſtatis quoniã
dulcis eſt dñs i ſuauis ꝛ benign⁹ ſeruis ſuis ſe-
cus autem de illis qui talem guſtum non habẽt·
quia non curant quomodo placeant deo. Uos

Scd̃a ps epiſtole.

ſũt accedentes ad eũ chꝛiſtum dico redẽptoꝛem
noſtrũ lapidem viuum.i verũ hominem p lapi-
dem figuratũ in pſal' 117 ab hominibus quidẽ
mundanis repꝛobatum vſq; ad moꝛtẽ·ſed a deo
electum et honoꝛificatum i.exaltatum in honoꝛẽ
ſup omnes hoĩes Et ſimiliter ſe habuerũt hoĩes
huius tempoꝛis ad Ro pon vicarium eius·quia
repꝛobauerunt eũ in concilio Baſilienſi ſed de⁹
exaltauit eum in lapidem angularẽ totius edifi
cij eccleſie in q̃ vniãtur oẽs fideles greci/ꝛ latini
vt patuit in cõcilio floꝛentino exaltauit inquã p
ceſſionem Felicis nup factam ex diuina inſpira
tione.ideo et vos ipſi tanq̃ lapides viui ſupedifi
camini virtutibus maxime obediẽtie/ꝛ humilita
tis i domos ſpirituales i.templa dei vbi erit ſa-
cerdotium.i.miniſteriũ ſactum offerre.ſ. ſpũales
hoſtias acceptabiles deo ſ. voluntates bonas p
ieſum chꝛiſtum qui eſt altare ſup quo ponimus
omnia merita noſtra vt ſint deo accepta non n.
acceptat deus opus bonũ hominis niſi fiat pꝛo-
pter amoꝛem chꝛiſti filij ſui dilectiſſimi Et para
bola hec de lapide angulari chꝛiſto vel romano
põtifice patet in ſacra ſcriptura Eſa 28 que hoc
continet.ecce inquit ponam in ſion q̃ eſt eccleſia
lapidẽ ſummũ i.ſup omnes fideles honoꝛatiſſi-
mum angularem i in quo et ſub quo oẽs cõcur-
rant electum iuridice.p̃cioſum i virtutibus inſi-
gnitum talibus quales neceſſarie ſunt ad bonũ
pontificem et omnis fidelis q̃ crediderit i eo vt
vicario chꝛiſti.non confundetur erroꝛe/vel qua-
uis alia penalitate ſicut modo confuſi ſunt gre-

Tertia ps epiſtole

ci ſub turcis Uobis igitur latinis credentibus i.
obediẽtibus romano pontifici erit honoꝛ a deo
non credentib⁹ aũt grecis/ aut ſciſmaticis lapis
ille quẽ diximus p̃us repꝛobatũ ab hominibus
et poſtea ſublimatũ a deo erit lapis offenſionis
i in quo offendatis contra deum/et petra ſcan-
dali.i ruine peccatoꝝ his dico qui offendũt ver-
bo male loquentes de ſummo pontifice·nec cre-
dunt.i obediũt ei in quo i ſub quo poſiti ſunt in
eccleſia dei vos aũt obediẽtes romano pon eſtis
genus hominum electum a deo regale ſacerdo
tium i habentes dignitatem regiam ꝛ ſacerdota
lem ſpũaliter gens ſancta.i.conſecrata deo po-
pulus acq̃ſitiõis.i.acquiſitus deo de manu dia-
boli·vt annuncietis i p̃dicetis virtutes eius ſ. dei
q̃ ſua mia vocauit vos de tenebris peccatoꝝ vl'
ſciſmatum.in admirabile lumen ſuum.i claritã
tem vnionis eccleſie ſub pontifice indubitato q̃
eratis aliquando non populus dei ꝓpter defe-
ctũ charitatis q̃ diuiſi eratis·nũc aũt p dei grãm
effecti eſtis populus dei vniti vinculo charitatis
eratis etiã nõ conſecuti miam dei nũc aũt iã con
ſecuti eſtis miam dei hanc ſ. qua ſub indubitato
pontifice ſeruiatis ei Qualiter autẽ eadem ep'la
ptineat ad neophitos nõ indiget expoſitiõe vlte-
rioꝛe q2 p baptiſmũ effecti ſũt quaſi modo geniti
infantes ꝛ ideo debent nouã vitam inchoare de-
poſita pꝛioꝛe vetuſtate ꝛc̃ Poſt ep'lam hodie et
deinceps vſq; ad ſabbatum poſt Penthecoſten

Notabile de aleluia

eccleſia romana non cãtat graduale ſed duplex
aleluia alterum ꝓ graduali.alterũ pꝛo conſueto
aleluia et ratio huius eſt· q2 ſicut hodie eſt finis
ſeptuageſime/vel captiuitatis.ita eſt pꝛincipium
tertie quiquageſime q̃ eſt de glĩa reſurrectoĩnis
generalis oĩm fidelium:in qua duplex erit ſtola
gloꝛie ſ. in coꝛpoꝛe ꝛ i aĩa ideo duplex tũc aleluia
cãtabunt ſancti. Hec aũt tertia quinquageſima
gloꝛie ſignificatiua cõcicat cum ſecunda leticie·q̃
incepit in dñica paſchali/ꝛ finem habebit in die
pẽthecoſtes quod quinquageſimã ſonat:cõcicat
inquã in 44 diebus qui currunt ab hoc ſabbã
to vſq; ad diem penthecoſtes diſcrepant vero in
ſex diebus.nam ſex p̃cedẽtes ptinẽt ad ſecundã
quinquageſimã nõ ad tertiã: ſequẽtes autẽ ſex
ſ. poſt penthecoſtẽ ptinẽt ad tertiam nõ ad ſecũ-
dã quinquageſimã.ideo ſecũda quinquageſima
decantat leticiã reſurrectiõis chꝛiſti in qua fun-
datur ſpes noſtre reſurrectionis·de qua agit ter-
tia quinquageſima Pꝛimum ergo aleluia Hec

Pꝛimum aleluia.

dies quam fecit dñs ꝛc̃. ptinens ad chꝛiſti reſur-
rectionem hiſtoꝛice decantat felicitatem tẽpoꝛis
pacis eccl'ie ſub hac 7 ge. religioſoꝝ oppꝛeſſis iã
ſciſmatibus quoꝛum tẽpus erat dies quã nõ fe-
cit dñs nec erat exultandũ in ea ſed dolendum
ꝛ gemendum Secundũ aleluia Laudate pueri

Secundũ aleluia

dñm ꝛc̃.pſal' 112 ptinẽs ad noſtrã reſurrectionẽ:
eũdem ſenſum hiſtoꝛicum habet de pace eccl'ie:
pꝛo qua hoꝛtatur omnes debere laudare deum
cuius ſolius virtute mirabili tãta pax reddita eſt
eccleſie latine ¶Euangeliũ.Una ſabbati.Ma-

Euangelij argumentum.

ria ꝛc̃ Joan 20 eandẽ intelligẽtiam hiſtoꝛicam
habet cũ euãgelio quinte ferie p̃cedentis ſ. quia
cõmemoꝛato tempoꝛe ſciſmatis p̃cedẽtis ad ma-
ioꝛem fideliũ conſolationẽ cõmendat eccl'iaſticã
vnitatem Habet tres partes Pꝛima ſciſma p̃te
ritũ cõmemoꝛat Secunda ibi exijt ergo Petrus
ꝛc̃ duos eius pontifices annotat Tertia ibi ve-
nit ergo ꝛc̃ ceſſionem Felicis ꝛ firmitatem pacis
collaudat In illo ergo tempoꝛe ge 7·vna ſabba

Pꝛima ps euangelij.

ti i que fuit vnica ꝛ notabilis in tempoꝛe pacis
Maria magdalene.i ſacra religio fratrum venit
mane.i tempeſtiue ad monumentum chꝛiſti qđ
eſt eccl'ia vt ſua p̃dicatione/et induſtria adiuua-
ret eam:cum adhuc tenebꝛe i ambiguitates ſciſ-
matis eſſent in ea.ꝛ vidit lapidem angularẽ qui

eſt verus papa romanus ſublatum p̄ conciliū Baſilienſe a monumento eccl'ie electum q; aliū pontificem contra eum Cucurrit ergo Maria i. diligenter ac velociter ſeſe exercuit mediando inter duos illos pontifices venitq; ad Simonem Petrum id eſt ad Eugeniū Rome i loco Petri reſidētem & ad alium diſcipulū concilij Baſilienſis i Felicē quem diligebat Jeſus ꝓpter vite ſue ſanctitatem. cum n eſſet dux Sabaudie dimiſſa ſeculi pompa heremiticam vitam agebat quando in papā electus eſt & religio dixit eis tulerūt patres cōcilij dn̄m papam de monumēto eccl'ie & neſcimus vbi poſuerūt eū quia neſcimus quis hoꝝ duoꝝ ſit verus papa & hec quide geſta ſunt in generatione ſexta p̄cedente

Secūda p̄s euangelij.

Exijt ergo ad gubernationem eccl'ie Petrus i romanus papa & ille alius diſcipulus.i.Baſilienſis papa & venerunt ad monumentū.i.eccleſiā in apparatu pontificali: currebantq; duo illi ſimul tēpore & ideo erat ſciſma dū quilibet eoꝝ ſe gereret p̄ vero papa ſed ille ali⁹ diſcipulus i Felix papa p̄cucurrit citius Petro quia cum eſſet nobilis habens fauorem multoꝝ p̄ncipum & totius cōcilij & venit primus.i quaſi principalior papa ad monumentum eccl'ie gubernande Et cum ſe inclinaſſet i. humiliaſſet ad cedendū papatui ꝓpter bonū pacis eccl'ie vidit poſita i diſpoſita in fauorem ſuū lintheamina inuoluentia corpus eccl'ie hoc eſt reges & principes chriſtianitatis & tn̄ ꝓpter illos fauores non introiuit Felix vrbem Romā ſed humiliter ceſſit Nicolao

Tertia p̄s euāgelij

Venit ergo Simō petrus .i pōtifex romanus ſequēs eum i poſt eum & introiuit pacifice in monumentum eccl'ie gubernandum & vidit lintheamina p̄dicta poſita i parata ad ſui obedientia.quia ſtatim oēs reges & principes chriſtianitatis dederunt ei obedientiam vidit et ſudarium.i velamen quod poſitū fuerat olim ſup caput eius i ad ꝓtectionē eius hic eſt latinorum imperator inſtitutus ad defenſionē romani pontificis vidit inquā ipſum nō cum lintheaminibus i alijs regibus poſitum ſed ſeparatū excellentia dignitatis ſup omnes reges & inuolutum in vnum locum Germanie magne ſibi deputate in poſſeſſione qz imperator etiā dedit ei obedientiam.tunc ergo pacatis omnibus et extincto ſciſmate introiuit et ille diſcipulus i Felix ad dandam obedientiam Nicolao qui venerat p̄mus ad monumentum eccleſie vt paſtor / et gubernator modo venit vt diſcipulus gubernādus et vidit Nicolaum in pacifica poſſeſſione papatus & credidit ei obediens / cui antea fuerat emulus nondum enim ſciebat experimentaliter ſcripturam diuine p̄ordinationis quia oporteret romanum pontificem a mortuis reſurgere ad culmen ſue dignitatis

Moralitas.

¶Moraliter vero p̄ neophitis qͥ hodie expediuntur a clauſura eccl'ie depoſitis albis veſtibus ideo cum eccl'ia viderit iam in eis lapidem p̄ſidie ſublatū et p̄latus videt lintheamina i veſtes albas eoꝝ depoſitas ab eis ac velamen capitis creditq; eis .i confidit de ſtabilitate eoꝝ vt poſſint iā ſecuri manere i domibus ſuis/ et firmi i fide ſuſcepta Pro alijs vero chriſtianis denotat hoc euangeliū q; per exercitiū ſpirituale huius hebdomade paſchalis ſublatus ſit iā lapis peccati a monumēto cōſcientie vnde deinceps eccl'ia hortatur fideles viſitare ſepius monumētum predictū & requirere an inde ſublatus fuerit chriſt⁹ & currere p̄ bona opera vite actiue ſignificate in Petro vel contemplatiue q̄ denotatur in Joanne nam hec prior illa venit ad monumētū conſcientie & videt omnia interiora eius ſed actiua vita occupata exterioribus neceſſitatib⁹ p̄ximorum tardius redit ad cor q̄ et ipſa intrans in monumētum ſcrutatur lintheamina virtutū moraliū/& ſudarium theologaliū. deniq; vtraq; vita ſimul coniuncta melius videt & credit quid ad ſalutē hominis ſit neceſſariū & intelligit ſecreta ſcripturarum in quib⁹ de morali agitur reſurrectione fidelium

Offertorium.

¶Cantus offertorij Benedictus q̄ venit &c pſal' 117 leticiā ſonat fidelis populi cū gratiarūactione ad deū p̄ indubitato papa dato eccl'ie qui dicitur veniens in nomine dn̄i cui populo papa correſpōdens ait benediximus vobis de domo dn̄i.&c Secreta oratio Concede q̄s &c. offert deo ſacrificiū euchariſtie petens ab eo gratiam qua fideles continuare valeant ſue reparationis opera donec veniāt ad leticiam ſempiternam

Communio

¶Cōmunio Oēs qui in chriſto &c Gal' 3 eſt doctrina p̄lati ſiue ad neophitos/ſiue ad alios fideles cōmendans eis vite ſanctitatem quod eſt chriſtum induere i imitari vitā eius Finalis oratio Redemptionis nr̄e &c petit a deo ex virtute euchariſtie ſuſcepte vt fides vera charitate informata p̄ficiat in nobis bonum inceptum in hac paſchali hebdomade

## ¶Caput ſeptuageſimum

quintum de dn̄ica in albis que eſt octaua dies paſchalis hebdomade octaue itq; religioſoꝝ generationē inſinuat atq; neophitis de fide p̄dicat



Argumētū officij ab anno chriſti 1470 vſq;.1500.

Octaua generatio regni religioſorū optima fuit ſub Romanis pōtificib⁹ Sixto q̄rto/ Innocētio octauo/& Alexandro ſexto imperante tūc Maximiliano filio predicti Friderici & licet inter principes chriſtianos Francie/Italie/& Hiſpanie plurima fuerint i hac etate bella ſup regnis & reb⁹ tēporalib⁹ tn̄ res fidei/& religiōis chriſtiane ac etiā exercitij litterarij oīm ſcietiarū in maxia pace & proſperitate acte ſunt i tota eccl'ia latina nā Sixtus pontifex religioſiſſimus ac ſapiētiſſimus optime res eccl'ie diſponebat Ferdinandus item rex Hiſpaniarū mauros regni Granate zelātiſſime expugnauit/& ſupauit Judeos e ſuis regnis eiecit qua de cauſa innumerabilis eoꝝ multitudo baptiſmū & fidē chriſti ꝓfeſſa eſt Contra hereticos etiam in tota Hiſpania inquiſitio grandis & fauorabilis facta eſt p̄ totam hāc generationē Religioneſq; oēs in tota Europa reformate ſūt

in ma

in magna obſeruãtia plurimiq; ex religioſis ad
põtificales dignitates aſſumpti ſunt: maxime in
Hiſpania. Et ſicut de octaua generatione regni
clericorum diximus in ſecũda dominica quadra
geſime non potuit in hac etiam 8 generatione
religioſorum non oſtendi magna ſui regni pfe.
ctio quam octonarius numerus ſignificat. Ideo
papa Sixtus tunc cõceſſit religioſis mẽdicanti
b9 mare magnũ ꝓuilegioꝝ ſuoꝝ. Unde nimirũ
ſi hec generatio p̄ alijs (data maxima librorũ co
pia) fulſerit viris multiplici doctrina excellentiſſi
mis. ſed eorum ꝑcipui fuere: Thomas angelic9/
Joannes capreolus/ Joannes ſoreth carmelita/
Alanus de rupe/ Henricus friſo carthuſienſis/
Petrus ſcotus canonic9/ Angelus de clauaſio/
Marianus romanus/ Joannes picus miran=
dula/ Joannes raulim et alij plurimi theologi
Item iureconſulti Antonius roſellus/ Felinus
ferrariẽſis ꝛ alij Itẽ poete ꝛ oratores Franciſcus
niger/ Marſilius ficinus/ Joãnes de monte re=
gio aſtronomus/ Angelus policianus. Hermo
laus barbarus/ Georgius valla/ Baptiſta man
tuanus/ Georgius merula/ Uernerus carthuſiẽ
ſis autor faſciculi tempoꝝ/ ꝛ alij plures hiſtorici
Sub eadem quoq; generatione ego cum multis
alijs/ ꝛ ſocijs/ ꝛ ꝑceptoribus meis bonas litteras
ꝛ didiſcimus/ ꝛ docuimus quedam etiam in ea
opuſcula edidimus licet hanc miſſalis romani
expoſitionem in ſequẽte nona generatiõe elabo
Introit9 miſſe. rauerimus. ¶ Hãc itaq; tẽporis qualitatẽ reſpi
ciens hodiernũ officium orditur ſic: Quaſi modo
geniti infantes ꝛc̃ 1 Petri. 2 quod ꝑter doctri
nam neophitorum eſt exhortatio prelati vt Six
ti pape ad omnes fideles ſui temporis maxime
ad religioſos tunc reformatos et ad iudeos re
center baptizatos: cuius expoſitio i ꝑcedẽtis diei
ep̃la habita eſt Uerſus Exultate deo. ꝛc̃. ps 80.
docet letandũ eſſe in dño ꝛ cũ iubilo ei grãs agẽ
dum ꝓ beneficio tante pacis/ ꝛ augmẽti religio
nis chriſtiane nã circa finẽ huius generatiõis cũ
chriſtiani Hiſpani accepiſſent regnũ Granatẽſe
maurorum infidelium plurimi eorum etiã con
uerſi ad deum baptiſmi grãm ſuſceperũt. ꝓ quo
rum et iudeorũ conuerſione merito exultare de
bent fideles dantes grãs deo adiutori noſtro ad
vincendũ infideles Sed quia baptizatis in ſab
bato ſancto fiebat hodie ſolennis ſermo de fide.
ideo ad eos loquitur introitus q; ſint cõtenti pla
na ꝛ facili doctrina fidei dimiſſis curioſis queſtio
Oratio. nib9/ ꝛ ſubtilitatib9 quarũ nõdũ ſunt capaces ꝛc̃
Oratio Preſta q̃s o deus ꝛc̃. petit fidelib9 dari
grãm pſeuerandi in noua vita bona q̃ in feſtis
paſchalibus fuerat inchoata. ¶ Epiſtola Omne
Epiſtole argumentum. qd̃ natũ eſt ꝛc̃ 1 Joan 5 eſt ſermo de fide chriſtia
na quẽ prelat9 in octaua ge. religioſoꝝ fieri man
dabat iudeis et ſarracenis nouiter conuerſis ad
chriſtũ Habet tres partes Prima cõmendat fi
dei conditionẽ. Sc̃da ibi. ſpũs eſt ꝛc̃. addit tripli
cem ꝓbationẽ Tertia ibi: ſi teſtimoniũ hoim ꝛc̃.
Prima ps eple. facit exhortationẽ Chariſſimi: inquit Ro. pon ad
nouos chriſtianos ꝛ ad religioſos nouiter refor

matos. notum vobis facio. q2 omne quod natũ
eſt ex deo i. omnis doctrina a deo reuelata vincit
mũdum. i. mũdanoꝝ ſciẽtiã ſuperat/ deijcit/ ꝛ con
culcat et inter cetera q̃ ex deo ꝓceſſerunt: hec eſt
maxima victoria q̃ vincit. i. excedit/ ꝛ ſuperat mũ
dum. ſ. fides nr̃a i. chriſtiana q̃ principaliter con
ſiſtit in duob9 articulis diuinitatis/ ꝛ hũanitatis
chriſti quis eſt aũt q̃ vincit mũdũ? niſi homo fi
delis qui credit quoniã ieſus verus homo ẽ etiã
filius dei verus de9 hic ieſus eſt ſaluator mũdi:
qui venit ad nos ſaluandum ꝑ aquã baptiſmi/ ꝛ
ſanguinẽ paſſionis ſue vnde oĩa ſacramenta ha
bent virtutẽ. nõ in aqua ſolũ vt baptiſm9 Joan
nis ſed i aqua ꝛ ſanguine i grã ex merito paſſio
nis chriſti collata Tota ergo ſubſtãtia fidei chri
ſtiane eſt circa pſonam chriſti ieſu. cõfitendo vera
citer duas naturas in eo hũanam ꝛ diuinã ꝛ hãc
fidẽ vos noui chriſtiani ſincere ꝛ firmiter obſer
uare debetis nec huius ꝓbationẽ ab hoib9 quc
ratis: q2 excedit hec veritas oẽm hũanũ ſenſum.
Et ſpũſſanctus in hoie exiſtens teſtificatur quo Sc̃da ps epiſtole.
niã chriſtus eſt veritas i vere talis qualẽ diximꝰ
hoc eſt oĩs homo q̃ habet in ſe ſpũmſanctũ incli
natur ex grã eius ad aſſentiendum huic veritati.
quoniã de fide humanitatis chriſti tres ſũt teſtes
q̃ teſtimoniũ dat in terra ſ ſpũs quẽ emiſit i cru
ce moriẽs: aqua ꝛ ſanguis q̃ effluxerũt de latere
ei9 ꝛ hi tres teſtes ſũt ſolũ vnũ teſtimoniũ q2 de
vna ꝛ eadẽ re ſ. q; chriſt9 eſt ver9 hõ ꝛ alij tres ſũt
teſtes diuinitatis ei9 q̃ teſtimoniũ dant in celo ſ.
pater/ verbũ/ et ſpũſſanctus. q̃ in baptiſmo ꝛ trãſ
figuratione apparuerũt viſibiliter pater in voce
dicẽs hic eſt filius meus dilectus/ filius in carne
aſſũpta/ ſpũſſanct9 in colũba/ aut i nube lucida. ꝛ
hi tres teſtes ſũt vnũ teſtimoniũ: q2 de vna ꝛ ea
dẽ re. ſ. q; chriſt9 eſt ver9 deus ꝑter has ergo pro
Tertia ps epiſtole. batiões nullus fidelis alias querat Si enim te
ſtimonium hominum accipimus ad confirma
tionem alicuius veritatis quare non recipiemus
teſtimonium dei quod maius eſt i. certius in in
finitum in propoſito autem hoc quod diximus
eſt teſtimonium dei de filio ſuo ieſu chriſto ergo
multo magis eſt recipiẽdum ꝛ credẽdum q̃ om
nium hominum teſtimonium quo; hec veritas ſi
dei probaretur Qui ergo credit i filium dei con
fitendo de eo veritatem ꝑdictam. ille habet teſti
monium dei. i. deum teſtem in ſe q; d ille talis in
deo manet et deus in eo Patet itaq; q; tota epi
ſtola in eodem ſenſu applicatur neophitis/ anti
quis/ ꝛ modernis quoniam hec octaua religioſo
rum generatio tota fuit plena neophitis tũ ex iu
deis/ tum ex ſarracenis maxime i Hiſpania vbi
rex catholic9 poſt expugnationẽ regni Granate
omnes iudeos omneſq; mediterraneos ſarrace
nos a ſuis expulit terris q̃ de cauſa plurimi eoꝝ
ad fidẽ chriſti cõuerſi ſunt ne exularẽt a ſua pa
tria Pamũ aleluia In die reſurrectiõis mee ꝛc̃.
Mat. 26 mentionẽ facit de reſurrectione gñali fi
delis populi q̃ fiet in octaua etate ſignificata per
hanc octauã reſurrectionis chriſti ideo romanus
pon. in pſona chriſti fideles alloqtur dicẽs. In die

reſurrectiõis ⁊c. q d mea reſurrectio precedet ve-
ſtram vt cauſa ⁊ exemplar eius ſicut dies paſcha
lis mee reſurrectiõis ꝓcedit hunc diem octauum
veſtre reſurrectionis et facit hoc ad propoſitum
epiſtole que fidem chriſti cõmendauit vt oſten-
dat premiũ tanti meriti quod eſt recte credere in
Secundũ aleluia — chriſtum Secundum aleluia Poſt dies octo. ⁊c
ex euangelio hodierno licet poſſit eundem ſen-
ſum habere de reſurrectiõe generali fidelis po-
puli in octaua etate ⁊c tamen aptius exponitur
de hac 8. generatiõe regni religioſoꝝ in qua põ-
tifex religioſus .ſ. Sixtus ſtetit pacifice gubernãs
eccleſiam dei in medio diſcipulorum ſuorũ chri-
ſtianorum ⁊ ꝓdicauit eis pacem in rebus fidei ⁊
religiõis ſancte clauſis ianuis chriſtianitatis ne
amplius intrent in eam hoſtes fidei Turche vel
alij Sarraceni q d ego ex parte dei ſecuro vos
in pace diuturna. nam in Daniele ſcriptum ē de
Mahumete figura antichriſti ꝙ regnum ei⁹ pro
cedet ꝑ tempus / ⁊ tempora / ⁊ dimidium tempo-
ris ⁊ non vltra. quod in ipſo antichriſto duratio-
nem ſui regni ſignificat. ſed in Mahumeto figu-
Notandũ — ra eius denotat ſpacium terre ad quod dilatan-
dum erat regnum eius cum enim terra habita-
bilis ſit diuiſa tripharie in Aſiam / Affricã / ⁊ Eu-
ropam ⁊ Aſia dupla fere ſit ad Affricam q̃ etiã
maior eſt Europa. cõuenienter Affricã in qua pri-
mo regnauit Mahumetus deſignat ꝑ tempus
Aſiam ꝑ tempora in qua Turcus ſuum dilata-
uit imperium ſed quia ex Aſia trãſiuit in Euro-
pam ⁊ occupauit totam Greciam que ē fere me-
dietas eius: ideo additur ⁊ dimidium temporis.
non ergo ꝑmittet deus ꝙ Mahumetes ꝓcedat
vltra cõtra chriſtianos quia clauſa eſt ſibi ianua
ex diuina preordinatiõe. cuius rei ſignum eſt vi-
ctoria imperatoris Friderici / ⁊ regis Vngarie nu-
per habita de Turchis inuadẽtib⁹ Vngariam
qui non valentes eam intrare retroceſſerunt.

Euangelij argumentum. — ¶ Euangelium Cum eſſet ſero die illa ⁊c. Ioan
nis 20 licet poſſet ad duas reſurrectiones chriſti
⁊ eccleſie referri modo predicto applicãdo duas
eius apparitiones diſcipulis factas alteram in
die paſchatis alteram in octaua die tamẽ aptius
videtur referendum ad ꝑuilegia religionib⁹ con
ceſſa tum in prima / tum etiam in octaua eoꝝ ge
neratione Nam vt ſuperius diximus in ſexta fe-
ria paraſceues religiones mendicantes in ortu
ſuo abiecte ⁊ humiles erant ꝑ duas vltimas cle
ricorũ generatiões vtpote que licet ꝓdicare ꝑmit
terentur tamen nec confeſſiones audire / nec fide
les ſepelire ſinebantur erantq̧ p̄latis ſecularib⁹
ſubiecti ſicut clerici In generatione vero ꝑma re-
ligioſorum qua ipſi regnare ceperunt cõceſſa eſt
eis facultas confeſſiones audiendi / ⁊ defunctos
ſepeliẽdi in ſuis monaſterijs ſed nõ ſunt exem
pti a iuriſdictione p̄latorum ſecularium vſq̧ ad
hanc octauam generationem: in qua conceſſa eſt
eis bulla dicta mare magnũ ꝓ multitudine ꝑui-
legiorum Ergo ad hoc ꝓpoſitum euangelium
habebit tres partes Prima tangit ꝑuilegia pri-
me generationis. Secunda ibi: poſt dies octo. ⁊c.
priuilegia octaue generationis Tertia ibi. multa
quidem ⁊ alia ⁊c facit epilogum vlterioris ꝓſe-
Prime ps euangelij — cutionis .ſ. de regno religioſorũ. In illo itaq̧ tem
pore ꝑme generationis religioſorum cum eſſet
ſero .i. iam appropinquaret finis mundi die illa
vna .i. ꝑma ſabbatorum .i. quietis ⁊ pacis eccleſie
⁊ fores .i. ingreſſus chriſtianitatis eſſent clauſe in
fidelibus ꝓpter ſpecialem cuſtodiam dei et ſan-
ctorum angelorum vbi .ſ. in Europa erant diſci-
puli .i. chriſtiani qui olim dicebãtur diſcipuli. con
gregati ſeu recluſi ꝓpter metum infidelium qui
multitudine eos excedebant his ergo ſic ſtanti-
bus venit ad regimen eccleſie Ieſus .i. romanus
pontifex religioſus vt Innocentius quintus et
ſtetit firmus ac pacificus in medio fidelium ⁊ di-
xit eis pax annunciatur vobis. quia incipit iam
regnum religioſorũ quo eccleſia reformanda eſt
⁊ pacificanda ⁊ cum hoc dixiſſet oſtendit eis ma
nus .i. familiares ſuos honeſtos ⁊ latus .i. cetum
cardinalium reformatum vt ab eis omnes fide-
les cõmouerentur bono exemplo ad ſe reformã
dum gauiſi ſunt ergo omnes fideles viſo tã bo-
no domino papa in eccleſia dei dixitq̧ eis iterũ
pax vobis ſit cum religioſis quorum doctrinis
et ſanctis exemplis eccleſia reformatur hoc eſt
vos clerici pacifice / ⁊ amicabiliter tractate religio
ſos diuidẽtes eis de veſtris emolumẽtis ex quo
vtiliter vobiſcum laborant in regimine anima-
rum. ſicut enim pater deus miſit me ad hoc regi
men ita ego autoritate eius mitto vos tam cleri-
cos q̃ religioſos vt fructificetis in eccleſia dei
hoc cum dixiſſet inſufflauit .i. flatum / ſeu ſpiritũ
dedit eis qui eſt autoritas miniſtrandi ſacramen
ta fidelibus quib⁹ ſpiritusſanctus cõmunicatur
eis ⁊ dixit eis accipite vos in ꝑmis ſpũmſanctũ
.i. autoritatẽ dei ſup alios fideles ad miniſtran-
dum eis ſacramenta maxime penitentiam ⁊ ſe-
pulturam quorum enim remiſeritis peccata per
abſolutionem ſacramẽtalem remittentur eis a
deo. qui approbabit miniſterium veſtrum ita be-
ne ac ſi eſſetis curati ordinarij animarum ⁊ quo-
rum retinueritis peccata obligãdo fideles ad cer
tam penam tẽporalem retenta erunt apud deũ
ſub eadem obligatione Patet ergo quãdo reli-
gioſis mendicãtibus conceſſa ſunt ꝑuilegia pre-
dicta miniſtrandi quedam ſacramenta cum ta-
men prius eis eſſet conceſſa facultas predicandi
.ſ. ſtatim ab origine ſua in penultima generatio-
ne clericorum. Verũtamen horum priuilegiorũ
conceſſio non placuit quibuſdam p̄latis clerico-
rum qui poſt obitum religioſi põtificis ſub Cle-
mente quinto in concilio Vienenſi reclamaue-
runt dicentes ꝙ religioſi per confeſſiones et ſe-
pulturas rapiunt omnia bona clericorum horũ
vocem expreſſit epiſcopus Armachanus ꝑmas
Hybernie qui de hac materia multa ſcripſit cõ-
tra religioſos mẽdicantes Vnde ſequitur Tho-
mas autem ideſt abyſſus clamoris vn⁹ ex duo-
decim ideſt ex prelatis qui tenẽt locum apoſtolo
rum qui Thomas grece dicitur didimus .i. gemi
nus quia duplici ⁊ nõ ſimplici animo hec dice-

bat ſub ſpecie boni et iuſti.iſte inquam non erat
cum eis ideſt alijs prelatis i curia quando venit
Jeſus.i.papa ad ↄcedēda huiuſmodi ꝑuilegia
dixerunt ergo ei alij ꝑlati curiales vidimus dn̄m
papā religioſum hec ꝛ hec facientē in fauorē reli
gioſoꝝ: ille autem ſtupefactus de tanta nouitate
dixit eis hoc non eſſe poſſibile:cū videretur val
de iniuſtum tollere a clericis quod eſt ſuum de
iure diuino ꝛ eccleſiaſtico antiquo ꝛ ait niſi videro
in manibus pape fixuram clauoꝝ.i. bullā plum
beā cum imaginibus apl'oꝝ: ꝛ mittā digitū meū
.i.attentione legēdi/ꝛ examinādi bullā in locum
clauoꝝ ꝛ vlterius mittā manum ad diſceptandū
de hac materia in latus eiꝰ i. in cardinales late
rales pape q̄ hoc factū approbauerunt:vt et ipſi
affirment mihi hoc eſſe ↄceſſum religioſis non
credam rem tam iniuſtā a curia papali ꝓceſſiſſe.
hec in primis generationibꝰ religioſorum geſta
ſunt Et poſt dies octo.i.in octaua coꝝ generatio
ne:iterum erant fideles congregati ſub eodē ro
mano pontifice indubitato extinctis iam ſciſma
tibus ꝛ erat Thomas.i.ꝑlatꝰ contradicens cum
eis in curia.q̄ nitebatur impedire nouiſſima ꝑui
legia religioſorum poſita in mari magno:ſed ve
nit Jeſus.i.papa Sixtus ianuis clauſis ad ſen
ſum datum ꝛ ſtetit pacificus gubernator in me
dio eccleſie:ꝛ dixit fidelibus.pax vobis p longū
tēpus ꝓmittitur deinde dixit Thome.infer digi
tum tue diſcretionis huc i. ad bullam ꝑuilegioꝝ
examinandam ꝛ vide manus meas.i.religiones
adiuuantes ꝑlatos eccleſie ad bonum regimen
animarum.ꝛ affer manum tue doctrine et mitte
in latus meum i. in conſiliū cardinaliū qui ſciūt
rationem huius ↄceſſionis priuilegiorum ꝛ no
li eſſe incredulus i proteruus contra religioſos
ſed fidelis amicus eorum:quia digni ſūt his pri
uilegijs propter bona opera ſua in eccleſiā dei.
Viſis denique rationibus pape/ ꝛ cardinalium in
fauorem religioſorum reſpondit Thomas con
uictus ꝛ dixit conſentiens priuilegijs eorum do
minus meus papa ꝛ deus meus chriſtus faciat
ad libitum ſue voluntatis cum eis neque amplius
ego contradicam ꝛ dixit ei papa non eſt tibi ad
meritum imputandum q̄ ſic conuictus conſen
tias quia enī vidiſti rationes credidiſti beati au
tem i.beniuoli ſunt alij prelati qui non viderunt
rationes ꝛ crediderunt i.libenter conſenſerūt no
ſtris ↄceſſionibus priuilegiorum tanq̄ bene fa
ctis Hactenꝰ ergo de toto corpore hiſtorie eccle
ſiaſtice a principio ſexte etatis vſque ad noſtra tem
pora p officia miſſalia ſingulorū dierum ſ quin
quaginta computādo a ꝑma dominica quadra
geſime incluſiue Quia vero deinceps i romano
officiario non ſic p omnes dies vt hactenus po
nuntur miſſarum officia ſed ſolum p dies domi
nicos epilogando ↄcludit euangelium dicens.
multa quidem ꝛ alia ſigna i mirabilia in opere
gubernationis eccleſie ſue fecit ieſus redemptor
noſter imo ꝛ multa alia facturus eſt in genera
tionibus ſequentibus in ↄſpectu diſcipulorum
ſuorum chriſtianorū.que non ſunt ſcripta in hoc
libro miſſali.i.de eis nō ſūt poſita officia ad ea ſi
gnificāda. tū quia futura ſūt minus certa:tū etiā
quia regnum religioſorū vſque ad hec noſtra tem
pora profecit/ꝛ forte ad culmen ſue ꝑfectiōis de
uenit:poſt hoc autem creditur diminuēdum ver
ſus finem mundi.quia iam inſtant tempora pe
riculoſa.ꝛ poſt hanc diuturnam pacem (qua frui
mur a trecentis annis ꝛ eo amplius) inſurgent
operarij iniquitatis/ inimici pacis ꝛ crucis chri
ſti:de quibus non erat habenda memoria in hoc
letiſſimo tempore reſurrectiōis: ſed ſufficiant que
dicta ſunt i ſexta feria paraſceues de vltimis tri
bulationibus regni clericorum ꝛ ſimul cum eis
de vltimis calamitatibus regni religioſorum de
quibus etiam fiet mētio in finalibus dominicis
tēporis peregrinatiōis.q̄ ſunt poſt pēthecoſten et
ante aduētū domini. Hec autē ſupradicta officia
quinq̄ginta ꝛ ſeptē ↄtinua ſcripta ſunt in libro
miſſali.vt ex eis viſa mirabili temporꝝ concordia
firmetur in vobis fides qua credatis q̄ Jeſus i.
romanus pontifex intendens ſaluti animarū.eſt
chriſtus.i.vnctus a deo filius dei p ſpecialē ado
ptionem ſuper omnes alios prelatos eccleſie.et
vt credētes ei tanq̄ vicario chriſti: vitam ſpiritua
lem fidei/ꝛ gratie dei habeatis in nomine ipſius
.i.profitentes vos eius eſſe ſubditos Dimiſſa er
go narratione eorum que ſuperuenient poſt hec
noſtra tempora verſus finem mundi:quia labo
rioſa ꝛ triſtia ſunt in officijs ſequentium domini
carum agemus de gaudijs beatorum in octaua
etate poſt reſurrectionem generalem electorum/
ꝛ poſt finem huius miſere vite ¶ Moraliter ve
ro bonus ꝑlatus in hoc tempore eſt Jeſus i ze
lum habens ſalutis animarum.qui ꝛ ſalua clau
ſura virtutū ingreditur ad ſubditos ꝛ ſtat in me
dio eorum tanq̄ exemplar ſanctitatis ꝛ tanq̄ re
ctus iudex non declināns per affectionem ad ex
trema.ꝛ dixit eis bis pax vobis.optando ꝛ procu
rādo duplicem pacem.ſ fraternam ꝛ ſupernam.
oſtendit eis manus i. opera bona/ꝛ latus.i vere
charitatis ſigna dat eis quos ordinat in ſacerdo
tes ſpiritumſanctū vt laborent ad ſalutē anima
rum dicens. quorum remiſeritis peccata ꝛc per
Thomam incredulum mūdani ſignificātur qui
vel bonitatem/vel poteſtatem prelati ab alijs au
ditam credere nolunt niſi habeant propriam ex
perientiam ideo reprehenduntur.nam in talibꝰ
ſtandum eſt teſtimonio bonorum ꝛc Neophitis
autem in hoc euangelio commendatur fides di
uinitatis chriſti:que ex reſurrectione eius multū
probatur nec querant huius rei propriam expe
rientiam quia ſufficit eis exemplū apoſtoli Tho
me qui propterea fuit reprehenſus a domino et
laudantur ſimpliciter credentes ad ſalutem ani
me ſue.ꝛc. ¶ Cantus offertorij Angelus domini
deſcendit ꝛc Matthei 28 eſt religioſorum exul
tatio de Sixto pontifice priuilegia eis conceden
te:quē angelū de celo a deo miſſū appellāt in fa
uorē ſuū.hic dixit mulieribꝰ.i.religionibꝰ ille quē
vos queritis per obſeruantiam veſtrā.ſ ſaluator
Jeſus. ſurrexit nunc in ſuo populo ſpiritualiter

Secūda ps euangelij.

Tertia ps euangelij.

Moralitas.

Offertorium.

per religioſorum fructuoſum laborem: ſicut olim
predixerat per ſuos pphetas ideo alleluia i lau-
date deum qui talem gratiam dedit vobis/ pro-
pter quam digni eſtis priuilegijs noſtris Secre-
ta oratio Suſcipe munera. ꝛc. offert deo euchari-
ſtie ſacrificium pro fideli populo octauam reſur
Communio. rectionis cum gaudio feſtiuante petens: eis fru-
ctum ſeu premium eterne leticie ꝛc. ¶ Cõmunio
Mitte manum tuam ꝛc. ex euangelio hodierno
eſt reprehenſio pape contra impugnantes priui-
legia religioſorum vt expoſitum eſt Finalis ora
tio Queſumus domine deus. ꝛc. applicat virtutẽ
ſacrificij ad fidelem populum orans vt conferat
eis remedia ſpiritualia contra mala preſentia ꝛ
futura. maxime contra peccata.

## ¶ Caput ſeptuageſimum

ſextũ de officio dñice ſecũde poſt paſcha. quo ſpẽ
future reſurrectionis confirmat: ꝛ Sinodũ cleri-
corum informat

Argumẽtũ officij **M**yſteria octaue
etatis reſurgentium non de-
buerunt in officijs eccleſiaſti
cis intacta remanere. quia li-
cet non pertineãt ad curſum
huius vite mortalis intrinſe-
ce: pertinent tamen extrinſe-
ce ille enim eſt finis noſtre peregrinatiõis ad que
debemus vitam noſtram dirigere que cognito
facile quod oportet aſſumemus/ ꝛ quod impedit
euitabimus Nullum vero aptius tempus in to
to anni circulo apparet ad hec myſteria pertra-
ctanda quam hoc in quo expeditis gaudijs re-
ſurrectionis chriſti capitis noſtri conuenienter de
reſurrectione noſtra qui ſumus corpus eius my-
ſticum doctrinã ſubnectemus Uerum quia my-
ſteria illa ſunt mortalib⁹ abſcõdita que nec ocu-
lus vidit/ nec auris audiuit/ neq; in cor hominis
aſcendit: pauca et valde enigmatica trademus
de gaudijs beatorum in officijs harum domini-
carum magis inſiſtentes doctrine morali de no-
ſtra preparatione neceſſaria ad perueniendum
ad illam beatitudinem felicitatis eterne Et ſi-
mul etiam annotabimus ea que ad feſtiuitates
ipſas reſurrectionis/ ꝛ aſcenſiõis (inter quas me-
diant iſte dominice) ptinere noſcuntur ſecũdum
cõſuetum eccleſie modum qui res pteritas qua-
ſi preſentes enarrat dum myſteria noſtre redem
Matutini ptionis celebrat. Leguntur autem in matutinis
harum dominicarũ hiſtorie noui teſtamẽti ſcili-
cet Actus apoſtolorũ in hebomade precedente
quia ibi agitur de predicatione reſurrectiõis chri
ſti p apoſtolos In hac vero ſecũda dominica et
p duas hebdomades legit̃ Apocalypſis Joan-
nis in qua declaratur victoria chriſti de mundo
quam habuit p ſuam reſurrectionem ꝛ ſimilem
nobis pmittit victoriam ꝛ reſurrectionẽ ſi chriſti
imitatores boni fuerimus Reſponſoria pro ma-
iore parte ſumuntur ex libris ſapiẽtialibus licet
nõ deſint aliqua ex Apocalypſi/ ꝛ libro Thobie.

vnde ab aliquib⁹ vocatur hec dominica Ego ſi-
cut vitis propter primum reſpõſoriũ ab alijs di-
citur dominica Ego ſum paſtor bonus propter
euangelium hodiernum Hore diurne in quali-
bet tali dñica concordant nocturnis quia de ea- Introitus miſſe.
dem materia loquũtur cũ matutinis ¶ Miſſale
itaq; huius diei officium totũ declinat ad reſurre
ctionem noſtram decantandam Et quia ex an-
tiquo more eccleſie chriſtiane i hac dominica fie-
bat Sinodus clericorum totius dioceſis in quo-
libet anno. ideo etiã idẽ officium in alio ſenſu re-
fert nobis doctrinam Sinodis neceſſariam atq;
aptiſſimam p reformatione fidelium in actibus
vere religionis ac pietatis cuius miſſe introitus
Miſericordia domini plena ẽ terra ꝛc ex pſalmo
32. vox eſt beatorum hominũ i octaua etate deũ
laudantium de ſua tanta gloria in anima ſimul
cum corpore q̃ miſericordia domini vocatur eo
q; excedit omnia eorum merita iuxta illud apli
Roma 8 non ſunt condigne paſſiones hui⁹ tem
poris ad futuram gloriã ꝛc Hac itaq; dei miſe-
ricordia tũc plena erit terra. i humana natura in
corpore ꝛ anima q̃ modo ẽ ſemiplena i ſola ani-
me gloria. verbo etiam domini. i mandato eius
reſuſcitati celi i. ſãcti qui vitam celibe habuerũt
firmati i. confirmati ſunt in gloria ꝛ vita illa im-
mortali. itaq; ſemp in eo pmanebũt nunq̃ alias
morituri. Additur duplex alleluia propter dupli-
cem ſtolã glorie Uerſus Exultate iuſti i dño ꝛc.
principiũ eiuſdẽ pſalmi eſt congratulatio/ ꝛ inci-
tatio ſanctoꝝ ad ſeipſos vt in ppetuum laudent
deum ꝛ exultet in eo propter maxima in eos be
neficia Et cõſimiliter exponeretur idẽ introitus
cũ ſuo verſu ex pſona epiſcopi/ ꝛ ſue Sinodi in-
telligendo p terram eccliam militantem p celos
Oratio. platos ꝛc. Oratio Deus qui i filij tui ꝛc applicat
moraliter introitum ad fideles huius tpois pe
tens eis ſpũalem leticiã de chriſti reſurrectione.
ꝛ ſpẽ ad gaudia ſempiterna beatoꝝ ꝛ hoc p reue
rentiam ieſu chriſti in cuius humili paſſiõe ſunt
a morte ſpũali liberati ꝛ in ſua reſurrectione ad
nouã vitã erecti ¶ Epiſtola. Chriſtus paſſus eſt
Epiſtole argumentum p nobis ꝛc I Petri. 2 cõmemorata chriſti paſſio
ne ad exemplũ fideliũ hortatur eos ad vitã bo-
nam vt digni ſint cõnumerari inter oues chriſti
Habet tres partes Prima pponit exemplum
Secũda ibi q cũ malediceretur ꝛc narrat geſtũ
Tertia ibi. eratis enim ſicut ꝛc concludit intentũ
Prima ps eple. Prelatus itaq; intedẽs de reſurrectiõe generali
ſanctorũ agere in hac dñica hortatur fideles ſub
ditos ſuos vt parent viam rectam qua pueniãt
ad eã hec via eſt ſequella ꝛ imitatio chriſti. q de ſe
ait Luce vltimo Oportuit chriſtũ pati ꝛ ita intra
re in gliam ſuã i ſue reſurrectiõis ergo ſilr popu
lus chriſtian⁹ debet pcedere ideo platus ait eis:
chariſſimi fres ꝛ filij in chriſto ſcitis iam ex ſexta
feria paraſceues q; chriſt⁹ noſter pceptor paſſus ẽ
morte p nobis liberãdis a morte culpe ꝛ gehẽne
ꝛ etiã vt vobis relinqueret exemplũ q̃ ſequeremi
ni veſtigia eius i imitaretis eũ in paſſiõe ꝛ mor-
te p quam perueniatis ad gloriam reſurrectionis.

non enim paſſus eſt ipſe ꝓpter ſe.qui peccatum
non fecit opere·nec inuētus eſt dolus in ore eius
vt peccaret ore·ꝛ hoc ſignum eſt ꝙ etiam nō pec
cauit corde.quare nō venit ſup eum illa tribula-
tio ꝓpter peccata ſua ſicut fit in alijs hoībus ſed
voluntarie paſſus eſt ꝓpter nos vt eſſet nobis in
exemplar penitentie/patientie/conſtātie ꝛ alio-
rum virtutum quibus via paratur ad gloriam.

Scda ps epiſtole

Nam ipſe cum malediceretur ꝛ iniurijs afficere-
tur a pfidis hominibus non maledicebat corre
ſpondens eis cum pateretur in corpore non cō-
minabatur vt ſimilia faceret cōtra eos ſed patiē-
tiam ſeruabat ꝛ humilitatē tradebat autem.i.offe
rebat ſe iudicanti Pilato iniuſte ꝛ ſuſtinuit ab eo
ſententiā mortis iniuſtā qꝛ ſine culpa ſua dāna-
tus eſt ſed tradidit ſe ꝓpter nos qui peccata no-
ſtra ptulit ꝛ portauit in corpore ſuo ſup lignum
crucis affixus.hoc eſt penam noſtrorū peccatorū
ſuſtinuit:vt nos eius exemplo peccatis mortui ꝛ
mortificati ꝗtum ad ſenſualitatē qua peccamus:
viuamꝰ iuſticie.i virtuti ꝛ rationi ac legi dei hoc
ſignificat mors chriſti ꝗtum ad corpꝰ ꝛ vita eius
ꝗtum ad animam cuius liuore ꝛ flagellis liui-
dis ſanati ſumus meritorie nam ex merito ſue
paſſionis ꝓcedit ſacramentorū virtus.quibus ſa
namur a peccatis/ꝛ ſanctificamur gratia dei·do-
nec veniamus ad ꝑfectam ſanitatē glorie reſurre
ctionis In qua iam non erimus ſicut oues er-

Tertia ps epiſtole.

rantes in hoc mūdo p varias tetationes ſed con
uertemur tunc ad paſtorem noſtrum ſiue epiſco
pum animarū noſtrarum firmiter ei adherētes·
ut amplius non erremus ¶ Moraliter vero hec

Mo ali-tas.

epiſtola eſt ſermo Sinodi que fiebat in ſingulis
diocesibꝰ i hac dñica vbi corrigebātur errata ſin
gulorꝫ ꝛ congregabantur ad epiſcopū ſuum fie-
batqꝫ ſermo habens ſentētiam huius epiſtole vt

Primum alcluia

patet Primum alcluia.Cognouerunt diſcipuli
ꝛc̄ Luce vltimo vel Surrexit dominus ꝛc̄ ibidē
manifeſte loquitur de gloria future reſurrectio-
nis vbi dominus ſuis fidelibus apparebit ꝛ co-

Secundū alcluia

gnoſcetur ab eis facie ad faciem Secundum alc
luia ex euāgelio Ego ſum paſtor bonus ꝛc̄ ean-

Euangelij argumentum.

dem habet ſententiā manifeſte.¶ Euangelium
Ego ſum paſtor bonus ꝛc̄ ex.1o cap̄ Joannis
per bonum regimen eccleſie militantis in hoc
mūdo ſub paſtore bono deducit oues chriſti ad
ouile future glorie/ et reſurrectionis ſanctorum
Habet tres partes Prima proponit Secunda
ibi mercenarius ꝛc̄ diſtinguit Tertia ibi ꝛ alias
oues ꝛc̄ promittit hoc eſt ꝓponit bonum paſto-
rem diſtinguit eum a malo et promittit ouibus

Prima ps euangelij.

gloriam in futuro In illo itaqꝫ tēpore quo eccle-
ſia myſteria reſurrectiōis celebrat dixit dominꝰ
ieſus p ſuos prelatos loquens diſcipulis ſuis i.
fidelibus chriſtianis ego inquit ſum bonus pa-
ſtor ſciens bene regere eccleſiam meam in ordi-
ne ad finem glorie reſurrectionis cuius ſignum
hoc eſt vel precipuum quia bonus paſtor ſ aia-
rum audet ponere animam i vitam corporalem
pro ouibꝰ ſuis liberandis a morte ſpirituali qđ
ego feci vt patet ex epiſtola pmiſſa.ergo ſum pa-
ſtor bonus bene paſcens gregem meum verbo/
ꝛ exemplo·vt perueniat ad paſcua glorie·de qui
bus Ezechielis 34. Ecce ego ipſe requirā oues
meas ꝛc̄ Paſcam eas in paſcuis vberrimis et
in montibus excelſis ibi requieſcēt in herbis vi-
rentibus ꝛc̄ Hoc idem ꝓbatur ex oppoſito.i.deſt
cōparando bonum paſtorem ad malum qui di-

Secūda ps euangelij.

citur mercenarius i mercedem aut lucrum que-
rens in grege ſibi cōmiſſo mercenarius enim et
qui nō eſt paſtor bonus ſ.ille cuius nō ſunt oues
proprie/ ſed habet ex commiſſiōe alterius cuius
ſunt oues nō multum curat de vtilitate illarum:
niſi quatenus facit ad vtilitatem ſuam vbi autē
vtilitas ouium eſſet incōpoſſibilis vtilitati ſue·di
miſſis ouibus curat ſolum de ſua vtilitate vtpo-
te ſi videt lupum venientem ad deuorandū gre-
gem ipſe timens ne deuoretur fugit ac dimittit
oues in periculo.nam tunc lupus venit et rapit
ex ouibus quas poteſt·ꝛ alias diſpergit.fugit in-
quam mercenarius.quia mercenarius eſt i mer-
cedem ſibi querens.ꝛ non ꝑtinet ad eum de oui-
bus i.non querit earum ſalutē.hoc ita eſt in cor-
poralibus. ꝛ ſimiliter in ſpiritualibus mercena-
rius eſt malus ꝑlatus eccleſie querēs lucra tem
poralia oues ſunt fideles chriſti et ſubditi.lupus
eſt diabolus/vel tyrannus/vel hereticus malus
ergo ꝑlatus querens vtilitatem ſuam·non curat
gregem paſcere doctrina bona nec defendere
eum a lupis predictis eum deuorantibus/ac di-
ſpergentibus p varia peccata/ꝛ errores.Chriſtus
vero cuius ſunt oues proprie fideles econtra ne-
glecta temporali mercede intēdit ouium vtilita-
ti.ideo ait ego ſum paſtor bonus qui recognoſco
oues meas per auxilium gratie ꝛ oues mee co-
gnoſcunt me quia ſequuntur me paſtorem per
obedientiam/ꝛ obſeruantiam mādatorum meo-
rum nam ſicut ego me habeo ad patrem meum
a quo proceſſi per eternam generationem quia
nouit me pater/ꝛ ego agnoſco patrem ita ſe ha-
bent ad me fideles mei a quo proceſſerunt per
gratiam regenerātem eos in filios dei·quia ego
cognoſco eos ꝛ ipi me ꝛ animam i vitam meam
pono.i.poſui pro eis in paſſione mea·vt meo ex-
emplo ac merito ducerētur ad paſcua glorie re-

Tertia ps euāgelij.

ſurrectionis Et non solū fideles qui modo ſunt
ducam ad gloriam ſed alias oues pditas habeo
ſ multos infideles que modo non ſunt/ſed erūt
ex hoc ouili eccleſie catholice ꝛ illas oportet me
adducere ad fidem que adducte vocem meā au
dient obedientes mandatis meis ꝛ ex his ꝛ illis
ſimul fiet in octaua etate vnum ouile.i.vna eccle
ſia triumphans/ꝛ vnus paſtor.i rex/ꝛ guberna-
tor eius in pulchritudine pacis et requie ſempi-

Mo ali-tas.

terna ¶ Moraliter vero bonꝰ epiſcopus in hac
dominica faciens Sinodum loquitur ad clerum
ſuum perſuadendo eos vt obſeruent conſtitutio
nes ſuas quas ipſe ad ſalutem animarum ꝛ re-
formationem ſue eccleſie edidit non propter vti-
litatem ſuam vt mercenarius ſed propter vtili-
tatem ſubditorum vt bonus paſtor paratus etiā
ponere vitam pro ouibus ſcilicet reſiſtendo ty-

rannis/ꝛ hereticis qui ſunt lupi rapaces tollētes
Offerto- bona eccl'ie ꝛ libertates eius ac ſeminātes diſcoꝛ
rium. dias in fide/ꝛ moꝛibus q̄bus oues chꝛiſti diſper-
gantur ꝛc̄ ¶ Cantus offertoꝛij Deus deus me⁹
ꝛc̄ pſal' 62 orō eſt boni p̄lati ad deū qua offert
deo laboꝛem ſuū quē ſuſtinet vigilans ſup gre-
gem ſibi cōmiſſum ꝛ eleuans man⁹ ſuas in oꝛa-
tione ꝓ ſuo populo vt feliciter perueniat ad glo
riam future reſurrectionis Secreta oꝛatio Bene-
dictionem domine.ꝛc̄ offert deo ſacrificium eu-
chariſtie pꝛo fideli populo ad obtinendam talē
gratie benedictionē qua rem ſacramēti euchari
ſtie.i.vnitatem ac pacem acquirat tam i pꝛeſenti
Commu- q̄ꝫ in futura vita etatis octaue ¶ Cōmunio Ego
nio ſum paſtoꝛ.ꝛc̄.Cōgratulatio eſt boni paſtoꝛis de
fructu quem fecit in grege fidelium ſibi cōmiſſo
ideo cantat multiplex aleluia Finalis orō Pre-
ſta queſum⁹ oīpotens deus vt viuificationis tue
ꝛc̄ petit vitam gratie in p̄ſenti vt ꝑuenire poſſit
ad vitam future gloꝛie reſurrectionis

## ¶ Caput ſeptuageſimum

ſeptimum de tertia dominica poſt paſcha.cuius
officiū gaudium reſurrectionis ꝑſonat ꝛ doctri-
nam Sinodi explicat

Argumē- Continuādo ean-
tū officij dem materiam que incepta eſt
in officio p̄cedentis dominice
ſcilicet de reſurrectiōe generali
ſanctoꝛum/et de Sinodis cle-
ricoꝛū hec tertia dominica in
matutinis adhuc legit Apocalypſim cum reſpō-
ſoꝛijs ſupꝛadictis ¶ In officio vero miſſali in-
Introit⁹ troit⁹ Jubilate deo omnis terra.ꝛc̄ pſalmo 65
miſſe leticiam ſanctoꝛum octaue etatis perſonat qui
ſeipſos cōmonentes dicent iubilate deo .i.in iu-
bilo laudate omnis terra.i.tota natura humana
pſalmum .i.canticum leticie dicite nomini eius i
ad honoꝛem eius qui ita honoꝛificauit vos date
gloꝛiam laudi eius qui ad tantam gloꝛiam vos
ꝑduxit Et interſeritur duplex aleluia ꝓpter du-
plicem ſtolam gloꝛie ſanctoꝛum In fine additur
triplex aleluia ꝓpter trinitatem diuinam a qua
tanta eoꝝ gloꝛia pꝛoceſſit Verſus Dicite deo.ꝛc̄.
ex eodē pſal' aſſignat cauſā p̄dicte cōmonitionis
i ex eo q͛ opa dei q̄ fecit cū ſanctis ſuis ſūt terribi
lia i ſtupēda ꝛ mirabilia ſup oēm ſenſū hūanū
ſcꝫa in multitudine virtutis ſue ſup q̄ mentiētur
oēs inimici dei.hoc ē heretici/ꝛ infideles hoīes q̄
ſeruis dei illudebant tanq̄ꝫ fatuis pꝛopter ſpem
quam in eo habebant in quo mentiti pꝛobantur
ex euidentia gloꝛie ſanctoꝛum que palam oſten
dit ſpem eoꝛum fuiſſe certam ꝛ rationabile Po-
teſt etiā iſte introitus intelligi eē vox p̄lati in Si
nodo ad ſuos clericos vt bene agant officia ec-
Oꝛatio. cleſiaſtica de laudibus dei ꝛc̄ Oꝛatio Deus qui
errantibus ꝛc̄ applicat introitū ad fideles huius
tempoꝛis quibus per chꝛiſti reſurrectionem fidei
lumen oſtenſum eſt quo nouam vitam iuſticie
agant/ ꝛ ab erroꝛibus peccatoꝛum caueant. ideo
petit fidelibus chꝛiſti dari gratiam qua accepta
bona et reſpuant mala et cōuenit hec oꝛatio Si-
nodo in qua erroꝛes coꝛriguntur et lumē verita
tis oſtēditur ¶ Epiſtola:Obſecro vos ꝛc̄ I Pe- Epiſtole
tri 2.eſt ſermo boni p̄lati in Sinodo de his que argumen
ꝑtinet ad reformationem moꝛum in ſua dioceſi tum.
qua bene diſponātur ad gloꝛiam future reſurre-
ctionis.Habet tres partes Pꝛima eſt exhoꝛtatio
gen̄alis Secūda ibi.ſubiecti eſtote ꝛc̄ eſt regula
tio ſpecialis Tertia ibi.ſerui ſubditi ꝛc̄ eſt decla- Pꝛima
ratio familiaris Pꝛelat⁹ itaq̄ꝫ in Sinodo loques ps eplē.
ad cetum ſuoꝛum clericoꝛū ait chariſſimi fratres
mei et filij obſecro vos i.ꝑ ſacra dei myſteria oꝛo
vos.tanq̄ꝫ aduenas et pꝛo.i peregrinos ſup ter-
ram hoc eſt volo vobis dare doctrinam talem in
ſpiritualibus qualis datur peregrinis in coꝛpo-
ralibus ex quo eſtis peregrini a celeſti Hieruſa-
lem que eſt patria veſtra et doctrina eſt vt abſti-
neatis vos a carnalibus deſiderijs vitioꝛum que
militant.i pugnant aduerſus animam deijciendo
eam ab arce ſue contēplationis eſt enim peregri
noꝛum conditio extra patriam ſuam nō laute vi-
uere ſed tēperate abſtinere quouſq̄ꝫ vertāt ad do
mum ſuam in qua quieſcant et delicioſe viuant.
ita et vos q̄ꝺdiu peregrinamini a deo abſtinete
quouſq̄ꝫ ad finem huius vite venientes habea-
tis ciuitate manētem gloꝛie beatoꝛū vbi quieſce-
tis in perpetuū in vita iocūdiſſima Interim au-
tem dum peregrinamini ſitis habentes bonam
cōuerſationem inter gentes i ſeculares vt in eo
quod detractabant i male loquebātur de vobis
ante clericatum tanq̄ꝫ de malefactoꝛib⁹ iam con
ſiderantes vos emēdatos ex bonis operib⁹ ve-
ſtris gloꝛificent deum pꝛo gratia vobis data in
die viſitationis i quando noſter viſitatoꝛ ad vos
venerit et nihil mali contra vos inuenerit. Quia Scda ps
vero reges et domini tēpoꝛales odio habent cle- epiſtole.
ricos exemptos a iuriſditione eoꝛum ideo ad ca-
ptandam beniuolentiam ipſoꝛum vos ſubiecti i
humiles eſtote quaſi obedientes omni humane
creature i omni homini pꝛopter deum i honoꝛē
dei ſiue regi ſeculari ſitis obedientes quaſi ho-
mini p̄excellēti.i in altiſſimo honoꝛis gradu con-
ſtituto qui et repꝛeſentat ꝑſonam dei in terris ſi-
ue ducibus belli/aut iudicibus eius ſitis beniuo
li tanq̄ꝫ perſonis publicis a rege miſſis ꝑ totum
regnum ad exercendos actus iuſticie i vindictā/
vel punitionem malefactoꝛū hominum laudem
vero.i.pꝛemiationē bonoꝛū hoc dico vobis quia
ſic i talis eſt voluntas dei vt vos licet nō ſitis de
iure obligati obedire ſecularibus tamen benefa
cientes eis per obedientiam obmuteſcere facia-
tis impꝛudentium hominum ſeculariū ignoꝛan-
tiam i. indiſcretam detractionem ſitis ergo eis
ſubditi quaſi liberi i ex libera voluntate non ex
coactione et nō ſitis quaſi habentes libertatem
eccleſiaſticam in velamen malitie ideſt ad tuen-
dam maliciam veſtram ſine coꝛrectione alicuius
iudicis ſed eſtote humiles ſicut ſerui dei para-
ti coꝛrigi a quocunq̄ꝫ pꝛoximo. omnes ergo fi-
deles honoꝛate etiam inferioꝛes vobis ſed in-

ter omnes magis diligite fraternitatem ideſt fra
tres veſtros clericos et ſuper omnia deum ti-
mete qui eſt ſupremus iudex· deinde regem ho-
norificate qui gerit pſonā dei.hec ad clericos pri-
cipaliter dicta ſunt:q̄ vocantur liberi de laicis aūt

*Tertia ps epiſtole.*

ſubditur Serui regis ſubditi eſtote dn̄is vr̄is tē-
poralibus in omni timore quia habent poteſta-
tem coercituam ſup vos a iure·quod vos obliget
etiam in foro cōſcientie ⁊ quo ad deū dn̄is inquā
ſubditi eſtote non tantū bonis ⁊ modeſtis.i. qui
iuſte ⁊ moderate regunt populū dei p bonas le-
ges ſed·etiam diſcolis.i. iniuſtis/ ⁊ tyrānis q̄diu
tollerantur a deo/⁊ a populo ad euitandū ſcan-
dalum quod oiri poſſet ex rebellione ſubditorū
cōtra eos hec enim eſt magna grā ⁊ virtus ſ obe
dicia ſubditorꝫ ad dominos ſuos in chriſto ieſu
dn̄o noſtro ⁊ propter amorē eius qui ita p̄cipit et
obediētes et remunerat in fine vite huius ſeculi
faciens eos participes glorie ſue reſurrectionis

*Primum aleluia.*

Primū alleluia Chriſt⁹ reſurgēs ex mortuis ⁊c̄
Roma.6 loquitur de chriſto myſtico p ſimilitudi
nem ad verum dices q̄ in octaua etate erit vita
eius immortalis quando abſorpta erit mors in
victoria alij dicunt In die reſurrectionis mee ⁊c̄.

*Secundū aleluia.*

vt ſupra Secundū aleluia Modicū ⁊ non vide-
bitis me ⁊c̄ ex euāgelio hodierno p̄mittit in bre-
ui futuram reſurrectionē mortuorū in qua ſancti
in gloria videbunt chriſtum poſt hoc modicum
tempus ſexte etatis quod reſtat. ¶Euāgelium

*Euangelij argumentum.*

Modicum ⁊ iā non videbitis ⁊c̄.Joan 16 cōme-
morata penalitate ac paſſibilitate hui⁹ ſexte eta-
tis p̄mittit in fine eius ſeruis dei gaudiū glorie
reſurrectiōis q̄ erit vita imortalis Et primo hoc
proponit breuiter ⁊ obſcure Secundo ibi:cogno
uit autem ⁊c̄. illō exponit faciliter ⁊ clare Tertio
ibi mulier cum parit ⁊c̄ adducit exemplū puer-

*Prima ps euangelij.*

pere In illo itaq̄ tempore quo eccleſia celebrat
myſteria reſurrectionis dixit dominus ieſus per
ſuos prelatos diſcipulis ſuis.i fidelibus chriſtia
nis hoc eſt fecit eis predicari de hac materia di-
cens eis Modicum tempus trāſibit in quo non
videbitis me ſicut obiectum beatificū ⁊ iterū ve-
niet aliō tēpus modicū in quo videbitis me q̄r
apparebo vobis in gloria ſed non omnino cōſu
mata ideo erit modicū reſpectu temporis eterni
⁊ glorie conſumate quia per has diſpoſitiones
vado ⁊ ire vos facio ad patrem glorie datorem ⁊
cōſumatorē Ubi patēt tria tempora.primum eſt
ſexta etas ⁊ eſt modicū ſecundum ſeptima etas
et etiam modicum tertium eſt octaua etas et eſt
valde multū.quia eternum Sed quia hec verba
obſcura ſunt dixerunt diſcipuli ei⁹ fideles ad in-
uicem quid eſt hoc quod dicit modicum ⁊ nō vi-
debitis me·⁊c̄ dicebant ergo quid eſt hoc modi-
cum certe neſcimus quid loquitur iſte p̄latus ⁊

*Secūda ps euangelij.*

quid velit dicere p hoc quod loquitur Ipſe autē
vt cognouit quia volebāt eum interrogare/⁊ de-
clarationē dicti ſui habere ab eo·dixit eis de hoc
queritis inter vos quia dixi ⁊c̄.amen amen.i.cer-
tiſſime dico vobis quia plorabitis/⁊ flebitis vos
in hac ſexta etate laborioſa ad modum ſexte fe-
rie paſſionis hoc eſt multas tribulationes ⁊ an-
guſtias patiemini propter deū a malis hoibus:
mundus aūt i.mundanorꝫ cetus gaudebit fruēs
delicijs/diuitijs/⁊ honorib⁹ huius vite· ⁊ hoc eſt
primum tempus quod dixi modicum in quo nō
videbitis me vobis fauorabilē. Poſtea ſuccedet
aliud modicum ſ ſeptima etas animarum ſan-
ctarum.in qua quia corpora veſtra manebūt ſub
corruptione vos aliquātulū cōtriſtabimini licet
videatis me i gloria anime tande veniet octaua
etas in qua omnis triſticia vr̄a vertetur in gau-
dium perfecte beatitudinis in corpore ⁊ anime.

*Tertia ps euangelij*

Huius rei ſimile apparet de eccleſia ⁊ de mulie
re fecunda.que cum iam eſt in partu triſticiā ha-
bet nimiam · quia venit hora mortis eius .i. eſt
in periculo mortis.cum autē iam peperit puerū/
⁊ liberata eſt a periculo ſui partus iam non me-
minit preſſure ⁊ anguſtie p̄terite propter gaudiū
ſupueniens.quia natus eſt ſibi homo ſibi ſimilis
in mundum Igitur ſimiliter ⁊ vos quia nunc i.
in ſexta etate triſticiā habetis propter anguſtias
⁊ pſecutiones tyrannorum/hereticorum/⁊ infide-
lium ⁊ in ſeptima etate corpora veſtra ſunt qua-
ſi triſtia. ſed iterum veniet tempus feliciſſimum:
quando videbo vos in magna gloria conſuma-
ta ⁊ gaudebit cor veſtrū in domino·non modico
tempore ſed in eternum ⁊ gaudium veſtrum ne
mo tollet a vobis.quia eritis confirmati in bea-
titudine pfecta anime ⁊ corporis ſimul. ¶Mora

*Moralitas.*

liter vero bonus p̄latus vitam habēs mixtam
ex cōtemplatiua ⁊ actiua/ aliquādo conuerſatur
cum ſubditis ſuis in regimine eccleſie·aliquan-
do retrahit ſe ad ſtudium/ et contemplationem.
hoc proteſtans in Sinodo ait eis.modicū ⁊ iam
nō videbitis me·⁊ iterū modicum ⁊ videbitis me
⁊c̄ q.d. non debeo vobiſcum eſſe i hac congrega-
tione niſi per modicum tempus ⁊ iterum diſce-
dam a vobis ad alia negocia peragenda ſed an
no ſequente iterum reuertar ad Sinodum ⁊ vi-
debitis me quia vado ad patrem ⁊ ſequor vitam
chriſti.qui ſuo exemplo p̄latos inſtituit in agen-
dis rebus eccleſie Uos autem clerici in officijs
veſtris fideliter laborantes aliquando tribulatio
nes ſuſtinebitis a mundanis ſed non debetis
propterea deſiſtere ab operibus bonis ſperan-
tes conſolationem a deo in futura vita vbi triſti
cia veſtra vertetur i gaudium ſempiternū quod
nemo tollet a vobis ¶Cantus offertorij.Lau-

*Offertorium.*

da anima mea dominū ⁊c̄.pſalmo 145 eſt gra-
tiarumactio fidelis populi de promiſſione futu-
re glorie ſibi facta in euāgelio·pro q̄ nunc ex toto
corde laudat deum ſed ſperat ſe amplius lauda
turum in illa vita perpetua q.d. qui habitant in
domo tua domine in ſecula ſeculorū laudabunt
te Secreta oratio His nobis domine ⁊c̄ offert
deo ſacrificium euchariſtie pro fidelibus preſen-
tibus petens eis gratiam qua valeāt ſpretis bo-
nis terrenis amare celeſtia bona alteri⁹ vite bea
te. ¶Cōmunio:Modicum ⁊ non videbitis ⁊c̄.ex

*Communio.*

euangelio hodierno ⁊ ſupra in ſcdo aleluia expo
ſita eſt. ſed repetitur hic cum gaudio ad magis

firmandam ſpem future glorie Finalis orō Sa
cramenta que ſumpſimus ⁊c̄ adaptat cōmunio-
nem p̄ſentibus fidelibus q̄bus ex virtute eucha
riſtie ſuſcepte petit dari ſpiritualia alimenta vir-
tutum ⁊ gratiarum ſignificata in his corporali-
bus ſpeciebꝰ euchariſtie

## ¶ Caput ſeptuageſimum

octauū de quarta dominica poſt paſcha q̄ etiam
cum gaudio reſurrectiōis capitulum religioſo-
rum celebrat

Argumē-tū officij  Icut in p̄cedē
tibus duabꝰ dominicis lege-
batur Apocalypſis firmans
reſurrectionis fidē ⁊ ageban
tur Sinodi clericorum ita in
hac dñica cū ſequente legun
tur canonice apoſtolorū do-
centes nouitatem vite ſpiritualis et celebrantur
capitula religioſoꝝ ad reformanda/ ⁊ cōponēda
omnia ptinentia ad religioſam vitam Interſerū
tur autē lectionibus p̄dictis reſponſoria ex pſal-
mis.qui ſimiliter cum canonicis apoſtoloꝝ actio
nes virtuoſas docēt Et notādum ꝙ ſicut in dñi
cis poſt Epiphaniā legebantur epiſtole Pau-
li fidem incarnationis chriſti p̄dicantes/⁊ mores
fidelium cōponētes vt ibidem dictum eſt.ita poſt
reſurrectione legūtur Actus aplōꝝ/Apocalypſis/
⁊ canonice eplē p̄dicationē reſurrectionis chriſti/
⁊ noſtre cōnnētes rationabile n fuit vtriqꝫ tēpori
viſitationis apponi hiſtorias no teſtamenti:ſicut
in tēpore p̄uaricationis leguntur hiſtorie ve teſta
menti ⁊ in tēpore reuocatiōis prophetie antique
nā ꝙ patriarche/ ⁊ ꝓphete crediderūt/figurarūt/
⁊ p̄dixerunt futurū hoc idē aplī/⁊ euāgeliſte p̄di-
carūt iam p̄teritum ⁊ impletū. ¶In officio vero
Introitꝰ miſſe. miſſali huiꝰ dñice introitus ſ.Cantate dño cāticū
⁊c̄.ps 97 reſonat gloriā ſctoꝝ octaue etatis q̄ ſe-
ipſos cōmonentes incitant ad laudes dei ꝓpter
mirabilia opera ſua q̄ fecit cum eis ⁊ hoc quidē
iuſte ac publice ante cōſpectū oim damnatorum
gētiliter viuentium additur quadruplex aleluia
ad ſignificandum dotes glorie beatorū Verſus
Saluabit ſibi dextera ⁊c̄ ex eodem pſalmo attri
buit omnipotētie dei totam gloriam ſanctorum
qua ſaluauit ſibi populū ſuum ⁊c̄. Poteſt idem
introitus eſſe vox prelati in capitulo religioſo-
rum qua dicit eos debere deum laudare de tot
beneficijs ſpiritualibus quot data ſunt religio-
Oratio. ſis ⁊c̄. Oratio Deus qui fidelium mentes ⁊c̄
applicat introitum ad capitulum religioſorum
in quibus deus multa mirabilia fecit maxime
quia homines tam diuerſos genere et moribus
effecit vnius voluntatis in religione ideo petit
eis gratiā dei qua in p̄ſenti ament implere man
data eius et ardenter deſiderare promiſſa bona
Epiſtole argumentum. futura in quibus vera ſunt gaudia ⁊c̄ ¶Epiſto-
la Omne datum optimum ⁊c̄ Jacco.I eſt ſermo
p̄lati religioſoꝝ in ſua ꝯgregatione capituli pro-
uincialis.q̄ incitat eos ad modeſtiam/ſilētium/⁊
alias virtutes concernētes religionē Cuius ſunt
tres partes Prima oſtendit dei liberalitatem
Secunda ibi ſcitis fratres ⁊c̄ ſuadet taciturnita
tem Tertia ibi propter quod ⁊c̄ concludit manſue
tudinem Imprimis Jacobus i ſupplātator reli- Prima ps eple.
gioſorum bonus p̄latus allegans diuinam libe
ralitatem erga religioſos qui nihil habent i hoc
mundo et tamen abundanter deus ꝓuidet eis
ait chariſſimi fratres in chriſto ieſu.ſcitote ꝙ om
ne datum optimū in bonis temporalibus ⁊ om-
ne donū pfectum in ſpūalibus quod habēt reli-
gioſi non eſt ab hoībus ſed deſurſum eſt deſcen
dens ad nos a patre luminū deo qui dat lumē
corporale ⁊ ſpūale nam ipſe miraculoſe ꝓuidet
de neceſſarijs ad ſalute corporis ⁊ anime tot reli
gionibus/ac religioſis in mūdo nec putetis ꝙ in
poſterū ceſſabit nobis dare eadē bona quia apō
eum non eſt trāſmutatio voluntatis nec viciſſitu
dinis i alteritatis ſcietie obumbratio i q̄ eſt vm-
bratica ⁊ obſcura ſcientia.quicquid enim deꝰ ho
die ſcit ⁊ vult ab eterno ſciuit ⁊ voluit ⁊ hoc facit
non ex meritis noſtris.ſed quia voluntarie i gra
tis genuit nos ſpūaliter in filios ſuos verbo ve-
ritatis i p̄dicatiōe ſanctoꝝ patrum q̄ has religio
nes inſtituerunt vt ſimus nos religioſi initiū ali
quod creature eius i noue reformatiōis eccleſie
ſue q̄ ab apoſtolo Paulo dicitur noua creatura
in chriſto ieſu qui ergo nos filios ſuos fecit ipſe
nobis neceſſaria miniſtrabit ac prouidebit ſi nos
(vt decet)boni filij fuerimꝰ Scitis ergo i ſcire de Scda ps epiſtole.
betis fratres mei dilectiſſimi quid oporteat vos
facere ad captandā eius beniuolentiā ſit omnis
religioſus velox i promptus ad audiendum ſui
p̄lati mandatum cum effectu ⁊ tardus i verecū-
dus ad loquendum in publico apud ſeculares
⁊ ſi ab aliquo ledatur iniuſte ſit tardus ad iram
i non cito q̄rat vindictam ſed ſeruet pacientiam
ira enim viri i robuſti et animoſi hoīs iuſticiam
dei i virtutem nō operatur imo ꝯturbat rationē
⁊ omnem rectā actione quod eſt maxime contra
profeſſionem religioſoꝝ qui inſtitutus eſt in hu-
militate/obediētia/modeſtia/⁊ ſilentio vt ſit alijs
exeplar virtuoſe vite Propter quod i vt oſtēda- Tertia ps epiſtole.
tis in vobis predictas virtutes ſitis o fratres mei
abijcientes a vobis omnem immūdiciam carna
lium vitioꝝ ⁊ habundantiam malicie i ire/odij/
⁊ aliorum vitiorum ſpūalium ⁊ ſuſcipite in man
ſuetudine/ac modeſtia q̄ ſunt virtutes contrarie
inſitum verbum i doctrinā veſtre regule a prin-
cipio vobis inſerte quod poteſt faciliter ſaluare
animas veſtras ꝑ opera conſiliorū addita prece-
ptis hoc nō poſſunt tā faciliter alij ſecularibꝰ ne-
gocijs impediti Eadē epiſtola in eodē ſenſu mo
raliter facit ad modernos fideles ſeculares ſiue
clericos/ſiue laicos vt ſeruent p̄dictas virtutes
quibus p̄mium promittitur glīe reſurrectionis fu
ture Primum aleluia Dextera dñi fecit virtutē Primum aleluia.
⁊c̄ pſal.117 concordat introitui quia laudat deū
de virtute glorie ſue contra mortem nature hu-
mane quam exaltauit per gloriam reſurrectiōis
vtriuſqꝫ chriſti. Secūdū aleluia.Vado ad eū.⁊c̄ Secundū aleluia.

Ex euangelio hodierno expedit ſe prelatus religioſorū a ſuo capitulo vt intendat ſue cōtemplationi vel viſitationi ⁊c. Quedā eccleſie dicūt aleluia de Magdalena ardes eſt cor meū ⁊c.eo q vt ſepe diximꝰ ipſa ſignificat religione ¶ Euangeliū Vado ad eū ⁊c.ex Joānis 16 videt inſinuare mundi purgationē futurā per religioſos ante reſurrectionem generalem mortuoꝝ Et primo religiones promittit. Scdo ibi et cū venerit ⁊c eax actus deſcribit. Tertio ibi cum autē venerit ⁊c hoīes ad reſurrectionē diſponit In illo ergo tpe quo eccleſia myſteria reſurrectionis celebrat dixit ieſus per ſuos prelatos ac predicatores diſcipulis ſuis i.chriſtianis in officijs eccleſiaſticis vado ad eum qui miſit me i. ad deū per gloriā corporis dirigo ſeruos meos et nemo ex vobis i. valde pauci interogat me de fine pdicto dicens quo vadis qꝛ parū cogitatis de illo ſola hec preſentia cōtemplantes Sed qꝛ hec locutꝰ ſum vobis de illa finali gloria beatoꝝ. triſticia impleuit cor veſtrum propter negligentiā preteritā/et propter longam ſpē futurā.ſed ego veritatē dico vobis expedit vobis imo eſt valde neceſſarium ad conſumationē glorie veſtre: vt ego vadā ante vos dirigēdo iter veſtrum per meā doctrinā ac perinde mittēdo predicatores qui eā vobis predicent. ſi eīm ſic non abiero corā vobis paraclitus i conſolator ſpiritꝰ dei bonus nō veniet ad vos vt tollat hanc triſticiā ſi aūt abiero per hanc viā mittam eū ad vos conſolandū.q d per religioſorum predicationem conſolabitur aīa veſtra in deo vt ſit vobis via plana ad gloriā beate reſurrectiōis. Et cū venerit illa cōſolatio ſpiritusſancti per religioſoꝝ predicationē: ille ſpūs arguet mundū i. hoīes de peccato/de iuſtitia/⁊ de iudicio ad hūc ſenſum de peccato qđ habent/de iuſticia quā nō habent/et de iudicio qđ non timēt arguet ꝙppe iudeos per teſtimonia prophetarū ſuoꝝ de peccato infidelitatis qꝛ non crediderūt in me vnicū ſaluatorē eorū de iuſticia vero i. de virtute quā non habēt arguet paganos per autoritates philoſophorū ſuoꝝ.qꝛ ad patrē vado i dirigo hoīes per eos et iā nō videbitis me.i licet nullā exteriore reuelationē a me acceperint philoſophi/ neqꝫ me viderint de iudicio aūt qđ non timēt arguet malos chriſtianos p voces apoſtolorū.qui rigore iuſticie mee declarant vel ex hoc maxime qꝛ princeps huiꝰ mundi i mundanoꝝ diabolus iā iudicatꝰ eſt.i.condenatus ad penā eternā.cū quo ⁊ ipſi dānabuntur qui iudiciū dei non timēt.Adhuc aūt multa alia de his que religioſi predicabunt cōtra mundanos habeo vobis dicere ſed relinquo ea qꝛ non poteſtis portare modo minꝰ bene diſpoſiti portabitis vero quādo fueritis magis eruditi patet itaqꝫ ꝙ ſpūſſanctꝰ per ora pdicatorū religioſorū arguendo mundānos de vicijs ſuis purificabit mundū et diſponet ad gloriā future reſurrectionis Cum aūt venerit modo pdicto ille ſpiritꝰ veritatis i doctrine vere inſpirator docebit vos omnē veritatē neceſſariā ad ſalutem.nō enim loquetur predicator religio[illegible] a ſe metipſo ſe quecūqꝫ audiet per internā inſpirationem dei.loquet in ſua predicatione et que ventura ſunt i gaudia future reſurrectionis ſanctorum annūciabit vobis de propinquo ventura ille pdicator uel ſpūſſanctus per eū me clarificabit.i. clarum/excelſum/ ⁊ glorioſum faciet in multis gentibus ad deum conuerſis ⁊ me colentibus et merito quia de meo i.mea ſcientia ⁊ gratia accipiet.et annunciabit vobis multa ſecreta diuina.

*Euāgeliū argumentum.* *Prima ps euangelij.* *Tertia ps euāgelij.*

¶ Moraliter vero quia hec dñica eſt media inter paſcha/⁊ penthecoſten ꝓperatqꝫ ad aſceſionem de vtraqꝫ futura feſtiuitate facit mentionē primo de aſcenſione in eo quod ait vado ad eum qui miſit me ⁊c deinde de miſſione ſpiritusſancti cū ſubdit et cum venerit ille arguet ⁊c repreſentat eīm hoc officium chriſtū apparetem ſuis diſcipulis ante aſcēſionem/et penthecoſten ⁊ ita loquit ac ſi eſſemus in eo tpe quo talia myſteria cōtigerūt.⁊ facit hec cōmemoratio ad noſtrā inſtructionē vt erigamꝰ noſtrā ſpem ad deum dicēte apoſtolo Coloſ 3 que ſurſum ſunt querite non que ſuper terrā ⁊ preparemus nos ad feſta ventura expurgātes in nobis oīa vicia quatenus apti ſimus recipere ſuperna dei dona ⁊ illuminari circa veritatē vite ⁊ iuſticie ac ꝓuidere circa futura agenda ⁊c. *Moralitas.*

¶ Cantus offertorij geminato principio Jubilate deo vniuerſa terra ⁊c.pſal 65 reſonat leticiam beatoꝝ reſurgentiū in octaua etate: de qua fecerat mētionem finis euangelij qui ſeipſos incitāt ad laudē dei pro magnitudine beneficiorū eius in eos Secreta oratio Deus qui nos per huius ⁊c offert deo ſacrificium euchariſtie pro fidelibus huius tēporis petens eis dari gratiā ad operādū veritatē vite agnitā *Offertorium.*

¶ Cōmunio Dum venerit paraclitus ⁊c ex euāgelio hodierno decantat purgationē mūdi per religioſos fiēdā circa finē Finalis oratio Adeſto nobis ⁊c. applicat ad purgationē fideliū noſtri tēporis ⁊c. *Colo.*

## ¶ Caput ſeptuageſimūnonum de dñica quinta poſt paſcha ſub qua etiam fiunt rogationes.et preter gaudiū reſurrectionis quod reſonat capitulū religioſorum continuat



Ita ſe habet hec quinta dñica ad quartā precedentē ſicut ſe habuit tertia ad ſecundam i qꝛ eādem materiā pertractat cū precedēte ad magis declarandū eam.et hoc verum eſt tam in matutinis quā in officio miſſe *Argumētū officij.*

¶ Cuius introitus Vocē iocūditatis ⁊c.Eſa 64 ſanctos octaue etatis introducit ſeſe cōmonētes ad dei laudem annūciādam propter magna eius beneficia eis cōceſſa maxime ꝓpter reſurrectionē qua liberauit dñs populum ſuū a morte/⁊ omni penalitate Verſus Jubilate deo ⁊c pſal 65 cōfirmat eādem ſententiam alijs verbis clarioribꝰ ex nimia affectione *Introitꝰ miſſe.*

Oro. Deus a quo bona cūcta ⁊c applicat introitū ad modernos fideles/vel ad religioſos in ſuo capi- *Oratio.*

tulo congregatos petens eis inſpiratonē gratie dei ad recte cognoſcēda/ꝛ operanda ea que agēda ſunt ad laudē dei et ꝓximorum edificationē

Epl'e argumentū ¶ Epiſtola Eſtote factores ꝛc. Jacobi i eſt ſermo prelati religionis ad fratres ſui capituli. Jn quo primo reprehēdit ſimulatos Scd'o ibi qui aūt preſpe ꝛc. collaudat bonos religioſos Tertio ibi religio mūda ꝛc. inſtruit vniuerſos

Prima ps eple. Ergo Jacobus i prelatus religioſoꝝ ait eis. chariſſimi fratres eſtote factores i. operatores verbi i regule veſtre non auditores tātū quales ſunt ypochrite. qui putāt ſe deū/et hoies decipere cum tamē potius fallant ſeipſos perdētes ſ theſaurū virtutis pro vili ꝑcio humane laudis qꝛ ſi quis auditor eſt verbi in moralib9/et nō factor: hic cōparabitur ꝑ ſimilitudinem viro cōſideranti. i. aſpicienti vultū natiuitatis ſue i. faciē ſuam naturalē in ſpeculo corporali. nam poſtq̄ cōſiderauit ſe abijt et ſtatim oblitus eſt qualis fuerit propter viſionis ſpecularis imperfectionem que eſt ꝑ radios fractos/ꝛ non rectos ideo ſua inſpectio parū eſt ſibi vtilis Jta in moralibus ſpeculum eſt liber bone doctrine. vt ſacra ſcriptura/vel regula religionis ꝛc qui aūt ſolum ſpeculatiue/ꝛ non applicando ad opus eam legit parū ꝓficit quia ſtatim oblitus eſt licet videat eam optime callere

Scd'a ps epiſtole. Econtra vero qui bene ꝑſpexerit practice in lege perfecte libertatis. i. in doctrina religiōis que facit homines liberos et ꝑmanſerit in ea i. ꝑmanēter vixerit ſcd'm eam non quaſi auditor obliuioſus de quo diximus ſed factor operis illius ad qd' dirigit illa doctrina hic erit beatus ꝑ ſpem in facto ſuo nam opa virtuoſa beatitudines dici ſolēt in ſacra ſcriptura eo q' diſponūt hominē ad beatitudinem verbi cauſa ſi quis putat ſe religioſum eſſe ex quo talē ſe oſtēdit exterius in habitu corporis et non refrenat linguā ſuam. cui tn̄ ſua regula ſilētium/ꝛ patientiam indicit ipſe vero eam non ſeruat ſeducens cor ſuū potiuſq̄ deum huius ſ talis hois vana eſt religio qꝛ ad nihil ei ꝓderit imo nocebit ei facto reo maioris pene bene autem obſeruāti regulam ſue religionis magnum lucrū accreſcet ex ea eritq̄ ſibi vtiliſſima religio ad ſalutem anime

Tertia ps epiſtole. Ergo vt cōcludamus vno verbo ſermonē inceptum religio i. vita religioſi mūda/et immaculata apud deū et patrē i prelatum ſuū vt nihil inueniat in eo caſtigandū hec eſt. ſ viſitare pupillos/et viduas/ꝛ alias miſerabiles ꝑſonas in tribulatione eorū et ferre eis auxiliū iuxta poſſibilitatē ſuam et hoc quātum ad religiones vite actiue et immaculatum i ſine macula infamie/ꝛ carnalis culpe ſe cuſtodire ab hoc ſeculo abſconditum intra clauſtrum ſui monaſterij et hoc quātum ad religiones vite contēplatiue. Hec ꝛ alia multa his ſimilia ꝓdicat bonus prelatus in ſuo capitulo inſtruēs religioſos que etiam adaptari poſſent ad fideles ſeculares quaſi dicta a ſuo epiſcopo vt viuāt ſcd'm qualitatem huius tēporis ſancti et immaculati corā deo et ſuo prelato Nam vt diximꝰ tēpus reſurrectionis nouitatē vite ſignificat que eſt moralis reſurrectio preparans nos ad futuram reſurrectionis gloriā quā ſperamus ꝛc

Primum aleluia. Primū aleluia Surrexit chriſtus et illuxit nobis ꝛc dat cauſam reſurrectionis noſtre future ex reſurrectiōe chriſti preterita alij dicūt ad idē ꝓpoſitū Surrexit altiſſimus de ſepulchro ꝛc

Secūdū aleluia. Scd'm aleluia vſq̄ modo non petiſtis ꝛc ex hodierno euāgelio exhortatio eſt prelati ad ſuos religioſos in fine capituli vt petant officia religionis diſtribuenda per magis idoneos Alij cātant Exiui a patre et veni ꝛc ex eodem euāgelio et ex perſona prelati religioſoꝝ ſe expedientis a capitulo ꝛc

Euāgeliū argumentum. ¶ Euangeliū Amen amen dico vobis ꝛc Joānis 16 firmat in nobis ſpem future reſurrectionis noſtre incitādo nos ad petēdum accelerationē, eius a deo cuius ſunt tres partes Prima eſt incitatiua Scd'a ibi. hec in ꝓuerbijs ꝛc. eſt declaratiua Tertia ibi dicunt ei ꝛc eſt cōgratulatiua

Prima pars euāgelij In illo ergo tēpore reſurrectionis repreſentatiuo in eccl'ia dixit dn̄s Jeſus per ſuos prelatos/ꝛ predicatores diſcipulis ſuis i. chriſtianis oibus Amen amen i. per omnimodam certitudinē dico vobis q' ſi petieritis patrē celeſtem qui eſt deus quid in noie meo quod eſt Jeſus ꝛ ſonat ſaluationē i aliquid pertinens ad veſtram ſaluationē tam corporis q̄ anime dabit illud vobis cū ſit petitio iuſta qꝛ ipſe eſt iuſticia et ſeipſum negare non poteſt vſq̄ modo in officijs precedētibus non petiſtis quicq̄ in nomine meo. quia forte non audebatis pre magnitudine rei cogitātes gloriam dn̄ice reſurrectionis nunc autem appropinquātes aſcenſioni chriſti petite a deo ſalutē veſtram/ꝛ accipietis eam. ex quo habetis aduocatū apud patrem qui interpellat pro vobis et continuate petitionem vſq̄ ad gloriā future reſurrectionis vt gaudiū veſtrū plenum ſit in vtraq̄ ſtola glorie

Scd'a ps euāgelij Hec que pertinet ad reſurrectionem veſtram locutus ſum vobis in officijs precedētibus in ꝓuerbijs i ſub figuris ꝛ parabolis aliarum rerum vt ptꝫ ex euāgelijs quattuor precedētium dn̄icarum que licet de veſtra reſurrectione agerēt. tamen obſcure/ꝛ enigmatice nūc aūt iam venit hora i tēpus aſcēſionis ꝛ pēthecoſtes vbi iam non loquar vobis in ꝓuerbijs ſed palam de patre meo annūciabo vobis declarādo eius beniuolētiam/et libertatē erga vos qui eſtis regnum eius nūc quidē mortale ꝛ fragile. poſtea vero virtuoſum/ac glorioſum. in illo die aſcēſionis/vel penthecoſtes petetis audacter in noie meo i pertinētia ad ſalutem quā ſignificat nomen meū Jeſus ꝛ nunc ante predictū feſtum dico vobis vt confidēter petatis qꝛ ego rogabo patrē de vobis i pro vobis vt facilius impetretis que petetis ipſe enī pater amat vos propter me: qꝛ vos me amaſtis/ꝛ credidiſtis tanq̄ filium ab eo miſſum qꝛ a deo exiui per incarnationē et veni in mūdum agēs myſteria veſtre reparationis. et nūc iterum relinquo mūdum per aſceſionem meā/et vado ad patrē vt ſedeā cum eo in gloria coequalis/et procurem vobis gloriā reſurrectionis

Tertia ps euāgelij. His auditis fideles gauiſi ſunt de tāti boni promiſſione: ꝛ dicunt ei. ecce nunc palā loqueris

nobis dñe de gloria future reſurrectionis noſtre et ꝓuerbium nullum dicis.i.non enigmatice loquens animādo/ ꝛ incitando nos ad petendum tantū bonum Nunc aūt.i.ex hoc ſigno tui amoris erga nos ſcimus clare quia ſcis omnia bona ad nos pertinentia/ et vis ea nobis dari a patre tuo ꝛ nō eſt opus vt quis noſtrū te interroget rogans vt concedas nobis ea vt deus/vel intercedas pro nobis vt homo ſed potius tu nos incitas ad petēdum vt te liberalē oſtendas nobis in hoc ergo credimus quia a deo exiſti ꝓpter noſtrā ſalute quā tātopere ꝓcuras Quomodo autem hoc euangelium ad prelatum religioſorum pertineat:inſinuauimus in ſecūdo alleluia ¶Moraliter vero prelatus bonus in hoc tempore quo mox futura eſt aſcenſio domini incitat nos ad petendū dona gratiarū a deo qꝛ chriſto in celum aſcēdente habemus apud deū aduocatū ſapientiſſimū.i Joannis 2 auxiliatorē ſollicitū. Deuterono 33 et fratre viciniū Heb 2. Debemus ergo iſto tepore formare petitiones/ ꝛ dirigere eas ad noſtrū aduocatum vt docet apl's ad Phil' 4. petitiones veſtre innoteſcāt apud deū ad noſtrū adiutorē.ps 142 Emitte manū tuā de alto ꝛ libera ꝛc. ad noſtrum fratrē vt trahat nos poſt ſe Canticoꝝ.i.ꝛ ꝓpterea dicit petite ꝛ accipietis ꝛc. Et quāuis omni tēpore ſit petēdum a deo tñ in huius quinquageſime fine tria tpa elegit eccl'ia ad orationes maxime apta Primū ante aſcēſionē vbi fiūt letanie. que ſunt petitiones porrecte aduocato ſuo ad curiā celeſtē eunti Scdm inter aſcenſionē/ꝛ penthecoſten.exēplo apoſtoloꝝ qui eo tpe erant pſeuerantes in oratione vt acciperēt dona ſpūſſancti Actuū i nā rege iam cōfirmato in ſuo regno larga munera dari ſolēt militibus Tertiū poſt pēthecoſten qñ ſimul ieiunia cū orationibus inſtituit eccl'ia petens a deo vt munera gratiarū fidelibꝰ collata in pēthecoſte cuſtodiat/ et cōfirmet.ps 67 Cōfirma hoc deus ꝛc ¶Cantus offertorij.Benedicite gentes dñm ꝛc ps 133 vox eſt fidelis populi deū laudantis de predicta promiſſione future glorie in octaua etate vbi erit vita perpetua/et ſtatus beatoꝝ fixus ſine cōmotione ꝛ ſup hac miſericordia ꝓmiſit ſe exauditurum petitiones noſtras imo ex abundātia charitatis ipſe nos incitat ad petēdum Secreta oratio. Suſcipe dñe ꝛc offert deo ſacrificiū euchariſtie pro fideli populo preſente petēs ei gratiam perueniēdi ad gloriam reſurrectionis ¶Cōmunio Cantate domino ꝛc pſal' 97 incitat fideles ad laude dei ꝛ vt continue annūcient in eccl'iaſticis officijs ſalutē nobis a deo ꝓmiſſam ſ in octaua etate reſurgētium Finalis oratio.Tribue nobis ꝛc. petit preſentibus gratiā qua ꝛ deſiderent et petant confidēter premiū future glorie:et tandem ad eam percipiēdam perueniant ꝛc

Moralitas. · Offertorium. · Cōis

¶De letanijs paucula

EX predicto officio incitata eccl'ia fidelium ad petendum a deo fiducialiter ea que neceſſaria ſunt ad ſalutē aie ꝛ corporis inſtituit hos tres dies rogationū / ꝛ ꝓceſſionum ad varias eccleſias quaſi inquirēs varios ſanctos dei amicos q̄ pro ea intercedāt et in ſuis orationibꝰ petit vniuerſa ſibi neceſſaria incipiēs a minoribus.i.corporalibꝰ bonis et procedēs per mediocria que ſunt bona aie vt gratia ꝛ virtutes tādem peruenit ad maiora alteriꝰ vite bona hoc ē gloriam aie ꝛ corporis que in octaua etate futura ſperamus Ponunt vero duo officia miſſalia in letanijs alterū in feria ſcda.alterum in quarta que eſt vigilia aſcenſionis quorū expoſitionem: qꝛ ſatis bene tradita eſt in ſexto libro rationalis. nec aliam inuenimus hiſtoricam que pertineat ad octauam etatē reſurgentiū.conſulto ea relinquimus intacta cōtenti p̄dicta expoſitione libri rationalis cum quibuſdam homelijs ꝛ ſermonibus cōmunium doctorum

¶Itē de aſcenſione breuis reſolutio

FEſtum aſcenſionis dñice p̄ter ſenſum litteralem ꝛ moralē qui ſatis cōes ſunt in p̄dictis expoſitoribus vix adaptari poteſt myſterijs octaue etatis reſurgentiū niſi dicamꝰ q̄ ſicut chriſtus verus quadrageſimo die a ſua reſurrectione triumphator aſcēdit ad regnū eternū celorum ita ꝛ chriſtus myſticus.qui eſt fidelis populus poſt labores ſexte etatis( que numero q̄dragenario ſignificatur vt diximus in dñica prima quadrageſime ) et in qua p virtute ſacramētorū eccleſie moraliter reſurgit ad vitā gratie vel etiā glorie ſemiplene ſeptime etatis ſublimabit in magno triumpho ꝛ victoria cōtra diabolum ꝛ mundū ad regnum eternū glorie conſumate in celis.et tunc abſorpta erit mors humane nature in victoria vt apoſtolꝰ ait Ad hūc ergo ſenſum licet ſatis difficulter poſſet exponi officium miſſe aſcenſionis de chriſto myſtico ſed hoc relinquitur arbitrio cuiuſlibet ſapientis

## ¶Caput octuageſimū de

dnica ſexta poſt paſcha · inqua de ſpōſi abſentia eccleſia conſolatur et ad deū dirigitur ac eleuat.



LIcet autē tempus reſurrectionis a paſcha te vſq; ad penthecoſtē cōputetur quantū ad multa in officijs eccleſiaſticis tamē quātum ad ſignificationē glorie reſurgentium terminari dicitur in feſto aſcenſionis vt viſum eſt ideo hec dñica ab eodem feſto incluſa ſolā moralē affert intelligentiam vt pote cuius officiū incitat fideles ad ſpiritualem aſcenſionem poſt chriſtum caput ſuum qui aſcendit iter pandens ante eos velut aquila prouocās ad volandū pullos ſuos cōmemorat etiā tempus illorū decem dierum quibus apoſtoli māſerūt quaſi orphani et tota illa p̄mitiua eccl'ia facta eſt quaſi vidua erātq; pſeuerantes in teplo cum multis orationibus/ ꝛ ieiunijs. et tūc impletum eſt quod chriſtus de eis dixerat Matthei 9 veniet tempus cum auferetur ab eis ſponſus ꝛ tunc ieiunabūt ꝛc. In matutinis ergo

Argumētū officij · Matutini

huius dñice/⁊ per horas diei omnia cantãtur de
aſceſione dñica excepto proprio euãgelio huius
diei cũ ſua homelia Miſſale vero officiũ huius
dñice totum intendit conſolationi eccleſie/eiuſq;
exhortationi circa moralẽ/vel ſpiritualẽ aſcenſio

Introitus miſſe

nem in celũ ¶ Unde introitus Exaudi dñe vo-
cem meã ⁊c ex pſal' 26 eſt oratio primitiue eccl'ie
deũ inuocãtis ne eam derelinquat / vel obliuio-
ni tradat interius ſicut derelicta videt̃ exterius
ſine ſuo ſponſo ad quẽ ſemp̃ dirigit cor ſuũ que-
rẽs vultũ eius cum magno deſiderio ſicut ſolet
ſponſa deſiderare vultum ſpõſi abſentis ſcribẽs
ad eum ne auertas faciẽ tuam a me ⁊c Verſus
Dñs illuminatio mea ⁊c principium eiuſdẽ pſal
mi cõfortat et confirmat ſpem eccl'ie in abſentia
ſpõſi vt nihil debeat timere ex quo ipſe eam illu

Oratio.

minat ſua viſitatione ſpirituali Oratio. Omnipotẽs
ſempiterne deus ⁊c applicat eãdem ſententiã ad
eccleſiã preſentẽ que in ſuis officijs illud tẽpus
repreſentat. petẽs gratiã qua deuote contẽpletur
aſcẽſionis myſteria et recte deo ſeruiat expectãs

Ep'le argumentũ

conſolationẽ aduẽtus ſpũſſancti. ¶ Ep'la Eſtote
prudẽtes ⁊c I Petri 4 eſt ſermo apl'i Petri ad
cõdiſcipulos in illo decẽ dierũ interuallo ac etiã
moderni prelati ad ſubditos ſuos de exercitio
oportuno in hoc tẽpore intermedio habet tres
partes Prima notat virtutes interiores Scd'a
ibi hoſpitales ⁊c docet actus exteriores Tertia

Prima ps eple

ibi ſi quis loquit̃ ⁊c dirigit intentiones Dicebat
itaq; princeps eccl'ie ad alios fideles chariſſimi
fratres mei in chriſto Jeſu exercete vos in virtu-
tibus ſanctis tam moralibus q̃ theologicis mo
raliũ maxima eſt prudẽtia ideo eſtote prudẽtes ſ
rectã rationẽ agibilium ſequẽtes ⁊ vigilate i pſe
uerate in orationibus ad impetrãdum auxilium
gratie dei vbi deficit humana prudentia ante oĩa
aũt ⁊ ſup oẽs virtutes ſitis habentes mutuã vo-
biſmetipſis charitatẽ que eſt maxima virtutum
theologaliũ charitas eñ operit multitudinẽ pec-
catorũ. i. tollit peccata/⁊ facit q̃ non appareant in

Secũda ps eple.

iudicio dei Exercete etiã vos in actibus bonis
erga proximos hoc eſt ſitis hoſpitales. i. recipiẽtes
vos in hoſpitijs inuicẽ ſine murmuratione ⁊ fati-
gatione imo vnuſquiſq; veſtrũ ſicut accepit gra-
tiã ⁊ bonũ aliquod a deo ita cõmunicet illud pxi
mo ſuo adminiſtrãtes ⁊ ſeruiẽtes ſitis in alteru
trũ ſicut boni diſpenſatores multiformis grẽ dei
in familia ſua non ſicut proprietarij ⁊ dñi bonorũ
que habetis qz oẽs ſumus villici/aut procurato-
res magni illius patriſfamilias ⁊ aliquãdo red-
dituri ſumus ei rationẽ nr̃e villicationis ⁊ diſpẽ-
ſationis ſuorũ bonorũ in vſus rectos hoc eſt in ne-

Tertia ps epiſtole

ceſſitates proximorũ Nec ſufficit bona adminiſtra-
tio niſi etiam adſit et bona intẽtio ⁊ q̃ fiat propter
deũ. ideo ſi quis loquit̃ ⁊ p̃dicat/vel ſuadet pxi-
mis loquat̃ quaſi ſermones dei ⁊ ac ſi mitteretur
a deo/vel eſſet nũcius dei et nõ loquẽs ex propria
phantaſia/vel in pſona ſua ſi quis etiã miniſtrat
⁊ diſpẽſat bona ſua in proximos hoc faciat tanq̃
ex virtute ⁊ ſubſtantia quã adminiſtrat ſibi deus
qui eſt verus dñs talium bonorum. ita ergo fa-
cite opera veſtra vt in eis omnibus honorificet̃
deus inſpirator omniũ bonarũ actionum ⁊ non
queratis vobis honorẽ/aut gloriã hominum ſed
gloriã apud deum per Jeſum chriſtũ mediatorẽ
et aduocatum/ac dñm noſtrũ poſt quẽ ſi vultis
mentaliter aſcẽdere in celum opus eſt vt vacetis
predictis operibus charitatis/et miſericordie er-
ga proximos vnde ⁊ mons oliueti a quo chriſtus
aſcẽdit miſericordiã ſignificat que eleuat nos in

Primum aleluia

celum ⁊c Primũ aleluia Regnabit dñs ⁊c ps
95 perſonat gaudiũ fideliũ de aſcenſione chriſti
non ſolũ in celum ſed etiã ſup totum mũdum ei

Secũdũ aleluia.

ſubiectũ per fidẽ et deuotionem Scd'm aleluia
Non vos relinquã orphanos ⁊c Joãnis 16 vox
eſt chriſti conſolãtis eccleſiã ſuam de ſua abſen-
tia promittenſq; eis ſuam viſitationẽ frequẽtem

Euãgelij argumentum.

¶ Euangeliũ Cum venerit paraclitus ⁊c. Joã
nis 15 promittit ſpiritũſanctum conſolatorẽ ec-
cleſie ſue cõtra oĩa contriſtãtia que in hoc mũdo
poſſunt occurrere Ubi primo deſcribitur aduen
tus ſpũſſancti Scd'o ibi hec locutus ſum ⁊c. pre-
dicitur aduerſitas mũdi Tertio ibi ſed hec ⁊c p-

Prima ps euangelij.

mittitur veritas chriſti In illo itaq; tẽpore inter
medio decem dierũ dixit dñs Jeſus diſcipulis
ſuis relictis in terra hec verba cõſolatoria Cum
venerit paraclitus in die pẽthecoſtes quem ego
mittã vobis ſigno viſibili a patre/et a me proce-
dentẽ ſpiritũ ⁊ inſpiratorẽ veritatis. i. vere/ac ſan-
cte doctrine ille teſtimoniũ perhibebit de me per
os veſtrũ ⁊ vos eo repleti teſtimoniũ perhibebi-
tis de me quis ⁊ qualis ego ſim/⁊ ad quid vene
rim in mũdum eritiſq; idonei teſtes qz ab initio
mee predicationis mecum eſtis teſtes oculati et
hanc animi firmitatẽ in vobis faciet ſpiritusſan-
ctus vt libere poſſitis teſtificari de me publice

Scd'a ps euãgelij.

predicantes fidẽ catholicam Uerũtamen propter
veritatis teſtificationem/et predicationẽ mũdus
vos perſequet̃ ego aũt hec loquor vobis premu
niẽs vos vt non ſcãdalizemini quãdo venerit p-
ſecutio primo eñ abſq; ſinagogis facient vos i.
eijciet vos tanq̃ ſeductores hoim imo venit ho-
ra ⁊ tẽpus tale in mundo vt oĩs qui interficit vos
arbitret̃ ſe obſequiũ preſtare deo propter ignorã-
tiã ſ qua putabunt hoies doctrinã veſtrã eſſe fal
ſam/et deo inimicã hec et alia multa mala faciet
vobis qz non nouerũt patrẽ ⁊ potentiã dei neq;
me ſapiẽtiam dei ideo credent ea que vos predi-
cabitis eſſe deo impoſſibilia/vel irrationabilia ⁊
propterea pſequẽtur vos putãtes ſe iuſte agere cõ-

Tertia ps euãgelij.

tra ſeductores Uos ergo filij mei eſtote parati
ad tollerandam eorũ inſipiẽtiam et habete ſpem
in dño q̃ per ſpiritũſanctũ ſuũ illuminabit vos
vt cognoſcant veritatẽ ⁊ ſic illi qui vos perſeque
batur vno tẽpore honorabũt vos alio tempore
Ego aũt hec locutus ſum vobis anteq̃ predicta
fiant vt cum venerit hora eorũ ⁊ tempus eis con-
ceſſum a deo ad perſequendũ vos reminiſcami-
ni qz ego hec dixi vobis vt non miremini ſed po
tius copatiamini eis tanta cecitate depreſſis et

Moralitas.

oretis pro eis vt liberẽtur a ſua miſeria ¶ Mo-
raliter vero in hoc euangelio notat̃ cauſa ⁊ finis.

aduentus ſpūſſancti ad cōſolandum deſolatos/ ad inſtruēdum ignaros/ad confortandum timidos ipſe enī cōſolatur lugētes ſeruos dei in hoc mundo de quibus dicit beati qui lugēt qm̄ ipſi conſolabūtur lugent quippe ſancti in hoc mundo quādoq; luctu deuotionis ꝓpter abſentiam diuine viſionis pſal. 41. Fuerūt mihi panes lachryme mee ꝛc̄ quādoq; luctu cōtritionis ꝓpter peccata preterita pſal. 118 Exitus aquarū deduxerūt oculi mei ꝛc̄. quādoq; luctu cōpaſſionis ꝓpter alienā miſeriā pſal. 78 Intret in conſpectu tuo gemitus cōpeditorum ꝛc̄ ſed oēs iſti luctus per ſpiritūſanctum vertūtur in gaudiū: et ꝓpterea vocatur paraclitus i. cōſolator. Ipſe etiam inſtruit ignaros. ꝓpterea dr̄ ſpiritus veritatis q2 ſ. inſpirat veritatē/ꝛ detegit mūdi falſitatem Hiere 16 vere mēdacium coluerunt patres noſtri ꝛc̄ Ipſe deniq; confortat timidos et ꝓpterea dicitur ꝙ teſtimonium perhibet de chriſto. patuit hoc in beato Stephano de quo dicitur Actuū. 7 ꝙ plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia ꝛc̄.

Offertorium.

¶ Cantus offertorij · Aſcēdit deus in iubilatione ꝛc̄. pſal. 46. gaudiū prenotat eccleſie/ſiue primitiue/ſiue moderne iam cōſolate de aſcenſione et abſentia chriſti: eo ꝙ fuit ad eius honorē: quia aſcendit in iubilatione. i. cū magno triūpho· ꝛ ad eccleſie vtilitatē: q2 vt mitteret eis conſolatorem. Secreta oratio Sacrificia nos dñe ꝛc̄ offert deo ſacrificiū eucharīſtie pro fideli populo ad obtinēdam mētium puritatē/ꝛ gratie vigorē.

Cōio.

¶ Cōmunio Pater cum eſſem cū eis Joānis 17 introducit chriſtū orantē pro ſua eccl'ia in terra derelicta: vt deus eam conſoletur/ꝛ cuſtodiat ab omni malo Finalis oratio Repleti dñe ꝛc̄. petit auxilium dei ad ſemper agendas et gratias de vniuerſis beneficijs ſuis ꝛc̄.

## ¶ Caput octuageſimūprimum de ſacratiſſimo feſto penthecoſtes quod finem faciēs ſcd̄e quinquageſime ad puritatē tertie ſe cōuertit· ꝛ cathecuminos ad baptiſmum recipit in eccleſiāq; introducit

Argumētū officij



Eptem diebus agitur in eccl'ia dei feſtum ſolenniſſimū pēthecoſtes i. quinquageſime: que ideo ſic dicitur: q2 eſt finis ſecūde quinquageſime leticie ꝛ ꝓpheta te tertie celebrat que eſt glorie nā ſcd̄a incepit a nocte ſabbati ſancti in qua primordia dñice reſurrectionis celebrata ſunt· et terminata eſt in nocte huius ſabbati penthecoſtes in qua incipitur ſolēnitas aduētus ſpūſſancti tertia vero incepit a ſabbato in albis/ꝛ terminabitur in ſabbato ſequēte hoc eſt in fine huius hebdomadis Unde cōſtat ꝙ iſte due quinquageſime habeāt quoſdā dies cōmunes/et quoſdā proprios cōmunicant enī in 43 diebus a dñica in albis vſq; ad hoc ſabbatū. ſed ſeptē dies hebdomade reſurrectionis erant ꝓprij ſecunde. ſicut ſeptē dies huius hebdomade ſunt proprij tertie quinquageſime. Quare intentio horū officiorum manifeſta eſt ad proprietate tertie quinquageſime glorie pertinens. licet in ſenſu litterali miſſionem viſibilē ſpiritusſancti in apoſtolos decantet: que ſeptē diebus peragitur ad ſignificandā ſeptiformē gratiam Yſaias de qua Eſa 11 ſpiritus ſapiētie ꝛ intellectus ꝛc̄. Et q2 ſtatū religioſoꝝ ad tertiam legē ſpūſſancti retulimus poterūt etiā hec officia ſpiritualē vitam eorū denotare: cui9 ſignū eſt q2 eccleſia hoc feſtū incipit a vigilia: in qua ſicut in ſabbato ſcto baptiſmū ſolēnizans cathecuminos recipit ꝛ incorporat ſibi. quoꝝ nouitas vite ita bene ſignificat p miſſionē ſpiritusſancti ſicut per reſurrectionē chriſti qđ etiam ſuperi9 de religioſis diximus in paſchate Videt tamen hec differentia attēdenda vtriuſq; ſabbati: imo ꝛ vtriuſq; feſtiuitatis ſ. paſchalis ꝛ pēthecoſtes. nā illa magis ad baptiſmū pertinet cathecuminoꝝ: hec v'o magis ad ꝯfirmationē baptizatoꝝ: eo ꝙ miſſio ſpūſſancti ſiue viſibilis vt in ap'lis/ ſiue inuiſibilis vt in nobis confirmat ꝛ corroborat vires animi ad ea que ſunt fidei ꝛ religionis ſcte Dimiſſo ergo ſenſu litterali ſatis claro ex cōmunibus gloſſis hiſtoricū proſequemur de ſtatu glie beatorū. cui moralē ſenſum addem9 de neophitis p quos etiā religioſi poterunt intelligi. Et ſuppoſitis lectionib9/tractibus/et orationib9/cum bñdictione fontis baptiſmalis: in quibus hoc ſabbatū cōcordat ſabbato ſancto: et ſimilē habet ſenſum fere.

Officium ſabbati.

Hec miſſa caret introitu eade ratione qua et illa ſed incipit a kyrie eleiſon. i. dñe miſerere· vt inclinet deū ad miſericordiā eccl'ie faciēdam maxime in bonis ſpiritualib9 alteri9 vite Oro Preſta q̄ſumus ꝛc̄. applicat eandē petitionē neophitis ꝓ bonis ſpiritualib9 hui9 vite. i. pro gratia dei eos firmante in bona vita incepta Epiſtola Factum eſt cum apollo ꝛc̄ Actuū. 19. manifeſte loquitur de neophitis quos poſt baptiſmum confirmauit gratia ſpiritusſancti Sed ad ſenſum hiſtoricum de gloria ſanctorū cum ſit ſabbatum ſignificās ſeptimā etatem videtur loqui de animabus ſanctis expectantibus reſurrectionē ſuorum corporū in qua baptiſmus vltimum conſequetur effectum ſuum quia ſ. tollet omnem corruptionē a natura humana que p peccatū originale fuerat inflicta vnde ꝛ beatitudo ſeptime etatis ſe videt habere ad beatitudinē octaue ſicut baptiſm9 Joānis ad baptiſmū chriſti q2 in octaua etate dabitur fidelibus plenitudo ſpiritusſancti et tūc loquētur laudes dei oībus linguis i. potētijs aie ꝛ corporis ꝛc̄ Aleluia et tractus ſunt eade que in ſabbato ſancto et eodē modo exponēda Euangelium Si diligitis me ꝛc̄ Joānis 14 promittit fidelib9 poſt ſeptimā etatē alium paraclitū. i. aliā conſolationē glorie in octaua etate q̄ manebit in eternū et animab9 ſeptime etatis ait ꝙ nō relinquet eas ſic orphanas. i. orbatas ſuis corporibus in eternū et hoc erit poſt modicū tempus huius ſepte etatis et tūc in illo die octaue etatis (cui nulla ſuccedet nox) ſancti plene cognoſcēt ac diliget

deum ꝛc̄ Similiter nouis chriſtianis iam bapti
zatis ꝓmittitur ſacramentū confirmationis poſt
modicū tēpus a baptiſmo quo plenitudine gra-
tie ſpūſſancti conſequātur ꝛc̄ Religioſi etiā con-
ſolantur poſt ſuā conuerſionē q̄ non relinquen-
tur orphani .i. derelicti a deo licet a mūdo videā-
tur relicti/atq̄ deſpecti .ideo p exercitium religio
nis conſequentꝰ cōſolationem ſpūſſancti in deo
quē mūdus capere non poteſt ꝛc̄ Offertorium.
Emitte ſpiritū tuum ꝛc̄. p̄s 103 eſt oratio fideliū
pro acceleratione illius glorie octaue etatis vel
conſolationis ſpūalis religioſoꝝ/aut cōfirmatio-
nis baptizatoꝝ. Secreta oratio. Munera dn̄e ꝛc̄.
offert deo ſacrificiū pro impetranda gratia ſpiri-
tusſancti preſentibus fidelibus Communio vlti
mo feſtiuitatis die ꝛc̄ Joānis 7 vocat vltimū diē
feſtiuitatis/vel hoc ſabbatum finē quinquageſi-
me ſcḋe de gaudio reſurrectiōis chriſti vel diem
iudicij generalis (qui eſt finis ſeptime etatis) vel
diem baptiſmi neophitoꝝ. vel diem profeſſionis
religioſoꝝ. quibus oībus abūdantia gratie ſpiri-
tusſancti ꝓmittitur Finalis oratio Gratiā tuam
queſumus dn̄e ꝛc̄. eandē gratiā petit preſentibus
Matutini diei. fidelibꝰ in ſenſu morali ¶ Expedito ſic breuiter
officio ſabbati in ipſo die penthecoſtes officium
nocturnum eade ratione qua in paſchate tribus
lectionibꝰ coarctatꝰ cū ſuis reſponſorijs ad ſigni-
ficādum diuinas perſonas que ſimul ꝛ indiuiſe
concurrūt ad conſummationē glorie beatoꝝ/ vel
ad conſolationē conuerſoꝝ/ſiue ad baptiſmū/ſi-
ue ad religionē Lectiones quidē ſunt de euāge-
lio cum ſua homelia Reſpōſoria cū antiphonis
pſalmoꝝ tam in nocturno q̄ȝ in laudibus ſumū-
tur ex epiſtola hodierna ſimiliter ꝛ p horas diei
Introitꝰ miſſe ¶ In officio vero miſſe huiꝰ diei introitus Spi-
ritus dn̄i repleuit ꝛc̄ ex primo caplo Sapientie
preter ſenſum litteralē de miſſione ſpūſſancti in
apoſtolos per quos etiā repleuit totū mūdum p
ſciētiam vocis/ac donū linguarū eis conceſſum
loquitꝰ p hiſtoriā de glīa beatoꝝ reſurgentiū qua
totā naturā humanā replebit donis ſpūalibꝰ et
hoc eius quod cōtinet .i. cōſeruat oīa creata .i. ipſe
deus ſciētiam habet vocis quā ſuis ſanctis tunc
cōmunicabit vt in ſecula ſeculorum laudet eum
etiam vocaliter in corporibus aſſumptis q̄ d ille
qui alijs creaturis dat eſſe/et ꝑmanentiā dabit ꝛ
ſanctis ſuis eternitatē ꝛ gloriā Verſus Omniū
enī eſt artifex ꝛc̄ ex eodē caplo dat ratione qua-
re hoc poſſit deꝰ facere Alij ponūt verſum Exur
gat deus ꝛc̄ vel cōfirma hoc deus ꝛc̄ ex p̄s 67
et eſt oratio ſanctoꝝ ad deū pro ſua ꝯfirmatione
in tali ſtatu glorie/vel gratie/ vel religionis ſan-
Oratio. cte Oratio Deus qui hodierna ꝛc̄ adaptat introi
tum ad fideles preſentes petēs eis ſapientiam/et
conſolationē ab eodē ſpūſancto qui aploꝝ corda
Eple argumētū repleuit/ꝛ docuit ¶ Epiſtola Dū cōplerentꝰ dies
pēthecoſtes ꝛc̄ Actuū 2. caplo hiſtoriā miſſionis
viſibilis ſpiritusſancti ad ſanctos apoſtolos fa-
cte olim adaptat octaue reſurgētium etati Vbi
primo ponitꝰ temporis qualitas Scḋo ibi ꝛ appa-
ruerūt ꝛc̄. ſanctoꝝ felicitas Tertio ibi erāt aūt ꝛc̄.

additur angeloꝝ mirabilitas Tempus genera- Prima pars eple.
lis reſurrectionis ſanctorū erit in fine ſexte pari-
ter ꝛ ſeptime etatis mūdi/ꝛ in fine religioſoꝝ. cui
attribuitꝰ ſeptenarius/et p conſequēs quinquage
narius reſultās ex ductu ſeptenarij per ſeipſum
addita vnitate. Ergo in diebꝰ illis finalibꝰ mūdi
huiꝰ dū cōplerentꝰ dies pēthecoſtes .i. q̄nquageſi
me ſcḋe que eſt totū tēpus regni religioſoꝝ erāt
iam oēs diſcipuli .i. chriſtiani ꝛ predeſtinati pari-
ter in eodē loco .ſ. glorie ſeptime etatis q̄ d poſtq̄ȝ
fuerit cōpletus numerus electoꝝ erit finis huius
vite mortalis ꝛ tunc factus eſt repēte de celo ſo-
nus .i. vox tube ſuſcitātis mortuos tanq̄ȝ adue-
niētis ſpūs .i. aīe rationalis redeuntis ad corpus
ſuū cum vehementi poteſtate ꝛ vox illa repleuit
totā domū .i. receptacula oīa animarū vbi erant
ſedētes .i. ſituate aīe pro qualitate ſuoꝝ meritoꝝ.
itaq̄ oēs anime ſanctoꝝ audient vocē illam tube
vocātis eas ad iudiciū et ſubito aſſumēt corpora
ſua ex virtute diuina/ꝛ reſurgēt a mortuis ad vi-
tam beatam. Cuius qualitas dec erit ꝛ apparue Scḋa pars epiſtole.
rūt eis diſpartite lingue dotū glorie tāq̄ȝ ignis .i.
claritatis celeſtis ſeditq̄ .i. ꝑmaſit ille ignis ſupra
ſingulos eoꝝ in eternū et repleti ſunt oēs .i. om-
niū corpora ſpiritusſancto .i. aīa glorificata p quā
ceperunt loqui dei laudes maximas varijs lin-
guis gratiarū ſibi conceſſarū: alia enī erit lingua
apoſtoloꝝ/alia martyꝝ/alia virginum ꝛc̄ hoc eſt
quilibet ſanctorum gradus ſuo modo laudabit
deū. nam de virginibus dicitꝰ Apocal 14. q̄ can-
tabūt canticum nouū quod nemo alius poterit
dicere ꝛc̄. quilibet etiā beatus oībus potētijs ſuis
tam corporis q̄ȝ aīe deū glorificabit ꝓut ſpūſſan
ctus dabit eloqui illis .i. inſpirabit ad laudandū
deū de beneficijs ſibi conceſſis ꝛ pro nature hu-
mane ſublimatione ad tātam gloriā qua efficiā-
tur hoīes equales angelis dei ꝛ de qua etiā ipſi
angeli admirentꝰ de quibus ſubditꝰ Erant aūt in Tertia pars epiſtole.
Hieruſalē illa celeſti habitātes a principio mū-
di iudei .i. cōfeſſores veritatis viri .i. viriles et reli-
gioſi .i. cultores dei ſancti angeli ex omni natio-
ne .i. natura angelica que ſub celo eſt .i. intra ce-
lum q̄ȝ non oēs angeli ſunt eiuſdem nature/vel
ſpeciei ſed ſunt in eis plurimi gradus/ ꝛ differē-
tie facta aūte hac voce reſurrectionis ꝛ glorifica-
tionis ſanctoꝝ hominū cōuenit ad hec videndū
multitudo angeloꝝ aſſociātium chriſtū iudice et
mente cōfuſa .i. admirata eſt q̄m audiebat vnuſ-
quiſq̄ angelus lingua ſua illos loquētes q̄ȝ ad
equale gradū glorie peruenerant hoīes cū ange
lis ſtupebant aūt oēs angeli et pro .i. mirabātur
de tāta exaltatione nature humane in membris
eccleſie ſicut prius admirati ſunt de exaltatione
eiuſdē nature in capite chriſto dicētes q̄s eſt iſte
qui venit de edom ꝛc̄ vt Dionyſiꝰ exponit admi
rabātur ergo angeli de hoībus fidelibus chriſti
dicētes nōne ecce oēs iſti qui loquūtur linguis
noſtris ſunt galilei .i. ꝑegrini/ volubiles/terreni/
et corruptibiles a natura ꝛ quomodo nos vide-
mꝰ eos exaltatos/ ac trāſlatos ad incorruptionē
noſtrā. et audiuimus eos loquētes linguam no-

ſtrã.i.habẽtes dignitatẽ noſtrã in qua nati i crea-
ti ſumꝰ Parti ⁊ Medi (ex noim interptationibꝰ
facile hec adaptant̃ ad ordines angeloꝝ) audi
uimus eos loquentes linguis nr̃is magnalia i.
magnas laudes dei Moraliter hec epiſtola cõ-
uenit nouiter baptizatis vel nouiter cõuerſis ad
religionem in quibus cõplentur dies penthecos-
ſtes i. Jubilei. ⁊ repẽtino ſonitu de celo trinitatis
replent̃ ſpũſſancto/⁊ loquũtur linguis ſanctoꝝ. ⁊
de coꝝ ſubita cõuerſione ac mutatione admiran
tur non ſolum hoies ſed etiam angeli in celo ⁊c̃.
Primum aleluia. Primũ aleluia Emitte ſpiritũ tuũ ⁊c̃ pſal. 103
eſt oratio ſanctoꝝ ſeptime etatis qua petunt re-
nouationẽ nature humane futurã in octaua eta-
Secũdũ aleluia te Scdm aleluia Veni ſancte ſpiritꝰ ⁊c̃ ab eccl̃ia
editũ:eſt oratio fideliũ ſexte etatis qua petũt pre
ſentibus miſſionẽ inuiſibilem ſpũſſancti qua in
dei amore accẽdant̃. Additur ſequentia vel pſa
Euãgelij argumentum ſicut in paſchate propter ſolẽnitatẽ feſti ¶ Euã-
geliũ. Siquis diligit me ⁊c̃ Joãnis 14. tres diui
nas perſonas introducit que ſuis proprietatibꝰ
cõcurrunt ad cauſandã gloriam beatorum. Ubi
primo explicatur perſona patris Scdo ibi hec
locutꝰ ſum ⁊c̃. comendat̃ perſona ſpũſſancti Ter
tio ibi nõ turbet̃ cor ⁊c̃ adiungitur perſona filij
Prima ps euangelij. Quãuis autẽ pater ſua potẽtia ⁊ virtute innaſci
bili ſit principalis autor glorie ſanctoꝝ. que om-
nia eorũ merita tranſcendit voluit tamen in eis
aliqua merita precedere maxime actũ charitatis
que eſt virtutũ preclariſſima hoc inſinuat princi
piũ euangelij Jn illo inquit tepore magne feſti-
uitatis penthecoſtes que gl̃iam ſanctoꝝ ſignifi-
cat dixit dominꝰ ieſus per internã inſpirationẽ/
vel per eccleſie pdicationẽ diſcipulis ſuis i fide-
libus chriſtianis loquẽs de futura gloria ſancto-
rum Si quis inquit diligit me itaqꝫ velit hono-
rem meũ in hoc mũdo ille ſermonẽ i preceptum
meũ ſeruabit qđ principaliter dirigit̃ ad honorẽ
dei Et qꝛ ego ⁊ pater vnũ ſumus pater meꝰ dili
get eũ i volet bonũ ⁊ honore eius in alio mũdo et
in octaua etate ad eũ veniemꝰ ego ⁊ pater cum
magnis donibꝰ gl̃ie et manſionẽ perpetuã apđ
eum faciemus qꝛ in eadẽ gloria eũ cõfirmabimꝰ
in perpetuũ quo cõtra de reprobis dicit̃ Qui nõ
diligit me ſermones meos nõ ſeruat/ac proinde
nec pater meꝰ diliget eũ/nec ad eũ veniemus ⁊c̃.
dixi autẽ vobis q pro obſeruatia ſermonis mei
pater meꝰ vos diliget ⁊ tande glorificabit qꝛ ſer-
monẽ quẽ a me audiſtis non eſt meus.i a me ſi-
cut ego non ſum deus a me ſed eſt ſermo patris
i a patre meo qui miſit me ad vos redimendos/
et a quo ego proceſſi vt eſſem verus deꝰ/⁊ cõmu-
nicauit mihi ſapientiã ſuam qua docerem vos
Scda ps euãgelij Et ideo hec locutus ſum vobis de patre meo et
de futura gloria apud vos mane in diſcurſu ſex
te etatis p ſacramẽta ⁊ p officia eccleſiaſtica pa-
raclitꝰ autem i conſolator ſpũſſanctꝰ quẽ mittet
pater qꝛ ab eo pcedit ſicut ego ⁊ ab eo diuinitatẽ
et ſapietiã accipit in noie meo i q̃ſi a me miſſum
qꝛ etiã a me pcedit ille veniẽs ad vos in octaua
etate docebit vos oia clare quecũqꝫ dixero vobis
enigmatice de futura gloria veſtra ad quã obti-
nendã ſecure pace cordis relinquo vobis p gra-
tiam ſpũſſancti pacem meã boni opis do vobis
in doctrina euãgelica non quomodo hic mun-
dus dat ſuis pacem carnale ego do vobis quia
illa pax non eſt durabilis/⁊ habet inquietudinẽ
cordis ſed pax mea quietat cor hois/⁊ pducit ad
requiẽ ſempiternam Jdeo quãdiu in hoc mũdo Tertia ps euãgelij
viuitis permixti malis hoibus non turbetur cor
veſtrum aliqua paſſione neqꝫ formidet i timeat
mala huius mũdi audiſtis eñ ſepius in officijs
eccleſiaſticis qꝛ ego dixi.i pmiſi vobis vado ad
patrẽ aduocatus pro vobis ⁊ venio ad vos affe-
rens auxilium celeſte ſi diligeretis me ſpũaliter.
gauderetis vtiqꝫ de receſſu meo qꝛ vado ad pa-
trem ad interpellandũ pro vobis et hoc nimirũ
qꝛ pater maior me eſt i prior origine a quo ego
proceſſi. ⁊ nunc in ſexta etate dixi vobis myſteriũ
veſtre glorificationis priuſqꝫ fiat in octaua etate.
vt cum factũ fuerit credatis p euidentiã facti me
fuiſſe veracẽ in pmiſſionibus meis iam nõ mul
ta loquar vobiſcum de iſta materia in officijs ec-
cleſiaſticis qꝛ nõ niſi per hos ſeptẽ dies feſti pẽ-
thecoſtes venit eñ princeps mũdi huius i mun-
danoꝝ hominum diabolus vt perderet vos ſicut
eos ſed non potuit qꝛ in me.i cõtra me non ha-
bet quicqꝫ poteſtatis/nec rapiet oues meas de
manu mea Sꝫ poſſum ei reſiſtere/⁊ ſeruare eas
vt cognoſcat mũdus qꝛ diligo patrẽ ⁊ ſicut mã-
datum dedit mihi pater de pcuranda ſalute ho
minũ ſic facio viriliter ⁊ cum effectu ¶ Morali- Moralitas.
ter vero qꝛ hodie celebramus aduẽtum ſpũſſan-
cti in apoſtolos ſub ſpecie ignis. hoc euãgelium
denotat quales eſſe debeãt baptizati/et religioſi
ad quos inuiſibiliter debeat idem ſpiritus adue-
nire i quia obſeruatores mandatoꝝ dei ex amo-
re ⁊ cum pſeuerantia alias ſpũſſanctus non ve-
niet ad eos/vel non faciet mãſionem apud eos
denotat etiã effectus quos habet ſpũſſanctus in
his in quibus manet i quia purificat corda eorũ
ab ſcoria peccatoꝝ ps 50 Cor mũdũ crea in me
deus ⁊ ſpirituũ rectũ innoua ⁊c̃ qꝛ docet ⁊ illumi-
nat ad intelligenda oia neceſſaria ad ſalutẽ que
nobis reuelata ſunt Sap 7 in animas ſanctas
ſe trãſfert ⁊c̃ Quia pacificat cor hois tollẽs oem
perturbationẽ mundane aduerſitatis Eſaie 66
ſuper quẽ requieſcet ſpũs meus niſi ſup humilẽ
et quietũ ⁊c̃ qꝛ conſolatur eos de abſentia viſio-
nis diuine ps 93 Scdm multitudinẽ dolorum
meorũ in corde meo cõſolationes tue letificaue-
rũt ⁊c̃ Quia liberat hoiem a timore inimicorum
maxime ſpiritualiũ ps 54 Saluum me fecit a
puſillanimitate ſpũs ⁊ tempeſtate Deniqꝫ inter
oia feſta eccleſie chriſtiane hoc maximũ reputat̃
in quo ⁊ lex euãgelica (que eſt lex ſpũs vite) da-
ta eſt nobis/⁊ cõfirmati ſumus in fide/⁊ adopta-
ti in filios dei/nec reſtat nobis aliud maius fe-
ſtũ in hoc mundo quouſqꝫ veniamus ad octauã
etatẽ in qua totũ bonum noſtrũ cõſummabitur
¶ Cantus offertorij Confirma hoc deꝰ ps 67 Offertorium
eſt oratio eccl̃ie ad deũ pro cõſummatione glorie

ſanctorum in octaua etate que in ſexta initiata eſt per gratiā/ et in ſeptima per viſionē dei beatificā et pent hoc donum ſibi venire a tēplo illo ſancto Hieruſalē celeſtis qḋ eſt humanitas chriſti cuius glorificatio eſt cauſa/ ⁊ exemplar noſtre reſurrectionis ad gloriā

Cōio.

¶ Cōmunio Factus eſt repēte ⁊c. ex epiſtola hodierna⁹ eſt iubilatio ſanctorum octaue etatis de ſua gloria cōſummata deum laudantium Orationes due ſecreta et finalis ſumuntur ex officio ſabbati precedentis/ ⁊ ad eundem ſenſum ⁊c̄

## ¶ Caput octuageſimūſecundum de feria ſcd̄a penthecoſtes in qua agitur de diſcretione bonoꝝ ⁊ maloꝝ:tam in octaua etate/ q̄ꝫ etiam in eccleſia/et in religione

Argumētū officij



In matutinis huius ferie/ ⁊ aliarum per hanc ſeptimanā eadē intētio/ idē ꝗ modus obſeruaṫ qui et in die dn̄ico precedēte variant autē officia miſſalis ad ſignificanda diuerſa myſteria eccl̄ie tā triūphantis q̄ꝫ militantis

Introitꝰ miſſe.

¶ Unde introitus huius ferie Cibauit eos ex ⁊c̄ p̄s 80 deſcribit gloriam octaue etatis ſub ſimilitudine delitiarū corporaliū ſ.panis/et mellis hoc eſt māna/et aqua que fluxit de petra in deſerto⁹ q̄ fuit hebreis dulcior melle ⁊ per vtrūqꝫ chriſtus ſignificaṫ⁹ qui eſt panis de celo miſſus / ⁊ petra in qua fundaṫ eccleſia⁹ ipſe ergo in octaua etate ſanctos ſuos gloria cibabit/ac ſaturabit ⁊ canitur cū quadruplici aleluia ꝓpter quattuor dotes gl̄ie reſurgētium idem apparet in oībus officijs huius hebdomade Verſus Exultate deo ⁊c̄.principiū eiuſdem pſalmi vox eſt ſanctoꝝ ſeſe incitātium ad laudē chriſti ſui glorificatoris In ſenſu morali introitꝰ loquitur de nouiter baptizatis/ ⁊ de cōuerſis ad religionē:quos deus gratia ſpiritusſancti cibat/ ⁊ ſatiat ideo debēt exultare/et deū laudare pro tāto beneficio

Oratio.

Oratio Deus qui apoſtolis tuis ⁊c̄. applicat introitū ad fideles preſentes petens eis ſtabilitate/ ⁊ pacem in fide/ ⁊ religione chriſtiana per gratiā ſpūſſancti

Eple argumētū.

¶ Epiſtola Aperiens Petrus ⁊c̄. Actuū.10 facta metione de iudicio finali omniū hominū loquitur ſpecialiter de gloria ſanctoꝝ Ubi primo poniṫ ſermo prelati Secūdo ibi adhuc loquēte ⁊c̄ additur operatio ſpiritusſancti. Tertio ibi.tūc reſpondit ⁊c̄ concluditur ablutio oīs peccati

Prima ps eple.

In diebus ergo pethecoſtes aperiens Petrus qui eſt bonus prelatus os ſuū ad predicādū de myſterijs octaue etatis dixit in officio eccl̄iaſtico viri fratres in chriſto/ et patres in plebe nobis prelatis precepit dn̄s Jeſus chriſtus predicare pp̄lo de ip̄o chriſto ⁊ pro i.teſtificari per ſacras ſcripturas q2 ipſe eſt ſolus/ ⁊ nemo alius qui conſtitutus eſt a deo patre futurus iudex viuoꝝ i hoim qui adhuc viuunt⁹ et iam mortuoꝝ ante nos. hoc eſt vniuerſalis iudex oim hominū q̄ fuerūt a principio mūdi vſqꝫ ad finē huic oēs ꝓphete i ſacri ſcriptores tam ve q̄ꝫ no.teſtamenti teſtimoniū perhibet de ſua iudiciaria poteſtate ⁊ ante iudicium generale ꝙ oēs qui recte credunt in eum remiſſione peccatorū acipiet per miniſteriū ſacramentoꝝ que ſacerdotes exhibet in noīe eiꝰ in qua remiſſiōe peccatoꝝ inchoatur ſanctoꝝ felicitas conſumabiṫ vero in octaua etate per virtutē ſacramentorū que nunc deuote recipiūtur

Secūda ps eple.

Adhuc loquēte Petro i dū loqueretur prelatꝰ in hac ſexta etate verba hec ſalutaria ad populū cecidit i miſſus eſt ſpūſſanctus ſup omnes qui audiebāt verbū cum effectu vere credulitatis hoc eſt emundati ſunt a peccatis p gratiā ſpūſſancti oēs recte credētes tam ex gentibus q̄ꝫ ex iudeis ſed in principio naſcētis eccleſie obſtupuerūt fideles ex circūciſione i.ex iudeis qui venerant ad fidē chriſti cum Petro eis predicante dicētes⁹ quare in nationes gētium q̄ reputabātur immūde gratia ſpūſſancti effuſa eſt/ ⁊ emundauit eas a ſuis delictis⁹ hoc dicebāt ideo q2 audiebant eos loquētes linguis/et magnificantes deū ſicut alij fideles ex iudeis faciebāt qui receperant ſpiritūſanctum ⁊ ſic plenitudo gentiū introiuit eccleſiā dei per diſcurſum ſexte etatis

Tertia ps epiſtole

In cuius fine reſpōdit apoſtolus Petrus allegans virtutem ſacramētorum ad conſummandā gloriam ſanctoꝝ.maxime virtutēm baptiſmi/qui eſt ſpiritualis circūciſio ptinens ad diem octauum qui erit⁹ perpetuus ſine nocte ⁊ ait Petrus nunquid aquā baptiſmi quis ꝓhibere poterit⁹ ne pſiciat effectū ſuum in corporibus beatoꝝ⁹ quem inchoauit in aībus eoꝝ vt non baptizētur i purificentur oīno a corruptionibus humane nature in octaua etate hi qui ſpiritūſanctū acceperūt in ſexta etate p virtute ſacramētoꝝ ſicut ⁊ nos apoſtoli:q.d nullus eſt qui hoc poſſit prohibere ex quo deus talē virtutē dedit baptiſmo/ ⁊ tale pactum fecit cū populo ſuo qui mētiri non poteſt et ſic apoſtolus Petrus iuſſit ſanctos dei baptizari i emūdari a corruptionibus ſuoꝝ corpoꝝ in nomine dn̄i noſtri Jeſu chriſti i ex mādato ⁊ autoritate eius Qualiter vero hec epiſtola nouiter baptizatis adaptari debeat nō eſt difficile videre vtpote que expreſſe loquitur de baptiſmo / et de aduētu ſpūſſancti in nouos chriſtianos Et conſimiliter applicaretur ad nouiter cōuerſos ad religionem quibus daṫ baptiſmus flaminis/ ⁊ plena remiſſio peccatoꝝ

Primum aleluia

Primū aleluia Loquebātur varijs linguis ⁊c̄ Actuū.2 expoſitū eſt de ſanctis octaue etatis in epiſtola diei precedētis ſed pro nouiter baptizatis/aut cōuerſis ad religionē facile exponiṫ qui ex diuerſis nationibus gentiū conuenerūt ad eādem fidem/ ⁊ religionē

Secūdū aleluia.

Scd̄m aleluia Ueni ſancte ſpūs expoſitū eſt in die precedente

Euāgeliū argumentum.

¶ Euāgelium Sic deus dilexit mundū ⁊c̄ Joānis 3 facit diſtinctionem bonoꝝ ⁊ maloꝝ hominū in finali iudicio vt ex eoꝝ differētia appareat excellentia/ ⁊ gloria ſanctorum in octaua etate Habet tres partes Prima ꝓponit filium dei ſanctorum glorificatorem Secunda ibi non eīm ⁊c̄ aſſignat ꝓpoſiti rationem. Tertia ibi hoc

eſt aūt

eſt autem ꝛ cetera explicat iudicandorum diſcretionem

Prima pars euāgelij

In illo itaꝗ tempore ſolennitatis penthecoſtes dixit dominus ieſus per ſuos prelatos/et predicatores/vel in officijs eccleſiaſticis diſcipulis ſuis chriſtianis loquēs de ſe ipſo in comparatione ad ſanctos et electos ſeruos dei ſic deus dilexit mundum ideſt humanum genus volendo ei magnum bonum vt filium ſuum vnigenitum daret ſibi hominem factum/ꝛ mediatorem pro eis apud deum ꝛ hoc ꝑ veram fidem vt omnis homo qui credit recte in eum nō pereat in inferno ſed habeat vitam eternam in paradiſo q d propter nimiam charitatē ſuam deus miſit filium ſuum ad homines vt eo redemptore/ſāctificatore/atqꝫ ductore per doctrinam fidei tandem homines peruenirent ad vltimam beatitudinem que ꝓmittitur eis in octaua etate Uerum cum duplex ſit aduentus filij dei in mundum primus in humilitate/ſecundus in maieſtate

Scd̾a ps euāgelij

in primo non miſit deus filiū ſuum in mundum vt iudicet ideſt condemnet mundum ſecundum rigorem iuſticie agens cum hominibus iuxta menſuram delicti ſed potius venit vt ſaluetur mundus per ipſum recipientē benigne pctores ad penitentiā pctoris aūt ꝑma virtus eſt recte credere ideo omnis qui credit in filium dei confitendo ipſum eſſe verum deum/ꝛ verum hominem ſaluabitur et non iudicabitur in ſecundo aduentu.qui erit ſecundum rigorem iuſticie eo ꝙ fide ſua purificatus erit a peccatis ſuis/ꝛ iam non erit reus pene eterne qui autem non credit in chriſtum ſed manet in fidelis vſqꝫ ad mortem ille etiam non iudicabit̃ in ſecundo aduentu ſed ſine iudicio damnabitur ad penam eternam qꝛ non reſurgent impij in iudicio eo ꝙ cauſa ſue damnationis erit adeo patens et manifeſta vt non egeat adduci ad iudicium ideo infidelis ante die iudicij iam iudicatus eſt in hac vita qꝛ non credidit in nomine vnigeniti filij dei in quo ſolo eſt vita ꝛ ſalus hominum fideles autem in peccato mortali decedentes iudicabuntur declarando ſpecialiter cauſam ſue damnationis ſcilicet qꝛ non habuerunt fidem coniunctam charitati ꝛ bonis operibus ideo dicetur eis eſuriui/ et non dediſtis mihi manducare.ꝛc. infidelibus autē abſolute dicetur/ite maledicti in ignē eternum nec dabitur eis ratio ſue damnationis

Tertia ps euāgelij.

que iā patet ex hac vita anteqꝫ morerentur Hoc eſt autem iudicium quod fit in hac vita cōtra infideles ideſt ratio ſue condemnationis manifeſta qꝛ lux hominum chriſtus venit in mundum ad oſtendendum eis viam ſalutis et dilexerunt homines infideles magis tenebras erorum ꝛ ſectarum qꝫ lucem fidei chriſtiane ꝛ hoc ideo qꝛ eorum opera erant mala et omnis qui male agit pertinaciter odit lucem clare et bone doctrine:et non audet venire ad eam vt non arguātur ideſt appareant reprehenſibilia opera eius que ipſe non vult dimittere ſecta autem ſue infidelitatis cum ſit tenebra illa opera mala permittit ꝛ approbat.nec oſtendit illa eſſe mala ꝛ arguēda.

ideo nimirum ſi homines obſtinati dilexerunt magis tenebras qꝫ lucem et in tenebris ambulantes offendunt ꝛ cadūt in foueam damnationis eterne.Fideles autem habent lucem veritatis ꝛ vident vbi cadunt: ꝛ ita poſſunt melius euitare foueam damnationis.ꝛ inter eos ille qui facit veritatem ideſt opus bonum conforme legi dei ꝛ diligit vitam bonam venit ad lucem doctrine fidei vt manifeſtentur opera eius bona qꝛ in deo ideſt propter deum ſunt facta.ꝛ ab eo ſūt remuneranda in octaua etate ideo talibus ipſe dicet venite benedicti percipite regnum et cōmē dabit eorum opera dicens qꝛ eſuriui et dediſtis mihi ꝛc. ¶Moraliter vero pro nouis chriſtianis

Moralitas.

hoc euāgelium declarat ſaluationem ſuam per hoc ꝙ venerūt ad lucem fidei ieſu chriſti filij dei ꝛ damnationem infidelium a quibus receſſerūt per hoc ꝙ diligunt tenebras errorum ac vicioꝝ/ ꝛ manent in eis ꝛc Similiter pro religioſis qui relictis ſecularis vite tenebris ꝛ erroribus venerunt ad lucem obſeruationis ſancte et vite ſpiritualis.vnde patet eorum ſaluatio ꝛ mundanoꝝ damnatio propter eorum mala opera ꝛc. ¶Cātus offertorij

Offertorium.

Intonuit de celo ꝛc.pſalmo 27 aduentum filij dei ad iudicium cum poteſtate magna ꝛ maieſtate declarat. vbi ex gloria ſāctorum apparebit virtus baptiſmi.Secreta orō Propitius domine.ꝛc offert deo ſacrificium euchariſtie pro fidelibus preſentibus quatenus ꝛ ipſi offerantur ei in beatitudine eterna ¶Communio.

Coia.

Spiritusſanctus docebit vos ꝛc. Joānis 14. eſt conſolatio prelati qua fidelibus promittit reuelationem glorie dei per inhabitantem gratiam ſpiritusſancti que nūc datur in ſacramētis ecclīe. Finalis oratio Adeſto q domine ꝛc.petit fidelibꝰ in virtute euchariſtie ſuſcepte defenſionē ab hoſtibus tam corporalibus quam ſpiritualibus ꝑ gratiam ſpiritusſancti.ꝛc

## ¶Caput octogeſimū tertium de feria tertia penthecoſtes cuius officium deſcribit modum perueniēdi ad gloriam beatorum in futuro vel ad ſocietatem electorum in hoc ſeculo



Oſt iudiciū generale i quo fiet diſcretio bonorum ꝛ malorum hominū conſequens eſt gloria bonorum et pena maloꝝ. Unde opus eſt fideles erudiri de medio et modo acquirendi gloriam bonorum ꝛ euadendi penas malorum de qua materia hodiernum offertur officium cuius introitus

Introitus miſſe.

Accipite iocunditatem ꝛc ex diuerſis locis ſacre ſcripture collectus maxime ex epiſtolis Pauli vox eſt angelorum ad ſanctos octaue etatis eos incitantium ad gratiarumactiones deo ſemper dicendas pro tam excellenti beneficio glorie conſumate Accipite inquiunt iocunditatem glorie veſtre ideſt vobis

debite ex meritis veſtris. Accipite in quam gratias agentes deo in ſecula ſeculorum. qui ſua gratia preueniente vos ad celeſtia regna vocauit vt ſitis conciues angelorum et ſeparauit a terrenis lubricitatibus vbi cum beſtijs cōuerſabamini. Verſus Attendite popule meus ꝛc ps 77. eſt prelati exhortatio ad fideles ſexte etatis que oſtendit eis medium neceſſarium perueniēdi ad illā gloriā.ſ.per deuotā obſeruātiam legis dei Nouis etiā chriſtianis atq; conuerſis ad religionē loquitur prelatus vt agāt gratias deo pro ſua vocatione ſancta ⁊ attendāt bene ad legem ſibi predicatā vt eā obſeruēt

Oratio.

Oratio Adſit nobis ꝛc petit fidelibus preſentibus gratiā ſpiritusſancti q̄ eos expurget a peccatis ⁊ defendat ab aduerſis que ſunt pene eorū.vt ea muniti bene obſeruent legē dei/⁊ perueniāt ad gloriā beatorum.

Epl̄e argumentū.

¶ Epiſtola. Cum audiſſent apoſtoli ꝛc.actuum 8 preter ſenſum litteralē qui manifeſte loquitur de nouiter baptizatis/⁊ poſtea confirmatis per gratiā ſpiritus ſancti.per hiſtoriā videtur referenda ad ſanctos ſeptime etatis qui poſt diē iudicij vocabuntur ad gloriā octaue etatis. Ubi primo explicatur eorum meritum. Secūdo ibi qui cū veniſſent.ꝛc adiungitur apoſtolorum fulcimentum Tertio ibi tunc impo ꝛc.concluditur glorie ſanctorum cōplementū ⁊ textur hoc modo

Prima ps euangelij.

In diebus illis circa iudiciū generale:cū audiſſent apoſtoli qui cum chriſto iudicabunt alios qui erant hieroſolimis i.in celeſti ciuitate ſanctorum angelorum.que eſt viſio pacis eterne cū audiſſent inq̄ per diuinā reuelationē q̄ ſamaria que eſt cuſtodia legis dei ⁊ ſignificat ſanctorum eccleſiā recepit verbū dei.i credidit predicationi chriſti cū operis impletione miſerunt ad eos vocandos ad premiū glorie conſumate Petrū ⁊ Joannē principaliores apoſtolorum.nā ad eos pertinet non ſolū iudicare ſed etiā procurare bonū ſanctorum qui ſuā doctrinam obſeruarunt

Secūda ps eple.

Unde ſubditur qui cū veniſſent ad finē ſexte ⁊ ſeptime etatū que terminantur ad diē iudicij orauerunt deū pro ipſis quos vocauerant vt acciperēt in ſuis corporibꝰ ſpiritū ſanctū i.animā beatā per cuius glorie redundātiā etiā corpus eſſet beatū. nā in ſeptima etate nondū in quemquam illorum venerat ſpiritꝰ ſanctus viuificans corpus ſed tātum baptizati erant i mundati a peccatis quātū ad animā in noie dn̄i ieſu per virtutē baptiſmi qui conſecrat in nomine chriſti ſed eorum corpora adhuc iacebāt in terra ſubiecta corruptioni nondū conſumata aut plene cōpleta virtute baptiſmi in eis

Tertia ps epiſtole

Tunc vero i i pncipio octaue etatis apoſtoli iponebāt illis manus ſ.confirmabant eos in gloria ſempiterna ⁊ accipiebant ſpiritum ſanctum glorificātem eorum corpora ex redundātia glorie anime. Sed quantū ad neophitos et ad religioſos hec epiſtola notat primo eorum cōuerſionem ad religionem qꝫ receperunt verbū dei ſecundo eorum probationem in nouiciatu qꝫ prelati orauerunt pro eis ꝛc tertio profeſſionē ſuam ad religionem qꝫ imponebant eis manus.ꝛc.

Primum alleluia.

Primū alleluia. Spiritus ſanctus docebit vos ꝛc Joannis.14.vel ſpiritus dn̄i repleuit.ꝛc Sapiētie primo ſuperius expoſitum eſt qꝫ denotat impletionem promiſſe glorie in ſanctis

Secūdū alleluia.

Secundum aleluia. Ueni ſancte ſpiritus ꝛc.cantatur per totam hanc hebdomadem in eodem ſenſu ſuperiꝰ explicato

Euāgelij argumentum.

¶ Euangelium. Amen amen dico vobis qui non intrat.ꝛc Joannis 10 expreſſe probat chriſtum dei filium eſſe mediū neceſſarium hominibus ad perueniendum in gloriam octaue etatis cuius ſunt tres partes Prima proponit parabolam de ouili ouiū. Secunda ibi. huic oſtiarius ꝛc.diſtinguit paſtoris officium . Tertia ibi.hoc prouerbium ꝛc applicat dicta ad propoſitum

Prima ps euangelij

Parabola hec loquitur de eccleſia chriſtianorum per ſimilitudinem ouilis ouiū quod ſolet eſſe muro circundatum debili/et humili lapidum macerie ad hoc ſolum vt oues detineantur/nec diſpergantur. Unde cuilibet homini eſt facilis aditus ad oues ſiue per oſtium ouilis ſiue aſcendendo ſuper maceriem ſed eſt differentia eorum qui ſic intrant ad ouile.nam conſuetudo boni paſtoris eſt itrare ad oues ſuas p oſtiū et non aliunde qui autem non intrat per oſtiū/ſed aſcendit aliunde ſignum eſt communiter q ille fur eſt et latro nec intrat propter bonū ouiū ſed vt furetur/et mactet/ et perdat eas quocontra qui paſtor eſt ouium intrat vt ſaluet oues et procuret earum ſalutem.

Scda ps euāgelij

Unde patet quam differens ſit furis/ et paſtoris officium erga oues. nam huic oſtiarius ſeruus eius apperit oſtium vt libere intret ad oues que vocem eius audiūt ideſt cognoſcunt quando vocat eas nominatim ideſt proprijs nominibus:qꝫ veniunt ad eum et curat eas et quando eſt tempus paſcendi educit eas ad campos et cum proprias oues emiſerit ab ouili ante eas vadit vt dux earum ⁊ oues illum ſequuntur qꝫ ſciunt vocem eius beneſactoris ſui alienum autem hominem ideſt eum q̄ non intrat per oſtium oues non ſequuntur neq; appropinquant ei.ſed fugiunt ab eo qꝫ non nouerunt vocem eius vnde et timent eum hoſtem et nociuum eis

Tertia ps euāgelij.

Hoc prouerbium ideſt parabolam ſeu comparationem dixit Jeſus diſcipulis ſuis in ſexta etate Maxie in feſtis penthecoſtes loquens de ſe et de ſua eccleſia cuius ipſe eſt paſtor bonus.diabolus autē et quilibet homo malus eſt fur et latro perdere volens oues chriſti illi autem occupati circa tēporalia non bene intellexerunt quid loqueretur eis imparabola illa ideſt ad quod propoſitum eam adduceret quia non putabant priſci expoſitores diuinorum officiorum hoc euangelium eſſe exponendum de gloria ſanctorum conſumanda in octaua etate. dixit ergo eis iterum Jeſus ideſt inſpirauit eis circa finem mundi intelligentiam eius in hoc ſēſu Amen inquit amen ideſt certiſſime dico ideſt expono vobis parabolam qꝫ ego ſū oſtiū ouiū i. ouilis p quod intrat ad oues qꝫ nemo potuit eſſe de ouibus dei niſi intraret eccleſiam per meam doctrinam/fidem/ac ſacramēta que ego inſtitui

quare ſeqtur q̄ om̄es alij legiſlatores quotquot
venerūt preter doctrinam meam vt Arri⁹/Ma
nicheus/Mahumetus/ et alij peruerſi ſectarum
inuētores fures fuere/ ⁊ latrones/animarū occiſo
res ⁊ trahētes hoīes ad interitum pene eterne ſꝫ
oues mee non audierūt eos: imo fugerūt ab eis
nō cognoſcentes vocē.i doctrinā eorū eſſe a deo
ſed a diabolo inſpiratam. Ergo nō ē aliud oſtiū
intrandi ad ouile ſanctorum angelorum niſi ego ſi q̄s
per me i meā fidē ⁊ ſacramēta introierit eccleſiā
dei tande ſaluabitur in fine mūdi ⁊ paſcua eter
ne felicitatis inueniet ingrediens ad diuinitatis
mee fruitionē. ⁊ egrediēs ad humanitatis cōuer
ſationē: ſicqꝫ ⁊ ipſe erit perfecte beatus in corpo
re ⁊ anima ſua. Fur autē diabolus vel mal⁹ hō
miniſter eius non venit ad homines niſi vt fure
tur aīas a deo: ⁊ mactet eas moraliter auferēdo
gratiā: ⁊ perdat in infernū. ego autē veni in mun
dū vt hoīes vitā habeant gratie in preſenti ⁊ ha
bundāti⁹ habeāt vitā glorie cōſumate in futuro.
Moralitas. ¶ Moraliter vero pro neophitis ouile eſt ſancta
mater eccleſia vbi ſunt oues dei oſtiū per quod
intratur eſt ſacramentū baptiſmi ſecundū formā
ab eccleſia traditā. per hoc oſtiū intrant rite bap
tizati ſed aliunde intrāt qui ab hereticis nō ſcdm
formā eccleſie baptizati ſunt paſtor ouiū eſt pre
latus canonice electus ⁊ cōfirmatus. oſtiari⁹ eſt
chriſtus qui ei aperit ⁊ pādit introitū ad dignita
tē pōtificalē. iſte paſtor ſi eſt bonus debꝫ viſitare
⁊ nominatim cognoſcere oues ſibi cōmiſſas: de
bet eas paſcere verbo ſane doctrine/exēplo bone
vite/ ⁊ ſubſidio eleemoſine ⁊c. fur vero diſpergēs
ac perdēs oues chriſti eſt tirannus vel hereticus
vel prelatus nō canonice intrās vel per ſimoniā
vel per violentiā hic nō paſcit oues ſed ſeipſum
⁊ excoriat oues vt patet Ezechiel. 34. ⁊c Etiam
ſancta religio eſt ouile vbi includūtur aīe qua
ſi oues paſtor eſt abbas vel prelat⁹ religioſorū
oſtiū eſt doctrina euāgelica cuius conſilia obſer
uant boni religioſi. oſtiarius eſt ſpiritus ſanctus
qui ſpiritualē intelligentiā ſacre ſcripture ⁊ ſpūa
le vitā eis aperit fur et latro eſt ſcandalizator reli
gioſorum vel p̄ hereſim vel p̄ malāvitā ⁊c ¶ Cant⁹
Offertorium. offertorij Portas celi ⁊c. pſalmo 77 eſt congra
tulatio angelorum de gloria ſanctorum octaue etatis
quibus dn̄s portas celi aperiet ⁊ dabit eis man
na abſconditum ſeu panem celi vel panem an
gelorum ideſt fruitionem diuinitatis ⁊ humani
tatis chriſti quo paſcuntur angeli in celo itaqꝫ
gloria hominum et angelorum ſit eadem vel ſi
milis Secreta oratio Purificet nos ⁊c offert deo
euchariſtie ſacramentum pro fidelibus preſenti
bus petens eis purificationem a peccatis in pre
ſenti vita vt digni reperiantur participatione fu
ture glorie ¶ Communio Spiritus qui a patre.
⁊c Joānis 14. vox eſt chriſtiani populi de ſua fu
Cōio. tura gloria et claritate gaudentis. quā ex virtute
dei ſe confidit adepturum Finalis oratio Men
tes noſtras ⁊c petit fidelibus noſtri tēporis gra
tiam ſpirit⁹ ſancti ex virtute ſacramēti qua eorū
mētes a peccatis mundatas reparet deus. ⁊c.

# ¶ Caput octuageſimum

q̄rtū de feria q̄rta hebdomade pēthecoſtes: in qua
obſeruatur ieiunium quattuor temporum ⁊ eru
ditur eccleſia in ordine ad octauam etatem glie
ſāctorum: ⁊ ad ordinē clericorum vel ordinē religioſorum.



In menſe iunio
eſt principium eſtatis: ideo ra
tione dicta in capi. 6. huius li
bri ſecūdū eccleſia celebrat ie
iuniū 4. temporū et ordines
clericorū ⁊ licet potuiſſet hoc
ieiuniū celebraſſe in precedē
te hebdomade vel differre ad ſequētem melius
tamen ponitur in hac hebdomade ad imitatio
nem apoſtolorū qui recepto ſpiritu ſancto ſicut
contēnere ceperunt mundanas diuinas ita ⁊ de
licias: ideo ieiunabant libenter vt innuit epiſto
la hodierna actuum 2. In hac ergo quarta feria
propter examen ordinandorum ſunt due lectio
nes epiſtole vt i allegato capl̄o dictū eſt. Quare
huius diei officium preter ſenſus predictos in fe
rijs precedentibus referri poteſt ad clericos or
dinandos: quibus ſpecialiori modo datur ſpiri
tus ſanctus preter illum modum quo ipſum ac
ceperāt in babtiſmo vl̄ cōfirmatiōe aut etiam in
religiōis profeſſione Circa miſteria vero octaue
etatis hoc officium cōtinuat materiam precedē
tis quo probatum eſt chriſtum eſſe medium ne
ceſſarium ad beatitudinem acquirendam hic au
tem declarat modus perueniendi ad chriſtum
ſcilicet per gratiam ſpiritusſancti quē pater mit
tit inſpirans in corda hominum fideliū ¶ Vñ
introitus. ſ Deus dū egredereris ⁊c pſalmo 67. Introitus miſſe.
eſt gratiarūactio eccleſie ad chriſtū ſponſum eius
de eo q̄ in officio precedentis ferie ſe ducem fe
cerat populi fidelis dirigens eum per iter rectū
vſqꝫ ad paſcua felicitatis eterne vt patet ex euā
gelio precedēte ⁊ q2 illa felicitas erit quieta ⁊ cō
firmata ac ſtabilis ideo additur habitās in illis.
Verſus Exurgat de⁹ ⁊c. principiū eiuſdē pſalmi.
decantat victoriā chriſti in glorificatione popu
li ſui contra aduerſarios eius quos prius dixe
rat fures ⁊ latrones diſſipātes ouile dei q2 in oc
taua etate ipſi omnes diſſipabuntur ⁊ fugiēt a fa
cie glie ei⁹/ ⁊ ſui ppl̄i Pro nouiter baptizatis aut p̄
feſſis religionē clara ē itelligētia q̄ de⁹ fuit dux
eorum ⁊ liberauit ab īpedimētis inimicorum ſpūaliū
i demonū/infideliū/et mūdanorum hoim Pro or
dinādis aūt applicatio introit⁹ e oro ſeq̄ns Mē
tes nr̄as q dn̄e. ⁊c q̄ petit eis grām ſpūſſancti illu Oratio.
minātē corda eorum ad bene intelligendā veritatē Prima
doctrine clericalis ſuper q̄ examinantur vnde ⁊
deus oratur vt ſit dux eorum aperiens eis iter
ad honeſtam vitam clericalem vt in eis digne
habitare valeat ¶ Epiſtola prima ab aliquibus
legitur illud ſapietie primo Diligite iuſticiā ⁊c Epiſtola
vſqꝫ ſcientiam hꝫ vocis q̄ explicat q̄les debēt eſſe prima.
clerici ordinādi ad hoc q̄ in eis habitet ſpūſſāct⁹
illuminās ⁊ docēs veritatē doctrine. ⁊c Quod etiā

referri poteſt ad nouiter baptizatos vł nouiter cõ
uerſos ad religionē Qualiter vero eadē lectio fa
ciat pro ſanctis octaue etatis aliqualiter patere
poteſt ex introitu miſſe dñice precedētis ſ ſpirit9
dñi repleuit.⁊c Romana vero eccleſia primā le-
ctionē habet Stās petrus cū.⁊c.actuū 2 Secūdo.
que eſt ſermo epiſcopi ad populū ſuū ſup filios
eoꝝ ordinādos quibus pmittit ſpeciali aduētū
ſpiritus ſancti/⁊ gratiā ad pphetandū i. predicā
dū ⁊ miniſtrādū in eccleſia dei ⁊c. hoc idē pmitti
tur baptizatis in ſacramēto cōfirmatiōis atqȝ cō
uerſis ad religionē:quos mūdani reputāt ebrios
vel fatuos eo ꝙ bona huius vite deſpiciūt.cū ta-
men in hoc fuerint ſapientiſſimi ſequētes diuinā
inſpirationē ⁊ de9 teſtatus fuerit eoꝝ ſapientiā p
multa ſigna.i.miracula que ipſi religioſi fecerūt
in noīe dñi.imo circa finē mūdi āteqȝ veniat dies
dñi magn9 i.dies iudicij generalis ſol.i.ſtatus ec
cleſiaſticoꝝ cōuertet in tenebras ignorātie ⁊ pec
catoꝝ:⁊ luna.i.ſtatus laicoꝝ dñoꝝ in ſanguinem
belloꝝ iniuſtoꝝ.ſoli aūt boni religioſi dabūt cla
ritate ſciētie ⁊ bone vite ⁊ oīs qui poſt eos inuo-
cauerit nomē dñi ſaluus erit Primum alleluia
Primum alleluia Verbo dñi celi ⁊c.pſalm.32 celos vocat clericos
alijs eminētiores in populo dei vel religioſos q
habent vitā celeſtē.quoꝝ poteſtas/virtus/⁊ firmi
tas non eſt ab hoībus ſed adeo per inſpirationē
Secūda oratio gratie ſue Oratio ſecūda Pſta.q.o de9 ⁊c.pent fi
delibus preſentib9 aduentū inuiſibilē ſpirit9 ſan
cti quo fiant templum digne habitationis dei
Secūde epł'e arg̃ maxime in octaua etate q̄ erit ſtat9 glie Epl'a
ſecūda Per man9 apoſtoloꝝ ⁊c actuū.5 licet in
textu biblie precedat epiſtolam ferie precedētis
tamen in ſenſu hiſtorico ſequitur ad illā que cō-
tinebat officiū apoſtoloꝝ erga ſāctos octaue eta
tis quo ſ procurabāt eoꝝ gloriā.hec vero epiſtola
addit effectū illius procurationis.i.quō impletū
eſt in eis quod apoſtoli orātes procurabant ſ re
ſurrectio ſanctoꝝ ad gloriā ꝯſūmatā Et hoc trifa
riā primo enī deſcribitur gloria ſanctoꝝ.Secūdo
ibi magis autē.⁊c additur augmentū bonorum
Tertio ibi.cōcurrebat aūt.⁊c. ſubditur euacuatio
prima ps eple. purgatoꝝ.In dieb9 itaqȝ illis octaue etatis per
manus i adiutoria apoſtoloꝝ que in feria prece-
dēte declarata ſunt fiebāt ſigna.i miracula ⁊ pro
digia multa in plebe i eccleſia ſanctoꝝ qꝛ mira-
culoſe reſuſcitati donabant magnis ⁊ multi do-
tib9 glorie ⁊ erāt oēs ſancti reſuſcitati vnanimi-
ter i.cōcordes i voluntate i porticu Salomonis i
in portu pacis/ſalutis/⁊ ſecuritatis trāſacta oīni
penalitate/miſeria/⁊ corruptione ſexte etatis cete
rorum aūt i dānatorū nemo audebat ſe iungere
illis qꝛ non permittebantur ab angelis qui tūc
ſeparabunt malos de medio iuſtoꝝ.ſed conuicti
mali ex euidētia facti magnificabāt eos i.lauda-
bant ſanctos iam glorificatos vnde ſapi 5 dicit
de damnatis vidētes turbabuntur timore horri
bili dicentes pre anguſtia.hi ſunt quos aliquan
do habuimus in deriſum ecce quomodo compu
tati ſunt inter filios dei/⁊ inter ſanctos i.āgelos
ſors illorum eſt.⁊c. Et licet magna ſit multitudo
maloꝝ in inferno tamē magis ac magis conti- Scđa ps eple
nue augebatur i.creſcebat in bonis glorie multi
tudo ſanctorū credentiū.i confidentiū in dño glo
rificatore eorū.tam viroꝝ quā mulierū.qꝛ in chri
ſto ieſu non eſt maſculus/neqȝ femina maxime
in octaua etate:quando neqȝ nubent neqȝ nubē-
tur q.d.licet mali excedāt bonos in numero per
ſonarū.boni tamen excedent malos in multitu-
dine gratiarū itavt in plateis.i.cemiterijs huius
mundi clerici ſepelientes eijcerent ſanctos infir
mos morte in lectulis i ſepulchris cū hac ſpe vt
veniente ad finē mūdi petro ⁊ toto apoſtolorum
collegio cū chriſto ad iudicandū ſaltem vmbra
illius i.fauor ſue procurationis obumbraret.i.p
tegeret queqȝ.i.quecūqȝ illorū ⁊ liberarentur per
gloriā reſurrectionis ab infirmitatibus ſuis i a
corruptionibus corporū. hoc dictū eſt de ſanctis
quantū ad corpora eorū.de animabus vero ſub-
ditur Cōcurrebat autē ad cetū angelorū ⁊ apo- Tertia ps epiſtole.
ſtolorum multitudo vicinarū ciuitatū prope ie-
ruſalem.i.multitudo animarū que non erant ad
huc i glia ſꝫ purgabātur i plurib9 locis terre nā
loc9 purgatorij nō eſt vn9 ⁊ cōtinuus i terra ſed
multiplex ⁊ diſcretus et dicitur eſſe prope ieru-
ſalē i.gloriā celeſtē qꝛ nō longo tēpore diſtāt ille
anime ab ea cū ſint in gratia/⁊ cito liberāde a pe
nis cōcurrebant ergo in die iudicij vocate ad re
ſurrectionē generalē per āgelos afferētes egros
illos ab hoſpitali purgatorij et pro idest vexatos
in penis a ſpiritibus in mūdis qui ſunt mali an
geli miniſtri tormentorū ⁊ penarū quib9 anime
cruciantur ⁊ illi ſancti omnes ſic vocati curabā-
tur ab infirmitatibus i.liberabantur a penis qꝛ
poſt diē iudicij generalis non erit amplius pur-
gatoriū ſꝫ euacuabitur totū.⁊ anime ille cū alijs
que iam erant in celeſti ieruſalem omnes ſimul
venient ad gloriam octaue etatis vt ſit maxima
multitudo beatorum In ſenſu etiam morali hec
epiſtola notat ordinationē clericorum/vel confir
mationem babtizatorū que fiunt per manus im
poſitionē epiſcopoꝝ qui ſunt apłi in eccł'ia dei
notat inſup cōuerſionē religioſoꝝ qui ſanantur a
multis ſpiritualib9 infirmitatib9 ſuis ⁊c Secūm Scđz all'
alleluia Veni ſctē ſpūs ⁊c pōt exponi de ſanctis
octaue etatis q̄ tūc replebūtur grā ſpūs ſcti ⁊ cō-
firmabūtur i ea in ſempiternū Euāgeliū Ne Euāgelij argumē.
mo pōt venire ⁊c Iohānis 6. oſtendit modū quo
ſcti adhereāt chro glificatori ſuo qꝛ p iſpirationē
⁊ vocationē dei hꝫ tres ptes Prima exponit hāc
vocationē Scđa ibi amē amē dico ⁊c addit rectā
admonitionē.Tertia ibi ego ſum panis viu9 ⁊c
cōſulit ſacrā cōionē In illo ergo tpe pēthecoſtes Prima pars euāgelij
dixit dñs ieſ9 diſcipul' ſuis chriſtianis p ſuos ſacer
dotes in officijs eccłiaſticis nemo pōt venire ad
me paſtorē bonū ⁊ oſtiū ſalutatiōis niſi pr meus
de9 ver9 q̄ miſit me ad vos dirigēdos i vitā eter
nā.traxerit eū ſua gratia inſpirādo ei quid agat
⁊ eū q̄ ſic trahet ego reſuſcitabo ad vitā glie con
ſumate.i nouiſſimo die ſexte etatis q̄ erit etiā pri
cipiū octaue ⁊ ei nulla ſuccedet nox.qui vero nō
ſic fuerit tractus a patre meo non perueniet ad

reſurrectionẽ glorie beatoꝝ. Hoc cõfirmatur au-
toritate q2 ſcriptũ eſt in prophetis maxie eſaye
ꝛ hieremie erunt oes electi docibiles dei.i. docti
adeo per interiorẽ inſpiratione hec ſeutetia licet
non per eadẽ verba ponitur Eſa 54 ꝛ Hiere.3.
Ex qua ſequitur ꝙ oĩs qui audit a patre meo i.
recipit inſpirationẽ ab eo et didiſcat.i. cooperat
ei inſpirãti:ita ꝙ exerceat opere illud ad quod in
ſtigatur a deo venit ad me per fidẽ ꝛ charitatem
adherẽs mihi vt ſaluetur ꝑ me.ꝗ vero vel nõ au-
dit deũ inſpirãtẽ:q2 nõ trahit niſi quẽ vult vel in
ſpirat⁹ nõ acquieſcit diuine vocationi nõ veniet
ad me:ac perinde nõ ſaluabitur/nec ꝑueniet ad
gloriã reſurrectionis Hec aute doctrina dei qua
trahit hoĩes ad chriſtũ nõ eſt exterior predicatio
ſed inuiſibilis vel interior inſpiratio ideo null⁹
hoim vidit patrẽ i deũ.ſic vocantẽ ꝛ docẽtẽ niſi
is qui eſt a deo miſſus in mũdũ ſcꝫ chriſt⁹ ieſus
q2 hic vidit eũ etiã ſecundũ aĩam aſſumptã.ſ vi-
ſione beatifica ꝛ ſcd̃m diuinitatẽ noticia icreata
cõprehenſiua. ꝛ ille enarrauit nobis hec ſecreta
dei quare ad ſalute noſtrã ptinet adhibere fideꝫ
Scda ps euãgelij. dictis eius.qđ ꝛ ip̃e admonet dicẽs Amẽ amẽ i.
certiſſime dico vobis.qui credit i me.i.credit mi-
hi de talibus loquẽti ꝛ per amorẽ tẽdit i me. ille
habꝫ vitã eternã i. ſecure tẽdit ad gl̃iam quã per
gratiã habꝫ nũc in ſpe certa.ego eĩn ſum panis i.
nutrimentũ illius vite glorioſe per gratiã meã in
preſenti.eo modo quo panis corporalis eſt ſuſtẽ
tamentũ huius vite naturalis qui tamẽ nõ põt
hoiem facere immortalẽ.nã inter oẽs panes mã
na fuit optimus cibus ad cõſeruãdã vitã corpo-
ralẽ ſed nõ potuit mãducãtes reddere immorta-
les ſ patres veteris legis ꝗ in deſerto ꝑ quadra
ginta annos mãducauerũt mãna ſed tãdẽ mor-
tui ſunt corporaliter hic autẽ panis doctrie mee
eſt de celo deſcendẽs veri⁹ ꝗ̃ mãna ꝛ multo ma
ioris virtutis ad cõſeruandã vitã ſpũalẽ aie vt ſi
quis ex ipſo auide mãducauerit nõ moriatur in-
Tercia ps euãgelij. eternũ ſed potius viuat in gloria ſempiterna Et
vt magis hoies traherẽ ad me nõ ſolũ doctrinã
meã ſed etiã meip̃m dedi i cibũ ſpiritualẽ ad vi-
tam immortalẽ. ego enim ſum panis viuus ꝛ vi
tam tribuens qui de celo deſcendi homo factus
ad dandã vitã ſpiritualẽ hominibus ergo ſi ꝗs
manducauerit ex hoc pane per fidẽ et charitatẽ
ſibi ipſum vniẽdo:viuet ineternũ i.perueniet ad
vitã glorie eternã ꝛ non ſolũ ego ſum cibus vite
ſpiritualis quãtũ ad diuinitate ꝛ aĩmã meam
ſed etiam quantũ ad corpus quod eſt inſtrumẽ-
tum diuinitatis ꝛ anime a quibus accipit virtu-
tem ſpiritualẽ ad viuificandas animas aliorũ.ꝛ
panis a me ꝓmiſſus fidelib⁹ quẽ ego dabo eis
vt viaticũ in ſexta etate caro mea i corp⁹ meũ eſt
velatũ tamẽ ſpecie panis ad euitandũ horrorẽ ſu
mentibus pro mundi i hominũ vita ſpũali ꝛ im
mortali eis cõferenda volo itaqꝫ dicere ꝙ preter
doctrinã meã que eſt cib⁹ aiaꝝ ad vitã ſpiritua-
lem cõſeruandã dedi me ipſum ſumendũ hoib⁹
in ſacramẽto euchariſtie quod erit fulcimentum
fidei ꝛ charitatis quibus aia hoĩs viuit in deo ꝛ
deus in ea. ¶ Moraliter vero nemo venit ad or Moralitas.
dinẽ ſacerdotalẽ vł ad gr̃am baptiſmalẽ:aut etiã
ad ſacrã religionẽ niſi quẽ trahit gr̃a dei.dicẽte a-
poſtolo Hebr. 5 nemo aſſumit ſibi honorẽ ſed ꝗ
vocat a deo tanquã aarõ.ꝛ oẽs tales ſunt docibi
les dei.ꝛ recte veniunt ad chriſtũ qui eſt cib⁹ vite
eterne ꝛ accipiũt ab eo mãna abſcõditũ ſpũalis
dulcedinis gl̃ie dei ad qua eos diſponit deuote
ſuſcepta euchariſtia ¶ Cantus offertorij medita Offertorium.
bor in mandatis.ꝛc pſalmo.118 ,eſt reſpõſio fide
lis populi ad doctrinã chriſti in euãgelio datã.ſ
ꝙ intendit corde ꝛ manibus i opere inſiſtere do
ctrine chriſti fide credẽdo ꝛ actib⁹ exercẽdo ſe in
mãdatis eius vt eo autore perueniat ad vitam
eterne glorie beatoꝝ Secreta orõ Accipe ꝗ dñe
ꝛc offert deo ſacrificiũ euchariſtie ad optinendã
gratiam pie deuotionis fidelibus preſentibus.
¶ Cõmunio Pacẽ meã do vobiꝭ ꝛc Joãnis 14.
eſt vox chriſti populũ fidelẽ octaue etatis in gl̃ia Coio.
cõfirmãtis que note pacis perpetue deſignatur
Finalis oratio Sumẽtes dñe ꝛc petit fidelibus
huius tẽporis ex virtute euchariſtie ſuſcepte do-
nari ſignificatũ eius qđ eſt pax/vnitas/ꝛ vinculũ
gratie conſumate in eterna beatitudine.ꝛc.

## ¶ Caput octuageſimum quintũ de feria quinta pẽthecoſtes

cuius officiũ breui ſermone liberationem humane nature ab omni penalitate in octaua etate declarat ꝛ noui ter baptizatos letificat ſilr ꝛ nouicios religionũ.



On abſqꝫ myſte
rij ratiõe hec feria 5 ꝓprio ca Argumentũ officij.
ret officio dico introitu ꝛ alijs
cãtib⁹ i choro atqꝫ orõnib⁹ ſꝫ
hec oĩa mutuãtur ex dñica ꝓ-
cedẽte tũ q2 iſti dies ſunt val
de affines i quoꝝ altero chri
ſtus aſcẽdit in celũ ꝛ in altero miſit ſpũm ſctũm
de celo Tũ etiã q2 dona gratiarũ ſpiritus ſancti
ſeptẽ tantũ enumerãtur Eſa 11 quibus correſpõ
det officia miſſalia huius hebdomade ꝗ incepit
in ſabato precedẽte.nõ ergo debuerũt poni octo
officia ſed tãtũ ſeptẽ Habꝫ nihilominꝰ hec feria
epl'am ꝛ euãgeliũ in ꝗb⁹ exauditas docet aploꝝ
ꝓces circa ſanctoꝝ gl̃iam in octaua etate quãdo
hũana natura liberabit ab oĩ corruptiõe ꝛ pe-
nalitate Epl'a ergo Philip⁹ dſcẽdẽs ꝛc actuũ 8
ꝓter ſenſum litterale ꝑ hiſtoriã denotat liberatio Eple argumentũ.
nẽ finalẽ ſãctoꝝ ab oĩ penalitate ſeu corruptio
ne ſuoꝝ corpoꝝ Et pmo ponit hu⁹ boni ãnũcia
tio Scdo ibi intendebant ꝛc acceptatio Tertio
ibi mltí eĩn.ꝛc liberatio In dieb⁹ illis octaue eta Prima ps eple.
tis philip⁹ i os lãpadis hoc eſt cet⁹ aploꝝ deſcẽ-
dẽs cũ chr̃o ad iudiciũ ad ciuitate ſamarie i cu-
ſtodie mãdatoꝝ dei ꝗ ẽ ciuitas ſctõꝝ reſurgẽtiũ
ꝓdicabat.i. ãnũciabat illis chr̃m.i. vnctione gl̃ie
ſuorum corporũ qua ſanarentur ab omni infir-
mitate miſerie ꝓcedentis quã cõtraxerant in hac
vita ex peccato originali Intendebant i attente Secũda ps eple.
audiebant turbe ſctõꝝ ea que a philipo predicto

dicebantur et vnanimiter acceptabāt cū gaudio illā annūciatione· audiētes de alijs ⁊ vidētes in ſeipſis ſigna.i. miracula que faciebat ſuis oratio nibus circa corpora beatoꝝ. Multi em̄ qui habe bāt ſpūs immūdos.i. demones eos vexantes in purgatorio clamabāt ad deū voce magna ꝓ ſua liberatione ab illis penis ⁊ exibant abſoluti pre cibus apoſtoloꝝ. Multi etiam paralitici ſ. priuati ſenſu et motu ſuoꝝ corporū et claudi i. vno ſolo pede glorie ambulantes qui eſt gloria anime et altero infirmi ſ. quātū ad corp⁹ curati ſunt adeo vt recte ambularēt vtraq; parte glorificata. His ergo ⁊ alijs miraculis viſis circa electos reſurgē tes factū eſt magnū gaudiū in illa ciuitate i. con gregatiōe ſanctoꝝ. In ſenſu morali nouiter bap tizati vel profeſſi religionē receperūt predicatio nē boni plati ⁊ ſpūaliter curati ſunt a multis ac vicijs ⁊ morbis ⁊c. ¶ Euāgeliū. Conuocatis dñs ⁊c.

Tertia ps epiſtole

Luce 9 eandē fere ſententiā habet cū epiſtola li cet alijs verbis ſ. q; ſancti in octaua etate interuē tiōe apoſtoloꝝ liberabūtur ab omni penalitate/ ⁊ nature humane corruptiōe. Cui⁹ ſunt tres par tes/ prima exauditā docet petitionem apoſtoloꝝ Scđa ibi ⁊ ait ad illos ⁊c. facit diſcretionē iudicā doꝝ. Tertia ibi egreſſi aute ⁊c. addit opatione mi raculoꝝ. In illo tēpore octaue etatis dñs ieſ⁹ cōuo cans ad ſe duodecim apoſtolis vt aſſiſterēt ei in iudicio generali dedit eis virtutē ⁊ poteſtate ſ. au ctoritate ſuper oīa demonia que eriperet aīas ſā ctorū in purgatorio igne exiſtētes de manib⁹ eo rum. ⁊ vt languores corpoꝝ eoꝝ curarēt per do tes glorie. ⁊ miſit illos ſ. apoſtolos pdicare. i. āte ſe nunciare regnū dei i. gloriā ſanctoꝝ in octaua etate ⁊ ſanare īfirmos i. reſuſcitare mortuos hoc ideo dicit q2 apoſtoli chriſti primi oīm reſurgēt/ ⁊ ipſi alios vocabunt ad iudiciū/ ⁊ ad gloriā ple nā ex mādato chriſti vt ita impleatur i. eis illō pſalmi 18 In omnem terrā exiuit ſonus eoꝝ ⁊c. Et ait dñs ad illos declarās eoꝝ ⁊ alioꝝ ſctoꝝ re ſurgētium cōditionē nihil eorum que neceſſaria erant vobis in via mortalis vite in ſexta etate tu leritis poſt reſurrectionē in octaua que eſt termi minus vie ⁊ port⁹ omnis abundantie ſ. neq; vir gam i. regimen paſtorale / neq; perā ſ. prouiſio nem ſacramētorum/ neq; panē. i. cibū corporalē/ neq; pecuniā qua emūtur dignitates ⁊ honores mundani q2 hec iā nō erūt neceſſaria in octaua etate quādo non docebit vir ꝓximū ſuū ideo nō virga regiminis/ quādo auferet deus oēm lacri mam penitentie ab occulis ſanctoꝝ ideo nō me dicine ſacramentoꝝ quādo non eſurient/ neq; ſi tient amplius ideo neq; panē/ quādo non emet neq; vendent ideo neq; pecuniam/ neq; duas tu nicas habeatis ſ. preter carnē que eſt anime ve ſtis aliā artificiale nō queratis que ſit veſtis cor poris vt in ſexta etate faciebatis ſed ſufficiet vo bis veſtis glorie immortalis quādo fulgebūt iu ſti ſicut ſol in regno patris eoꝝ ⁊ eccleſia ſancto rum erit tota amicta ſole i. claritate glorie ⁊ luna mundane vanetatis erit ſub pedibus ei⁹ ⁊c. eūn tes ergo ad excitandum iudicandos in quācūq;

Euāgeliū argumen tum.

Prima ps euan gelij

Scđa ps euāgelij

domum i. congregationem ſanctorum intraueri tis de preterito. i. introiſtis quando receperūt do ctrinā veſtrā in ſexta etate· ibi manete cum eis in octaua glorie ⁊ inde ne exeatis q. d. tales vobiſ cum aſſumite ad regnū/ neq; eos in perpetuum dimittatis. Et quicūq; vice verſa non receperunt vos in ſexta etate. q2 nō audierunt doctrinam ve ſtram. tales nō aſſumatis ad gloriā ſed exuntes de ciuitate illa malorū etiā puluerē pedū veſtro rum i. peccata venialia ſine quibus ſancti in ſex ta etate non vixerunt excutite a vobis in octaua in teſtimoniū dānationis ſupra illos q. d. allega te contra eos vitā ⁊ doctrinā veſtrā mundam ab omni ſorde quā tamē noluerunt recipere ipſi ple ni non modo puluere ſed etiam luto ⁊ ſordibus peccatorū mortaliū pro quibus ipſi iuſte dāna buntur. Hec dñs ad apoſtolos ante iudiciū. Ipſi aūt egreſſi ad exequutionē mandati circuibant per caſtella i. caſtra ſanctorū diuerſa euangelizā tes i. annunciantes reſurrectionis gloriā ⁊ curan tes eos ab omni pena anime/ ⁊ corruptione cor poris vbiq; terrarū vbi erāt anime purgande et corpora incinerata. ¶ Moraliter vero prelati ec cleſie qui ſunt apoſtolorum ſucceſſores habentes chriſto poteſtatē per ſacramenta dei vt expellant demonia ab in fidelibus in baptiſmo ⁊ vt curet languores ab hominib⁹ mundanis in religione. Unde miſſi ſunt predicare regnū dei/ ⁊ ſanare in firmos a morbis ſpiritualib⁹. Sȝ precipitur eis vt non ponent lucra tēporalia in ſua intentione/ neq; ſint pompoſi in ſuo victu ⁊ veſtitu ſed intē dant deo placere ⁊ animas chriſtianorū ſaluare. ⁊ cū fecerint diligenter officiū eis cōmiſſum beni gne recipiant eos qui ſuā doctrinā audierunt in tra domū eccleſie vel religionis alios vero con temptores vel irriſores doctrine infideles/ ⁊ mū danos obſtinatos dimittāt extra excutiētes eū puluerē terrene vanitatis eorū ⁊ preſtantes con tra eos vltionē diuini iudicij. Prelati igitur cleri ci primo/ deinde religioſi obediēter predicantes multos homines ſua opera lucrati ſunt ⁊c.

Tertia ps euāgelij.

Moralis tas.

## ¶ Caput octuageſimūſex

tū de feria ſexta pēthecoſtes q̄ finalē glificationē eccleſie dei inſinuat ⁊ morbos ſpirituales curat.



# Acta in iudicio

finali bonorum ⁊ malorū ho minū ſeparatione in hac heb domade que tota eſt gaudijs plena ſolū de ſanctorum glo ria ſermonem facimus nam de penis reproborū alias da bitur locus agendi conuenientior. ¶ Hanc glo riam decantat huius miſſe introitus ſ. repleatur os meum laude ⁊c. ex pſalmo 70 quo eccleſia deſiderat illud plenum gaudium octaue etatis quando pleno ore/ ⁊ omnibus anime/ ⁊ corporis membris fideles dei laudes cantabunt cū mul tiplici alleluia. Vers⁹. In te dñe ſperaui ⁊c. princi piū eiuſdē pſalmi oſtendit hoc deſideriū nō eſſe

Introitus miſſe.

vanū:qꝛ fundaſ incerta ſpe diuine ꝓmiſſionis q̄
nō cōfūdit ſeu defraudat ſeruos ſuos Pōt etiam
iſte introit⁹ intelligi de nouiter baptizatis/aut re
ligione ꝓfeſſis.qui replentur gaudio in laudib⁹
Oratio. dei ꝓ beneficio ſue couerſionis Oro Da eccle
ſie tue.ꝛc applicat introitū fidelibus noſtri tēpoꝛis
petēs eis gratiā ſpūs ſancti qua ꝑſiſtāt in laudi
bus dei remota omni ꝑturbatiōe hoſtiū tam coꝛ
Epſe ar‐ poꝛalium quā ſpūaliū ¶Epiſtola ſcōm aliquas
gumētū. eccleſias Aperiēs petr⁹ ꝛc actuū ſecundo agit de
gloꝛificatiōe chꝛiſti miſtici poſt laboꝛes ſexte eta
tis q̄ figurata eſt in ſexta feria paſſionis chꝛiſti ꝛ
allegat ad hoc auctoꝛitatē pſalmi.15 q̄ eſt de re‐
ſurrectio⁰ . ad vitā gloꝛie cōſumate Sꝫ eccleſia
romana legit illud Johelis ſecūdo exultate filie
Sion ꝛc.eandē habēs ſentētiā ſub alijs verbis
Ubi primo letificat eccleſiā ꝓ chꝛiſto gloꝛificato
re Secūdo ibi ꝛ implebūtur ꝛc.,pꝛo gloꝛie conſu
matione.Tertio ibi.ꝛ non cōfundetur ꝛc pꝛo ſem
Prima pa epſe. piterna duratione. Ergo iohel ideſt incipiens a‐
poſtoloꝝ cetus letificare ſanctos octaue etatis
ait.Hec dicit dñs deus ſanctis ſuis exultate pꝛe
gaudio o vos filie Sion i ſpeculationis gloꝛie·ꝛ
letamini i dño deo veſtro cui fideliter ſeruiuiſtis·
qꝛ dedit vobis quādo eratiſ i via doctoꝛē iuſticie·
ideſt iuſte ꝛ ſācte doctrie ac vite bone.ille eſt chꝛi
ſtus filius dei dux veſter in ſexta etate·ꝛ poſtviā
deſcēdere faciet ad vos in octaua etate·imbꝛem
matutinū ꝛ ſerotinū:q̄ eſt duplex rerū noticia ſcꝫ
matutina in deo/ꝛ veſpertina in ꝓpꝛia ſpecie q̄
beatis hoībus de⁹ comunicabit in alia vita·ſicut
a ꝑncipio eā cōmunicauit āgelis vt habet augu
Scda pa epſe. ſtin⁹ ſup geneſim Hoc de glīa aie·ſꝫ quātū ad coꝛ
p⁹ dicit ꝛ iplebūtur hoꝛrea i coꝛpa vrā frumēto
ſacietatis oīm bonoꝝ.ꝛ toꝛcularia ſenſuū redun‐
dabūt vino leticie/ꝛ oleo ſuauitatis.ꝛ comedetis
veſcētes panē angeloꝝ:ꝛ ſaturabimini in menſa
dei.ꝛ pꝛo tantis beneficijs laudabitis nomē dñi
dei veſtri qui fecit vobiſcum mirabilia opa glīe ꝛ
nō quidē ad bꝛeue tēpus ſed ineternū.vnde ſub‐
ditur Et nō cōfūdetur ignominia miſerie popu‐
Tertia pa epiſtole. lus meus i qui me ſecutus eſt vt fidelis ſeruus
in ſempiternū ꝛ ſcietis vos ſancti mei ꝑ experē‐
tiā gloꝛie qꝛ ego ſum permanēs in medio iſrael
ideſt populi videns deū tanquā quiete ſedēs in
eo ego enim ſum dñs deus veſter verax ꝛ cert⁹
ꝛ nō eſt amplius dubitandū in pꝛomiſſis meis
ſcꝫ ꝙ nō cōfundetur populus meus in ſempiter
num ait dñs oipotens ideo nō fallet ex impoten
tia implendi pꝛomiſſum Eadem epiſtola facile
adaptabitur in ſenſu moꝛali nouis chꝛiſtianis ꝛ
bonis religioſis quib⁹ de⁹ per chꝛiſtū dabit mul
ta dona gratiaꝝ quibus abiecta fame ꝛ ſiti bono
rum tempoꝛaliū ſatietur/ac impleātur ſpūalib⁹
liberati ab oīni cōfuſiōe ꝛ cōtumelia hui⁹ mūdi
Primum alleluia. Primū allā O quā bon⁹ es dñe ꝛc.ſapi.12.ē gra
tiarum actio ſanctoꝛum ad deum pꝛo tanto be‐
neficio glīe cōſumate qua mira ſuauitate replen
Scdꝫ allā tur Scōm allā veni ſcte ſpūs ꝛc ad nouos chꝛi‐
Euāgeliū argumē. ſtianos ꝛ ad religioſos referatur vt pri⁹ ¶Euā‐
geliū:factū eſt in vna dieꝝ.ꝛc. Luce.5.admiratio

nem maloꝝ de gloꝛia ſanctoꝝ enarrat in octaua
etate.Habet tres partes.in pꝛima deſcribitur cō‐
gregatio maloꝝ In ſcda ibi·ꝛ ecce viri.ꝛc.addit
dubitatio eoꝝ· ſcꝫ de diuinitate chꝛiſti In tertia
ibi vt aūt cognouit.ꝛc concluditur admiratio de
gloꝛia ſanctoꝝ.Ergo in illo tempoꝛe octaue eta‐
tis factū eſt in vna dieꝝ qꝛ totū illud tēpus erit Prima pa euāgelij.
vna dies ſine nocte pꝛo bonis ꝛ ieſus dei filius
ſedebat cū ſanctis ſuis quiet⁹ in gloꝛia ſempiter
na docēs eos in libꝛo diuine eſſentie oīa mundi
miſteria ꝛ tūc etiā phariſei.i.mali a bonis diuiſi.
ꝛ legis doctoꝛes i.ſapiētes ſeculi erāt ſimiliter ſe
dentes in pena eterna.qui venerant ex omni ca
ſtello galilee i mūdane rote vel ſecte paganoꝝ ꝛ
iudee i ſecte iudeoꝝ:ꝛ hieruſalē i.eccleſie chꝛiſtia
noꝝ:oēs enim dānati ad has tres ſectas reducūn‐
tur ꝛ licet virtus dñi.i.chꝛiſti erat ad ſanādū oēs
per reſurrectionē gloꝛie qꝛ erat verus deus.tamē
ipſi nō videbant gloꝛiā diuinitatis eius·ſed puta
bāt eū eſſe purū hominē:qꝛ pꝛecipua maloꝝ pe‐
na erit carentia viſionis diuine. Et dū mali ſic ſe Scda pa euāgelij.
haberet.ecce viri.i viriles apoſtoli chꝛiſti vel an‐
geli dei erāt poꝛtātes ad gloꝛiā hominē qui erat
paraliticus i.carens ſenſu ꝛ motu coꝛpoꝛis in ſe
ptima etate:hoc eſt humanū genus quod iacue‐
rat in terra ſepultū poꝛtabāt ad iudiciū pꝛocurā
tes ei ſanitatē perfectā . et ideo querebant eū in‐
ferre.ideſt intromittere ad gloꝛiā. et ponere ante
dñm in palacio ei⁹ ꝛ nō inueniētes locū allegā
di pꝛo eis qua parte eū poſſent inferre· pꝛeturba
demonioꝝ allegantiū in contrariū corā iudice·vt
impedirēt ſanctoꝝ gloꝛiā eo ꝙ fuerāt peccatoꝛes:
aſcenderūt ſupꝛa tectū charitatis que tegit multi
tudinē peccatoꝝ. hoc eſt apoſtoli ꝛ angeli cuſto‐
des allegarūt pꝛo ſanctis ꝙ in charitate deceſſe
rāt ab hac vita:ideo digni erāt intrare cū chꝛiſto
in gloꝛiā nō obſtāte multitudinē ſuoꝝ peccatoꝝ
pꝛeteritoꝝ:que deleta ſunt per gratiā chꝛiſti ꝛ ſic
per tegulas meritoꝝ ſubmiſerūt illū cū lecto coꝛ
poꝛis āte ieſum quoꝝ apoſtoloꝝ ꝛ angeloꝝ fidē
ideſt perſeuerantia in allegando pꝛo ſanctis vt
vidit ipſe chꝛus dixit palitico homini adducto
ad iudicium coꝛam ſe·homo remittuntur tibi im
pꝛimis peccata tua ideſt abſoluo te a reatu pene
quā deberes pati pꝛo tuis peccatis alias nō poſ
ſes admitti ad gloꝛiam quo verbo audito cepe‐
runt cogitare dannati dicentes cum indignatio
ne ꝛ inuidia quis eſt hic Jeſus nazaren⁹ qui lo‐
quitur blaſſemias : ſcilicet attribuens ſibi quod
eſt pꝛopꝛium dei quis enim eſt tante poteſtatis
homo vt poſſit peccata dimittere modo pꝛedi‐
cto niſi ſolus deus qꝛ ipſi ſoli peccatur· ꝛ ipſe ſo
lus poteſt penam peccato debitam infligere pec
catoꝛi hic autem ieſus non eſt deus ſed pur⁹ ho
mo ergo blaſſemat in eo ꝙ dicit remittuntur ti‐ Tertia pa euāgelij.
bi pcta tua Hanc dubitationē excludere volens
dñs vt cognouit cogitatiōes eoꝝ dixit ad eos vt
qd cogitatis mala de me in coꝛdib⁹ veſtris : q̄ro
eīn a vobis qd eſt mihi facili⁹ dicere cetui bonoꝝ:
remittuntur tibi peccata tua an dicere eidem ſur
ge ſubito a tua miſeria coꝛpoꝛis/ꝛ ambula in gꝛ‐

ſecta beatitudine glorie cõſummate q̃ d tam fa-
cile/aut difficile eſt vnũ q̃ꝫ horum alterũ q2 om=
nipotentie dei vtrũqꝫ eſt eque facile ſed potentie
create vtrũqꝫ equaliter difficile immo impoſſibi=
le vt ergo cognoſcatis a poſteriori ꝛ per effectũ
non a priori per claram viſione q̃ filius homi=
nis Jeſus chriſtus habet poteſtatem diuinitatis
in terra i natura humana dimittendi eis pecca=
ta de quo dubitabatis faciam ſcd̃m de quo non
poteritis dubitare vt hinc concludatur euideter
q̃ ego qui poſſum ſcd̃m poſſim etiã et primum
et per cõſequẽs ego ſum verus deus ſicut verus
homo tunc Jeſus ait paralitico humano generi
in terra iacẽti tibi populo meo dico i precipio in
virtute mea ſurge ab omni miſeria corporis et
tolle i eleua lectũ.i.corpus tuum ad gloriã et va=
de ad quieſcẽdum in domũ tuam que eſt paradi
ſus ꝛ confeſtim ad mãdatum chriſti ſurgẽs para
liticus a terra corã illis tulit lectũ ſuum in quo
iacebat in multa miſeria abijt in domũ ſuam pre
dictam magnificãs deum pro beneficijs ei con=
ceſſis nam primo abſoluit eorũ animas a penis
inferni/ꝛ a purgatorij ſecũdo liberauit corpora a
miſeria corruptionis nature ꝛ ornauit munere
glorie Quare ſtupor.i admiratio apprehẽdit om
nes dãnatos quia neſciebãt reſpondere cõtradi=
centes imo cõuicti euidentia operis magnifica=
bant Jeſum nazarenũ tanqꝫ deum licet enĩ odio
habeãt ipſum dãnati tamen velint nolint confi=
tentur eius diuinã potentiam ꝛ extũc repleti ſunt
omnes dãnati timore chriſti dicetes q2 vidimus
eum hodie faciẽtem mirabilia opa ſoli deo poſſi
bilia ideo negare non poſſumus eum eſſe deum
omnipotẽtem a quo puniri poſſumus ſicut eius
ſerui potuerũt ab eo glorificari tam mirabiliter
¶ Moraliter vero quilibet homo infidelis / aut

Moralitas.

ſeculariter viuẽs eſt paraliticꝰ·ſed viri dei p̃dicato
res eccl'ie/aut p̃lati religionis ſcte ſuis admoni=
tionibꝰ adducunt eum ad chriſtũ vt ſanet ꝛ licet
turba malorũ ſociorũ impediat acceſſum eiꝰ ad
chriſtũ tñ in fine aſcedũt p̃dicatores cũ eo ſupra
tectũ humane ſcientie q̃ mẽtem obũbrat ad cõtẽ=
plationẽ veri luminis in ſerenitate fidei ꝛ ſic per
tegulas ſingulorꝫ articulorꝫ reuelatas ponunt eũ
ante Jeſum i ſaluationẽ anime ſue ꝛ tũc chriſtus
inſpirat ei contritione vite preterite vt remittan=
tur peccata eius ꝛ tande pfecte ſanat infidelẽ per
baptiſmũ et ſecularẽ per religionis ingreſſum
adeo vt de eius ſanitate oẽs admirẽtur magnifi=
cantes deũ·qui ſepe couertit pfundũ maris i hu
mani cordis qd̃ tam venerat in profundum ma'
lorꝫ/ꝛ per contẽptũ peccabat ꝛc̃. ¶ Cantus offer=

Offertorium.

torij Lauda aĩa mea dñm ꝛc̃ ps 145 ponitur
ex perſona ſanctorꝫ octaue etatis deũ laudantiũ/
atqꝫ benedicẽtium pro beneficijs ab eo receptis
ꝛc̃ Secreta oratio Sacrificia dñe ꝛc̃ offert deo ſa
crificium eucharistie pro fidelibus preſentibus
petens eis ignem diuini amoris in corda eorum
ſicut olim datus eſt apl'is per ſpũſſancti viſibilẽ
miſſionẽ ¶ Cõmunio·Nõ vos relinquã orpha-

Co[m]o.

nos ꝛc̃.Joãnis 16.conſolatur fideles ſexte etatis

promittens eis aduentũ ſcd̃m filij dei cũ plenitu
dine gaudij ꝛ gl'ie Finalis orõ ſumpſimꝰ dñe ꝛc̃
petit fidelibꝰ preſentibꝰ ex virtute eucharistie ſuſ
cepte auxiliũ grẽ dei cõtra infirmitate nature ꝛc̃

## ¶ Caput octuageſimũ ſe-

primũ de ſabbato hebdomade penthecoſtes quo
officio preter myſteriũ ordinũ concluditur hiſto=
ria octaue etatis ſeu glorie ſanctorũ reſurgentiũ
ſimul atqꝫ conuerſorum ad fidem ꝛ religionem

VLtimo circa mi

Argumentũ officij.

ſteria octaue etatis ſanctorꝫ re
ſurgentiũ hodiernũ officiũ p
varios ordines clericorũ deſi=
gnat varios ordines ſanctorꝫ
in celeſti gloria Joanis 14
in domo patris mei mãſiones
multe ſunt.cõfirmationẽ quoqꝫ perpetuã ſancto
rũ in gloria cõſumata declarat et p̃ter hec inſen=
ſu morali clericorꝫ officia diſponit atqꝫ nouiciorꝫ
in fide/ꝛ religione bona cõmemorat ¶ His oĩbꝰ

Introitꝰ miſſe.

aptari poteſt miſſe introitꝰ ſ.charitas dei diffuſa
ꝛc̃ Ro 5 qui miſſionẽ ſpũſſancti ad in habitãdũ
nouo modo in hoĩe decãtat cum plenitudine grẽ
et charitatis cõſumate Verſus Bñdic aĩa mea
dñm ꝛc̃.pſal' 102.laudat deũ pro tali ac tãto bñfi'
cio fidelibꝰ ſuis exhibito Orõ Mẽtibus noſtris

Oratio prima

q̃s dñe ꝛc̃ applicat eandẽ ſententiã fidelibꝰ pre=
ſentibꝰ petẽs eis ſimile ſpũſſancti miſſionẽ qua
recte gubernent in vita ſua et poteſt eade orõ fie
ri pro clericis nouiter ordinãdis / vel pro nouis
chriſtianis cõfirmãdis/vel pro religioſis inflamã
dis in charitate Prima lctõ Johel.2 pmittit or=

Prima lectio

dinãdis ꝛ cõfirmãdis infuſionẽ ſpũſſancti ꝛ ſupe
rius in feria quarta huiꝰ heb explanata eſt ſed
adhuc exponit eã orõ ſequẽs ſ Jllo nos igne ꝛc̃

Oratio ſecunda

que petit eiſde ignem diuine amoris inflamantẽ
corda eorũ ad bene agẽda officia ſua Scd̃a lctõ

Scd̃a lectio

Locutus eſt dñs ad moiſem ꝛc̃. Leui 23 corre=
ſpondes qualitati tẽporis eſtiui in quo meſſes col
ligunt̃ de terra enarrat primam inſtitutionẽ ce=
leberrimi atqꝫ ſanctiſſimi feſti pẽthecoſtes in ve
le vt per hec corporalia intelligant nouiter ordi=
nati ac nouiter baptizati ſe introductos in terrã
pmiſſionis ſpiritualẽ·que eſt catholica eccl'ia in
qua offerãt deo primicias frugũ ſuarum i bono=
rum actionum que primitie ſunt ſancte ꝛ deuote
intẽtiones mẽtis Tertia oratio Deus q̃ ad ani=

Tertia oratio

marũ ꝛc̃ applicat predictã lctõnem ad ieiunãtes
petes eis grãm ſpũſſancti q̃ deuote ſeruiãt deo
Tertia lctõ dixit moiſes ꝛc̃ Deut 26 eande ſentẽ

Tertia lectio

tiã habet cũ p̃cedete et ius decimarꝫ ac primiarꝫ
tribuit ſacerdotibus q̃ habet locum dei in terris
Quarta orõ Preſta q̃ o deꝰ ꝛc̃.petit ieiunantibꝰ

Quarta oratio

gratiam qua a vicijs ſicut ab eſcis abſtineant et
veniam peccatorum obtineãt Quarta lectio Di=

Quarta lectio

xit dominus ad moiſem ꝛc̃.Leuit 26 cõmendat
nouiter baptizatis ac etiam nouiter ordinatis ob
ſeruantiam preceptorꝫ dei tã generaliũ q̃ ſunt ad
oẽs fideles cõe quã ſpecialiũ q̃ ſolos reſpiciunt

clericos·⁊ hoc ſub ſpe magnoꝝ p̄mioꝝ nō ſolum
Quinta oratio. in hac vita/ſed etiam in futura glīa Quinta orō:
Preſta q̄s o deus ⁊c̄.candem habet ſententiam
cū oratione p̄cedēte licet ſub alijs verbis Quin=
ta lectio Angelus domini.⁊c̄ Danielis 3.cōtis;eſt
Quinta lectio. omnibus quattuor tēporibus ad ſignificandam
charitatem ieiunantiū/⁊ examē clericoꝝ vt alias
diximus ſed hic poteſt applicari ſanctis octaue
etatis quando angeloꝝ miniſterio ſancti libera
buntur ab igne purgatorio/ ⁊ a corruptione cor=
porum damnati vero hoīes ⁊ angeli igni perpe
Alleluia. tuo cōburentur ⁊ in corpore ⁊ in anima Et notā
dum ꝙ poſt quamlibet p̄dictarum lectionū ante
orationē cantatur vnum alleluia in choro q2 hoc
ieiunium non eſt meroris ſed leticie·ꝑpter quali
tatem huius hebdomadis q̄ tota ē glorioſa ⁊ illo
alleluia denotatur reſponſio populi ad p̄dicte le=
ctiōis exhortationē.ſed in primis quattuor lectio
nibus alleluia erat de ſpūſancto ex varijs locis
ſcripture·vt correſpōderet qualitati tēporis ſecun
dum materiā ſubiectā In hac vero quinta lectio
ne alleluia eſt de eodem contextu cum lectione ſ.
Benedictus es dn̄e.⁊c̄ Daniel.3 ⁊ cātatur ex pſo
na nouiter baptizatorum/cōfirmatoꝝ/⁊ ordinato
rum qui ꝓ beneficijs acceptis deū laudant atq;
multipliciter benedicunt.⁊ poteſt etiam intelligi
de ſanctis octaue etatis.qui in eternum deū be=
nedicunt quo cōtra reprobi eundē ſemꝑ maledi
Sexta oratio. cunt Sexta oratio Deus q̄ trib⁹ pueris ⁊c̄.ada=
ptat lectionem p̄cedentē ad ieiunātes petēs eos
liberari ab incēdio concupiſcētie carnalis ⁊ alio
Epiſtole argumentum. rum vitiorum ¶Epiſtola Iuſtificati igitur ⁊c̄.
Ro 5 eſt ſermo p̄lati ad baptizatos/cōfirmatos/
⁊ ordinatos imo ad omnes fideles p̄ſentes.quo
dirigit mentes eoꝝ ex p̄ſentibus myſterijs ſacra=
mentorum ad tenendam firmā ſpem glorie ſan=
ctorum q̄ erit in octaua etate reſurgentiū.Et ha=
bet tres partes Prima cōmendat fidem Secū=
da ibi non ſolum autem ⁊c̄ acceptat laborem
Prima ps epl'e. Tertia ibi ſpes autem.⁊c̄.firmat ſpem. Fratres
inquit p̄latus ad p̄dictos fidelium gradus ſcire
vos cōuenit vt quia iuſtificati ſumus i remiſſio=
nem iniuſticie/ vel peccati obtinuimus a deo ex
fide i.per virtutem fidei quam profeſſi ſumus in
baptiſmo deinceps pacem habeamus non tan=
tum ad homines q̄tum ad deū ⁊ hoc ꝑ dominū
noſtrum ieſum chriſtum mediatorem q̄ veniens
fecit pacem inter deum ⁊ homines ꝑ quem me=
diatorem habemus acceſſum ad deū ⁊ inter cete
ras virtutes maxie ꝑ fide incarnationis ⁊ paſſio
nis eius q̄ firmauit nos in gratia iſta ſacramēto
rum eccleſie ſ baptiſmi/confirmationis/ et ordi=
nis in qua gratia ſtam⁹ hodie ſolenniter celebrā=
tes hec ſacramēta ⁊ ꝑ hec hſacramēta gloriamur
nūc/in ſpe poſtea in re glorie filiorum dei i.ſan=
ctorum octaue etatis q d ex quo ꝑ gratiam chri=
ſti mediatoris iuſtificati i iuſti effecti ſumus corā
deo per fidem ⁊ ſacramenta eccleſie ꝓcuremus
deinceps pacē cordis habere cum deo ꝑ bonam
vitam vt vere ſimus filij dei habētes ius ad he=
reditatem glorie ſue q̄ conſumabitur in nobis in
octaua etate reſurgentium.Non ſolū autē glori= Secunda ps epiſtole.
mur in ſpe glorie dei.i. quia habemus certā ſpē
veniendi ad gloriam ſed etiā gloriamur in tribu
lationib⁹ quas patimur ꝓ deo ſiue a malis ho=
minibus/ſiue in regimine eccleſie/ et miniſterio
ſacramentorum/ et impletione mādatorum dei:
et ratio quare in laborib⁹ huius vite gloriamur
eſt·quia ſcientes ſumus quoniā tribulatio huius
temporis patientiā noſtrā operatur i exercet.nō
enim elicit homo actum patiētie niſi inſtet tribu
latio in qua elucet ſicut aurum in igne vnde ſub
ditur ꝙ patientia operatur ꝓbationem hominis
in virtute eo modo quo metalla ꝓbantur in for=
nace ignis pſalmo 25 Probaſti cor meum/igne
me examinaſti ⁊c̄ ꝓbatio vero operatur i nobis
ſpem glorie.ex eo enim ꝙ homo ꝓbatus ē apud
deum:habet ſpē ſue beatitudinis ergo de primo
ad vltimum tribulatio eſt medium valde neceſ=
ſarium ad habendā gloriā dei merito itaq; ſi glo
riamur in ſpe glorie:gloriari debemus in tribu=
lationibus Hec vero ſpes glorie noſtre eſt adeo Tertia ps epiſtole.
certa ꝙ non confundit.i.fruſtrat hominem a ſuo
deſiderio eo ꝙ iūcta eſt charitati dei q̄ nos viſce
raliter diligit vt veros filios et hanc charitatem
experimur in nobis quia diffuſa eſt in cordibus
noſtris ꝑ ſpūmſanctū qui datus eſt nobis in ſa=
cramentis eccleſie maxime in ſacramento ordi=
nis vbi datur ſacerdotibus ſpūalis poteſtas ad
multa opera bona iuxta illud Ioannis 20 Acci
pite ſpūmſanctum quorū remiſeritis peccata ⁊c̄.
¶Moraliter etiam hec epiſtola conſolatur ieiu=
nantes in his quattuor temporib⁹ anni maxime
in hac hebdomade eſtiuali quod eſt valde labo=
rioſum ⁊ videtur eſſe magna afflictio/vel tribula
tio quia inde firmatur eorum ſpes magna ad fu
turam gloriam octaue etatis ⁊c̄ ¶Poſt epiſtolā Tractus.
ponitur tractus Laudate dn̄m omnes gētes ⁊c̄.
pſal' 116 ⁊ ſignificat ſimul laborem ⁊ leticiā ieiu=
nantium·nam p̄dicte doctrine epiſtole reſpōdet
populus fidelis laudās deum ꝙ eū adduxit ad
ſalubrem tribulationē q̄ firmat eorum ſpem ad
gloriam Poteſt ſecundo intelligi de nouis chri
ſtianis iam cōfirmatis Uel tertio de clericis or=
dinatis qui laudant deū ꝓ beneficio ſacramenti
ſuſcepti Unde additur verſus Quoniā cōfirma
ta eſt ſuꝑ nos ⁊c̄ Uel quarto de ſanctis octaue
etatis iam confirmatis in ſua gloria ⁊c̄ ¶Euan Euangelij argumentum.
gelium Surgens Ieſus de ſinagoga ⁊c̄ Luc 4.
licet iam alias fuerit expoſitū in feria quinta ter
tie hebd quadrageſime ꝓ generatione 19 eccle=
ſie vel ſexte etatis/aut regni clericorū tamen hic
exponendum erit iterum ad ꝓpoſitum cōfirma=
torum/ vel ordinatorum clericorū quos ꝑ virtutē
ſacramenti gratia chriſti liberat a febribus con=
cupiſcentie carnalis ⁊ ab alijs languoribus vitio
rum vt libere ⁊ diligenter miniſtret in eccl'ia dei.
Uel ad ꝓpoſitum reſurrectionis ſanctoꝝ octaue
etatis quos a febre naturalis corruptiōis corpo=
rum/⁊ a varijs languoribus penarū purgatorij/
⁊ a clamore demonum accuſantiū liberabit tunc
virtus chriſti mediatoris.Et ad hunc ſenſū euan=

gelium habet tres partes Prima eſt ſanatio cor
porum Secunda ibi.cum ſol autem rc̄.liberatio
animarum Tertia ibi:facta autem die rc̄.congre
Prima gatio beatorum In illo ergo tēpore octaue eta
ps euan tis ſurgens Ieſus de ſinagoga.i.congregatione
gelij. angelorum/r aliorum beatorum venit ad iudiciū ge
nerale oīm hoīm r ſic exiens a loco celi intrauit
in domū Simonis i in eccliam Simoni cōmiſ
ſam i terris ſocrus aūt Simonis i natura huma
na:que eſt prior gratia quaſi mater eius q̄ gra
tia preſupponit naturam et fundatur in ea.ordi
natio autē eccleſie Petro cōmiſſe eſt p ſacramē
ta gratie· illa ergo ſocrus Petri tenebatur quaſi
ligata magnis febribus corruptionis naturalis
in terra p omnes ſex mūdi etates ſed in fine ſex
te apoſtoli rogauerunt dn̄m pro ea liberanda p
glorioſam reſurrectionē corporum r Ieſus ſtās ſup
illam quaſi adiutor fortis imperauit febri i mor
talitati vt diſcederet ab ea r continuo i.ſtatim et
ſubito dimiſit eam febris p̄dicta·r ſurgens eccle
ſia ſanctorū a morte terrena miniſtrabat illis i.
chriſto r ſuis apoſtolis i eo opere quod ptinet ad
octauam etatē.ſ.in laude creatoris ac redēptoris.
Secūda Et non ſolum corpora ſanctorum a corruptione
ps euan liberabit ſed etiam aīas a purgatorio nam cum
gelij. ſol i.clar tas ſexte etatis occidiſſet i ad finē pue
niſſet omnes prelati ſanctiqui habebāt ſubditos
infirmos in hoſpitali purgatorij varijs languori
bus penarum·ducebant illos ſuis orationib' ad
ieſum vt abſolueret eos a penis at ille ſingulis
manus adiutorij imponens curabat eos i libera
bat a penis r ſic exibant demonia i recedebant
a multis clamantia contra ſanctos et dicētia q
tu qui eos liberas a noſtris penis es filius dei r
hoc magis facis p violentiam quā p iuſticiā ſed
ipſe ieſus increpans falſitatem ſui dicti non ſine
bat ea amplius loqui quia ſciebant ipſum eſſe
chriſtum i redemptorem aīarum qui p ſuam paſ
ſionem ſatiſfecit iuſticie dei pro hominibus ideo
p iuſticiam non p violentiā aīas a penis liberat
Tertia ps Quare finito iudicio generali r eiectis demonijs
euangelij cum ceteris hominibus damnatis a ſe ipſe ieſus
facta die octaue etatis que erit perpetua ſine no
cte egreſſus a terra ibat iterum in deſertum locū
celi in quo fere nullus hominū corporaliter ha
bitauerat.ſed turbe ſanctorum iā glorificatorum
requirebāt eū ad manendū cum eis in terra qd̄
etiam notauit Petrus in transfiguratiōe chriſti
dicens dn̄e bonum eſt nos hic eſſe faciamus hic
tabernacula rc̄.r venerūt ſancti ad ipſum oran
dum r detinebant i detinere volebant cum ſuis
p̄cibus ne diſcederet ab eis a terra quia volebāt
frui gloria dei in eodem loco vbi paſſi fuerāt tri
bulationes mundi quib' ille ait non eſſe locum
terre conuenientē ſtatui glorie dicens quia r alijs
ciuitatibus i celeſtiū ciuium oportet me euange
lizare regnum dei i gliam p meam faciale p̄ſen
tiam eis exhibitā rc̄ Moraliter vero hoc euā
Morali gelium ad ppoſitum hui' ieiunij quattuor tem
tas. porum maxime in eſtate quando plures hoīes
ppter exceſſum caloris tenentur magnis febri
bus/ r varijs languorib' tam corporum q̄ aīma
rū ſed has infirmitates oēs curat gratia chriſti
p virtutē huius ieiunij deuote inuocata r impe
trata.adeo vt demones aduerſarij noſtri cognita
chriſti potentia r virtute exeant vel fugiant a no
bis:nō pmiſſi nocere fidelibus ex obediētia chri
ſti r eccleſie ieiunātibus rc̄ Cantus offertorij Offerto
Dn̄e deus ſalutis mee rc̄.pſalmo 87.ponitur ex rium.
pſona populi renouati/ordinati/r glorificati·vbi
cōmemorat labores vite p̄terite in die.i pſperita
te:in nocte i aduerſitate huius vite mutabilis·vt
tandem grās agat' p ſua ſtabilitate ad quā pdu
ctus eſt Secreta oratio Ut accepta tibi ſint rc̄
offert deo munera euchariſtie p fidelib' ieiunā
tibus petens eis grām purificantē corda eorum
vt ieiunium ſit meritoriū r acceptum corā deo.
Cōmunio Spirit' vbi vult ſpirat rc̄. Ioan.3. Commu
prenotat gaudium baptizatorum/confirmatorum/ nio.
ordinatorum/ac etiam ſanctorum octaue etatis de
experientia ſpūſſancti habitātis in eis.cuius in
ſpirationē in priore vita ſentiebant:ſed non intel
ligebant ſicut modo intelligunt ideo addūt qua
druplex alleluia ppter dotes glorie Finalis orō:
Prebeant nobis dn̄e.rc̄.petit fidelibus p̄ſentib'
ex diuino munere r virtute euchariſtie ſanctum
feruorē charitatis quo delectabiliter guſtent fru
ctū tāti ſacramēti rc̄ Et hic eſt finis toti' ſcd̄e
partis libri miſſalis q̄ dicebatur tempus viſita
tionis/et reconciliatiōis humani generis cū deo
ſuo.Nam tertia pars de tempore deuiatiōis/ac
p̄uaricationis humani generis ſuperius fuit in
terpoſita medians inter duas partes ſcd̄e partis
i a ſeptuageſima vſq ad paſcha ratione poſita
in fine ſeptimi capitis huius ſecundi libri

Quarta pars libri miſſalis/r aliorum
officiorum eccleſie i qua tota agitur
de tempore perigrinatiōis/peniten
tie/et laboris populi dei hoc eſt de
myſterijs ſexte etatis mundi q̄ ſola
ptinet ad legem euangelicā.cuius doctrine prin
cipium de penitētia fuit ab hoc themate chriſto
ſuam p̄dicationē ordiente: penitentiam agite.ap
propinquabit enim regnum celorū ido ſexta etas
mundi ſuper omnes alias ad imitationē paſſio
nis chriſti facte i ſexta feria hebdomadis ſancte:
dicitur tempus laboris/penitentie/r paſſionis fi
delis populi dei Sed adhoc q eius penitētia ſit
fructuoſa coram deo requiruntur multe alie vir
tutes quibus ipſa ſit aſſociata ideo in officijs
huius temporis(que omnia fere ſunt dominica
lia) eccleſia illas virtutes predicat ſigillatim in
ſenſu morali officiorum q̄uis in ſenſu hiſtorico
iterum ptractet omnia myſteria eccleſie chriſtia
ne a chriſto vſq ad finem mundi

## Caput in ordine octogeſimūoctauū

de officio prime dn̄ice poſt pēthecoſten. in quo preter laudes ſanctiſſime trinitatis/atq indiuidue vnitatis noſtri creatoris agitur p hiſtoriam de exordio eccleſie chriſtiane· certis enigmatibus declarando qualē ecclīam chriſtus

coꝝum adhuc ageret nobiſcum in terris) de nouo inſtituerit / qualemue doctrinã ſuis fidelib⁹ reliquerit. Per thropologiam vero idem officiũ nouam anime fidelis creationem in eſſe morali ac ſpirituali denotat.

Cõtinuan tur preceſ dentia ad ſequẽtia

Poſt longũ diſcurſum eccl'iaſticoꝝum officiorum a ſeptuageſima vſqꝫ ad hunc locum. in quibus ꝑ varios tropos locutionũ enarrate ſunt oẽs fere hiſtorie populi dei a ꝑncipio mũdi vſqꝫ ad finem eius ſub myſterijs ſeptuageſime / ſexageſime / ⁊ triplicis quinquageſime. quarum vltimam ad octauã ſanctoꝝũ etatẽ poſt finẽ mũdi retulimus redeamus iterũ in hac vltima parte ſacri libri miſſalis ad ſpecialius ꝑtractanda myſteria huius noſtre ſexte etatis mundi (q̃ proprie ad eccleſiam chriſtianã ꝑtinet) in qua fidelis populus dei ſub noui teſtamenti gratia ꝑ varios virtutum labores ſeſe exercens peregrinatur ad celeſtem Hieruſalẽ. i. ad gloriã octaue etatis reſurgentium beatorum. Hoc enim ordine ſapiẽtiſſimus philoſophoꝝ Ariſtoteles deſcripta pri⁹ vltimi finis (q̃ ⁊ beatitudo) precioſiſſima dignitate: ſubiungit doctrinam moralẽ de medijs neceſſarijs q̃bus ad illa ꝑuenire oporteat oẽs quicunqꝫ volunt eſſe beati hoc eſt de actibus virtutũ moraliũ atqꝫ intellectualiũ / pariter ⁊ paſſionũ laudabiliũ. Nos aũt apoſtolo noſtro dirigẽte altiorem viam virtutũ ad ſublimiorem finẽ demonſtrantes theologicas ſuperaddemus virtutes / ꝑ ſeptiformẽ gratiam ſpũſſancti nobis inſpiratas. Et merito hec ſexta mundi etas ſuper oẽs alias ꝑcedẽtes labori populi fidelis dicata eſt vt quẽadmodum chriſtus princeps noſter in ſexta hebdomadis ſacte feria paſſus eſt. ita populus ſanctorum eius in ſexta etate mundi patiatur multipliciter. Quia ſicut oportuit pri⁹ pati chriſtũ in ſexto die / ⁊ ita intrare in gloriam ſuã in die octauo / poſt quietem ſeptimi i ſepulchro ita opus eſt pati chriſtianũ populũ i ſexta etate / ⁊ poſt quietẽ ſeptime etatis ſanctoꝝ in ſepulchris ꝑuenire ad gloriam ſue reſurrectionis in octaua etate. ¶ Et q̃uis in tẽpore q̃dageſimali myſteria ſexte etatis ꝑ quadraginta duas generationes regni clericorum ⁊ deīde in hebdomade paſchali ꝑ alias octo generatiões regni religioſorum ꝑuenientes vſqꝫ ad hec noſtra tempora expoſuerimus tamen ꝓ tante rei magnitudine non ſatis eſſe putauerũt ſancti patres horum officioꝝũ ordinatores ꝙ myſteria eccleſie chriſtiane tantũ ſemel cõmemorata ſint in officijs eccleſiaſticis ꝑ totius anni circulum ſed oportuit ꝙ pluries in anno de eis fieret metio. Primo quidem a die natalis chriſti vſqꝫ ad ſeptuageſimã. Secundo vero a dñica prima quadrageſime vſqꝫ ad finẽ hebdomade paſchalis. Adhuc iterum et tertio a pẽthecoſte vſqꝫ ad aduentum domini. Et huius repetitionis ratio hec eſt quia cum hec ſexta mundi etas ſit aliarũ oim potiſſima / exiſtatqꝫ finis oim ꝑcedentiũ vtpote in q̃ deus oĩa figurata / ⁊ ꝓphetata / atqꝫ promiſſa in alijs etatibus a principio mundi impleuerit chriſti ⁊ eccleſie ſue myſteria. nimirum ergo ſi officia eccleſiaſtica toties in eodem anno reuertantur ad cõmemorãda myſteria ad ſe ꝑtinentia maxime cum ſint neceſſaria ad ſuorum fidelium ſalutẽ eternam.

Quare toties cõnumerantur myſteria ſexte etatis

De myſterijs legis nature ſemel in anno

De myſterijs aũt primarũ mundi etatum (que ſub lege nature vixerunt) q͛ antiquiſſima ſunt / ⁊ iam diu elapſa / minuſqꝫ ꝑfecta. ſemel tantũ in anno. hoc eſt a ſeptuageſima vſqꝫ ad quinquageſimam incluſiue facta eſt mentio in officijs eccl'ie. De geſtis vero patrũ legis Moyſayce nobis proximioribus in fine tertie etatis cũ tota quarta ⁊ quinta bis in anno fit mẽtio in eiſdem officijs videlicet in quattuor hebdomadis aduentus ⁊ iterum in quattuor ferijs vltimis ſeptimane quinquageſime vt ibidem exponentes notauimus. Eſt ⁊ alia ratio quia illa geſta patrũ veteris le. erant magis ꝑfecta / ⁊ magis clare explicantia myſteria fidei et religionis chriſtiane.

De ceriſ monijs veteris legis bis in anno.

Oportuit ergo propter excellentiam legis euangelice (que in ſexta mundi etate decurrit) ꝙ ter in anno ꝑtractarentur myſteria ⁊ geſta ſanctoꝝũ eius in ſuis officijs. Primo quantũ ad eius originem ⁊ augmentum abſolute ⁊ hoc a feſto natalis domini ꝑ epiphaniã vſqꝫ ad ſeptuageſimã. Secundo quantum ad eius doctrinã ⁊ ſtudium cõparatiue i. in concordia ad geſta ve. le. ⁊ hoc a prima dominica quadrageſime vſqꝫ ad paſcha. Tertio q̃tũ ad eius labores in hoc exilio ꝓphetice i ſequẽdo ꝓphetiã Joannis apoſtoli in ſua Apocalypſi ⁊ hoc a pẽthecoſte vſqꝫ ad aduentũ. Et quia alia officia ſunt iam a nobis expoſita in ſcda ⁊ tertia partib⁹ huius libri miſſalis reſtat iã vt alio facto ꝑncipio hec reſidua exponamus ad ſenſus ꝑdictos.

De lege euangelica ter in anno

¶ Inter penthecoſte autẽ ⁊ aduẽtum licet varia ſit tẽporis quantitas ⁊ nõ quolibet anno equalis et hoc ꝓpter varietatẽ paſchatis ⁊ aliorum feſtoꝝũ mobiliũ tamẽ eccl'ia romana ordinauit viginti quattuor officia miſſalia ꝓ totidẽ dieb⁹ dñicis ⁊ ſex hiſtorias ꝓ officijs nocturnis ⁊ matutinis. Quib⁹ hiſtorijs ⁊ officijs eccleſia (vt diximus) intẽdit principalr̃ ſignificare ꝑ hiſtoriã totum diſcurſum ſexte etatis mundi i a chriſto vſqꝫ ad diem iudicij generalis. Per moralitatem vero multa ſalutaria documẽta fidelibus penitẽtib⁹ tradere intendit q̃ fructuoſam faciant peregrinationẽ eoꝝũ vt videre licet in omnibus fere ſermonib⁹ / ⁊ homelijs doctoꝝ ad hoc tempus ꝑtinentibus qui tamẽ de hiſtorico ſenſu horum officioꝝ (qui eſt principalior) ferme nihil tetigerũt hoc eſt de ꝓcurſu eccleſie chriſtiane in hac ſexta etate ſecundũ varios ſtatus eiuſdẽ / tam in aduerſa q̃ in proſpera fortuna. Hanc etiã hiſtoriam beatus Joãnes in ſua Apocalypſi ꝓſequitur prophetando vt omnes catholici ei⁹ expoſitores conſtanter aſſeuerant dicentes ꝙ poſt illius libri ꝓlogum (quod ẽ caput primum) poſuit apoſtolus ſpecialẽ quandã inſtructionẽ ſuo tempore neceſſariam ſeptem eccl'ijs Aſie minoris

Cõcordãtia officioꝝũ iſtoꝝ cũ Apocalypſi Joãnis.

in capitulis ſecundo ⁊ tertio Quare ſua ꝓphetia a capite quarto incipitur notans in primis eminentiam diuine maieſtatis a qua proceſſit originaliter illa reuelatio deinde in cap̄ quinto chriſti ieſu excellentiſſimam dignitatē ꝙ hec myſteria ſuo chariſſimo apoſtolo reuelauit imediate ⁊ per eum oīb⁹ fidelibus futuris Et hanc reuelationem vocat ibi aperturā libri clauſi ſeptem ſigillis ꝗ ſunt ſeptē ꝑncipales partes ſue prophetie: quas a principio ſexti capitis ibidem proſeqtur ⁊ eis hec noſtra officia correſpondēt Sed qꝛ noua quadam cōſuetudine oēs ferme latine eccleſie in hac prima dñica poſt penthecoſten celebrant feſtum ſanctiſſime trinitatis. ideo predicta officia huius temporis nō incipiūtur ab hac dominica ſed a ſequente. quare cōnumerato officio trinitatis inter penthecoſten ⁊ aduentū erunt viginti quinq; officia miſſalia licet dñice ipſe i hoc tēporis interuallo aliquando plures/⁊ aliquādo pauciores occurrant Mihi aūt videtur ꝙ recentiores eodem ſpiritu afflati quo antiquiores hoc officium trinitatis addiderunt. ad ſignificandū ſ initium hiſtorie eccl'iaſtice ideo hoc officiū dupliciter exponemus Primo ad litterā de laudibus noſtri creatoris dei vni⁹ in eſſentia/ ⁊ trini in pſonis Secundo ꝑ hiſtoriam de exordio eccleſie chriſtiane ſub pontificatu chriſti ieſu

**De officio ſanctiſſime Trinitatis**

Argumētū officij. Ad primū ſenſum de altiſſimo myſterio diuine trinitatis ſuppoſito articulo fidei. ſ. ꝙ verus de⁹ ſemꝑ viues qui creauit celū/⁊ terrā/⁊ alia oīa a ſe tam ſpūalia ꝗ̄ corporalia ſit vna numero eſſentia que eſt tres pſone realiter diſtincte clara ſunt oīa que in officijs huius diei leguntur ⁊ cantantur Nā inuitatorium in officio nocturno Unū deum in trinitate,⁊ trinitatem in vnitate venite adoremus ex ſymbolo Athanaſij ſumptum clariſſime propoſuit illum fidei articulū Hymnus Tu trinitatis vnitas a beato Gregorio edit⁹ pro matutinis (Matutini) ferie ſexte aptiſſime cōuenit huic feſto Antiphone ⁊ pſalmi in omnib⁹ tribus nocturnis incitant fideles ad cōfeſſionem huius veritatis/⁊ ad laudādum deū pro ſuis operibus in nos maxime pro reuelatione huius tā alti myſterij Lectiones ſumuntur ex libro Auguſtini de fide ad Petrum vel ex ſermone alicuius doctoris de hac materia Similiter antiphone laudū/hymnus/et verſus/ ⁊ alia omnia ꝑ horas diei notiſſima ſunt ad hoc propoſitū Introitus miſſe (Introit⁹ miſſe.) Benedicta ſit ſancta trinitas. ab eccleſia editus eunde articulū fidei decantat. ſ. in deo eſſe vnitatem eſſentie/⁊ trinitatem pſonarum ⁊ quia iſtis pſonis ſacra ſcriptura attribuit opera noſtre creationis/redeptionis/⁊ gubernatiōis. additur cōfitebimur ei ⁊ laudemus hanc trinitatē quia fecit nobiſcum miſericordiā ſuam Eanden ſentētiā habet verſus ſequens Benedicam⁹ prēm/⁊ filiū/cū ſanctoſpiritu. ſ. in recognitione tot/⁊ tantorū benificiorum (Oratio.) Oratio Omnipotēs ſempiterne de⁹ ⁊c̄ laudato deo pro reuelatione huius alti myſterij petit ab eo pro nobis firmitatē in credendo/⁊ protectionem ab aduerſis nam fides nr̄a non ſolum eſt in ſe firma certitudine veritatis ſed etiā eſt nobis ſcutum contra omnia aduerſa,⁊ ſeua iacula inimicorū tā viſibiliū ꝗ̄ inuiſibiliū Epiſtola (Epiſtole argumentum.) Uidi hoſtiū apertum ⁊c̄ ex cap̄ 4 Apocalypſis parabolice ⁊ ꝑ corporalia ſigna myſterium hui⁹ feſtiuitatis declarat Primo enim ꝓponit diuine nature eternitate/ quietem/ ⁊ ꝑmanentiā ſub noīe ſedis/⁊ ſedentis Secūdo ibi ⁊ in circuitu ſedis explicat eiuſdē eſſentie autoritate/imperium/⁊ regimē ſuꝑ omnia creata ex comitatu/et aſſiſtentia multoꝝ ei famulantiū Tertio ibi ⁊ requie non habebant ⁊c̄ notat diſtinctione pſonarum in eadē eſſentia penit⁹ indiuiſa ꝑ hoc ꝙ ter dicitur ſāctus/⁊ ſingulariter dñs deus ⁊c Ex his faciliter intelligi poteſt tota epla ad hoc ꝓpoſitum Cantus gradualis (Graduale) Benedict⁹ es dñe ⁊c̄. Danielis 3 eſt reſponſio fidelis populi deū laudantis de ſua benignitate erga hoīes qui cū ſit excelſus nō dedignatur humilia nr̄a reſpicere Verſus Benedicite deū celi Thobie. 12 eſt vox eiuſdem populi qua ſeipſos incitant ad laudem dei ꝑ tanta ſua mia erga eos Poteſt graduale eſſe additio quedā ad epl'am qua cōtinuetur qđ dictum eſt de autoritate / ⁊ dominio dei ſuꝑ omnia creata quia ſuū regimen ſe extendit vſq; ad extrema totius mundi qꝛ ⁊ ſedet ſuꝑ altiſſimos angelos qui dicūtur Cherubin ⁊ reſpicit vſq; ad abyſſum inferni quare oībus creaturis intermedijs imperat quas oēs ad vtilitatē hominū ordinauit ideo additur verſus ad hoīes directus benedicite deū celi vt ſupra Alleluia (Alleluia) Benedict⁹ es dñe deus Daniel' 3 eſt gratiarūactio fidelis ppl'i ad deum qui hec myſteria ſue maieſtatis reuelauit prībus noſtris patriarchis/ ꝓphetis/⁊ apl'is Alij dicunt alleluia/Qualis pater/talis filius ex ſymbolo Athanaſij Jte alij O adorāda trinitas ex eodem ſymbolo Euangelium (Euangelij argumentum.) Erat homo ex phariſeis Nicodem⁹ ⁊c̄ Joan 3 notat tres pſonas diuinas licet ſatis obſcure cū ſuis appropriatis eſſentialib⁹ quod facit ad ꝓpoſitū huius feſtiuitatis et etiam qꝛ in hoc euangelio ponitur p̄ceptū de baptiſmo ꝗ ꝑ inuocationem ſanctiſſime trinitatis conſecratur Mat vltimo. Notatur enim in hoc euangelio pſona prīs in principio cum dicitur ſcimus qꝛ a deo veniſti prē tuo notatur ⁊ oīpotentia ipſius cum ſubditur. nemo pōt hec ſigna facere ꝗ̄ tu facis niſi fuerit deus cū eo. Exprimitur pſona filij in euangelio loques vbi dicitur reſpōdit ieſus ⁊ appropriata ei ſapientia cū dr̄. magiſter/vel rabbi hebraice qđ eſt nomen doctoris/⁊ ſapientis Tāgitur tertio pſona ſpiritusſancti cū ſubditur niſi quis renatus fuerit ex aqua/⁊ ſpūſācto ⁊ appropriata ſibi bonitas ibi ſpūs vbi vult ſpirat Tande in fine euangelij ibi ſi terrena dixi vobis probat hoc myſteriū diuine trinitatis excedere oēm humani ingenij capacitatē ⁊ ꝙ ſoli dei filio cōceſſū eſt illud cōprehēdere/ ⁊ fidelibus ſuis reuelare quia ſolus ille aſcendit in celū ſanctiſſime trinitatis ⁊ deſcendit de celo

ad homines inſtruendos quibus ſufficit vt recte credāt filio dei reuelāti vt mereātur habere vitā eternā ¶ Cātus offertorij Benedictus ſit deus pater ꝛc̄ ab eccl'ia edit⁹/ permixte ſumitꝛ ex ſymbolo Athanaſij ꝛ ex.12.cap̄ Thobie denotatq̄ gaudium offerentiū fideliū qui etiā laudat trinitatem pſonarū in vnitate eſſentie ꝓ mia ꝛ beneficijs humano generi pſtitis Secreta orō Sanctifica q̄s dn̄e petit a deo pfectione cōſecrationis eucharijtie in qua etiā ſignificatur eccl'ia fideliū offerentium ¶ Cantus cōionis Benedicimus deū celi ꝛc̄. Thobie 12 eūdē ſenſū habet cū offertorio predicto eſt enim gratiarūactio de mia dei in multis beneficijs datis eccleſie ſue inter que maxia mia fuit reuelatio huius myſterij ſanctiſſime trinitatis in vnitate diuine eſſentie Finalis orō Proficiat nobis ad ſalutē ꝛc̄ petit fidelibus dari ſalutem metis/ꝛ corporis ex virtute eucharijtie oblate/ꝛ fidei trinitatis credite

Offertorium.

Communio

¶ Argumētū officij prime dn̄ice poſt pēthecoſtē

Argumētū officij miſſalis

Ad ſecundum vero ſenſum que hyſtoricum diximus idē officium exponendū eſt de exordio eccleſie chriſtiane nō quidem figurali in paſtoribus/ꝛ magis vt perdiximus in expoſitiōe officiorū natiuitatis/et epiphanie dn̄i ſed reali in ap'lis/ ꝛ alijs diſcipulis chriſti Et in his nihil intendim⁹ dicere de primo pncipio ſue congregatiōis ad doctrinā ꝛ baptiſmum chriſti quando adhuc viuebant ſub cerimonijs ve leg quia de illo pncipio eccl'ie actū eſt in officio prime dominice q̄drageſime ſed intendimus loqui de primo pncipio eccleſie chriſtiane in ſuo perfecto eſſe quādo chriſtus p̄mus eius pontifex iam inſtituerat oīa ſacramēta gratie ad ſalutē hoīs viatoris neceſſaria Ubi in primis aduertenda eſt nōnulla differētia inter hec officia dn̄icarum poſt penthecoſtē ꝛ alia hacten⁹ expoſita a principio hui⁹ ſecundi libri. q2 in illis cuilibet officio miſſali correſpōdebat ſua hiſtoria officij matutinalis itaq̄ tot ferme erant hiſtorie quot officia miſſalis dn̄icarum in his vero dn̄icis iā dixim⁹ q̄ ꝓ vigintiquattuor/ aut vigitiquinq̄ officijs miſſalibus nō ponuntur in hoc tempore niſi ſex hiſtorie matutinales correſpondēt ergo cuilibet hiſtorie plures dn̄ice/pluraq̄ officia miſſalis Ergo matutinū officiū hui⁹ diei(nulla illarum ſex hiſtoriarū exiſtens)ſolam habebit intelligentiam litteralē quam p̄diximus de myſterio ſanctiſſime trinitatis Hiſtoriam vero q̄ correſpōdet ſecūdo ſenſui hui⁹ officij miſſalis in ſequēte dominica enarrabimus ꝓ illa/ꝛ pro alijs dn̄icis que ſub illa hiſtoria cadūt Quare dimiſſo officio hui⁹ diei nocturno ſolū diurnū ꝛ miſſale hiſtorice exponam⁹ cui⁹ argumentū erit Quod cū hoc temporis interuallū a penthecoſte vſq̄ ad aduētum ſignificet ꝑcurſum eccl'ie dei a chriſto vſq̄ ad die iudicij in q̄ erit ſcōs aduentus ei⁹ in gloria ſue maieſtatis conſequēs eſt q̄ ſecundū ordinem geſtorum eccl'ie dei ordinentur iſta officia itaq̄ priores dn̄ice correſpondeāt priorib⁹ geſtis eccleſie/ꝛ poſteriores poſterioribus/ꝛ medie medijs Unde domin⁹ Guillelm⁹ in libro.6 ſui rationalis dicit q̄ tres vltime harum dn̄icarum ſuo officio deſignāt cōuerſionem iudeorū: que ſcd̄m apoſtolū ad Ro 11.erit circa fine mūdi quare ſequitur euidenter q̄ hec pma dn̄ica poſt penthecoſten ſuo officio miſſali repſentet exordiū eccl'ie: q̄d licet fuerit figuratum in natiuitate / atq̄ epiphania dn̄i vt ibidem notauimus.tamē fuit realiter executioni mandatū in baptiſmo/ꝛ predicatione chriſti.quando p̄mos eccleſie lapides apoſtolos/ꝛ quoſdam alios diſcipulos ex iudeis elegit eos myſteria legis euāgelice/ꝛ religiōis chriſtiane verbis/ ꝛ exemplis edocuit dum in terris ageret quaſi colonus/ꝛ viator declinans ad manendū vt dr̄ Hieremie.14. ideo ordinauit eccleſiam ſuam quaſi peregrinantū diuerſoriū vt inſinuauit Luce 10 in parabola de Samaritano releuante hoiem ſauciatū a latronibus Hoc ſuū diuerſorium ipſe diſtinxit in manſiones multas ꝓ diuerſis fidelium gradibus hoc eſt platorum/ ſubditorū/officiorū/miniſteriorꝫ/ dignitatū muniuit etiam ipſam multa ſuppellectili ſacrametorꝫ/ ꝛ varijs ferculis doctrinarum no ꝛ ve teſtameti. ¶ Hanc ergo temporis qualitatē hoc officiū deſignans in miſſe introitu introducit fideles deū laudantes ꝓ tanto beneficio miſericorditer conceſſo hoibus Et quia chriſtus eccl'iam inſtituēs dixit Joannis 7 Doctrina mea non eſt mea ſed eius qui miſit me patris ꝛ cap̄ 14 ꝛ deinceps promiſit apoſtolis ſe miſſurum in eos ſpūmſanctū: qui doceret eos oīa neceſſaria ad bonū regimen eccleſie ideo cōuenienter introitus attribuit hoc opus eccleſie trib⁹ pſonis diuinis quarū etiam opera a dextra ſunt penitus indiuiſa vt chriſtus notat Joan 5 Pater meus inquit operatꝛ/ꝛ ego operor ꝛc̄ Et pōt iſte introitus eſſe vox fidelium illius tēporis agentiū gratias deo de tanto beneficio nam ſicut Zacharias tēpore cōceptionis ꝛ natiuitatis chriſti gratias agens deo de ſuo aduentu dixit Benedictus dn̄s deus Iſrael q2 viſitauit/ ꝛ fecit redemptionē plebis ſue ꝛc̄ Luce 1. ita credendū eſt q̄ Joannes baptiſta filius eius qui chriſtum baptizās vidit celos apertos/ꝛ tres pſonas diuinas ſignis ſenſibilib⁹ ſibi reuelatas dixerit cū alijs fidelibus ſui temporis benedicta ſit ſancta trinitas/atq̄ indiuiſa vnitas confitebimur ei q2 fecit nobiſcum miam ſuā Et apoſtoli verſum addiderūt Benedicam⁹ patrē/et filiū/cū ſanctoſpū ꝛc̄ horū verborum ſententia facile colligitur ex euangelio Joannis 3 ad fine ꝛ ex Actibus apl'orꝫ cap̄ 2 ꝛ deinceps Orō ſequēs Omnipotens ſempiterne de⁹ ꝛc̄ applicat introitū moraliter ad pſentes fideles nr̄i tēporis qui nō ſolum agunt gratias deo de ordinatiōe talis eccl'ie/ꝛ de doctrina eius ſed etiam orant ꝓ eiuſdē eccleſie ſtabilitate/ ꝛ munitione/ ac tuitione ab aduerſis oibus ¶ Epiſtola vero deſcribit eccl'ie a chriſto inſtitute qualitatem ꝛ diſtinguit p̄cipuas partes eius annotās etiā ſingulorꝫ graduū myniſteria/ ꝛ officia Ubi primo intimatur papalis dignitas Secundo ibi.ꝛ in circuitu ſedis.additur aliorum

Introit⁹ miſſe.

Oratio.

Epiſtole argumentum.

prelatoꝝ numeroſitas Tertio ibi ꝛ requiē nō ha-
Prima ps ep̄le. bebāt:apponitur ipſoꝝ aſſidua officioſitas Sed
quia officiū huius dn̄ice eſt quaſi ꝓhemium ad
omnes alias ſequētes dn̄icas in hoc tēpoꝛe pere
grinatiōis ideo in ꝑncipio huius epiſtole anteq̄
aliq̄d agatur de eo.quod ꝓpriū eſt huic dn̄ice: ſit
ſermo generalis de toto iſto tēpoꝛe Vidi inquit
prelatus(cuius ſermo eſt hec ep̄la)oſtiū apertum
i.ꝑncipiū magni myſterij mihi declaratū in ce-
lo i in eccleſia militāte de q̄ Gregoꝛius in Home
lia dicit ꝙ regnum celoꝝ eſt p̄ſentis tēpoꝛis ec-
cleſia ꝛ vox p̄ma quā audiui i principalioꝛ reue
latio mihi facta a deo fuit tāq̄ vox tube ſ exhoꝛ
tantis fideles chriſti ad bellum in hac ſexta mū-
di etate qḋ eſt dicere intellexi in his officijs huꝰ
tempoꝛis peregrinationis ſignificari bella/ago-
nes eccleſie chriſtiane eratq̄ vox illa dicēs aſcē-
de huc.i eleuare mente ad contēplandū vt intel
ligas in eis decurſū eccl'ie chꝛiſtiane vſq̄ ad finē
mundi et oſtēdam tibi geſta eius q̄ opoꝛtet fieri
ſecūdū diuinā p̄oꝛdinationē q̄ p̄nnūciauit patri
chꝛiſtum ſuū myſticum cito i. ſtatim a principio
ſexte etatis ꝛ conſequenter nō ceſſabit laboꝛ eiꝰ
vſq̄ ad finē ſeculi Eſt ergo ſenſus huius para-
graphi ꝙ deus reuelauit p̄lato eccl'ie chꝛiſtiane
in his officijs vigintiquinq̄ dn̄icarum ab hac in
cipientium ſicut olim beato Joanni in Apoca-
lypſi labores peregrinatiōis fideliū in hac ſexta
etate q̄ tota eſt bellum cōtra diabolū/ꝛ munda-
nos Lo.es miniſtros eius.Hoc p̄ambulo ſuppo-
ſito dicamus myſteria initialia eccl'ie in hoc pri-
mo officio rep̄ſentata.poſt hoc inquit gēnale di-
cium.ſtatim a principio naſcētis eccl'ie fui eleua-
tus in ſpū i ſpirituali intelligētia myſterioꝝ dei
Et ecce in p̄mis ſedes ſ ſummi pontificis poſita
i diſpoſita/ꝛ ſtabilita a chꝛiſto in celo eccl'ie mili
tantis nam Mathei 16 ꝛ Joan 21 chꝛiſtus inſti
tuit apoſtolum Petrū/ꝛ oēs eius ſucceſſoꝛes in
ſup̄mo gradu iuriſdictionis eccl'iaſtice vnde pa-
tet ꝙ ille ſtatus eſt de iure diuino neceſſarius in
eccleſia chꝛiſtiana queadmodum ꝛ in veteri leg
vt patet Deuter 17 Eſt etiā de iure naturali pro
ſtatu cuiuſcunq̄ legis ꝙ ſit in populo dei vnus
ſup̄mus iudex in ſpiritualibꝰ.ad cuius officium
ꝑtineat ſentētialiter diffinire in cauſis fidei/ꝛ re
ligionis ne ſint ſciſmata inter ſeruos dei ſed oēs
idipſū dicant/ꝛ ſentiant.vt docet ap̄lus I Coꝛ I
ſequitur ꝛ ſupꝛa ſedem illā erat ſedens i ſūmus
pontifex ſ p̄mo chꝛiſtus/deinde ap̄lus Petrus/
conſequenter quilibet eius legitimus ſucceſſoꝛ
et qui ſedebat in illa ſupꝛema ſede/quā chꝛiſtus
inſtituerat·erat ſīlis aſpectui lapidis iaſpidis qui
eſt viridis ꝛ lapidis ſardinis rubei coloꝛis ꝑ q̄s
ſignificantur due ꝑncipaliores ꝓprietates ſum-
mi pontificis quia ſup̄mus ille iudex in terris/ꝛ
bonis paſcua p̄miorū dare debet et malos pe-
nis deterrere ad p̄mum ꝑtinet coloꝛ viridis ad
ſecundum rubeus q̄ eſt igneus/vel ſanguinolē-
tus ſequitur iris i cetus miniſtroꝛum pape erat
aſſiſtēs in circuitu ſedis ſue ad eius oꝛnamentū/
ꝛ ſeruitiū ſicut enim iris celeſtis apparet tricoloꝛ
ex rubeo viridi/et alurgo·ita in circuitu pape eſt
triplex coloꝛ ſuoꝝ miniſtroꝝ nam cardinales ha-
bēt pileū rubeum/epiſcopi viridē/pꝛothonotarij
autē alurgum/vel nigrū gerunt pileū Curia er-
go papalis ex his tribꝰ ſtatibꝰ clericoꝝ p̄ncipali-
ter cōſtās eſt velut iris i circuitu ſedis apoſtolice.
dicitur tñ ꝙ illa iris erat ſimilis viſiōi ſmaragdi-
ne.i habens ꝓprietates ſmaragdi lapidis p̄cio-
ſi qui eſt partim viridis/ꝛ partim rubeus (quod
etiam de iaſpide ꝛ ſardine prius diximus) vt ſit
ſenſus ꝙ cetus cardinaliū/ꝛ alioꝝ p̄latoꝛum cu-
rie papalis debet eſſe ſīlis pape in p̄dictis dua-
bus ꝓprietatibꝰ viridi coloꝛe/ ꝛ rubeo ſignifica-
tis adhoc n adiūcti ſūt illi p̄lati ſummo pōtifici
vt ſint ei aſſeſſoꝛes/ꝛ conſiliarij in ſententijs ferē-
dis ſup queſtionibꝰ/ꝛ cauſis fidei/ ac religionis
ſancte debuit ergo habere iſta iris q̄ eſt in circui
tu ſedis ap̄lice·inſtar pape coloꝛem viridem quo
paſcat/ꝛ rubeū quo deterreat Alioꝛum vero p̄la Scda ps epiſtole.
toꝝ extra romanā curiā diſperſoꝝ ꝑ varias dio-
ceſes numerꝰ indeterminatꝰ ꝑ numerū determi-
natum ſignificatur vnde inter eos p̄mo quattuoꝛ
ꝑncipales p̄ponuntur cum ſubditur ꝛ in circuitu
ſedis papalis (q̄ nunc eſt romana eccl'ia ſita q̄ſi
in medio t̄re habitabilis)erāt ſedilia i.ſedes p̄la-
toꝛum minoꝛum vigintiq̄ttuoꝛ i. multe numero
ꝑ diuerſas ꝓuincias ponitur autē iſte numerus
minoꝝ p̄latoꝝ eccleſie ꝓpter cōcoꝛdiam ad vetꝰ
teſtamētū in quo ſicut legitur pmi Paralip 25.
Rex Dauid poſtq̄ trāſpoꝛtauit arcā dn̄i de Sy-
lo in Hieruſalē ad augmētum in tēplo dei p̄ter
ſūmū pontificē a deo oꝛdinatū ſtatuit ꝛ ip̄e alios
minoꝛes pontifices numero vigintiquattuoꝛ qui
ꝑ ſuas hebdomades in tēplo dei miniſtrarent ꝛ
de iſtoꝝ numero creditur fuiſſe Zacharias pater
Joannis baptiſte qꝛ de eo dicitur Luce I ꝙ erat
ſacerdos de vice Abia (qui fuerat octauus inter
oꝛdinatos a Dauid) ꝛ ꝙ ſc̄dm oꝛdinem vicis ſue
miniſtrabat i tēplo quādo ingreſſus ſanctuariū
vt incēſum offerret coꝛam dn̄o vidit angelū Ga-
brielem loquētē ſibi Et quia illa eccl'ia antiqua
erat figura huiꝰ noſtre noue ideo numero mino
rum p̄latoꝝ illius eccl'ie notantur multi minoꝛes
p̄lati noſtre eccl'ie ſequitur et ſupꝛa thꝛonos i ſe-
des illas epiſcopoꝝ minoꝝ erāt vigintiquattuoꝛ
ſenioꝛes i p̄lati q̄ etate/ꝛ moꝛibꝰ maturi eſſe de-
bent circūamicti ſtolis albis i caſtitate fulgētes
in coꝛpoꝛe ꝛ in capitibus i mentibus eoꝝ coꝛone
auree ſapiētie/vel charitatis has enim dotes ha
bere debent boni prelati eccl'ie dei Et de thꝛono
quolibet p̄latoꝝ ꝓcedebant ad populū dei ſibi
ſubiectū fulgura i ſplendoꝛes miraculoꝝ voces
p̄dicationum ꝛ tonitrua cōminationū queadmo
dum dictū eſt de ſede ſummi pontificis ꝙ debet
paſcere fideles verbo/ꝛ exemplo ꝛ deterrere ſuo
flagello Et ſepte lampades ardentes erāt ante
thꝛonum cuiuſlibet p̄lati ad illuminādū/ꝛ inflā-
mandū ipſum ad omne opus bonū qui ſunt ſe-
ptem ſpūs dei de quibꝰ Eſaie II Spiritꝰ ſapien
tie/ꝛ intellectus ꝛc̄ miſſi in oēm terrā i ad oēs fi-
deles in grā exiſtētes ſed ſpecialiꝰ ad p̄latos qui

malorū gratia dei egent Uel ꝑ hos ſeptē ſpiritus
intelligi poſſunt vniuerſi angeli cuſtodes q̄ ſunt
adminiſtratorij ſpūs ⁊ in miniſteriū miſſi ꝓuidit
enim deus cuilibet ꝑlato angelū cuſtode ſecun-
dum ordinē ſui throni ad incitandum ipſum ad
bonū regimen ſue eccl̄ie ⁊ vt arceat ipſum a ma
lis operibꝰ ⁊ ponit̄ hic ſicut ꝑus numerꝰ determi
natus ꝓ indeterminato eo ꝙ ſeptenariꝰ ſit nu-
merus vniuerſitatis qꝛ ſeptē diebus peragit̄ om
ne tempus Et in cōſpectu ſedis cuiuſlibet ꝑlati
tam maioris q̄ minoris erat tanq̄ mare vitreū
.i. miniſteriū ſacramentorū eccleſie/quorum pri-
mum eſt baptiſmus tanq̄ mare vt aplus dicit i.
Corin 10 ꝙ patres veteris leg in mari baptiza
ti ſunt ⁊ hoc mare dr̄ vitreum ſimile chriſtallo i
mare congelatū/⁊ induratū quia poſt baptiſmū
fideles chriſti cōfirmantur ⁊ frigore tribulatiōis
indurātur veniuntq̄ ad firmitatē virtuoſe actio-
nis Poteſt etiā hec clauſula aliter exponi ꝙ in
conſpectu ſedis pōtificalis ſit mare vitreū i. cetꝰ
doctoꝝ celeſtia meditātium eget enim ꝑlatꝰ con
ſilio/⁊ adiutorio eoꝝ.qui ⁊ ſacramentum intelli-
gant/⁊ rem ſacramēti nec recipiāt ad dignitates
eccl̄iaſticas niſi quos idoneos agnouerint vnde
⁊ mare illud dr̄ ſimile chriſtallo i.habēs firmita-
tem fidei/ſciētie/⁊ virtutis moralis ſicut ex aqua
dureſcit chriſtallus Et in medio/⁊ in circuitu ſe-
dis aplice dignitatis erant quattuor aialia ⁊c̄ ꝑ
que deſignantur quattuor ſedes patriarchales i
ꝑncipaliſſime inter ſedes minorum ꝑlatorū to-
tius eccl̄ie dei:q̄ ꝑlati ideo patriarche.i. patres
ꝑncipales dicuntur poſt ſummū pontificem vo-
canturq̄ aialia ſancta alias apud Ezechielē ad-
mirabili viſione deſignata qꝛ ī officio q̄drifarie
ꝑdicationis euangelij ꝑ quattuor mundi partes
⁊ alata ſunt/⁊ alentia in ſpirituali vita gr̄e nam
erāt plena oculis i noticijs rerum ad talē vitam
neceſſariarum ante/⁊ retro i de ꝑteritis ⁊ futuris
dei operibus vel potius de myſterijs ve et noui
teſtamēti talis enim ſcientia ē neceſſaria prelatis
maxime patriarchis ad hoc ꝙ ſe et alios fideles
ſpūaliter viuificēt. Et aial ꝑmum ſimile erat leo-
ni/ſecundum vitulo/tertium habēs facie q̄ſi ho-
minis/⁊ quartum aial ſimile aquile volāti Con-
ſonat Ioānes Ezechieli in numero/ ⁊ qualitate
facierum iſtoꝝ aialium licet variet ordinē nam
Ezechiel i dicitur Similitudo autem vultus eo-
rum facies hominis/facies leonis a dextris ipſo
rum quattuor facies autē bouis a ſiniſtris/et fa-
cies aquile deſuper Sed hec variatio ꝓuenit ex
varia intētione ſenſus litteralis vtriuſq̄ ꝓphete
de quo ſenſu hic nos nō diſputamꝰ ſed tantum
de ſenſu hiſtorico quē habuit autor huius officij
qui ⁊ hāc poſuit lectionē ī vt notaret qualitates
differentes quattuor ſediū patriarchaliū in eccle
ſia dei Unde ad hoc ꝓpoſitum colligitur ꝑmo
ꝙ quilibet bonus patriarcha debet habere quat
tuor facies i ꝓprietates morales ī ꝙ ſit rationa-
lis vt homo in proſperitate/imperterritus vt leo
in aduerſitate/ſeſe mortificās q̄tum ad carne in
religiōe vt vitulus/⁊ celeſtia deſiderāter petēs vt
aqla in contēplatione Itē ꝑdicare debet q̄ttuor
ꝑcipuos articulos fidei de humanitate chriſti.ſ.
ꝙ ſit natus vt homo/ paſſus vt vitulus/ ſurrexit
vt leo/et aſcendit vt aquila In quibus maxime
verſatur doctrina quattuor euangeliſtarum qui
ideirco iſtis animalibus et faciebus deſignantur
in eccleſia dei Poteſt nihilominꝰ et fortemagis
ad intentionē huius lr̄e quelibet iſtarum facierū
ſeorſum adaptari vni tantum ſedi patriarchali
hoc modo Cū n prima ſedes patriarchalis po-
natur Hieroſolymitana/ſecunda Antiochena/
tertia Alexādrina/et quarta Cōſtātinopolitana:
vt clare notatur in decretis patrū nō immerito
ponitur hic in primo loco facies leonis notādo
eccleſiā Hieroſolymitanā primū inq̄t aial ſimile
leoni.qꝛ ibi primo cepit ꝑdicari reſurrectio chri-
ſti ab apoſtolis (que vt diximꝰ ꝑ faciē leonis ſi-
gnificatur) vt patet ex Actibꝰ aploꝝ a capite 2.
et deinceps nam ꝑdicatio apoſtoloꝝ incepit a re-
ſurrectiōe chriſti. In eadem etiam eccl̄ia fuit pri
ma ꝑſecutio contra chriſtianos et ibi maxia ſan
ctoꝝ conſtantia demōſtrata eſt in aduerſis mun-
di tribulationibus Secundum aial ſimile vitu-
lo fuit eccleſia Antiochena in qua fideles primo
nominati ſunt chriſtiani i ſanguine chriſti tincti hoc
eſt aſſimilati paſſioni eiꝰ ꝑ carnis mortificationē:
qui etiam ibi finē impoſuerunt legalibꝰ ſacrifi-
cijs hircoꝝ/et vituloꝝ vt patet in actibus aploꝝ
a capite 13 et deinceps Tertia ſedes Alexādrina
dicitur faciē habēs quaſi hominis qꝛ in ea primū
viguerunt optimi prelati in regimine eccl̄ie/ma-
gniq̄ doctores tā in humanis q̄ in diuinis lr̄is:
quales fuere Marcus/Petrꝰ/Athanaſiꝰ/⁊ plu
res alij Quarta deniq̄ ſedes patriarchalis Cō-
ſtātinopolitana ſilis dr̄ aquile volāti.tū qꝛ fauo-
re Conſtātini imꝑatoris inſigne aquile in vexil-
lis ſuis ferentis erecta eſt in patriarchalē eccle-
ſiam eo ꝙ in illa ciuitate ponēda eſſet ſedes im-
perialis relicta vrbe Roma in ſedē ſummi pōtifi
cis tum quia primi ꝑlati illius eccl̄ie fuerūt emi
nentiſſime ſanctitatis viri. vt patet de Gregorio
Nazanzeno ⁊ quibuſdā alijs.ſequitur.⁊ iſta ani-
malia habebant alas ſenas ad volandū ſuꝑ fi-
delem populū ſibi cōmiſſum prima ala ē lex na-
ture/ſecūda eſt lex Moyſi/ tertia ꝓphetia/quar-
ta euangeliū/quinta aploꝝum doctrina/ et ſexta
patrū decreta his n alis ꝑlati eccl̄ie maxime pa-
triarche volare debēt/modo ſurſum ꝑ contēpla-
tione diuinoꝝ ſecretorū/modo deorſū ad guber-
nationē ꝓximoꝝ/nunc ad dexterā proſperitatis
ꝑ grāꝝum actionē/ nūc ad ſiniſtram aduerſitatis
patienter tollerando laborē/iam ante ꝑ memo-
riam ꝑteritorū peccatorū/ iam retro ꝑ cautelā fu-
turoꝝ malorum et iſta animalia in circuitu ⁊ in-
tus plena erant oculis i. valde oculata/ac circū-
ſpecta in agendis qꝛ iſta circūſpectio eſt maxime
neceſſaria ꝑlatis vel erant plena oculis i noticijs
⁊ ſenſibus varijs ſanctarū ſcripturarū De officio Tertia ꝑs
ſa deniq̄ religioſitate oim eccleſie ꝑlatoꝝ a ſum- epiſtole.
mo pōtifice vſq̄ ad infimos ſacerdotes eccl̄ie ſe-
quitur textus. et requiem non habebant.i.nunq̄

ceſſabant illa aialia a laudibus diuinis die/ ac
nocte .i. tam in proſperitate ꝙ in aduerſitate vel
die/ac nocte .i. continue ꝛ in oibus horis diei/ ac
noctis quia vt in principio ṗmi libri huius ope⸗
ris ſuperius diximus licet vna particularis pſo⸗
na/aut eccl'ia no poſſit cōtinue et in oibus horis
diei/ac noctis laudes diuinas decātare tame to⸗
ta eccleſia vniuerſalis hoc pōt ſecundū diuerſas
partes ei⁹ q: ſimul idē tēporis momētum qđ hic
eſt dies alibi eſt nox in hac regione eſt mane in
alia veſpera vnde quādo in hoc loco cantaẗ pri⸗
ma in alio dicitur tertia/vel ſexta/ꝛ in alio miſſa
Item alibi veſperi/aut cōpletoriū quod cōtingit
ꝑpter terre rotūditatē vt ꝓbant aſtrologi Nulla
eſt ergo hora diei/aut noctis in qua alicubi non
dicatur miſſa cuius vna pars eſt ille hymnus q̄
ꝓfationi ſubditur ꝛ de quo hic dicitur ꝙ erāt il⸗
la aialia dicentia cōtinue ſanctus/ſanctus/ſan⸗
ctus hoc ter ꝑpter diuinarū pſonarum diſtinctio
nem dñs deus oipotens propter eſſentie diuine
vnitatē vel ſi ad ſolā chriſti pſonam referaẗ iſte
hymnus denotat tres ſubſtantias .ſ. diuinitatem
animā/ꝛ carnē in vna pſona chriſti Et q: voca⸗
bulū ſanctus triplicē habet interꝓtationem .i. fir⸗
mus/mundus/ꝛ a terra eleuatus ideo chriſt⁹ ter
dr ſanctus nam q̄tum ad diuinitatē eſt firmus
eternitate ideo additur qui erat .ſ. ab initio ꝛ an⸗
te ſecula q̄tum ad aiam eſt mund⁹ ab omni pec
cati macula quare ſubditur qui eſt .ſ. omni gratia
plenus q̄tum ad carnē eſt a terra eleuatus quia
illius corpuſculi generatio in vtero virginis ma
tris non fuit terrena ſed celeſtis vnde ſubditur
qui venturus eſt ad iudiciū apparens glorioſus in
illa ſua hūanitate Et cū darēt illa quattuor ani⸗
malia in ſuis officijs eccl'iaſticis quotidie gl'iam/
ꝛ honore/ꝛ benedictionē chriſto ſedenti ſup thro⸗
num .i. pſidenti ſup totam eccl'iam cuius eſt ſum
mus pontifex in eternū dabant inquā gl'iam di⸗
uinitati eius quia ſoli deo conuenit gl'ia p natu⸗
ram ꝛ honorē anime eius plene virtutib⁹ q: ho⸗
nor eſt p̄mium virtutis ꝛ bndictionē carni ſue q̄
dotes gl'ie/ꝛ originalis iuſticie accepit ꝑ benedi
ctione q̄ dē ſedes ſuperior ſūmi pōtificis/ꝛ quat⸗
tuor patriarchales ꝓdicant/ꝛ predicādas docent
cōtinue laudes diuinas in officijs eccl'iaſticis ab
omnib⁹ ſacerdotib⁹ chriſti vnde ad nutum ſupe
riorū ꝓlatorum inferiores procidebāt .i. humilia⸗
bant ſe ad cultū dei q̄ pri⁹ dicti ſunt viginti quat
tuor ſeniores .i. epiſcopi minores ꝛ alij oēs ſacer⸗
dotes ante ſedente in throno ieſum chriſtū ꝛ ado
rabāt latria ipſū viuente in ſecula ſeculoꝝ .i. eter⸗
naliter quia mors illi vltra non dñabitur Patet
ergo religioſa officioſitas oim graduū ſacerdota
lium eccleſie dei .i. tam maioꝝ inſtituentiū diui
na officia de laudib⁹ dei ꝙ minoꝝ acceptātiū ea
humiliter ꝛ quotidie exequentiū ¶ Cantus gra
Graduale dualis cum ſuo verſu ꝛ aleluia que ſuperi⁹ nota
ta ſunt etiam ad hunc ſenſum hiſtoricū notāt fi⸗
delis populi reſponſionē deum laudantis de tā
excellenti ordinatione ſue eccl'ie ꝑ hac ſexta mū
di etate qualis deſcripta eſt in p̄cedenti epiſtola.

¶ Euangelium Erat homo ex phariſeis ⁊c. ad Euange
ſenſum hiſtoricū de exordio eccl'ie chriſtiane de⸗ lij argu⸗
clarat chriſti doctrinā eccleſie ſue relictā q̄lis fue⸗ mentum.
rit .i. ꝙ vtilis/ꝛ neceſſaria fidelib⁹ ſeruis dei Ubi
primo docet illam doctrinam ſapientibus ſeculi
videri mirabile Scđo ibi Et reſpōdit Jeſus ⁊c
ꝓbat eius neceſſitatē pariter ꝛ vtilitatem Tertio
ibi reſpondit Nichodemus ⁊c. aperit ipſius poſ Prima
ſibilitatē Nichodem⁹ iſte vir religioſus/ꝛ ſapiēs ps euan⸗
qui venit ad ieſum nocte teſte Auguſtino typū gelij.
gerit cathecumini philoſophi ad ꝓlatum eccleſie
venientis in nocte .i. obſcura cognitione ſacramē
torum dei vt de fide/ꝛ religione eccl'e chriſtiane
plenius informetur qđ etiam ex ipſo noīe claret
ſiquidem Nichodem⁹ hebraice ſanguis eſt lati⸗
ne grece autē Nichodem⁹ eſt victoria ppli horū
primū ad religionē/ſecūdum ad ſapientiā perti⸗
net que duo philoſophis veris cōueniūt maxime
quando iam doctrinā eccleſie audientes effecti
ſūt cathecumini quales fuiſſe olim legim⁹ Ui⸗
ctorinū Lactantiū/Ciprianū/Auguſtinū ꝛ alios
plures. quādo ergo aliquis talis voluit de doctri
na eccleſie ampli⁹ edoceri ꝛ venit ad ꝓlatum in⸗
terrogandū. quia inſtinctū ratiōis naturalis ſeq̄
tur pōt dici homo ſed q: nōdum ē baptizat⁹ nec
mebrū eccl'ie ē ex phariſeis .i. diuiſis ab eccl'ia ſed
propter ſapiētiam pōt dici Nichodem⁹ nomine
.i. recte viuens ꝛ alios ſimplices in moribus re⸗
gens. hic inquā venit ad ieſum .i. ad ſalutem aie
ſue q̄rendam ſed in nocte infidelitatis vl' ſi iam
habet fidē. venit in nocte impfecte noticie myſte⸗
rioꝝ eccl'ie quia nōdū plene cognoſcit ea ſed con
fuſe/ꝛ obſcure Interrogans ergo ꝓlatum eccle⸗
ſie dicit ei. Rabbi .i. preceptor chriſtianoꝝ ſcimus
ſaltem p coniecturā ex his q̄ exterius apparent
in moribus tuoꝝ ſubditoꝝ iuxta inſtitutione do⸗
ctrine tue. ſcim⁹ inquam q: a deo veniſti magi⸗
ſter .i. a deo accepiſti hoc magiſteriū talis doctri⸗
ne quia cū ipſa ſit bona ꝛ honeſta nō pōt eē niſi
a bono deo inſpirata hoc etiā patet ex effectibus
eius nemo enim pōt hec ſigna .i. opera mirabi⸗
lia facere in hominib⁹ qualia tu facis ad cōfirmā
dū veritatē doctrine tue niſi fuerit deus cū eo per
internā inſpirationē/ꝛ fauorabile aſſiſtentiam ad
facieda opera videm⁹ etiā ex tua doctrina pluri⸗
mos hoīes mūdanas diuitias ꝛ honores cōtem
nere/iniurias ꝛ alia damna equanimiter tollera
re/abſtinētiam ꝛ ſobrietatē ſeruare/ꝛ deniq; car⸗
nales delicias fugere/aliaq; multa virtutū exer⸗
citia ſectari que nō niſi a bono deo habita ꝛ ſibi
placita credi poſſunt Hec ꝛ alia his ſimilia dice
bant ſapientes gentiliū ꝓlatis chriſtianoꝝ in pri
mitiua eccleſia admirati de doctrina eoꝝ quare
meruerunt illuminari a deo de his q̄ ſibi neceſſa
ria erant ad ſalutem aiarum ꝛ de his ſubditur
Reſpondit Jeſus .i. ſalutaris ꝓlatus dicēs philo Secūda
ſopho ſic interroganti amen ame .i. certiſſime di⸗ ps euan⸗
co tibi ꝙ niſi quis ex vobis taliter affectus/ꝛ ſol gelij.
licitus de ſua ſalute natus fuerit iterum non po
teſt videre clare regnum dei .i. eccleſiā chriſti qua
lis ſit/ꝛ ꝙ ſublimis/et neceſſaria doctrina eius

Cum

Cum enim homo ex duplici conſtet natura due ſunt ei neceſſarie natiuitates quarū alterā (que eſt carnis) iā accepit q talia q̄rit ꝛ p eā videt hec naturalia corpora ꝛ tm regnū mūdi. reſtat ergo ei vt iterum naſcatur quo ad aīam quaten⁹ poſſit videre ſpūalia ꝛ totū regnū dei Sed carnalis ad huc homo ꝛ nondū natus ſpūali natiuitate. ſcla terrena ſapit non putās eſſe aliā hoīs natiuitatē niſi carnis ideo miratur dicēs quomodo poteſt homo iterum naſci⸮ hoc enim videtur impoſſibile ꝓpter duo tum qꝛ homo ſenex non pōt fieri puer a ꝑuatione enim ad habitū impoſſibilis eſt regreſſus tum qꝛ homo adultus non poſſet capi intra anguſtias materni vteri Sed eccleſie prelatus declarat ei aliam natiuitate ſpūalem dicēs niſi q̄s renatus fuerit .i. iterum natus quoad anima in vtero ſancte eccl̄ie catholice ſ. p baptiſmū chriſti ex aqua lauante corpus exteri⁹/ꝛ ſpūſancto renouante aīam interius p gratiam dei non poteſt introire ad videndū regnū dei q̄ eſt eccl̄ia chriſtiana Per hāc enim ſpūalem natiuitatem de nouo generatur aīa hominis non quo ad eſſe naturale eius q̄ eſt ſua ſubſtātia ſed quo ad eſſe morale p grām dei de qua apl̄s Petrus ait ꝙ p eam diuine facti ſumus cōſortes nature .i. naſciture/vel natiuitatis Hec gr̄a ſpūſancti cōicatur fidelib⁹ p baptiſmū chriſti ꝛ p alia ſacramēta ab eo inſtituta in ſua eccl̄ia Infuſa aūt gr̄a dei aīe hominis taliter eū afficit vt quaſi in alterum virum mutetur ac ſi de nouo naſceretur nam deinceps multo aliter ſapit de rebus diuinis pariter ꝛ humanis quā pri⁹ ſapiebat ꝛ tūc incipit guſtare/ꝛ videre q̄ꝫ ſuauis eſt de⁹/ ꝛ q̄ꝫ ſublimis doctrina eccl̄ie ſue qđ eſt videre regnū dei regnum inquā eccl̄ie militantis Declarat amplius ꝑlatus h̄ m̄ ſcđam natiuitatem ex analogia oppoſiti ſicut .n. qđ natū eſt ex carne .i. ex parentib⁹ carnalibus hoīs caro eſt .i. corpus carneū q̄ vt aīe inſtrumento viuit homo hac vita aīali ꝛ p ſenſus corporis hec mūdana ꝑcipit atqꝫ guſtat ea ita quod natū ē ſcđa natiuitate ex ſpūſancto ꝛ gr̄a dei ſpiritus eſt .i. aīa hoīs cognoſcēs ſpūalia bona dei ꝛ guſtat ea ideo nō mireris tu philoſophe gētiliū qꝛ dixi tibi oportet vos naſci denuo ſ. ad ꝑfecte viuendū ꝑfecteqꝫ ſentiendū de oībus que ad hominem ꝑtinent nam perfecta vita hominis ꝑncipalius conſiſtit in aīa ſuperinfuſa gratia dei q̄ homo aptus efficitur videre regnū dei .i. ſecreta myſteria eccleſie ꝛ doctrine ſue Et poteſt hoc idem ꝑſuaderi naturali quadā ſimilitudine qꝛ ſpūs .i. ventus p aere diſcurrēs/vbi vult .i. vbicūqꝫ cōtingit eum fieri ibi ſpirat .i. ibi flat ꝛ mouetur ꝛ vocem .i. ſonitū eius audis ſenſibiliter exterius ſed neſcis vnde veniat .i. a qua parte terre naſcat̄ ille ventus aut quo vadat .i. ad quam partem terre terminetur motus eius ſic .i. talis ē omnis homo qui natus eſt hac ſecunda natiuitate ex ſpiritu ſancto p gratiam dei cōicatam ſibi in ſacramētis eccleſie ſ. quia bene videt ibi exterius materiā ꝛ formā ſacramenti ſed interiorem dei grām ibi cōicatam non ſic clare videt vnde veniat .i. ex quibus meritis ſuis aut ſuorum progenitorum vel etiam amicorum. quia ſepius occulto dei iudicio quibuſdam hominibus datur gratia/ꝛ alijs non dat̄ ideo magna dei miſericordia fit homini q̄n do trahitur homo ad baptiſmū ꝛ alia ſacramenta gratie ꝛ neſcit ipſe vnde hoc veniat aut quo vadat .i. ad quem finem hoc faciat deus ſ. an ad bonum ipſius hominis vocati/vel ad alteri⁹/aut forte totius eccleſie dei. et ſi intelligatur de vltimo fine que eſt beatitudo tamen illam nec oculus viatoꝝ hominis vidit/nec auris audiuit/nec in cor hominis aſcendit ideo neſcit quo vadat hoc donum gratie dei Patet ergo quanta ſit Tercia ps euangelij
neceſſitas ſimul/ ꝛ vtilitas chriſtiane religionis ad perfectionem humane vite in moribus Sed quia homo nondum renatus iſta nō capit⸮ quia abſcondit ea deus a ſapientibus hui⁹ ſeculi ideo amplius inquirit de huius ſecunde natiuitatis poſſibilitate dicens. quomodo poſſunt hec q̄ dicis fieri⸮ Ad quā dubitationē (que in ſententia eadem eſt cum ꝑcedente) ex ꝑmiſſis patet ſolutio ſ. ꝙ nemo hec myſteria eccl̄ie dei capere pōt niſi prius mēs eius gratia ſpūſancti fuerit illuſtrata ꝛ renouata ꝛ hoc p humilem ꝛ deuotā ſacramentoꝝ ſuſceptionē quorū ianua eſt baptiſmus chriſti ideo ꝑlatus audita hac ſecūda interrogatiōe reꝑhendit interrogantē de culpabili ignorantia dicens. tu es magiſter .i. doctor alioꝝ in ꝑplo tuo et hec myſteria ignoras: que etiam ſimplices populi mei norunt q. d. hoc non ꝓuenit niſi ex culpa tua qui non procuras tibi natiuitatem ſpiritualem ſacramenti baptiſmi qua poſſes hec myſteria luce clarius intueri. ſed ꝑſiſtens in obſcuritate carnalis vite putas te importunitate tuarū q̄ſtionū habere poſſe reſolutione hui⁹ materie q̄ tm̄ non habet̄ ex puris naturalib⁹ ſed ex ſupnali dono gr̄e dei Deberes ergo interim ſalte credere his q̄ iam renati ſūt in chriſto/ atqꝫ in talib⁹ eruditi. quales ſum⁹ omnes chriſtiani maxime prelati qꝛ quod ſcimus p reuelatione a deo hoc loquimur ad ꝓximos ſimpliciores ꝛ qđ vidimus p experiētiā gr̄e dei hoc teſtamur .i. tanq̄ꝫ teſtes dei ꝑdicam⁹ et vos philoſophi ꝑſumētes de naturalis ingenij ꝑſpicacitate teſtimoniū nr̄m nō accipitis .i. nō creditis ideo nimirū ꝙ hec myſteria nō intelligatis teſte Eſaia niſi credideritis nō intelligetis Et ſi hec terrena .i. plana ꝛ facilia de ſcđa natiuitate/vl̄ regeneratiōe hoīs ſpūali nō creditiſ ex ꝑdicta culpa vr̄a. quomō ſi dixero vobis celeſtia .i. altiora myſteria dei ꝛ eccl̄ie q̄ reſtant credetis⸮ q. d. nō erit vobis hoc poſſibile ꝑmanentib⁹ in hoc carnali ſtatu qꝛ nemo aſcēdit p clarā intelligentiā in hoc celū eccl̄ie niſi q̄ deſcēdit de celo diuinitatis p incarnationē ꝛ hic ē filius hoīs .i. ver⁹ homo chriſtus q̄ etiā p identitatem ſubſtantie eſt in celo deitatis .i. eſt verus de⁹ equalis pr̄i a quo miſſus eſt q. d. ille eſt q plene capit hec myſteria ſue eccleſie quam ipſe cōſtituit/ꝛ docuit ea fideles ſeruos ſuos qui pie credunt in eum et renati ſunt p baptiſmū ex aqua et ſpirituſancto Ideo etiam de quolibet eorum dici pōt ꝙ nemo alius

aſcēdit in celū eccl'ie niſi qui deſcēdit de celo diui
nitatis p regenerationē ſpūalē· ⁊ hic eſt filius ho
minis chriſti i vere chriſtianis q̄ eſt in celo eccle=
ſie iam baptizat⁹ ⁊ cōfirmatus in fide Quorū ſa
cramētoꝝ virtus emanauit ex paſſione chriſti in
lege veteri multipliciter figurata preſertim Nu,
meri 21. q2 ſicut Moyſes exaltauit ſup lignū ſer=
pentem eneum in deſerto quo pcuſſi ⁊ venena,
ti a ſerpentibus viuis ⁊ venenoſis ſanabātur p
inſpectione enei ſerpentis q̄ erat ſine veneno ita
etiam oportuit filium hoīs ieſum chriſtum exal⸗
tari ad paſſionem in ligno crucis quaten⁹ ex vir
tute illius paſſiōis oīs q̄ recte credit in eū (quod
eſt deuote ipſū aſpicere) nō pereat veno pctī ſed
habeat vitam ſpūalem aīe eternam i incorrupti
bilem ex grā dei ⁊ ſic renatus ad talem vitā ex
virtute paſſiōis chriſti ſibi cōicata in baptiſmo/
⁊ alijs ſacramentis eccleſie poterit aſcendere ad
videndum hoc myſticum celū doctrine chriſtia=
ne qđ nemo pōt videre niſi q̄ eſt in celo i. mem=
brum eccl'ie incorporatum p baptiſmū. quare ſa⸗
pietes huius ſeculi anteq̄ꝫ pdicto mō regenerent̄
ac renaſcātur non putet ſua naturali intelligētia
excellētiā huius doctrine attingere quātūcunqꝫ
diſputent ⁊ inquirant de illa q̄ eſt veluti Mānā
abſconditum qđ nemo nouit niſi q̄ accipit vt đr
Moralitas. Apoca 3 ¶ Moraliter ꝟo hoc euangeliū cū ſua
epl'a p fidelib⁹ penitetib⁹ nouā fidelis aīe crea
tionē denotat/ nouāqꝫ natiuitatē ſpūalem quam
apl's Paulus nouā creaturam vocat in epl'a ad
Galatas et hec noua creatio aīe nō ſit in eſſe na=
turali aīe (q2 hoc iam habet homo ex vtero mr̄is
ſue) ſed ineſſe mo'ali q2 p gratiā dei homo inci
pit ſe habere multo aliter q̄ꝫ prius ſe habebat in
ſuis cogitationib⁹/ ⁊ affectionib⁹/ ſeu deſiderijs/
erga deū/ ⁊ hoīes/ atqꝫ alias res hui⁹ mundi iſte
ergo nouus modus ſe habendi in ſacra ſcriptu=
ra vocatur creatio anime/ vel noua eius natiui,
tas Et quia fidelis populus dei ex exercitio ſpi⸗
rituali quod habuit i feſtis precedentibus paſcha
tis/ reſurrectionis/ aſcenſionis/ et penthecoſtes
videtur iam conſequutus remiſſionem peccato=
rum/ et donū gratie ſanctificantis animam ideo
preſentis diei officium declarat dignitate aīe ſic
de nouo create ⁊ renate in chriſto Hec etiā digni
tas/ creatio/ ⁊ natiuitas ſpūalis hominis eſt ne
ceſſaria ad opera noſtre peregrinationis quā ho
die incipit eccleſia quaten⁹ ſint apta ad beatitu
dinem conſequenda q̄ eſt finis nr̄e peregrinatio
nis debēt enim nr̄a opera eſſe facta in grā ⁊ cha
ritate dei ſine qua nihil valerent ad illū finem vt
probat apl's 1 Cor. 13 dices Si linguis hominū
loquar ⁊c̄ charitatem autem non habeam nihil
mihi prodeſt. Debuit ergo hec dñica prima hui⁹
temporis peregrinatiōis p̄ſupponere aīam fide⸗
lem iā eſſe in grā/ ⁊ habere dona ſpūſſancti in pē
thecoſte recepta quo ſuppoſito hodiernū officiū
poſt bn̄dictionē dei ⁊ grārumactionē de tāta ei⁹
mia in introitu miſſe itē poſt petitionē ꝓtectiōis
aīe a peccatis ⁊ ab alijs aduerſis i orone deſcri⸗
bit in epl'a aīam ſic deo gratam velut quoddam
celum aut potius tēplū celeſte in quo deus habi
tet notans pmo in eo ſedē aut thronū dei qui eſt
intellectus fide illuminat⁹ recte iudicās de agē
dis ⁊ euitandis/ de appetēdis ⁊ fugiēdis ac ſper=
nēdis bonis ⁊ malis ſcđm lege dei hoc iudiciū p
colores duos/ viride ⁊ rubeū optime denotatur
nam ꝓſecutio ad viride ptinet fuga ad rubeum
primus ad p̄mia bonoꝝ operum refert̄ ſecūdus
ad penas maloꝝ In circuitu throni iris exiſtens
tricolor recta volūtas aīe dici pōt q̄ intellectū fi
delem circuit in practicis nam ipa p intentionē
finis puenit ⁊ mouet intellectū ad bene cōſilian
dū/ ⁊ iudicandū de medijs ſed in electiōe medio=
rum ipſa ſequit̄ iudiciū intellectus Dicit̄ autē tri
color ꝓpter tres actus ſuos circa finē ⁊ totide cir
ca media nā voluntas pmo vult finē/ deide ten=
dit in ipſū/ ⁊ tandē adepto fine fruit̄ eo Circa me
dia etiam pmo cōſentit iudicio intellect⁹ ſecūdo
elegit cōuenientius mediū tertio vtit̄ medio iam
electo Sedes minores in aīa ſunt alie potetie or
ganice ſub libero arbitrio poſite q̄ numero 24.
hoc eſt bis duodeno diſtincte ſecernuntur in co=
gnitiuas/ ⁊ appetiuas ⁊ vtreqꝫ cum ſint organi=
ce cōplectūtur t'nariū aīe ⁊ q̄ternariū corp'is ſecū
dum pythagoricos ex q̄b⁹ duob⁹ numeris reſul
tat duodenari⁹ Ad has ergo inferiores potētias
aīe ex throno recte rōnis ꝓcedunt fulgura i illu=
minatiōes ſpūales voces i dictamia practica de
agēdis ⁊ tonitrua i cōmotiōes ad bene agēdū eo
q' añ thronū mentis ſctificate p grām ſint ſeptē lā
pades ardētes i inflāmātes ⁊ illuminātes aīam
q̄ ſunt ſeptē ſpūs dei miſſi in oēm terrā ad ſeruos
dei de q̄b⁹ đr Eſaie 11 Spūs ſapientie ⁊ intelle=
ct⁹ ſpūs cōſilij ⁊ fortitudinis ſpūs ſciētie ⁊ pieta=
tis ⁊ ſpūs timoris dn̄i nā his donis ſpūſſā ti mes
hoīs efficit̄ prōpta ad oīa bona opa q̄ ptinent ad
cultū dei ⁊ etiā ad ſuſtinēdū queqꝫ aduerſa ⁊ aſ=
pera mūdi ꝓpter honore dei qđ ē mare vitreū i
amaritudo fragilis q̄ tn̄ p tolleratiā/ ⁊ patientiā
induratur ⁊ efficit̄ ſilis chriſtallo nā in aduerſis
eluceſcit bonū virtutis vt dicit Ariſtoteles ⁊ virt⁹
in infirmitate pficit̄ vt ſcribit apl's hic q̄ttuor ꝟtu
tes cardinales ꝓcedunt q̄ dicuntur aīalia plena
oculis añ ⁊ retro i debitis circūſtantijs veſtite in
actibus ſuis Et licet q̄libet iſtarū virtutū habeat
q̄ttuor facies in viſiōe Ezechielis (q2 vt Gregori⁹
dicit in 22 Moraliū Juſticia ꝟa nō eſt q̄ prudēs/
fortis/ ⁊ tēperās nō ē ⁊ idē dicit de ſingulis aliaꝝ)
tn̄ ſi iuxta Apoc Joan cuilibet earū ſua ꝓpria fa
cies ꝯcedat̄ fortitudo habet faciē leonis/ tēperan
tia faciē vituli/ iuſticia faciē hoīs/ prudētia faciem
aq̄le volātis ſup totū morale hemiſperiū Alie ſe
ne iſtarū virtutū poſſūt dici ſpecies ſubiectiue/ vl'
partes potētiales i alie ꝟtutes minus pncipales
eis ānexe ad ſui maiore pfectione quam ſenari⁹
numerus denotat His dotib⁹ aīa fidelis premu
nita non erit ocioſa in via ſue peregrinatiōis ſed
abſqꝫ vlla reqe aut mora ꝓcedet de ꝟtute i virtu
te donec pueniat ad dei viſionē ⁊ fruitionē cū ſan
ctis āgelis ei⁹ ꝯtinue clamātib⁹ ſctus/ ſctus/ ſctus
tunc.n. oēs potētie aīe ꝓcidēt corā deo adorātes

et collaudātes deū in ſecula ſeculoꝝ Hanc virtutum ſemitā imo ꝛ vias latiſſimas declarabunt officia miſſalia ſequentia in hoc tēpoꝛe peregrinationis ad quam hec dñica pma ī oꝛdīem exhibet ydoneū vt patet ex dictis Euangeliū sūt vt diximus doctrinā ecclīe dei in ſequētibus dñicis tradēdā multiplicit̃ ꝯmēdat ex eiꝰ ſublimitate/neceſſitate ꝛ vtilitate maxīa ideo opoꝛtet fideles nr̄i tēpoꝛis abiecta carnali/ꝛ mundana cõuerſatiõe ſeipſos adaptare ad eiꝰ intelligētiā bñ capiendā p noue cõuerſationis ſtudiū q̄ſi iterū natos ꝛ in alios viros mutatos nec putet aliquis quātūcunq̄ doctus ꝛ ſapiens ſua induſtria/ꝛ ex ꝓpꝛijs viribus ad huiꝰ doctrine intelligētiā ſe poſſe ptingere ſed opus eſt ꝙ humilieť corā deo petēs auxiliū grẽcius ad id obtinendū nā ꝛ Auguſtinꝰ olim magnus philoſophus ī ſeculo de ſeipſo idē fateť in 4. libꝛo ſuarū cõfeſſionū circa intelligētiā ſacrarum ſcripturarū ſ ꝙ opoꝛtuit ipſū humiliari ad ipſam habēdam ¶ Cantus offertoꝛij Bñdictus

Offertorium sit deꝰ pater ꝛc̄ in vtroq̄ ſenſu hiſtoꝛico ꝛ moꝛali cõfoꝛmiter reſonat dei laudes ꝛ grãrumactiões p ſupꝛadictis ī nos bñficijs ſ qꝛ nos adoptauit in filios ſuos p nouā regenerationē et reuelauit nobis ſecreta doctrine ſue ꝛc̄ Secreta oꝛo Sanctifica q̄s dñe ꝛc̄ optat recipi apud deū oblatione ſacrificij nr̄i vt fructꝰ eiꝰ pficiať in nobis tā in

Communio pſenti vita q̄ in futura ¶ Cantus cõionis Benedicimꝰ deū celi ꝛc̄ eundē penitꝰ ſenſū habet cū offertoꝛio. Finalis oꝛo Pꝛoficiat nobis ꝛc̄ idem petit qđ ꝛ ſecreta ſub alijs verbis Cõſonat huic officio qđ dictū eſt ſupꝛa de pma ecclīe gen̄atiōe ſ in officio pme dñice in 40 licet q̄tum ad alia myſteria ibi agať de exoꝛdijs ecclīe chꝛiſtiane

## ¶ Caput octogeſimumnonum de officio moderno ſed deuotiſſimo feſti coꝛpoꝛis chꝛiſti dñi noſtri quod tn̄ eſt pter cõcoꝛdiam ſenſus hiſtoꝛialis alioꝝ officioꝛum dominicalium huius tempoꝛis peregrinatiõis

1 Argumētū officij FEria quīta poſt dominicā trinitatis pꝛoximo ſequēte agitur in tota ecclīa latina ſolenniſſimū feſtū cum pceſſione de ſacramēto coꝛpoꝛis ꝛ ſāguinis ieſu chꝛiſti Cuius feſti inſtitutione moderna enarrat eiuſdē officij oꝛdinatoꝛ excellētiſſimus doctoꝛ ſanctus Thomas Aquas de oꝛdine ac religione frm p̄dicatoꝝ qui ex mādato ſanctiſſimi dñi pape Vrbani quarti circa ānos dñi mille ducētos ꝛ ſexaginta huius die officiū ſapientiſſime cõpoſuit cauſamq̄ huius noue inſtitutiõis talis feſtiuitatis pter quinta feriā cene dñi in fine q̄dragefime in lectionibꝰ nocturnis luculentiſſime aſſignat Pꝛeter quā ego myſterioꝝ patrie mee cõſcius aliam cauſam dedi ſupꝛa ī officio ſabbati ſancti vbi hiſtoꝛia gen̄ationis 42 eccleſie chꝛiſtiane (in qua viguit ille papa Vrbanꝰ) cõmemoꝛata ē Sed hac mea cauſa nūc dimiſſa ſentent a ſancti Thome in lectionibꝰ huius officij (quaꝝ pncipiū eſt Immenſa diuine largitatis bñficia) colligitur breuiter ad hec pūcta Pꝛimo ꝙ ppl̄s chꝛiſtianꝰ p̄ alijs oībus qui vſq̄ fuerūt

2 Cauſe inſtitutionis huiꝰ feſti. a pꝛincipio mundi habet quandam dignitatem ineſtimabile ꝛ hoc pꝛopter excellentioꝛa beneficia ſibi diuinitus conceſſa Scđo ꝙ pꝛincipaliſſimū oīm huiuſmodi beneficioꝝ fuit incarnatio filij dei. qui ſue diuinitatis volēs nos eſſe participes naturā noſtrā aſſumpſit vt homines deos faceret ipſe factus homo Tertio ꝙ ad recõciliandum nos peccatoꝛes deo patri aſſumptam naturā nr̄am in ara crucis hoſtiā obtulit deo patri p nobis in odoꝛe ſuauitatis Quarto ꝙ vt tanti bñficij ſ redēptiõis/ꝛ recõciliatiõis nr̄e ꝯtinua in nobis maneret memoꝛia (vt par eſt) chꝛiſtus coꝛpus ſuū in cibū ꝛ ſanguine ſuū in potū ſub ſpeciebus panis ꝛ vini ſumendum fidelibꝰ dereliquit. Quinto ꝙ vt hoc memoꝛiale ſue paſſiõis arctius diſcipuloꝝ mētibus impꝛimeretur in ſupꝛema cena ſue paſſioni ꝓxima ipſū inſtituit Quare ſexto ſequitur ꝙ fuit conuenīēs vt fideles pia deuotione aliquo ſolēniſſimo feſto recoleret quolibet anno inſtitutione huiꝰ tam ſalutiferi ac mirabilis ſacramenti coꝛpoꝛis ꝛ ſāguinis chꝛiſti redemptoꝛis ſui quatenus illo die exſolueret deo debitas grãrumactiones p tanto beneficio Septimo ꝙ licet circa finē quadrageſimalis ieiunij hoc eſt quinta feria hebdomadis ſācte quolibet anno fiat in ecclīa memoꝛia de illa vltima cena chꝛiſti (vbi aliqualis mentio habeť de inſtitutiõe huius diuiniſſimi ſacramenti) tn̄ in illo die pncipalioꝛ ecclīe intentio occupať in memoꝛia ꝛ celebꝛatione deuota paſſiõis chꝛiſti. quare non videbať ſufficiēs illa celebꝛitas ad digne recolēdā inſtitutionem huiꝰ ſacramēti ſed opoꝛtuit dedicari aliū diē tāte ſolēnitati pagēde Octauo ꝙ Vrbanus papa q̄rtus ad hoc myſteriū integro celebꝛitatis officio recolendū nullū diem inuenit aptioꝛem poſt ſanctū paſcha dñice reſurrectiõis quam iſtā q̄ntā feriā poſt octauas penthecoſtes Ratio ſua fuit qꝛ apl̄i chꝛiſti poſt miſſionē ſpūſſancti in eos (quo eoꝛum coꝛda pfecte illuminata ſunt ad plene capiēda myſteria huiꝰ ſacramēti) tali tempoꝛe ceperūt cū alijs fidelibꝰ hoc ſacrū conuiuiū frequētare vt dꝛ in actibꝰ apl̄oꝛum Et itē qꝛ vſq̄ ad hāc hebdomadē officia eccleſiaſtica nō potuerūt ceſſare ab alijs chꝛiſti myſterijs valde magnis ſ a paſſiõe/reſurrectiõe/aſceſſione/penthecoſte/ꝛ indiuidua diuinarū pſonarū trinitate Sed q̄re nul-

3 Alia cauſa huius inſtitutionis. lus aliꝰ pon Ro āte iſtū Vrbanū quartū hoc feſtum inſtituerit ſanctus Thomas non aliā cauſam aſſignat quā ſingulare eiꝰ deuotionē ad hoc eucharíſtie ſacramētū qꝛ tn̄ valde ꝓbabile eſt eū pceſſiſſe alios romanos pon tā deuotos ꝛ ſctõs imo foꝛte multo magis q̄ ipſe fuerit reddēda ē aliqua alia cauſa q̄ eū mouerit ad huiꝰ tāti feſti nouam inſtitutione pter ſuam deuotionē ad hoc ſacramētū eucharíſtie Et q̄tum ego potui colligere ex hiſtoꝛia eccleſiaſtica illiꝰ tēpoꝛis credo mouerit eum quedda ſtupendū pꝛodigium et grande

Hiſtoria ſanctorum corporaliū Daroce.

myraculū qđ ſuo tēpore accidit in Hiſpania cir-
ca hoc euchariſtie ſacramētum in magnū fauo-
rē chriſtianoꝝ cōtra ſarracenos bellantiū vt eos
a patria expellerent Tunc n recuperata Valen-
tia ſpecioſiſſima Hiſpanie terraconēſis vrbe ſub
Aragonū rege Jacobo proceſſit eius exercit⁹ ad
uerſus Xatiuā ſiriſq caſtroꝝ tētorijs e regione
eius ſtatuto die cōgreſſus chriſtiani deo pleni cō
feſſiōi ꝛ cōioni añ oīa vacare ceperūt vt ſacrame
torū virtute interius mente fortificati etiam exte
rius corpore fierent robuſtiores Sed pre ceteris
ſex eorum duces magis deuoti cū iā euchariſtie
ſacramētū in fine miſſe ſacerdotis ſumere vellet
coacti ſunt Mauroꝝ occurēte exercitu coionem
dimittere et ad bellum citiſſime ſeſe accingere
licet corpore ieiunos Cunq tota ferme die dimi
catum eſſet tandē cum dei auxilio chriſtiani poti
ti victoria ad veſperam cū grarum actionibus et
diuinis laudibus ad caſtra redierunt et euchari-
ſtiam ſibi paratam repetierunt quā cū ſacerdos
eis vellet porrigere diſcoopertis pallijs corpora
liū inuenit ſex illas hoſtias viuaciſſimo colore ru
bentes/pānoq illi lineo adherentes tenaciſſime
Viſo hoc myraculo chriſtiani gauiſi ſūt gaudio
magno valde quaſi intelligentes p hoc ſibi da-
tum eſſe magnū fauorē auxiliumq de celo ppa
lata ad ſenſum ſue fidei occulta veritate vnde ro
borati ac cōfortati animo contra hoſtes fidei hoc
diuinū myſteriū in media acie ſecū ferebat ſemp
victores et ſic factū eſt vt in breui temporis ſpacio
infideles illos Mauros a regno ſuo eiecerint Et
geſta hec tunc tēporis nō ſolum p totam Hiſpa
niā verūetiam p vniuerſam Europā diuulgata
ſunt/peruenerūtq ad aures ſummi pōtificis pdi
cti Vrbani quarti illacq occaſione ipſe accenſus
zelo fidei et deuotione huius ſacramenti inſtituit
ſolenne feſtum de veneratione tanti myſterij eu
chariſtie/ atq Darocēſi ecclie (in qua hoc myra-
culū venerabiliter reſeruat vſq i hodiernū diē)
innumeras cōceſſit indulgētias q vt toti fideliū
ecclie cōes eſſent feſtū pdictū corpis chriſti inſti-
tuit Et hoc argumēto clare elicit q huius feſti-

Solus ſenſus litteralis hic requirēdus eſt

uitatis officiū ſit extra cōcordiā alioꝝ officiorum
et pcedētium ꝛ ſequētiū in hoc tēpore peregrina
tiōis q̄tum ad ſenſu hiſtoricū que i ipſis (opiniōe
mea) intendit ecclia tum qꝛ ex cauſis pdictis inſti
tutionis hui⁹ feſti cōſtat aliā fuiſſe intentionē au-
toris eius ab intētiōe autoꝝ antiquoꝝ q alia offi-
cia huius tēporis ediderunt autor n iſte nō ſtatū
pmitiue eccleſie (que habuit in pmis ſuis trecen
tis annis) hoc ſuo officio deſcribere intendit ſicut
alia officia q cadunt ſub pma hiſtoria hui⁹ tem-
poris ſed ſolā venerationē pncipalem ſacramēti
euchariſtie declarauit tum qꝛ ſi ppter miraculū
Darocenſe hoc officiū fuerit inſtitutum ad aliud
tēpus ptinet hoc officiū ab eo ad qđ duo officia
dñicalia (quib⁹ interſeritur) referuntur nam q̄li-
tatem ecclie dei circa annos domini 1260 com-
memorans ad exoluendum deo gratiarum actio-
nes de exaltatione fidei chriſtiane ꝛ victoria con
tra ſarracenos tendit Tum deniq ſi ad cōpletio

rum celebritatē euchariſtie faciendā in ecclia dei
hoc feſtū ſit inſtitutū nō determinat aliqđ certū
tēpus ſexte etatis ad qđ referatur huius diei offi
cium nihil n refert ad recolēdum hoc tm̄ dei be-
neficium cum laudibus et grarum actionibus q
tēpore fuerit a chriſto inſtitutū ſ in principio/aut
medio/vel fine temporis ſed ſufficit ſcire q chri-
ſtus aliqñdo āte nos hoc myſteriū inſtituerit ad
vtilitatē ꝛ honorē nrm Poſſet tñ (qui vellet hoc
officium ad exordiū militātis ecclie applicare cō
corditer ad officiū dñice pcedentis) dicere q chri-
ſtus ecclīam inſtituens ſicut diſtinxit in ea diuer
ſos gradus et diuerſa officia ſuoꝝ miniſtroꝝ (vt
notauit epiſtola pcedens) deditq ſuis fidelibus
doctrinā ſublimē ꝛ oib⁹ mūdi ſapiētibus admira
bilē (vt declarauit euāgeliū pdictū) ita etiā dota-
uit eccleſiā ſponſam ſuā pcioſis monilibus ſacra
mētoꝝ nře ſalutis de quoꝝ pmo ſ baptiſmo etiā
in eodē facta eſt mētio additur hoc officiū ad fa-
ciendam mentionē de ſacramētoꝝ vltimo et po-
tiſſimo ſ euchariſtia q ſignificat vnionē oim me
broꝝ eccleſie inter ſe et ſub capite ſuo chriſto p fi
dem et grām dei et ad hūc ſenſum hiſtoricū poſ
ſet exponi officium iſtud Sed his dimiſſis ſenſū
litteralem eius breuiſſime tranſcurramus a pri
mis veſperis pncipiū officij ſumentes vbi ex di

Officium veſperarū

uerſis ferijs quinq pſalmos aſſumpſit doctor il
le ſactus/illos ſ qui de hoc euchariſtie ſacramē-
to et de eius inſtitutore chriſto apertius loquun
tur quorum antiphone ſunt illi verſus eorū qui
magis faciūt ad hoc ppoſitum/ licet verbis ali-
quātulum mutatis Capitulum Dñs ieſus in q
nocte ꝛc̄ I Cor II expreſſe loquitur de pma hui⁹
ſacramēti inſtitutiōe a chriſto i ſua vltima cena
Additur ſecundū morem ſue religionis ꝛ quarū
dam dioceſum extra Romanā Ruſſorum ſ Ho
mo quidā fecit cenam ꝛc̄ Luce.14. quo fideles
plato reſpondētes conſone ad ſuā lectionem lo-
quuntur de hui⁹ ſacramēti diuulgatiōe p apl'os
ꝛ alios pdicatores in toto mūdo Verſus Veni-
te comedite.ꝛc̄ Prouerb 9 explicat verba pdica
toꝝ in pſona dei inuitantiū hoies ad cenā huius
ſacramēti cum enim doctor iſte huius officij edi-
tor eſſet ſapiētiſſimus theologus/ꝛ in ſacris ſcri-
pturis exercitatiſſimus artificio ꝛ concordia mi-
rabili in hoc officio miſcet autoritates veteris et
noui teſtamenti in omnibus fere cantibus eius.
Hymnus Pange lingua glorioſi corporis ꝛc̄.
ſuauiſſimo tono ac deuotiſſimo verborum ſenſu
incitat fideles ad huius tanti feſti iocundam ce-
lebrationem nam enarrata eius pmaria inſtitu-
tiōe a verbo dei incarnato tandē docet hoc ſacra
mentū maiore dignum eſſe veneratione q̄ erāt
legales olim obſeruantie ſacramētorum et ceri-
moniarum carnalium Verſus Panem de celo
preſtitiſti ꝛc̄ Sapiētie 16 ratione pdicte dignita-
tis euchariſtie aſſignat Ad magnificat añ O q̄
ſuauis e dñe ꝛc̄ pmixta eſt ex 12 caplo Sapiētie
ꝛ Luc 1 ex cātico ipſo Vginis Marie cui⁹ eſt anti
phona/q etiā ſuauiſſimo tono mirabile ſuauita-
ti/ꝛ dulcedinē ſpūalem hui⁹ ſacri cōuiuij decātat

ſub typo mãne pr̃ibus de celo date quã tñ dulce
dine non deguſtant diuites ſeculi habẽtes ſtoma
chũ ac plenũ humoribꝰ corruptis deſideriorum
carnaliũ ideo vocat eos faſtidioſos.inſtar eorũ q̄
de mãna in deſerto dicebãt Numeri 11 Nauſeat
aĩa nr̃a ſup cibo iſto ꝛc̄ quo cõtra pauperes chri
ſti vacui mũdanis deſiderijs ꝑcipiunt ac ſue gu
ſtu huiꝰ saporis ſuauitatẽ/ ꝛ eſuriẽtes diuina my
*Oratio.* ſteria replentur ſpũalibus bonis.Oratio Deus q̄
nobis ſub ſacramẽto ꝛc̄.cõmemorata huiꝰ ſacra
menti ꝑmaria inſtitutiõe a chriſto adiũctaq̧ huiꝰ
feſti ſcdaria dedicatione a papa Urbano.petit a
deo fructũ eius in nobis.i.ſentimẽtum huiꝰ tãte
ſuauitatis ſpũalis q̄ vix credi põt niſi guſtet.nã
Apoca.3 dicitur manna abſcõditũ qd̄ nemo no-
uit niſi q̄ accipit tandẽ veſperi more ſolito finiũ-
tur in grãrum actione/ ꝛ dei benedictiõe etiã repe
tito alleluia Ad cõpletoriũ ſup pſalmos ordina-
rios iſte doctor antiphonã cõſuetã poſuit ſ Miſe
rere mei dñe ꝛc̄. Ad nũc dimittis Alleluia panis
que ego dedero alleluia.caro mea eſt ꝓ mũdi vi-
ta alleluia alleluia Joan 6 Alij ṽo ex nocturnis
vel ex laudibꝰ huius diei antiphonas accipiũt ꝓ
*Matutini* pſal'is ꝛ cãtico in cõpletorio ¶ In officio noctur-
no ꝑncipium eiꝰ ſeu inuitatoriũ ſ Chriſtũ regem
adoremꝰ dñantem gẽtibꝰ ꝛc̄. licet nõ ſit de textu
ſacre ſcripture eſt tñ ſapiẽter ingeniatũ vt ꝓpo-
nat fidelibꝰ chriſtũ huiꝰ ſacramẽti inſtitutorẽ eſſe
eis adorandũ in recognitionẽ tãti bñficij:q̄ ſeipſũ
eis ꝑbuit manducãdum ad impinguãdas aĩas
deuotiõe Hymnus Sacris ſolẽnijs eandẽ fere
ſententiã habet cũ hymno veſperoꝝ q̄uis alijs ver
bis ꝛ alio genere metri aliaq̧ intonatiõe ꝓpter
officij ſolẽnitatem.In nocturnis lectiões ſunt de
legenda/vel ſermone ſancti Thome Aquinatis.in
quo poſt cauſas inſtitutionis huiꝰ feſti(quas ſu-
periꝰ breuiſſime tetigimꝰ)agit de laudibꝰ/de ex-
cellentijs/virtutibꝰ atq̧ effectibus diuiniſſime eu-
chariſtie/de figuris eius ꝑcipuis in antiq̄ lege ꝛ
tandẽ de indulgentijs ꝯceſſis a ſummis pontifi
cibus ꝓ fidelibꝰ q̄ interfuerint hore canonicis/
ꝛ miſſe huius diei ꝛ alioꝝ ꝑ totum octauarium
Pſalmi nocturnoꝝ ex diuerſis ferijs pſalterij ſu
munt̃ illi q̄ magis ad hoc ꝓpoſitum facere pu-
tant̃ eoꝝ antiphone ſunt verſus clariores illoꝝ
pſalmoꝝ in quibus explicatur aliquid de eucha
riſtia licet verbis aliquãtulũ mutatis ꝓpter offi-
cij decorem Reſponſoria mira quadã concordia
ꝑmixtas habent autoritates ve. ꝛ noui teſtamen
ti tum de figuris/tum de ꝓphetijs/tum etiã ꝛ de
veritatibus exhibitis a chriſto ꝛ apl'is circa hoc ſa
cramentum Uerum in ꝑmo nocturno reſponſo
ria ſumunt̃ ex ve. teſtamento allegando figuras
de agno paſchali/de mana/ꝛ de Helia ꝓpheta
Uerſus eoꝝ ex no. teſtamento applicant illas fi-
guras ad ꝓpoſitum In alijs autem duobꝰ no-
cturnis econtra rñſoria ſumunt̃ ex no. teſta expli
cantia veritatem eius ſed verſus addunt figuras/
et ꝓphetias ve.teſta ad idẽ ꝓpoſitum Unde pa
tet alia differentia iſtoꝝ nocturnoꝝ q2 in primo
eoꝝ reſpõſoria cum ſuis ṽſibꝰ cõmendãt fidem
deuote credentium/ꝛ recipientiũ euchariſtiam in
ſcdo reprobãt incredulitatẽ iudeoꝝ ꝛ alioꝝ ſper-
nentiũ vel indigne ſumentiũ hoc diuinum ſacra
mentũ.in tertio vero nocturno declarant multi-
plices effectus atq̧ valde mirabiles euchariſtie
cõprobando eos ꝓphetarũ teſtimonijs Uerſicu
li q̄ poſt pſalmos lectionibꝰ ꝑmittunt̃ in quoli-
bet nocturno omnes ſunt de ve.leg quaſi ad ar-
guendũ iudeos de ſomnolentia ſua In ꝑmo er-
go nocturno cãtant̃ pſalmi ꝑmus/ q̃rtus/ꝛ q̄ntꝰ
decimꝰ quibꝰ ſubnectit̃ ṽſiculus pane celi dedit
eis ex pſal' 77 Primũ rñſoriũ Immolauit deũ
ꝛc̄.Exodi.12. Uerſus Paſcha nr̃m ꝛc̄.1.Cori.5.
Scdm rñſoriũ Comedetis carnes ꝛc̄ Exodi 16.
Uerſus Nõ Moyſes ꝛc̄.Joan 6 Tertiũ rñſoriũ:
Reſpexit Helias ꝛc̄ 3 Regũ 17 Uerſus Si q̄s
mãducauerit.Joan 6 In ſcdo nocturno cãtãtur
ꝑs.19 22.ꝛ 41 Uerſiculꝰ Cibauit eos ꝛc̄ ꝑs 80.
Primũ rñſoriũ Panis quẽ ego ꝛc̄ Joã 6 Uerſꝰ
Locutꝰ e ppl's ꝛc̄ Nume 21 Scdm rñſoriũ.Cenã
tibꝰ illis ꝛc̄ Mat 26 verſus Dixerũt viri ꝛc̄ Job
31 Tertiũ rñſoriũ.Accepit Jeſus ꝛc̄.Luc 22 ver-
ſus Memoria memor ꝛc̄.Threno 3 In 3 noctur
no cãtant̃ pſal' 42 80 83 ṽſiculus Educas pa-
nẽ ꝛc̄.ps 103 deinde legit̃ euangeliũ Caro mea
vere ẽ cibꝰ ꝛc̄ Joã.6.cũ homel' ſ Auguſtini.ſ.Cũ
cibo ꝛ potu hoc appetãt hoies ꝛc̄ ꝛ loq̄tur de ve
ritate huiꝰ ſacramẽti parit̃ ꝛ de effectibꝰ eiꝰ Pri
mũ rñſoriũ Qui mãducat ꝛc̄.Joã 6.ṽſus Nõ eſt
alia natio ꝛc̄ Deute 4 Rñſoriũ ſcdm.Miſit me
viuẽs pr̃ ꝛc̄ Joan 6.ṽſus Cibauit illũ.ꝛc̄. Eccle
ſiaſtici.15 Tertiũ rñſorium Unꝰ panis ꝛc̄.1.Cor.
10 verſus Paraſti in dulcedine tua.ꝛc̄ ꝑs 67.
Poſt cãticũ Te deũ laudamꝰ ſeq̄tur ṽſus Co-
medi fauũ.ꝛc̄ Cãticoꝝ.5 ꝛ eſt vox eccl'ie exultãtis
de tã ꝑcioſo cõuiuio Alie eccl'ie dicũt ṽſum Po-
ſuit fines tuos pacẽ ꝛc̄ ꝑs 147. vt ꝑlatꝰ loquat̃
ad eccl'iam de eodẽ cõuiuio pacifico In laudibꝰ *Laudes.*
more ſolito ponuntur quinq̧ antiphone cũ pſal-
mis cõſuetis Prima ãtiphona eſt Sapientia edi
ficauit ꝛc̄ Prouer 9 Scda Angeloꝝ eſca ꝛc̄.Sa
pientie 16 Tertia Pinguis e panis ꝛc̄ Geneſ 49.
Quarta Sacerdotes ſcti ꝛc̄ Leuitici 21 Quinta
Uinceti dabo ꝛc̄ Apoc 3 Capl'm eſt idem qd̄ in
veſpis Dñs ieſus ꝛc̄ Hymnꝰ Uerbũ ſupnũ ꝛc̄.
eandẽ ſentẽtiã habet cũ alijs duobꝰ iã dictis varia
to ſtilo ꝛ modo ꝓpter decorẽ Uerſus eſt ille qui
ante laudes/vel ille q̄ in veſpis Ad bñdictꝰ anti
phona Ego ſum panis ꝛc̄ Joan 6 veritatẽ ꝛ fru
ctũ euchariſtie reſonat ꝓ q̄bꝰ merito fideles deũ
laudãtes bñdicũt Oro finalis illa que in veſpis
Deus q̄ nobis ſub ſacramẽto ꝛc̄ Per horas diei *Hore diei.*
antiphone laudũ cãtãtur Capitula oĩa ſumunt̃
ex.1 Cor 11. Rñſoria breuia ꝛ ṽſus ex nocturnis
ſumuntur ſed aliq̄ eccl'ie ad tertiã cantãt rñſo-
rium grande ſ ſextũ matutinoꝝ Accepit ieſus ca
lice ꝛc̄ Ad veſperos ſcdos religio frm̃ ꝑdicatorũ
ex inſtitutiõe ſui doctoris ſup eoſdẽ pſalmos (q̄ cã
tati erãt in ꝑmis veſpis)intonat antiphonas lau
dũ ſ ſapientia edificauit cũ alijs q̃ttuor Alie tñ ec-
cleſie i ſcdis veſpis repetũt oĩa dcta in ꝑmis ꝑciſe

vſq; ad magnificat cuius antiphona eſt O ſacrū
conuiuiū ꝛc̄ q̄ licet nō ſit ſacre ſcripture textus tñ
ſuauiſſimo tono omnia fere mirabilia euchari
ſtie breuiter cōplectitur vt eius verba clariſſime
oſtendūt. Omnia alia dicuntur vt in die p̄cedēte
¶ Miſſa hui⁹ diei ſolēniſſima ex multꝭ etiā ↄſtat
Introit⁹ miſſe.
vt ⁊ no le. autoritatib⁹ cuius introitus Cibauit
eos ex adipe ꝛc̄ pſalmo 80 notat figuras huius
ſacramēti ſ vel manna deſerti/⁊ aquā de petra
que propter ſuauitatem eius dicitur mel. vt no-
tat apoſtolus 1 Corin 10 vel vbertate terre pro-
miſſionis que dicebatur fluens lacte ⁊ melle et
abundabat optimo frumento/vino/⁊ oleo Has
figuras in hoc ſacramento impleuit chriſt⁹ dñs
populo ſuo chriſtiano illa omnia bona ſimul in
hoc vno eminenti Verſus Exultate deo adiuto
ri noſtro ꝛc̄. principiū eiuſdē pſalmi incitat fide-
les ad laudandum deum de tanto munere cum
Oratio
gaudio/⁊ exultatiōe Oratio Deus qui nobis ꝛc̄
Epiſtole argumentum.
expoſita ē in veſperis ¶ Epiſtola Ego enim ac
cepi a dño ꝛc̄ 1 Co .11 ad litterā agit de cōmēda
tione euchariſtie/⁊ hoc q̄ȝ ū ad tria Primo de
eius inſtitutione a chriſto facta in die ſue vltime
cene Secūdo ibi quotieſcūq; enim ꝛc̄ de ei⁹ cō-
munione a catholico populo in exilio hui⁹ vite
Tertio ibi p̄bet aūt ſe ꝛc̄ de ipſi⁹ abuſiōe a ma
lo chriſtiano i pnicie ſue aīe Hec tñ ep̄la ad aliū
ſenſum declarata eſt in feria quinta hebdo ſan-
Prima ps ep̄le
cte Prelatus itaq; chriſtiane eccleſie intēdēs ho
die ſermone facere fideli pp̄lo de dignitate hui⁹
diuiniſſimi ſacramēti ab ei⁹ inſtitutore ordit di-
cens fr̄es mei in dño ego accepi hoc ſacramētū
vobis miniſtrandū a dño inſtitutū/ nō humana
p̄ſumptiōe introductū quod ⁊ tradidi vobis nō
ſolum verbo declarāte myſteria ei⁹ ſed etiā ope-
re ſanctificante aīas q̄ aūt fuerit a chriſto inſtitu
tū patet qm̄ dñs noſter ieſus chriſt⁹ ꝛc̄ hec enim
hiſtoria eſt certa tū ex euāgeliſtarū narratione tū
ex pluriū diſcipuloꝝ teſtificatiōe q̄ hoc viderunt
p̄ſentes in vltima ſua cena illius noctis in q̄ tra
debatur p̄ditiōe Jude vēditus iudeis q̄ ei p̄cu-
rabant mortē tūc n accepit de mēſa panem fru-
mēti ⁊ grās agens deo prī a quo talē ptātem ex-
cellentie acceperat qua ſacramēta noua inſtitue
re poterat bñdixit i conſecrauit ac trāſubſtantia-
uit panē in corpus ſuū verum ⁊ ſic conſecratum
fregit i diſtribuit diſcipulis ſumēdum ⁊ dixit hec
verba cōſecratiōis quibus etiā docuit nos conſe
crare ſ hoc eſt corpus meū que oratio multiplicit̄
ſolet exponi a doctorib⁹ catholicis vt in 3 libro
huius opuſculi explicabim⁹ ⁊ dās ſuis ſacerdoti
bus ptātem cōſecrandi addit hoc facite i ptātem
hoc faciēdi accipite in meā cōmemorationē i vt
ſit vobis memoriale mee paſſionis/redemptionis/
⁊ amoris q̄ȝ enim nil p̄cioſius habeo q̄d donem
vobis relinq̄ vobis meipſum in vſum ſalutaris
cōuiuij Siłr accepit in ſacratiſſimas man⁹ ſuas
calicē i vas hñs vinum vitis cōſecrādum poſtq̄
cenauit legalē agnum cū ſuis cerimonijs in pa-
ſchate iudeoꝝ fieri ſolitis ⁊ hoc vt eis finē impone
ret ⁊ ſic legalis obſeruantia nouo excluderet ſa-
cramēto ac ſi vmbra cederet corpori dicens hec
verba cōſecratiōis ſanguinis hic calix i cōtentū
in calice eſt nouū teſtamētū i meo ſanguine i eſt
ſanguis me⁹ ptinens ad nouū teſtamentū legis
euangelice ſicut olim de ſanguine brutoꝝ aīaliū
dixerat Moyſes Exodi 24. hic eſt ſāguis teſta-
mēti ſ veteris q̄d miſit ad vos dñs p manū meā
hoc facite in meam cōmemorationē ad ſenſum
datū. Patet ergo admirabilis inſtitutio hui⁹ di-
uiniſſimi ſacramenti euchariſtie q̄ bona grā in-
terp̄tat̄ Cuius finis eſt fideliū vſus ⁊ cōio ideo
dico vobis quotieſcūq; mādicabitis panem hūc
Secūda ps ep̄le.
cōſecratū et calicē i vinū calicis etiā cōſecratū bi
betis mortē dñi qua redempti eſtis annūciabitis ⁊
fructū eius in vobis p̄cipietis atq; ei incorporati
eritis donec veniat i in hoc medio tēpore vſq; ad
ſecūdū ei⁹ aduentū in die iudicij gñalis q̄ȝ vſq;
ad illud tēpus durabit vſus euchariſtie in eccl̄ia
dei. Reuelato aūt tūc dño in glīa ſue maieſtatis
pp̄lm ſuū i vos in glīam aſſumet ⁊ iā nō ampli⁹
erit euchariſtia neceſſaria vbi ipſemet chriſt⁹ erit
vobis facialiter p̄ſens Interim aūt ſub hoc vela
mēto ſacramētali nob ſcū manet ſicut ⁊ p̄miſit
Mat vltimo dicēs Ego vobiſcū ſū vſq; ad cōſu-
mationē ſeculi Cū ſūma ergo reuerētia ⁊ deuo-
tiōe eſt a nobis ſumēdus/⁊ ptractādus vt poſtea
in ſuo aduētu nobis appareat glioſus itaq; qui-
cūq; manducauerit ꝛc̄ indigne i cū pc̄to mortali
in mēte/⁊ irreuerēter in actu exteriore reus erit i.
culpabilis ⁊ pene obnoxi⁹ apud deū corporis et
ſāguinis dñi tāc ſi chriſtū crucifixiſſet/ ⁊ ſāguinē
a corpore ei⁹ fudiſſet Unde tali homini chriſtus
Tertia ps ep̄le
in finali iudicio terribilis ⁊ ſeuerus iudex appa
rebit ad cōdemnādū ipſū eternaliter A qua ſen
tētie ſeueritate q̄ voluerit liberari p̄bet i exami-
net ſeipſū diligētiſſime an ſit a pc̄to mūdus i mē
te/⁊ honeſte ſe habeat in exteriore ope q̄ndo vult
hoc ſacramēto ⁊ ſic bñ p̄bat⁹ a ſeipſo de pane il
lo cōſecrato ⁊ trāſubſtātiato in verū chriſti corp⁹
edat nō ſolū ſacramētalit̄ ſed etiā ſpūaliter ⁊ de
calice i vino cōſecrato in calice bibat deuote ⁊ re
uerēter nā q̄ ſecus cōicat grauiſſime peccat q̄ n
mādicat ⁊ bibit idigne euchariſtie ſacramētū de
q̄ dignitate dictū eſt tā in mēte q̄ȝ exteri⁹ in ope
iudiciū i cōdēnationē in iudicio ſibi i ↄtra ſe mā
ducat ⁊ bibit i incurrit p̄pter grauiſſimū pc̄m ir
reuerētie ſue non diiudicās i ex eo q̄ nō diiudi-
cat nec diſcernit corpus dñi ab alijs cibis corpo-
ralib⁹ q̄ȝ vicȝ nō cum maiore reuerentia accedit
ad hūc cibū ſpūalē quā ad alios corpales vł car
nales cibos q̄d tñ e iniquū ⁊ peſſimū ¶ Huic p̄ſe
ti p̄dicatiōi de ſacramēto euchariſtie r̄ndet pp̄ls
fidelis in graduali Oculi oīm in te ſperant dñe
Graduale
ex pſal.144 laudas dei magnificētiā ⁊ magnā
miam cum ſeruis ſuis quos i eo ſperātes digna
tus eſt reficere tam p̄cioſiſſimo alimēto in tēpo-
re oportuno legis grē q̄ndo apparuit in hoībus
plenitudo bonitatis dei p incarnationē filij ſui
Verſus Aperis tu manū tuā ꝛc̄ ex eodē p̄s cōfir-
mat ꝟitatē p̄dictā ex mō q̄ de⁹ gubernat mūdū
q̄ȝ liberalit̄ ⁊ larga manu p̄uidet oīb⁹ creaturis

p maxime aïalibus de cibo ⁊ potu ſibi cōuenienti/
⁊ neceſſario ad conſeruationē vite.fuit ergo con=
ueniens vt etiā aïas hoīm ſeruoꝝ ſuoꝝ non de=
ſtitueret ſed ꝓuideret eis de alimēto neceſſario ad
vitā ſuā erant n in poꝛibus mūdi etatibꝰ hoīes
eſurientes/⁊ ſitiētes/⁊ aïa coꝝ in ipſis tabeſcebat
i deficiebat fame ⁊ ſiti nūc aūt i ſexta mūdi eta=
te deꝰ aperuit manū ſuā liberaliſſime/⁊ impleuit
eas bñdictiōe i multitudine bonoꝝ i hoc ſuo ſpi-
Aleluia rituali cibo ⁊ potu Aleluia Caro mea vere ē ci-
bus Joan 6 decātat huius ſacramēti veritatem
ſub ſpeciebꝰ panꝭ ⁊ vini ſilr ⁊ fructū eiꝰ maximū
in ſumentibus digne hoc ſacrū conuiuiū.q̄ fructꝰ
eſt ſpūalis ⁊ intima q̄dam vnio hoīs cū deo q̄
homo q̄ſi deificaꝛ/⁊ deꝰ efficitur ex participatiōe
diuine nature In hoc aūt officio more alioꝝ ſo
Proſa. lenniſſimoꝝ poſt aleluia additꝛ proſa vel ſequēna
Lauda ſion ſaluatoꝛe q̄ p modum laudis ⁊ can=
tici deuoti/ q̄ſi repetit totā doctrinā ep̄le p̄dictā
Euange ⁊ ſuperaddit q̄dā alia ¶Euangeliū Dixit dñs
lij argu ieſus diſc ſuis Caro mea vere ē cibꝰ Joan 6.qđ
mentum. etiam i matutinis lectū erat in breuiloq̄o ex ver=
bis chriſti declarat oīa euchariſtie mirabilia atq̄
magnalia Ubi p̄mo docet q̄ ſub ſpeciebꝰ panꝭ
⁊ vini latēt res diuine Secūdo ibi qui mā ducat
meā carnē oſtendit q̄ in bñ ſumēntibus exuberat
magnitudo grē Tertio ibi hic eſt panis probat
q̄ hoc myſteriū antiq̄s miraculis cōparatum eſt
P̄ima maioꝛis excellētie In p̄mis ergo chriſtus proui=
ps euan det ne ſimplices fideles decipiantꝛ a mundanis
gelij peccatoꝛibꝰ/vel ab hereticis carnaliter ſapiētibꝰ
q exterius nihil aliud videntes q̄ ſpecies panis
⁊ vini nō credūt ibi latere aliq̄d diuinitatis ideo
introducitꝛ ip̄a diuina veritas firmās huiꝰ ſacra=
menti fidē caro inquit mea vere ē cibꝰ ⁊c̄ q d id
quod vobis in hoc ſacramēto porrigitꝛ ſumendū
p modū cibi ⁊ potus nō eſt ṽe panis ⁊ vinū ſed
vere eſt caro mea ſpūalis aīe cibꝰ ⁊ ſanguis meꝰ
ſpūalis potus aīe ⁊ hoc debetis firmiſſime crede
re/ nullatenuſq̄ dubitare ꝓpter diuine autoꝛita
tis infallibile certitudinē (q̄ hoc myſteriū hoībꝰ
reuelauit,eſtq̄ ſup oēm ratiōnē humanā quantā
cūq̄ habeat apparentiā ad oppoſitum) nō ergo
vos decipiat pſuaſio mūdanoꝝ/vel hereticoꝛum
ꝓcedēs ex apparentia exterioꝛe ſpecierū panis et
Secūda vini Et q̄ caro chriſti p̄cioſiſſīa ex vniōe eiꝰ ad
ps euan diuinā pſonam habet virtutes innumeras(eadē
gelij ratio eſt de ſanguine ſuo)hoc ſacramentum ma
gīa exuberat grē plenitudine ido ad alliciendū
fideles ad eiꝰ deuotione addit chriſtꝰ qui mādu=
cat meā carnē ⁊ bibit meū ſanguinē ſ digne ⁊ de
uote in me manet p cōplacentia amicitie ⁊ ego in
eo p grām aīe q̄ eſt vita eiꝰ ⁊ ſicut miſit me i mū
dum p ſalute hoīm viuēs pater meꝰ i hñs vitā
diuinā a ſeipſo ⁊ ego ab eo ꝓceſſi [illegible]naliꝛ ⁊ vi=
uo i habeo vitā diuinā ꝓpter patrē i a p̄re q̄ mi-
hi eā cōicauit p naturalē gñationē·ita etiā q̄ mā
ducat me digne in hoc ſacramēto ip̄e viuet i ha
bebit vitā aīe q̄ eſt grā ꝓpter me i a me qđ ē ho
minem vnū ee cū deo ſpūaliter ſeu moraliꝛ ſicut
⁊ ego ⁊ pater vnū ſumꝰ naturaliter.Et q̄uis de=
p̄ribus ve.le multa et magna cōtulerit bñficia ſa Tertia ps
tis mirabilia ad vitā coꝛpoꝛis ptinentia tñ ea oīa euāgelij.
longe excedit hoc nr̄m mirabile ſacramētū ad vi
tam aīe oꝛdinatū/atq̄ hoībus datū nūc in fine ſe
culoꝝ.Sed vt de ceteris nūc taceamꝰ.inter antiq̄ il
la miracula p̄ribus facta maxīe cōmendaꝛ man
na qđ in deſerto mittebat eis de celo deꝰ in cibū
ad vitam coꝛpoꝛis ſuſtētandā p quā homo bru=
tis cōicat ⁊ moꝛtē nō euitat at hic panis euchari
ſtie de celo deſcendit no quidem aereo vt māna.
ſed ſpūali ⁊ diuino qđ eſt deus ⁊ datus eſt hoībꝰ
ad vitā aīe qua cōmunicat cū angelis/eſtq̄ imoꝛ
talis Patres ergo illi mā ducauerūt manna ad
ſuſtentādā vitā coꝛpoꝛis aliquāto tēpoꝛe ſed tan=
dē moꝛtui ſunt ex neceſſitate naturali i ex ſenio/
vel peſte/vel aliquo alio accidēte.at q̄ digne mā=
ducat hūc panē euchariſtie viuet in eternū i vita
ſpūali q̄ eſt eterna/⁊ euitat moꝛtē ſicut n eſſentia
aīe eſt naturaliꝛ incoꝛruptibilis ita p grām effe=
cta particeps diuine nature,acquirit quandā im
moꝛtalitatē moꝛale qua tandē pueniet ad beati=
tudinē q̄ eſt vita eterna hanc grām homo recipit
p dignā euchariſtie ſumptionē/⁊ cōfirmaꝛ ⁊ creſ=
cit i ea donec ad pfectā beatitudinē pueniat.Hic
cibus aīe nō datus eſt hoībus vſq̄ ad tēpus le=
gis euāgelice q̄ de ſpūalibus maxīe curat negle
ctis bonis coꝛpoꝛalibus circa q̄ erat p̄cipua cura
ve le ¶Moꝛaliter ṽo ex epiſtola ⁊ euāglio dici Moꝛali
pōt q̄ cū in ſacramēto euchariſtie ſignificetur po tas.
pulus chriſtianꝰ tā quoad ſpecies cōtinētes/quā
etiā quoad coꝛpꝰ chriſti cōtentū vt ſāctus Augu=
ſtinus dicit ⁊ oēs ſancti doctoꝛes poſt eū nā te=
ſtāte ap̄lo eccleſia eſt coꝛpꝰ chriſti myſticū·p inſti
tutionē euchariſtie denotata ē inſtitutio populi
chriſtiani in hac vltima mūdi etateq̄ſi vltima ce=
na ſicut n ex multis granis frumēti vnus panis
cōficiꝛ ⁊ ex multis racemis vinū ita inq̄t Paulꝰ
oēs fideles vnū coꝛpꝰ chriſti ſumꝰ·q̄ de vno cali=
ce ⁊ de vno pane participamꝰ Et ſicut in chriſti
vero coꝛpoꝛe ſūt multa mēbra vnū coꝛpꝰ cōſtituē
tia ita idē ait oēs in chriſto vnū coꝛpꝰ ſumus ſin
guli aūt alter alterius mēbra Et ſicut i hoc ſacra
mēto aliud apparet ſenſibꝰ exteriꝰ/⁊ aliud creditꝛ
interiꝰ·ita de pp̄lo fideliū dicit ap̄ls Joanes cha
riſſimi filij dei ſumꝰ/ ⁊ nōdū apparuit q̄d erimꝰ
ſed cū apparuerit ſiles ei erimꝰ Hoc aūt coꝛpoꝛe
myſtico ſic inſtituto chriſtus adiecit hoc facite in
meam cōmemoꝛationē. ac ſi diceret ſeruate vni=
tate fidei ⁊ charitatis quod eſt facere eccleſiā dei.
⁊ caro mea i coꝛpus meū myſticū vere eſt cibus
aīarum ideo q̄ hoc mā ducat viuet in eternū.q̄ in
deo manet ⁊ deꝰ in eo ille n ſpūaliter manducat
euchariſtiā qui vnitatem eccleſie ſeruat tenēs ſa
nam fidē ⁊ charitate ad deū ⁊ ꝓximos q̄ cōica=
re eſt eccleſie cōionem ſeruare que in p̄dictis vir
tutibꝰ conſiſtit Debet inſuper fidelis ſumpturus
Euchariſtiā ſacramētaliter habere candoꝛe mūdi
cie tam interius q̄ exterius/odoꝛe bone fame/et
ſapoꝛem ſeu guſtū rerū ſpūaliū ita q̄ ei deſipiāt
carnalia oīa Debet inſup tranſubſtāciari vl trāſ
foꝛmari in deum per amoꝛem. habeat accidētia

ſuorum acturum ſine ſubiecto taliter ꝙ bona q̄ agit non ſibi ſed deo attribuat ⁊ tandem cū apoſtolo dicat viuo ego iā non ego viuit vero in me chriſtus ⁊c. ¶ Cantus offertorij Sacerdotes dei ⁊c. Leuitici .21. applicat figurā veteris leg. de panibus ꝓpoſitionis quos offerebāt ſacerdotes in teplo ſup menſā dei eodē modo ſacerdotes euāgelici panes euchariſtie deo offerunt in altari

Offertorium.

Oratio ſecreta Eccleſie tue q̄s dñe ⁊c. petit vnitatem/⁊ pacē in pplo dei q̄ p euchariſtiā ſignificatur modo pdicto In pfatione cantatur ſicut in feſto natiuitatis quia p incarnatiō verbi ⁊c. q̄ p conſecratione euchariſtie videtur chriſtus iterum incarnari/⁊ ad nos mitti p ſue humanitatis preſentiam Poſt hymnū ſanctus/ſanctus ⁊c. autor iſte ordinauit proſam decātandā ſ diuinum myſterium ſemp declaratur ⁊c. que myſtice exponit hoſtie cōſecratione ⁊c. ¶ Cantus cōionis Quotieſcunq̄ manducatis ⁊c. .i. Corin .11. repetito fine inſtitutiōis euchariſtie ſ ad cōmemorādā paſſionē chriſti admonet fideles cōmunicātes vt caueant ab indigna eius ſumptiōe Finalis orō Fac nos q̄s domine ⁊c. ſupplicat ꝓ conſecutione finalis beatitudinis (que in fruitione dei conſiſtit) ꝓ his qui digne cōicarunt ex quo illo ſuo actu aliqualiter eam deguſtarūt/⁊ pfigurarunt. ⁊c.

Communio

## ¶ Caput nonageſimum

de officio ſecunde dñice poſt penthecoſte in quo commemorata hiſtoria regis Dauid/ ⁊ aliorū regū iudeorū in veteri lege apertiōem primi ſigilli in Apocalypſi exponit de pontificatu apli Petri ſimiliter ⁊ de prima eccleſie chriſtiane pſecutione

Argumētū officij generale

Oſtenſa eccleſie chriſtiane pmaria inſtitutiōe (que ante aſceſionem noſtri ſaluatoris facta eſt) iā ad ipſius ꝓcurſum in officijs huiꝰ temporis declarandū veniamus oportet Pro q̄ in pmis conuenit ſupponere id quod ſuperiꝰ inſinuatum eſt ſ ꝙ poſt penthecoſten/⁊ trinitatem (q̄ feſta circa menſem Iuniū cōiter celebrantur) eccleſia latina in quinq̄ meſibus ſequentibus Iulio/Auguſto/Septēbri/Octobri/et Nouebri cantat ſex hiſtorias veteris teſtamenti in matutinis/ ſeu in officijs nocturnis itaq̄ vnicuiq̄ illoꝝ meſiū vnā tribuat hiſtoriam excepto ſeptembri in quo due ponuntur hiſtorie vt inferius patebit Ex hoc apparet prima diuiſio officiorū huius tepori in ſex partes principales quarū prima eſt de dnicis venientibus ſub hiſtoria librorū Regum iudeorum in menſe Iulio Secunda de his q̄ cadūt ſub hiſtoria librorum ſapiētialium Salomonis ⁊ aliorum in Auguſto Tertia pars eſt de officijs occurrentibus cum hiſtoria libri Iob in prima medietate ſeptembris Quarta pars erit de illis q̄ ptinent ad hiſtorias Thobie/Heſter/Iudith ⁊ aliorum i reſiduo ſeptembris Quinta de dominicis que correſpondet hiſtorie Machabeoꝝ in Octobri Sexta demum pars includit dñicas que ſibi vendicant hiſtoriam Ezechielis ⁊ aliorum ꝓphetarum in menſe Nouembri Cuius diuiſiōis pariter ⁊ ordinis membroꝝ duplex poteſt aſſignari ratio hiſtorica videlicet ⁊ moralis more nr̄o in toto opere obſeruato Cum enim vt pus diximus eccleſia p has hiſtorias intēdat pncipaliter ſignificare varios ſucceſſus populi chriſtiani i hac ſexta mundi etate qui ſex notantur principaliſſimi ⁊ in Apocalypſi/⁊ in eiſdem officijs ideo hec diuiſio eſt cōueniens Primus ſtatus eccleſie fuit ſub pſecutione infideliū/ſiue iudeorum/ſiue gentilium a tempore aploꝝ vſq̄ ad Silueſtrum papam primū p trecētos fere annos ⁊ hūc ſtatū figurat eccleſia p bella/⁊ agones que traduntur in libris Regum Secundus ſtatus fuit tēpore doctorum eccleſie cui optime aptat hiſtoriam librorum ſapietialiū. Tertiꝰ fuit ſub incurſiōe Gothorum/Vandalorū/ et quorundā aliorū hereticorum a quibus chriſtus myſticus fuit plagatus atq̄ exprobratꝰ quaſi a falſis amicis vnde eis optime cōuenit hiſtoria libri Iob Quartus fuit in oppreſſione ſarracenorū ſub quibꝰ magna cecitas facta e in populo dei qrtum ad fidem/⁊ religionem/cū pacis exterioris magna pturbatiōe. quibus conſonāt hiſtorie Thobie/Heſter/ ⁊ Iudith Quintus ſtatus erit tēpore pſecutionis antichriſti ſub quo horrēda expectat populi dei euerſio/⁊ ſacroꝝ prophanatio ⁊ hic lucide monſtratur p figuram Antiochi in libris Machabeorū. Sextus deniq̄ ſtatus eccleſie erit circa finē mūdi in conuerſione iudeoꝝ ⁊ aliorum infideliumꝰ atq̄ in reformatiōe oim ſtatuum eccleſie ⁊ huic aptatur hiſtoria Ezechielis ⁊ aliorum prophetarum quia tunc deus auferet velamen a cordibꝰ iudeorum/⁊ clare intelligent oia ꝓphetarū oracula in chriſto ⁊ ſua eccleſia fuiſſe cōpleta Et ſub qualibet dictarū hiſtoriarū plures dñice contete eā ſubdiuidunt ⁊ p partes declarāt Poteſt huiꝰ ordinis dari alia ratio moralis ſ q̄ in hoc tēpore ſignificat peregrinatio fideliū q̄ ad patriā celeſte tendūt in qua via multi hoſtes ei occurrūt ideo eccīa fideles ſuos pmo hortat ad bella ɔtra eos vt ſe defedāt ab eis ⁊ ad hoc legit libros Regū i qbꝰ agit de bellis ⁊ victorijs regis Dauid Sed q̄ bellū ſapietia eget ⁊ prudetia multa ideo cōſequēter legit libros ſapiētiales iqbꝰ multe regule prudētie de agibilibꝰ ɔtinet Eſt etiā i bello neceſſaria patietia/⁊ laboris tollerātia ideo tertio addit exempla Iob/Thobie ⁊ aliorum Et quia omnium virtutum ꝓ quibus bellandum eſt prima eſt religio que innititur fidei/ ſpei/⁊ charitati ideo pro fide/et religione maxime debemus pugnare quod exemplo Machabeorum oſtenditur in libris eorum qui hac ratione legunur Tandem ſuperatis ⁊ deuictis inimicis chriſtiane religiōis. fideles ad triūphū/palmā/⁊ brauiū eterne felicitatis vocabūtur in celeſti Hieruſale quam Ezechiel ꝓpheta in ſua vltia viſiōe deſcribit Alij vo ꝓphete minores q̄ poſt eū legunt fundamenta illiꝰ edificij fortificāt fide videlicet ⁊ religione. ⁊c.

Tempus peregrinationis in ſex partes diuiditur

Ratio hiſtorica predicte diuiſionis.

Ratio moralis pdicte diuiſionis.

¶ Sed hac moralitate dimiſſa ad ſenſũ hiſtoricũ
iſtoꝝ officioꝝ redeamus qui principalit̃ intentũ
ab eccleſia nouim⁹ ac ſubinde litteralẽ ſenſum
libri miſſalis diximus Unde dicendũ ꝙ libri re
gũ (quos primo nominauim⁹) pricipaliter enar=
rant geſta regni Dauid cuius caput erat ciuitas
hieruſale. Et licꝫ Samuelis/Saulis/⁊ alioꝝ plu
riũ acta ibi recitentur hoc fit per attributione ad
regnũ Dauid ibi principaliter intentũ cuius ex=
ordia/ſucceſſus/bella/⁊ victorias mirabiles con
tra infideles/atq͡ʒ durationẽ ei⁹ fere vſq͡ʒ ad chri=
ſti aduentũ primũ latiſſime proſequuntur Quia
ergo Rex ille ſanctiſſimus / fuit expreſſa figura
chriſti ideo cõſequenter regnũ Dauid eccleſiam
chriſti ſignificauit cuius caput eſt Roma vrbs
Hui⁹ itaq͡ʒ regni chriſti exordia/ ſucceſſus/bella/
⁊ victorias cõtra infideles/atq͡ʒ durationem eius
vſq͡ʒ ad chriſti ſcd̃m aduentũ in fine mũdi/inten=
dunt hec officia ſignificare vt iã prediximus De
exordio aũt eccleſie dei precedẽs egit dñicale offi
cium quare hec dñica cũ ſequẽtib⁹ ad ſucceſſus
⁊ procurſus eius pertinet Inter quos primũ mi
ſteriũ legitur/quod primis fere trecẽtis annis ab
exordio ſuo fuit eccleſia dei multiplicib⁹ bellis
infideliũ tũ iudeoꝝ tũ ⁊ gẽtiliũ per totũ pene or=
bem attrita atq͡ʒ afflicta Nimirũ ergo ſi in hoc tẽ
pore peregrinationis prima oim aliarũ legatur
hiſtoria regni Dauid que tota bellis plena eſt ⁊
legitur per totũ menſem Juliũ vſq͡ʒ ad Kalẽdas
Auguſti fere ſub maximis ſolis ardoribus in cã
cro ⁊ leone vt inde ſignificetur ꝙ in predicto tre
centoꝝ annoꝝ tẽpore ⁊ ira perſequẽtiũ infideliũ/
⁊ charitas chriſtianoꝝ patientiũ valde exarſit in
mundo dicẽte dño in euãgelio ignẽ veni mittere
in terrã ⁊ quid volo niſi vt ardeat. Sub hac ve=
ro hiſtoria matutinali quattuor libroꝝ regũ plu=
res veniunt dñice pluraq͡ʒ officia miſſalia quorũ
numerus nõ eſt vnus ⁊ determinatus pro quolꝫ
ãno vt iã diximus propter mobilitatẽ feſtiuita=
tis paſchalis et penthecoſtes nã ſcd̃m diuerſitatẽ
aurei numeri ⁊ littere dñicalis in Kalendario ro
mano predicta feſta anticipantur ⁊ retardantur

Pars p̃s hui⁹ tꝑis iterũ ſubdiuidit̃ ſex

Uerũ ex tota illa variatione colligere poſſumus
ꝙ iſte dñice ſub hiſtoria regũ venientes nec plu=
res q͡ʒ dece/nec pauciores q͡ʒ ſex eſſe ſolet ideo of
ficia miſſalia ſub hac hiſtoria ſex tantũ ponem⁹
nã ſeptime dñice officiũ iã videtur ad tẽpus do=
ctoꝝ pertinere/et ad hiſtoriã libroꝝ ſapiẽtialium
Quãuis illa hiſtoria nõ ſemper inchoetur in illa
dñica (que proxime ad Kaledas Auguſti intro
ducenda eſt ſicut ⁊ hiſtoria regũ in dñica proxi=
mior Kaledis Julij incoari ſolet) nõ enim eſt
neceſſariũ vt hiſtoria quelibet inchoetur in prima
illaꝝ dñicaꝝ que ad eã pertinet q2 hoc ſepi⁹ im=
peditur in noſtris tẽporibus ꝓpter quaſdã ſolẽ=
nes feſtiuitates iãdudũ inſtitutas ſatis eſt ergo
ꝙ hiſtoria quelibet ponatur in aliqua ſuaꝝ dñi=
carũ nã vt prediximus hiſtoria libroꝝ regũ nõ po=
tuit introduci in dñica precedente (que/ad illam
hiſtoriã pertinebat) propter ſolẽnitatẽ feſti ſãctiſ=
ſime trinitatis imo quedam eccleſie occidẽtales
propter ſimilẽ ſolẽnitatẽ octauaꝝ corporis chriſti
predictã hiſtoriã nõ introducunt in hac ſecunda
dñica ſed reſeruãt eã pro tertia ſequẽti que tamẽ
hiſtoria ante predictoꝝ feſtoꝝ inſtitutionẽ in dñi=
ca prima precedẽte introducebatur Ego vero in
hoc meo cõmentario predicta feſtoꝝ impedimẽta
nõ multũ curãs deinceps quãlibet hiſtoriã in pri
ma ſua dñica more antiquo enarrabo Uerũ q2
in ſuperioribus notauim⁹ officia huius tẽporis

Apocalipſis Joannis predictis concordatur.

peregrinationis correſpõdere prophetie apoſtoli
Joannis in ſua apocalipſi per curſim⁹ q͡ʒ priora
eius quinq͡ʒ capitula (que modũ habẽt prohemij
illius libri) iam officiis huius dñice ⁊ aliaꝝ quat=
tuor ſeq̃ntiũ ſubdicta hiſtoria regũ ad ſextũ apo=
calipſis caput referemus in quo prophetia illa
inchoatur ⁊ i eo iuxta numerũ iſtaꝝ dñicaꝝ nar=
rantur apertiones ſex ſigilloꝝ libri clauſi q̃ ſunt
declaratiões ſex varietatũ eccleſie chriſtiane ab
aſceſione chriſti vſq͡ʒ ad papã Silueſtrũ ⁊ Cõſtã
tinũ imperatorẽ in trecẽtis illis annis perſecutio
nis ſue ab infidelib⁹ Que varietates prius erãt
fidelibus ignote/⁊ clauſe in libro predeſtinatio=
nis dei poſtea vero declarate ſunt per ſucceſſio=
nẽ tꝑoꝝ Primi ergo ſigilli apertio fuit ab aſcen
ſione dñi vſq͡ʒ ad Neronis imperiũ Secundi ab
eo vſq͡ʒ ad Ueſpeſianũ ⁊ Titũ. Tertij vſq͡ʒ ad Do
micianũ Quarti vſq͡ʒ ad Traianũ. Quinti vſq͡ʒ ad
Diocletianũ Sexti vſq͡ʒ ad Cõſtantinũ Hinc er=
go patet ſubdiuiſio hui⁹ prime hiſtorie i ſex par
tes que ſunt ſex dñice correſpõdẽtes ſex ſigillis
ſexti capituli apocalipſis ¶ His i genere premiſ

Argumentũ officij ſpeciale.

ſis ad expoſitionẽ huius officij ſcd̃e dñice poſt pẽ
thecoſtẽ veniamus Et quidẽ in matutinis ⁊ in
nocturnali officio per oẽs has dñicas lectiones
ſumũtur ex libris regũ ſeriatim Reſpõſoria fere
me oia ſunt de rege Dauid et laboribus eius in
quibus a deo fuit ſemper adiutus et liberatus.
vt inde ſignificentur geſta chriſti miſtici ſeu po=
puli chriſtiani cũ aduerſarijs fidei In officio miſ
ſali apertio primi ſigilli denotatur que ad pon=
tificatũ apoſtoli Petri pertinet de qua Joãnes
apoſtol⁹ ita loquitur apocalip 6 Et cũ aperuiſ=
ſet ſigillũ primũ vidi inquit ⁊ ecce equus alb⁹ i.
populus chriſtianus baptiſmate candidatus et
qui ſedebat ſuper eũ i. p̃lat⁹ q̃ eis preſidebat ſ.
ap̃lus Petrus ſummus potifex eccleſie dei ha=
bebat arcũ predicationis euangelice quo ſagitta=
bat corda hoim ⁊ data eſt ei corona i. honor ⁊ glo
ria in Anthiochia q2 ibi poſitus eſt in cathedra
cũ capitis raſura. ⁊ exiuit vincens vt vinceret du
riciã cordis iudeoꝝ ⁊ alioꝝ infideliũ q2 plures ex
eis cõuertebat ad fidẽ chriſti ſua predicatiõe ⁊c
Qualitas ergo primi tẽporis poſt aſcenſione dñi
hoc enigmate ſignificata talis fuit ꝙ fidelis ec=
cleſia chriſtianoꝝ ſub gubernatiõe Petri ⁊ alio=
rum apoſtoloꝝ pollebat candore ſanctitatis ⁊ iu
ſticie dei quãdo oim eoꝝ erat cor vnũ/et aia vna
in cõtemptu bonoꝝ tẽporaliũ ⁊ in generoſa per=
peſſione maloꝝ quia ibãt gaudẽtes quando ali=
quid patiebantur pro noie ieſu ⁊c Eandẽ quoq͡ʒ
intelligentiã hiſtoricã habet huius dñice officiũ

Introit⁹ miſſe.

¶ Cuiꝰ introitus miſſe. Dñe in tua mia ſperaui
ꝛc pſalmo 12 eſt vox fidelis tũc populi chriſtiani
ponentis ſpem ſua in deo ad vincẽdas tẽtatio-
nes infideliũ eoꝛ perſequentiũ dñe inquit in tua
mia qua mihi ſemper aſſiſtis per auxiliũ gratie
tue ſperaui inter tot aduerſa huius vite exulta-
uit coꝛ meũ ex charitate tua in ſalutari tuo i in
chriſto ſaluatore filio tuo pro quo hec mala pa-
timur cantabo dño laudes ꝛ gratiarũ actiones/
qui bona multa ſpiritualia tribuit mihi pro tem
poralibus que pro tuo amore dimiſi/ꝛ cõtempſi
dando ea in pauperũ eleemoſinas et inter alia
bona hoc maximũ reputo ꝙ dignos feciſti nos
pro nomine ieſu pati a mũdanis qꝛ hoc facit ad
magnã gloriã noſtrã. Verſus Uſqꝫquo dñe obli
uiſceris ꝛc. principiũ eiuſdẽ pſalmi 12 per modũ
querelle aliquoꝝ imperfectoꝝ fidelium deſcribit
qualitatẽ maloꝝ que tũc patiebatur eccleſia ab
infidelibus erant eñi talia ex quibus arguebãt
mũdani ꝙ deus chriſtianoꝝ iã auertebat ab eis
faciem ſuã pre faſtidio/ꝛ nõ curabat de eis quaſi
omnino eoꝝ oblitus i finẽ i ad ſemper quod tñ
falſum eſſe introitus ipſe demonſtrauit ſimilia
enim verba ꝛ ad eundẽ ſenſum dixit chriſtus in
cruce ad patrẽ loquens ſ deus meus vt quid dere
liquiſti me nimirũ ergo ſi eccleſia eius (que dici
tur chr̃s miſticus) loques ad eũ dicat Uſqꝫquo
Oratio. dñe obliuiſceris me ꝛc Oratio Deus in te ſperã
tiũ foꝛtitudo applicat introitũ ad ſenſum moralẽ
pro fidelibus preſentibus qui etiã a malis homi
nibus aut ſaltẽ a demonibus multas patiuntur
tẽtationes quas tamen ſuſtinẽt propter ſpẽ quã
habet in mia dei. ideo hac oratiõe prelatus petit
eis auxiliũ dei quo foꝛtificati valeãt mãdata eiꝰ
implere/ꝛ peregrinationẽ ſuã recte ꝓſequi ſupe
rans omnibus tẽtationibus Poteſt etiã eadem
oratio intelligi de fidelibus primitiue eccleſie ita
vt poſt querellã precedẽtis verſus petãt auxiliũ
gratie dei ſine quo natura hoĩs infirma ẽ ad agẽ
dũ bonũ/ꝛ ad ſuſtinendũ malũ. eccleſia ergo illiꝰ
tẽpoꝛis inter anguſtias laborãs nihil audebat ex
ſua propria virtute ſed deũ vocabat foꝛtitudinem
ſuã aſſumẽs vba pſalmiſte dicẽtis pſalmo 117.
Epiſte ar- Foꝛtitudo mea ꝛ ſalus mea dñe ꝛc. ¶ Epiſa Deꝰ
gumentũ charitas eſt prime Joannis 4 eſt ſermo prelati
illius tẽpoꝛis apl̃oꝝ predicantiũ de laudibꝰ cha-
ritatis qua fideles allicerentur ad faciẽda bona ꝛ
ad ſuſtinẽda mala pro noĩe eius. opus enim erat
tũc tẽpoꝛis preſuppoſita fide firmare eccleſiã dei
in charitate Diuiditur ergo epiſtola i tres ptes
Prima loquit̃ de charitate dei erga nos Scda
ibi Chariſſimi ſi deꝰ agit de charitate noſtra er-
ga ꝓximos Tertia ibi nos ergo cõcludit de cha
Prima ritate quã deo debemus Quanta autẽ charitate
ps epiſte deus inclinetur ad fideles ſeruos ſuos ex tribꝰ
probari poteſt Primo quia ipſe deus eſt chari-
tas ideo naturale eſt ei diligere ſicut igni calefa
cere Secũdo qꝛ in hoc apparuit charitas dei in
nobis i ad nos qm̃ filiũ ſuũ vnigenitũ i ſolũ vnũ
que habet miſit ad nos per incarnatione ad hoc
vt redimeret nos ꝑ ſuã paſſionẽ et vt viuamus
per eũ nã antea moꝛtui eramus ipſe eñi ſua moꝛ
te deſtruxit moꝛtẽ nr̃am ꝛ ſua reſurrectiõe ad vi
tã glie reparauit vitã nr̃am Tertio i hoc eſt ma
nifeſta dei charitas ergo nos qꝛ priuſqꝫ nos eũ
dilexiſſemus ipſe prioꝛ dilexit nos ꝛ ſua dilectio
nem opere ad nos benefico demõſtrauit ſ qꝛ mi
ſit filiũ ſuũ propiciationẽ i ſacrificiũ ꝓpiciatoꝛiũ
dei pro peccatis noſtris ipſe enim ſatiſfecit pro
nobis apud deũ patrẽ Et differt hec ratio a pre
cedente qꝛ illa probauit ꝙ deus per filiũ ſuũ re-
ſuſcitauit nos a moꝛte hec vero probat ꝙ filius
dei reconciliauit nos apud patrẽ cũ prius inimi
ci eſſemꝰ dei ꝛ natura filij ire Ex hoc fundamẽ- Scda ps
to ꝙ deus diligit nos probatur iam ꝙ nos ſimi epiſte.
liter debemus nos diligere inuicem qꝛ naturale
deſideriũ hoĩs eſt vt amicũ ſibi bñficũ agnoſcat
ꝛ diligat deũ autẽ benefactoꝛẽ noſtrum nemo in
hac vita potuit videre in ſe ipſo de lege comuni-
poſſumus tamen ipſum abſtractiue cognoſcere
in aliquo alio ipſum repreſentãte et practice per
noticiã experimentalẽ alicuius effectus eius in
nos i per dilectionẽ proximi qꝛ ſi nos diligamꝰ
inuicẽ deus in nobis manet ſ inſpirãdo illũ bo-
nũ motũ volũtatis nr̃e ꝛ charitas eius tũc in no
bis perfecta eſt qꝛ nõ ſolũ diligit nos ſꝫ etiã nos
inclinat ad diligendũ alios nos etiã tali dilectio
ne perficimur qꝛ perfecte legẽ dei implemꝰ que
tota pendet in dilectione dei ꝛ proximi vt chriſtꝰ
docet Luce 10 Debemus ergo proximũ diligere
vt per hoc deũ amicũ nr̃m aliqualiter cognoſca-
mus ꝛ ſic cognitũ diligamus qꝛ per hoc cogno-
ſcimus aliquo modo ꝙ in deo manemus ꝛ ipſe
in nobis per amicitiã mutuã qꝛ dedit nobis de
ſpũ ſuo i gratiã ſpũſſancti nã charitas dei diffuſa
eſt coꝛdibus noſtris per ſpũmſanctũ qui datꝰ eſt
nobis quare per charitatẽ (quã quilibet cogno-
ſcit in ſe ipſo erga proximũ) arguit deũ habitare
in coꝛde ſuo et ſic habet noticiã dei amici ac be-
nefactoꝛis ſui Hoc idẽ probari poteſt ex fide re-
cta quã habemus de chriſto quia nos apl̃i locij
cõtinui ꝛ comeſales eius vidimus chr̃m hoĩem
factũ ideo teſtificamur i teſtes ſumus certiſſimi
qm̃ deus pater miſit filiũ ſuũ ſaluatoꝛẽ i ad hoc
vt eſſet ſaluatoꝛ mũdi Ergo quiſquis credẽs nr̃e
predicationi cõfeſſus fuerit ꝙ Jeſus nazarenus
Marie filius eſt etiã filius dei conſubſtantialis
patri talis eſt ꝙ deus in eo manet ꝛ ipſe in deo
per verã ꝛ intimã amicitiã qꝛ talis fides nõ põt
eſſe niſi a deo inhabitãte hoĩem ꝛ illuſtrãte men
tem eius Matthei 16 Beatꝰ es Simo bariona
qꝛ hoc miſte. ſꝫ caro ꝛ ſanguis nõ reuelauit tibi
ſed pater meus qui eſt in celis Ad propoſitũ er-
go de charitate dico ꝙ ſi nos cognoſcimus non
per ſcientiã/ſed quia credimus charitati quã ha
bet deus in nobis i ad nos vt probauimꝰ ſequi
tur ꝙ procuremus habere in nobis charitatẽ cu
ius principiũ in hac vita eſt proximũ diligere nã
inde procedimus ad dilectione dei Hãc excellẽ
tiſſimã virtutẽ ſi habuerimꝰ tria bona precipue
ꝯſequemur Primo qꝛ per eã participes ſumꝰ di
uinitatis Deꝰ eñi charitas eſt quia ſue actio nõ

differt a ſua eſſētia ergo qui manet i charitate ſ.
qui habet in ſe charitatē in deo manet τ deus in
eo tum qꝛ effectus alicui cauſe proprius nō pōt
eſſe ſine illa cauſa talis eſt charitas reſpectu dei.
tum qꝛ habitus naturaliter inclinat ad propriū
eius obiectū τ charitatis obiectū proprie deꝰ eſt
Scđo per charitatē habebimus ſecuritate in iu
dicio dei in hoc eñ i tunc perfecta eſt charitas
dei nobiſcū quādo eſt talis vt per eā fiduciā nr̄e
ſaluationis habeamus in die iudicij ſiue parti-
cularis in morte cuiuſlibet hoīs/ſiue vniuerſalis
in fine ſeculi qꝛ per charitatē ſicut ille eſt i qua-
lis eſt deus benefactor oīm qui τ ſolē ſuum oriri
facit ſuper bonos τ malos τ pluit ſuper iuſtos τ
iniuſtos tales nos ſumus in hoc mūdo ſ diligē
tes amicos τ inimicos propter deū qđ ſuadens
chr̄us aplis ſuis dicebat. diligite inimicos vros/
benefa ite his qui oderunt vos vt ſitis filij pr̄is
veſtri qui i celis eſt Matthei 5 Tertio charitas
a nobis excludit timoris ſeruilitatē nā timor ſer
uilis de penis tēporalibꝰ et de flagellis dei non
ſtat in hoīe cū charitate perfecta que operit mul
titudinē pctōꝝ τ reatꝰ eoꝝ ſed perfecta charitas
que omnino ſanctificat aiam foras mittit timo-
rem ſeruile τ ratio eſt qꝛ timor talis penā i triſti-
ſticiā cordis habet annexā qui aūt timet penas
pro peccatis ſuis nō eſt perfectꝰ in charitate qꝛ i
nondū eſt plene abſolutus a peccatis τ per con
ſeques a penis quaꝝ reus erat pro eis Patet er
go ex toto diſcurſu ꝙ dilectio proximi eſt in no-
bis argumentū ꝙ deus amicus τ nobis benefi-
cus cognoſcatur a nobis in hac vita qꝛ videlicet
habens charitatē ſalte proximi habet deū in ſe
ergo qui ſcit ſe habere charitatē ſcit ſe hr̄e deū di
Tertia po epiſtole. ligente eū Nec vero ſimus deo noſtro ingrati di
ligamus ipſum qm̄ ipſe prior dilexit nos vt pro
batum eſt ex eius beneficijs ad nos que ipſe nō
ex neceſſitate vl̓ indigetia ſua dedit nobis qꝛ bo
noꝝ noſtroꝝ nō eget ſed ex puro amore ergo de
bemus ei recōpenſare amorē ſ vt faciamus eius
voluntate nobis declaratā in preceptis eiꝰ inter
que ſecundo loco ponitur mandatū de dilectiōe
proximi quare ſi quis dixerit quia diligo deū et
fratre ſuū oderit ille mēdax eſt quia nō facit mā-
datū dei Et probaꝛ adhuc aliter qui eñ nō dili
git fratrē i proximū ſuū quē videt pre oculis ſuis/
τ ideo facile poteſt inclinari ad dilectione eiꝰ ex
naturali ſimilitudine quomodo pōt diligere deū
quē nō clare videt ? Unde ex defectu noticie no
ta facile inclinatur ad eius dilectionē qꝛ teſte au
guſtino/ incognita diligere nō poſſumus quare
ordie generationis charitas proximi eſt prior di-
lectiōe dei qꝛ eſt de notiori obiecto ſed ordie per-
fectionis charitas dei pre excellit neutra tamen
ſine altera eſſe poteſt in nobis qꝛ hoc mandatū
habemus a deo vt qui diligit deū diligat τ proxi
mū propter deū τc Hūc itaqꝫ ſermonē de chari-
tatē faciebat apoſtolus petrꝰ ſimiliter τ quilibet
alius prelatus eccleſie ſub apertione primi ſi-
gilli ad populū fidele ſibi ſubiectū Que etiā ſer-
mone noſtro tēpore deberet facere moderni pre-
lati ad fideles preſentes maxime i hoc eſtiuo tē
pore ardorē charitatis ſignificate nā poſt fide in
dñica precedente ſtabilitā ex doctrina chriſti pri
ma oīm virtutū ad peregrinatione noſtrā requi-
ſita eſt charitas qua oīa noſtra opa dirigamꝰ ad
amorē dei τ proximi Sitis inquit apl̓us in cha-
ritate radicati τ fundati qꝛ ſine ea nulla aliaꝝ vir
tutū poteſt eſſe alicuius momēti ad beatitudinē
conſequendā vt idem docet aplus prime cor 13
¶ Cātus gradualis Ego dixi dne pſalmo 40. Graduale
eſt reſpōſio fidelis populi iā ad charitatē inclina
ti ex lectiōe precedentis epl̓e ideo orat deū pro re
miſſiōe ſuoꝝ pctōꝝ quibus hactenꝰ impediebā-
tur ab affectu charitatis q̄tenꝰ iā ſanata aia per-
ſeueret in amore dei Verſus Beatus qui intel-
ligit ſuper τc principium eiuſdem pſalmi com-
mendat ſpecialiter dilectionē ꝓximi ſub ſpe ma
gne remunerationis preſertim qꝛ valet ad remiſ
ſione pctōꝝ que petebaꝛ in graduali Daniel̓ 4
peccata tua eleemoſinis redime Aleluia Verba Aleluia
mea auribus percipe pſalmo 5 ex pſona eiuſdē
fidelis populi exagerat magis predictā petitio-
nem de remiſſione pctōꝝ/τ informatione charita
tis que cū ſit iuſta petitio mereꝛ exaudiri a deo
ideo orat deū vt eā auribꝰ ſuis pcipiat cū effectu
¶ Euāgeliū Eſtote miſericordes τc Luce 6 ē p- Euāgelij argume.
dicatio chriſti cōtra vitia charitati oppoſita cuiuſ
modi ſunt ira/inuidia/crudelitas/calumnia/im-
miſericordia τc. nā de talibus pctīs notat iudeos
eccleſiā dei perſequentes ſub apertione primi ſi
gilli i tēpore pōtificatus apoſtoli Petri circa an
nos a natiuitate dñi quinquaginta et deinceps.
Verū quedā alie eccleſie extra romanā hoc euā
geliū legūt in dñica quarta poſt pēthecoſtē τ ille
hodie ponūt euangeliū de diuite epulone Luce
16 hō quidā erat diues τc qui dānabilis oſten-
ditur propter peccatū immiſericordie erga pau-
perē Lazarū ideo etiā illud euangeliū eſt ad idē
propoſitū cū hoc noſtro romano qꝛ tamen illud
iā expoſuimꝰ ſupra in feria quinta hebdomadis
ſcđe quadrageſime ideo nūc de eo nihil dicemꝰ
Hic ergo inſurgit diuerſitas circa hec officia miſ
ſalia inter eccleſiam romanā τ alias dioceſes in
toto fere hoc tēpore peregrinationis que tamen
in epiſtolis ſemper cōcordāt Diuiditur ergo per
hiſtoriā hoc nr̄m euangeliū in tres partes more
ſolito Prima eñ informat fideles circa virtutes
charitati ꝓximoꝝ neceſſarias Scđo ibi dicebat
aute notat iudeos de cecitate circa diuine ſcrip-
ture intelligentias Tertio ibi quid aūt vides in-
crepat eoꝝ inuidā audatiā cōtra fideliū operas
Ergo pro in formatione fideliū in illo tempore Prima pars euāgelij
primi ſigilli dicebat ieſus i bonus prelatus chri
ſtianoꝝ queres aiaꝝ ſalute diſcipulis ſuis i ſub-
ditis ſibi fidelibus (qui tūc diſcipuli vocabātur)
τ ille erat apoſtolus Petrus vel aliquis aliꝰ pre
latus ſui tēporis Dicebat inqꝫ o fratres mei cha
riſſimi in chriſto Jeſu eſtote miſericordes i exer-
cete opa miſericordie ad proximos veſtros mile
riā patietes ſicut τ pater veſter celeſtis deus mi
ſericors eſt ad oēs hoīes tā bonos ꝙ malos qꝛ

¶ Cui⁹ introitus miſſe Dñe in tua mia ſperaui ₇c pſalmo 12 eſt vox fidelis tūc populi chriſtiani ponentis ſpem ſua in deo ad vincēdas tētationes infideliū eoꝝ perſequentiū dñe inquit in tua mia qua mihi ſemper aſſiſtis per auxiliū gratie tue ſperaui inter tot aduerſa huius vite exultauit coꝛ meū ex charitate tua in ſalutari tuo i in chriſto ſaluatore filio tuo pro quo hec mala patimur cantabo dno laudes ₇ gratiarū actiones/ qui bona multa ſpiritualia tribuit mihi pro temporalibus que pro tuo amore dimiſi/ ₇ cōtempſi dando ea in pauperū eleemoſinas et inter alia bona hoc maximū reputo q̄ dignos feciſti nos pro nomine ieſu pati a mūdanis q₂ hoc facit ad magnā gloriā noſtrā. Verſus Uſq₃quo dñe obliuiſceris ₇c. principiū eiuſdē pſalmi. 12 per modū querelle aliquoꝝ imperfectoꝝ fidelium deſcribit qualitatē maloꝝ que tūc patiebatur eccleſia ab infidelibus erant eñ talia ex quibus arguebāt mūdani q̄ deus chriſtianoꝝ iā auertebat ab eis faciem ſuā pre faſtidio ₇ nō curabat de eis quaſi omnino eoꝝ oblitus i tenēs ad ſemper quod tñ falſum eſſe introitus ipſe demonſtrauit ſimilia enim verba ₇ ad eundē ſenſum dixit chriſtus in cruce ad patrē loquens ſ deus meus vt quid dereliquiſti me mirū ergo ſi eccleſia eius (que dicitur chriſtus miſticus) loquēs ad eū dicat Uſq₃quo dñe obliuiſceris me. ₇c

Oratio Oratio Deus in te ſperātiū fortitudo applicat introitū ad ſenſum morale pro fidelibus preſentibus qui etiā a malis hominibus aut ſaltē a demonibus multas patiuntur tētationes quas tamen ſuſtinet propter ſpē quā habet in mia dei ideo hac oratiōe prelatus petit eis auxiliū dei quo fortificari valeat mādata ei⁹ implere ₇ peregrinatione ſuā recte ꝓſequi ſuperatis omnibus tētationibus Poteſt etiā eadem oratio intelligi de fidelibus primitiue eccleſie ita vt poſt querellā precedentis verſus petāt auxiliū gratie dei ſine quo natura hoīs infirma e ad agēdū bonū ₇ ad ſuſtinendū malū. eccleſia ergo illi⁹ tēporis inter anguſtias laborās nihil audebat ex ſua propria virtute ſed deū vocabat fortitudinem ſua aſſumens vba pſalmiſte dicentis pſalmo 117 Fortitudo mea ₇ ſalus mea dñe ₇c

Eplē argumentū ¶ Epla Deus charitas eſt prime Joannis 4 eſt ſermo prelati illius tēporis apl'oꝝ predicantiū de laudib⁹ charitatis qua fideles allicerentur ad faciēda bona ₇ ad ſuſtinēda mala pro noīe eius. opus enim erat tūc tēporis preſuppoſita fide firmare eccleſiā dei in charitate Diuiditur ergo epiſtola i tres ptes Prima loquit̄ de charitate dei erga nos Scd̄a ibi Chariſſimi ſi de⁹ agit de charitate noſtra erga proximos Tertia ibi nos ergo cōcludit de charitate quā deo debemus

Prima ps eplē Quantū autē charitate deus inclinetur ad fideles ſeruos ſuos ex trib⁹ probari poteſt Primo quia ipſe deus eſt charitas ideo naturale eſt ei diligere ſicut igni calefacere Secūdo q₂ in hoc apparuit charitas dei in nobis i ad nos qm̄ filiū ſuū vnigenitū i. ſolū vnū que habet miſit ad nos per incarnationem ad hoc vt redimeret nos ꝑ ſuā paſſione et vt viuamus per eū nā antea mortui eramus ipſe eñ ſua morte deſtruxit morte nr̄am ₇ ſua reſurrectiōe ad vitā glīe reparauit vitā nr̄am Tertio i hoc eſt manifeſta dei charitas ergo nos q₂ prius q̄ nos eū dilexiſſemus ipſe prior dilexit nos ₇ ſua dilectionem opere ad nos benefico demōſtrauit ſ q₂ miſit filiū ſuū propiciationē i. ſacrificiū ꝓpiciatoriū dei pro peccatis noſtris ipſe enim ſatiſfecit pro nobis apud deū patrē Et differt hec ratio a precedente q₂ illa probauit q̄ deus per filiū ſuū reſuſcitauit nos a morte hec vero probat q̄ filius dei reconciliauit nos apud patrē cū prius inimici eſſem⁹ dei ₇ natura filij ire.

Scd̄a ps eplē. Ex hoc fundamēto q̄ deus diligit nos probatur iam q̄ nos ſimiliter debemus nos diligere inuicem q₂ naturale deſideriū hoīs eſt vt amicū ſibi bñficū agnoſcat ₇ diligat deū autē benefactoꝛē noſtrum nemo in hac vita potuit videre in ſe ipſo de lege cōmuni poſſumus tamen ipſum abſtractiue cognoſcere in aliquo alio ipſum repreſentāte et practice per noticiā experimentale alicuius effectus eius in nos i per dilectione proximi. q₂ ſi nos diligam⁹ inuicē deus in nobis manet. ſ inſpirādo illū bonū motū volūtatis nr̄e ₇ charitas eius tūc in nobis perfecta eſt q₂ nō ſolū diligit nos ſ₃ etiā nos inclinat ad diligendū alios nos etiā tali dilectione perficimur q₂ perfecte legē dei implem⁹ que tota pendet in dilectione dei ₇ proximi vt chriſt⁹ docet. Luce 10 Debemus ergo proximū diligere vt per hoc deū amicū nr̄m aliqualiter cognoſcamus ₇ ſic cognitū diligamus q₂ per hoc cognoſcimus aliquo modo q̄ in deo manemus ₇ ipſe in nobis per amicicia mutuā q₂ dedit nobis de ſpū ſuo i gratiā ſpūſſancti nā charitas dei diffuſa eſt cordibus noſtris per ſpūmſanctū qui dat⁹ eſt nobis quare per charitatē (quā quilibet cognoſcit in ſe ipſo erga proximū) arguit deū habitare in corde ſuo et ſic habet noticia dei amici ac benefactoris ſui Hoc idē probari poteſt ex fide recta quā habemus de chriſto quia nos apl'i ſocij cōtinui ₇ comeſſales eius vidimus chrum hoīem factū ideo teſtificamur i teſtes ſumus certiſſimi qm̄ deus pater miſſit filiū ſuū ſaluatorē i ad hoc vt eſſet ſaluatoꝛ mūdi Ergo quiſquis credens nr̄e predicationi cōfeſſus fuerit q̄ Jeſus nazarenus Marie filius eſt etiā filius dei conſubſtantialis patri talis eſt q̄ deus in eo manet ₇ ipſe in deo per verā ₇ intimā amiciciā q₂ talis fide₃ nō poteſt eſſe niſi a deo inhabitāte hoīem ₇ illuſtrāte mentem eius Matthei 16 Beat⁹ es Simō bariona q₂ hoc miſteriū caro ₇ ſanguis nō reuelauit tibi ſed pater meus qui eſt in celis Ad ꝓpoſitū ergo de charitate dico q̄ ſi nos cognoſcimus non per ſcientia/ſed quia credimus charitati quā habet deus in nobis i ad nos vt probauim⁹ ſequitur q̄ procuremus habere in nobis charitatē cuius principiū in hac vita eſt proximū diligere nā inde procedimus ad dilectione dei Hac excellētiſſimā virtute ſi habuerim⁹ tria bona precipue ꝯſequemur Primo q₂ per ea participes ſum⁹ diuinitatis Deus eñ charitas eſt quia ſue actio nō

differt a ſua eſſentia ergo qui manet i charitate ſ
qui habet in ſe charitatē in deo manet ⁊ deus in
eo tum qꝛ effectus alicui cauſe propꝛius nō pōt
eſſe ſine illa cauſa talis eſt charitas reſpectu dei.
tum qꝛ habitus naturaliter inclinat ad propꝛiū
eius obiectū ⁊ charitatis obiectū propꝛie deꝰ eſt
Scđo per charitatē habebimus ſecuritatē in iu
dicio dei in hoc eñ i tunc perfecta eſt charitas
dei nobiſcū quādo eſt talis vt per eā fiduciā nr̄e
ſaluationis habeamus in die iudicij ſiue parti
cularis in moꝛte cuiuſlibet hoīs/ſiue vniuerſalis
in fine ſeculi qꝛ per charitatē ſicut ille eſt i qua
lis eſt deus benefactoꝛ oīm qui ⁊ ſole ſuum oꝛiri
facit ſuper bonos ⁊ malos ⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊
iniuſtos tales nos ſumus in hoc mūdo ſ dilige
tes amicos ⁊ inimicos propter deū qđ ſuadens
chr̄us aplis ſuis dicebat diligite inimicos vros/
benefa ite his qui oderunt vos vt ſitis filij pr̄is
veſtri qui i celis eſt Mathei 5 Tertio charitas
a nobis excludit timoꝛis ſeruilitatē nā timoꝛ ſer
uilis de penis tēpoꝛalibꝰ et de flagellis dei non
ſtat in hoīe cū charitate perfecta que operit mul
titudinē pctōꝝ ⁊ reatꝰ eoꝝ ſed perfecta charitas
que omnino ſanctificat aiam foꝛas mittit timo
rem ſeruilē ⁊ ratio eſt qꝛ timoꝛ talis penā i triſti
ſticiā coꝛdis habet annexā qui aūt timet penas
pro peccatis ſuis nō eſt perfectꝰ in charitate qꝛ i
nondū eſt plene abſolutus a peccatis ⁊ per con
ſequēs a penis quaꝝ reus erat pro eis Patet er
go ex toto diſcurſu ꝙ dilectio proximi eſt in no
bis argumentū ꝙ deus amicus ⁊ nobis benefi
cus cognoſcatur a nobis in hac vita qꝛ videlicet
habens charitatē ſaltē proximi habet deū in ſe
ergo qui ſcit ſe habere charitatē ſcit ſe hr̄e deū di
ligentē eū Ne vero ſimus deo noſtro ingrati di — Tertia ps epiſtole.
ligamus ipſum qm̄ ipſe prioꝛ dilexit nos vt pro
batum eſt ex eius beneficijs ad nos que ipſe nō
ex neceſſitate vl̄ indigentia ſua dedit nobis qꝛ bo
noꝝ noſtroꝝ nō eget ſed ex puro amoꝛe ergo de
bemus ei recōpenſare amoꝛē ſ vt faciamus eius
voluntatē nobis declaratā in preceptis eiꝰ inter
que ſecundo loco ponitur mandatū de dilectiōe
proximi quare ſi quis dixerit quia diligo deū et
fratrē ſuū oderit ille mēdax eſt quia nō facit mā
datū dei Et probaſ adhuc aliter qui eñ nō dili
git fratrē i proximū ſuū quē videt pre oculis ſuis/
⁊ ideo facile poteſt inclinari ad dilectione eiꝰ ex
naturali ſimilitudine quomodo pōt diligere deū
quē nō clare videt? Unde ex defectu noticie nō
ta facile inclinatur ad eius dilectionē qꝛ teſte au
guſtino/ incognita diligere nō poſſumus quare
oꝛdie generationis charitas proximi eſt prioꝛ di
lectiōe dei qꝛ eſt de notioꝛi obiecto ſed oꝛdie per
fectionis charitas dei pre excellit neutra tamen
ſine altera eſſe poteſt in nobis qꝛ hoc mandatū
habemus a deo vt qui diligit deū diligat ⁊ proxi
mū propter deū ⁊c Hūc itaqꝫ ſermonē de chari
tatē faciebat apoſtolus petrꝰ ſimiliter ⁊ quilibet
alius prelatus eccleſie ſub apertione primi ſi
gilli ad populū fidele ſibi ſubiectū Que etiā ſer
mone noſtro tpoꝛe deberet facere moderni pre
lati ad fideles preſentes maxime i hoc eſtiuo tē
poꝛe ardoꝛe charitatis ſignificate nā poſt fide in
dñica precedente ſtabilitā ex doctrina chriſti pri
ma oīm virtutū ad peregrinatione noſtrā requi
ſita eſt charitas qua oīa noſtra opa dirigamꝰ ad
amoꝛē dei ⁊ proximi Sitis inquit aplus in cha
ritate radicati ⁊ fundati qꝛ ſine ea nulla alia vir
tutū poteſt eſſe alicuius momēti ad beatitudinē
conſequendā vt idem docet aplus prime coꝛ 13
Cātus gradualis Ego dixi dñe pſalmo 40 — Graduale
eſt reſpōſio fidelis populi ia ad charitatē inclina
ti ex lectiōe precedentis epl̄e ideo oꝛat deū pro re
miſſiōe ſuoꝝ pctōꝝ quibus hactenꝰ impediebā
tur ab affectu charitatis qtenꝰ ia ſanata aia per
ſeueret in amoꝛe dei Verſus Beatus qui intel
ligit ſuper ⁊c principium eiuſdem pſalmi com
mendat ſpecialiter dilectione proximi ſub ſpe ma
gne remunerationis preſertim qꝛ valet ad remiſ
ſione pctōꝝ que petebaſ in graduali Daniel 4
peccata tua eleemoſinis redime. Alleluia Verba — Alleluia
mea auribus percipe pſalmo 5 ex pſona eiuſdē
fidelis populi exagerat magis predictā petitio
nem de remiſſione pctōꝝ/⁊ infoꝛmatione charita
tis que cū ſit iuſta petitio mereſ exaudiri a deo
ideo oꝛat deū vt eā auribꝰ ſuis pcipiat cū effectu
Euāgeliū Eſtote miſericoꝛdes ⁊c Luce 6 e p̄ — Euāgelij argumē.
dicatio chriſti cōtra vitia charitati oppoſita cuiuſ
modi ſunt ira/inuidia/crudelitas/calumnia/im
miſericoꝛdia ⁊c. nā de talibus pctīs notat iudeos
eccleſiā dei perſequentes ſub apertione primi ſi
gilli i tēpoꝛe pōtificatus apoſtoli Petri circa an
nos a natiuitate dñi quinquaginta et deinceps.
Verū quedā alie eccleſie extra romanā hoc euā
geliū legūt in dñica quarta poſt penthecoſtē ⁊ ille
hodie ponūt euangeliū de diuite epulone Luce
16 hō quidā erat diues ⁊c qui dānabilis oſten
ditur propter peccatū immiſericoꝛdie erga pau
pere Lazarū ideo etiā illud euangeliū eſt ad idē
propoſitū cū hoc noſtro romano qꝛ tamen illud
iā expoſuimꝰ ſupra in feria quinta hebdomadis
ſcđe quadrageſime ideo nūc de eo nihil dicemꝰ
Hic ergo inſurgit diuerſitas circa hec officia miſ
ſalia inter eccleſiam romanā ⁊ alias dioceſes in
toto fere hoc tēpoꝛe peregrinationis que tamen
in epiſtolis ſemper cōcoꝛdāt Diuiditur ergo per
hiſtoriā hoc nr̄m euangeliū in tres partes moꝛe
ſolito Prima eñ infoꝛmat fideles circa virtutes
charitati proximoꝝ neceſſarias Scđo ibi dicebat
aūte notat iudeos de cecitate circa diuine ſcrip
ture intelligentias Tertio ibi quid aūt vides in
crepat eoꝝ inuidā audaciā cōtra fideliū operas
Ergo pro infoꝛmatione fideliū in illo tempoꝛe — Prima pars euāgelij
primi ſigilli dicebat ieſus i bonus prelatus chri
ſtianoꝝ querens maxꝫ ſalute diſcipulis ſuis i ſub
ditis ſibi fidelibus (qui tūc diſcipuli vocabātur)
⁊ ille erat apoſtolus Petrus vel aliquis aliꝰ pre
latus ſui tēpoꝛis Dicebat inqꝫ o fratres mei cha
riſſimi in chriſto Jeſu eſtote miſericoꝛdes i exer
cete opa miſericoꝛdie ad proximos veſtros miſe
riā patiētes ſicut ⁊ pater veſter celeſtis deus mi
ſericoꝛs eſt ad oēs hoīes tā bonos ꝙ malos qꝛ

miſericordia eſt prima virtutũ q̃ ex charitate pro
cedũt eſt enim mia cordis miſeria.i cõpaſſio qua
cor ſentit miſeriã alterius ac ſi eſſet ſua Deinde
ex inclinatione eiuſdẽ charitatis proximi nolite
iudicare.i. temere cõdenare vitã proximoꝝ inter
pretando ad malũ ea que bene fieri poſſunt ſic
enim faciendo vos nõ iudicabimini condenati a
deo in iudicio finali nã qui ſecus faciũt pro certo
cõdẽnabuntur a deo iuſto iudice.hec em̃ ſunt vi
tia valde cõtraria charitati quã proximis debe-
tis ex mandato dei. Sed perfidi iudei his vicijs
pleni et charitate vacui. pſequebatur chriſtianos
ex ſuo genere ſine miſericordia et vitã eoꝝ vbis
maledicis ex odio quãtũ poterant denigrabat ſ
ſiniſtre iudicãdo eoꝝ dicta et facta in malũ.nam
predicationẽ aploꝝ vocabãt blaſfemiã cõtra deũ/
miracula ab eis facta referebãt ad arte magicã
alioꝝ vero fideliũ ſimpliciũ bona opera dicebat
procedere ex vana hoim gloria iuſto ergo dei iu
dicio taliter iudicantes de proximis/⁊ eos teme
re condenantes ⁊ipſi iudicabũtur atq3 a deo co-
denabũtur dicebat tũc prelatus quod poſtea rei
pbauit euetus.nã miſſo exercitu romanoꝝ ⁊ du
ce Tito ſub imperio Veſpeſiani digno ſupplicio
puniti ſunt oẽs iudei et totũ eoꝝ regnũ euerſum
eſt At cõtra fideles chriſtiani qui ex nimia cha-
ritate operibus mie cõtinue inſiſtebãt/⁊ pie de ac
tibus alioꝝ ſentiebãt miam cõſecuti/et tandẽ ad
magnã gl'iam ſunt euecti. Altera virtus ad cha
ritatẽ proximoꝝ pertinens eſt remiſſio iniuriarũ
⁊ alioꝝ debitoꝝ ideo prelatus illius tẽporis ad-
dens dicebat fidelibus dimittite proximis debi
ta ⁊ vos etiã dimittemini a deo abſoluti a debi-
tis vr̃is.quia hoc quotidie petitis ab eo i orõne
dñica.ſ dimitte nobis debita nr̃a ſicut et nos di-
mittimus debitoribus nr̃is hoc mãdatũ fideles
ſubditi prõpte ⁊ deuote implebãt ⁊ p iudeis inſi
delibus orabant licet perſequẽtibus ⁊ calũnian
tibus eos Tertia virtus a charitate procedẽs eſt
elemoſina paupeꝝ.de qua prelat⁹ ſubdit date
ſcʒ elemoſinã proximis indigentibus ⁊ dabitur
vobis a deo centuplũ bonũ pro premio veſtri bo-
ni operis nã menſurã bonã.i bene plenã/⁊ cõfer
tam i.cumulatã/⁊ coagitatã i.cõpreſſam/immo ⁊
ſuper effluentẽ exterius ex magna plenitudine
dabunt miniſtri dei miſſi ad retribuendũ vobis
dabũt in ſinũ veſtrũ quod eſt eccleſia militãs et
hec promiſſio impleta eſt quãdo fidelibus datũ
eſt dñium vniuerſi fere orbis ⁊ abũdantia oim̃ bo
noꝝ tẽporaliũ.Vel per ſinũ intelligi poteſt ſinus
abrahe:quod eſt eccleſia triũphãs/vel ſtatus bea
titudinis glorie finalis eadẽ quippe menſura.i.
tali ⁊ tanta qua menſi fueritis proximos veſtros
in hac vita remetietur et vobis a deo iuſto retri-
butore non ſolũ in hoc ſeculo ſed etiã in futuro
nã vocabulũ menſure in propoſito proportionẽ
iuſticie ſignificat diſtributiue que attenta quali-
tate ac quãtitate meritorie actionis proportiona
liter ei retribuit premiũ ⁊ ſimilis eſt proportio in
peccatis ⁊ penis iuſticia em̃ in ſcripturis nũero
pondere ⁊ menſura ſignificari ſolet Hãc doctrinã
de elemoſinis faciendis fideles tp̃e primi ſigil
li deuotiſſime obſeruabat qui vt dicit actuũ.4.
vendebãt oia bona ſua etiã poſſeſſiões ⁊ domos
⁊ diſtribuebãt pauperibus chriſtianis quod etiã
notat apoſtol⁹ paul⁹ in ſcd̃a ep'la ad corinthios
loques de fame illa grauiſſima que facta eſt ſub
claudio imperatore q2 ipſe predicauit collectas
elemoſinaꝝ in Grecia ⁊ Aſia ad ſuccurrendũ fi
delibus qui erant in iudea fame pereũtes Quo Scda pa
cõtra infideles iudei omo dediti auaritie/⁊ immi euãgelij.
ſericordes/pleni odio contra chriſtianos excecari
meruerũt ⁊ priuari vera intelligẽtia ſacre ſcriptu
re ſeu legis dei.de his loquens prelatus ait nũ
quid poteſt cecus i ignorãs doctor iudeus cecũ
iudeoꝝ populũ ducere ad ſaluatiõe aiarũ'q d
nõ eſt poſſibile q2 ad hoc agendũ neceſſaria eſt
vera fides ⁊ recta intelligentia diuine legis quã
cũ iudei nõ habeãt nonne ambo i tam doctor q̃
diſcipulus eius in foueã eterne dãnatiois cadũt
in fine vite ſue'q d hoc nõ eſt dubiũ ſcd̃m ea que
fide tenemus.et ratio eſt q populus ille cec⁹ ita
periclitetur q2 de cõmuni curſu nõ eſt diſcipulus
ſuper magiſtrũ.i.melior ac doctior ſuo magiſtro
niſi forte poſtea ab alio preceptore acceperit do-
ctrinã bonã.perfectus ergo erit ois diſcipulus ſi
euaſerit tã doctus ſicut magiſter eius a quo ſolo
doctrinã accepit.quare ſi doctores iudeoꝝ erant
ceci in lege dei per quã hoies ſaluãtur cõſequẽs
eſt eoꝝ diſcipulos reliquos iudeos ſimilit̃ cecos
eſſe cũ nõ ſint ſuper magiſtros ſuos immo neq3
equales eis in ſciẽtia diuine legis De hac iudeo
rum excecatione dixit chr̃us in euãgelio Luce 8
q propter peccata ſua facti ſunt vt videtes nõ vi
deãt ⁊ intelligẽtes nõ intelligãt ⁊ infra caplo 19
legitur q ipſe fleuerit ſuper hieruſale (que erat
Metropolis regni iudeoꝝ)dicens ſi cognouiſſes
⁊ tu ⁊ Matthei 13 incraſſatũ eſt cor populi hui⁹
⁊ aplus ait roma.11 cecitas ex parte contigit in iſ-
rael et ſcd̃e co' 3 cũ legitur moyſes velamen eſt
poſitũ ante oculos eoꝝ.ſ iudeoꝝ i ſua ſinagoga
Ex dictis itaq3 cõſtat q tẽpore apertionis primi
ſigilli.chriſtiani ab apoſtolis edocti dediti erant
operibus charitatis dei ⁊ proximi.iudei vero ecõ
tra odio ⁊ inuidia excecati in lege dei perſeque-
bantur chriſtianos ⁊ diffamabat vitã eoꝝ aggra
uando multũ quedã forte venialia in eis ⁊c Vñ Tertia pa
prelatus illius tẽporis inuehit cõtra eos dicens euãgelij.
o impie iudee quid vides feſtucã i leue culpam
vel ignorantiã nõ culpabilẽ in oculo i intellectu
fratris tui.i chriſtiani qui eſt de genere tuo (tunc
em̃ maior pars chriſtianoꝝ erat ex iudeis)ſʒ tra-
bem põderoſam grauiſſimi peccati mortalis ma
xime infidelitatis/inuidie/⁊ rãcoris que eſt i ocu
lo tuo i mẽte vel intẽtione praua nõ vides'q d.
nõ potes ⁊ hoc licite facere.ſed peruerſus es:q̃ te
ipſum prius nõ corrigis q̃ alios reprehendas p
oculũ in ſacra ſcriptura quãdoq3 intellectũ quã
doq3 intentionẽ volũtatis intelligimus Sequit
aut quomodo poteris dicere fratri tuo iam chri-
ſtiano tu qui pteru⁹ infidelis es o frater mi ſine
vt eijciã feſtucã de oculo tuo.i. permitte pacienter

vt corrigā te in hoc paruo errato tuo in ſciētia vł in moribus ⁊ tamē ipſe qui eū corrigis nō vides trabē i. grauiſſimū pctm vel infidelitatē que eſt in oculo mentis tue et dico ꝙ nō vides practice qꝛ te nō corrigis q dā in hoc peruerſe agis O y-pocrita i ficte correctoꝛ eijce primū ⁊c i prius te ipſum emēda de grauiſſimis malis tuis et tūc i poſtea ſic iuſtificatus proijcies ⁊c.i poteris iuſte corrigere leuioꝛa errata proximoꝝ tuoꝝ Hoc em̄ modo ipſe ieſus chrūs ſaluatoꝛ noſter liberauit mulierē cōprehenſam in adulterio ab accuſatiōe phariſeoꝝ oſtendēs grauioꝛa pcta eoꝝ ꝙ mulier cule vt narrat Joānis 8 ⁊ aplus Paul⁹ rom 2 cōtra iudeos ait.in quo em̄ aliū corrigis te ipſum cōdemnas ⁊c vnde colligitur ꝙ peccatoꝛ ex ſuo peccato redditur indignus ad fraternā correctio nem quāto magis ad malicioſam de qua hic eſt ſermo Ex hoc fine euāgelij inſinuatur cōuerſio iudeoꝝ ad fidē chriſti circa finē mūdi nā eis per baptiſmū ⁊ verā penitentiā iuſtificatis ex illo po pulo ſurgent catholici predicatores qui ſua pre-dicatione arguent fideles de aliquibus paruis exceſſibus nō cōtra fidē ſed in moribus hoc fiet poſtꝙ ille populus iudeoꝝ eiecerit trabē infide-litatis ab oculo mentis ſue vt ſic ſanatus a ceci tate priſtina poſſit videre legis veteris ⁊ prophe tarū verā intelligentiā tunc em̄ incipiet deuote predicare fidē chriſti et increpare deuios a lege dei vt latiſſime declarabimus in vltimis tribus dn̄icis huius tēpoꝛis peregrinationis quāuis in hac ſcđa dn̄ica (que eſt prima procurſus eccleſie) notata ſit iudeoꝝ perfidia/ac malicia contra chri ſtianos primitiue eccleſie eos maxime qui erant ex ſuo genere ſ apoſtolos ⁊ alios diſcipulos chri Deinde vero in dn̄icis intermedijs de fidelibus ⁊ infidelibus ex gentilitate ſermo fiet nā licet ec cleſia dei inceperit a fidelibus ex iudeis/⁊ in eis fine habitura ſit tamē in medio tempoꝛe multi-tudo gentiliū ad fidē cōuerſoꝝ eccleſiam dei am pliauit/ad modū nauis que ex āguſtijs extremo rum procedit ad medij latitudinem de qua etiā ſuperius in officio Epiphanie domini abūde ſa-tis dictū eſt aſſūpta ꝑ epiſtola lectiōe Eſaie 60 vbi inter alia de eccleſia dicitur tūc mirabitur et dilatabit coꝛ tuū quādo cōuerſa fuerit ad te mul titudo maris et plenitudo gentiū venerit tibi ⁊c

Mo ali-tas. ¶ Moraliter vero pro fidelib⁹ huius tepoꝛis no ſtri hoc euāgeliū inter omnes virtutes quas de bet habere nr̄a ſpiritualis peregrinatio ꝑmittit opera exterioꝛa charitatis que ſunt beneficētia/ eleemoſina/pietas/⁊ mia que fideles purificant ab inuidia/odio/ ⁊ detractione temeraria contra proximos ⁊ tunc applicatio euāgelij ad hūc ſen ſum moꝛale parū differt a precedēte ſenſu hiſto rico quia illius tepoꝛis doctrina etiā cōgruit nr̄e etati ⁊c

Offerto-rium ¶ Cantus offertoꝛij Intende voci oꝛatio-nis ⁊c.pſalmo 5 eſt vox populi fidelis cōmoniti ex doctrina euāgelij ad opera mie ideo oꝛat deū vt merito taliū operū ipſe etiā miſereat ipſoꝝ quā-do petent ab eo miam maxīe in tepoꝛe tante tri bulationis. Secreta oꝛatio Hoſtias tibi dn̄e ⁊c. petit a deo acceptationē ſacrificij pro preſentib⁹ moꝛaliter exponēdo offertoꝛiū quo petebatur mi ſericoꝛdia dei hic vero additur inperpetuū i con tinue ⁊ ſemꝑ

¶ Cāt⁹ cōionis narrabo oia mira-bilia pſalmo 118 eſt vox fidelis populi letātis ⁊ deū laudantis in tribulatione illius perſecutio-nis finalis oꝛō Tāta dn̄e ⁊c oꝛat ꝑ pſeuerātia in dei laudibus iuxta cōmunionē moꝛaliter Cōio.

## ¶ Caput nonageſimūprimum

de officio tertie dn̄ice poſt penthecoſten .in quo agitur de apertiōe ſecūdi ſignaculi in noua lege ex apocalypſi Joānis qua p̄ma eccleſie chri ſtiane perſecutio a gētilibus ſub Nerone impera toꝛe deſcribitur ⁊ profectus fidelis ppłi declarat.



Argumē-tuz officij

Ecundi ſigilli a pertio circa annos dn̄i quin-quaginta his verbis declara tur in predicto capitulo ſexto apocalypſis Vidi ⁊ exiuit a-lius equus rufus et qui ſe-debat ſuper illū datū eſt ei vt ſumeret pacē de terra/⁊ vt inuicem ſe interficiāt ⁊ datus eſt ei gladius magnus ⁊c hec viſio tem pus tribulationis eccleſie ſub Nerone impatoꝛe romanoꝝ crudeliſſimo ſignificat. tunc em̄ aplus petr⁹ ſedē mutauit ⁊ ab Anthiochia romā venit a quo vſꝗ ad finē mundi in eodē loco Petri ſe-des fixa permanet vnde eccleſia chriſti fuit tunc ſubiecta romanis imperatoꝛibus in tēpoꝛali gu bernatione coꝛpoꝝ Populus ergo chriſtian⁹ ex iudeis ⁊ gentilibus collectus et tali gubernatori ſubiectus dicitur equ⁹ rufus propter ſanguinis effuſione ⁊ ignis cōbuſtionē ⁊ qui ſedebat ſuper hunc equū i imperatoꝛ Nero qui primā perſecu tione notabilē exercuit in chriſtianos ⁊ datum i. permiſſum ē ei a deo vt ſumeret pacē de terra i perturbaret totū romanū imperiū ⁊ cū eo fidelē chriſtianoꝝ cetū per ſua enoꝛmia facta nā mł'tos romanoꝝ occidit/principes aploꝝ martiriʒauit/⁊ alios ſubditos eoꝝ multipliciter afflixit/ romāꝗ ipſam pro magna parte incendio deſtruxit et vt inuicē ſe interficiāt hoies occaſiōe eius per totū imperiū nam Oto/Galba/⁊ Vitellus volentes vſurpare imperiū cōtra ſeipſos cōcertabāt ⁊ dat⁹ eſt ei gladius magnus i magna poteſtas ad in-terficiendū hoies Sub iſto ergo tirāno poſita ec cleſia nō defecit ſed virtute diuina roboꝛata per-manſit in officijs charitatis ⁊ ſancte predicatiōis ⁊ hoc ſatis clare oſtēditur in officio miſſali huius dn̄ice

Introit⁹ miſſe ¶ Cuius introitus ſ Fact⁹ eſt dn̄s ex pſal-mo 17 eſt vox eccleſie ſua protectione recogno-ſcentis ⁊ cōfitentis deo Verſus Eſt principium eiuſdē pſalmi diligā te dn̄e ⁊c q d nō habeo aliā foꝛtitudinē in aduerſis/nec aliud refugiū in bel-lis niſi deū qui eſt liberatoꝛ me⁹ et loquitur iſte pſalmus ad litterā de bellis et victoꝛijs Dauid quas ipē non ſibi ſed grē dei atribuebat ideo hū facit ad propoſitū de bellis eccleſie chriſti

Oꝛatio. Oꝛō Sācti nois tui ⁊c applicat moraliter introitū ad

preſentes petitq̃ a deo dona timoris ⁊ amoris di
uini quibus fideles meretur diuinã protectionẽ
Epl'e ar gumẽtũ. in aduerſis ¶ Epiſtola Nolite mirari ⁊c primo
Joãnis 3 eſt predicatio prelatorũ illius temporis
qua fideles chriſtianos cõſolabantur in tribula
tione perſecutionis Neronia ne poſitos et infor
mabãt eos in charitate dei ⁊ proximi Eſt autem
epiſtola tripartita primo enĩ declarat tribulatio
nis eccleſie cauſam proximã. Scđo ibi in hoc co
gnoſcimꝰ inducit fideles ad charitate fraternã
Tertio ibi filioli mei charitatis debite oſtedit cir
cunſtantiã verã Tribulatiõis eccleſie chriſtiane
Prima ps epl'e. ſub Nerone imperatore cauſa duplex eſt altera
remota ſ. ꝓuidẽtia diuina que hoc ordinauit ad
fideliũ ſuoꝝ profectũ in multis virtutibus altera
proxima videlicet diſſimilis affectio mũdanorũ
⁊ fideliũ bonoꝝ ad res huius mũdi na Joannes
apoſtulus Paulo ante initiũ huius epl'e induxe
rat exeplũ de odio Caym contra Abel fratrẽ ſuũ
propter diſſimilitudine ſuaꝝ affectionũ nã Abel
erat deuotus deo ⁊ deditus cultui eiꝰ Caym aũt
erat auarus ⁊ deditus rebus mundanis propte
rea non placebat ei frater eius tã diſſimilis ⁊ ita
perſequebatur eũ/⁊ tãdẽ occidit Eodẽ modo po
nitur differetia inter fideles deo deuotos ⁊ mun
danos vitijs deditos Dicebãt ergo prelati illiꝰ
temporis ſcđi ſigilli ad ſubditos ſuos fideles cha
riſſimi nolite mirari ſi odit vos mũdꝰ et ex odio
perſequiẽ qꝛ vt chr̃us dicebat apl'is Joãnis 15
ſi de mũdo fuiſſetis mundus quod ſuũ erat dili
gret qꝛ vero ego elegi vos de mũdo propterea
odit vos mũdus ⁊ ſubditur in hac epl'a differen
tia predicta fideliũ ⁊ mũdanoꝝ infideliũ que attẽ
ditur penes dilectionem ⁊ odiũ proximi nos in
quit fideles ſcimus ex fidei certitudine qm̃ trãſ
lati ſumus de morte peccati ⁊ inferni ad vitã gre
⁊ glorie qꝛ diligimus i charitate habemꝰ ad deũ
⁊ proximũ nã finis legis eſt dilectio pro qua pro
mittitur nobis vita eterna bene ſeruientibus deo
Unde chr̃us dixit loquẽs de preceptis dei hec
fac ⁊ viuens Mathei 19 ⁊ iterũ ſi vis ad vita in
gredi ſerua madata ergo per oppoſitũ/ qui non
diligit deũ nec proximu propter deum manet in
morte peccati ⁊ obnoxiu; morti gehẽne hec ẜo
eſt conditio mundanoꝝ ⁊ generaliter oim infide
liũ ⁊ ideo oẽs tales manent in morte predicta ⁊
nõ ſolũ no habent charitate ſed quod peius eſt
habent odiũ proximi ideo dicitur ꝙ ois qui odit
fratre ſuũ i. proximũ homicida eſt primo quidem
ſui ipſius deinde querit occidere proximũ ſuũ vl'
in perſona vl' in fama vel adminus in ſubſtãtia
poſſeſſa Et ſcitis ꝑ ſacras ſcripturas qm̃ ois ho
micida ſui aut proximi nõ habet vitã eternam i
gratiã dei (que eſt inchoatio vite eterne) in ſe ma
nere ⁊ ſi ad horã poſſint gratiã habere illa tamẽ
nõ permanet ſed cito elabitur ab eis Ex predi
ctis ergo colligi poteſt ꝙ ſerui dei ⁊ hoies mun
dani habent cõtrarias cõditiones ⁊ per cõſeques
cũ ſerui dei nemini noceãt qꝛ oes proximos dili
gũt nimirũ ſi ecõtrario hoies mundani ꝓximos
vexent qꝛ naturalis lex cõtrarioꝝ eſt contrarias

actiones habere/⁊ ſeſe deſtruere in quãtũ poſſũt
Nemo itaq; impacienter ferat perſecutionẽ mũ
danoꝝ cognita coꝝ naturali cõditione mala nul
lus enim iraſcitur cõtra ignẽ ſi exurat quicquid
in eo poſitum fuerit Conemur itaq; fratres cha Scđa ps epl'e.
ritate dei habere propter duo primo ꝓpter exe
plũ chriſti in hoc enim cognouimus charitatem
dei i. a deo nobis inditã eſſe qm̃ ille homo factꝰ
pro nobis liberadis a morte aiam i. vitã ſuã po
ſuit i. depoſuit ⁊ dimiſit in cruce ⁊ pro ergo nos a
ſimili debemus vbi opus eſt pro fratribus peri
clitantibus ponere aiam i. vita corporis quando
opus eſt ſecus de vita aie qꝛ aplus dicit nõ eſſe
facienda mala i. peccata vt inde eueniãt bona et
chriſtus quid prodeſt homini ſi totũ mundũ lu
cretur aie vero ſue detrimentũ patiaẽ q. d. nihil
Scđo propter mãdatũ legis nature que obligat
ad proximoꝝ ſubuetione in extrema neceſſitate
que facit oia bona temporalia eſſe cõia qui ergo
habuerit ſubſtãtiã huius mũdi i. bona tẽporalia
proximis neceſſaria ad vite conſeruatione ⁊ vide
rit proximũ neceſſitate extremã habere periculi
mortis ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo ſic ꝙ nõ per
mittat intrare cõpaſſione de malo proximi quo
modo charitas dei manet in eo. q. d. nullo modo
qꝛ illa naturaliter inclinat ad cõpaſſionẽ. Aduer
tedũ ꝙ duplex eſt ſubſtãtia tẽporalis quã homo
habet altera neceſſaria ſibi ſcđm decentiã ſtatus
ſui altera ſuperabũdans ſine qua poſſet homo
decenter viuere in gradu ſuo Itẽ duplex eſt ne
ceſſitas proximi quedã extrema cũ periculo mor
tis propinque quedã citra extremã diſtãs a tali
periculo In hac ergo ſcđa neceſſitate ꝓximo cõ
ſtituto tenetur fidelis ſubuenire de bonis que ſu
perabundant dicete chro qđ ſupereſt date elee
moſinã Luce 6 ſed in extrema neceſſitate tenetẽ
etiã de bonis ſibi neceſſarijs impartiri proximo dũ
modo ipſe non ſit in ſimili neceſſitate poſitus qꝛ
tunc ex ordine charitatis tenetur ſibi potius pro
uidere ꝙ̃ proximo nũq; enĩ tenetur quis pro fra
tribus aiam i. vitã ponere corporale niſi quando
periclitatur vita aie alteriꝰ Succurres itaq; pro
ximo in caſibus predictis implet mãdatũ legis
nature de proximi dilectiõe vt ſaluator declarat
Mathei 22 qui vero ipſum deſpicit reus eſt ma
ledictionis illius/ite maledicti ⁊c quãuis verba
bona ⁊ ſuauia ꝓximo neceſſitate patienti dederit
Unde ſubditur vox prelatoꝝ filioli mei ſpiritua Tertia ps epiſtole
les quos per baptiſmũ in chriſto genui non dili
gamus i. dilectione nõ ſolũ oſtedamus proximo
verbo promiſſorio neq; lingua mendaci ſed etiã
opere implente promiſſione ⁊ mandatũ dei ⁊ ve
ritate i. auxilio veraciter releuãte proximũ a ſua
neceſſitate Ecce qualis erat conditio fideliũ ſub
nerone ⁊ alijs crudelibus perſecutoribus eoꝝ qꝛ
proximos in neceſſitatibus poſitos charitate ni
mia ſubleuabant/nec propter rabie tyrannoꝝ a
veritate deuiabãt/vt patet ex eleemoſinis grecie
collectis ex mandato apl'i Pauli ſcđe cor 9 pro
pterea ipſi merebãtur a deo conſolari in ſuis tri Graduale
bulationibus. ideo ſequitur ¶ Cantꝰ gradualis.

Ad dn̄m cū tribularer clamaui ⁊ exaud ꝛc pſalmo 119 in quo eccleſia illius tēporis ꝓſitebatur ſe coſolatā a deo in medio perſecutionis Verſ⁹ Ex eod.pſalmo Dn̄e libera aīam meā a labijs iniquis mūdanoꝝ/⁊ a lingua doloſa perſecutoꝝ qui cōtra veritate chriſtianis perſequebātur nos crudeliter infamādo labijs iniquis ⁊ lingua doloſa.

Alleluia Aleluia Dn̄e de⁹ in te ſperaui ꝛc pſamo 7 eſt oratio eccleſie pro ſua liberatiōe ne abſorbeat inmanitate pſecutiōis Neroniane ⁊ alioꝝ. ¶ Euāgeliū Homo quidā fecit cenā magnā Luce 14

Euāgeliū argume. officiū prelatoꝝ illius tēporis explicat qui quāuis preſſi anguſtijs perſequentiū a predicatione nō deſiſtebāt vt patet ex Pauli reſpōſione qua Neroni prohibenti euangelij predicatione palā verbis cōtradixit vt patet in legenda eius ſimul etiā infideliū ꝑdicationē cōtemnētiū indignitas demonſtratur Diuiditur ergo in tres partes primo eīm tā iudeoꝝ q̄ gētiliū principaliū proterua declaratur ingratitudo Scd̄o ibi tunc iratus ꝛc pauperꝝ ⁊ delectoꝝ ex populo iſrael benigna ponitur admiſſio Tertio ibi et ait dn̄s ꝛc plebeorū ex gentilibus neceſſaria intimatur cōuerſio ⁊ vocatio Ergo nihil aliud ſententie in hoc euāgelio cotinetur ab illo quo apoſtolus Paulus prima cor 3 dicit ꝙ inuocatione euāgelij chrī nō multi nobiles/nec multi potentes/aut diuites fuerunt a principio ſꝫ q̄ ſtulta ſunt mundi elegit deus vt confundat ſapientes/⁊ que infirma vt cōfundat fortia ⁊ que ignobilia vt confundat nobiles ⁊ diuites ſeculi vnde ex neutro populoꝝ apoſtoli cōuertere potuerūt niſi pauciſſimos ex principalibus dignitatē ſeculi habentibus Ideo eis con-

Prima pars euāgelij gruit parabola.i ſimilitudo vel comparatio hec homo quidā i.deus qui ima vocatur homo fecit cenā magnā i parauit eccleſie menſam ſacramētis ſalutaribus pro animaꝝ refectiōe in hac vita nā vt dicitur prouerb 9 ſapientia dei poſuit menſam/miſcuit vinū/immolauit victimas ꝛc ⁊ inter alia ſacramēta per cenā ⁊ mēſam maxime intelligitur eucharīſtia in qua immolatur chriſt⁹ dei filius ſub ſpeciebus panis ⁊ vini aqua permixti que etiā viaticū dicitur i viatoꝝ refectio Et vocatur hec eccleſie chriſtiane diſpoſitio cena que eſt refectio veſpertina quia ad mūdi veſperā hoc eſt etate vltimā parata eſt vnde apl̄us pria cor 10 nos ſumus in quos fines ſeculoꝝ deuenerūt De agno etiā paſchali precipitur exod 12 ꝙ immolaretur ad veſperā in cena qui fuit figura chriſti immolati vergete mūdi veſpere ex cuius latere pendentis in cruce ſacramenta eccl'ie initiū ſumpſere nā vnus militū lancea latus eius aperuit ⁊ exiuit aqua baptiſmi et ſanguis eucharīſtie et Ioānes qui vidit i itellexit hoc miſteriū teſtimoniū phibuit in ſui euāgelij capi 19 Ad hanc ergo eccleſie cenā deus per ſuos ꝓphetas vocauerat multos in precedētibus etatibus ⁊ tandē mittes filiū ſuū humanatū euāgelizauit pace ⁊ his qui prope erant i iudeis ⁊ his qui lōge i gentilibus vult eīm oēs hoīes ſaluos fieri ⁊ ad agnitionē veritatis peruenire prime thimo 2 Sed poſt aſcenſionē ſuā miſit ſeruū ſuū i.predicatorū gradū vel ſtatū hora cene i tēpore legis gratie in qua ſacrū cōuiuiū ſeruis dei miniſtrat eucharīſtia dicere.i predicare inuitatis iudeis primū deinde gētilib⁹ vt venirent ad baptiſmū/ad fide/ad eccleſiā chrī qꝛ iam parata ſunt oīa neceſſaria ad ſalute aīaꝝ in hac vita ſ doctrina ſacra reuelata de credendis/de agendis/de cauendis/de ſperandis/⁊ ſacramēta noua ad renouandū/ad roborandū/ad ſuſtentandū/ad ſanandū hoīes in vita ſpirituali. Unde colligitur primo maxima dei mīa ⁊ charitas ad nos qui tot ⁊ talia bona hoībus parauit ⁊ ad ea nos inuitauit Scd̄o laudabilis ſeruitus apl'oꝝ ⁊ alioꝝ diſcipuloꝝ chrī/ qui peruigili cura officiu predicationis ſibi iniunctū exercuerūt inuitātes oēs mūdi nationes adeo ꝙ in oēm terrā exiuit ſonus eoꝝ/⁊ i fines orbis terre verba eoꝝ pſalmo 44 Sed mūdi primates ⁊ capita populoꝝ ceperūt fere oēs ſimul excuſare ſe ne venirent ad cōuiuiū.qꝛ curis tēporalibus intenti predicationi reſtiterunt/⁊ eā deſpexerūt predicatio enim crucis chriſti erat quide iudeis ſcandalū gentib⁹ aute ſtulticia videbatur prime cor 3 Nec tamē oēs eade ⁊ ſimili cauſa ab hac ſaluberrima cena ſe excuſarunt nā primus i gentilis populus primatū orbis tenēs ſuperbia eleuatus ⁊ ambitiōe inflatus dixit villā emi i dn̄ationē et principatū ſup alios q̄ſiui ideo neceſſe habeo exire a meipſo diſtractus ⁊ videre illā qꝛ accipiens ſuper alios principatū neceſſitatur alijs intendere/⁊ a ſeipſo loge fieri/ne de ſalute aīe ſue curā habeat quod eſt ad cenā nō venire vnde rogo te habe me excuſatū nā propter vrbanitate hūilitas ſonat i voce: ſed ſuperbia eſt in actione qꝛ cenā cōtēnit Alter ſcꝫ iudaicus populus dixit iuga i paria boū emi quinqꝫ hoc eſt iugū legis quinqꝫ librorū Moyſi mihi impoſui in quibus etiā decē preceptoꝝ moraliū quinqꝫ iuga continētur ⁊ qꝛ lex illa ſenſualis eſt in miniſterio corporali cōſiſtēs qd̄ ſenſuū quinqꝫ iuga i paria requirit ideo popul⁹ iſte auaritie terrenoꝝ deditus cenā cōtenit dicēs eo probare illa per curioſitatē diſcutiendo alienā vitā nā extra ſe vagans ſuaqꝫ intima neſciens ſtudet aliena cogitare ideo rogo te habe me excuſatū ab hac cena noue legis qꝛ ego totus ſum dedit⁹ antiquis cerimonijs legis moyſi Alius ſ hereticorū cetus ſe excuſans a gratia noue legis dixit vxorē duxi i carnalitati deditus ſum/⁊ eius voluptatibus adictus ⁊ ideo nō poſſum venire eo ꝙ intellectus hūanus vergēs ad mūdanas illecebras debilis eſt ad fidei altitudinē attingedam vnde hereſis velut eua feminco rigore fidei tetat affectū hanc vxorē hereticus ducit ab hac ſeducitur vt ad cenā eccl'ie chriſti nō poſſit venire ſꝫ ſcinditur atqꝫ recedit ab vnitate catholice fidei Aduertendū hic ꝙ tria predicta hoim genera ſ gentiliū/iudeoꝝ/hereticoꝝ a cōſortio iſtius diuine cene ſunt excluſa propter ſeculi vanitates que etiā tres ſunt in ſumma vt apl'us Ioānes enumerat prime canonice cap 3 Omne inquit qd̄ eſt in mūdo.aut cōcupiſcentia carnis eſt/aut cōcupiſcentia

oculoꝝ/aut ſuperbia vite quilibet ergo predicto-
rum pplóꝝ propter hec tria impedimenta ſe ex-
cuſauit qꝛ ſe indignū fecit ſacro fideliū collegio
ſed iudei propter concupiſcentiā ocl'oꝝ i propter
auariciā principaliter vnde iuga boū emi quīꝗ.
Gētiles propter ſuperbiā vite pncipalius ideo
villa emi. heretici propter carnale ſenſum ſcrip-
turarū ꝛ carnale vitā quare vxore duxi quia per
licitū cōiugiū illicitā voluptatē ſignificauit na vt
dicit Hieronimus vxoris proprie amatoꝛ arden
tioꝛ nō tm̄ ꝑpter proiē quantū propter voluptate
mechus eſt non maritus Principalib⁹ itaꝗ in
fideliū per mundanitatem dnica cena ex luſis re
uerſus eſt ſeruus predicatoꝛ per felicē obitū ad
deū ꝛ nunciauit hec facta infideliū dño ſuo q̄ tm̄
rei noticiā a ſeruis nō accipit cū per ſe ipſum oia
videat. Unde iratus paterfamilias deus contra
Scda pars euāgelij.
predictos ingratos ſuā gratiā deſpicientes cōdi
gnā eis penā miſit tepoꝛe ſequentū ſigilloꝝ vt pa
tebit ꝛ loco iſtoꝝ maioꝛum alios hūilioꝛes ſub-
rogare decernes dixit ſeruo ſuo predicatoꝝ o'di
ni exi cito i diligenter in plateas ꝛ vicos ciuita-
tis i regni iudeoꝝ ad predicandū in hieruſalem/
ꝛ iudea/ꝛ ſamaria/ atꝗ galilea vt infirmioꝛes iu
deoꝝ reducas ex lata platea perditionis ad an-
guſtiā viā que ducit ad vitam ꝛ ex vico anguſtie
mūdane ad ſuauitate legis gratie. ideo per tuam
predicatione pauperes virtutib⁹/debiles ad bo-
nam opus/cecos ex ignorātia/ꝛ claudos ex paſ
ſio ie obliquante introduc huc. i ad eccleſiā vbi
eſt theſaurus ſpūaliū diuitiaꝝ/ foꝛtitudo boꝛoꝛū
operū/ſcientia ſcripturaꝝ ſanctaꝝ/ ꝛ moꝛtificatio
carnaliū paſſionū ꝛ ſic vera erit predicatio chriſti
ceci vident/claudi ambulant/pauperes euange
lizantur ꝛ iterū publicani ꝛ peccatoꝛes precedet
vos in regno dei que eſt eccl'ia chr̄i a quo vos ip
ſos excluſiſtis dicentes/nunquid aliquis princi
pū credit in eū aut ex phariſeis' ſed turba hec
que nō nouit lege Joānis 7 Cū ergo de vicis et
plateis ad cenā ſuā quoſdā dns vocat illū profe
cto ppl'in denotat qui lege dei vrbana conuerſa-
tione ſeruare nouerat nā gentilis popul⁹ quaſi
agreſtis per vias ꝛ ſepes diuerſoꝝ erroꝝ vagaba
tur Predicatoꝛes itaꝗ euāgelici pmo ex iudeo
rum populo multos ex minoꝛib⁹ ad eccl'iam dei
vocauerūt loquete em̄ Petro vna die tria milia/
alia die quinꝗ milia crediderūt ex hieruſalem ꝛ
poſtmodū plurimus populus alioꝝ p'edicatōe
ex alijs locis iudeoꝝ cōuerſi ſūt Sed multitudo
q̄ ex iſrael populo credidit locū ſuperni conuiuij
nō impleuit ideo ſeruus p̄dicatoꝛ ait Dñe factū
eſt vt imperaſti quia p̄dicauim⁹ iudeis et adhuc
locus eſt licet em̄ intrauerit eccl'iam frequens iu
deoꝛū tamen adhuc loc⁹ vacat in quo ſuſcipi de
Tertia pars euāgelij
beat numeroſitas gentiliū Unde ſubditur et ait
dñs predicatoꝛi precipiens etiā vocationē gentiū
de qua Eſayas prophetauit Exi inquit per offi
cium predicationis in vias et ſepes gentiliū qui
diuerſis vijs erroꝝ ꝛ ſuperſtitionū ſepib⁹ ſpino
ſis demones colebāt ꝛ cōpelle eos impoꝛtuna p̄
dicatione ꝛ miraculoꝝ virtuoſa operatione intrare
eccleſiā meā vt impleatur dom⁹ mea que eſt do-
mus oꝛationis/ꝛ ſacre religionis diuini cultus.
impleat inꝗ gētiliū multitudine de qua in pſal
mo 49 annūciaui ꝛ locut⁹ ſū ꝛ multiplicati ſunt
ſuper nūerū i fideles ex gentibus Poteſt aūt ſe
cundū Auguſtinū in libro de verbis dni aliter ex
poni hec vocatio populoꝛum venerūt inquit de
latis plateis gētiles de vicis anguſtis iudei ve-
niun' ꝛ de vijs ꝛ ſepib⁹ heretici nā ſepes qui cō-
ſtruunt diuiſiones querunt ꝛ ſpinas cōgregant.
abſtrahantur opus eſt a ſepib⁹ euellātur ab ſpi-
nis ꝛ ſi nolint coge inquit eos intrare penis ca-
nonicis foꝛis inueniatur neceſſitas naſcitur inde
volūtas Sed valde timenda eſt ſentētia que ſeq
tur dico aūt vobis q̄ nemo illoꝝ i pncipaliū ex
iudeis ꝛ gentilibus qui vocati ſe excuſarūt guſta
bit cenā mea. qꝛ null⁹ illoꝝ recipiet a deo grām
fidei ꝛ ſacramentoꝝ neꝗ ſpūaliter guſtabit quā
ſuauis eſt dns ſeruis ſuis fidelib⁹ in eccleſia mi-
litāti ſed oēs tales in pctō moꝛientur ¶ Moꝛali Moꝛalitas.
ter vero in hoc noſtro tepoꝛe nemo cōtemnat vo
cationē dei per auariciā vt iudei / per luxuriā vt
ſarraceni/per inane gl'iam vt mali chr̄iani ne foꝛ
te dum vocatus ſe excuſat poſtea cū voluerit in-
trare nō valeat eoꝗ eiecto loco eius aliū foꝛte in
mūdo deſpectū deus ſibi eligat. nā plerūꝗ ipſa
deſpectio mūdana hoīem reuocat ad ſeipſum ꝛ
tanto celerius vocē dei audit: quāto in hoc mun
do nō habet vnde delectet. ꝛ q̄ hui⁹ mūdi aduer-
ſitatibus fractus ad dei amoꝛe redditus profecto
intrare cōpellit dicete ꝑpheta imple facies eoꝝ
ignominia ꝛ queret nome tuū dñe ꝛ iteꝝ multi-
plicate ſunt infirmitates eoꝝ ꝛ poſtea accelerauerunt
ꝛc ¶ Cant⁹ offertoꝛij Cōuertere dñe ex pſal
mo 6 eſt oꝛo eccl'ie hūiliantis ſe ad diuinā voca Offertoꝛium.
tione quatenus admittat per miam ad cenā dei
Secreta oꝛo ꝛ ſimiliter alia vltia petunt a deo
ꝑfectū fideliū in religioe/ꝛ alijs virtutibus intra
eccl'iam dei ad quā vocati ſunt ex mia ei⁹ ¶ Cā Coīo.
tus cōionis cātabo dño ex pſalmo 12 eſt gratu
actio fidelis populi ad deum de ſua admiſſione
ad predictam cenam gratie ſue.

## ¶ Caput nonageſimūſe-

cundū de officio quarte dñice poſt pethecoſte in
quo agit de aptiōe tertij ſignaculi in nouo teſta
mento adaptaturꝗ punitioni iudeoꝝ.



Abet hoc diuine Argumentū officij.
ꝓuidentie oꝛdo vt q̄ſdā pctoꝛes
ꝑ alios puniat in hoc mūdo
nec tm̄ ipos punitoꝛes īpuni-
tos abire ſinat ſꝫ eis alios coꝛ
rectoꝛes paret Unū cū ex p̄di
ctoꝝ ſigilloꝝ tpoꝛib⁹ de⁹ irat⁹
cōtra iudeoꝝ ꝛ gentiliū pmates (q̄ ſua vocationē
contēpſerūt) diſpoſuerit eos punire cepit iā eccl'ia
tertij ſigilli agere tep⁹ in quo iudeoꝛū punitio ꝑ
gētiliū pncipes (q̄ facta eſt circa ānos chr̄i dñi oc
togīnta) deſcribit in hec vba apocalypſis 6 Et cū
aperuiſſet ſigillū tertiū vidi ꝛ ecce equ⁹ niger et
qui ſedebat

q̄ ſedebat ſuper illū habebat ſtaterā i manu ſua z audiui voce᷒ dilibras tritici denario vno zc tres bilib e3 ordei denario vno z vinū z oleū ne lede ris Dicitur autē tp̄us tertij ſigilli ſub imperato ribus Veſpeſiano z Tito filio eius in quo tpo re iudei cōtra romanos rebellionē fecerūt vt nar rat Joſephus in libro de bello iudaico quare ex erc tus romanoꝝ Tito duce adeo iudeam z per maxime ciuitate hieruſalē oppreſſit/vallauit/z vſ q3 ad ſolū proſtrauit ꝙ vndecies centena millia iudeorum necauerit plures q̄ȝ octoginta mille vili precio venundauerit tunc etiā fideles chriſti ex iudeis a ꝓpria eoꝝ patria exules ad diuer ſas regiones diſſeminati ſunt In tali ergo diſpo ſitione temporis iudeorum populus erat velut equus niger pre anguſtia magne tribulationis ſicut in ſimili caſu de eode populo Hieremias in trhenis dixerat denigrata eſt facies eorū ſuper carbones/z non ſunt agniti in plateis zc Et qui ſedebat ſuper illum i dominator eorū Titus ha bebat ſtateram diuine iuſticie contra iudeos pu niendos propter eorum peccata grauiſſima/ma xi ne propter chriſti ſacrilegam occiſionem ſed quia Titus huius pene executor non ad hanc in tentionem iudeos affligebat ideo hanc ſtateram habebat in manu ſua non in mente ſua ſed po tius in mente diuina hanc penā ad illud pecca tum ordinante ait enim chriſtus Luce 19 veniēt dies z circundabunt te inimici tui vallo/et coan guſtabunt te/z ad terram proſternent te/z non re linquet in te lapide ſup lapide dat cauſā eo ꝙ nō cognoueris tēp᷒ viſitatiōis tue q̄ chrūs venit ad te Sequitur in apocalipſi z audiui voce diuine iuſ ſionis z ſetentie cōtra iudeos bilibris tritici i due li bre pncipaliū iudeoꝝ denario vno venūdenť diſ pergendi per mundum et tres bilibres ordei i tria paria librarum minorum iudeorum z popu larium etiam denario vno venundentur eſt au tem vna libra iudeorum quinꝗ iudei eo ꝙ inſer uiunt penthatheuco moyſi ſolum litteraliter in tellecto vendidit ergo Titus dux exercitus ro manoꝝ motus diuina inſpiratione duas libras pncipalium iudeorū i decem iudeos tales de nario vno z tres bilibres ordei i triginta iudeos minores denario vno ſc3 ad ſeruiendum genti libus tanꝗ mancipia vilia eo ꝙ z ipſi quaſi vile mancipium emerūt chriſtum a iuda triginta de narijs Sed chriſti fideles ex iudeorū genere q̄ inter eos tunc morabantur amoniti per ange lum ante deſtructionem regni iudeorum inde re ceſſerunt ideo non comprehenſi ſunt cum alijs iudeis perfidis ab exercitu romanorum vt cum eis venundarenť et hoc eſt quod dicitur vinum et oleum ne leſeris Quare autem iudei principa les dicantur triticum/z alij minores ordeum/ at q3 fideles ex eis vinū z oleū facile cōiectabit vir prudens cōſiderans hrꝫ rerū naturaliū proprie tatio᷒ z debite applicans ad iudeos Ad hoc etiā ꝓpoſitū tertij ſignaculi facit hui᷒ diei miſſale of

Introit᷒ miſſe. ficiū ¶ Cui᷒ introit᷒ Reſpice in me ex pſal 24 eſt vox eccleſie ex iudeis que orabat deū pro ſua liberatione ab illo hieroſolimorū excidio et hoc non petit ex meritis ſuis ſed tantū ex mia dei cō memorat etiā peccatoꝝ dimiſſione propter q̄ eue nit illis tata tribulatio que etiā modū orādi legū tur habuiſſe prophete Hieremias/et Daniel pro ciuitate z gēte illa peccatrice tpore Babilonice captiuitatis iudeoꝝ Vers᷒ Ad te leuaui animā mea pncipiū eiuſde pſalmi petit exaudiri oronē ꝓdictā ne forte eccl'ia ſi nō exaudireť remaneret cōfuſa corā infidelib᷒ cui᷒ in oppoſitū cōdit ex diuina mia Oro Protector in te ſperātiū de᷒ ap plicans introitū moraliter ad pntes fideles petit eis ꝓtectionē a deo q̄ nō derelinqt ſperātes in ſe quaten᷒ adiuti grā dei pſeuerēt in vocatōe q̄ vo cati ſunt ad eccl'iā dei ne ꝓpter bona aut mala hui᷒ vite deuiet abiceptis ¶ Ep'la Hūiliamini ſub potenti manu dei pme Petri 5 eſt ꝓdicatio ꝓlatoꝝ illi᷒ tpis tertij ſignaculi q̄ cōſolabātur fi deles ex iudeis exules a ſua pria euerſo iam iu deoꝝ regno Et pmo ep'la cōſolať eos ꝯtra mūdū ſeuietē Scd̄o ibi ſobrij eſtote cōtra demone inſi diātē Tertio ibi de᷒ aūt erga deū ꝓmiate Guber nator vniuerſi admirabilis de᷒ inter ceteras crea turas mirabili᷒ ſe hꝫ ad hoies q̄ ſua ineffabili ꝓ uidetia ſolet p malos miniſtros ſuos tā hoies q̄ȝ demones exercere in hac vita z ꝓbatiōnē iuſtoꝝ z punitionē pctoꝝ hoies tn̄ tali aduerſitati ſubie cti differēter ſe habet in ea queadmodū palea z aurū piecta in igne nā ꝟtuoſi in aduerſitate ſplen det vt aurū/ vicioſi fumāt vt palea qd̄ notat au guſtin᷒ in pmo libro de ci dei Ad ꝟtuoſos ergo fideles chrī loqntes ꝓlati in tpe deſtructionis re gni iudeoꝝ p romanos milites dei miniſtros di cebāt. Chariſſimi hūiliamini i hūilitatē z pacien tiā ſeruate ſub potēti manu dei i ſub potētia exa ercit᷒ romanoꝝ (q̄ eſt man᷒ dei caſtigās pctōres z corriges iuſtos ſuo flagello) vt p meritū hay vir tutū exaltet vos ad honore glie ſue in die viſita tiōis i in die iudicij q̄ndo viſitabit z examinabit hoim vitas ꝓteritas Vel pōt intelligi in die i in tpe qn̄ loco hui᷒ tribulatiōis viſitauerit vos affe rēs cōſolatione pacis z ꝓſperitatiſ mūdane i tpe Coſtātini z alioꝝ pncipū fideliū tūc eni exaltabit vos ad dignitates z dūia mlta in eccl'ia ſua ideo ſitis ꝓijcietes oēm ſolicitudine vrām de reb᷒ in hac vita neceſſarijs in deū optimū ꝓuiſore vrm̄ qm̄ ipi cura eſt de vobis tāq̄ȝ de ꝓprijs familiari b᷒ z filijs q̄s iūme diligit ſiue ergo auferat/ſiue cōferat vobis bōa aut mala hui᷒ vite nō ſitis ſoli citi qꝛ nō ſolū i pria vrā ſꝫ et extra eā exiſtetib᷒ ꝓ uidebit vobiſ ſuis ſuis de oib᷒ neceſſarijs ad vitā aie z corpis ¶ Et q̄a demones nature hūane ho ſtes/inſidiāť ſuis dei nō ſolū in ꝓſpera/ſꝫ et i ad uerſa fortuna/vt eos inducāt ad pctā qb᷒ irā dei ꝓuocet cōtra ſe opus eſt vt in ꝓſperitate ſitis ſo brij ne peccetis per intēperātiā z abuſum reꝝ bo narū z in aduerſitate vigiletis i orone ne ruatiſ p impacietiā z puſillanimitate ſ diffidetes de auxi lio grē dī qꝛ aduerſari᷒ vr diabol᷒ ad ꝓdicta ma la vos inducere ſtudes circuit per mille modos decipiedi q̄res ſi inueniat que deuoret p actū pctī.

Oratio.

Ep'la ar gumentū.

Pma ps epiſtole.

Scd̄a ps ep'le

Cui tamē reſiſtite per conatū ad virtutes quaꝝ
fundamentū eſt fides in q̄ oportet ꝙ ſitis fortes
aſſenſu firmo q̄a ea eſt victoria q̄ vincit mundū
ꝛ oīa aduerſa eiꝰ q̄ deꝰ ꝑmittit immo ꝛ immittit
nō ſolū cōtra malos ſed etiā cōtra bonos ideo ſi
tis ſciētes eandē paſſionē .i. ſimilē tribulatione ei
que in mūdo eſt .i. que mūdanis accidit et malis
fieri etiā ex diuina ordinatiōe veſtre fraternitati .i.
vobis fratribꝰ bonis ꝛ ſāctis illis quidē ad mor
te/vobis ad v tā q d ꝙ deus vult ſeruos ſuos ꝓ
bare eiſdē aduerſitatibꝰ que mundanis accidere
ſolēt neceſſitate naturali Et quicūqꝫ flagella dei

**Tertia ps epiſtole**

equanimiter tollerauerit remuneratione ac pre-
miū promerebitur Deus em̄ oīs gratie largitor
maxime patiētie in aduerſis qui vocauit nos ꝑ
apl̄oꝝ ꝑdicationē in eternā .i. ad eternā ſuā gl̄iaꝫ
(qꝛ illa eſt finis ad que dirigitur totꝰ eccleſie cur
ſus) in chriſto .i. pro chriſto ieſu modicū paſſos tri
bulationes in hoc mūdo ipē perficiet nos in vir
tutibus/cōfirmabit in fide/ſolidabit in aduerſis
et poſt hāc vitā perducet nos ad ſuā gloriā quā
ſibi optamꝰ adeſſe ꝛ imperiū in ſecula ſeculoꝝ .i.
eternaliter amen .i. ita fiat. eſt em̄ amē interiectio
hebraica cōgaudētis Hec ꝛ alia huiuſmodi pre-
dicabāt prelati iudeis fidelibꝰ in anguſtia euer-
ſionis ſui regni cōſtitutis quoꝝ doctrinā ipſi reci
pientes dicebāt ad alterutrū ꝙ ſubdit̄ in gradua

**Graduale**

li Jacta cogitatum tuū in dn̄o ꝛc. ex ꝑs 54 q d
qm̄ ipſi cura eſt de nobis Verſus Dn̄ clamarē
ꝛc. et eodē pſalmo eſt cōfirmatio alterius reſpō-
dentis per experientiā facti qꝛ ſ. ſepe exauditꝰ et
liberatus ſit ab aduerſarijs appropinquātibꝰ ad
nocedum

**Alleluia**

Alleluia Deꝰ iudex ꝛc. ex ꝑs 7 allegat
ad idē propoſitū naturale benignitatē dei q̄ quā
uis ſit iudex iuſtus ꝛ fortis tn̄ poſt rigorē iuſticie
affert cōſolatione miē nō em̄ eſt ſemper iratꝰ cō
tra hoīes vt ex lectione euāgelica pleniꝰ aperiet̄

**Euāgelij argume.**

¶ Cōſequit̄ em̄ hoc euāgeliū (erāt appropinquā
tes ad ieſum/Luce 15) ad precedēs qꝛ cū ex in-
gratitudine maioꝝ ſint recepti ad cōuiuiū eccle-
ſie minores ex populo iudeoꝝ ꝛ illi oēs fere deſ
pecti pctōres q̄ tn̄ ꝑ grāꝫ chr̄i ꝛ a pctō/ꝛ a captiui
tate romanoꝝ liberati egregia libertate ꝑ vniuer
ſū mūdū mirabilia oꝑa exercebāt idignatiꝰ ꝑ inui
diam ꝑfidi iudei iam captiui ꝛ ad diuerſas ꝓuin
cias diſperſi murmurabāt cōtra dei bonitatē er
ga hoīes ſic deſpectos ꝛ illos quātū poterāt mo-
leſtabāt ex malicia cōuocando gētiles ꝓuinciaꝝ
gubernatores cōtra eoꝝ vt pꝫ ex actibꝰ apl̄orū.
Hoꝝ igitur virulentā rabiē euāgeliū hoc in prin
cipio reprehēdit Scd̄o ibi quis ex vobis ꝛc dei
benignitatē ꝛ miam cōmendat Tertio ibi aut q̄
mulier ꝛc ſcte m̄ris eccl̄ie marie ex iudeis orte ſe
dulā officioſitatē demōſtrat

**Prima pars euāgelij**

Judeoꝝ inuida mur
muratio ex ꝑfectu fideliū occaſione habuit qꝛ in
illo tꝑe tertio erāt appropinquātes per fidē ꝛ bo
na oꝑa ad ieſum ſaluatorē aīaꝝ publicani .i. pu-
blica vectigalia req̄rentes in ppl̄o iudeoꝝ/et alij
pctores publici ꝑmulti vt audirēt illū ꝑ ſuos di-
ſcipl̄os ꝑdicāte eis doctrinā ſalutarē ꝛ ideo mur
murabāt ex maligna inuidia pharisei/ꝛ ſcribe/ꝛ
alij maiores iudeoꝝ dicētes cōtra chriſtū infamā
do eū qꝛ hic cū ſit malꝰ ꝛ ſeductor: pctōres publi-
ce .i. famatos recipit ad ſuā eccl̄iā/cenā/vl̄ cōuiuiū
et mādūcat cū eis ꝑ ſui corpis ꝛ ſāguis cōione q̄
ſi dicere vellet ꝙ eccl̄ia chr̄i nō erat niſi ꝯuētꝰ ma
lignātiū ꝛ ſacrilegoꝝ hoīm q̄ carne hūanā cū ſan
guie comedūt eāqꝫ deo ſuo .i. ſacrificiū offerūt nā
hec oīa abominabilia eſſe deo predicat ſcriptura
veteris legis Dicitur eni Geneſis 9 carnem cuꝫ
ſanguine nō comederis alioquin ſāguinem aīa
rū veſtraꝝ requirā et in leuitico prohibet deꝰ
ne ſibi offerāt homines ſanguinem ſed effundāt
ipſum ꝛ cooperiant terra per contrariū ad genti-
les ydolatras qui bibebāt ſanguinem ſacrificio-
rū Sed chriſtus per ſuos predicatores in tempo
re tertij ſignaculi redarguit iudeos tāq̄ inuidos
qꝛ triſtant̄ de ſalute ꝛ gratia proximoꝝ ſuoꝝ ꝙ
eſt peccatū in ſpiritū ſanctū abominatiſſimū apd̄
deum nam homines qui prius erāt peccatores
per gratiā dei penitentes efficiuntur iuſti et ſan-
cti vt patuit .i. Dauide ꝛ Moyſe Mattheo ꝛ alijs
Nec carnis cū ſanguine immolatio fuit prohibi
ta in lege veteri niſi in ꝓpria ſpē ꝛ ſolū pro eo tē
pore quo in toto genere humano nullꝰ inuenie
batur oīo immunis a corruptiōe nature ſecꝰ aūt
vbi ſub aliena ſpē cibi ꝛ potꝰ a natura ꝯuenientis
offert̄ deo et manducat̄ ac bibit̄ caro et ſanguis
filij hoīs. q̄ immaculati partꝰ nouitate contagia
terrene vetuſtatis nō ſenſit. ꝛ miſſꝰ a deo purgā-
dis oībus venit In quo maxima dei benignitas
erga hoīes apparuit Vñ ſubdit̄. ꝛ ait ad illos pa

**Scd̄a ps euāgelij**

rabolā .i. cōparationē quādā de paſtore ꝛ ouibus
ſuis q̄ ſignificat deū ꝛ hoīes ſibi ſubiectos de qui
bꝰ dr̄ in ꝑs 99 Nos autē ppl̄s eiꝰ ꝛ oues paſcue
eius Quis inq̄t hō ex vobis .i. ex gn̄e vr̄o natꝰ ſꝫ
a vobis valde ſeꝑatus .ſ. chriſtus ieſus dei filiꝰ q̄
habet .i. poſſidet iure creationis/gubernationis/
et redēptionis cētum oues .i. oēs creaturas ratio
nales aliaꝝ oīm in corporalibꝰ ꝑfectiſſimas naꝫ
centenariꝰ nūerꝰ ꝑfectionē ſignificat eo ꝙ in dex
tra collocat̄. ꝛ ite qꝛ quadratꝰ eſt cōſurgēs ex mul
tiplicatione denarij in ſeipſum creauit aūt deus
homines teſte auguſt ad hoc vt paſcerētur ſue di
uinitatis viſiōe ꝛ fruitione ad quā nō ꝑuenit niſi
cētenariꝰ .i. q̄ mādata dei oībus viribꝰ ꝛ ſenſibus
ſuis obſeruat q̄ ſenſꝰ in ꝑcedēte dn̄ica q̄nqꝫ iuga
ſeu paria dicebant̄ hoc eſt dece quibꝰ ductis in
decalogū ꝑceptoꝝ reſultabit cētenariꝰ qui a leua
trāſit in dexterā ſcd̄ꝫ antiquiorē modū nūerandi
ꝑ digitos manuū hoc ē a miſeria huiꝰ vite .i. bea
titudine eternā et qꝛ cētenarius vnitate ꝑficit̄ ſu
pra nonaginta nouē (ſicut etiā denariꝰ vnitate cō
plet̄ ſupra noue) vnitas aūt ſcd̄ꝫ pithagorā ꝛ phi
lonē deū ſignificat ꝛ alij nūeri creaturis attribuū
tur .ſ. pares corruptilibus/ꝛ impares incorruptili
bꝰ creaturis qui ergo relicto creatore ſuo ad crea
turas peccando cōuertitur vnitatem deſerit ꝛ ad
denarij pfectionem nō attingit que eſt lex dei
perditur ergo a regno chriſti Vnde ſubditur et
ſi perdiderit vnam ex illis deffectu ſcilicet vnita
tis reſtat ergo ſibi imperfectio nouenarij de quo

dicit nō ne di[illegible] nonaginta nou. i pctoꝝ a ſua gr̄a in deſerto ſ deo hoc eſt q̄ deū deſerūt q̄ d oīs qui deo cōiūgitur per ꝯformitate volūtatis dena rij ꝛ c [illegible]enarij pfectionē habet ꝛ vt talis a deo ha betur q̄ vero vnitate illa deſerta ad impfectionē nouenarij deſcēdit [illegible] ꝛ ipſe a deo deſeritur/ et remanet deſertus in deſerto mundo ideo chr̄us duab⁹ lazari ſororib⁹ dixit/ porro vnū eſt neceſſa riū ad hoc ſapp'e q̄ nō perdamini Luce 10 ꝛ de ſctiſſimo Abraā dix t ſcriptura Gn 17 poſtq̄ au tē nonaginta noue annoꝝ eſſe ceperat (q̄a nōdū habebat pfectionē nūeri denarij) apparuit ei de⁹ dicēs ego dñs oīpotēs q̄ pfcio creaturaꝝ nūeros ambula corā me vt ſis mecū faciēs volūtate meā ꝛ ſic eſto perfect⁹ addita vnitate ad hoc aūt obti nendū iuſſus eſt circūcidere carne prepucij ſui i omne exceſſum carnalis voluptatis a ſe abſcin= dere ꝛ deo ſuo adherere nonaginta inquit nouē annoꝝ erat ab aa quādo circūcidit carnē prepu cij ſui ad hoc ſ vt centenariū purgatus intraret Iudei ergo deū deſerētes nouenario nūero cōpu tati quos de⁹ ſuo auxilio deſeruit ſub exercitu romanoꝝ captiua hec pctōres aūt ꝛ publicanos eoꝝ perditos/ſed ad chr̄uz accedētes p penitētiā deus q̄ſiuit ꝛ recuperauit et de his dicit vadit ad illā oue que perierat i ad peccatorē donec inue= niat illa per gratie illuſtrationē ꝛ poſtq̄ inuene= rit eā ad ſe cōuerſam imponit in hūeros i eleuat ad dignitates in eccl'ia vt alios gubernet et hu= meris ſuis portet patuit experiētia de Mattheo/ Zacheo/Paulo ꝛ alijs qui fuerūt prelati in ec= cleſia et de hoc eſt gaudēs quia ille eſt finis pro pter que v nit ad homines Matthei 9 venit eñi filius hoīs querere ꝛ ſaluū facere qđ perierat Et veniēs in domū ſuā i ad eccleſia quādo talis cō= uertitur ad deū conuocat amicos ꝛ vicinos ange los ſ cuſtodes hominū dicens illis congratula mini mihi i cōgaudete mecū per diligentē cuſto= diā ei⁹ quia inueni oue i [illegible] nā q̄ perierat pec cato Dico applicādo parabolā q̄ ita i ſimili pro po tione erit gaudiū in celo ſuper vno i de vno pctōre penitentiā agēte qua perditus inueniē q̄ ſupra nonagīta noue iuſtis in oclis ſuis q̄ viderī ſuo nō indiget penitētia q̄a tales nō veniunt ad deū ſed potius ab eo recedunt per ſuperbiā pa tet in pabola de phariſeo ꝛ publicano Luce 18 [illegible] ergo differētia erat i populo iudeoꝝ inter publicanos iudeoꝝ qui ad fidē chr̄i cōuertebā tur ꝛ ſcribas/ſacerdotes/et phariſeos qui de ſua ſāctitate ꝛ ſapiētia preſumentes fidelib⁹ aduer ſabātur p inuidiā in tpe ſigilli tercij q̄ illi a deo querebātur/ꝛ trahebātur ad cōuiuiū eccl'ie/iſti vo deſerebātur in deſerto gentiū pp̄lo diſperſi in ca ptiuitate interminabili Et q̄a chr̄us ieſus tā be nignus peccatorib⁹ eſt eccl'ie fideliū ſponſus par eſt vt ipſa ei⁹ eccl'ia ei aſſimiletur in admiſſiōe beni= gna pctōꝝ ad ea humiliter veniētium de qua ſe= quens parabola texitur Aut que mulier i que ec cleſia vel dioceſis habēs dragmas decē i fideles perfectos et dei imagine inſignitos p grām et ſi perdiderit p aliquod peccatū dragmā vnā,i fide lem recedentē a dei/vel fidei/vel eccl'ie vnitate⁹ nōne accendit lucernam ſancte predicationis q̄ declaratio ſermonū dei illuminat et euertit do= mum conſcientie peccatoris deſtruendo fantaſ= mata illuſiua et querit diligenter modos diuer= ſos perſuadendi vel attrahendi peccatorem nec ceſſat donec inueniat eam per verā penitentiam reddeuntē ad veniā eccleſie et poſtq̄ inuenerit animā perditā gaudens conuocat amicas ꝛ vi= cinas alias eccleſias vel dioceſes ad ſui auxiliū vel etiam ſi opus eſt ſeculares poteſtates dicēs eis congratulamini mihi per conſimilē diligen= tiam cooperantes ad conuerſione peccatoris q̄ inueni vel inuenire cupio dragmā i.animā quā perdiderā ſuo peccato Ita dico vobis ꝛc.eſt con ſimilis applicatio parabole vt in precedēte Un de colligitur qualitas temporis apertionis tertij ſigilli in quo ꝛ chr̄ſt⁹ per inſpiratione gratie ſue peccatores ad ſe cōuertebat ꝛ prelati eccleſie eo= rum conuerſioni diligenter inſiſtebant p p̄dica= tionem doctrine ſalutaris Sed auditorū quidā humiliter ꝛ deuote predicationē fidei recipiētes admiſſi ſunt ad eccleſiā dei alios vero euangelij contemptores ſuperbos dimiſſit deus in deſerto mundane vanitatis ¶ Moraliter autem pro no ſtro tempore eccleſia ſponſa chr̄i ex multis fi= delibus ſuis ſi aliquis in peccatū labitur inten= dit diligenter conuerſioni eius conuocato etiā ſi opus eſt auxilio vicinaꝝ ſibi poteſtatum nec tñ alios fideles propterea dimittit a ſua cura deſer tos Unde i hac parabola nō dr̄ q̄ querēs dragmā perditā dimittit alias nouē vt q̄rat vnā nā q̄lib; aliaꝝ eſt decia ex q̄ vnitatē nō deſerit ideo nec de ſerit vt nouenari⁹ Que pabola ꝯgregatio ꝯcilioꝝ eccl'ie inſinuat ad iformādos mores fideliū/ꝛ cor rigēdos errores delinq̄ntiū q̄ tpe apl'oꝝ ꝛ p̄dicto rū ſigilloꝝ iceperūt celebrari vt pꝫ ex actuū aplo rū cp 5 ¶ Cāt⁹ offertorij Speret i te dñe ex p̄s 9 allegat p̄dictā dei benignitate erga pctōres eū q̄ rētes p pñiam vñ laudad⁹ eſt de⁹ i eccl'ia fideliū ex pctōrib⁹ cōgregata ¶ Coio Dico vobis ꝛc ex euāgelio hodierno idem ꝯfirmat autoritate euā gelij de eccl'ia dei q̄ gaudet de ꝯuerſiōe pctōris Orones due ſecreta ꝛ vltima ſuplicāt p accepta tiōe ſacrificij ꝛ effectu ei⁹ i nobis q̄ ē duplex ſ pu ritas vel ſanctitas in via/ꝛ felicitas in patria

Tertia p̄s euāgelij

Moraliter.

Offertorium.

Coio.

## ¶ Caput nonageſimum tertiū de officio quinte dñice poſt penthecoſten quo miſteria apertionis quarti ſignaculi apoca= lipſis pertractantur/ꝛ de punitione tyrannorum gentilium exponuntur



Onſequitur i tē= pore apertiōis quarti ſignacu= li punitio tyrānoꝝ gentiliū ma xime romanoꝝ qui eccl'iaꝫ dei cōtēnentes multipliciter ea ve xarūt Illi⁹ tpis q̄litas his ver bis explicat apocalipſis 6 Et cū apuiſſet ſigillū q̄rtū vidi ꝛ ecce equ⁹ pallidus/ꝛ q̄ ſedebat ſuper

Argumētū officij

eũ nomẽ illi mors ⁊ infern⁹ ſequebatur eũ et data eſt illi poteſtas ſup oẽs quattuoꝛ partes terre interficere gladio/fame/moꝛte/⁊ beſtijs terre ⁊c Sicut eñ in apertione tertij ſigilli ad punitionẽ iudeoꝝ deus elegit Romanoꝝ pꝛincipes cũ ſuo magno exercitu duce Tito ſub imperio Veſpeſiani pr̃is ſui(q̇ pꝛincipes lꝫ fuerint benigni ⁊ vtiles reip Romane tñ hoſtib⁹ eoꝝ maxime iudeis diuina inſpiratiõe fuerũt valde terribiles ⁊ crudeles) ita in apertione quarti ſignaculi circa ãnos ere chr̃i nonaginta ad punitionem gentiliũ vocauit deus ad imperiale dignitate domicianũ alterũ filiũ Veſpeſiani qui ſcdam notabile pſecutionẽ exercuit in chr̃ianos Hic Domician⁹ multos nobiles ex Romanis fictis cauſis interfecit/alios terroꝛe ſuo a patria exules fugauit/cũ quibus etiã chr̃ianos mltipliciter vexauit nã beat⁹ Joãnes apl's ſub eo feruẽtis olei martyꝛiũ/venenatũ poculũ/⁊ tande exiliũ paſſ⁹ eſt Sub tali ergo tyꝛãno roman⁹ ppl'us erat velut equ⁹ pallid⁹ timoꝛe magno affect⁹ et q̇ ſedebat ſup illũ i Domician⁹ eoꝝ impatoꝛ/nome illi mo'ꝛs actiue q̇a ex eis multos interfecit et paſſiue qꝛ tãde ab eoꝝ ſenatu interfect⁹ eſt ꝑpter ſuã crudele tyꝛannide et infernus i infernalis exercit⁹ maloꝝ militũ ſequebaẜ eũ ad deſtruedũ romanũ imperiũ.⁊ data eſt illi poteſtas a ſummo gubernatoꝛe deo(q̇a ꝑ eũ volebat romanos caſtigare)ſup quattuoꝛ partes terre ſ oꝛiente/occidentẽ/meridie/⁊ ſeptetrione ad quas dilatabaẜ romanũ imperiũ in Aſia/Africa/Europa Huius aũt tyꝛãni poteſtas erat interficere vaſallos imperij gladio/fame/beſtijs terre/⁊ vniuerſaliter oi genere moꝛtis ſ ſuſpedio/igne/ſubmerſione ⁊ alijs eiuſmodi Aduertedũ hic ꝙ in apertiõe quattuoꝛ pꝛimoꝝ ſigilloꝝ Joãnes cõmemoꝛat illa quattuoꝛ aialia alata de quibus ſupꝛa in dñica trinitatis nã illis tepoꝛib⁹ inceperũt quattuoꝛ ſedes patriarchales ſ hieroſolimitana tepoꝛe pꝛimi ſigilli i bt̃o Jacobo minoꝛe apl'o/Antiochena tpe ſcdi ſigilli i bt̃o Paulo vl' Barnaba apl'o/Alexãdria ſub tertio ſigillo i bt̃o Marcho/Coſtantinopolitana ſub quarto ſigillo in pꝛimo ſuo p̄lato Eciã populi vocati ſunt equi ſicut zacharie 6 ſuper quos equitãt p̄lati reges ⁊ alij gubernatoꝛes ppl'oꝝ

Introit⁹ miſſe

¶ Eccl'ia ergo i hac dñica ad tepus Domiciani reſpiciẽs introitũ miſſe ponit Dñs illũinatio mea ex pſal' 26 et ſunt verba cõgratulantis eccl'ie illi⁹ tepoꝛis de ſua pꝛotectione inter anguſtias perſequentiũ tyꝛannoꝝ ⁊ de punitione ac ꝓſtratione ſuoꝝ aduerſarioꝛuꝫ Verſus Si cõſiſtant aduerſum me caſtra ex eode pſal' 26 ꝓfitetur ſpe ſue liberationis a futuris aduerſitatibus ſicut a pꝛeteritis ex mia dei

Oratio

Oratio Da nobis q̄s dñe vt mũdi curſ⁹ ⁊c applicãs moꝛaliter introitũ ad fideles pñtes petit eis dari a deo iã pace et trãquillitate tepoꝝ poſt tepeſtatẽ perſecutionũ ex quo iam inimici eccl'ie infirmati ſunt ⁊ ceciderũt

Eple argumẽtũ

¶ Epl'a Exiſtimo eñ ꝙ nõ ſunt cõdigne Rom̃ 8 eſt pꝛedicatio pꝛelatoꝝ illius tẽpoꝛis ad cõſolandũ fideles ſuos tribulationẽ perſecutionũ ab infidelib⁹ patietes Et pꝛimo hoc facit pꝛopter ſpẽ magne remunerationis Secũdo ibi vanitati enim ⁊c dat ratione diuine permiſſionis Tertio ibi ſcim⁹ eñ affert exeplũ nr̃e imitationis

Pꝛima ps eple.

Magna ſolet eſſe cõſolatio laboꝛantibus ꝙ certi fiat de bona ⁊ copioſa retributione ꝑ ſuo laboꝛe.nullus aũt dñs eſt tam liberalis retributoꝛ ſeruis ſuis pꝛo eo laboꝛantib⁹ ſicut redeptoꝛ noſter ieſus chꝛiſtus retribuit fidelib⁹ ſuis ideo dicebat pꝛelatus illius tepoꝛis exiſtimo immo ⁊ certiſſime credo ꝙ nõ ſunt cõdigne i tante dignitatis aut valoꝛis paſſiones huius tepoꝛis i hui⁹ vite bꝛeuis quas pꝛo chꝛiſto patimur ad futuraꝫ gloꝛiã i quante dignitatis et valoꝛis eſt illa gloria que dabitur nobis ab eo pꝛo mercede que et reuelabitur in nobis i clare mõſtrabitur in fine mundi nã modo abſcondita eſt quã nec oculus vidit/nec auris audiuit/nec in coꝛ hominis aſcendit.nã expectatio i paciẽtia in aduerſis creature i hominis que fere eſt omnis cratura(Matthei vltimo pꝛedicate euangeliũ omni creature)reuelatione i gloꝛiã reuelandã filioꝝ dei expectat ex diuina pꝛomiſſione non ergo fatigemur in tribulationibus qꝛ non ſine ſpe magni pꝛemij eas tolleramus

Scda ps eple

Sed cur de⁹ ſic pmittat tribulari ſeruos ſuos in hoc mũdo declarat cũ ſubdit qꝛ vanitati i mutabilitati foꝛtun e ſubiecta eſt creatura hũana non volens ſponte ſua quia naturaliter inclinatur ad quiete ⁊ permanentiã in bono qđ habet ſed ꝑpter eũ iuſtũ gubernatoꝛe mũdi qui ſubiecit eã tali miſerie i penã peccati oꝛiginalis ⁊ tamẽ in ſpe retributionis pꝛo merito patientie ⁊ tollerantie ſue in aduerſis nõ eñ pmittet deus hoiem penitus exterminari in tribulationib⁹ qꝛ ipſa creatura humana tandẽ liberabitur et bonitate dei a ſeruitute i a miſeria coꝛruptiois ſue nature hoc eſt a culpa ⁊ pena oꝛiginalis peccati quod eſt nature humane coꝛruptio ⁊ veniet in libertatem gloꝛie filioꝝ dei i que debetur filijs dei filio enim debetur hereditas in domo patris vt pauloante in eode capitulo declarauit apoſtolus ſeruo aũt nõ debetur hereditas in domo ſui dñi ſed vt ſapiens dicit eccleſiaſtici 36 cib⁹ ⁊ op⁹ et diſciplina ſeruo Magna ergo eſt dei benignitas ad nos qui cum ſimus ſerui inutiles et mali vult nos adoptare i i filios et coheredes vnigeniti et naturalis filij ſui Vult tame interim nos pꝛobari et purgari tribulationibus et anguſtijs in hoc ſeculo vt compatiamur chꝛiſto cum quo poſtea conregnemus

Tertia ps epiſtole.

Ad hoc autẽ magis perſuadedum adducitur duplex exemplum noſtre imitationis pꝛimum eſt de creaturis irrationalibus que infra nos ſunt Scimus enim quod ois creatura talis ad noſtrũ ſeruitiũ facta ingemiſcit i patitur ꝑpter nos qꝛ cõſumimus ⁊ deſtruim⁹ eas ad nr̃am vtilitate in cibo ⁊ potu ac veſtitu et parturit i cũ laboꝛe ⁊ difficultate operaẜ ad noſtrũ ſeruiciũ vt patet in iumentis q̄ nobis ſeruiũt ⁊ laboꝛant ꝑ nobis vſq₃ adhuc i durante huius mundi curſu Si ergo iſte creature q̄ nõ peccauerunt patiunẜ a nobis multa ꝑpter noſtrã vtilitatem ⁊ honoꝛe quare nos liƀi nõ patiemur ꝑpter

deū ad cui⁹ ſeruiciū ꝛ honorē conditi ſum⁹ vult enim deus ꝙ ſint creature nobis ſubiecte cū patientia tollerant labores/ꝛ paſſiões multas propter noſtrū ſeruiciū ꝛ honorē.ita ꝛ nos deo ſubiecti patienter feramus tribulationes mundi propter honorē dei Scđm exēplū eſt de apoſtolis ꝛ alijs principalioribus ſāctis qui erāt ſupra nos vnde dicit̄ non ſolū autē patit̄ propter hoīes illa creatura irrationalis ſed ꝛ nos ipſi.i apoſtoli prelati vſi primicias ſpūs i principales ꝛ precipuas grās ſpūs ſancti habētes ſuper oēm creaturā dei ꝛ ipſi intra nos gemimus i patimur multa propter ſeruos dei cupiētes adoptione filioꝝ dei procurare hoīb⁹ per nr̄am pdicatione expectātes ꝙ̄ redemptionē finalē in die iudicij corporis nr̄i i eccleſie chr̄iane cui⁹ mēbra ſum⁹. in chr̄o ieſu dño nr̄o i.a chr̄o iuſto retributore pro laborib⁹ nr̄is cui⁹ paſſionis meritū obtinuit nobis a deo futurā glificationē ꝛ aiaꝝ rarum ꝛ corpoꝝ. Si ergo apl̄i chr̄i tanta dignitate prediti ſic permiſſi ſunt pati in mūdo quid mirū ſi alios minores fideles ſuos deus permittat ſubire tribulatiões ꝛ anguſtias in hoc mūdo cū hoc ad bonū fine tendat.ſ ad honorē dei/ad vtilitate eoꝝ/ ꝛ ad cōfuſionem vel finalē perditionē maloꝝ perſequentiū ſeruos dei⁹

Graduale ¶ Seqtur graduale Propiti⁹ eſto ꝛc ex pſalmo 78 quo eccleſia in tribulatione poſita patiēter ſe hūilians petit a deo miſericorditer liberari. ne cōfuſa ꝑpter peccata ſua videat̄ derelinqui a deo ſuo ꝛ ꝑpterea derideat̄ ab infidelib⁹ Verſ⁹ Adiuua nos ꝛc.ex eodē pſ petit ergo auxiliū a do ſalūt ꝑpter honore ipſi⁹ ne ſic derelinques ſuos

Alleluia ipſe de⁹ ſpernat̄ ꝛ blaſſemet̄ ab alijs nō ſuis Alleluia.Deus q ſedes ꝛc ex pſalmo 9 ne ꝑpter ignorantiā diuine maieſtatis vituperetur deus ab infidelib⁹ allegat ei⁹ dignitate.qua potes eſt eſſe refugiū ſeruoꝝ ſuoꝝ afflictoꝝ qđ ſi nō facit exercet cū eis iuſticiā.¶ Euangeliū Cū turbe irruerent

Euāgeliū argumē Luce 5 poſt infideliū punitionem propter ecclie chr̄iane tribulationē deſcribit fideliū multiplicationē p aplicā pdicatione vt eñ narrat Lucas in actib⁹ apl̄oꝝ pri⁹ oēs apl̄i pdicauerunt iudeis ex mādato chr̄i poſtea vero maioribus iudeoꝝ contumaciter reſiſtētib⁹ dixerūt ad eos apl̄i vobiſ oportebat primū pdicare regnū dei ſꝫ qꝛ noluiſtis illđ recipere ecce cōuertimur ad getes ex quib⁹ multos ſua pdicatiōe ad fide chri traxerūt. Sic tñ ꝙ Petr⁹ aplus precipuā curā circūciſionis acceperit i iudeoꝝ inter getiles diſperſoꝝ Paul⁹ vero ꝛ Barnabas cū quibuſdā alijs aplis ad predicādum gentibus miſſi ſunt Hinc factū eſt vt ecclia chr̄i ex duobus populis conſtitueretur iudeoꝝ ſ ꝛ gētiliū Sed appropriato vocabulo pars eccleſie ex iudeis vocat̄ nauicula Petri de qua euangeliū hodiernū ordit̄ Et primo declarat quomodo ecclia chr̄i inceperit in populo iudeoꝝ Scđo ibi vt aūt ceſſauit quomodo ꝑfecerit in pplo gētiliū Tertio ibi quod cū videret quomodo remā

Prima pars euāgelij ſerit poſt morte apl̄oꝝ In illo itaq tepore primitiue ecclie cū turbe pploꝝ vocate pdicatiōe apoſtoloꝝ irruerent.i.feruenter venirent.in.i.ad ieſū i.fidē eius reciperent ꝛ baptiſmū vt audirēt verbū dei i predicationē ad informandū vitā ſuam virtutibus.et ipſe Jeſus ſtabat tanꝙ adiutor fidelium ſecus i.iuxta ſtagnū geneſareth i. mundum tempeſtuoſum procellis temtationum naꝫ illo tempore chriſtus ꝛ ſua gratia confortabat fideles ꝛ ſua pena humiliabat infideles mundanos et vidit per approbationē duas naues.i.eccleſias fideliū iudeoꝝ ſcꝫ ꝛ gentiliū ſtantes i perſeuerātes in gratia dei ꝛ fide chriſti ſecus ſtagnū. ſcꝫ infidelium qui eos tribulabat piſcatores autem i.predicatores euangelici deſcenderant per verā humilitate/et lauabant per conſcientie puritatem retia i predicationes ſuas que nexibus diuerſarum rationū contexte ſunt admodum retis Aſcedens autē chriſtus per gratiā ſuā primo in vnā nauim i eccleſiā fideliū ex iudeis vnam dico i vnitam charitate dei qꝛ vt dicitur in actib⁹ apoſtolorum erant illis omnia cōmunia.que nauis erat Simonis Petri qꝛ ſibi ſpecialiter cōmiſſa a deo vt gubernaret eam et rogauit eum chriſtus i temperauit predicationem eius vt reduceret i.reuocaret ꝛ retraheret illam eccleſiam a terra i a terrenorum cura ꝛ affectione non quidem ſtatim multum ſed puſillum qꝛ noui fideles non ſunt ſtatim a principio trahendi ad profunditates ſacramentorum fidei dicente apoſtolo Paulo prime corin 3 tanꝙ paruulis in chriſto lac potum dedi vobis non eſcam quia perfectorum eſt ſolidus cibus et ſedens i quieſcens aliquanto tempore in iudea per ſuos apoſtolos docebat turbas gētium de nauicula Petri qꝛ de ſyon exiuit lex chriſti ꝛ verbum domini de hieruſalem venit ad gentes Eſaie 2 et ſalus ex iudeis eſt Joannis 4

Poſtea vero propter ingratitudinem iudeorum predicatores euangelici trāſierunt ad gentes vnde ſequitur vt ceſſauit autem loqui chriſtus per ſuos predicatores in nauicula iudeorum dixit ad Simonem Petrum maximum eccleſie paſtorem duc rete predicationis tue ꝛ aliorum in altum i profundum gentilitatis et ſimiliter vos omnes predicatores ꝛ prelati eccleſie laxate i.extēdite retia veſtra.i veſtrarum predicationum in capturam animarum i ad capiendas animas que intra rete predicationis incluſe ſic detinentur qꝛ non moriuntur/ ſed potius viuificantur Et reſpondēs Simō Petr⁹ per operis executionē dixit ad ieſum O preceptor predicatoꝝ per totā nocte iudaice cecitatis laborātes i.cū labore ꝛ periculo magno pdicātes nihil cepim⁹ i fere nihil aut paꝝ ꝑfecim⁹ qꝛ paucos ꝛ nō niſi dilectos eoꝝ cōuertim⁹ in verbo aute i precepto tuo laxabo i extēdā rete pdicatiōis in mari magno gētiliū Iſta tamē Petri reſpōſio in glo ordinaria exponit̄ de differētia inter ꝑphetas et alios pdicatores legis veteris (q dicebat̄ nox reſpectu legis euangelice que cōparat̄ diei) ꝛ ſuos pdicatores aplos ꝛ alios doctores ecclie qꝛ pdicatores ve legis nihil aut paꝝ ꝑfecerūt ſuo tpe in cōuerſione gētiliū pdicatores aūt euāgelici plurimū.ſed ad propoſitū quarti ſignacli ꝛ hui⁹ — Sc̄a pars euāgelij

nři officij meli⁹ exponitur cõparãdo tẽpoꝛa dua
rum pꝛedicationũ quas apl'i fecerũt alterã in po
pulo iudeoꝝ in qua parũ pꝛofecerũt ⁊ altera in
populis gentiliũ vbi laxatis retibus ſue pꝛedica
tionis plurimos ad fide traxerunt vnde ſubdit
Et cũ hoc feciſſent apoſtoli diligẽter pꝛedicãtes
in toto mũdo concluſerunt intra rete fidei copio
ſam multitudinẽ gentiliũ que ⁊ tanta fuit vt nõ
ſolũ boni/ſed etiã mali multi ad eccleſiã recipe
rentur ex quoꝝ diuerſitate dicitur ꝙ rũpebatur
aliquando rete fidei hereſibus/et ſciſuris diſcoꝛ
diarum Quare apoſtoli ⁊ alij pꝛedicatoꝛes ex iu
deis annuerũt ſuis pꝛedicatione ſocijs i ſapienti
bus gentiliũ.qui erant in alia nauicula i in alio
populo vt venirent ad eccleſiã per fidei ⁊ baptiſ
mi ſuſceptionẽ ⁊ adiuuarent eos ſuis doctrinis
philoſophicis ad cõuincendũ hereticos diſputa
tionibus et venerunt multi ex philoſophis gẽti
liũ ad fidẽ vt Cipꝛianus/Lactãtius/Victoꝛin⁹/
Ambꝛoſius/Auguſtinus/⁊ alij plures qui adiu
uantes pꝛedicationẽ aploꝝ impleuerũt fidelibus
ambas nauiculas eccleſie i circũciſione ⁊ pꝛepu
ciũ ita vt pene mergerentur in mari ſeculariũ ne
gocioꝝ nã multiplicatis fidelib⁹ bonis et malis
in eccleſia dei ipſa pꝛemitur multis negocijs cau
ſarũ que in ſuo pꝛincipio religioſe viuebat deſpi
Tertia ps euãgelij. cies oĩa ſecularia negocia Sed de tã mirabili ⁊
copioſo ſue pꝛedicationis effectu apoſtoli nõ ſu
perbia elati ſunt ſibi attribuẽtes hui⁹ rei gl'iam
ſed potius deo cuius grã adiuti tantũ ꝓfecerũt
ideo ſubditur quod cũ videret Simon Petr⁹ et
oĩa aploꝝ choꝛus i tantã hominũ multitudinem
rete pꝛedicationis fidei captã pꝛocidit per verã
humilitatẽ ad genua ieſu adoꝛanda pꝛo gratiaꝝ
actiõe dicẽs ei exi a me dñe i fac me exire a mea
phantaſia ne mihi attribuam tantũ opus q2 ho
mo peccatoꝛ ſum/⁊ nõ ſufficio ex meipſo operari
quippiã boni ſine tua gratia pꝛeueniẽte/⁊ coope
rante ſtupoꝛ enim i.admiratio magna circunde
derat eũ ⁊ oẽs alios aplos ⁊ pꝛedicatoꝛes euan
gelicos qui cũ eo erant in captura piſciũ quã ce
perant i qui ſimiliter laboꝛauerant in officio pꝛe
dicationis/⁊ multos ad fidẽ conuerterãt nã pꝛe
ter ſpem eoꝝ videbant immenſam hominũ mul
titudinẽ ad fide veniſſe miniſterio ſue pꝛedicatio
nis ideo mirabantur de tã copioſo munere diui
ne gratie Similiter ceperat admiratio de hac re
Iacobũ i ſupplantatoꝛẽ mundi philoſophũ iã fi
delẽ ⁊ Ioãnem i cui donatio gratie facta eſt hoc
eſt oꝛatoꝛem gratioſum i vbis perſuaſiuis filios
zebedei i fluentis populi getilis qui poſt ſuã cõ
uerſionẽ ad fidem chꝛiſti erant ſocij Simonis in
officio pꝛedicationis euangelij q d non ſolũ ad
mirabãtur apoſtoli ⁊ alij pꝛedicatoꝛes ex iudeis
ſʒ etiã ipſi gentiliũ magni philoſophi ⁊ oꝛatoꝛes
quomodo i in tã paruo tẽpoꝛe ferme triginta an
noꝝ illi pauperes ⁊ illiterati piſcatoꝛes totũ fere
oꝛbe ad fidẽ chꝛiſti conuerterant nã Auguſtinus
voce illoꝝ oim pꝛoferens dixit nullũ eſſe mai⁹ mi
raculũ ad conuincendũ infideles ꝙ̃ cõuerſio to
tius oꝛbis in tam paruo tẽpoꝛe/⁊ a tã paucis/⁊ tã
deiectis hominib⁹ ſecundũ opinionẽ mundi Ad
conſolationẽ maioꝛẽ aploꝝ oſtenditur ꝙ poſt eo
rum obitũ ſit eccleſia conſeruanda/pꝛoſperanda
⁊ augmentanda per eoꝝ ſucceſſoꝛes pꝛelatos et
ait ad Simonẽ Ieſus loco oĩm apoſtoloꝛũ noli
timere/eccleſie tue poſt moꝛtẽ tuã ex hoc ent,i.
poſt hoc tẽpus etiam homines eris capiens per
tuos ſucceſſoꝛes in officio/⁊ gradu tuo. nã ita be
ne cooperabitur eis gratia dei ſicut vobis Et q2
tempoꝛe huius quarti ſigilli apoſtoloꝛum cetus
ſacratiſſimus in Ioanne eoꝛũ vltimo peregrina
tionem vite huius finiuit ideo euangeliũ hoc de
obitu apoſtoloꝝ concludens ait et apoſtoli ſub
ducti i adductis nauibus ſuaꝝ eccleſiaꝝ a mari
mundane vanitatis.ad terrã i ad firmitatẽ chꝛi
ſtiane fidei ⁊ religionis que littoꝛi maris cõpara
tur relictis oĩbus eccleſie rebus diſpoſitis ꝓ ſuis
ſucceſſoꝛibus ſecuti ſunt eum i.chꝛiſtũ eoꝝ magi
ſtrum per moꝛtẽ ⁊ varia toꝛmenta ad gloꝛiã diui
ne fruitionis peruenientes nã ipſe chꝛiſtus ap
parens Ioanni apoſtoloꝝ vltimo deceſſuro di
xit ei veni dilecte mi poſt me q2 tẽpus eſt vt epu
leris in conuiuio meo cũ fratribus tuis i apoſto
lis iam defunctis ante te in tempoꝛibus alioꝝ ſi
gilloꝝ. ¶ Moꝛaliter vero pꝛo fidelibus noſtri tẽ Moꝛalitas.
poꝛis ex toto officio colligi poteſt quã pacientes
debent eſſe in aduerſitatibus aut tentationibus
huius mundi/ſiue pꝛoueniant a deo pꝛopter no
ſtram coꝛrectionem vt ſunt infirmitates ⁊ perdi
tiones bonoꝛum ex caſibus foꝛtuitis contingen
tes ſiue pꝛocurentur a diabolo pꝛopter noſtram
damnationem quales apparuerunt in Iob ⁊ in
ſancto Antonio egyptio et in quibuſdam alijs:
ſiue deniq3 inſurgant a malis hominibus nos
perſequentibus pꝛopter ſuam ambitionem cu
iuſmodi ſunt furta/homicidia/adulteria/⁊ alia id
genus ad hec enim equanimiter tolleranda ſua
dent nos exempla chꝛiſti ⁊ alioꝛum ſanctoꝛũ im
mo ⁊ creaturarum irrationabilium maxime au
tem eſt neceſſaria pacientia in actib⁹ noſtre per
egrinationis ⁊ penitentie in hac ſexta mũdi eta
te in qua decurrit eccleſia quaſi nauis in medio
mari fluctuãs inter pꝛocellas ⁊ turbines diuer
ſarum tempeſtatum cuius nauicule guberna to
res pariter ⁊ hominũ piſcatoꝛes debent eſſe pꝛe
lati qui rete ſue pꝛedicationis catholice et bone
vite capiant hoĩes ad obſequiũ chꝛi Verũtamẽ
cauere debent ne officiũ huiuſmodi piſcatiõis ag
grediant in nocte ignoꝛãtie/aut male vite q2 tũc
dicent cũ Petro per totã nocte laboꝛauimus ⁊ ni
hil cepim⁹ Debent ergo in verbo dei laxare rete
pꝛedicationis ⁊ gubernationis eccl'ie i ad volun
tatem ⁊ mandatũ dei confoꝛmiter agendo ad ea
que chꝛiſt⁹ eis pꝛecepit dicẽs paſce oues meas
na ſic facientes capiẽt piſciũ multitudinẽ copioſã
quã implere valeãt ãbas nauiculas eccl'iaſticoꝝ
⁊ ſclariũ bona doctrina fidei ⁊ religiõis ſancte ſʒ
cũ hec fecerint nõ ſuperbiãt dicẽtes/man⁹ nr̃a ex
celſa fecit hec/ſed poti⁹ hũilient coꝛã deo memo
rãtes illũ ps Nõ nobis dñe nõ nobis ſʒ nõi tuo
da gl'iam ¶ Cãt⁹ offertoꝛij Illumina oculos meos Offertoꝛium.

ex pſalmo 12 per hiſtoriã eſt vox eccleſie illius tꝑoris que orbata ſuis primis fundatoribꝰ apoſtolis iam defunctis. orat deũ pro auxilio gratie ſue ne forte ex dormitione apoſtoloꝝ ipſa quaſi derelicta dormiat in peccatis aut erroribus contra fidẽ ꝛ legẽ dei vel etiã ne ſuccũbat in aduerſitatibus huius vite.ideo petit illuminari aut excitari a ſomno per dei gratiã nequãdo dicat inimicus corporalis aut ſpiritualis preualui aduerſus eũ Oratio ſecreta oblationibꝰ q̃ſumꝰ petit in virtute ſacrificij Euchariſtie nr̃am cõuerſionẽ ad deũ ſiue i proſperitate per beneplacitũ nr̃m/ ſiue in aduerſitate cõpellendo noſtras rebelles voluntates ad ſe Unde patet ꝙ eccleſia non abſolute orat liberari a tribulationibus huius mũdi ſed ſub conditione ſ quando ille non ſunt neceſſarie ad conuincenda noſtre voluntatis rebellionẽ. ¶ Cantus cõmunionis Dñs firmamentũ meũ ex pſalmo 17 eſt cõgratulatio eccleſie de diuina protectione ꝛ liberatione ſua a tribulationibus et preſuris huius mũdi Oro finalis Miſteria nos dñe ꝛc applicat cõmunionẽ moraliter ad p̃ntes petẽs eccle purificationẽ aut ꝓtectionẽ in aduerſis per virtutẽ euchariſtie ſuſcepte — *Co.*

## ¶ Caput nonageſimum

quartũ de officio ſexte dñice poſt penthecoſten in quo aperto quinti ꝛ ſexti ſignaculi apocalipſis declarat̃ facta in octo pſecutionibꝰ tyrãnoꝝ.

*Argumẽtũ officij*

Preſentis vite mala ſeu tribulatiões diuina ſapiẽtia ordinauit quaſi medicinas maloꝝ hoim purgatiuas/ꝛ bonoꝝ preſeruatiuas Unde nimirũ ꝙ viciſſim alternet in eccl̃ia ſua cõſolationes ꝛ pſecutiones ne ex diuturna ꝓſperitate laſciuiat neqꝫ ex lõga tribulatiõe deficiat Decẽ vero narrantur in eccl̃iaſtica hiſtoria eccleſie chriſti tribulationes principales a tyrannis gentiliũ excitate ſed alternate ꝛ permixte cõſolationibꝰ in toto pro tpe eccl̃ie.ſ a chro vſqꝫ ad Cõſtantinũ ꝛ Siluestrũ qꝺ dr̃ tepus martyꝝ et repreſentat̃ in dñicis quibꝰ cantat̃ hiſtoria regũ in officio matutinali q̃rũ hec ſexta vltia eſt ¶ Perſecutiões decẽ iſte fuere Primã fecit Nero nã cũ poſt Tyberiũ(ſub quo paſſꝰ eſt chr̃us ꝛ ſpũmſcm aplis miſit)imperaſſet Gaiꝰ ipẽ nõ exercuit aliquã pſecutione in chr̃ianos lꝫ decreuerit eã facere ſed morte preuentꝰ eſt Huic Gayo ſucceſſit Claudius q̃ nihil cõtra fideles attentauit Poſt Claudiũ imperauit Nero Unñ pma iſtaꝝ decẽ pſecutionum Neroni attribuit̃ q̃ apl'oꝝ pncipes occidit ꝛalios mltos chr̃ianos Rome ꝛ in alijs ptibꝰ ſui imperij martyrizauit ꝛ cotra eos leges criminales ordinauit circa annos chr̃i ſexaginta Poſt Neronẽ Otto/Galba/ꝛ Uitelliꝰ de imperio cotẽdentes nihil curare potuerunt de chr̃ianis His ſucceſſere Ueſpeſianꝰ/et Titꝰ filiꝰ eiꝰ moleſti quidẽ iudeis rebellibꝰ nõ aũt chr̃ianis hũilibꝰ.Deinde imperauit Domicianꝰ q̃ edicta Neronis contra eccl̃iam renouãs ꝛ alia ſupaddẽs ſcd̃am pſecutionẽ notabile mouit cõtra fideles chr̃i de qua ſupra i q̃rto ſigillo circa ãnos chr̃i nonaginta Domiciano occiſo ſucceſſit Nerua imperãs tantũ anno vno pacifice q̃ Traianũ adoptas in filiũ.eũ reliq̃t imperij ſucceſſorẽ.hic Traianꝰ zelo falſe religiõis ydoloꝝ tertiã exercuit i eccl̃iam pſecutionẽ circa annos chr̃i cetũ. Antonꝰ pꝰ q̃rtã circa ãnos chr̃i cetũ ꝛ q̃nq̃gita Seuerꝰ q̃ntã circa ãnos chr̃i cẽtũ ꝛ nonaginta. Maximꝰ ſextã circa ãnos chr̃i ducetos ꝛ viginti Decꝰ ſeptimã ꝓpe ãnos chr̃i ducetos quiquagita Ualerianꝰ octauã iuxta ãnos chr̃i ducẽtos ꝛ ſexagita Aurelianꝰ nonam circa ãnos chr̃i ducẽtos ꝛ ſeptuagita Dioclecianꝰ decimã cũ ſocio Maximiano circa ãnos chr̃i ducetos ꝛ octogita/ꝛ deinceps vſqꝫ ad ãnos ferme trecẽtos ere chr̃i Lꝫ aũt mlti alij impatores romanoꝝ interme dij hoꝝ fuerint quoꝝ tẽporibꝰ pleriqꝫ fideles chr̃i fuerit martyzati ex mãdato eoꝝ nõ tñ ita crudeliter ſicut iſti nec ſic noua edicta fecere nec antiqua ſuſcitauere cõtra chr̃ianos ꝛ ideo p̃dicti decẽ ſpecialit̃ dicunt̃ chr̃iane eccle pſecutores Poſt punicionẽ ergo iudeoꝝ ꝛ gẽtiliũ cũ aliquali cõſolatiõe fideliũ in p̃dictis duabꝰ dñicis recitatã ſecute ſunt i eccl̃ia dei alie pſecutiões octo reſidue nõ q̃dẽ cõtinue ſꝫ cõſolationibꝰ ad reſpirãdũ diſcrete q̃ oẽs ad tẽpora quinti ꝛ ſexti ſigilloꝝ ptinẽt:ꝛ ab eccl̃ia in officio miſſali huius dñice ſub breuiloquio cõmemorant̃. Haꝝ octo pſecutionũ priores ſeptẽ pſecutiones(qꝛ minꝰ crudeles)ſub q̃nto ſigillo cõprehendunt̃ octaua vero q̃ eſt decima omn vltima atqꝫ accerbiſſima ſexto ſigillo reſeruat̃. De his ergo textꝰ Joãnis apocalypſis. ẽ talis eſt Et cũ aperuiſſet quintum ſigillũ vidi ſubtꝰ altare dei aias interfectoꝝ ꝓpter verbũ dei/ ꝛ ꝓpter teſtimoniũ qꝺ habebat ꝛ clamabãt voce magna dicẽtes/vſqꝫquo dñe ſanctꝰ ꝛ verus nõ iudicas nec vidicas ſanguinẽ noſtrũ de his qui habitãt in terra ꝛ date ſunt illis ſingule ſtolle albe ꝛ dictũ eſt illis vt requieſcerẽt tẽpꝰ adhuc modicũ donec cõpleantur cõſerui eoꝝ et fratres qui interficiẽdi ſunt ſicut ꝛ illi. Cuiꝰ intelligẽtia hec eſt cum aperuiſſet i.reuelaſſet chriſtus in eccleſia ſua ſigillũ quintũ.i tempus quintũ quod ab anno ere chriſti fere centeſimo incepit ſub Traiano ꝛ per annos quaſi centũ ꝛ octoginta durauit vſqꝫ ad Diocletianũ excluſiue In hoc inq̃ tepore vidi ſub altare dei quod i locis occultis portatile fiebat a chriſtianis propter imminetes perſecutiones tyrãnoꝝ infideliũ ꝛ cõiter ponebat̃ ſuper ſepulchra ꝛ reliq̃as martyꝝ de quibꝰ hec littera loquitur dicẽs vidi ſub altari in quo ſacerdotes chr̃i celebrabãt miſteriũ euchariſtie aias ꝛ corpora innumerabiliũ martyꝝ interfectoꝝ ꝓpter verbum dei qꝺ predicabãt oibus gẽtibꝰ de miſterijs chriſti ꝛ noſtre redẽptionis ꝛ propter teſtimoniũ qꝺ habebant qꝛ nõ ſolũ per teſtes ſed etiã p propriã martyrum confeſſionẽ probabantur colere chriſtum et illa cultura vel ſeruitus chriſti erat cauſa ꝓpter quam ferebatur ſentẽtia cõtra eos.

*Decẽ pſecutiões eccleſie a gẽtibꝰ.*

*Pma ſub Nerone*

*Scd̃a ſub domiciano*

*tertia ſub Traiano.*

*Alie ſex.*

*decia ſub diocletiano.*

Et clamabāt ſancti martyres corā deo voce magna .i. manifeſtiſſima experiētia ſuoꝝ corpoꝝ oſtēdebant corā deo ⁊ tyrānoꝝ crudelitate dānabile/ ⁊ ſctōꝝ innocentiā premiabilē. Hec ergo euidentia facti vocat̄ hic clamor martyꝝ. ſicut etiā Geneſis 4. dicit̄ vox ſāguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra .i. euidēter oſtēdit tuā maliciā valde dānabilē. Quid aūt clamaret tūc martyꝝ ſic ſubditur vſqꝫ quo dñe potēs punire tyrānos infideles/ſanctus ⁊ ſanctitatis amator/⁊ ver⁹ in promiſſis tuis nō iudicas ꝓferendo ſententiā dam nationis cōtra noſtros occiſores ⁊ non vindicas premiando ſanguinē noſtrū .i. penas quas paſſi ſumus ab his tyrānis qui habitāt in terra .i. qui dominātur alijs ac ſi ſemp victuri eſſent in terra Et date ſunt illis martyribus ſtatim in premiuꝫ laboꝝ ſuoꝝ ſtolle ſingule .i. veſtes glorie ſimplices qꝛ ſolū quantū ad aīas ⁊ dictū eſt illis a deo vt requieſcerēt corpora ſua in ſepulchris per modicum tēpus .ſ. vſqꝫ ad die iudicij (quod certe valde paruū eſt eternitati cōparatū) donec cōpleat̄ ſecundū diuinā predeſtinationē numerus fratrū ſuoꝝ qui interficiendi ſunt in alijs tēporibus huius ſexte etatis pro lege chriſti ſicut ⁊ illi ꝙ prius martyrizati ſunt in temporibus precedentibus Eſt ergo ſenſus totius littere ꝙ in ſigillo quinto ex permiſſione diuina ſub tot tyrannis populus dei adeo erat oppreſſus ꝙ nullas haberet apertas eccleſias/nullis altaris ſacrificij Euchariſtie certa ⁊ publica ſed in locis occultis timore infidelium ⁊ in criptis martyrū fiebat altare ligneū pro miſſa celebranda que martyrum ſepulchra innumera clariſſime oſtendebant tyrānos illos gētiles eterna pena dignos in corpore ⁊ anima et ſimiliter martyres noſtros duplici glorie premiandos eternaliter Quamuis durante huius mundi curſu decreuerit diuina ſapientia ſolas vtrorumqꝫ animas puniendas vel premiādas corporum autem penam aut gloriam differendā eſſe vſqꝫ ad diem iudicij generalis vbi omnes et ſimul boni et mali reſurgentes comparebunt pariter iudicandi/et finaliter ſententiandi hi ad gloriam in corpore ⁊ anima que eſt duplex ſtolla hominis illi autem ad penam eternā in vtroqꝫ homine De tempore autem extreme perſecutionis ⁊ quidem accerbiſſime ſub imperatoribus Diocletiano et Maximiano hec verba ſequuntur in apocalypſi Et cum aperuiſſet ſigillum ſextum .i. tempus ſextum (quod fuit ferme viginti annorum ante Conſtantinum imperatorem) vidi et ecce terremotus magnus factus eſt qꝛ publico edicto imperatorum moti ſunt contra chriſtianos fere omnes hoīes ⁊ oēs iudices toti⁹ terre habitabilis et ſol .i. chriſtus deus noſter factus eſt niger .i. denigratus eſt ab illis tyrannis in honore et fama ſua Dicebant enim eum fuiſſe deceptorem hominum per magicam ſuperſtitionem ⁊ reputabatur tunc chriſtus tanqꝫ ſaccus ſilicinus .i. deſpectus inter hoīes propter crucis patibulum quod ſuſtinuit pro nobis qꝛ gētiles predicationem crucis reputabant ſtulticiam. et luna .i. eccleſia (que lumen recipit a ſole chriſto) tūc temporis facta eſt vt ſanguis .i. plena ſanguine martyrum gladio et alijs generibus martyrij occiſorum legitur enim in hiſtoria ſcholaſtica ꝙ tunc in ſpacio vnius mēſis decem et octo millia chriſtianorum promiſcui ſexus fuerint occiſa pro chriſto in diuerſis prouincijs ⁊ regionibus et ſtelle celi .i. multi prelati et doctores eccleſie timore mortis perterriti ceciderunt de celo militantis eccleſie quia receſſerunt a fide legitur enī ꝙ Marcellus papa tunc temporis ydolis thurificauerit ex timore conſimiliter ⁊ plures alij prelati ⁊ doctores tunc fecerunt ideo dicit̄ ꝙ ceciderunt ille ſtelle ſuper terram .i. timorem vel amorem terrenorum malorum aut bonorum ſicut ficus emittit in terram groſſos ſuos .i. fic⁹ prematuros qui facile cadunt propter defectum debiti caloris cum a vento magno mouentur anteqꝫ veniant ad maturitatem debitam q. d. ꝙ tunc in eccleſia dei flauit ventus magne perſecutionis ⁊ ceciderunt a fide multi ex nouiter conuerſis in quibus nondum erat maturitas fidei ⁊ feruor charitas et celum .i. ſacra ſcriptura receſſit a fidelibus chriſti ſicut liber inuolutus .i. plicatus et clauſus qꝛ tunc fideles occultabant ſacros libros et predicationem euangelij quātum poterant et omnis mons ⁊ inſule .i. fideles habitantes ibidem de locis ſuis moti ſunt fugientes perſecutionem gentilium Si ergo fugiebant iſti habitantes in locis munitiſſimis et abſconſis multo magis alij qui planicies manifeſtas colebant et reges terre/⁊ principes/⁊ tribuni/ et diuites/⁊ fortes ⁊c. qꝛ de omnibus his ſtatibus crediderant multi in chriſtū abſconderunt ſe a perſecutoribus in ſpeluncis et petris montium ⁊c. clara eſt littera Sed per iſtos mōtes ⁊ petras in quibus fideles ſe abſcondebant poſſunt etiam ſancti dei intelligi a quibus auxiliū deuotis orationibus petebant dicētes cadite ſuper nos per compaſſionem ⁊ abſcondite nos veſtris precib⁹ ⁊ meritis a facie ſedentis ſuper thronum .i. a iudicio dei quod ſuper eccleſiam vrget ⁊ ab ira agni .i. ab hominis chriſti flagello contra ſuos fideles ⁊ quis poterit/ſtare .i. perſeuerare in fide niſi fuerit de ſuper adiutus veſtris precibus Hec de perſecutionibus eccleſie primitiue ⁊ finitur ſextum capitulum apocalypſis in apertione ſexti ſigilli His ergo duob⁹ ſigillis correſpondens officium miſſale hui⁹ dominice introitum facit Exaudi domine vocem meam ⁊c. pſalmo 26 vt patet in verſu/Dominus illuminatio mea ⁊c. qui eſt principium eiuſdem pſalmi. quo introitu eccleſia illius temporis clamabat pre anguſtia ad deum petens auxilium celeſte ad ſuſtinendas perſecutiones illas ne videatur derelicta et deſpecta a deo ſponſo ſuo ſicut econtra ab eo illuminata per auxilium gratie habet multū fauorem ⁊ neminem timet Oratio Deus qui diligētibus te ⁊c. applicans introitū moraliter ad p̄ſentes petit charitatis feruorē in cordibus fidelium. quo deum ſuper omnia creata diligentes in ſpe

Introit⁹ miſſe.

Oratio.

felicitatis ꝓmiſſe perſeuerent in aduerſis ꝓpter deũ ¶ Epiſtola Omnes vnanimes ⁊c̃ ex I Canonica Petri caplõ 3 eſt p̄dicatio fidelib⁹ valde accõmoda ꝓ illo tẽpore Qua primo prelatus fideles ꝓximis ſuis cõformat Secundo ibi q̄ enim vult ⁊c ad hoc ſacrã ſcripturã allegat Tertio ibi ⁊ quis eſt ⁊c̃ in ꝑſecutionib⁹ eos cõfortat

*Epiſtole argumentum*

*Prima ps eple.*

Naturalis enim ratio dictat ꝙ virtus vnita fortior eſt q̄ȝ eadem diſperſa ⁊ ad ſe conſeruandũ ⁊ ad reſiſtendũ cõtrarijs eccleſia ergo fideliũ in periculo/ ſa antiparistali poſita infideliũ rõnabilit̃ inducebatur ad vniformitate/ concordiã/⁊ amore que eſt vis vnitiua ad cõſeruandum ⁊ reſiſtẽdum vnde dicit p̄latus chariſſimi.i charitate chriſti vniti ſitis omnes adinuicẽ vnanimes i ꝯformes in voluntate q̄tum ad fidẽ/⁊ religionẽ chriſtianã tuendam in orõne ꝑſeuerantes continue ne cadatis in tentatione ꝑſecutionis tyrannoꝝ nunc currentis Sed hec particula in orone non eſt de textu aplĩ Petri ſed aliunde ſumptã appoſuit eã autor huius officij i excerptam ex alijs libris ſacre ſcripture ⁊ videbatur neceſſaria in ſermone pro fidelibus in tribulatiõe poſitis dicẽte dño Mathei 26 Uigilate/⁊ orate vt nõ intretis in tẽtationem ſpũs quidẽ promptus eſt ad bonũ faciẽdũ ⁊ ꝑſeuerandũ in eo ſed caro infirma eſt niſi deſuper adiuuetur diuina gr̃a ad quã obtinendam multũ valet orõ que q̄ſi nũcius mittitur ad deũ ſitis etiã fratres ꝯpatiẽtes neceſſitatib⁹ proximorum q̄ ſunt vobiſcũ eiuſdem corporis mebra debet ergo vnũ membrũ ſentire dolorẽ alterius ſitis fraternitatis amatores i cõmunicationis ne forte ab inuicem ſeparati efficiamini min⁹ firmi ad ꝑmanendũ in fide ſitis miſericordes pauperibus in eleemoſinis ſitis modeſti i modũ honeſtum habentes in exteriori cõuerſatiõe humiles in interiore mẽte i attribuendo diuine gr̃e nõ viribus veſtris bona q̄ agitis non reddẽtes ꝓximis malũ opus ꝓ malo ab eis recepto nec maledictum verbũ cõtra eos pro maledicto ſuo verbo contra vos quis enim ſecũdum iuſticiam ſeculi hoc videatur iuſte poſſe fieri tñ ad ꝑfectionẽ euangelice doctrine pertinet huiuſmodi iniurias ꝓximis dimittere ꝓpter honore dei quia ex hoc meretur homo veniã ſuorũ peccatorũ apud deũ vt chriſtus docuit in orõne dñica Dimitte nobis debita noſtra ⁊c̃ Uos ergo ꝑter hãc iuſticiã ſecularẽ ſitis bñdicẽtes male dicentib⁹ vos q: in hoc i ad hoc vocati eſtis ad eccl'iam ⁊ religionẽ chriſti vt p bona opera tande poſſideatis bñdictionẽ illam finalem qua chriſtus ad ſe vocabit ſeruos ſuos dicẽs Uenite bñdicti ⁊c̃ poſſideatis inquã hereditatem i iure eterno q debetur filijs illam autem bñdictione deus non dabit maledicis in ꝓximos ſuos Et ne credatis hãc doctrinam eſſe nouã ⁊ a nobis nunc excogitatam aduertite q̄d circa hoc ſenſerit egregius pſaltes Dauid p̄s 33 dicens Qui enim vult vitã eternam ſine morte et diligit videre dies bonos felicitatis paradiſi (vbi nulla erit nox) coerceat linguam ſuã a malo interi⁹ non remurmurando ⁊ labia ei⁹ ne loquatur exterius dolũ contra ꝓximũ hec de verbis ſequitur de factis Declinet.i caueat a malo opere contra ꝓximũ.etiam ſi ſe offerat occaſio q̄ poſſit illud facere ⁊ faciat bonũ opus lege dei approbatum hec eñ ſunt due partes iuſticie que ſanctificat hoiem ſequitur inquirat pacẽ cũ deo/ ⁊ proximo ſi videatur eſſe abſcõdita ab eo ⁊ ꝑſequatur eam ſi videatur fugere q d vnuſquiſq; fidelis ꝓcuret q̄tum poterit habere pacẽ/ſeu amicitiam cum ꝓximo ſuo fideli etiam ſi ille videatur nolle eam q: oculi dñi i pietas ⁊ mĩa ſemper ſunt ſup iuſtos qui talit̃ viuũt/⁊ talia agunt erga ꝓximos ⁊ aures eius ſemp ſunt inclinate ad audiendas p̄ces eoꝝ.econtra vero vultus dñi i ſeueritas ſue iuſticie ſemper agit̃ ſuper facientes mala contra ꝓximos ſuos Hec ex predicto pſalmo excerpta ſunt ad ꝓpoſitum ⁊ cõcordiam de amicitia fideliũ ad ſeipſos maxime in tẽpore tribulationis/⁊ quando ab infidelib⁹ impugnantur q: ſine iſta pace tribulatio fidelium eſſet duplicata .ſ. ab extraneis ⁊ a ſuis ⁊ ſic non valeret eã ſuſtinere

*Scda ps epiſtole*

Si vero ipſi fideles inter ſe fuerint concordes amicitia facile erit eis tollerabilis externa impugnatio infidelium que tũc plus põt ꝓdeſſe q̄ȝ obeſſe

*Tertia ps epiſtole.*

Quis enim eſt q̄ vobis noceat i nocere valeat ſi vos fueritis boni emulatores i zelatores ⁊ amatores bonitatis/⁊ omnino virtutis.q d. nullus poteſt talib⁹ nocere nam longo diſcurſu Chriſoſtomus ꝓbat ex ſacris ſcripturis ꝙ nemo leditur niſi a ſeipſo ⁊ ſumpſit illam concluſionẽ ex iſto loco aplĩ Petri Cui⁹ ratio ẽ q: mala corporalia huius vite nõ ſunt alicui⁹ momẽti reſpectu eternitatis ideo nec ſunt dicenda mala hoĩs etiam nec ipſa mors corporalis q̄ ꝓpinqua reſurrectione penitus tollet̃ mala vero animi ſunt peccata que nemo incurrit niſi a ſeipſo nã exterior ꝑſecutor potius bene facit homini ſi ſapiat q: exercet virtutẽ patiẽtie eius ideo ſi quid propter iuſticiã i virtutẽ cõſeruandã patimini ab infidelibus beati eritis ex merito patientie ideo timorem i terrorem eoꝝ contra vos ne timueritis tanq̄ȝ vobis nociuũ vt nõ conturbemini i in fide ⁊ religione chriſti cõmoti ad deſerendũ eam imo potius in tali periculo ꝑſecutiõis infideliũ dñm ieſum chriſtum verũ adiutorẽ fideliũ.ſanctificate i ſanctũ ⁊ iuſtũ credite/diligite/inuocate in cordibus vr̃is nõ tñ in verbis exterioꝛib⁹ vt faciũt ypocrite ⁊ vicioſi ¶ Ex tali p̄dicatiõe cõfortata eccl'ia illius tẽporis cantabat ꝙ in graduali ſubditur Protector noſter ⁊c̃ ex pſal' 83 q d ſolũ chriſtũ ieſum inuocemus in noſtris neceſſitatib⁹ vt ꝓtegat nos ⁊ reſpiciat ſup nos ſeruos ſuos hoc idẽ intendit verſus ſeques Dñe deus virtutum ⁊c̃ ex eode pſalmo Aleluia Dñe in virtute tua letabit rex ⁊c ex pſal' 20 dat rationẽ p̄dicte inuocationis ad chriſtũ in tribulationib⁹ quia ſola virtus eius poteſt cõſolari/ ⁊ letificare p̄latum eccl'ie rectorẽ ſcȝ cum miſerit ſalutare ſuũ ad liberandũ fideles tribulatos

*Graduale*

¶ Euangeliũ aũt Niſi abundauerit iuſticia ⁊c ex 5 caplõ Mat ꝑfectam virtutẽ fidelium illius tẽporis oſtendit. qui tot ꝑſecutiones

*Euangelij argumentum.*

tyrannorum patiēter ſuſtinuerūt ſ.homicidia/fur
ta/iniurioſa ṽba/verbera/exilia/ꝛ alia huiuſmo
di et contra eos iraſcentē mundū equanimiter
ptulerūt cōformiter ad doctrinā epiſtole pdicte
In quo euāgelio primo laudaṫ fideliū vita Se
cundo ibi audiſt ꝛc.rephenditur tyrannoꝝ ma
licia Tertio ibi.ſi ergo offers ꝛc. inſtruiṫ chriſtia
norum ecclia Ex cōparatione ergo antiquorum
Prima ps euangelij. patrū veteris leg oſtenditur fidelium vita pfecta
in omni genere virtutum.qꝛ in illo tepore dictoꝝ
ſigillorum dixit ieſus i.ſaluator aiarum plātus
diſcipulis ſuis i fidelibus ſubditis niſi abūdaue
rit i exceſſerit vel maior fuerit iuſticia veſtra i vir
tus veſtra nam virtꝰ in ſacra ſcriptura tum gr̄a/
tum iuſticia nominatur et in libro 5 Ethicorum
iuſticia generaliṫ accepta eſt q̄libet virtus ſ tem
perātia/fortitudo/veritas/patiētia/humilitas ꝛc
que virtutes ſcd̄m Auguſtinū nulle fuerūt in gē
tilibus ydolatris:parue in iudeis ſub lege vete
ri.ſed valde magne in vtriſq; ſub iugo ſuaui leg
chriſti niſi ergo abūdauerit iuſticia veſtra pluſq̄
ſcribarum.i.doctoꝝ ꝛ phariſeorū.i religioſorū ve
teris legis hoc eſt pluſq̄ fuerit iuſticia eorum q̄
mādata Moyſi ppter fine terrenū faciebāt vos
autem mandata ꝛ ꝯſilia chriſti ſolo intuitu amo
ris dei faciatis niſi inquā ſic abūdauerit iuſticia
veſtra non intrabitis in regnum celoꝝ que ē ec
cleſia chriſti i.non eritis veri chriſtiani ꝛ diſcipu
li chriſti niſi ad pfectionē virtutū veneritis Sunt
enim virtutes in quadruplici gradu ſcd̄m Ma
crobium ſ politice/purgatorie/purgati animi/ꝛ
exemplares nā politice ſunt virtutes gentiū inſi
delium ſolum ppter mundi huius decore ꝛ iſte
nulle ſunt. Uirtutes purgatorie vitioꝝ p penas
legis erant in veteri lege q̄ quidē licet eſſent vir
tutes erant tñ parue. Uirtutes purgati animi ſ
p amorem ſunt virtutes chriſtianorū et maiores
alijs qꝛ pfecte Uirtutes exemplares dicūtur vel
ille que ſunt in deo quaſi idee/ vl̄ exēplaria oim
humanarū virtutum vel forte ſunt q̄dam virtu
tes heroice que in viris ſanctiſſimis ꝛ in maiori
bus eccl'ie plātis apparent in magna excellētia
ad exemplū oim alioꝝ fidelium ꝛ iſte ſūt pfectiſ
ſime virtutum Ariſtoteles aūt in Ethicis tres fe
cit ṽtutum gradus primū vocat continētiā ꝛ pti
net ad incipientes ſecundū teperantiā ꝛ eſt gra
dus pficientium tertiū vocat heroicū q̄ eſt virtꝰ
pfectorum hoim Ad has ergo virtutū perfectio
nes tendit lex chriſti ſuper lege Moyſi datā po
pulo rudi ꝛ imperfecto Niſi ergo pdictis modis
abundauerit iuſticia vr̄a(dicebat plātus chriſtia
nis)pluſq̄ ſcribarū ꝛ phariſeoꝝ veteris leg eritis
valde impfecti ꝛ ſic nō intrabitis in regnū celo
rum quod eſt perfectoꝝ eccleſia q̄uis ſitis de nu
mero chriſtianoꝝ non tamē in merito eorū Au
guſtinus autem dicit contra fauſtū quod hoc no
men regnū celoꝝ nemo inueniet in libris ve leg
ſed pprie pertinet ad reuelationē noui teſtamen
ti ꝛ oia eius notandū ſeruabaṫ quē regē ad regen
dum ſeruos ſuos vetꝰ teſtamen figurabat Hic
ergo finis quo precepta dei referenda ſunt.occul
tus erat in ve teſta q̄uis etiam tūc viuerent ſcti
qui futuram eius reuelationem videbāt.Ex his
ergo claret quanta erat perfectio ṽtutum in chri
ſti fidelibus qui illis perſecutionibꝰ atterebanṫ
Secūda ps euangelij. nec tamē a fidei firmitate cōmouebanṫ.Quāuis
infideles ydolatre multis ꝛ varijs modis eos cō
turbare niterenṫ agentes valde pernicioſe cōtra
quintū legis diuine pceptum de quo ſubdiṫ au
diſtis quia dictum eſt antiquis prībꝰ a deo per
mediatorem Moyſen nō occides primū tuum
autoritate ppria quod ideo dr̄ quia contra hoc
pceptum minime feciſſe creduntur q̄ autore deo
bella geſſerunt/ ac pſonā gerentes publice pote
ſtatis iuſtiſſime ratiōis imperio ſceleratos morte
punierūt hi ergo excipiunṫ quos deus occidi iu
bet ſiue lege data/ſiue iuſſiōe ad pſonam p tem
pore expſſam non n occidit ille qui miniſterium
exhibet deo iubeti ſicut nec gladiꝰ adminiculum
factꝰ vtenti Samſon etiā excuſaṫ q̄ ſeipſum cū
hoſtibus ruina domꝰ oppreſſit qꝛ latenter ſpūs
hoc iuſſerat qui p illum miracula faciebat. Hec
Auguſtinꝰ in pmo de ciuitate dei. Qui aūt extra
hos caſus occiderit primum/vel ſeipſum reus
erit iudicio.i condenatione iuſta a deo tales erāt
martyrum occiſores/ ꝛ etiā multi gētilium q̄ val
de inſipienter ſeipſos occiderunt Nec tñ fuerūt
homicide illi q̄ corpora humana peremerūt ſed
etiam docete chriſto oēm iniquū motū ad nocen
dum primo ſiue cogitatiōe/ſiue ſigno/ ſiue ṽbo
iniurioſo in homicidij genere deputare eſt conue
niens vnde ſequiṫ ego aūt dico vobis i declaro
expſſius hoc pceptum qꝛ ois qui iraſcitur corde
fratri ſuo appetes ei nocere pter ordinē iuris vel
qui iraſciṫ ſine cauſa iuſta vel q̄ iraſciṫ pturbata
ratione reus erit iudicio i vt cōpareat accuſatus
in iudicio dei/aut coram iudice deo qꝛ vt apoſto
lus Jacob I dicit ira viri iuſticiā dei nō operaṫ q̄
vero ex cauſa iraſciṫ iuſta ꝛ rationis imperio ad
opus virtutis exequendū ille nō erit reus pecca
ti coram deo qꝛ ſine ira nec doctrina proficit nec
iudicia ſtant/nec crimina cōpeſcunṫ imo patientia
irrationalis vitia ſeminat/ negligentiam nutrit/
ꝛ nō ſolū malos ſed etiā bonos incitat ad malū
Iracundia ergo q̄ cū cauſa eſt nō ira ſed iudiciū
dici debet/vel zelus domus dei hoc notat Dauid
in pſal' 4.dices Iraſcimini ꝛ nolite peccare qua
re pcīm ire eſt quando q̄s aio perturbato nocere
primo cupit ꝛ nō puidere pcto eius ꝛ hoc facit
ptermiſſo ordine iuris In hoc aūt pcto pmo ire/
vnum tantum malū eſt ſ pturbatio interioris ho
minis in ſeipſo in ſcd̄o vero pcto iam ſunt duo
mala ſ pturbatio mētis ꝛ vox inordinata de quo
ſubdiṫ qui aūt dixerit fratri ſuo racha(q̄ eſt inter
iectio indignātis eratq; vulgaris apud iudeos q̄
non ſemp ex odio dicebaṫ ſed ſepius vane)quia
tñ erat contetionis cauſa nō edificationis ideo q̄
ſic loquiṫ contra primum reus erit cōcilio i con
demnatiōe iudicū conſidetium In tertio aūt pec
cato tendente ad homicidiū tria ſunt ſ ira/ꝛ vox
indignantis/ꝛ expreſſio vituperatiōis vnde ſub
diṫ qui aūt dixerit primo fatue hoc maius pec

catum eſt nemo n eſt fatuus ꝙ chriſtū cognoſcit ⁊ ipſūm ſanctū habet talis ergo reus erit gehēne ignis i pene vrgētis.nam vallis Joſaphat iuxta murum Hieruſalē ad occidentē antiquitus dicebat vallis hennō vl' gehēnō ꝙ ſub Achaz ⁊ alijs peſſimis regib⁹ Juda erat ydolis cōſecrata propter amenitatē nemoris arbor ꝙ ex fontib⁹ Syloe irrigātur ab hac ergo chriſt⁹ gehenam cognominauit penā pctōrum quia ſicut in illa valle ꝙ ydolis ſeruierūt in ea perierūt ſic pctōres ex peccatis ſuis dāpnabunt ad morte eternam vide gloſam ordinariā in 4 libro Regū capl'o 23 Tres itaqȝ gradus ſunt horū pctōrum ꝙ ſub precepto ho micidij ꝓhibent primo leuior cū quis iraſcit ſed motum retinet in corde abſcōditū ſecundus ſi extorſit voce nō ad placitū ſignificante ſed animi motum ipſa eruptione teſtantē. ⁊ hoc plus eſt ꝙ ſi ipſa ſilētio ꝑmereret tertius ſi etiā verbū ꝓferatur ꝙ iam certā vituperationē deſignat ⁊ hoc peius eſt alijs Unde etiā tres reatus correſpondent eis iudicij/concilij/⁊ gehenne.in qbus ſunt gradus a leuiorib⁹ ad grauiora nā in iudicio ad huc dat locus defenſiōis ad conciliū autē ptinet prolatio ſententie quando inter ſe iudices conferunt ꝙ ſupplicio dānari oporteat reum. gehēna vero e certa ignis pena ꝙ dānato infligit Ex his omnib⁹ penis cōſtat reos fuiſſe tyrannos pſecutores ecclie ꝙ pdictis vijs fideles chriſti iniuriabant multis conuicijs eos afficietes At econtra

Tertia pars euangelij

plati eccleſie fideles inſtruebant ne alijs eſſent oneroſi nedū fctō/ſed etiā nec vbis ⁊ ſi forte alicui iniuriā feciſſent protinus ei ſatiſfacerēt alias non eſſent deo accepta ſua ſeruicia ideo dicebāt ſi offers munus tuū ad honore dei pro dimiſſiōe pctōrum tuorū añ altare dei vel quodcūqȝ aliud ſeruicium deo feceris ⁊ recordatus fueris ibi ꝙ frater t proximus habet aliquid querelle aduerſum te coram deo iudice relique ibi munus tuū qꝛ imꝑfectū eſt/⁊ deo nō placet ſacrificiū diſcordantiū proximor ⁊ vade pri⁹ reconciliare fratri ſ taliter veniam petēdo ab eo qualiter offendiſti vel cogitatu/aut facto/aut verbo omne eñ pctm quomodo cōmittitur taliter de ipſo penita agitur vade inquā ſaltem paſſib⁹ mētis ſ bono propoſito ⁊ quando poteris etiā paſſibus corporis i re ipſa peto ab eo veniam ⁊ ſatiſfac ei de dāno illato ⁊ hoc paulo offeras deo munus tuū qꝛ deus ex nimia bonitate ſua ꝑus vult homi vtilitates ꝙ ſuos honores hoc eſt plus diligit cōcordiā fidelium ꝙ munera eor qui enim aliquā diſſentione inter ſe habuerint eor mun⁹ a deo nō ſuſcipitur/ orō nō exaudit quia nemo inter duos inimicos pōt fidelis eſſe amicus deus ergo neutri eorū vult eſſe amicus Recōciliata aūt proximorum pace de⁹ iubet hoiem reuerti ad diuina ſeruicia ideo tunc veniēs offeres mun⁹ tuum ⁊ ſic erit deo acceptū tibiqȝ ſaluiferum ſi de charitate proximi tranſieris ad charitatem dei Hanc doctrinam fideles illor tempor optime ſeruabāt qui nō modo inter ſe mutuā charitate habebant veniā de offenſis humiliter inter ſe petentes verumetiā infidelib⁹ eos iniuriantib⁹ liberalit parcebant/ pro eis orabāt/ eorū ſaluatione procurabant ideo valde prudent/ ⁊ religioſe offerebant deo munera ſuor honorū ꝙ diſtribuebāt pauperibus/eccliis/⁊ pſonis Similit ⁊ ſacrificia ſuorū corporum ꝙ exponebāt martyrio/ vel mortificabāt diſciplina/⁊ ieiunio ¶ Ideo reſpōdetes in offertorio ex pſal' 15 Bñdicam dñm qui tribuit mihi intellectum.ſ ad diſcrete ⁊ prudenter agendū cū deo ⁊ proximo prouidebā deū adeſſe in conſpectu meo ſemp qꝛ intentionē meam dirigebā ad ipſum in operib⁹ meis non ad lucra ⁊ bona huius mūdi.quoniā a dextris eſt mihi auxiliator in aduerſis ne propt imminētes pſecutiōes com mouear a firmitate fidei ⁊ ſancte religionis chriſtiane. Oratio ſecreta Propiciare dñe ⁊c̄ correſpondes euangelio orat pro acceptatiōe munerū ꝙ ecclia offert in altari deo ne forte ex diſſenſiōe fidelium noſtri temporis repellant.imo poti⁹ recipiant ad honorē dei ⁊ vtilitatē fideliū ¶ Cantus cōionis Unā petij a dño ex pſal'.26.eſt oratio ecccleſie tepore illorum pſecutionum qua petit firmam ſtabilitatē in fide/ ⁊ cōmunione charitatis dicens vnā petitionem ꝑncipalē petij a domino hanc requiram continuis orōnibus mihi concedendā vt inhabitē in domo dñi corpore /et mente oibus dieb⁹ vite mee vſqȝ ad cōſumationem ſeculi i. in ecclia catholica ꝙ eſt domus dei. Oratio vltima Quos celeſti dono petit ſacrificiū deo oblatū in altari ⁊ a fidelib⁹ libatum valere eis ad emendationē a peccatis ⁊ ad liberationē ab aduerſis que ois in illis tepōrib⁹ infidelium tyrannor petebat eccleſia chriſtianorum Finita eſt ergo prima pars tēporis peregrinatiōis i ſex dñicis pdictis ꝙ concurrunt cū prima hiſtoria librorum Regū ⁊ Paralipomenō ⁊ ſignificāt eccleſie bella ⁊ martyrum agones p trecētos ferme annos poſt chriſti corporalem preſentiam in hoc mūdo ¶ Sed ad nr̄a tēpora moraliter applicantes has dñicas dicimus ꝙ hiſtoria Regū legitur in ecclia poſt miſſionē ſpūſſancti quia poſtqȝ accepim⁹ grām eius effecti deo ſiles extunc incepimus eſſe filij ſummi regis ⁊ ꝯſequēs reges iuxta illud Apoca 5 Fecit nos reges ⁊ ſacerdotes deo nr̄o de quibus etiam apl's Petrus dicebat Uos eſtis regale ſacerdotiū ergo non reſtat nobis aliud niſi vt regnū noſtrum defendamus ab hoſtib⁹ nr̄is qui ſunt demones ad hāc aūt defenſione ꝑmo requirit charitas dei ꝙ facit cordis latitudine ſimul ⁊ humilitate ⁊ de his duabus loquit introitus miſſe in dñica prima poſt trinitatē Cuius epl'a egit de charitate dei/ ⁊ proximi propter deum Unde graduale cū euangelio eiuſdē diei agebant de mia cū proximis facienda ⁊ pdictis facile cōcordāt alie partes eiuſde officij Secundo principaliter requirit ad defenſionem nr̄i regni cōſideratio eterni ꝑmij nobis ꝓmiſſi pro laboribus quod ſub typo cuiuſdā cene opulentiſſime deſignat in euāgelio ſcd̄e dñice nam talis cōſideratio facit homines aioſos/⁊ audaces in bellū vt nihil timeant ꝯfidetes de diuina protectio-

Offertorium

Communio

Moralitas.

ne'que in introitu illius miſſe declaratur. In epi-
ſtola autē oſtenditur ꝙ fideles paruifaciant oīa
arma inimicoꝝ quaſi fragilia in euāgelio inſu-
per reprobatur ingratitudo coꝝ qui propter mū-
danas phantaſias experniunt illā cenā eternam
ad quam ex diuina mīa fuerant inuitati quare
ablata ſpe talis p̄mij ſtatim hoīes ſuccumbūt vi
tijs ⁊ perdūt regnum ad idē propoſitum aptari
debēt alie partes eiuſdē officij Tertio requiritur
ad nr̄am defenſionē cōfidentia diuine miſericor
die q̄ homines ꝑditos ſiue diſperſos in bello di-
ligenter querit/ ⁊ recuperat ideo introitus miſſe
tertie dn̄ice hanc mīam petit a deo epiſtola vero
hoſtiū noſtrorū ſeuitiā pariter ⁊ aſtuciam decla-
rat ſed euāgeliū ſub parabola boni paſtoris dei
noſtri curā erga nos explicat alie partes eiuſdē
officij inuitant fideles ad hāc cōfidentiā Quarto
requirit illuminatio dei ad exercēda opera chari
tatis/⁊ fortitudinis in iſto bello de qua introitus
quarte dn̄ice mētionē facit. ep̄la diuinā remune-
rationē promittit talia opera facientibus gradua-
le eandē petit. euangeliū vero ꝑdicationē quaſi
rete ad piſcandū multa bona opera charitatis in
proximos figurat. que poſtea in offertorio ⁊ com
munioē petuntur Quinto ad defenſionē nr̄i re-
gni eſt neceſſaria patientia militū in bello ad quā
requirit auxilium diuine gr̄e qđ implorat huius
quinte dn̄ice introitus epiſtola clare loquitur de
patientia ⁊ humilitate graduale idē petit cum in-
troitu euangeliū ꝑfectione patiētie demonſtrat
⁊ ad cōcordiam fideles prouocat. offertorium et
cō munio laudāt deū de tali dono patientie Relo
lutore itaqꝫ ſub hiſtoria Regū ꝑ oēs dn̄icas pre
dictas ecclia intendit in officijs miſſalibus hanc
ſententiā fidelibꝰ dicere Si vis regnū eccl'ie aut
conſciētie tue defendere pugna propter regis tui
amorem/pugna q2 magnum p̄mium ab eo ſpe-
ras ⁊ ſi forſan in bello ꝑditus aut diſperſus fue-
ris ipſe requiret ⁊ colliget te hāc mīam recipies
ab eo ſi tuis proximis miſericors fueris ⁊ in ad-
uerſis patientiam ſeruaueris.

## ¶ Caput nonageſimum

quintū de officio ſeptime dn̄ice poſt penthecoſte quo finis ꝑſecutionū p̄mitiue eccl'ie ex cōuerſioē p̄ncipum gētilitatis decātat̄ iuxta 7 cap̄ Apoca



Empoꝛe ꝑſecu-
tionum primarū decē eccleſie
expedito quo ipſa poſtꝰ edifi
cata eſt q̄ꝫ diſſipata inſtar re-
gni Dauid qđ aſſiduis bellis
firmatum eſt et dilatatū ſuc-
ceſſit ex diuina clemētia tem
pus aliud pacis ⁊ tranquillitatis eccl'ie ad ſimi
litudinē regni Salomonis pacifici in ſpacio fere
centū annoꝝ a Cōſtātino magno vſqꝫ ad Theo-
ſium/Archadium/⁊ Honoriū imperatores catho
licos Eccleſia igit̄ in meſe Auguſto tale tempꝰ
reꝑſentās legit in officio matutino libros ſapien
tiales Salomonis ⁊ alioꝝ ſapientū. nam in tali

Argumētū officij

Matutini

tempoꝛe floruerunt in eccl'ia dei magni doctores
fidei. ⁊ facta ſunt cōcilia generalia ad deſtruēdos
errores hereticoꝝ inſurgentiū Et correſpōdet in hoc
mēſe eccl'ie 7 cap̄lo Apo in q̄ deſcribitur ille an
gelus feliciſſimus .i. Cōſtantinus imꝑator aſcen
dens ab ortu ſolis .i. ab illuminatiōe chriſti i cor-
de eius habenſqꝫ ſignū dei viui .i. crucem chriſti:
que ſuo tempore inuenta eſt/ ⁊ reuerenter ab eo
ſuſcepta ⁊ ꝓhibuit nocumentū alioꝝ quattuor
malorum angeloꝝ .i. tyrannoꝝ gētiliū qui ſuo tē-
pore premebant fideles in terra ⁊ marinis inſu-
lis habitantes quibꝰ tyrannis repreſſis permiſ-
ſus eſt a Conſtātino liber vſus ſacramētoꝝ eccle
ſie in toto orbe ſignataqꝫ ſunt i toto mūdo mul-
ta milia ſeruoꝝ dei in frontibꝰ ſuis nam impe-
ratore baptizato totus fere mūdus ad baptiſmū
venit quo ſignant̄ ſerui dei chriſmate ſacro/⁊ ac-
quirunt ꝑfectione vite ſpūalis ſignificatā per nu
merum millenariū ⁊ duodenarium in ſe ductos
multiplicatiōe cubica ⁊ ꝑ nomina duodecim pa
triarcharū filioꝝ Iſrael vel Iacob Et q̄uis Ge-
neſ 49 Ruben dicat̄ p̄mogenitus iſrael Ioan-
nes tn̄ in ꝑdicto loco ſue Apocalypſis p̄mo loco
noīauit Iudam tum ꝓpter reuerentiam chriſti q̄
fuit ex tribu Iuda. tum etiā ꝓpter virtutem ſigni
ficatam in noīe illo interp̄tatur enim Iudas cō-
fitens vel cōfeſſor q2 prima ꝟtutum religioſe vi-
te chriſtianoꝝ eſt cōfeſſio vere fidei ad Hebre II.
Deinde ꝑ alia noīa alie virtutes conſequētes ſi-
gnificantur ſi bene attendātur vocabuloꝝ inter-
p̄tatiōes vt patet in glo ord Sic ergo in illa eta-
te innumerabilis multitudo ad chriſtū conuerſa
eſt ex oībus gentibus/tribubus/ ⁊ linguis/⁊ po-
pulis qui pacifice ſteterunt in eccl'ia ante altare
chriſti voce libera laudantes deū fauore predicti
imperatoris ⁊ oēs angeli i ſacerdotes chriſti cū
apparatu ⁊ ſolennitate ceperunt diuina officia fa-
cere cantātes laude ⁊ bn̄dictione deo ꝓ tāta gr̄a
pacis eccl'ie hec eſt ſententia illiꝰ ſeptimi capituli
Durat aūt ꝑdicta hiſtoria librorum ſapientialiū ꝑ
tres dn̄icas ferme quarum p̄ma (q̄ eſt hec ſepti-
ma) felicem ſtatū eccleſie ſub Conſtātino ꝑdicto
deſcribit ¶ Ideo introitus miſſe Dn̄s fortitudo
plebis ⁊c̄ ex pſal' 27 decātat fortitudinē/ꝓtectio
nem/ſalute/⁊ benedictionē populi chriſtiani ſub
imperatore Cōſtātino ⁊ orat ꝓ cōtinuatiōe illiꝰ
boni vſqꝫ in ſeculum i ꝑ multa tepora Verſus
Ad te dn̄e ⁊c̄ eſt p̄ncipiū eiuſdē pſalmi ⁊ petit ne
iterum deus ſileat/aut taceat / vel abſcōdat faciē
ſuam ab eccl'ia ſicut tēpore p̄cedente alias facile
ſubmergetur ab infidelibus Oratio Deus virtu
tum ⁊c̄ ſupplicat ꝓ augmento religiōis chriſtia
ne poſt tam fauorabile principiū in vrbe ⁊ impe
rio Romano ¶ Epiſtola Quicūqꝫ baptizati ſu-
mus ⁊c̄ ex cap̄lo 6 ep̄le ad Roma conſonat pre
dicte ꝓphetie Apocalypſis de baptiſmo impe-
ratoris ⁊ alioꝝ multoꝝ que trifariā ꝓcedit Pri-
mo enim baptiſmū eccl'ie aſſimilat morti ⁊ reſur
rectioni chriſti Secundo ibi q2 vetus homo ⁊c̄
cōprobat hoc figura hoīs ꝓthoplaſti Tertio ibi
ita ⁊ vos ⁊c̄ applicat figuram ad ſtatum fidelis

Introitꝰ miſſe.

Oratio.

Epiſtole argumentum.

Prima ps eple

populi De baptiſmo eccl'ie ꝗ ſolet fieri p immerſionem pueri ſub aqua quaſi ſuffocaret̃ ⁊ p eleuationem eius ab aqua ad reſpirandū aerem ac ſi reſurgeret a morte clara eſt aſſimilatio baptiſmi ad mortē ⁊ reſurrectionē chriſti ideo dicebant plati illius temporis magni Cōſtantini fr̃es qui cunqꝫ baptizati ſumus in chriſto ieſu i in nomine eius (quia illo tempore in nomine ieſu chriſti erat forma baptiſmi vt fideles facerent illud nomen venerabile apud oēs gentes) in morte ipſius i ad ſimilitudine ſue mortis baptizati ſum⁹ ⁊ ratio huius eſt quia conſepulti ſumus i ſilr̃ ſepulti ſub aqua cum illo i ſicut ille ſub terra per baptiſmū ꝗ hoc figurat in morte i ad ſilitudine mortis eius vt poſtea quomodo chriſtus ſurrexit a mortuis die tertio p gloriam i virtute dei pr̃is qui vt apoſtolus Petrus dicit ſuſcitauit filium ſuum a morte ita ⁊ nos poſt baptiſmū noſtrum (ꝗ eſt quedā mors figuralis ⁊ moralis) in nouitate vite i in nouo modo viuendi/⁊ noua religione chriſti ambulem⁹ pficientes de virtute in virtutem Hanc doctrinam tenebat Cōſtantinus et alij fideles illi⁹ tēporis qui poſt baptiſmū gentilice ſupſtitioni renunciātes nouo modo viuere ceperunt ſub iugo chriſti vnde ſubdit̃ ſi em̄ complantati facti ſum⁹ p baptiſmū ſimilitudini mortis eius vt declaratum ē per illā ſubmerſionem in aquā ſimul ⁊ reſurrectiōis ei⁹ erim⁹ i eſſe debemus ſil̃es quod ſignificat eleuatio ab aqua. Ergo fidelis populus p baptiſmū inſtruit̃ ꝙ moraliter moriatur peccatis hoc eſt dimittat peccata pterita mortificando appetitū carnalē ⁊ reſurgat p conatū bone volūtatis ad nouā vitā gratie ⁊ virtutis ⁊ hoc eſt aſſimilari chriſto i morte ⁊ re

Scda ps epiſtole

ſurrectiōe eius Et ſicut duplex eſt vita ſ vet⁹ cui mori debemus ⁊ noua ad quā reſurgere oportet poſt baptiſmum ſic duplex eſt primus pares hominis de primo qui fuit Adā inciator peccati dicit hoc ſcientes ſitis ꝙ vetus homo noſter i vita peccati quā hereditariam accepim⁹ ab illo vetere homine ſimul i ſilr̃ vt chriſtus crucifixus eſt in nobis figuraliter p baptiſmū ⁊ moraliter p deteſtationem voluntatis vt deſtruat̃ corpus i totū edificiū peccati ⁊ vltra poſt baptiſmū non ſeruiamus peccato ſicut ante ſeruiebam⁹ ydolis ꝗ em̄ ſic mortuus eſt i mortificat⁹ quo ad vitā veterē iuſtificatus eſt i iuſtus ⁊ ſcrus factus eſt ⁊ mūd⁹ a peccato Si ergo ſic mortui fuerimus cū chriſto i ad ſilitudinem mortis chriſti p figuram baptiſmi credimus ꝙ etiā ſimiliter viuemus noua vita gratie cum ipſo i ad ſimilitudinē vite reſurrectionis eius ꝗ fuit glorioſa et incorruptibilis corpore vnde noſtra vita poſt baptiſmū eſſe debet incorruptibilis mente ſic ꝙ careat corruptiōe peccati non ſolum originalis qḋ ē corruptio nature ſed etiam actualis qḋ eſt corruptio pſone Qualis aūt fuerit vita chriſti poſt reſurrectione ſitis ſcientes ꝙ chriſtus ſecūdus Adam de celo celeſtis reſurgens ex mortuis iam nō morit̃ i nō eſt amplius mortalis nec mors i cauſa mortis ꝗ eſt peccatum illi vltra i iterū dn̄abitur quia iam nonhumiliabitur ad mortem ſuſtinēdam ꝑpter peccata hoim i ꝑpter liberationē eorum a peccatis ꝙ enim mortuus eſt peccato i ꝑpter peccatū remouendū a nobis mortuus eſt ſemel qꝛ vna oblatione ſui corporis conſumauit ſactificatos homines in ſempiternū ꝙ aūt viuit p ſuam reſurrectionē nunqꝫ iterum moriturus viuit deo i apud deū ad interpellādū p nobis ne amplius

Tertia ps epiſtole.

pereamus Ex dicta ergo figura duplicis parentis noſtri vnde vitā duplice locuti ſumus vos fideles chriſti p baptiſmū eius ſanctificati exiſtimate vos ita i ſimiliter mortuos eſſe peccato i ꝗtum ad vitam peccatricem ſicut prim⁹ parens huius noſtre vite mortalis mortuus ē naturali morte ⁊ ſitis viuentes deo p grām ⁊ virtutes in chriſto ieſu i ad ſilitudinem chriſti ieſu qui viuit nunqꝫ amplius moriturus. Colligit̃ ergo ex tota hac epl'a ꝙ baptiſm⁹ chriſti tollit ab hoibus immūdiciā vite veteris quā accepim⁹ a primo i de terreno Adā ⁊ renouat in eis vitam gr̃e quā nobis contulit nouus homo chriſt⁹ de celo veniēs hec epl'a legitur ab eccleſia in hac dn̄ica ad commemorandū baptiſmū magni Cōſtātini quo ipſe renouatus eſt carne ⁊ mēte ⁊ tota chriſti eccleſia renouata eſt ſeptuplici cōſolatione ſanctiſſ. ūs p liberum miniſteriū ſacramentoꝝ ſuitqꝫ miraculoſa pace facta de qua ſaturitate euangeliū ſequens ſub figura loquitur ¶ Sed in graduali ſ

Graduale

Conuertere dn̄e ⁊c̃ ex ps̃ 89 decantat eccl'ia i'llius tēporis mirabilē mutationē dextere excelſi in toto mundo ⁊ ꝙ exaudierit p̄ces ſeruoꝝ ſuorū quibus multū fauorem dedit Ideo ſequitur verſus

Alleluia.

Dn̄e refugiū factus es ⁊c̃ ex eodē pſal Cōſonat adīde alelu'a ſ In te dn̄e ſperaui ⁊c̃ ps̃ 30 que iuſticiam dei allegat qua ſperantes in ſe fideles non pmittit perire ſed tandem eos liberat a periculis mūdi huius talis fuit eccl'ie chriſtiane exaltatio p Conſtantinū facta poſt longa eius pſecutione ¶ Hanc eccl'ie libertate et pacē denotat

Euangelii argumentum.

euāgelium Cum turba multa eſſet ⁊c̃ Marc 8 ſub typo mire ſacietatis turbarū ex ſeptem panibus et hoc trifariam Primo inſinuat huius gr̃e neceſſitatē Secundo ibi ⁊ reſponderūt ⁊c̃ ſubiungit eius poſſibilitatem Tertio ibi ⁊ accipiens ⁊c̃ addit ipſius largam cōceſſionē Nature humane

Prima ps euangelij

infirmitas de ꝗ chriſtus dixit caro aūt infirma requirit neceſſario diuinū adiutoriū conſortans hominē in tribulatiōe poſitum ⁊ tandē liberans eum lōga ſpectatione ſuſpēſum alias deficeret a virtutis rectitudine ꝑpter eius miſerā conditionem ſciens ergo chriſtus eccl'iam ſuā tā fere trecentis annis ludibrio infideliū expoſitam ⁊ diuturnis tribulationibus fatigatā decreuit eā conſolari/honorare/⁊ ſublimare in bonis tēporalib⁹ ſub imperio Cōſtantini magni ⁊ tēpore Silueſtri pape de quo euāgeliū in illo inquit tēpore ſ Conſtantini ⁊ Silueſtri cū turba multa fideliū eſſet in eccl'ia cū ieſu p fidem ⁊ charitate nec haberent qḋ manducarent qꝛ erant egētes ꝑpter tyrannoꝝ pſecutiōes frequētes Ieſus conuocatis diſcipulis i platis eccl'ie cōcordib⁹ ait illis expe

rientia facti miſereor ſup turbā fideliū afflictā quia ecce ſuſtinēt me caſtigari .i. p tyrannos iam triduo .i. tribus certeniis annoꝝ. nec habēt quod mādūcēt nō ſolū quoad corpora ſed etiā quoad animas qꝛ nō libere vtuntur panib⁹ ſacramentoꝝ/ ⁊ pdicationū impedientib⁹ tyrannis ⁊ ſi dimiſero eos .i. ſubtrahēdo auxiliū ieiunos .i. in tāta egeſtate cōſtitutos in domo .i. intra domū ſuā que eſt eccl'ia deficient in via religionis ⁊ fidei hoc eſt cadent a firmitate eius nō valētes tā diu ſuſtinere labores ꝓpter me ⁊ hoc maxie verū eſt de gētilibus de nouo cōuerſis qui nō erāt aſſueti ad virtutē patiētie propter deū de talibus ergo dicitur quidam enī ex eis .i. fidelib⁹ de longe venerant ad eccl'iam dei .i. de remota cōuerſatione a religione chriſtiana quia venerant de cōuerſatione ydolatrie ⁊ voluptuoſe vite ideo ſi nō ſuccurratur eis p auxiliū gratie dei ⁊ alicuius cōſolationis corporalis huius vite facile redibūt ad priſtinā cōuerſatione ſuam ⁊ mores pteritos Ueruntamē quidam plati eccl'ie illius tēporis non multū ſperantes refectione tēporalem hui⁹ mūdi (in quo pleriq; tyrāni crudeliſſimi tūc dominabantur ex diuina pmiſſione) reſponderūt chriſto talia deſcernenti/ dicentes ei vnde .i. qua potētia iſtos fideles ſic oppſſos a tam magnis tyrānis poterit quis ſaturare panibus cōſolationū tēporalium in hac ſolitudine .i. deſerto gētilitatis horride. eiſq; inimice q. d. valde difficile e chriſtianos ab hac miſeria liberari in hac vita Ex quib⁹ patet quomodo in etate illa nō ſolum minores eccl'ie ſed etiam plati iā deficiebant in fide et friguſcente charitate in eis incipiebant diffidere de mīa dei Sed chriſtus eccl'ie autor/ ⁊ gubernator (cui nihil eſt impoſſibile interrogauit eos incitādo tepidos ad ſpem euadendi dicens quot panes ſacramentoꝝ/ ⁊ doctrinarū habetis in eccl'ia ex puiſione mea ad reficiendas aīas oībus bonis ſpūalibus q. d. qui potuit tantā virtute dare ſacramentis ad multiplicādū in vobis bona ſpūalia que ſunt maiora poterit ⁊ vobis dare virtutem ad euadendū/ ⁊ ſupandū tyrānnorum ſeuitiam vt liberemini ab eorum anguſtijs Prelati autem rñdentes dixerunt ſepte eſſe eccl'ie chriſtiane ſacramenta vꝫ baptiſmū quo naſcūtur fideles in chriſto confirmatione qua adoleſcūt ⁊ augentur eucariſtiā qua cibātur penitētiam q ſanātur ordinē q gubernātur matrimonium quo multiplicantur ⁊ vnctione q̄ ad priam dirigūtur Septiformē quoq; eſſe ſanctiſpūs gratia que doctores eccl'ie illuminat ad docedū fideles hoc eſt ſpūm ſapientie ⁊ intellectus ſpūm conſilij et fortitudinis ſpūm ſcientie ⁊ pietatis atq; ſpiritū timoris dñi his enim totum corpus eccl'ie dei vegetatur/ ⁊ regitur in ſpūalibus ſed in corporalibus bonis eccl'ia chriſti nihil videtur habere imo potius omnibus cōſolationib⁹ carere Chriſtus ergo tempore magni Conſtātini imperatoris pcepit turbe gentiliū impulſu diuine motiōis cōuertendo corda eorum vt diſcumberent ſup terram .i. ſeſe humiliarent/ ⁊ bona terrena contenerent/ ac conculcarent/ eaq; dimitterēt ꝓpter chriſtum in vſus pauperū/ ⁊ tandē honores mundanos vilipenderent imo ⁊ chriſtianos digniores ſe ad honores pmouerent patuit hoc in Conſtātino predicto q̄ Romana vrbe totaq; Italia dimiſſa dedit eam Silueſtro pape/ ⁊ ſuis ſucceſſorib⁹ in patrimoniū ſedis aplice honorificum ſimilit ⁊ alij multi reges ⁊ principes in ſuis regnis ⁊ prouincijs eccleſias munificētiſſime dotauerūt et tunc impleta fuit Eſaie ꝓphetia capl'o .60. Surge inquit illuminare Hieruſalē ⁊c̄ ſequitur ambulabunt gentes ⁊c ſequitur tunc videbis ⁊ afflues ⁊c̄ ſequitur inūdatio camelloꝝ operiet te ⁊c̄ hoc ergo denotat q̄ pcepit turbā diſcūbere ſup terrā Sed aduertendū q̄ Joānes ⁊ Mattheus aliam refectionē populorū narrantes a chriſto factam ex quinq; panibus dicūt q̄ fecit eos diſcūbere ſuper fenū qꝛ illa ſignificauit iudeoꝝ conuerſionē ad chriſtū quorū quinq; lex libris Moyſi digeſta carnales delicias phibebat/ ⁊ cōculcādas docebat ſignificatas p fenū viride quia oīs caro fenum de quib⁹ infra dñica 25 Septiformis vero ſpūſſancti gratia que gentiles conuertit non ſolū carnē ſed terrena oīa docet cōculcanda ⁊ cōtemnenda ꝓpter deū ideo merito refectio iſta q̄ ad gentiles ptinet ex ſeptem panibus deſcribitur eſſe facta Chriſtus itaq; volens eccl'iam ſuam honorare et āpliare accepit panes ſacrametorū ⁊ doctrinarū .i. dando eis virtutē multiplicatiuā ppl'i fidelis ⁊ grās agens ex gaudio ſalutis hoīm fregit .i. aperuit ſecretam virtutē eoꝝ ⁊ dabat diſcipulis .i. prelatis eccl'ie quib⁹ ex officio cōmiſit vt apponerēt turbis .i. miniſtrarēt eis ſacramēta/ ⁊ pdicarēt doctrinam ⁊ ipſi diligēter appoſuerūt turbe .i. multitudini gentiliū adeo q̄ plenitudo gentiū circa tempora Conſtātini eccliam dei intrauerit quaſi augmentata plati habebant piſciculos paucos .i. canones ⁊ decreta cōcilioꝝ ⁊ pōtificum ad regimen eccl'ie et chriſtus ipſos bñdixit .i. approbauit ⁊ virtutem dedit ⁊ iuſſit apponi fidelibus vt manducarent .i. panem grē ⁊ doctrine ſalutaris De iſtorū piſciculorū bñdictione habet Luc 10 verbū chriſti dicētis qui vos audit me audit ⁊ qui vos ſpernit me ſpernit Sed fideles populi humiliter receperūt fidei ſacramēta/ ⁊ doctrinā eccl'ie ſicq; pfecerūt ideo dicitur ⁊ ſaturati ſunt .i. pace ⁊ traquillitate/ ⁊ rerum tēporaliū affluētia/ atq; etiā multiplici librorū doctrina de qua ſubditur ⁊ ſuſtulerūt .i. acceperūt plati eccleſie cū honore quod ſuperauerat .i. abūdauerat de fragmētis .i. ſanctoꝝ doctorum doctrinis ⁊ libris ſeptem ſportas .i. vniuerſitates ⁊ ſtudia multa in populo dei ordinauerunt ad decore eccl'ie Erant autem fideles qui mādūcauerant ſupradictos panes et piſces quaſi quattuor millia .i. pfecti in doctrina euāgelica quattuor libris complexa vel dic .i. ex quattuor mūdi partib⁹ oriente in Aſia/ occidēte in Europa/ meridie in Affrica/ ⁊ ſeptētrione in Scitia/ ⁊ tota Barbaria nam ex his partib⁹ multa milia gentiliū fidem chriſti receperūt ⁊ eccleſiam dei ampliauerūt ⁊ ſic chriſtus ꝓ illo tempore

Secūda pars euangelij.

Tertia pars euā .g.

dimiſit ſ fideles a pſecutionib⁹ liberos ꝛ pacifice eccl'iam dei regentes cum magno honoꝛe Cōfirmatū eſt ergo tali tpoꝛe regnū eccl'ie in manu Salomonis i chꝛiſti regis pacifici ꝛ ipſe cōfirmatus e in regno ſuo ꝛ dñs erat cū eo ꝛ magnificauit eū in excelſum vt dr̄ tertij Regum 3 ꝛ ſecūdi Paralip 1 capl'o In tanta vero eccl'ie pſperitate tempoꝛali quid reſtabat fidelib⁹ niſi vt oꝛaret deū p eiuſde regni eccleſie ſtabilitate ꝛ duratione ne forte cito poſt dies illos ſcinderetur i duo regna chꝛiſtianoꝝ quēadmodum legitur in eodē tertio libꝛo Regū ꝙ regnū Salomonis eo moꝛtuo diuiſum eſt in duo regna quoꝝ alterū dicebatur regnū iuda in Hieruſalem alterum vero regnū iſrael i Samaria ¶ In offertoꝛio Perfice greſſus meos ex pſal' 16 ponitur pdicta eccleſie oro ad deum ſ vt de⁹ ſua gra pficiat greſſus i affectiōes ꝛ operatiōes oēs fideliū faciat pfectas in ſemitis i pceptis ſuis que ſunt vie ad beatitudinem tali pfectiōe vt nō moueantur a fidei ꝛ religiōis firmitate incepta imo nec a tēpoꝛali pꝛoſperitate iam habita ꝛ vt mirificet i mirabile faciat miam cū eis que ſaluos eos cuſtodiat deinceps a malis tyrannoꝝ ꝛ pſecutoꝝ ſuoꝛum quod ipſi fideliter ab eo ſe ſperāt recepturos ¶ Ad qđ obtinendū eccleſia in communiōe ſ Circuibo et immolabo ꝛc. ex pſal' 26 ſe pmittit hoſtias pacificas nō animalium brutoꝝ ſed laudū ꝛ canticoꝝ hoim rationaliū oblaturam In oꝛatione ſecreta Pꝛopiciare dñe ſuppli. ꝛc. optat eccleſia accepta eſſe deo fideliū ſacrifici[illegible] in altari offerūtur ad efficaciter obtinedū pe[illegible]ne pdictā i offertoꝛio Oro finalis Repleti dñe gratias agit de pcepto ſacramēto petēs in virtute ei⁹ mūdari a peccato ꝛ muniri diuino auxilio ¶ Moꝛaliter aūt p fidelibus nr̄i tempoꝛis in hoc mēſe Auguſto accipit doctrina ex officio huius dñice ꝙ ſicut colligunt noua frumēta ex terra p benedictione dei multiplicata ſupꝛa ſemina q̄ piecta fuerāt nō ſolū modo naturali ſed etiā ſup naturali miraculo multiplicationis panū ad ſatiandū turbas fidelium vt patet in euāgelio ita etiam ad ſatiandas aias ipi debent pcurare multiplicationē ſpūalis frumenti quod eſt verbū dei multiplicatur autē doctrina ſalutaris quādoqꝫ quidē modo naturali p artificium pdicandi a doctoꝛibus eccleſie qui ſepius aſſumpto vno paruo themate eliciūt ex eo magnum ſermone imo ꝛ multos ſermones quaſi colligentes multitudine frumentoꝛū ex paruo ſemine Nonnunqꝫ vero eadem doctrina multiplicat qſi miraculoſe a deo/vel p interioꝛe inſpiratione de nouo in fundēdo ſcietiā deuotis ſuis vel ex paucis ꝟbis a pdicatoꝛe acceptis quaſi ex paucis panib⁹ augmētādo magnā frugē bonoꝝ operū Sed aduertendū ꝙ hanc multiplicationē ſpūalis alimenti aīarū chꝛiſtus nō facit niſi turbis q̄ iam triduo ſuſtinuerūt laboꝛes penitētie pter eum ſ contri confe ſatiſfa ꝛc.

Offertoꝛium

Communio

Moꝛalitas

## ¶ Caput nonageſimum

ſextū de officio octaue dñice in quo apertio ſeptimi ſigilli Apoc 8 declaratur completa fuiſſe in hereticis ſub pſperitate eccleſie exoꝛtis



In libꝛis Salomonis ꝛ alioꝛum ſapiētium qui in iſto menſe Auguſto legūtur in officio matutino nō ſolum de vera ſapietia fit ſermo/ꝛ de catholicis eccl'ie doctoꝛibus ſed etiā de falſa ſupſtitione/ꝛ de hereticis in pſperitate eccleſie exoꝛtis nōnulla interferuntur ¶ Officiū igit miſſe huius dñice (q̄ eſt ſecunda ſub hiſtoꝛia libꝛoꝝ ſapietialium) mentionē facit de huiuſmodi hereticis ꝛ fallaci eoꝝ doctrina Nam poſt moꝛtem magni Conſtātini impatoꝛis catholici oꝛte ſunt quedam religiones in eccleſia dei ex quibus floruit vita monaſtica heremicolarū/ſacra ſocietas cenobioꝝ/ꝛ honeſtitas eccleſiarū cathedralium ꝛ ſimul cum his ex inuidia diaboli pullularunt inter chꝛiſtianos diuerſe hereſes quas velu zizania in medio boni ſementis ſparſerunt hereſiarche ſub ſpecie multe lr̄ature/magne ſanctitatis/ ꝛ deuote religionis quib⁹ infecti non modo pauperes ꝛ infimi chꝛiſtianoꝛum ſed etiā Romani impatoꝛes vt Conſtātius filius Cōſtantini ꝛ quidam alij reges ꝛ pncipes terre fauoꝛem dederūt eis vnde ſecuta ſūt ſciſmata multa inter chꝛiſtianos ex quibus ꝛ pſecutiones immaniſſime hereticoꝛum cōtra catholicos Correſpondet aūt hoc officiū 8. capl'o Apoca vbi in apertiōe ſigilli ſeptimi pꝛimo deſcribuntur quattuoꝛ mali angeli tubis ſonantes i magno boatu/vel inflatiōe ſuperbie ſuas hereſes publicātes Iſti fuerūt quattuoꝛ pncipales hereſiarche.cōtra quos eccl'ia celebꝛauit quattuoꝛ cōcilia illis tēpoꝛibus ſ Nicecenū cōtra Arriū ſub Cōſtantino auguſto/ Conſtantinopolitanū contra Macedoniū ſub Theodoſio ſenioꝛe/Epheſinū ꝯtra Neſtoꝛiū ſub Theodoſio iunioꝛe/ꝛ Calcedoneſe cōtra Euticem ſub Martiano pncipe de quib⁹ in decretis diſ 15 capitulo 1 Pꝛemittit tñ dictū capl'm Apocalypſis pſecutione Iuliani apoſtate ſub noie ſilentij in celo quia eccl'ias chꝛiſtianoꝝ claudi fecit Et oppoſita conſolatione ſub papa Damaſo q̄ cultum diuinū ꝛ cantus eccl'iarum ampliauit ꝛ hic vocatur angelus thurificās añ altare dei qui accepit incenſa i ſacra eloquia ſanctoꝝ pphetarū/ꝛ apoſtoloꝛum ꝛ poſuit ea ante altare dei in eccl'ia ſua cantanda die ac nocte a ſacerdotib⁹ in laudem dei ꝛ aſcendit fum⁹ i deuotio eoꝝ corā deo qꝛ ei placēt talia officia eccl'iaſtica et tūc tempoꝛis facta ſunt in eccl'ia dei tonitrua pdicationū/ voces canticoꝝ/ꝛ fulgura i claritates miraculoꝝ/ ꝛ terremotus magnus hoim terrena bona deſerētiū ꝛ ad heremi ſolitudine/vel conuentus religionū tranſeuntiū ex magnitudine diuini amoꝛis Sed tanto eccl'ie pfectui diabolus inuides ſuſcitauit hereticos ꝛ eoꝝ fautoꝛes ideo tūc ſeptem angeli mali i vniuerſi heretici miniſtri diaboli qui habebant tubas plenas vero ſupbie ꝛ inanis glie.

Argumētū officij

preparauerūt ſe vt tubis ſuarū pdicationū canerent ꝛ pſonarent ſuos erro es inter fideles eccle dei De quattuoꝛ pmis iſto ū ſcptu agitur in pno minato caplo 8 Apoca cui etiam hodiernu offi ciū miſſale correſpodet nam p2 oces l ui9 offici partes ad relig ōes ptinent que illis tpe2 lu3 floruerunt ſub ſanctis pribus Antonio Baſilio/ Auguſtino ꝛ alijs in heremo Euangeliū aūt et alie partes ſequentes clarius loquūtur de here ticis illius tpoꝛis qui p maioꝛe parte fuerūt re ligioſi aut ſaltē cler ci honeſte vite/ꝛ valde ſtudio ſi in litteris Officiū ergo hodiernū in p imis in ſtituit modū ꝛ noꝛmā vere relig ōis q̄ conſiſtit in moꝛtificatione carnalis apetitus/ꝛ fuga ſuple/ ciꝙ mundane curioſitatis nam occaſione talis phātaſie mūdane aliqui ex religioſis vt dixim9) facti ſunt heretici ſimiliter ꝛ aliqui ex clericis

Introit9 miſſe

Introitus ergo miſſe Oīs gētes plaudite ꝛc̄ ex pſal 46 eſt vox Damaſi pape vel alicui9 al terius ſancti prelati illius tempoꝛis incitans fi deles ſuos ad officium vere religionis quod eſt puras man9 eleuare ad deum in ſecreta oꝛone/ diuinas laudes catare in publico officio eccle/ ꝛ ſacrificiū altaris in humilitate ꝛ coꝛdis ſimpli citate deo offerre Verſus Quoniā dñs excelſus ex eode pſal dat ratione hu ū officiorū ex diuine ma ieſtatis excellentia ſup oēs principes totiꝰ ter re habitabilis vnde cōſtat ꝙ ſit maioꝛ omni lau de hū na Oꝛatio Deus cui9 puidentia ꝛc̄ refertis oi ma q̄ ſit in mundo ad diuinā puidentia q̄ ſem p ea dirigit ad bonū finem orat p remotione h reſum ꝛ erroꝝ ab eccl'ia dei q2 valde homini bu nocet ꝛ p fauore ꝛ augmēto bonarū religio nu q mul ū pſunt eccleſie dei Epiſtola Hu

Oratio

manum dico ppter i firmitate Rom 6 eſt pdi c tio ſancte uin illius tpoꝛis ad retrahendum fideles a ſeculo ad religione In q̄ p̄ n o ſalub e conſiliū datur Secundo ibi cu enim ſerui ꝛc̄ ra tio coi ſilij redditur Tertio ibi nunc vero ꝛc̄ fru ctus virtutis aperitur Ponitur a ſanctis differe tia in lege ch iſti inter pcepta ꝛ conſilia euange lica nam pcepta ſunt de operib9 neceſſitatis ad deum ꝛ px mum ꝛ illa oēs fideles obligant in quolibet ſtatu Conſ li vero ſunt de operib9 ſu pereogatiōis ad que ſoli pfecti obligantur/ꝛ non alij carnales ad hec ergo pl'ia ptinet ingreſſus religionis ad que ſanctus Baſilius vel quilibet aliuſ religionis autoꝛ inuitas ait fratres huma num conſiliū ſ de virtutib9 moꝛalibus que ſunt humane/ ꝛ ratione humana fulcitū dico vobis ꝛ hoc ppter infirmitate carnis veſtre ꝛ quia ad huc eſtis carnales ꝛ non poteſtis altioꝛa cepere Cōſilium humanū hoc eſt ſicut eīm exhibuiſtis ſ libere ꝛ ſine difficultate applicaſtis in vita ſecula ri mebra veſtra dico linguā pedes/manus/ꝛ ſen ſus oēs ſeruire ꝛ ad ſeruiendū ꝛ captiuandū vos p longā conſuetudinē ſeruire dico im n ūdicie ꝛ gule/luxurie ꝛ iniquitati ꝛ ſuperbie/auaricie/in iudicie ad iniquitate ꝛ ad malum fine o d ret do pdictos actus veſtros hoc eſt ad malicie comple mentū in hoc ſeculo ita ꝛ eade facilitate ꝛ libera

Epiſtole argumentum

Prima ps eple

voluntate veſtra nunc in rel gione ad cuiā voca tis eſtis exhibete eadem membra veſtra p bei ā con ſuetudine ꝛ habitū inde generatū ſeruire iuſti cie ꝛ virtuti que digna eſt vt ei ſeruiatis in ſancti fica tionem ꝛ ad ſanctū ꝛ bonū finem/ ꝛ ad bonitatis complementū q d platus religioſorum hec ra tio naturalis et humana eſt ſatis ſufficiens infir mis qui non multū ſapiūt diuina ſ ꝙ tā q cona tu voluntatis et ſi non maioꝛe ſe debet exercere in operibus virtutū quibus paulatim aſſueſcant et veniant ad firmitate boni habitus quanto ſe dederunt operib9 vitioꝝ carnalium ꝛ ſpūalium ex quibus malum habitū acquiſierunt ꝛ ō enim videtur magis difficile homini aſſueſcere ad bo num q̄ ad malum et ſi in vita vitioſa hoīes libē ter ſuſtinuerunt aliquos laboꝛes/ et difficultates ad obtinendū ſeu acquirendū aliqđ mali in deſi deratū ab eis quare no ſimiliter eſſent tollerādi laboꝛes ſiſes liberaliter p virtute acquireda ad puenidu in ſeruitute boni habitus imo non mul to magis quia viri ſpūales iudicarēt multo maioꝛa pericula eſſe ſubeunda pro acquirenda mi nima virtute quā pro lucrando maximo theſau ro totius mūdi infirmis tamen et impfectis ſuf ficit dicere ꝙ tantum laboꝛet pro ſpiritualib9 bo nis ſicut pro coꝛporalibus quia hoc dictū eſt ra tionabile et humanu Et quia vita ſecularis cō muniter ſuſtinet laboꝛes propter bona carnalia et terrena religio vero laboꝛat propter bona ſpi ritualia et celeſtia optime ergo feceritis vos fra tres in chriſto ſi dimiſſa ſeculari vita ad religio ne tranſeatis Cuius conſilij talē accipite ratione ex fine vtriuſꝗ vite a quo in moꝛalibus ſumitur arguendi principium Cum eīm ſerui eſſetis pec cati per malos habit9 vitioꝛum liberi fuiſtis iu ſticie ꝛ iuſticia que e virtus quia ea carebatis quem ergo fructum ꝛ finem boꝛum habuiſtis tunc ſeculariter viuendo in actib9 vicioſis ꝛ qui bus ꝛ de quib9 memoꝛatis poſt cōuerſionem veſ trā ad religionem nunc erubeſcitis quia cogno ſcitis illoꝛum actuum turpitudinem nam finis illoꝛum operum ad que puenitur ex oꝛdinatione diuine iuſticie moꝛs eſt tam coꝛpoꝛis in hoc mun do q̄ anime in futuro ꝛ quia cuius finis malus eſt ipſum quoꝗ fugiendū eſt conſequenter erit vt vitam ſeculare dimittatis ꝛ ſancte relig oni vos mācipetis cuius finis e optimus de quo ſubdi tur Nunc vero in religione liberati a peccato ꝛ a peccati ſeruitute p exercitium virtutum ſerui au tem facti deo quia ſubiecti diſcipline religionis propter deum habetis fructum veſtri laboꝛis in ſanctificatione ꝛ quia facti eſtis ſancti ꝛ firmi in virtute finem vero huius vite ſancte habebitis vitam eternam in clara dei viſione et fruitione ad hoc enim tedit omnis religioſa vita vt p exer citium virtutū fideles recto tramite ad vitam il lā perueniant in qua moꝛs non erit vltra econ tra vita vitioſa habet finem malum de quo di citur ſtipēdia peccati ꝛ retributio iuſte debita pec cato eſt moꝛs ꝛ preſentis vite in coꝛpoꝛe ꝛ future in anima quod notatum eſt in peccato primi ho minis

Scda ps epiſtole

Tertia ps epiſtole

miſſis cuius pena fuit duplex mors Geneſis 2
Si comederitis morte moriemini at vero ꝑ vita
virtuoſa dabitur hoib⁹ in ꝑmiū vita eterna q̄ tm̄
bonū eſt vt nō attingat ad illā promerendā no-
ſtra bona opera ſed ex liberalitate diuine gratie
nobis donabitur ideo ſubdit gratia aūt dei vita
eterna dabitur bonis ⁊ religioſis in chriſto ieſu
dno nr̄o i ꝑ meritum eius nobis applicatū in ſa-
cramentis ⁊ alijs operib⁹ bonis ¶ Huic doctrine
Graduale epl'e reſpōdet cant⁹ gradualis Venite filij ⁊c̄ ex
pſal' 33 introductus ex pſona illorum patrū q̄ re-
ligioes ꝑdictas inſtituerūt ⁊ vocabant fideles ad
eas venite inquit ad viuendū i omni timore dei
fugientes vitia/⁊ amplectetes virtutes Verſus
Accedite ad deū ⁊c̄ ex eodē pſal' promittit diuinū
fauorē his q̄ religione ingrediūtur nā ipſe deus
ſeruos ſuos illuminat ⁊ ꝯfortat ad bn̄ agendū vt
Alelu3a. poſtea nō ꝯfundant in iudicio extremo Aleluia
Oēs getes ⁊c̄ ex pſal' 46 docet ꝓpriū religioſoꝝ
officiū ſ leuare manus ad deū in orōnibus/⁊ di-
uinas laudes cātare in voce exultatiōis ¶ Sed
Euange- euāgelium ad hereticos reſpicit q̄ ex religionib⁹
lij argu- orti ſunt Attendite a falſis ꝓphetis ⁊c̄ ex capite
mentum 7 Matthei Vbi pmo figuraliter deſcribitur eoꝝ
ficta ſanctitas Secundo ibi a fructibus eoꝝ ⁊c̄
diſcooperitur eorū occulta falſitas Tertio ibi nō
Prima oīs ⁊c̄ adaptatur eis iuſta penalitas Hereticus
ps euan- oīs ꝓprie dictus voluntatē habet malā ad fide-
gelij. les chriſti qui ſunt oues paſcue ei⁹ intendit eñi
corrumpere fidē illorū/⁊ deprauare eos falſa ſua
doctrina alias doctor errans nō heretic⁹ ſed er-
rans poti⁹ dicendus eſt ſed quia diabolus aper-
te no poteſt venenū ſue malicie diffundere in tā-
to fidei fauore ſicut in tepore ꝑcedenti per hoies
religioſe vite ⁊ magne lrature quos permittente
deo ſeduxit id efficere tentauit de quibus prela-
tus catholicus fideles admonet dicens attedite
.i. attente ⁊ diligenter cauete a falſis prophetis i
doctoribus eccleſie chriſtiane nam verus doctor
ſpiritu ꝓphetie pollet ideo ꝓpheta vocatur non
principaliter ſed deriuatiue qꝛ ea que de chriſto
antiqui ꝓpetarunt ipſe exponit ⁊ hoc modo he-
reticus eſt falſus ꝓpheta quia doctor falſus i fal-
ſe doctrine autor ⁊ tales veniunt ad vos decipiē-
dum non aperte demonſtrādo maliciam ſuam
ſed occultando eam in veſtimetis ouium chriſti
i ſub ſpecie chriſtianitatis/⁊ religionis ſimulate
exterius qꝛ orant/ieiunant/⁊ cetera opera ſimilia
faciunt intrinſecus aūt i in voluntate interiore
ſunt lupi rapaces i iniq ſeductionis morſu oues
chriſti dilaniāt de quib' etiā apoſtolus Paulus
ſcio inquit ꝙ poſt diſceſſum meū intrabūt in vos
lupi graues nō parcetes gregi Actuū. 20 qꝛ exte-
rius ꝓſequent fideles ſi copia dabit vel admin⁹
interius fidem corrūpent q d qꝛ deus nō ſine iu-
dicio vult ſeruos ſuos habere ideo pmittit tenta-
tione hereticoꝝ qꝛ vero non vult eos ꝑ ignoran-
tiam perire ꝑmonet eos dicens attendite a fal-
ſis ꝓphetis ⁊c̄ nulla enim res eſt que ſic exter-
minet bonum ſicut ſimulatio nam malum ſub
ſpecie boni celatū dū nō cognoſcit non cauetur.

Ad cognoſcendū ergo hereticorum malum pro-
Secūda poſitum occultatū additur aliud ſimile in arbo-
ps euan- ribus a fructibus i operibus eorū cognoſcens
gelij. eos i eſſe malos fructus autem ꝑ quos heretici
cognoſci habent non ſunt orones/ieiunia/ elee-
moſine q̄ bene ⁊ male fieri poſſunt vnde ad ve-
ſtimeta ouiū ptinet na bono aio facta oues chri-
ſti veſtiūt cū aute malo fine i ad decipiendū ſiūt
nō aliud q̄ꝫ lupos occultat ⁊ tunc nō ſunt eorum
fructus ex quo eis nō ꝓſunt fructus ergo ꝓprij
hereticoꝝ ſunt quos apl's ad Galat 5 enumerat
veneficia/ inimicitie/cōtentiōes/ emulatioes/ire/
rixe/diſſenſiōes/ſecte/inuidie/homicidia ⁊ his ſi-
milia econtra vero fructus ꝓprij ſeruoꝝ dei ſunt
charitas/pax/patientia/fides/modeſtia/benigni-
tas ⁊c̄ Inter hec oīa ꝑcipuus fruct⁹ eſt ꝯfeſſio ve-
re fidei qui n ſcd̄m deum vocem humilitatis et
vere cōfeſſionis emittit ouis chriſti eſt q̄ aūt cōtra
fidei veritatē blaſphemus vlulat cōtra deū lup⁹
eſt vel dic ꝙ bona opera exteriora quib⁹ hoies ſe
veſtiunt ꝑ ſuperuenietem tentationem cognoſci
poterunt an ꝓpter deum vel ambitione aliqua
fiant Cum enim ceperint ea ipſa vel ſubtrahi vel
negari que iſto velamine ꝯſequuti ſunt/ vel con-
ſequi cupierunt tūc neceſſe eſt vt appareat vtrū
lupus in ouina pelle ſit an ouis in ſua nā in pa-
ce eccl'ie ypocrita ante oculos nr̄os religiōe veſti-
tur ſi qua vero fidei tentatio erumpat ſtatim lu-
pi mēs rabida habitu ſe ouine pellis exſpoliat/⁊
cōtra bonos ſeuit ſed qꝛ de fructib⁹ hoim quaſi
arborū dictū eſt ſequitur nunqd colligūt i colli-
gere poſſunt hoies fideles de ſpinis i de hereti-
cis (qui ſpinarū ſuarū aculeis fideles pungunt/⁊
cruentāt vel in corpore/vel in mete) vuas i opera
charitatis/aut verba bone doctrine que inſtar vi-
ni calefaciunt corda proximorum aut poſſuu col-
ligere de tribulis hereticorum qui eccleſiam tri-
bulant ficus ideſt opera ⁊ verba amicitie et pa-
cis q d non eſt hoc poſſibile quia heretici ſciſ-
mata/et diſſenſiones ſeminant in vua quidē fer-
uor dilectionis in ficu aute ſignificatur dulcedo
amicitie/⁊ pacis nam liquor vue calorem affert
ficus vero ſub vno tegmine multa grana in dul-
cedine colligit nunc autem clarum eſt ꝙ heretici
mens odium potius ⁊ diſſenſione vult. Et quia
in arbore que homo eſt opera fructus dicuntur
ideo voluntas hominis ex qua omnia eius ope-
ra naſcuntur radix huius arboris dici debet de
qua ſubditur ſic omnis arbor i voluntas bona
facit bonos fructus i bona opera ⁊ econtra ma-
la voluntas facit mala opera ergo permutatim.
non poteſt arbor bona i fidelis ⁊ catholicus ho-
mo facere malos fructus i ſciſmata/⁊ diſcordias
in eccleſia dei. nec arbor mala qualis eſt hereti-
cus poteſt facere in eccleſia dei bonos fructus
charitatis/ et pacis eſt enim logicorum regula
de predicatis et ſubiectis propoſitionum ꝙ ſi-
cut propoſitum in propoſito ita oppoſitum in
oppoſito et non econtra erit ergo bonus fru-
ctus in bona arbo e ⁊ malus in mala non au-
tem bonus in mala, ⁊ malus in bona niſi forte

a caſu/e de p accidens ſicut dicimus q contingit
al quãdo nõ grãmaticũ congrue loqui qd vocat
rectum ab errore Aduertẽdũ hic p ſenſu lrali q
chriſtus non dixit q arbor bona ucn peſſit fieri
mala aut mala bona quia liberũ hoîs arbitriũ
eſt vribile de bono in malũ e ecõtra nam hereti
cus põt penitere et hereſi ſue abiurare ſicut etiã
catholicus a vera fide in hereſim cadere poteſt.
ſed dixit chriſtus q arbor bona quãdiu eſt bo
na nor poteſt malos fructus facere nec mala (in
ſenſu cõpoſito vt dicũt logici) poteſt bonos fru
tus facere omnis ergo arbor humana poteſt bo
nos ⁊ malos fructus facere in ſenſu diuiſo vt di
cunt logici vl' in potētia remota vt dicũt phiſici
et ideo nemo ſe excuſet a bono ope virtutis alias
iuſte excidetur ab hac vita p morte animatarum
corporis ⁊ ab eccl'ia fidelium per excõicationem
⁊ in futuro ſeculo in igne inferni mittetur in eter
num arſurus Igitur ex p̃dicta ſimilitudine ar
boris et fructus ſatis clarere poteſt qualiter co
gnoſcere poterimꝰ hereticos gerẽtes exteriꝰ ſpe
cie ſanctitatis quia ex fructibꝰ i operibus eorum
malis cõtra fidẽ/charitatẽ/ ⁊ pacẽ eccl'iaſtice vni
Tertia pars euãgelij tatis Eſt aũt neceſſariũ fidelibꝰ q eos cognoſcãt
ne forte ex ignorantia periculoſe ſubijciant eis
tanq̃ bonis paſtoribus aiarum.cum potius ſint
expellendi a regimine eccl'iaſtico tanq̃ lupi occi
dentes ouiũ chriſti vnde ſubditur nõ omnis chri
ſtianus q̃ dicit mihi dñe dñe.i p̃dicat chriſtũ eſſe
dñm ſuũ intrab t ad reginẽ aiarum in regnũ ce
lorũ qd eſt eccl'ia militans ſed requirit ad officiũ
boni paſtoris in grege chriſti q nõ deuiet a fidei
rectitudine nã ſi quis ↄfiteretur chriſtũ eſſe verũ
deum negaret aũt eũ habuiſſe veram carnẽ aut
veram animã humanam hereticꝰ eſſet ⁊ pnicio
ſus ad ſalutem animarum quare nec admitten
dus ad earum regimẽ in eccleſia dei eade ratio
eſſet de eo qui negata diuinitate chriſti cõcederet
eius humanitatem quia talis ſua falſa doctrina
animas pderet ſolus ergo ille doctor q̃ facit vo
luntatem patris mei loquendo de voluntate ſi
gni que ſunt p̃cepta eius i mandata eius obſer
uat (quorum primum ad rectam fidem obligat)
qui pater meus in celis eſt i in ſanctis viris ha
bitat p fidem ſinceram charitate formatã ab be
ne operandum ipſe intrabit ad officiũ paſtorale
in regnũ celorum .i. fidelium chriſtianorũ quorum
vita celeſtis eſt Hac itaq̃ doctrina p̃moniti fide
les ſub apertiõe ſeptimi ſigilli cauere ſibi potue
rũt ab hereticis illorum tẽporum qui ſuis tubis
Offertorium. in eccl'ia dei pſonabãt ¶ Unde in offertorio Si
cut in holocauſtũ ⁊c̃ Danielis 3 eccleſia dei cũ
pueris fidelibus quaſi in fornace ignis heretico
rum poſita orat deũ p acceptiõe ſacrificij corpo
ris ⁊ ſãguinis filij ſui pia ſibi fidei ſinceritate ob
lati ad obtinedum ab eo gratiã ⁊ miſericordiam
cõtra hereticos ſicut olim in le ve obtinebat mul
tiplici ſacrificio agnorũ/arietũ/⁊ taurorum nam
deꝰ talibꝰ obſequijs ſolet ſeruos ſuos liberare a
confuſione infideliũ Quam liberatione ab here
Communio ticis etiam Communio.ſ Incline aurem.⁊c̃.ex
pſalmo 30 inſtantius expoſtulat ab eo Secre
ta oro Deus q̃ legaliũ ⁊c̃.conſonat offertorio cõ
parãs ſacrificiũ nr̃e eucharistie ſacrificijs antiq̃s
tam in lege Moyſi/q̃ etiã i lege nature ⁊ ad im
petrandam dei miam allegat pfectionẽ maiorẽ
huiꝰ noſtri ſacrificij ſup oĩa illa antiqua Ultima
oro Tua nos dñe medicinalis opatio ⁊c̃ ſuppli
cat p expurgatiõe a pctis in virtute ſacrificij ve
lut medicine cuiuſdã ne forte pctis nr̃is obſtãti
bus a rectitudine fidei cum hereticis deuiemus
¶ Senſus moralis huius officij p p̃ſentibꝰ pa Moralitas
rum differt a ſenſu hiſtorico p̃dicto niſi forte vell
mus addere q nr̃a tẽpeſtate hoĩes ferme in oĩbꝰ
ſtatibꝰ ppli chriſtiani poſſunt dici falſi pphete ſi
nõ impleant vnuſquiſq̃ ea q̃ ad ſuum ſtatũ pti
nent que habitus exterior repreſentat vnde ma
lus epiſcopus vere ⁊ realiter eſt falſus ppheta.
q: exterius habet veſte ſanctitatis ⁊ boni paſto
ris ſed mores eiꝰ valde contrarij/ſunt mores lu
pi rapacis ⁊ contra tales loquitur dominus per
prophetam Ezechielis 34.vbi dicit q paſcunt
ſeipſos ⁊ non gregem dni imo ſpoliant gregem
lana ſua/comedũt lac/ ⁊ caſeũ/ceteraq̃ bona pe
coris ⁊ quod deterius eſt comedunt carnes eius
occidentes omne quod craſſum eſt ⁊c̃. Eadẽ ra
tione malus rex eſt falſus ppheta ⁊ quilibet ma
lus iudex in eccl'ia dei cuius opera cõtraria ſunt
inſignibus exterioribus iuſticie que p̃ſeferunt
Idem diceretur de malo religioſo/ malo clerico/
malo ciue ⁊ quibuſcunq̃ alijs Notantur tamen
a doctoribus tres falſi pphete omnium princi
paliſſimi diabolus/mundus/⁊ caro quilibet eñi
iſtorum pphetarum multa bona futura promit
tit que poſtea nõ exhibet ſed cõtraria mala ideo
oportet nos attendere a falſitatibꝰ eorum ne de
cipiamur et iuxta doctrinam epiſtole quicunq̃
hactenus decepti ſumus ab aliquo iſtorũ dein
ceps exhibeamus membra/et omnes vires no
ſtras ad ſeruiedũ deo p veram penitẽtiam emen
dantes in melius quod ignoranter geſſimus ⁊c̃.

## ¶ Caput nonageſimũſe-
primum de officio none dñice poſt pethecoſten
quo pſecutio Gottorum/Hunnor/Uandalorũ/
⁊ alior barbarorũ/ cõtra eccleſiam dei ſub aper
tiõe ſeptimi ſignaculi enarratur ⁊ punitio malo
rum prelatorum declaratur



Eminatis i ec- Argumẽtũ officij
cleſia dei hereſibꝰ p̃dictis qui
dam impatores ⁊ reges chri
ſtianor eis infecti ceperũt fa
uere hereticis ⁊ eor inductio
ne catholicos pſequi apertis
bellis corporalibꝰ hor p̃mꝰ
fuit valens impator Cõſtãtinopolitanꝰ q̃ etiã ro
buſtiſſimam gente Gottor/Uandalor et aliorũ
ad hereſim Arrianã induxit ⁊ ↄtra eccl'iam chri
ſti incitauit vt grauiſſimis bellis i ferro/ ⁊ igne fi
deles deuaſtaret aliq̃ impatores poſtea vt Leo/
Zeno/Anaſtaſiꝰ ſedꝰ cũ p̃dictis Gottis intentes

contra eccleſiā dei coniurabāt poſt annos 400 ere chriſti. Ganſencus fuit p̄mus rex Vandaloꝝ qui eccl'ias grecie pſequebatur Totila rex Hunnorum contra Italiam Halaricus rex Gottoꝝ contra Galliā ꝛ Hiſpania. De his itaqꝫ hereſum fautoribus agitur in capitulis nono/decimo/ et vndecimo Apocaly ſub typo triū vltimoꝝ angeloꝝ tubis canētium De quito enim angelo malo q̄ fuit vales imperator dicitur in cap'lo 9 q̄ data ē ei clauis putei abyſſi.i. hereſis Arriane ꝛ ſuo fauore aperuit puteū iſtum ꝛ aſcendit fumus putei i. error ille in magnum fauorem mundanum ꝛ ſol i. chriſtus obſcuratus eſt in cordibus hominum fumo illo ꝛ ſimiliter totus aer eccleſie catholice ꝛ tunc aperto illo puteo exierunt ab extremis terre verſus ſeptentrione locuſte Vandalorum/ Gottoꝝ/ꝛ Hunnoꝝ quoꝝ diuerſitas pariter et ferocitas p ſcorpiones/ equos/ ꝛ leones ibide ſignificatur latiſſime Huic 9 capitulo Apocaly ꝛ duobus ſequētibꝰ correſpondet huiꝰ diei officiū q̄tum ad id qḋ ibide ſcribitur de imperatoribꝰ hereticoꝝ fautoribus q̄uis q̄tum ad id qḋ dicitur in eiſdē cap'lis de Gottis ꝛ Vandalis aliiſqꝫ barbaris illiꝰ tēporis ꝓprie agat hiſtoria ſequēs libri Iob in ſeptēbri ꝛ dn̄ice ſub ea currētes ¶ Et q2 hec dn̄ica menſis Auguſti cotter eſt ꝓxima feſto aſſumptionis virginis Marie ideo introitus miſſe huius die ad eā dirigitur dicēs Suſcepimus deus miām tuā ꝛc̄ ex pſal' 47 quo ꝛ virgo Maria tēplum dei p̄dicaṫ in cuiꝰ medio i. vtero filiū dei ſuſcepimus q̄ eſt mia dei. ꝛ eccl'ia chriſti catholica collaudaṫ in cuiꝰ medio i. intra quam miſericordiam dei i ſanam doctrinam catholice fidei ſuſcepimus ad ſaluationē animarum/ꝛ laudem dei de qua ſubditur ſecundū nomen tuum deus ita ſit ꝛ laus tua i ſicut omnes chriſtiani tā catholici q̄ heretici inuocant nomen tuum vſqꝫ ad fines terre ita ſit in eis laus tua que eſt fides recta ſine errore nam omnis error in fide eſt contra honorem dei quod vt faciat deus allegat eccleſia iuſticiam eius que requirit vt ipſe defendat honorem ſuum dextera ſua puniens hereticos ꝛ fautores eorum Verſus Magnus dominus ꝛc̄ eſt principium eiuſdem pſalmi quo redditur ratio laudis dei predicte in ciuitate dei i in eccleſia catholica que edificata eſt in monte ſancto eius i in altitudine fidei ꝛ ratio eſt/q2 deꝰ eſt valde magnus in maieſtate ſua ideo eſt laudabilis nimis a fidelibus ſuis imo vt ſapiēs dicit eſt maior omni laude humana quare heretici ꝛ fautores eoꝝ oppoſitū facientes/ ꝛ contra honore dei blaſphemātes veniunt puniendi iuſto dei iudicio et hoc petebat eccleſia illius tēporis ſub apertione ſeptimi ſigniculi

Oratio. Oratio Largire nobis que ſumus ꝛc̄ petit ꝓ p̄ſentibꝰ grām ſanctiſpūs qua fideles chriſti adiuti recte ſe habeāt in fide ꝛ moribus ne forte decepti ab hereticis degenerent a chriſto pncipe ſuo

Epiſtole argumentum. ¶ Epiſtola Debitores ſumus non carni ꝛc. Roma 8 eſt ſermo plati illius temporis ꝛ in eode ſenſu confert p̄ſentibus quo inducit fideles ad modū viuendi ſpualiter q̄tenus efficiantur digni cōnumerari in eccl'ia dei ne propter carnalem p̄batīſiā iuſto dei iudicio eiciantur ab ea vt heretici Et primo in hac epiſtola ponitur prelati exhortatio Secundo ibi quicunqꝫ enim ꝛc. additur dicti ratio Tertio ibi ſi aute filij ꝛc̄ eadem ratio confirmatur ex premio Dicebant ergo prelati illius temporis fidelibus predicātes fratres debitores ſumus i obligati ex lege dei ad aliquam vitā ſeu modū viuēdi ſed nō carni vt ſecundū carnem viuamꝰ i vt ſeq̄mur deſideria carnalia ꝛ phātaſiam mundanam p curioſitatem ꝛ ſuperbiam vt faciunt heretici hunc enim modum viuendi deus prohibuit Geneſis 4 dicēs Subter te erit appetitus tuus et tu dominaberis illius ꝛ loquitur de appetitu carnali ideo peccat qui contrarium facit ſtipendia autē peccati mors ergo ſequitur ſi enim ſecundū carnem i. carnalem appetitū vixeritis ſequendo eiꝰ inclinationem moriemini hic ꝛ in futuro ſeculo ſi autem ecōtrario ſpiritu i ratiōe recta facta carnis.i. operationes ſenſuales mortificaueritis reſtringendo appetitum carnalem viuens ſpūaliter p gratiam ꝛ in eccl'ia p reſidentiam. quia habebitis i ea officia ꝛ dignitates Cuius ratio ſubditur quicunqꝫ enim aguntur i diriguntur in actibus ſuis ſpū dei mouēte ſpūm humanū ad bonum hi i tales filij dei ſunt adoptiui. nā de naturali ꝛ vero filio dei dr̄ Luce 3 q̄ agebatur a ſpiritu ſancto ꝛ eadem ratio eſt de filio adoptiuo. Preterea ꝓbatur hec filiatio ex donoꝝ differentia non enim accepiſtis in lege euāgelica ſpūm ſeruitutis i inſpirationē a deo qua inducamini ad legis ſue obſeruātiā in timore i. ex timore penarum iterum i. ſicut in lege veteri q̄ data eſt cū timoroſo tonitru in monte Sinai ꝛ illa faciebat homines quaſi ſeruos vt docet ap'ls Galat. 4. ſed accepiſtis in lege euangelica ſpūm adoptionis filiorum. i inſpirationē qua obſeruetis legē dei ex amore ad modum bonorum filioꝝ in domo patris in quo ſpū adoptionis eſtis iam recepti in filios dei cuſtodientes lege eius ex amore charitatis que foras emittit timorē ſeruilem quo ſpiritu adoptionis prediti clamamus i clamare poſſumus ad deum noſtrum abba i pater qḋ non licebat in lege veteri nunc autem chriſti domini noſtri inſtitutione edocti audemus dicere: Pater noſter qui es i celis ꝛc̄ Mathei 6 in veteri autem lege homines tanq̄ ſerui meticuloſi non audebant deum appellare patre ſed dominum quaſi terribilem eſt enim pater nome amoris dominus nomen timoris Probatur etiā noſtra filiatio ex mirabili efficatia dei ſuper nos q2 ipſe ſpirituſſanctus regens eccl'iam dei teſtimonium reddit per multa miracula fidem noſtram confirmantia q̄ filij dei ſumus omnes bene tenentes fidem catholicam quare heretici eam corrumpentes non filij dei ſed ſerui nequam deo odibiles ſunt non ergo ſibi vendicant perfectionem euangelice veritatis filiorum dei imo nec imperfectionem legalis ſeruitutis antique quia illi q̄uis eſſent ſerui erant tamen boni et deo

Prima ps ep'le.

Secūda ps ep'le.

accepti·vt ꝓbat apl̄s Hebꝛ. 3 heretici autē ſunt
Tertia ps epiſtole ſerui nequā ⁊ reprobati apud deum Eſt autem
conſuetudo in qualibet domo bn̄ gubernata ꝙ
filius ⁊ ſeruus differunt q̄ntum ad honorem ⁊ vti
litatem que retribuitur bene laborātibus in ea
dem domo nam ſeruo datur merces laboris a
domino filio autem hereditas a patre patet hoc
exemplo Geneſ 25 vbi dicitur ꝙ Abraham de=
dit omnem ſubſtantiam ſuam Iſaac filio ſuo he
reditatem ſeruis autem ⁊ filijs concubinarū lar
gitus eſt munera Hereditas vero iam diu pro
miſſa fidelibus eſt eccl̄ia chꝛiſtiana ſiue militās
ſiue triumphans ſi ergo nos fideles fuerimus
filij dei erimus ⁊ heredes eccleſie ſue habētes in
ea regimen ⁊ p̄laturam ⁊ reſpectu quidem pſo·
ne patris erimus heredes dei tanq̄ filij ſed re
ſpectu pſone filij erimus coheredes chꝛiſti quem
deus pater conſtituit heredem vniuerſoꝛum bo=
norū ſuorū vt apoſtolus dicit Hebꝛe 1 Nos er=
go erimus fratres eius ſub eodem patre cohere
des i cōparticipantes ſecū in eadem hereditate
eccl̄ie ſue ita ꝙ ſicut ipe chꝛiſtus habet officium
paſtoꝛale in ſua eccl̄ia ita ⁊ nos ſub eo eande di
gnitatem habebim9 heretici vero tanq̄ mali ſer
ui verberati plagis multis eijcientur ab eccl̄iaſti
Graduale cis dignitatib9 ¶Cantus gradualis Eſto mihi
in deum ⁊c̄.ex ps 30 eſt vox illius eccl̄ie petētis
a deo ꝓtectionem ⁊ locū refugij a pſecutione he
reticoꝝ ne p deceptiones eorum ſeducta confun
datur vt notat verſus ſequens In te dn̄e ſpera=
Aleluia ui Aleluia Magnus dn̄s ⁊c̄ ex p̄s 47 repetit
quod dixerat in miſſe introitu de excellentia di=
uine maieſtatis qua eſt dign9 laudari/atq; hono
rari ſincera fide a fidelib9 eccleſie ſue ⁊ introduci
tur ex pſona p̄lati ad alliciendū populū in amo
rem dei vt permaneat firmus in fide catholica
Euangelij argumentum. ¶Euangelium Homo quidam erat diues ⁊c̄
Luce 16 p̄latorum hereticorū elect9one a ſua di=
gnitate porpter nequitiam eorum ex rectitudine
iuſticie dei parabolice declarat Ubi primo ꝓpo
nitur hereticoꝝ prauitas iuſte punienda Secun
do ibi ait aute villicus oſtenditur p̄latorū digni=
tas diſcrete corrigenda Tertio ibi ⁊ ego dico vo
bis ⁊c̄ conculuditur ꝓximorū charitas ſollicite
Prima ps euangelij requirenda Exigit lex diuine iuſticie vt ille q̄ ad
gradum/vel ſtatū honoris in eccl̄ia dei aſſumpt9
eo male vtitur vt inde remoueatur/⁊ alius loco
eius inſtituatur in eodē gradu q̄ bene vtatur con
ceſſa ſibi ptāte Sic em̄ iudeis dixit chꝛiſt9 Mat=
thei 21 auferetur a vobis regnū dei i regime ec=
cleſie et dabitur genti facienti fructus eius Si
mile ꝓbat de p̄latis hereticis parabola nr̄i euā
gelij quam in illo tempore ſ apertionis ſeptimi
ſignaculi poſt āños chꝛiſti dn̄i 400 Jeſus dixit
non tam verbis q̄ experiētia facti diſcipulis ſuis
fidelibus ſ chꝛiſtianis homo quidā vnicus ⁊ ſin
gularis ſ filius dei habēs naturam humanam
erat diues in terra latiſſima eccl̄ie ſue poſſeſſiōe
in qua habebat quendam villicum i diſpenſato
rem ſue doctrine ⁊ ſacramentoꝛum ⁊ hic erat oꝛ=
do p̄latorum de quibus apoſtolus Paulus lo=
quens 1 Coꝛin 4 ait Sic nos p̄latos exiſtimet
homo vt miniſtros chꝛiſti/⁊ diſpenſatores mini·
ſterioꝛum dei hic oꝛdo p̄latoꝛum tunctempoꝛis
diffamatus eſt apud illum i clariſſime cognitus
ab eo ꝙ diſſipaſſet/imo ⁊ peruertiſſet bona illi9
dogmata ⁊ ſacramenta ſ p̄dicando erroꝛes/⁊ mu
tando ſacramentoꝛum foꝛmas et vocans illum
dominus p immiſſione pſecutionis contra eum
ait illi q̄d hoc mali audio de te9q d inique agis
officium tibi cōmiſſum redde ratione(ſi quā ha
bes)villicationis i diſpenſatiōis tue ⁊ q2 nullam
bonam dare poteris expellā te p miniſtros iuſti
cie mee pꝛīcipes ſeculares ⁊ iam nō poteris am=
plius villicare i adminiſtrare in tuo gradu quia
nō amplius ſuſtinebo iniquitate tuā Aduerten=
dum hic ꝙ ſacra ſcriptura ſepius figurate loqui=
tur de toto ratione vni9 partis ⁊ q2 in oꝛdine p̄la
toꝛum aliq̄ erant heretici illo tēpoꝛe ideo totus il
le oꝛdo hic reph̄enditur quaſi diſſipatoꝛ bonoꝛū
eccl̄ie dei ꝓpter hereticos eoꝝ Itē q2 multi p̄la=
toꝛum illius tēpoꝛis erat catholici ⁊ ſancti hōies
ideo ꝓpter eos ſubditur prudēs ⁊ diſcreta coꝛre
ctio huius oꝛdinis Ait autem villicus i p̄latoꝛū Secūda
ſtatus intra ſe i rediens ad coꝛ ſuum p peniten= ps euan=
tiam.quid faciā ad placādum iram diuine vltio= gelij.
nis quā iuſte mereoꝛ q2 dn̄s meus ieſus chꝛiſtus
aufert a me.i.auferre diſpoſuit p violentiam pꝛī=
cipum ſecularium villicatione i adminiſtrationē
iſtam9difficile igitur erit mihi de remedio ꝓuide
re nam fodere nō valeo.i ſcindere coꝛda heretico
rū indurata timoꝛe dei niſi diuina gr̄a ipa emo·
liat medicare erubeſco doctrinā veritatis a viris
catholicis (qu9a heretici ſupbia elati erubeſcunt
⁊ dedignantur ab alijs edoceri) hoc ergo vnum
mihi supereſt conſiliū ſcio q̄d faciam erga ꝓxi=
mos mihi ſubditos ſ miſericoꝛdiā q2 illa erit mi=
hi cauſa meritoꝛia vt cum amotus fuero vel per
moꝛtem/vel p depoſitionē a villicatione iſta reci
piant me i ꝓ me recipiēdo oꝛent deū in domos
ſuas i ſibi paratas in celo de quib9 chꝛiſt9 Joan
nis 14 In domo patris mei manſiones multe
ſunt q d bona adminiſtratio p̄latoꝛum erga ſub
ditos eſt cauſa meritoꝛia ꝙ ipi poſt hanc vitam
bene recipiantur in celo iuxta verbū chꝛiſti euge
ſerue bone ⁊ fidelis ⁊c̄ intra in gaudium dn̄i tui
Matthei 25 Ponendo ergo cōſilium in effectu
conuocatis intra eccleſiam ſingulis debitoꝛibus
domini ſui i fidelibus ſubditis qui omnes ſunt
debitores deo non ſolum ratione peccatoꝝ quo=
rum reatus habent ad penas ſed etiam ratione
p̄ceptoꝛum ad que omnes obligantur/⁊ ſunt eo=
rum debitores iuxta illud Luce 17 Cum feceri=
tis omnia que p̄cepta ſunt ⁊c̄ dicite quod debui·
mus facere fecimus His inquam debitoꝛibus
adunatis in eccleſia dicebat p̄latus tunctempo=
ris primo i diuiti in ſeculo dicebat/ quātum de=
bes domino meo chꝛiſto i ad que p̄cepta es obli
gatus ſecundū ſtatū tuum at ille dixit edoctus a
ſuo paſtoꝛe centum cados i amphoꝛas olei de·
beo hoc eſt ad opera miſericoꝛdie ꝓximis exhi=
benda ſum obligatus nam oleū miſericoꝛdiam

ſignificat centenarius vero ꝑfectionem operis
ex accumulatiōe enim denarij cōſurgit ergo mi
ſericordie opera decem ꝓcꝑtus ſunt ex ꝑfectione
accumulanda que maxime diuitib⁹ pertinent q̃
habent ſubſtantiam huius mundi ne claudant
viſcera ſua a proximis neceſſitatem patientibus
Dixitq̄ ꝓlatus illi ſubditorum ordini talia ope-
ra facienti accipe cautionem tuam i obligationē
tibi datam a deo diligēter exequere in proximos
vt abſoluaris ab ea ꝛ ſede cito i paulopoſt mori
turus eſto paratus ꝛ ſcribe quinquaginta i fir-
miter expecta iubileum tue plenarie abſolutio-
nis a deo pro tuis bonis operibus Deinde pre-
latus dixit alio i alij ordini ſubditorū ſ pauperi.
tu vero quantū debes i ad que precepta obliga-
tis in tuo ſtatu⁹qui ait edoctus a prelato centum
coros tritici i perfectam mortificationē carnis ꝑ
penitentiam nam triticū mortificationē ſignifica-
re teſtis eſt qui dixit niſi granum frumenti cades
in terram mortuum fuerit ꝛc̄ Joānī 12. Aliq̄ illi
ꝓlatus accipe per diligentem operationem litte-
ras tuas i ꝓcepta obligatoria tibi data a deo vt
abſoluaris a toto debito ꝛ ſcribe i firma tibi ſpē
diuine retributionis octoginta i beatitudine per-
fectam in corpore ꝛ anima q̄ dabitur tibi in octa
ua etate reſurgentium octonarius enim beatitu
dinum (que traduntur in euāgelio) ductus in de-
narium ꝓceptorum dei ꝑficit ſummā octogena-
rij quia deuota obſeruantia mandatorū dei cum
operibus ſupererogationis que ſunt beatitudi-
nes vie perducit hominem ad gloriā octaue eta
tis de qua apoſtolus I Corin 15 oportet morta-
le hoc induere immortalitate ꝛc̄ Et laudabit do-
minus ieſus chriſtus villicum i ſtatu ꝓlatorum
taliter miniſtrantē verba ſalutaris doctrine ſub-
ditis ſuis quāuis nihilominus i ſtatu illo eſſent
multi operarij iniquitatis i tempore ſupradicto
laudauit inquam quia prudēter egiſſet cum de-
bitoribus ꝓximis ſuadēs eis vt citius adimple-
rent quod debebant nam vnicuiq̄ monita ſalu
tis dedit in ordine ſuo diuites enim ꝛ primates
populi quaſi magis delicati ad opera mīe cum
proximis facienda directi ſunt at pauperes ꝛ in-
feriores plebis quia magis laborū patiētes edo
cti ſunt de laboribus penitentie ꝛ hoc parabola
ſumpta ex vita ſecularium hominū in qua filij
huius ſeculi i homines ſeculariter viuentes pru
dentiores/ vel aſtutiores/ aut diligentiores ſunt
in generatione ſua i in ſuo modo viuēdi ad con-
ſequendū finem ſuum in hoc mundo quam filij
lucis i homines ſpūaliter viuētes ac diuinis ob-
ſequijs mancipati qui ad beatitudinem ſibi pro
miſſam minus diſcrete/ minuſq̄ diligenter pro-
perāt ait enim Ambroſius quid eſt hoc mali fra
tres⁹ ſi promittam tibi pecuniam illico manum
porrigis nunc vero redēptio anime ꝓmittitur et
Tertia ps euāgelij. nemo feſtinat Super omnia tamen prelatorum
ordinem reddit deo acceptum charitas ꝓximo-
rum/ ꝛ amicitia ſubditorum ideo ſequitur ꝛ ego
dico vobis certificando vos de re valde neceſſa-
ria facite vobis amicos ſubditos veſtros. i ꝓcu-
rate vt vos diligant tanq̄ patres in chriſto ꝛ hoc
faciētis de mām̄ona iniquitatis i de diuitijs ꝛ bo
nis huius ſeculi que ideo dicunt̄ iniquitatis q̄
non ſunt vere diuitie ſed egeſtate plene. vl' quia
non ſunt diuitie niſi iniquis ꝛ malis hominib⁹.
nam iuſti ſola bona celeſtia diuitias reputāt vel
quia mundani inique eas retinent. quibus date
ſunt ad ſupplendas neceſſitates ꝓximoꝝ ꝛ diui-
tiarum nōie in ꝓpoſito intelligi debet omne bo
num nature/ fortune/ aut grāe quo fratribus pro
deſſe valemus Facite ergo vobis amicos mul-
tos fideles ꝓximos vr̄os exercēdo in eos opera
charitatis/ vel corporalia/ vel ſpūalia de bonis q̄
a deo recepiſtis i hoc mūdo vt cū defeceritis ab
hac vita ꝑ mortem recipiāt vos i recipi ꝓcurent
ſuis oronib⁹ apud deū in eterna tabernacula i.
in beatitudinē eternā multis gradib⁹ diſtinctam
Et quia ꝓlati eccl'ie abūdant diuitijs/ honorib⁹/
lr̄is/ conſilijs/ ac verbis cōſolatorijs debent mul
tum curare vt de his benefaciant ꝓximis q̄tum
poſſint nā talibus operib⁹ reddetur eis de⁹ pro-
pitius/ ꝛ recipiet eos in ethereas manſiones poſt
cursum huius vite ¶ Cantus offertorij Popu- Offertorium.
lum humilem ſaluum facies ex ps̄ 17 eſt oratio
eccl'ie ad deum petēs vt diuerſis ꝓlatorum meri
tis diuerſa referat ſtipendia quibus catholicos ꝛ
humiles ſaluet a ꝓſentibus tribulationib⁹ tyran
norum/ ꝛ a futuris penis infernorū i contra vero
hereticos/ ꝛ ſuperbos deprimat adeo vt ſic vexati
cognoſcant quia non eſt alius deus in celo neq̄
in terra preter eum quem colit fideliū chriſtiano
rum eccl'ia Oratio ſecreta Suſcipe munera ꝛc̄.
cōſonat euāgelio petens a deo grām q fideles ꝛ
nūc ſancte viuāt ꝛ poſtea digne recipiant in pre Communio.
mio eterno ¶ Cantus cōionis Guſtate ꝛ videte
ꝛc̄ ex ps̄ 33 ſuauem ꝛ benignum ꝓdicat deū his
qui recta fide colūt ipſum/ ꝛ ſperāt in eo Orō fi-
nalis Sit nobis dn̄e ꝛc̄ petit ſalute corporis ꝛ aīe
fidelib⁹ ꝑ virtutē ſacrificij eucharistie cui⁹ recta
fide exequimur cultū ꝓter morem hereticoꝝ qui
de hoc ſacrameto ꝛ quibuſdā alijs male ſentiūt
Ex officio ergo huius dn̄ice ſatis inſinuatur pra
uitas hereticorū ꝓlatorum illius tēporis propter
quā multi eoꝝ amoti ſunt a dignitate officij ſui
tanq̄ diſſipatores bonorum chriſti in quorū lo-
cū alij catholici ſubrogati vacabāt eleemoſinis/
ꝓdicationib⁹/ alijſq̄ miſericordie operib⁹ in edifi
catione ꝓximoꝝ vt eoꝝ orationib⁹ impetrarent
ſibi admiſſione in eterna tabernacula glīe Fini-
ta eſt ergo ſecūda hiſtoria huius tēporis peregri-
nationis q̄ eſt de libris ſapientialib⁹ Salomonis
ꝛ alioꝝ ſub tribus dn̄icis compꝓhenſa ¶ Ex qua Moralitas.
ad ſenſum moralem ꝓ fidelib⁹ noſtri temporis
dici pōt q libri ſapientiales Salomonis ꝛ aliorū
ſapientū ideo nobis legūtur in Auguſto mēſe ca-
lido eſtū carnaliū vitioꝝ ſignificāte ad denotan-
dū q inter ea ſapiēter nos regere debeam⁹ ſicut
in medio natiōis ꝑuerſe ad hoc aūt bonum regi
men primo reqrītur vt vitā nr̄am renouemus per
penitentiam vt docet epiſtola prime dominice
huius hiſtorie .ſ. quicunq̄ baptizati ꝛc et illa eſt

anime refectio q̄ in panib⁹ euāgelij ſignificatur iuxta illō pſal' 41 Fuerūt mihi lachrȳme panes die ac nocte. ⁊c̄ his facile adaptantur alie partes huius officij q̄ in choro cantātur/ ⁊ in altari Secundo reqrītur bonoꝝ operū frequētatio de q̄ in epiſtola ſcd'e dñice ſicut exhibuiſtis mēbra ⁊c̄ ad quorum operū pfectionē ptinet euitare ypochriſim de qua in euangelio attendite a falſis prophetis ⁊c̄ Tertio requiritur vt in eccl'ia dei fideliter cōuerſemur tanq̄ filij/ nō coacte vt ſerui quorum differentiam ep'la tertie dñice explicat nam diſſipatores bonorum eccl'ie chriſti expelluntˀ a ſuo miniſterio vt euangelium declarat ſ homo quidam erat diues Alia omnia his facile cōcordant vt patet ex predictis

## ¶ Caput nonageſimum

octauum de officio decime dñice poſt penthecoſten quo eadē hiſtoria pſecutionis Gottoꝝ ⁊ aliorum barbarorū contra eccleſiā dei continuatur

Argumētū officij

Sicut in veteri lege poſt regnū Salomonis factum ē ſciſma regni Iſrael inter Roboā ⁊ Ieroboam/ ⁊ deinceps in ſucceſſorib⁹ eoꝝ. vt patet ex. 3 libro Regū. ſic in eccleſia chriſti poſt Cōſtantini tēpora ⁊ alioꝝ imperatorum fidelium facta eſt propter hereſes multas diuiſio inter eccl'iā grecorum ⁊ latinorum nam patriarcha Cōſtantinopolitan⁹ receſſit ab obedientia romani pontificis faciens ſe caput grecorū velut alter Ieroboam qui erexit ſibi caput regni in Samaria cōtra domum Dauid qui regnabat in Hieruſalem/ ⁊ cui correſpondet principatus romani pontificis Hanc ergo eccl'ie diuiſionem inſinuant hiſtorie due que ponuntur in ſeptembri videlicet hiſtoria Iob p duas dñicas et hiſtorie Thobie/ Iudith/ Heſter p alias duas dñicas eiuſdē menſis per quas vult eccl'ia monſtrare grauiſſimas pſecutiones Gottorum/ Agarenorum/ aliorumq̄ contra fideles chriſti in tota Europa/ ⁊ etiam in Affrica/ ⁊ Aſia Hec autē dominica decima cum ſequēte correſpondet nono/ decimo/ ⁊ vndecimo capitulis Apocalypſis q̄tū ad id quod referunt de Gottis/ Hūnis/ ⁊ Vuādalis hereticorum fautoribus ⁊ fidelium pſecutoribus de quibus circa annos chriſti quadringentos et quinquaginta ſub Anaſtaſio imperatore heretico eccleſiam tribulantib⁹ dicitur ad finem capituli 9 Apocalypſis Et ſextus āgelus tuba cecinit ⁊c̄ ſequitur ⁊ ſoluti ſunt quattuor angeli qui parati erant vt occiderent tertiam partē hominum ⁊ numerus equeſtris exercitus eorū vicies milies dena mil'ia ⁊c̄ per ſextum angelum imperator deſignatur per alios quattuor angelos malos reges Gottorum ſ in Grecia/ Italia/ Gallia/ ⁊ Hiſpania quia tamen illi erāt tres barbarorum nationes ſ Vandali/ Hunni/ ⁊ Gotti ideo ſequitur ab his trib⁹ plagis occiſa eſt tertia pars hominū de igne/ fumo/ ⁊ ſulphure que pcedebāt ex ore ipſoꝝ per ignem accipe zelum ſue falſe doctrine. per fumum ignorantiam veritatis per ſulphurem fetidam vitam ⁊ turpia verba eorum

Matutini

Hiſtoria vero libri Iob que in matutinis huius diei incipitur figurat chriſtum in eccleſia ſua afflicta illis tēporibus quaſi plagatū iacentem in ſterquilinio deſpectionis/ ⁊ deriſum ibi a falſis amicis hoc eſt a chriſtianis hereticis

Introit⁹ miſſe.

¶ Unde miſſe introitus Ecce deus adiuuat me ex pſalmo 53 eſt vox patientiſſimi Iob i prelati de miſericordia dei preſumentis qui adiuuat ſeruos ſuos in tribulatione poſitos ⁊ orat p inimicorum diſperſione vt conuincātur veritate manifeſta fidei catholice Verſus Deus in nomine tuo ſaluum me fac ⁊c̄. principiū eiuſdem pſalmi petit liberari ab illa perſecutione in virtute iuſticie dei iudicantis pro fidelibus contra Gottos

Oratio.

Oratio Pateant aures ⁊c̄ exaudiri vult preces ſupplicantium fidelium p̄dictas vel ſi iuſte nō ſunt vt concedat eis deus gratiam bene poſtulandi que ſibi placent vt concedātur

Epiſtole argumentum

¶ Epiſtola Non ſimus concupiſcentes ⁊c̄ I Corin 10 ſub figura veteris populi iudeorū enarrat peccata grauiſſima chriſtianorū illius temporis nam tunc eccleſia plena fuit hereticis/ tyrannis/ aliiſq̄ diuerſis generibus peccatoꝝ pp̄ter q̄ pmiſit deus illam acerbiſſimā pſecutionē Gottorū in tota Europa ⁊ Affrica In qua epiſtola primo enarrantur peccata Secundo ibi hec autem oīa ⁊c̄ additur vindicta. Tertio ibi tentatio vos ⁊c̄ conſolatur eccleſia tribulata

Prima pe. ep'e

Chriſtianorū peccata que illo tēpore vigebant ſimilia erant peccatis iudeorum in deſerto poſt exitum eorum ab Egypto q̄ precipue erant quintuplicia Primū fuit gula quādo petierunt carnes ſpreto manna celeſti vt patet Numeri 11 ⁊ Exodi 16 ideo dicitur q̄ nō ſimus nos chriſtiani cōcupiſcentes malorū ciborum ſicut illi iudei concupierunt ⁊ hoc male quia licet omnis cibus ſit bona creatura dei non tamē poteſt homo licite veſci q̄libet cibo in omni die nā in diebus ieiuniorū prohibitus eſt fideli eſus carnium tunc autē in eccleſia chriſti pauci bene obſeruabant ieiunia ab eccleſia inſtituta Secundū peccatum iudeorum fuit ydolatria in adoratiōe vituli conflatilis Exodi 23 ſed heretici in eccl'ia falſum deum p̄dicantes populum ad ydolatriā inducebant. ſ q̄ adorarent deum qui non eſt trinus vel chriſtum qui non eſt verus deus aut nō verus homo ⁊c̄. De hoc ergo dicitur neq̄ ydolatre efficiamur per aliquam hereſim ſicut quidā ex ipſis iudeis de quibus ſcriptum eſt Exodi 23 Sedit populus in deſerto manducare et bibere in honorem vituli et ſurrexerunt ludere ſ cantare ⁊ choreas facere coram eo Tertium peccatum fuit fornicatio iudeorum cum mulieribus ydolatris ſibi prohibitis vt patet Numeri 25 Gotti autem cum eſſent carnales induxerunt fideles ad peccata gule/ et luxurie vnde ſequitur neq̄ fornicemur adherētes mulieribus non noſtris ſicut quidam ex iudeis fornicati ſunt cum Madianitis et ideo ceciderūt in vna die viginti

tria millia ad punitionē tanti peccati Quartum
peccatum fuit tentatio dei qua volebant Judei
fieri ſibi q̄tidie miracula vt patet exodi 17 Nu=
meri 21 Sed in eccleſia tunc multi volebant fi=
dei articlos ſibi ꝓbari miraculis alias nō credi=
turi quod erat tentare chriſtū i velle experiri po
tentiam eius quare dicitur neq; tentem⁹ chriſtū
p̄dicto modo.ſicut quidā eorum tentauerunt di=
centes nunquid poterit deus parare menſam in
deſerto ⁊c̄.pſal' 77 ⁊ ꝓpter hoc peccatū a ſerpē=
tibus perierūt donec ſerpens eneus erectus eſt
Quintū peccatū Judeorū fuit murmuratio con=
tra deum ⁊ ſeruum eius Moyſen dicetes q̄ eos
male tractabant q̄ eos deceperant ⁊c̄. vt patet
vbi ſupra ſed multi chriſtianorum in Gottoꝝ tri=
bulatione impatietes murmurabant contra pre=
latos ⁊ chriſtum talia pmittentes.de quib⁹ ſequi
tur neq; murmurauerītis contra deū veſtrum p
impatientiā in aduerſis ſicut quidam iudeorum
murmurauerunt in deſerto ⁊ propterea perierūt
peſte ab exterminatore i angelo percutiente eos
Secūda ps ep'le — extra terminos ſue patrie Quamuis ergo prela=
ti illius etatis hec peccata diſſuaderēt fidelibus
tamen multi eorum illa cōmiſerunt ⁊ ideo nimi
rum ſi deus pmiſerit tribulatione Gottorum ſu=
per eos ſicut olim ſuper Judeos ꝓpter peccata
ſua quia hec omnia ſupradicta de iudeis contin
gebant i eueniebant eis non a caſu ſed ex diui=
na ꝓuidentia i in figura ad figurādum nos chri=
ſtianos ſimiliter peccaturos ⁊ pariter puniēdos
ſcripta ſunt autē in lege veteri/et in eccl'ia chriſti
approbata ⁊ perlecta vt proſint ad correctionem
i caſtigationem ⁊ ad eruditionem noſtram i no=
ſtrum in quos i ſuper quos vel ad quos iam fi=
nes ſeculorum i extreme etates mundi deuene=
runt q̄ d illa que in patribus illis priorum etatū
facta legimus ſignificabāt ea que in noſtris eta
tibus futura erant Et quia non ſcimus qui fide
lium tali ſignificatione cōprehendūtur ideo ne=
mo ſit ſecurus/ſed vigilet per bona opera cauēs
a predictis vitijs ne forte qui exiſtimat i putat ſe
ſtare i firmiter perſeuerare in fide ⁊ ſancta vita
cadat in peccata ſupradicta nam certum eſt ali=
quos noſtrum caſuros ex quo figuratum eſt hoc
in iudeis figure autem ad prophetias pertinent
Tertia ps epiſtole — que ſine dubio implebuntur Caueat ergo ſibi
vnuſquiſq; ne ſit de numero cadentium nā nul=
lus cogitur ad peccandum licet tentetur ex per=
miſſione dei videte ergo vt tentatio inclinans ad
peccandum vos no apprehendat i vincat et ca=
dere faciat i peccatum niſi forte ſit apprehenſio
humana que ſ ex fragilitate humana euitari nō
poteſt videlicet peccatum veniale quod vix po
teſt homo euadere vt probat Joānes apoſtolus
Si dixerimus inquit q̄ peccatum non habem⁹
ipſi nos ſeducimus ⁊c̄ 1 Joannis 4 quāuis pec
catum veniale hominem nō extermīnet ſiue nō
remoueat a deo A peccato autem mortali ſeru⁹
dei ſibi cauere poteſt contra omnem tentationē
maxime cum adiutorio gratie quam ipſe omni
bus ſuis promiſit.eſt q; fidelis in promiſſis ſuis.

qui non permittet vos tentari maiore tentatione
ſupra id quod poteſtis vincere cum gratia eius
⁊ ſeruum dei nolentem peccare ipſe certiſſime iu
uabit faciens prouentum i auxiliū in tetatione
vt poſſitis ſuſtinere i perſeuerare in fide ⁊ ſancta
religione ſuperando tentationē nemo ergo diffi
dat in tribulationibus eccleſie poſitus ſed firmi
ter ſperet de miſericordia dei que adiuuabit eū
Cantus gradualis Dñe dns noſter ex pſal' — Graduale
8 reſonat cōſolationem eccleſie dei in etate illa q̄
ex ſermone epiſtole conſolata ꝓrumpit in laudē
dei allegans etiam dei mirabilem potētiam ad
liberandum ſeruos ſuos a pſecutiōe Gottorum
⁊ aliorum tyrānorum in vniuerſa terra Verſus
Quoniam eleuata eſt ex eodem pſalmo dat ra=
tionem predicte allegationis i quia deus habet
magnam potentiam ſuper celos ⁊ ſuper ange=
los in eis habitantes ergo multo magis poterit
ſuper omnes tyrannos habitātes in terra Alle= — Alleluia.
luia Eripe me de inimicis meis ex pſal' 58 eſt
vox eccleſie illius temporis q̄ orat deum ꝓ dicta
liberatione a Gottis qui cōtra eam inſurrexerūt
Euangelium vero i Cū appropinquaret Je= — Euangelij argumentum.
ſus Hieruſalem ⁊c̄ ex 19 capl'o Luce deſcribit
p̄dictam Gottorum pſecutionem ſub parabola
euerſionis Hieruſalem ciuitatis ſancte propter
innumera peccata eius nam reges Gottorū fla=
gellum dei appellati ſunt que chriſtus eiecit ab
eccleſia ſua malos p̄latos vendentes/⁊ emetes/
atq; hereticantes In quo euangelio primo ma=
licia dictorum p̄latorum inſinuatur Secūdo ibi
quia veniet ⁊c̄ eccl'ie tribulatio propter eos inti=
matur Tertio ibi ingreſſus templū.⁊c̄ maloꝝ
p̄latoꝝ eiectio ab eccl'ia dei cōcluditur Hieruſale — Prima ps euangelij.
illa terreſtris ciuitas paleſtine q̄ olim regni Da=
uid caput extitit eccl'iam chriſti ſignificauit ad
quā cum iam chriſtus appropinquaſſet/fuiſſetq;
honorifice receptus ab aliquib⁹ iudeoꝝ ⁊ a mul=
titudine gentiliū cū diſperſione ramoꝝ i diuinia=
rum ſuarum ⁊ ꝓſtratione veſtiū i corporū ſuorū
in penitentia ⁊ martyrio ⁊ in laudū diuinarū cla=
more in tēplo dei.ceperūt nihilominus in tepore
illo heretici eccl'iam dei corrūpere in fide ⁊ mori
bus Videns ergo Jeſus ciuitate i eccl'iam ſuā
ſic erroribus ⁊ peccatis plenam quā tamen ipſe
inſtituerat ſanctiſſimā ſibi ſponſam nō habentē
maculam neq; rugā fleuit ſuper illam.quia diſ=
plicuerūt ei mala eius dicens ſi cognouiſſes ma
la tibi futura propter peccata tua ⁊ tu ſicut ego
illa preſcius peniteres forſan ⁊ lauares te a tātis
peccatis Et quidem in hac die i in hoc tempo=
re catholicorum principum quod ad pacem tibi
conceſſum eſt nūc abſcondita ſunt ab oculis men
tis tue quia ignoras quanta mala feceris/⁊ quā
ta pena ꝓ illis ſit tibi futura in tempore princi=
pum tyrannorum ⁊ hereticoꝝ De quibus ſtatim
ſubditur quia venient dies i tempora horrenda — Secūda ps euangelij.
in te i contra te ⁊ circundabunt te inimici tui ſcʒ
hereticorum fautores Gothi/⁊ Vandali vallo
i obſidione magna p omnes fines chriſtianita=
tis in Europa/Affrica/⁊ Aſia.⁊ talit circūdabūt

te ꝙ coangustabunt te i vndiqꝫ anguſtus efficiēt te ꝛ ad terram i ad deiectionē tuorum plātorum ꝓſternent te i humiliabunt te nimis ꝛ non ſolū plātos ſed etiam filios tuos i minores fideles q̄ in te ſunt ꝛ nō relinquēt lapidem i.plātum ſuper lapidē i ſubditum ſed accidet ꝙ olim in ciuitate ſancta plorās dicebat i threnis Hieremias diſperſi ſunt lapides ſanctuarij.i.fideles eccleſie vel dic non relinquent lapidē ſuper lapidem.i nullam obſeruabunt ſanctam conſtitutionē que ad edificationem tuam ptinet ſed eas omnes violabunt cōtemnētes eas Cuius pcipua cauſa eſt eo ꝙ non cognoueris p ingratitudinē tuam tempus viſitationis tue i quando deus ſua pace et tranquillitate viſitauit te poſt tribulationes martyrum tunc enim debuiſſes ei regratiari p multa ſeruitia ꝛ virtutum exercitia ſed tu econtra in ꝓſperitate laſciuiens oblita dei tui enormia multa cōmiſiſti vnde nimirum ſi deus ꝓpter tuam ingratitudinē has tyrannoꝝ pſecutiōes contra te

Tertia ps euāgelij

permiſerit Et quia huius calamitatis ecclie pcipua ratio fuit puerſitas plātorum ideo ingreſſus Jeſus templū i populum ſuū p tyrannos pncipes cepit eijcere a ſua dignitate prelatos malos ecclie vendētes i lucrū tēporale querētes ex miniſterio ſacramētoꝝ ꝛ emētes pompā ſeculare p ambitionē acſi diceret querētes in eccleſia que ſua ſunt non que ieſu chriſti.hoc eſt ſalutem animarum eiecit inquam p manus tyrannoꝝ dicēs eis i exponens cauſam tāte tribulationis quia ſcriptum eſt Eſaie.56 Domus mea que eſt eccleſia fidelium domus orationis eſt i in qua deuotis orationibus colitur deus in ſpiritu ꝛ veritate vnde nihil carnale/nihil turpe/nihil deniqꝫ ſacrilegū agi deberet in ea ſed vos ingrati feciſtis eā veſtris contaminationib9 ſpeluncam latronum vt dicitur Hieremie 7 quia quos debebatis i ea verbo/ꝛ exemplo viuificare ſcandalizaſtis/puertiſtis/occidiſtis/ꝛ virtutibus ſpoliaſtis puerſa vita veſtra Hec contra malos eccleſie miniſtros propter quos hec orta eſt tempeſtas Sed quia eccleſiam ſuam deus vſqꝫ ad fine huius mundi ſuſtinere decreuit dicens ecce ego vobiſcum ſum vſqꝫ ad ꝯſumationē ſeculi Matthei vltimo ideo ſemper reliquit ſibi in ea aliquos viros ſanctos qui populum fideliū regant bene ꝛ doceant fidē rectam de quib9 ſubditur et erat quotidie i quolibet tempore proſperitatis ꝛ aduerſitatis doces agenda ꝛ credenda in templo quod eſt populus eius Cantus offertorij Juſticie domini recte

Offertorium.

ex pſal 18 doctrinam pcedentis euangelij iuſticiam vocat eo ꝙ ſit via recta iuſticie nam precepta ꝛ conſilia chriſti iuſtiſſima letificant/ꝛ dulcorant animā fidelem ſup omnia bona hui9 mundi.ſi deuote recipiātur a ſeruo dei.ideo ſubditur ꝛ ſeruus tuus cuſtodit ea Secreta orō Concede queſum9 dñe petit ꝓ pſentibus vt ſemp maneat hoc ſacramentū altaris in eccleſia dei quo ſicut nr̄a redēptio ſignificatur ita ꝛ liberatio ab oib9

Communio.

malis expectatur Cantus cōionis Qui manducat meā carne Joan 6.eſt vox dei conſolantis eccleſiam ſuā qua ſe pſentē offert ei vſqꝫ ad conſumationē ſeculi p hoc ſacramentū eucharistie. Vltima oratio Cui nos dñe ſacramenti petit a deo penitentium fidelium puritatem/ ꝛ vnitatem in fide ꝛ religione chriſtiana per virtutē ſacrificij

Moralitas.

eucharistie ſibi oblate in altari Ex toto ergo officio in ſenſu morali colligi pōt doctrina cōminatoria cōtra peccatores ꝓteruos/ ꝛ nolētes penitere in vita ſua nam eoꝝ obſtinatio incitat irā dei contra ipſos vt ꝓpter ingratitudinē ſuā mereantur adduci ad articulū tāte neceſſitatis vt nō poſſint euadere diuinā vltionē/vel in pſenti vita p multa infortunia vel ſaltē in hora mortis quādo aīam infelicem circūdabunt inimici infernales adeo ꝙ ꝓſternent eam p deſperationē qua fit vt oīa eius merita diſpergātur/ ꝛ pereāt vt nō remaneat aliqua eorum ſtructura

## Caput nonageſimūnonum de officio vndecime dñice poſt pethecoſten.

quo adhuc continuatur plaga pſecutiōis Gottorum cōtra eccleſiam dei etiam ſub apertione ſeptimi ſignaculi

IN tēpore quo vigebat i Jtalia acerbior pſecutio Gottoꝝ (quod refert diuus Auguſtinus) cū Romanum imperiū laceratū eſſet ab eis in tantū vt etiam ipſa Roma caput imperij ab eiſdem Gottis caperet multi Romanoꝝ cōtra fidē ꝛ religionē chriſti murmurare ceperūt penitētes ꝙ eam admiſiſſent eiecta ydoloꝝ cultura nā videbat eis ꝙ illa pſecutio Gottorū proceſſiſſet ex iracūdia ſuoꝝ deoꝝ antiquorū cōtra eos propter hoc peccatum Sed cōtra hāc inſaniā tunc tpo-ris beat9 Auguſtin9 edidit libros de ciuitate dei Similiter diſcipulus eius Paulus Horoſius ꝛ alij quidā fideles cōtra Romanos ſic delirātes multa ſcripſerūt probādo ꝙ tepore illoꝝ deorum quos honorifice tūc colebāt Roma paſſa ſit multo maiores pſecutiōes a grecis/ parthis/ gallis/ ab ipſiſqꝫ ciuib9 ſuis adeo ꝙ vix potuit euadere quin tota fundit9 periret nā pſecutiōes iſte Gottorum ꝓcedunt ex diuina ꝓuidetia vni9 veri dei vel ad punitionē peccatoꝝ ecclie ſue/vel ad exercitium fideliū ſuoꝝ/vel ad augendum merita bonorum/vel ad exemplum futurorum/vel ad correſpondentiam preteritorum in lege veteri/ vel alijs de cauſis innumeris nobis ignotis De hac enim tribulatione videtur Joānes Apocalypſis 11 propheteſſe et ciuitatem ſanctam.i Romanā eccleſiam conculcabūt gentes menſibus quadragintaduobus ꝛc̄ ſequitur infra in illa hora fact9 eſt terremot9 magn9 ꝛ decima pars ciuitatis cecidit.ꝛc̄ Huic ergo Romanoꝝ rebellioni ſeu calamitati alludit miſſale huius dñice officium

Introit9 miſſe.

Cuius introitus Dum clamarem ꝛc̄ ex pſ 54. eſt vox ecclie fidelium ꝓfitentis dei ſui clementiā qui licet permittat huiuſmodi perſecutiones.

tamē paratus eſt ſeruoꝝ ſuoꝝ preces exaudire/ꝛ eos liberare perſecutores humiliādo vnde conſulit ponendā eſſe ſpem in eo nō in falſis ydolis Verſus Exaudi deꝰ ꝛc eſt principiū eiuſdē pſalmi quo ad deū cōuertitur eccleſia petens ab eo exaudiri ne forte propter peccata noſtra nos deſpiciat Oratio Deus qui oīpotentiā obijciens ei generoſitatē ſuā cuius eſt potius facere miam ſibi ſubiectis/q̄ vindictā ab eis ſumere petit auxiliū mie pro his qui in via mādatoꝝ currūt ſub ſpe remunerationis promiſſe

Ep̄le argumētū

¶ Epiſtola Scitis qm̄ cū gentes ꝛc. ex cap 12 p̄me ad corint alloquit ipſos ciues romanos cōmemorans eis mala ſua tēpore gentilitatis/ꝛ ydolatrie eorū oſtendensq; eis religionē ꝛ fidē chriſti melioraſſe, multū ſtatū eoꝝ tā in proſpera q̄ȝ in aduerſa fortuna ꝛ q ab vno ſolo deo chriſto plures gratias recepiſſent ad tollerādas varietates fortune q̄ȝ a ſuis mēſtis dijs ꝛ varijs ydolis Diuiditur aūt epiſtola in tres partes prīa cōmemorat gētilitatis ydolatre incōmoda Scd̄a ibi. Diuiſiones vero ꝛc allegat chriſtianitatis bona generalia Tertia ibi vnicuiq; aūt ꝛc enumerat dona ſpecialia

Prima ps ep̄le.

Licet autē Paulus apoſtolus tēpore ſuo hec ſcripſerit grecis corinthijs tamen Anaſtaſius/Zozimus/Hilarius/vel alius pōtifex romanus illius tēporis hanc ep̄lam latinis adaptauit romanis fratres inquit ſcitis i. memorari debetis quoniā cū prius eſſetis vos aut veſtri anteceſſores gētes i. gentiliter viuētes eratis euntes ad ſimulachra i ydola muta adoranda quia os habent ꝛ non loquētur ꝛc pſal' 113 prout ducebamini vos ceci a doctoribus cecis/vel potꝰ a malo ſpiritu q̄ d ſeruiebatis dijs mutis immo ꝛ mortuis qui nō poterant vobis reſpondere nec auxiliari in neceſſitatibus veſtris nō ſic modo cū ſeruitis deo viuēti ſ ieſu chriſto ſanctiſſimo ideo notū vobis facio q nemo loques in ſpiritu dei i bono ſpiritu ductus poteſt dicere anathema i blaſfemiā cōtra ieſum ſicut modo dicunt quidā ex vobis vnde cōſtat eos a malo ſpiritu ductos ꝛ iteꝝ dico vobis q nemo poteſt dicere q ieſus eſt verus dn̄s ꝛ verus deus niſi in ſpiritu ſancto i gratia eius mouente linguā ꝛ mente ad id credendū ꝛ cōfitēdū Procurate ergo vobis gratiā dei ad permanendam in fide chriſti/ꝛ cōfitendū eū corā hominibꝰ nam ꝛ ipſe (ſicut promiſit) cōfitebitur vos eſſe ſeruos ſuos corā deo et dabit vobis multa dona gratuita plura ſ quā dij veſtri quos dimiſiſtis

Scd̄a ps epiſtole

Unde diuiſiones i diuerſitates gratiarū ſunt in hoībus ſeruis eius ſed idē i vnus ſolus ſpiritus bonus a quo procedunt oēs ille gratie ꝛ diuiſiones miniſtrationū i officioꝝ in eccleſia dei ſunt date fidelibus idē aūt dn̄s ſ chriſtus ieſus qui illas ordinauit et diuiſiones i varietates operationū i miraculoꝝ ſunt in populo dei idem vero deus in cuius virtute illa fiunt naȝ ille ſolus eſt qui operatur oīa i omnibꝰ Per gratias ergo habitus virtutū intelligūtur que inclinant ad bene operādū. ſed quia nemo bene agit aliquid quod ſibi nō conuenit ex officio ideo prouidit chriſtus multiplices miniſtrationes officioꝝ Et quia in eodē officio nō oēs equaliter operantur ſed alij plus alij minꝰ vt patet in apoſtolatu de Paulo reſpectu alioꝝ: ideo mouet deus ad operandū p gr̄aȝ ſuā hoīes diuerſimode prout ſibi bene placet vnde diuiſiones operantiū ſunt a deo vel dic q chriſtus nullū in eccleſia vacuū reliquerit munere ſuo nā quibuſdā tribuit gratias gratis datas prophetie/ſermonis ꝛc alijs dignitates prelationū vt papatū cardinalatū ꝛc alijs operationes miraculoꝝ ſ ſanare infirmos/ expellere demones ꝛc

Tertia ps epiſtole.

Sed de his ſpecialius agens proſequitur vnicuiq; aūt fidelium datur manifeſtatio ſpūs. i. gr̄a qua manifeſtatur ſpūs bonus i hoīe ad vtilitatē ſ proximoꝝ fideliū quod maxime fit per doctrinā fidei ad quā tria requirūtur ſ cognitio ſecretoꝝ/cōfirmatio ſermonū/ꝛ debita prolatio verboꝝ Ad primū pertinet quod dicitur alij quidē per ſpūm ſanctū datur ſermo i cognitio ſapientie que eſt de diuinis ſpeculatio alij ſermo ſcientie que eſt operatiua vel directiua hūanoꝝ negotioꝝ. alteri fides i cōſtantia fidei in credēdo recte Ad ſcd̄m facit qd̄ ſequitur alij gratia ſanitatū i. miraculoſe curandi infirmos ad confirmādam doctrinā fidei alij operatio virtutū i alioꝝ miraculoꝝ in alijs creaturis ſ celeſtibus vel terrenis alij prophetia i predicere futura contingentia alij diſcretio ſpirituū i cognoſcere ſecreta cordium/et quo ſpū vnuſquiſq; loquatur Ad tertiū attinet quod ſubditur alij genera linguaꝝ i loq̄ diuerſis linguis diuerſaꝝ gentiū alij interpretatio ſermonū i ſcripturaꝝ vel viſionū vt Joſeph ꝛ Danieli Hec aūt oīa dona gratuita operatur in hominibus fidelibus vnus ſolus atq; idē i inuariabilis ſpūs dei ſanctus diuidens ipſe nō diuiſꝰ ſingulis fidelibꝰ prout vult gratis dare vnicuiq; cū ſit verus deꝰ libere agēs ꝛ nulli debitor Per quod tollitur gētiliū error qui diuerſas gratias attribuebant diuerſis dijs vt ſapientiā Ioui/fortitudinē Marti/eloquētiā Mercurio/ꝛ ſic de alijs conſtellationibus ꝛ fatis multis Sed chriſtiana religio hec oīa confitetur ſe recepiſſe ab vno ſolo deo ꝛ ſpiritu ſancto eius ideo in hac epiſtola toties repetitur vocabulū vnitatis vel identitatis

Graduale

¶ Cantus gradualis Cuſtodi me dn̄e ex ps 16 eſt oratio eccleſie illius tēporis qua petit a deo cuſtodiri ꝛ protegi ſub fide vnius veri dei ne retrocedat in perfidiā falſoꝝ deoꝝ vt quidā romani tunc faciebāt contra quos verſus ſequens de vultu tuo ex eodē pſalmo implorat diuinū iudiciū i punitione

Alleluia.

Alleluia Te decet hymnꝰ ex pſalmo 64 decantat maieſtatē dei noſtri ſuper oēs deos gentiliū ſ q2 ſolus ipſe eſt dignus vt ei ſeruiant hoīes offerantq; vota ſeu munera ſua non vanis ydolis gentiū

Euāgeliū argumentum.

¶ Euangeliū Duo homines aſcēdebāt Luce 18 parabolice notat differentiā chriſtianoꝝ illius tēporis maxime in vrbe roma vt ex tali differentia appareat cauſa perſecutionis gotthoꝝ cōtra ecclīam dei quia fideles eoꝝ hūiliter cōfitētes infirmitatē ſuā iuſtificati ſunt a deo īfideles vero apoſtate/ꝛ heretici preſumētes

de primatu ſeu excellentia ſua ſuper omēs alias nationes hoīm reprobati ſunt a deo ⁊ deleti per gotthoꝝ tyrannos Ubi primo inſinuatur infidelium iactantia Scḋo ibi ⁊ publicanus ꝓponitᷓ fideliū penitētia Tertio ibi.amen dico vobis cōcluditur eoꝝ differentia ⁊ differens ſententia In

Prima ꝑs euāgelij

illo ergo tēpore perſecutiōis gotthoꝝ dixit ieſ⁹ i romanus pontifex zelans ſalutem animarū ad quoſdā romanoꝝ.qui in ſe.i.in ſua excelētia ſeculari ſuper alias nationes hoim cōfidebant tanq̄ſi eſſent iuſti i digni pre alijs omnibus atq̄ ideo aſpernabatur ceteros vt viles ⁊ minus dignos honore maxime aūt fideles ſeruos chriſti q erant hūiles ⁊ paupertate gaudētes ⁊ propterea reputabant eos minus dignos honore Dicebat itaq̄ ad eos parabolā i ſimilitudine iſtā qua illorum ſtulticia cōuincitur Duo inquit homines naturali ratione ꝑditi deū cognoſcentes aſcēderūt in tēplū dei per eleuationē metis vt orarēt deū quoꝝ vnus ierat phariſeus i religioſus vel appares iuſtus et alter publicanus i publicis negocijs deditus ⁊ ſecularis peccator Hi eīn differenter orabant nā phariſeus ſtans i erectus preſumptiōe proprie excellentie hec apud ſe orabat.i.ad ſuam laude cōuertebat orationē ſuā Deus inquit gratias ago tibi de excellentijs mihi cōceſſis ad honoꝛē meū in ſeculo cum eñ due ſint partes iuſticie declina a malo et fac bonū vt pſalmographus tradit vtraq̄ me decoraſti primo quia non ſum malefactor ſicut ceteri multi de nūero hoim qui ſunt raptores bonoꝝ proximi per violentiā/ iniuſti in ꝯtractibus emptionis ⁊ venditiōis decipiētes proximos/adulteri violātes alienū thoꝝ verbi gratia velut etiā hic publican⁹ qui in ſuis cōtractibus talia ſolitus eſt facere cōtra proximos Scḋo q2 ſum bonorū operator nā ieiuno bis in ſabbato i in hebdomade ad ſabbatū terminata ꝓpter carnis laſciuiā euitandā/decimas do oim bonoꝝ que poſſideo etiā vſq̄ ad minutiſſima ad euitandā iniuſticiā Romani ergo proceres hoc phariſeo ſignificantur qui erecti phātaſia ſui magni imperij in hoc ſe glorificabant corā deo q̄ iuſticiā ſeruabāt hominib⁹ ſibi ſubiectis ⁊ eos optime gubernabāt/eccleſias ditabāt/⁊ alia multa bona faciebant/non deo ſed ſibi laude attribuētes quia ſicut dicitur Ro primo deū cognoſcentes nō eū glorificauerunt ideo tradidit eos deus in reprobū ſenſum ⁊c Sequitur in parabola pu

Scḋa ꝑs euāgelij

blicanus aūt pre timore dei a longe ſtās ſeparatus ab altari nolebat ex pudore oculos ſuos ad celū leuare q2 ſe nō reputabat dignū aſpectu celi ſed penitētia ductus percuciebat pectus ſuum quaſi vltor ſceleris ſui dicēs deo per verā confeſſione Deus propiti⁹ i miſerator eſto mihi peccatori ſic q̄ nō facias mihi ſecūdū peccata mea ſed potius indulgentiā tribuas de preteritis ⁊ cautelā a futuris malis vt deinceps tibi digne ſeruiā creatori meo Tales erant fideles chriſti ex infidelitate cōuerſi ad fidē qui mūdana deſpiciētes vix ſe dignos reputabant annumerari cetui fideliū vt ſtarent corā deo in eccleſia ad videdū ſacra miniſteria eius vnde cōtinuis orationib⁹ inſtantes diuinā propiciatione exorabāt Magna ergo erat tunc inter romanos differentia erga deum omniū iudicē ideo parabolā applicans prelat⁹ cōcludit amen dico vobis deſcendit hic popul⁹ fideliū iuſtificatus i ſanctificat⁹ ex humili penitentia in domū ſuā i eccleſiā chriſti ab illo i pre illo romanoꝝ populo ſuperbo quia nō iuſtificatus ſed dānatus fuit/⁊ tradit⁹ Gotthoꝝ tyrannidi puniendus

Tertia ꝑs euāgelij.

Et ratio huius eſt quia omnis qui ſe exaltat ſuperbe corā deo ſe iactans de gratia ſibi data reputando eā a ſe habere/vel proprijs meritis recepiſſe/vel ſingularitatē ex ea oſtēdere/⁊ proximos contēnere volens talis merito humiliabitur i deijcietur a ſua dignitate propter malū vſū gratie dei ⁊ econtra q̄ ſe humiliat mundanos honores deſpiciens propter deū exaltabitur a deo in eccleſia chriſti nā romanū imperiū ydolatris ſublatū eſt ⁊ fidelibus prelatis conceſſum iuxta illud Eſaie 24 ciuitate ſublimē humiliabit de⁹ conculcabit eā pes egenoꝝ.i pauperū fidelium ¶ Cantus offertorij Ad te leuaui ex pſal' 24 eſt vox eccleſie humiliantis ſe cū publicano quem derridebat phariſeus proteſtatur ergo ſpem ſuā in deo q̄ nō deſerit ſperantes in eo Secreta oro tibi dñe petit a deo recipi ſacrificiū altaris quod ſibi offertur a fidelibus in honorē ſuū ⁊ in remediū noſtrū

Offertorium.

¶ Cantus cōmunionis Acceptabis ſacrificiū ex pſal' 50 eſt oratio eccleſie qua optat acceptari a deo penitētiā fideliū peregrinantiū que eſt ſacrificiū iuſticie i.iuſte punitionis ꝓ peccatis Ultima oro Quéſumus dñe ex virtute ſacrificij ſacramenti euchariſtie oblati et ſuſcepti expetit fidelib⁹ auxiliū gratie ꝯtra perfidos apoſtas a religione chriſtiana

Cōio.

¶ Ad ſenſum vero moralem ex predicto officio inſtruuntur fideles preſentes firmiter permanere in religiōe quam profeſſi ſunt ne faciliter moueātur ad apoſtaſiā propter incomoda ⁊ pericula que in hac vita cōtingūt ſeruis dei q2 ſi bene ſapiāt illa oīa cedūt in gloria et vtilitatē ipſoꝝ ſ ad purgādū peccata ſua/⁊ ad obtinendū a deo innumera alia beneficia ⁊ gratias ſpirituales ecōtra vero vita voluptuoſa ⁊ diabolica affert ſeruis dei multa incōmoda ⁊ maiora mala q̄ ſint iſta corporalia que de nobis immittit ratione ſupradicta Uerūtamen cauere debet ſeruus dei obtēta gratia bene perſeuerandi in fide inter tētationes ne inde ſuperbiat ⁊ ſuis viribus attribuat illā virtutē ſ3 poti⁹ miſericordie dei que gratia ſua eum adiuuit

Moralitas.

## ¶ Caput cēteſimū de dñica duodecima poſt penthecoſtē in qua fine perſecutionis Gotthoꝝ immo ⁊ conuerſione eorum ad fide catholicā deſcribit eccleſia introduces ex apocalypſi ſeptimum angelum tubicinantem

AD finem vndecimi capitis apocalypſis ponit vox ſeptimi angeli tuba canentis i fideliſſimi imperatoris de quo dicitur et

facte ſūt voces magne in celo i. ecclesia fideliū laudantes deū de victoria data fidelibus contra hereticos maxime Arrianos ⁊ eoꝝ fautores ⁊ dicebant regnū ſ. huius mūdi factū eſt dñi dei nři ⁊ chriſti ei⁹ ⁊ regnabunt fideles ſui in veritate ſidei catholice ⁊ religionis ſancte cum fauore magnoꝝ principū terre in ſecula ſeculoꝝ i. per multa tēpora hoc factū eſt circa annos dñi ſexcētos Et viginti quattuor ſeniores i. vniuerſi plati in ſedib⁹ ſuis adorauerūt deū/ dicētes grās agim⁹ tibi dñe deus ſ. de liberatiōe eccleſie ab hereticorum oppugnatione quia accepiſti virtutē tuā magnā contra eos ⁊ regnaſti i. ſuperaſti eos et irate ſunt gentes contra fideles ſed aduenit ira tua i. punitio cōtra eos hoc eſt tēpus mortuoꝝ iudicari i. vt iudicent ad morte ⁊ reddere mercedē ſeruis tuis i. fidelibus vt exaltes eos in honorē et tēpus exterminādi eos qui corruperūt terrā ſuis hereſib⁹ eſt aūt tēpus predictū ſeptimi angeli circa ānos chriſti 500 et deinceps imperantibus Juſtiniano ⁊ alijs catholicis quoꝝ fauore deuicti ſunt heretici ⁊ multi eoꝝ cōuerſi ad verā fide vnde ſequitur et apertū eſt libere téplū dei tunc tēporis in celo eccleſie. et viſa eſt archa teſtamenti i. romana ſedes apparuit glorioſa. factaq; ſunt i. ea fulgura luminariū/ voces cantoꝝ/ tonitrua predicationū/ terremotus hereticoꝝ cōuerſoꝝ/ et grando magna belloꝝ cōtra fautores eoꝝ. Huic ergo victorie ⁊ felicitati eccleſie correſpōdet officiū miſſale huius dñice nā ⁊ finis libri Job lect⁹ in matutinis felicitatē ſibi reſtitutā poſt aduerſitatē decantat deuictis falſis amicis aduenīq; recepi[?]

Introit⁹ miſſe. ¶ Unde miſſe introitus ſ. Deus in loco ſcō ⁊c. ex pš 67 de victoria fideliū cōtra hereticos agit nā deus eoꝝ aſſiſtens loco ſancto ſuo i. eccleſie ſue per vnanimitatē fideliū ipſe dedit virtutem ⁊ fortitudinē plebi ſue tā in armis q̄ in litteris ad cōuincēdos hereticos ⁊ eoꝝ fautores Gotthos et vandalos Verſus Exurgat de⁹ ⁊c eſt principiū eiuſdē pſalmi attribuens dictā victoriā deo q̄ cū prius ſit viſus dormire permittens ſuā eccleſiam pati ab hereticis tamē illo tunc excitat⁹ eſt ⁊ ſurrexit ad diſſipādos fugandoſq; hoſtes a facie eccleſie ſue

Oratio. Oratio vero Omnipotēs ſempiterne de⁹ qui abundantia ⁊c petit hereticoꝝ cōuerſionē ex abundātia pietatis diuine vt dimittat eis peccata preterita ⁊ largiatur gratiā bone vite

Epl'e argumētū. ¶ Epla Notū vobis facio euāgeliū ⁊c ex 15 capi prie corint predicationē fidei catholice maxime reſurrectionis chriſti proponit ex qua probata eſt cōtra hereticos Arrianos diuinitas chriſti Cui⁹ tres ſunt partes prima fidē catholicā in genere commendat Scda ibi tradidi eñ ⁊c reſurrectionem chriſti in ſpecie cōfirmat Tertia ibi ego eñ conuerſione heretici prelati allegat Roman⁹ ergo

Prima ps epiſtole. pontifex tēporis illius vt Felix/ Joānes/ Agapitus/ Siluerius ⁊c allegās contra hereticos fidei catholice ſinceritate ait/ notū vobis facio i. ad memoriā reduco euangeliū quod predicaui vobis i. fide vobis iā predicatā quod euangeliū prius accepiſtis deuote in quo ſtatis nunc perſeuerātes/ per quod ſaluamini in futuꝝ Similiter notū vobis facio qua ratione i. probatione diuine autoritatis predicauerim vobis fidei doctrinam maxime articulū diuinitatis chriſti qui eſt principaliſſimus alioꝝ ſi tenetis bene in memoria ⁊ propoſito volūtatis Quod ſi nō fruſtra credidiſtis i. fidē profeſſi eſtis quia nihil prodeſt homini ſe chriſtianū profiteri ⁊ fidei doctrinam non tenere Dicente chriſto nō omnis qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnū celoꝝ Et vt de ceteris taceā notū vobis facio articulū reſurrectiōis chri ex quo

Scda ps eple. maxime ꝓbatur eius diuinitas tradidi enim vobis in primis i. principalius ceteris id quod ego per reuelatiōnē accepi a deo ſ. qm̄ chriſtus mortuus eſt ſcđm infirmitatē nature hūane ꝓ pctis nřis auferēdis a nobis vel expiādis corā deo ⁊ hoc ſcđm ſcripturas i. ſicut i. ſcripturis prophetarum de⁹ promiſerat maxime Eſaie 53 Hieremie 11 et Zacharie. 9 Et tradidi quia chriſtus ſepultus eſt corpore in ventre terre ⁊ animo in limbo patrū tribus diebus ⁊ quia reſurrexit ex virtute ſue diuinitatis tertia die ab ea qua mortu⁹ eſt et hoc etiā fecit ſecundum ſcripturas i. prout fuerat prophetatum in ſcripturis prophetarum hoꝝ precipuus in pſalterio dauidico Petrus princeps noſter actuū. 2 ⁊ Paulus doctor gentiū actuum 13 cōmemorāt Ordinauit enim diuina prouidētia q̄ filius eius vnigenitus/ ⁊ mediator hoim mortem noſtrā ſua morte deſtrueret per humanitatē ⁊ vitā reſurgēdo repararet per diuinitate ideo ſicut ex paſſione mortis chriſti probatur eius vera humanitas. ſic ex reſurrectione glorioſa cōuincitur eius vera diuinitas cōtra hereticos Hac chri reſurrectionē negare nequeunt rationabiliter quia viſus eſt i. apparuit poſt reſurrectione ſuā primo cephe i. Petro aploꝝ capiti Luce 24. ⁊ poſt hec vndecim aplis ſimul Joānis 20 deinde viſ⁹ eſt pluſq; quingentis fratribus ſimul in monte Galilee Matthei 28 ex quibus multi manent viuētes ſaltē per ſuas ſcripturas de hoc articulo. q̄dā aūt dormierūt nec aliqua nobis ſcripta reliquerunt ſed tamē in hoc teſtimonio vſq; ad mortem perſtiterūt deinde viſus eſt Jacobo alphei ſingulariter ſed hoc non recitatur in euāgelio deinde aplis oibus in aſcenſione Marci vltimo nouiſſime aūt ſ. poſt aſcenſionē ⁊ vltimo poſt oēs alios viſus eſt mihi Paulo actuū 9 tanq̄ filio abortiuo i. per vim nato in chrō vt ſolet naſci abortiu⁹ in ſeculo Cū ergo predicti teſtes ſint magne auctoritatis in cetu fideliū nemo niſi valde ꝓteru⁹ poteſt chriſti reſurrectione negare quare nec ipſius diuinitatē vt Arriani negabant qui hoc argumēto deuicti ſunt Hoꝝ quilibet iam ad verā fide cōuerſus ⁊ ſuū errorē arguēs dicit Ego enī

Tertia ps epiſtole. ſum in eccleſia minim⁹ aploꝝ i. prelatoꝝ imo nō ſum dignus tanto ſacerdotio nec eius vocabulo qui non ſum dignus vocari aplus ſi precedentia mea peccata attendantur qm̄ perſecutus ſum eccleſiā dei mea falſa doctrina contraria eccleſie et ſi ſum aliquid in eccleſia gratia dei ſu3 id quod ſum. non meis meritis ⁊ gratia eius preueniens

ꝛ cooperās in me vacua non fuit ab effectu ſalu
tari ſed fecit in me verā cõuerſionem ad deū per
Graduale abrenunciationē erroꝛis mei ꝑcedentis ❡ Cā⁹
gradualis In deo ſperauit ꝛc. ex p̄s 27 eſt cōfir
matio reſurrectionis chriſti per auctoritate / pſal,
miſte dicentis carnē chriſti refloruiſſe ex ſepulchro
per diuine virtutis adiutoriū. vel poteſt dici ꝙ eſt
vox heretici iam conuerſi ad deū ꝛ ex volūtate cō
fitentis fidei veritate Verſus Ad te dñe clama,
ui ꝛc eſt principiū eiuſdē pſalmi ꝛ probat deū nō
Alleluia reſpuere clamātes ad eū Alleluia Exultate deo
ꝛc. ex p̄s 80 incitat fideles ad laudē dei cū exul
Euāgelij tatione ꝛ iubilo pro hereticoꝝ cōuerſiōe ❡ Euā,
argumē. geliū vero Exiens ieſ⁹ ꝛc ex 7. caplo Marci ſub
typo ſurdi ꝛ muti a chriſto ſanati hereticoꝝ ma-
xime Gotthoꝝ cetū ad fidē conuerſum deſcribit
atq; miris laudibus chriſti diuinā potētiā extol,
lente inducit. Ubi primo oſtēditur miraculi occa
ſio Scdo ibi ꝛ apprehēdens ꝛc miraculi opera,
tio Tertio ibi ꝛ precepit ꝛc miraculi diuulgatio
Uel dic ad propoſitū ꝙ primo introducuntur fi-
deles pro hereticis orātes Scdo chriſti virtutes
eos ſanantes Tertio cōuerſi chriſtū predicantes
Prima pars euāgelij In illo ergo tēpore i. ſeptimi angeli. ſ. circa annos
chriſti quinetos ꝛ quinquaginta exiens ieſus i.
exire faciens fideles ſuos de finibus tyri. i. angu
ſtie hereticoꝝ venit ad mare galilee i. ad eccliam
ſua in qua eſt ſacramētū baptiſmi ad trāſmigrā
du de vicijs ad virtutes venit inq̄ per ſidonē i.
venatione hereticoꝝ quos ſua gratia cōuertebat
a inde verā inter medios fines decapoleos i. de
cem mandatoꝝ dei quoꝝ tria priora religione ſa
cre fidei indicunt ſed hec hereticoꝝ venatio non
ſine ſanctoꝝ oratione facta eſt Unde ſequitur et
adducunt ei prelati eccleſie ſuis predicationibus
ꝛ precibus hereticoꝝ cetū ſurdū ab audiēdis ver
bis dei et mutū a predicatiōe vere fidei et depre
cabantur eū ſuis deuotis orationib⁹ vt imponat
illi manū ſue mīe ꝛ gratie qua illuſtrat⁹ reſipi-
Scda pars euāgelij ſcat a ſuo errore Et ieſus clementiſſimus ecclie
ſponſus exaudiuit eius preces ꝛ apprehendens
eū manu ſue potētie quia cor hominis in manu
dei eſt / ꝛ quocūq; voluerit vertet illud ꝛ eduxit de
turba phantaſiarum falſaꝝ quibus tenebatur et
miſit digitos i. dona ſanctiſpūs i. auriculas mē-
tis eius vt illuminaretur et expues i. ſapientiam
emittens tetigit linguā i. voluntate eius vt ſape
ret et guſtaret veritatis dulcore. nam digitus dei
ſpūſſanctus eſt iuxta illud exodi 8 digitus dei
eſt hic et ſaliuā (que ex ſapore cauſatur) ſapientiā
ſignificare patet prouerbi 8 ego ex ore altiſſimi
proceſſi et ſuſpiciens i. eleuans cor eius in celū ad
diuinū implorandū auxiliū ingemuit i. gemitū ꝛ
penitentiā erroris preteriti immiſit et ait illi non
verbo ſed facto quia dixit et facta ſunt effeta he
braice quod eſt latine ad aperire vt ſuſcipias do
ctrinā ſanā in intellectu ꝛ in affectu ꝛ ſtatim i. ſu-
bito cū voluit deus aperte ſunt aures mentis ei⁹
et ſolutū eſt i. dimiſſum vinculū peccati lingue. i.
voluntatis eius et loquebatur recte omnia q̄ ad
fidele pertinent. nā qui prius erat heretic⁹ ecclie
perſecutor ꝛ fidei blaſſemator poſt ſuā cōuerſio-
ne factus eſt catholicus / predicator ꝛ fidei defen
ſor patuit hoc in Gotthoꝝ ꝛ Uandaloꝝ gentib⁹
qui circa hec tēpora hereſi arriane abiurātes fi-
dem chriſti deuotiſſime receperunt in magnū ec
cleſie fauorem ſimile fuit in alijs hereticis Sed
chriſtus voce apoſtoli Pauli precepit illis noui Tertia pars euāgelij.
ter conuerſis ne cui dicerent i. predicarent fidem
catholicā. oportet enim ſicut epiſcopū ita et pre-
dicatore eſſe nō Neophitū ne in ſuperbiā elatus
in iudiciū incidat diaboli ꝑme thimo 3 Sed ipſe
feruore zeli accenſus quanto plus ei precipiebat
tanto magis predicabat fidei veritate nec in hoc
peccabat quia illa regula eſt moralis ꝛ in certis
caſibus eſt diſpenſabilis nam Martinus / Am,
broſius / Auguſtinus / ꝛ alij multi ſanctorū illico
poſt ſuā cōuerſione promoti ſunt ad officiū prela
ture et predicationis. eo ꝙ ſuperabundans gra-
tia dei ſuppleuit in eis defectū qui ſolet apparere
in neophitis alijs et ſimile fuit in Gotthis ꝛ alijs
multis illius tēporis qui ex plenitudine grē am
plius mirabantur fidei catholice ꝛ chriſti digni-
tate quā experti fuerant q̄re in extaſim rapti pre
gaudio tacere nō poterāt dicētes bene omnia fe
cit deus in perſona chriſti ꝛ in eccleſia ſua et tan
dem nos ſurdos fecit audire / ꝛ mutos loqui veri
tate fidei quā prius nō percipiētes impugnaba-
mus ❡ Quare in offertorio Exaltabo te dñe ex Offertorium
pſalmo 29 predictoꝝ cōuerſoꝝ cetus magnificat
deum ex beneficio ſue ſanationis vel potius eſt
vox eccleſie que ſe gaudet exauditā in ſanatiōe
hereticorū pro quibus orauerat Secreta oratio
Reſpice dñe ꝛc cōmendat deo ſacrificiū euchari
ſtie ab ecclia ſibi oblatū quaten⁹ ex ꝟtute ei⁹ fra
gilitas noſtra obtineat auxiliū dei contra hereti
cos ꝛ fautores eoꝝ ❡ Cātus cōmunionis Hono Coīo.
ra dñm ꝛc ꝓuerbi 3 eſt vox dei eccleſiā ſuā exhor
tantis / atq; oſtendentis quib⁹ meritis horrea ec-
cleſie i. ſacre ſcripture ꝛ torcularia i. ſacrificia ꝛ ſa
cramēta redundabunt magna copia doctorum
fideliū / ꝛ ceteroꝝ populoꝝ que ꝛ ſaturitas ecclie
vt etiā ſuperius in dñica 6 huius partis declara
tum eſt in tempore Conſtantini imperatoris erit
ergo ſenſus huius cōmunionis. honora dñm de
tua ſubſtantia i. de lege naturali tibi indita et de
primitijs i. de precipuis preceptoꝝ ꝛ ſacramētoꝝ
que quaſi fruges excreuerunt tibi ex diuina reue
latiōe de his inq̄ omnibus honora deū faciēdo
ſibi ſeruicia accepta ꝛ dabit tibi copiā fideliū ꝛ ca
tholicoꝝ doctoꝝ deletis hereticis Finalis oratio
Sentiam⁹ dñe ꝛc eadē eſt petitio ad deū in ſente,
tia que fuit ꝛ ſecreta oratio ſed ſup addit gratiaꝝ
actione de gloria eccleſie ex plenitudine fideliū
in ea ❡ Ex toto iſto officio ad ſenſū morale pro Moralitas.
fidelibus noſtri tēporis in hoc principio autumni
colligitur doctrina ſpiritualis ſ. ꝙ ſicut tunc col
ligunt abundātiam fructuū terre ex diuino mu-
nere ita ꝛ ipſi fructificent in operib⁹ bonis corā
deo quoꝝ primū ꝛ maximū eſt / vt firmiter teneāt
fide catholicā. nā illa fides ſufficiet ad ſanādum
eos ab oībus defectib⁹ naturalib⁹ ſignificans

in ſurdo/ꝛ muto quē miraculoſe ſanauit chriſtꝰ
ꝛ ad multiplicandū in eis bona ſpiritualia qui-
bus anima repleatur ꝛ redundet ad modū hor-
rei ꝛ torcularis

# ¶ Caput cēteſimū primū

de officio tertiedecime dñice poſt penthecoſten
quo felicitas teporalis eccleſie chriſti circa ãnos
dñi ſexcentos declaratur iã omnino deuictis he-
reticis ꝛ Gothis coꝝ fautoribus iuxta promiſſio
ne facta in apocalypſi Joannis

Argumētū officij

SIcut bellū here-
ticorū contra ecclīam chriſti cru
delius eſt reputatū in eccleſia-
ſtica hiſtoria ꝙ̄ precedēs bellū
tyrannoꝝ principū ſic ꝛ pax vel
quies ab iſto bello ē felicior eſ
timata ꝙ̄ precedēs ab illo vnde et plures dñice
iſtã pacē colunt ꝛ comemorãt ꝙ̄ illa que fuit ſub
magno Conſtantino etiã in apocalypſi capi 10
maiore verboꝝ pondere/ꝛ ſub iure iurando pre-
dicitur firmanda nã angelus ille magnus ꝛ for
tis poteſtate ſibi a chriſto data ſ romanus ponti
fex viſus eſt in hoc tēpore annoꝝ chriſti quingen
toꝝ ꝛ quinquaginta ꝛ deinceps amictus nube ſ
celeſti doctrina ꝛ iris in capite eius ſ ſignū pacis
habens et facies eius erat vt ſol ſ clareſcens ſan
ctitate vite et pedes i affectiones eius inflãmate
vt colūna ignis et habebat in manu ſua libellū
legis dei apertū quia publice ꝛ ſine offenſione
hereticoꝝ fidē predicabat ꝛ poſuit pedē ſuū dex-
trū i potiores predicatores ſup mare ſ magis lu
bricos peccatores ꝛ pedē ſiniſtrū i minus ydo-
neos ſuper terrã i ſuper magis ſtabiles in fide ꝛ
clamauit voce magna mittendo edicta ꝛ decreta
ſua ad oēs alios p̄latos inferiores et locuta ſunt
ſepte tonitrua i oēs ecclīe per orbe voces ſuas ſ
diuine laudis per cantus eccleſiaſticos ſequitur
ꝛ angelus predictus leuauit manū ſuã i guber-
natione eccleſie ad celū ſ ad celeſte vitã ꝛ iurauit
per viuente in ſecula ſcl'oꝝ ꝛc quia tēpꝰ talis tri-
bulatiõis hereticoꝝ nõ erit amplius i raro et vix
in eccleſia dei ſed in diebus vocis ſeptimi ange
li i imperatoris Juſtiniani ꝛ alioꝝ cõſumabitur
miſteriū dei.quo voluit permittere hereticoꝝ per
ſecutionē ɔtra fideles Et tūc cepit in eccleſia vſꝰ
conſecrandi eccleſias ꝛ altaria que perenniter de-
dicantur diuino cultui vt patet ex pricipio vnde
cimi capitis i apocalypſi Dnica ergo hec cõformi
ter ad predict i deſcribit ſtatū pacificum ecclīe/et
gliam miniſterioꝝ eius poſt cõuerſione Gothoꝝ
ꝛ alioꝝ hereticoꝝ nã Rhecharedus rex Gothoꝝ
in hiſpania cū tota gente ſua monitu ꝛ induſtria
Leandri hiſpalenſis epi circa annos chri 560
ad vera fidem conuerſus eſt ab Arriana perfidia
ꝛ ex Gothis ceperūt florere viri ſancti in eccleſia
ex quibus Hermium Gildus/Yſidorus/ Fulgē
tius/Braulius/Illefonſus/ꝛ alij multi In huiꝰ
ergo tante vnitatis ſignū inuenta eſt illo tēpore
tunica chriſti inconſutilis in Saphat ꝛ honorifice
repoſita in Hieruſale ¶ Hec attēdes eccleſia in
miſſali officio ponit introitū Deus in adiutoriū.
ex p̄s 69 quo predicat ſe diuinitus adiutã ad cõ
fundendū ꝛ couertendū inimicicia hereticoꝝ que
rentiū eã extinguere Verſus Auertantur retror
ſum ex eode p̄s dicit hereticos retroceſſiſſe ꝛ eru
buiſſe ab errore ſuo p illuminatione fidei Orō

Introitꝰ miſſe.

Oipotens ſempiterne deus de cuiꝰ munere ꝛc
predictã cõuerſionē gratie dei aſcribens petit cõ
tinuari hãc pace ſine offēſiõe hereticoꝝ. ¶ Epl'a

Oratio.

fiduciã talē habemus ex 3 caplo ſcdē ad corint
magnificat ſacerdotes noui teſtamēti ex gloria ꝛ
honore quã habuerūt tali tepore ſupra oes mini
ſtros veteris legis Ubi primo allegatur huiꝰglo
rie cauſa efficiens ſ diuina gratia Scdo ibi qui
ꝛ ydoneos oſtenditur eccleſie ſtatus proficiens ſ
ſpiritalis intelligētia Tertio ibi ꝙ ſi miniſtratio
arguitur noſtre prelatie dignitas excellens ſ in

Eple argumentū.

gloria Cū eñ in pſperitate tēporali requiratur
teperantia/et humilitas ad euitandum peccata
ideo prelati illius tēporis dicebãt ſuis fidelibus.
fratres/fiduciã talē i de tali proſperitate eccleſie
nobis conceſſa habemꝰ non preſumētes de nrīs
meritis ſed per chriſtū miſericorditer nos pmo-
uente ad colendū deū pacifice ꝛ libere in eccleſia
ſua non enim ſumus ſufficientes cogitare aliq̄d
boni quanto magis ꝛ loqui et operari ex nobis
mouendo nos ad bonū opus q̄ſi ille bonꝰ mo-
tus ſit ortus ex nobis i.ex noſtris viribus natu-
ralibus per liberū arbitriū vt Pelagiꝰ dicebat·
ſed eius dictū falſum eſt quia nõ ſufficiūt ad bo-
num operandū/immo neq̄ cogitandū vires nrī
naturalis arbitrij ſed ſufficietia noſtra ex deo eſt
per gratiã ſuã nos mouēte ad bonū quod alias
non poſſemꝰ agere nemo ergo ſuperbiat in ſuo
bono opere preſumens de ſua prudētia ſed totū
hoc attribuat mie ꝛ gratie dei que p̄uenit eū per
gratiã ſuã mouēs ad bonū Nã ꝛ ipſe nos fecit ꝛ
non ipſi nos ydoneos ſ ſufficientes miniſtros.i

Prima ps eple.

diſpenſatores ſacramentoꝝ noui teſtamenti ſ ec-
cleſie chriſtiane que ſunt ſacramēta ſpūalia ꝛ di
uina.nõ in littera ſ litteraliter ꝛ carnaliter mini-
ſtrando ſacrificia carnalia·vt olim ſacerdotes in
lege veteri ſed in ſpiritu i in ſacramentis ſpūali
bus/ꝛ in ſpirituali intelligentia ſacramentorum
carnaliū veteris legis littera enim illa i.carnalis
exercitatio illoꝝ ſacrificioꝝ occidit aĩas quia poſt
paſſionem chri oes cerimonie veteris legis ſunt
mortifere obſeruãtibꝰ eas ſpiritus aūt i ſpūalis
coꝝ intelligētia quã nos habemus ꝛ noſtra ſpiri
tualia ſacramēta viuificat.i iuſtificat aĩas liberãs
eas a peccatis multū ergo profecit ſtatus prela-
toꝝ ſeu miniſtroꝝ dei in eccleſia chriſti quod ap-
pertius hoc noſtro tepore oſtenditur in tanta pa
ce ab hereticoꝝ oppugnatione Et fuit hoc valde

Scda ps epiſtole

rationabile ꝙ ſic profecerit quia ſi miniſterio i.ſa
cerdotiū mortis i legis illius carnalis que(vt di
ximus)occidebat animas erat litteris de forma
ta i deſcripta in lapidibus i duabus tabulis la-
pideis quas accepit Moyſes a deo in mõte ſina
Exodi.32.ſi illa inq̄ lex fuit data in gloria.i.ho-

Tertia ps epiſtole.

moꝛe magno miniſtroꝝ eius qḋ patet de Moyſe qui fuit adeo glorioſus ⁊ honorabilis ita vt i deſcenſu montis cū ferret tabulas legis nō poſſet filij iſrael intendere i aſpicere in faciē eius propter gloriā i claritatē vultus eius nā ex nimio fulgoꝛe videbatur facies eius coꝛnuta. de Aarō etiā ſacerdote magno ꝙ glorioſus fuerit corā populo iſrael declarant veſtes eius diuinitus oꝛdinate exodi 25 et tamē lex illa fuit imperfecta que modo euacuatur i ceſſat/caſſatur/⁊ diminuitur a fidelibus ex mandato dei. quomodo i quare nō magis miniſtratio i ſacerdotiū ſpūs i ſpūalis huius legis chriſti que viuificat aīas ⁊ impreſſa ē a deo in coꝛdibus hoim nō in lapidibus per ſpūm ſanctum qui datus eſt nobis quare inq̄ hoc ſacerdotiū nō magis erit in gloria i glioſum ⁊ honorabile corā hominibus⁊q d rationabile eſt ꝙ ſit magis glioſum hoc nr̄m ꝙ illud āntiquū ſacerdotiū quanto lex nr̄a eſt digniot ⁊ in melioꝛi libro ſcripta ſ in ſpiritu hois nō i lapide inſenſibili ⁊ moꝛtuo nā ſi miniſtratio dānationis i legis que occaſionaliter (licet nō de per ſe) dānabat hoies (quia obligabat eos ad peccata que nō poterat abſoluere) ſi illa in gloria eſt data multomagis abundat i abūdare deb; in gloria miniſteriū iuſticie i legis nr̄e iuſtificantis hoie p abſolutionē pctoꝝ fuit ergo decens in eccliam chri aduenire tēpus glīe ⁊ honoris magni prelatoꝝ poſt tantā tribulatione ⁊ deiectione eoꝝ et hoc tēpus fuit poſt dictā Gotthoꝝ cōuerſionē qui eccleſias et ſacerdotes chriſti munificentiſſimis donis ſuis exoꝛnauerunt ¶ Vñ in graduali Benedicā dñm ⁊c ex pſalmo 33 eccleſia benedicit ⁊ laudat deū de tanta gloria ſua ſed quia hec gloꝛia eſt deo attribuēda ideo verſus ſequitur In dño laudabitur aīa mea ⁊c ex eodē ps audiant manſueti i vere hūiles ⁊ fideles ⁊ letentur in deo de tāta ꝓſperitate

Aleluia Dñe deus ⁊c ex ps 87 probat clamandum eſſe ad deū pro eius gratia ⁊ mīa obtinenda tam in die proſperitatis ꝙ in nocte aduerſitatis quia in ſolo ipſo eſt ſalus nr̄a ¶ Euāgeliū Beati oculi ⁊c ex cap 10 Luce predicata illi⁹ temporis felicitate declarat exercitium vite religioſe chriſtianoꝝ nam tunc intēdebant operibus charitatis dei ⁊ proximi de quibus ſunt duo maxīa legis dei precepta oſtēdebatur enī charitas dei in ſolēnitate diuinoꝝ officioꝝ in eccleſia ſed charitas proximoꝝ in operib⁹ mīe faciebāt enī monaſteria ⁊ hoſpitalia ad ſubleuādas neceſſitates proximoꝝ In quo euāgelio pmo deſcribit illi⁹ etatis felicitas Scḋo ibi ⁊ ecce quidā ⁊c explicatur gemina charitas Tertia ibi ille autē ⁊c inſinuatur vera officioſitas. In illo itaqꝫ tepoꝛe predicte etatis dixit ieſus i prelatus ſalutem quereſ aīaꝝ. diſcipulis ſuis chriſti fidelibus beati oculi qui vident i beati eſtis vos videntes bona eccliē que vos videtis tepoꝛe veſtro dico enim vobis certitudinaliter quia multi prophete i ſancti viri ⁊ reges i plati regētes eccleſiā voluerūt i in preteritis tepoꝛibus turbulētis deſiderauerūt videri pace quiete ⁊ alia bona eccleſie chriſtiane que vos videtis iſto tēpoꝛe ⁊ nō viderūt bona ſꝫ potius tribulationes ⁊ aduerſa multa ⁊ deſiderauerunt audire de alijs eccleſijs que vos nunc proſpera auditis ⁊ nō audierunt ea ſed potius miſerias multas eis illatas a tyrānis ⁊ hereticis nā tunc eccleſia chriſti vndiqꝫ vexabatur in magna p'elatoꝝ iactura nūc vero eccleſia per totū oꝛbē terraꝝ eſt in magno honoꝛe ⁊ fauoꝛe ideo videns in veſtra patria/⁊ auditis ex aliena oīa fere eſſe fidelibus proſpera ⁊ felicia cōuerſis hereticis/⁊ ſedans ſciſmatibus ideo beati vos qui talē etatem nacti eſtis Sed ne foꝛte ex nimia proſperitate laſciuiat ⁊ toꝛpeat eccleſia fideliū ecce quidā legis peritus i doctiſſimus predicatoꝛ ſ ſancti benedicti oꝛdo ſurrexit illo tēpoꝛe in eccleſia. tentans i. excitans illū prelatoꝝ oꝛdinē ad exerciciū virtutū et dixit ei tu magiſter qui doces ppl̄m fideliū qḋ boni operis faciendo vitā eternā poſſidebo⁊nam hec proſperitas eccleſie quā predicas nō eſt eterna ſed tēpoꝛalis ideo quereda eſt alia preter iſtā que ſit eterna At ille prelatus eccleſie reſpondit dicēs quid ſcriptū eſt faciendū nobis in lege dei que oꝛdinat fideles ad vitā eternam⁊q d tu bene hoc ſcis cū ſis egregi⁹ predicatoꝛ legis dei quomodo legis tibi ſoli ⁊ nō doces alios fideles⁊ille ſūt predicatoꝛ reſpōdens nō tam verbo ꝙ ope dixit i predicauit mandata legis dei duo pcipua et maxīa ſ Diliges dñm deū tuū ex toto coꝛde i voluntate tua ex tota aīa i affectiōe tua ⁊ ex omnibus viribus i potētijs tuis/ ⁊ mēbris coꝛpoꝛis ⁊ ex omni mente i intelligētia tua ita ꝙ quicqḋ cogites intellectu tuo/quicquid velis tua volūtate/quicquid cōcupiſcas tuo appetitu ſenſuali/ quicquid agas membris coꝛpoꝛis tui totū oꝛdines ad dei voluntatem/ totumqꝫ fiat ad honoꝛē eius et finis tuus pcipuus in eis omnibus ſit placere deo hoc eſt deum diligere in actibus tuis vel actu/vel habitu/vel ſaltem in virtute alicuius actus precedentis ecce pmū ⁊ maximū dei mandatum vt docet chriſtus Matthei 22. Scḋm ſūt mandatū legis dei ſimile eſt huic quia etiam loquitur de dilectione ſ Diliges proximū tuū ſicut teipſum i iḋ bonū velis proximo tuo quod tibi velle teneris ⁊ ad eundē finē ad quē teipſum finaliter dirigis atqꝫ ab eo dāno proximū tuum velis eſſe immunē a quo tibi cauere debes dixit ꝙ illi prelatus eccleſie cōſcius legis dei recte reſpondiſti i. correſpondenter ad ſtatū tuū predicaſti ideo approbo predicationē tuā tanquā veram ⁊ vtilē eccleſie tamē caue tibi ne ſis reprob⁹ predicatoꝛ ſed hoc quod predicaſti alijs tu ipſe fac ⁊ viues vita illa eterna de qua interrogaſti Quāuis ſūt preceptū de dilectione dei ſit excellentius altero tamē mandatū de dilectione proximi eſt cōmuni⁹ ⁊ viſitati⁹ ideo circa ipſum opoꝛtet erudiri fideles quare ille predicatoꝛ volens iuſtificare ſeipſum i iuſte ⁊ digne exercere officiū ſuū dixit ad prelatū ⁊ quis eſt meus proximus quem diligere teneoꝛ⁊ an ſolus ille qui mihi cōiunctus eſt cōſanguinitate/affinitate/vel quauis alia neceſſitudine⁊At plat⁹ i lege peritiſſim⁹ ſuſcipiens i.

Graduale

Aleluia

Euāgelij argumentum.

Prima ps euāgelij

Scḋa ps euāgelij.

Tertia ps euāgelij.

ſuperius ⁊ ſublimius ſentus de charitate dixit ſ declarauit proximū eſſe omnē hoiem qui noſtro eget auxilio/et cui poſſumus benefacere quod i parabola oſtenditur Homo quidā ⁊c que ad literā clara eſt/⁊ probat quod dictū eſt Sed exponatur ad noſtrū propoſitū ſic homo quida per labilitate nature que inſtabilis eſt deſcendebat ab Hieruſalē i.a proſperitate in hierico i in egeſtatē vel infirmitate ⁊ incidit in latrones i.in manus inimicoꝝ ſuoꝝ.qui deſpoliauerūt eū bonis fortune per violentia/rapinā/dolū/aut fraude ⁊c vt ſolent mundani ⁊ plagis illatis in perſonā ſuā ledēdo bona nature.abierūt.i receſſerūt per immiſericordiā ab eo ſemiuiuo relicto i ↄſtituto in graui neceſſitate iue proximoꝝ.q d ſi deus permitteret(quod ſepius fit)hoiem cadere in aduerſam fortunā vel per amiſſione ſubſtantie ſue/vel per infirmitate/vel per captiuitatē ab hoſtibus/vl' aliquo alio periculo peſtis/famis/ignis/aque/beſtiaꝝ ⁊c in quo caſu extreme ſue neceſſitatis quilibet homo potens ei opē ferre eſt proximus eiꝰ ⁊ obligatur illo precepto charitatis eū adiuuare ⁊ benefacere ſibi alias peccat ſe negans eſſe proximū eius quia vt ſapiens dicit vnicuiq; deꝰ mādauit de ꝓximo ſuo ſeqtur in parabola Accidit aute vt ſacerdos quidā(cuius eſt legē predicare ⁊ cuſtodire pre ceteris eccleſie ſtatibus)accidit inq̄ vt deſcenderet eadē via.i occurreret homini taliter anguſtiato ⁊ viſo illo i.cognita eius neceſſitate preterijt ab eo per inimiciam ⁊ etiā a diuino precepto per inobedientiā quia nihil fraterne charitatis habuit ad eū ſicut tenebat ex mandato dei. ſimiliter ⁊ leuita i miniſter ſacerdotis cū eſſet ſecꝰ locū.i vicinus homini anguſtiato ⁊ videns eū in tanta miſeria poſitū pertranſijt i preterijt mādatū dei de dilectione proximi q d licet eccleſia dei tūc temporis eſſet in magna proſperitate ⁊ predicaretur a viris religioſis ⁊ ſanctis preceptū dei de mia proximis exhibenda tamē nō omnes illam curabāt et maxime viri eccleſiaſtici auaritie ſuoꝝ reddituū intenti Samaritanꝰ aut i ſecularis quidam cuſtos legis dei iter mandatoꝝ dei faciens. venit ſecus eū i cōpaſſus eſt ei et videns illū egere officio fraterne charitatis miſericordia motꝰ i affectus eſt erga illū et appropinquans per auxiliū ſuū alligauit vulnera eius i reſtringit ⁊ ſupleuit miſerias eius infundens i donans ei liberaliter oleū eleemoſine/⁊ vinū cōſolationis interneꝰq d multi ſeculares deuoti illis temporibus edificauerūt aut dotauerunt monaſteria/⁊ hoſpitalia ꝓ hominibus neceſſitatis recolligendis in charitate vnde ſequitur et imponens illū in iumentū ſuū i eleuans per adiutorium eleemoſine ſue duxit in ſtabulu i hoſpitale vel monaſteriū et curam eiꝰ egit per miniſteriū prepoſiti reſidentis in domo illa et altera die i mortis ſue cū vellet ab hac vita diſcedere ꝓtulit ad dicte domus munimem duos denarios i duo bona valde neceſſaria ſcȝ redditus temporales/ ⁊ conſtitutiones morales et dedit i commiſit ea ſtabulario i gubernatori talis domus ⁊ ait curā habe illius i pauperis vel infirmi declinātis ad hoc ſtabulū ſcdm ea que tibi cōmiſſa ſunt ⁊ quodcunq; opus bonu ſupererogaueris i ſuper ea que tibi cōmiſſa ſunt cu eo feceris ex tua charitate ego cū rediero i die iudicij ad corpus meu redda tibi per iuſti iudicis retributionē. Ecce parabolā de tribus hominibus ſanis erga vnū ſauciatū varie ſe habētibꝰ quis ergo hoꝝ triū videtur tibi ſecundū prehabita fuiſſe proximus i proximi opus feciſſe illi qui incidit in latrones'q d facile poteris iudicare ex predictis At ille i predicator dixit cocludes ex verbis prelati q' fuit vere proximus ſauciato ille qui fecit miam cū illo nā ad hoc obligat preceptū dilectionis proximi ſupradictū Et ait illi prelatus vade ergo ꝑ eccleſiā dei.et tu fac ſimiliter ad ꝓximos/ ⁊ faciendū alijs ſimiliter predica et ita res ſe habuit illo tēpore predicantibus in eccleſia dei ſacris ordinibus diui Auguſtini/Benedicti/⁊ alijs multis ¶ Cantus offertorij Precatus eſt Moyſes ⁊c ex 32.capl'o.exodi inducit orōnem Moyſi olim facta in fauore populi veteris vt ex hoc denotet eccleſie chriſtiane epiſcopū orante ꝓ fidelium cetu liberando ab anguſtijs hereticoꝝ.imo ⁊ pro hereticoꝝ cōcilio cōuertendo/et recipiēdo a mia dei.cuius ſupplicationis inſtantia placatus factus eſt dn̄s ⁊ recepit hereticos penitentes q̄d vero hic dicit memeto Abraā/ Yſaac ⁊c ē allegatio ſanctitatis patrū precedentium in eccleſijs ex quibus orti ſunt heretici vt eoꝝ meritis filij errātes veniāt conſequantur Secreta orō Hoſtias q̄ſumꝰ dn̄e ⁊c.offert deo ſacrificiū altaris dirigēs ipſum principaliter ad honorē dei/deinde ad indulgentiā ⁊ remiſſionē peccatoꝝ nr̄oꝝ ¶ Cātꝰ cōmuniōis. De fructu opeꝝ tuoꝝ ⁊c.ex p̄s 103 laudat deū de ſuperabundātia bonorū temporaliū in eccleſia deiꝰmaxime propter pacē factā inter chriſtianos ex cōuerſione hereticoꝝ Oratio finalis Viuificet nos.⁊c.petit effectū triplice ſacramenti eucharistie in nobis i vitā grē/expiatione pcti/et munime cōtra hoſtes. Hactenus de hiſtoria libri Job que incipiens a lamento cantabile hȝ fine ¶ Ex qua ad ſenſum moralē elici poteſt hec doctrina/quod eccl'ia per eā intendit nobis ſuadere patientiā ⁊ hoc per quattuor dn̄icas ſupra dictas quattuor enim ſunt que requiruntur ad patientiā Primo opus eſt ſeruū dei celeſtia meditari i vt poſt aſſumptionē virginis marie eleuet ſurſum cor ſuū ad deū vnde veniat auxilium ei ſine quo nō pōt homo in patiētia perſeuerare Hoc ſignificauit introitus miſſe decime dn̄ice poſt penthecoſte ecce enim deus adiuuat me Ad obtinēdū aūt auxiliū dei requirit etiā q' homo euitet peccata vnde ſubditur ep'la/ nō ſimus cōcupiſcetes in graduali vero/ qui ſurſum rapitur/reddit gratias deo dicēs dn̄e dn̄s noſter in alelui̇a.eripe me dn̄e petit a tentationibus liberari in euangelio timor mortis incutit homini ſic affecto quo oēs phantaſie mūdane proſternūtur ſicut dicitur de ciuitate Hieruſalē terrena in offertorio laudant opera virtutū q' ſunt iocundiora q̄ opera vitioꝝ. Que ſequuntur in eode officio ad ſacramentum

Offertorium

Cōio.

Mo alitas.

# Dñica quartadecima post penthecosten.

Eucharistie pertinēt cuius efficatia valet ad obtinēda supra dicta bona Scđo requiritur ad pacientiā ꝙ homo ponat spem suā in deo/ vide introitus misse vndecime dñice ait dū clamare ad deū ⁊c in cuius epla enumerantur bona q̄ a deo nob' ꝑuenerūt ⁊ quia illa nemo poteſt retinere niſi a deo protegatur ideo in graduali dicit cuſtodi me ⁊c In euangelio dānatur pſumens de ſua iuſtitia/⁊ laudatur cōfidens de diuina mia ſ duo hoīes ⁊c offertoriū ſ ad te dñe leuaui ⁊c clare oſtēditur ſpes habenda i deo cetera oia applica vt in pcedēte dñica Tertio requiritur ad pacietiā corā deo ſe hūiliare Unde introitus dñice duodecime de' in loco ſancto ſuo ⁊c quia tales ſunt fructus hūilitatis in epla Paulus oſtendit quāta fuerit ſua hūilitas ſ ego ſum minimus ⁊c graduale etiā eſt vox humilitatis in deo ſperauit ⁊c ex qua ſequitur exultatio de qua in alleluia exultate ⁊c in euāgelio exiens ieſus ⁊c. oſtēdit perfecta ſanatio hominis ſe hūiliantis etiā euitatio vane glorie ⁊ precepit illis ne cui diceret ꝓ qua ſanatione ponitur gratiaꝝ actio in offertorio exaltabo te dñe ⁊c. Reliqua vt ſupra Quarto reqritur ſemper orare ideo introit' tertiedecime dñice eſt deus in adiutoriū ⁊c epla oſtendit maiorē efficacia orationis in miniſtris noui teſtamēti q̄ veteris nō ex meritis noſtris ſed ex gr̄a dei ideo dicitur fiduciā tale ⁊c graduale ꝯtinuat orōnem cum introitu ſ benedicā dñm ⁊c Euangeliū totū fere eſt de charitate proximi ſine qua oratio e inualida ſ beati oculi ⁊c offertoriū inducit orōnē Moyſi pro populo dei Reliqua oia ex ſacrificij altaris virtute orationis fructū poſtulant

## ¶ Caput cēteſimū ſecūdū

de officio quartedecime dnice in quo deſcribitur eccleſie dei tribulatio ſub perſecutiōe ⁊ rebellione regis perſaꝝ poſt annos dñi ſexcetos de qua apocalypſis duodecimo

Argumētū officij



Erſus finē menſis ſeptembris legit eccl'ia libros Thobie/Judith/Eſter/ ⁊ alioꝝ i officio matutino ad ſignificandum tribulationes Perſaꝝ/Mauroꝝ/Galloꝝ/ alioꝝꝙ ꝯtra eccleſiam dei poſt annos chriſti dñi ſexcētos Quoꝝ tepoꝝ ſucceſſ' deſcribit aplus Joānes a duodecimo capite apocalypſis in quo enarrata eccleſie ꝓſperitate ſub typo mulieris ornatiſſime ſed parturientis vt pareret filiū virile i imperatorē virtuoſum ad debellandū hoſtes cōtra eā inſurgentes/et pacē ei' perturbantes Conſequenter deſcribitur Coſdre regis pſaꝝ pſecutio cōtra ecclias Aſye/⁊ Africe/ ſub noie draconis magni ⁊ rufi qui habebat capita i regna ſeptē.cornua i duces decē ⁊ caudā i exercitū magnū quo trahebat tertiā partē ſtellarum i fideliū et miſit i deiecit eas in terrā ⁊ cum his etiā voluit filiū ecclie i imperatore deuorare ſȝ nō potuit quia de' protexit eū immo tūc factū eſt p eliū magnū in celo i in eccl'ia militā.e et imperator ⁊ milites ei' obtinuerūt triūphū de predicto dracone cū ſatellitibus ſuis ⁊c vt plane colligi poteſt ex legenda exaltationis ſancte crucis imperante Eraclio qui poſt victoriā predicta de Coſdra rege occiſo in ſuo phano pugnauit cum filio eius ſibi ſuccedete in regno et de iſta etiam pugna loquitur prima medietas tredecimi capitis in apocalypſi vbi fit mētio de illa magna beſtia cui draco predictus dedit ſuā poteſtatem magnā ⁊c. Huic ergo tribulationi perſaꝝ correſpondet hec dnica in ſuo miſſali officio quod ſpecialiter reſpicit ſtatū romani imperij circa ānos chri ſexcentos ¶ Unde introitus/Reſpice dñe ⁊c ex ps 73 eſt inuocatio diuini auxilij ſuper eccleſiā fideliū in Perſide/in Egypto/ et Siria exiſtētiū ſuper perſecutione predicti regis perſaꝝ qui a fideli clamabant ad deū reſpice dñe ⁊c. Uerſus Ut quid deus ⁊c pricipiū eiuſde pſalmi quaſi admiretur eccleſia et dubitet ſe repulſam a deo ireto cōtra eā ex immanitate ill' perſecutionis Oro Oipotes ſepiterne de' da nobis fidei ⁊c petit a deo theologicaꝝ virtutū augmētū ad bñ implēda mādata dei quia tūc tepoꝛis ex tribulatione illa videbātur ille virtutes minorate ¶ Epl'a Abrahe dicte ſunt ꝓmiſſiones ex 3 caplo ad Galatas declarat efficatiā fidei chr̄iane(ad quā ſuſtinēdā ortabantur prelati illi' tēpoꝛis pplos ſuos)⁊ hoc p cōparationē ad legē veterē q̄ tā ſtrictiſſime iuſſa eſt ſeruari. Ubi primo explicatur fidei dignitas Scđo ibi quid igit legis mediocritas Tertio ibi lex ergo ⁊c ponit ei' infirmitas Promiſerat quide olim de' Abrahe patriarche Gñ 12 et decimo quinto ⁊ 21 ⁊ vigeſimo ſcđo qđ in ſemine ſuo benediceretur oēs getes ⁊ hoc ꝯfirmauit iuramēto p ſemetipſum iurādo Jlla aūt bñdictio ꝓmiſſa erat fides chri quā accepturi erāt gētiles vt fieret iuſti ⁊ ſancti corā deo De hac ergo fide plati pdicātes dicebāt fratres Abrahe dicte i facte ſunt a deo ꝓmiſſiones q̄ a nō ſemel neqꝫ bis ꝓmiſit ei grām fidei ſed pluries et ſemini ei' per quē fides erat publicāda Sed notāda ſunt verba dei quia nō dicit ⁊ ſeminib' quaſi in multis ſit futura benedictio gentiū ſed dicit ⁊ ſemini quaſi in vno ſemine qui eſt chriſtus eſſent gentes benedictionē fidei habiture Dico aūt i declaro vobis fidei chri dignitatē nā hoc teſtamentū i hanc promiſſionē immutabile ad modū teſtamenti validi cofirmatum a deo per iuramentum vt diximus non facit irritū i vanū ad euacuādam ꝓmiſſionem i. ad tollendam eius efficatiam vt non impleatur ſicut deus promiſit non facit inqꝫ eam irritam lex vetus que poſt quadringentos ⁊ triginta annos a dicta promiſſione data eſt iudeis in deſerto ſina.ergo non potuit inualidare tanto tempore precedentem promiſſionem dei/iuramento ꝯfirmatam quin ſortiretur effectum ſuum in aduētu chriſti qui erat ſemen repromiſſum faceret autem lex vetus irritam promiſſionem predictam ſi ipſa conferret gentibus gratiam iuſtificantem nam ſi ex lege eſſet gētibus data hereditas fidei

Introit' miſſe

Oratio

Epl'e argumētū

P i a pa epiſtole

tã nõ ex promiſſione facta Abrahe tãq̃ ex cauſa
ſufficiẽte procederet illa benedictio quod tamen
falſum eſt quia Abrahe p repromiſſione certã et
firmã donauit deus ſemẽ illud in quo benedicẽ
tur gẽtes gratia ergo fidei chriſtiãe ex certiſſima
dei promiſſione que fruſtari nõ potuit habet di
gnitatem ſuã non ex lege Moyſi que neminem
Scda ps epiſtole vnq̃ iuſtificauit/neq̃ perfectũ fecit corã deo Sz
forte dices quid i ad quid igitur lex data eſt po-
pulo dei' Dicendum eſt q lex poſita eſt medians
inter promiſſionem z impletionem eius propter
tranſgreſſores i.peccatores corrigendos abi nor
dinatis actibus ſuis Eſt enim lex quaſi pedago
gus populi dei erudiens z corrigẽs ipſum vt di-
gnus ſit benedictionẽ futurã recipere quã deus
Abrahe promiſit vnde lex illa non fuit ſemper
duratura ſed tandiu donec veniret ſemen i chri-
ſtus dominus cui i de quo repromiſerat deus
Abrahe.nã ab ipõ procedit benedictio fidei z gra
tie habito autem fine ceſſant media ordiata in
illum lex enim media erat in finem predictum
ordinata per angelos i miniſtros dei Moyſen z
Aaron z alios ſacerdotes qui legem ſcripſerunt/
predicauerunt/z cerimonias eius ordinauerunt
z fuit lex poſita in manu.i poteſtate mediatoris
chriſti qui ſolus potuit ei finem imponere dico
autem chriſtum mediatorem i inter deum z ho-
mines mediator enĩ vnius nõ eſt ſed inter duos
terminos deus autem vnꝰ eſt Deutero 6 opor-
tuit ergo mediatorem ſimul eſſe deum et homi-
ne cuius fides,de vtraq̃ ſua natura.ſaluaret om
nes gentes in eũ deuote credentes quod eſt eas
benedici a deo ſicut ꝓmiſerat Abrahe Patet er
go q lex Moyſi non fuit data populo dei vt per
eam homines iuſtificarentur/z benedictione dei
conſequerẽtur quia hoc priuilegium ſoli chriſto
mediatori reſeruabatur Joannis primo lex per
Moyſen data eſt ſed gratia z veritas promiſſiõis
per ieſum chriſtum facta eſt ſed tantum fuit lex
data ad detinendum populum ſub cultu vnius
dei/ et ad coercendos rebelles/et inquietos cer-
tis penis in lege poſitis Et ſi iterũ argues lex
Tertia ps epiſtole. ergo aduerſus promiſſam benedictione dei mili
tat' quia ipſa videtur obſtaculum medians inter
promiſſionem z impletionem z detinẽs populũ
dei tot annis ſine benedictione promiſſa Reſpõ
demus q abſit hoc a fideliũ cordibus dicere le-
gem veterẽ fuiſſe cõtrariam gratie dei promiſſe
cum ipſemet deus qui fecit promiſſione abrahe
poſtea dederit lege Moyſi ſcribendã z ordinan-
dam in populo ſed fatemur ingenue legem illã
q uis ordinaret homines ad gratiam promiſſam
p chriſtũ fuiſſe infirmam et inualidã ad ſanctifi
candas animas ſi em data eſſet lex ante aduen
tum chriſti que poſſet viuificare.i vita gratie do-
re hominibus vere ex lege z non ex promiſſione
dei eſſet iuſticia i ſanctitas vel benedictio homi-
nũ quod eſt falſum quia ſcriptura illius legis
omnia facta hominũ concluſit ſub peccato i pre
cepit vel prohibuit ſub cõminatione peccati mor
talis tam in cibis q̃ in veſtibꝰ atq̃ alijs cerimo-
nijs quibuſcũq̃ Jlla ergo multitudo preceptorũ
obligantiũ ad peccatũ ſignũ fuit q lex illa non
ſanctificabat homines a peccato ſed potius da-
bat eis occaſionẽ peccandi z neminem munda-
bat in quo infirmitas eius monſtrabatur quia
poterat obligare z non liberare a peccato hoc ta
men ita fieri permiſit deus vt promiſſio i bene-
dictio promiſſa Abrahe daretur credentibus in
chriſtum nõ ex lege que onerabat homines pec-
catis ſed ex fide Jeſu chriſti quem expectabant
venturum ex promiſſione facta Abrahe iuxta il
lud Roma 15 dico enim ieſum chriſtum mini-
ſtrum fuiſſe circunciſionis ad confirmadas pro-
miſſiones patrũ Ex tota ergo epiſtola liquido
patet in eccleſia chriſti impletas eſſe promiſſio-
nes olim factas Abrahe patriarche et q in ſolo
mediatore chriſto poſſunt homines benedictio-
ne dei cõſequi quia nõ eſt aliud nomen datũ ho
minibꝰ i quo oporteat nos ſaluos fieri actuũ 4
Quod ideo in hac dñica fidelibꝰ predicatur q̃a
circa annos chriſti ſexcentos incipiebat fieri di-
uiſio romani imperij diſcedentibus Perſis a fi-
de cũ Coſdrã rege ſuũ adoraret vt deũ z ſtatim
poſt mortẽ eius inſurrexit mahometes totã fer-
me Africam z magnã parte Aſie peruertens a
fide chriſti preparandi ergo erant animi fideliũ
ante illã tribulatione ad fidei defenſionem ſicut
de facto incitatus eſt tunc imperator Eraclius z
multitudo fideliũ cũ ipſo vt dictum eſt ¶ Unde Graduale
conſequitur gradualis cantus i epeteus miſſe in
troitũ ex magna eccleſie affectione que tribula-
tionẽ proximo futurã vaticinabatur/nec deũ in-
terpellare ceſſabat dicẽs reſpice dñe ꝛc Aleluia Aleluia
Dñe refugiũ factus es ꝛc ex ps 89 cõmemorat
miſericordias dei alias factas eccleſie i ſimilibꝰ
caſibus tribulationũ preteritaꝝ in alijs genera-
tionibꝰ ¶ Euãgeliũ vero Dũ iret ieſus ꝛc ex.17 Euãgeliũ
capitulo Luce ſub typo decẽ leproſoꝝ a chrõ ſa- argumen
natoꝝ deſignat varios chriſtianoꝝ populos ab tum.
hereſibus liberatos in tẽpore ſeptimi angeli p̃ra-
dicti ſimul etiã oſtendit populi latinoꝝ grati tu-
dine z recognitionẽ tanti beneficij propter quam
meruit in vere fidei ſanitate confirmari/ alijs po
pulis iterum lapſis i varios errores Ubi primo
oſtenditur omniũ fere hereticoꝝ conuerſio Se-
cundo ibi vnus aũt ꝛc explicatur latinoꝝ populi
gratitudo Tertio ibi reſpondens ꝛc ſubiũgitur
ſue ſanationis confirmatio Jn illo itaq̃ tẽpo e Prima ps euangelij
ſeptime tube dũ iret ieſus in Hieruſalem i in ec
cleſia ſuã viſitando ea conſolationibus multis
tranſibat per mediã Samariã z Galileam i.me-
diũ ſe fecit inter catholicos z hereticos vt eos cõ
iungeret in eandem fidem Samaria quippe cu
ſtodia interpretatur/et ſignificat catholicos ve-
ram fidem et mandata dei cuſtodientes Gali-
lea vero traſmigratio eſt hereticorum ab errore
ſuo ad viam rectam que tunc facta eſt quando
chriſtus ad eos acceſſit. et cum ingrederetur per
gratie illuſtrationem quoddam caſtellum i here
ticorum occurrerũt ei miſericordia eius i ex lo
rantes decem viri leproſi i vniuerſi heretici ex

cunctis finibus chriſtianoꝝ lepra em̄ hereſim ſi-
gnificat vt potē que ſemper veris falſa pmiſcet
quaſi varios colores i corpore faciēs Qui lepro ī
ſteterūt a loge i per'titerunt olim in ſuis erroꝛ b⁹
valde remoti a doctrina chriſti ſed poſtea penitē
tes leuauerūt voce predicationis ⁊ laudis dei in
vera fidei cōfeſſione dicētes Jeſu preceptoꝛ i ma
giſter veritatis miſerere nobis illuminādo ꝑ ve-
ra doctrinā quos vt vidit ſic clamātes ⁊ penitēn
tes de ſuis erroꝛib⁹ ieſus dixit eis ite ad eccleſiā
fideliū paſſibus pie affectiōis/⁊ vere humilitatis
⁊ oſtēdite vos per ꝯfeſſionē delictoꝝ ⁊ expreſſam
renunciationē erroꝝ ſacerdotibus eccl'ie qui vos
abſoluāt ⁊ a peccatis ⁊ cēſuris eccl'iaſticis nō em̄
ſufficit ad ſalutē maxime in peccatis publicis ꝙ
peccatoꝛ reconcilieť deo per contritione ſed etiā
requiriť ꝙ edificet eccl'iam quā prius ſcandaliza
uerat per cōfeſſione ſacramentale ⁊ vite emenda-
tionē ⁊ factū eſt mandatū chriſti dum irent ad ec
cleſie reconciliationē ⁊ ꝯmunione mundati ſunt
a lepra hereſis et facti veri fideles chriſti ſani in
fide vnde ceſſauit in eccleſia tunc tēporis impu-
gnatio hereticoꝝ fere in toto mundo iuxta verbū
ſeptimi angeli in apocalypſi iurantis ꝙ tempus
nō erit amplius ſ. hereticoꝝ proprie dictoꝝ Sed
Scd̄a ps euāgelij qꝛ hec ſanatio hereticoꝝ nō fuit naturalis ſed mi
raculoſa deo nō hominibus attribuenda ideo re
quiritur ad perſeuerandū in ea gratitudo eccl'ie
erga deū tanti boni autoꝛe hec autē maxime ap-
paruit in eccl'ia romana que eſt totus popul⁹ la
tinoꝝ de quo ſubditur vnus aūt ex illis populis
ſanatis a lepra hereſis ſ. latina eccl'ia in qua ⁊ re
ligionis chriāne vnitas obſeruať vt vidit gratiā
dei quia mūdatus eſt ab hereſibus regreſſ⁹ eſt i
cōuerſus ad deū per deuotionē magna voce i vo
cibus cēticoꝝ eccl'iaſticoꝝ magnificans deū i de
cantans magnalia dei opera cū ſuis fidelibus ⁊
cecidit in faciē i humiliauit ſe ante pedes eius i
humanitatē chriſti adorans/gratias egit de tot ⁊
talibus beneficijs ab eo ſuſceptis et hic ſic grat⁹
deo populus erat ſamaritanus i gentilis ⁊ valde
remotus a terra promiſſionis in qua primū recta
fides orta eſt vnde qui minus videbatur ad fide
pertinere magis illā cuſtodire ſe profitetur ꝗa ſa
maritanus quod ad confuſionē Grecoꝝ/Aſiano
rum/Paleſtinorū/atq; aliorū populorū dicitur
qui magis tenebantur ad confeſſionē vere fidei
ſuſtinendam tanꝗ̄ magis propinqui illi terre in
qua miſteria fidei perfecta ſunt/⁊ quibus primū
a potioꝛibus apoſtolorū predicata eſt ſincera/re-
Tertia ps euāgelij cta/et ſana fides Horū exprobratio ex oꝛe chriſti
ſubſequitur Reſpondens autē ieſus magis effe
ctu ꝙ̄ verbo dixit nonne decē i vniuerſi chriſtia-
norum populi mundati ſunt ab hereſibus mira
bili dei prouidentia ſuā eccleſiam gloꝛificante et
noue i populi nouenario ſignificati vbi ſunt tā
immemores beneficij ſuſcepti⁹qꝛ nō eſt inter tot
populos inuentus alius qui ſic redderet ad deū
vt daret ei gloꝛiam per gratiarūactionem ſicut
hic populus latinus alienigena i remotus ⁊ ex-
tremus ad finem terre in occidentali plaga poſi

tus⁹q̄ o alij populi chriſtianoꝝ ſ. Indiani/Jaco-
bite/Georgiani/Aſiani/Paleſtini/Egiptij/Ara
bes/Mauritani/Greci ⁊ ceteri non attribuerunt
gratie dei ſed ſue virtuti ⁊ ſapientie conuerſionē
hereticorum nec gloꝛiam deo/ſed ſibi ipſis dede-
runt ſuperbientes in vanitatibus ſuis ideo nunc
rum ſi a deo derelicti iterum cadant in peioꝛes
erroꝛes futuros in mūdo per pſeudoprophetas
qui circa finem huius ſeculi venturi ſunt Econ-
tra vero populus latinorum humilis ⁊ deuotus/
continuas deo laudes decantans meruit a deo
conſeruari ⁊ firmari in vera fidei ſanitate vnde
chriſtus ait illi ſurge in maximam dignitatem ⁊
vade in fidei et religionis profectum quia fides
tua recta quam profiteris et doces te ſaluum fe
cit perenniter ab erroꝛe Aduertendum ꝙ de-
narius numerus in ſacra ſcriptura cum perti-
neat ad mandata dei perfectos homines ſigni-
ficat ſed nouenarius qui a denario deficit vni-
tate imperfectos/peccatoꝛes/maxime hereticos
et ſciſmaticos denotat qui non habent fidei vel
eccleſie vnitatem Unde recte de vniuerſa eccle-
ſia loquens dixit decem mundati ſunt De ma-
lis vero chriſtianis addit nouem vbi ſunt⁹ Sed
romanam eccleſiam vnitate cōmendauit dicens
vnus autem ⁊c ¶ Offertoꝛij cantus In te ſpera Offertoꝛium.
ui ⁊c ex pſalmo 30 eſt vox illius decimi i popu-
li latini ponentis ſpem ſuam in deo in cuius ma-
nu ſunt omnia tempoꝛa vel ſoꝛtes hominū Se-
creta oꝛatio Propiciare dn̄e ⁊c optat deū nobis
fieri propitiū virtute oblationis eccl'ie ad cōce-
dendā veniā peccatoꝝ et gratiā quā poſtulam⁹
¶ Cōmunionis cantus Panem de celo ⁊c ex Coīo
ps̄ 77 vel ſapientie 16 eiuſdē populi eſt profeſ-
ſio qua ſe recognoſcit recepiſſe a deo gratie ſalu
taris ſacramenta maxime euchariſtiā in qua vi-
get ſuauitas oīs gratie Poſtrema oꝛatio Sum
ptis dn̄e ex virtute eiuſdē ſacrificij gratie augmē
tum petit a deo ꝙ̄ eſt vera ſanitas anime ab om
ni lepra ſpiritualis prauitatis ¶ Ex toto iſto offi Moralitas.
cio elicitur moꝛalis doctrina pro fidelibus noſtri
tēpoꝛis quatenus euitent peccata moꝛtalia ⁊ fir-
miter permaneāt in fide catholica ex timoꝛe dei
qui antiquos hereticos ab ea recedentes puni-
uit atq; deiecit ſuoſq; fideles gloꝛioſe exaltauit
ſuppoſita ergo fidei cōſtātia caueāt fideles moꝛ-
bū incurabile pcc̄i moꝛtalis qd̄ ad modum lepre
totū hoiem fedat atq; corrūpit Nā vt egregie de
clarat Uincenti⁹ lepra ſeptē mala affert homini
leproſo quibus ſeptē vitia capitalia ſignificanť
vt per tumoꝛe ſuperbia/per ſitim auaricia/per fe
toꝛem luxuria/⁊ ſic de alijs Omnis ergo pecca-
toꝛ leproſus eſt Uerū quadā ſpecialioꝛi adaptiōe
lepra ſignificat peccatū oꝛiginale quo totum hu
manum genus corruptū eſt eſt enim lepra moꝛ-
bus hereditarius a patribus in filios Et iter pec
cata actualia maxime correſpondet peccato lu-
xurie propter contagionē eſt enim lepra moꝛbus
maxie cōtagioſus ⁊ illa eſt naturaliſſima cōditio
pcc̄i luxurie ꝙ̄ tota eſt cōtagio ⁊ cōmixtio coꝛpoꝝ
obſcena. Illius etiā peccati curatio perdifficilis

eſt ſicut et lepre que non niſi miraculoſe a deo curari poteſt De curatione autem luxurie Salomon dicit ſcio q non poſſum eſſe continens niſi dominus dederit et iterum non eſt cōdigna pōderatio anime continentis et hoc quide iuſte qr vt philoſophi dicunt/omne rar eſt precioſum ⁊c

## Caput centeſimū tertiū

de dn̄ice quītdecime officio quo expurcitia per fide ſecte Mahometice cōuenientib⁹ thropis inſinuaſ et terreſtri beſtie in apocalypſi cōparatur

Argumētū officij



In principijs librorū Thobie et Judith (qui iuxta fine ſeptebris leguntur in officijs matutinis) enarraſ grauis pugna aſſ norū cotra pplum dei qua dece trib⁹ iſrl captiuate ⁊ in exiliū date ſunt vt patet in quarto libro regū circa finē. Eccleſia ergo in hac dnica ⁊ duabus ſequētibus per illas hiſtorias intendit ſignificare tribulatione horribilē Mahumeti ⁊ mauroꝝ contra fideles chriſti que incepit ab anno chriſti ferme ſexcenteſimo ⁊ vigeſimo ⁊ durauit iā per nongentos fere ānos vſq ad noſtra tpora. que tribulatio ceteris prolixior velut febris quartana eccleſie habuit ſuos paroxiſmos/⁊ pauſas/interpolatim ⁊ durāte illa o te ſunt quedam alie tribulationes inter chriſtianos contra ſedem apoſtolicam romane eccleſie ſ grecoꝝ/longobardoꝝ/francoꝝ/ ⁊ alioꝝ rebellium Unde apocalypſis beati Joannis a capite decimotertio vſq ad vndeuigeſimum etiam permixtas habet viſiones nā in fine decimitertij capitis incipit enarrare ortum mahumetice ſecte ſub typo vnius magne ⁊ horribilis beſtie aſcendentis de terra i de terrena cupiditate dominādi que mouit mahumetem ad perſequendū eccleſia dei ⁊ habebat cornua duo i duas poteſtates ad nocendum ſ violentiam ⁊ dolum vel dic duas leges dei permixtas in ſuo Alchorano ſ legem vetere Moyſi cū noua lege chri ſed nō ſinceras ⁊ ſine corruptiōe eaꝝ ideo dicit q illa duo cornua erant ſimilia cornib⁹ agni i chri nō tamē eade ratiō cū eis nā chriſtus lege veterem impleuit/ ⁊ ſpiritualiter declarauit per euāgeliū ſuum que eſt lex ſpiritꝰ vite. Mahumetes vero vtrāq carnaliter accipiens vtraq peruertit ad decipiēdum ſimplices per dolū vnde paulopoſt dicitur ⁊ ſeduxit habitātes in terra ⁊c poſtea ſequitur de violentia ⁊ datū eſt illi ⁊c Huic ergo viſioni correſpondet officium miſſe huius dnice Cuius introitus Protector noſter ⁊c pſ 83 implorat diuinam protectione ab his tribulationibus eccle et alligat ad hoc chriſti noſtri taciē valde exaudibilem qui eſt aduocatus pro nobis apud patrē adducit etiā eccleſie catholice dignitatē que eſt ſpōſa chriſti ſpecioſiſſima / ⁊ atriū ſeu tabernaculum dei ſplēdidiſſimum Unde ſequitur verſus Q̄ dilecta tabernacula que eſt principiū eiuſdem pſalmi ergo eccleſia digna eſt exaudiri i hac pe

Introitꝰ miſ.

tit one tam tuta ſ vt p … gatur ab … ſtib⁹ blaſphemantibus cotra deū Oratio Cuſtodi dn̄e ⁊c idē petit ſub alijs verbis ⁊ alligat i oſtram i firmitatem que ſine diuina cuſtodia ſtatim labitur/ ⁊ ſubſiſtere non poteſt Epla Spū ambulate ex 5 cap ad Galat ponit differentia vite carnalis ⁊ ſpūalis ex fructib⁹ vtriuſq vt ex hac appareat lex mahumetis pnicioſa ⁊ deteſtabilis q tota tendit ad carnale vitā mo i pecoꝝ cū approbet vel permittat manifeſtiſſim i vitia gule ⁊ luxurie In qua primo intimatur repugnātia carnis et ſpūs Scdo ibi manifeſta ſunt explicatur carnis intiperātia ⁊ multiplex defect⁹ Tertio ibi fruct⁹ aūt alligatur ſpiritualis colligantia duodecim fruct⁹ Btūs igiť Gregorius cū alijs prelatis illius tpis predicabat fidelib⁹ vitā ſpūale ſcdm lege dei euāgelica dicetes fratres i charitate dei ſpū i ratōe et intellectu ambulate i viuite et non perficietis deſideria i cōcupiſcentias carnis nam virtuoſus ⁊ ſi tentetur a cōcupiſcentia tamen et reſiſtit/ nō perficit opus ad quod ipſa inclinat Huius colligātio eſt caro em̄ cōcupiſcit multa aduerſus ſpūm i ratione ⁊ lege dei que illa phibent ſpūs ecōtra multa deſiderat aduerſus carnis inclinatione vt pateat quia hec duo principia in homie ſibi inuicē aduerſantur i aduerſas inclinationes habet nā caro impedit illa opera ad que inclinat ſpūs i recta ratio dictat eſſe ageda adeo vt non quecūq vultis ex dictamine rationis illa faciatis i facere poſſitis libere ex impedimēto carnis Unde ſequit preuaricatio legis dei ⁊ reat⁹ pene q ſi ducimini in vita veſtra ſpū i dictamine recte ratōis nō eſtis ſub lege i reatu pene legis aſtricti ſꝫ liberi ſerui dei pmerētes magnū premiū ab eo Scd quia ſermones vniuerſales in moralib⁹ ſunt minus efficaces ideo particularius de carne ⁊ ſpū diſſeramus manifeſta em̄ ſunt opera carnis i apperte mala cū ſint ſenſibilia et infamia que ſunt duplicia iuxta duos ſenſus maxie carnales ſ tactum ⁊ guſtū De erroribus tactus vt fornicatio ſolutoꝝ/immūdicia que eſt mollicies/ impudicicia i inhoneſtas exterior in aſpectu greſſu/ et tactu/ ⁊ generaliter luxuria i exceſſus quilibꝫ carnalitatis quia oia enumerare pliru foret. Ex vitio aūt luxurie oriunť alia vt ydoloꝝ ſeruitus patuit hoc in Salomone propter mulieres vel dic i nimi⁹ amor filioꝝ maleuatoꝝ que videtur ſpecies ydolatrie veneficia i incantationes/ ſortes/⁊ alie ſuperſtitiones ad inflamandū in amore ſui/ inimicitie maſculoꝝ pp̄ter feminas/contentiones mulierum propter viros/ emulationes i zeli quādo duo ad idem tendunt ire i perturbationes animoꝝ/rixe i percuſſiones manuum/ ⁊ generaliter diſſenſiones omnes/ſecte i diuiſiones quādo hi ſequuntur vnū principale ⁊ illi alterū inuidie de bonis proximorum/ vt patet in mulieribus circa veſtes ⁊ ornatus/homicidia que ſequuntur ex adulterio ⁊ alijs ſpeciebus luxurie De erroribus guſtus vt ebrietates i potationes ſuperflue/comeſſationes exceſſiue/⁊ his ſimilia ſcꝫ vomitus/ eructationes/indigeſtiones ⁊c que predico ideſt

Oratio

Epla argumentū

Prima ps eple.

Scda ps eple.

paus ;dico vobis anteq̃ veniat dei iudicium vt
caueatis talia ſicut predixi iã ſepi⁹ vt patere po=
teſt in multis dñicis precedẽtibus qm̃ qui talia
opera exprobroſa agũt regnũ dei ⁊ gloria future
beatitudinis promiſſe a deo nõ conſequentur in
quo apparet dãnatio ſecte Mahumetice q̃ tota
eſt carnalis ⁊ predictis operibus implicata vnde
[Tertia ps epiſtole.] nullus homo in ea ſaluari poteſt Ecõtra vero re
ligio chriſtiana ſpiritualis ⁊ honeſta docet opera
ſpiritus ⁊ recte rationis moderamine eſſe agẽda
⁊ quia bona ideo delectant operantẽ vnde velut
fructus ex bona arbore colliguntur fructus autẽ
ſpiritus ⁊ opera rationis recte ſunt duodecim ſe
quentia que trifariã diſtinguntur quedã em̃ perti
nent ad mentis ordinatione tã in bonis q̃ȝ in ma=
lis in bonis vt charitas que eſt radix omniũ bo=
noꝝ affectionũ/gaudiũ ⁊ bono opere/pax ⁊ quie
tudo conſcientie que perturbatione caret In ma
lis vt patientia in aduerſis/longaminitas expecta
tionis quando bonũ differtur Alia pertinent ad
proximi conuerſatione vt bonitas ⁊ dulcedo/vel
affabilitas/benignitas ⁊ largitas beneficioꝝ/mã
ſuetudo in correctione vicioꝝ proximi/ fides ⁊ fi=
delitas ad amicos carẽdo fraude Alia pertinet
ad ſenſualitatis ſubiectione vt modeſtia ⁊ mode
ratio in dictis et factis ſecundũ regulã rationis/
continentia in reprimendis paſſionibus gule/ et
luxurie/caſtitas qua homo recte vtitur licitis hec
enim opera placent deo ⁊ aduerſus huiuſmodi
non eſt lex dei quia talia approbat ſed potius cõ=
tra opera carnis que lex prohibet Cũ igitur lex
chriſti ſit ſpiritualis ⁊ ſancta qui chriſti ſunt imit
tatores ⁊ ſequaces carnẽ ſuã ⁊ ſenſualẽ appetitũ
crucifixerunt ⁊ mortificantes macerauerunt pu-
gnantes cũ vicijs operũ ⁊ concupiſcentijs affec=
tionũ [illegible] nõ ſicut mahumeti ſectatores
qui habenas concupiſcentie carnalis laxant/fo=
[Graduale] uent ⁊ concitant ¶Conſonat huic epiſtole gra=
duale ſequẽs Bonum eſt cõfidere ⁊c ex pſ 117 qd
ad legẽ chriſti fideles hortatur potius q̃ȝ mahu
meti ſ hoſtis pernicioſiſſimi Verſ⁹ ex eodẽ pſ bo
nũ eſt ſperare in dño ⁊c meliora et certiora pmia
promittit ex ſeruitute chriſti q̃ȝ mahumetus ⁊ ſuo
[Aleluia] rum principũ Aleluia. Venite exultemus dño
ex pſ 94.concludit ex premiſſis exultandũ eſſe
fidelibus/⁊ iubilandũ in lege chriſti ad quam vo
cauit eos diuina gratia itaqꝫ exoluant ei peren=
nes gratiarũactiones de tanto munere viſa per=
ditione tot animarũ in ſecta perfida mahumeti.
[Euãgeliũ argumẽ.] ¶Euangeliũ aũt Nemo poteſt duobus ⁊c ex 6
capitulo Matthei notat impoſſibilitate legis vel
ſecte Mahumeti que ſimul mixta eſt ex cerimo=
nijs veteris ⁊ noue legis quib⁹ ſimul nemo po=
teſt ſeruire cũ ſint incompoſſibiles oſtendit etiã
ſectatores eius homines carnales/⁊ ventris ma
gnã curam habentes non eſſe dei ſeruos ſed dia
boli qui ad talia vitia incitat quare hortatur fide=
les chriſti abijcere a ſe talẽ ſolicitudine rerũ car
nalium vt poſſint deo ſeruire Diuiditur ergo in
tres partes prima oſtendit carnalis vite a deo ſe
paratione Secunda ibi ideo dico vobis.⁊c.ex vo
latilibus celi docet carnaliũ abdicatione Tertia
ibi cõſiderate lilia ex terre naſcẽtib⁹ ꝯcludit nr̃aꝫ
inſtructionẽ In illo itaqꝫ tempore quo ſecta pdi
mahumetis incepit eccliã dei inficere dixit ihs ⁊ [Prima pars euãgelij]
prelatus eccleſie diſcipulis ſuis in lege chri nemo
poteſt iter hoies ſeculares ſeruire bene duob⁹ dñis
adinuicem non ſubordinatis maxime ſi diſcordẽt ⁊ vo
lũtate et pceptis ratio eſt aut em̃ vnũ eoꝝ hodio
habebit/⁊ alterũ diliget q̃a ꝯtraria nõ poteſt ſimul
diligere homo aut vnũ eoꝝ ſuſtinebit fact⁹ ei obe
diens/⁊ alteꝝ cõtemnet trãſgreſſor mãdatoꝝ ei⁹ ſꝑ
pter incõpoſſibilitate eoꝝ ad obedientiã primi dñi
q d ſi taliũ dñoꝝ vnus fuerit bon⁹ ⁊ alter malus
tũc ſeruus bonus diliget primũ ſibi ſimile et ab=
horrebit ſcdm diſſimile ecõtra ſeruus mal⁹ odio
habebit primũ ⁊ diliget ſcdm Si vero vterqꝫ dñs
ſerui boni fuerit malus/vel vterqꝫ ſerui mali ex=
titerit bonus dñs tũc ſeruus neutrũ eoꝝ diliget/
ſed tamẽ dum vni ſeruire ſtuderet alteri ſeruire nõ
poterit/quia incompoſſibilia precipiunt Si aũt
vterqꝫ dñs ſerui boni fuerit bonus vel vterqꝫ ma
lus mali ſerui tunc ſeruus vtrumqꝫ diliget ſed
eoꝝ contraria precepta ſimul adimplere nõ pote
rit ideo vnũ illoꝝ ſuſtinebit et alterũ contemnet
Hec aũt parabola recte conuenit deo ⁊ diabolo
qui ſunt dñi contrarij in voluntate et preceptis
iuxta illud Luce 11 qui nõ eſt mecũ cõtra me eſt/
⁊ qui nõ colligit mecum diſpergit et loquebatur
chriſtus de diabolo ideo vos homines nõ pote=
ſtis ſimul ſeruire deo ⁊ mamone ⁊ demoni ſectati
de vicijs carnalib⁹ cũ ergo ſectatores mahumeti
ſeruiant mamone quia tota ſolicitudinẽ curam
carnis faciũt in deſiderijs ſuis ꝯſequitur eos nõ
ſeruire deo ⁊ ſectã illã ſeparare homines a deo
maxime quia illa mixta eſt cerimonijs incõpoſ=
ſibilibus legis moſayce ⁊ legis chriſti nã iſte predi
cãt chrĩſtum veniſſe ille vero hoc expreſſe negat ⁊
ideo videt̃ lex illa ſubijcere homines duobus dñis
cõtrarijs quare nõ tollerabilis eſt ſcdm rectã ra=
tionẽ Hanc impoſſibilitate legis veteris ⁊ euan
gelij parabolice ſacra ſcriptura ſignificat dicens
Deutero 22 nõ arabis ſimul in boue ⁊ aſino/nõ
ſeres agrum tuũ diuerſo ſemine/ non facies telã
ex diuerſo genere fili ⁊c Fugiẽda ẽ ergo fidelib⁹ [Scda ps euãgelij]
hec carnalis ſecta/et ois ſuperflua ſolicitudo faciẽ
de gule ⁊ luxurie ideo dico vobis ne ſoliciti ſitis
⁊ multũ curioſi aie ⁊ vite veſtre cogitantes quid
mãducetis quo ad gulã neqꝫ corpori veſtro ⁊ car
ni foueãde/quid induamini quo ad luxuriam ſed
cõtenti ſitis neceſſarijs habẽtes alimẽta/⁊ quib⁹
tegamini veſtimẽta decẽtia Cuius ratio duplex
aſſignat̃ vna a maiore nõne aia ⁊ vita corporalis
plus eſt ⁊ dignior q̃ȝ eſca ad manducãdum/q d
certũ eſt cũ eſca ſit ꝓpter vitã conſeruandã ⁊ nõ
econtra ⁊ corpus veſtrũ non ne plus eſt q̃ȝ veſti=
mentũ/eade ratiõe quia finis melior eſt hijs que
ad illum ordinantur propter nihil aliud inuentis
ſi ergo vitã naturalẽ et carnẽ veſtram ſenſualem
(q̃ meliora ſũt) de⁹ vobis donauit ſine ſolicitudi
ne vr̃a vt notũ eſt multo magis ꝓuidebit vobis
de victu ⁊ veſtitu q̃ minora ſunt bona ⁊ ſine q̃b⁹

illa cōſeruari nequeūt q̄diu voluerit vos viuere
in hoc mūdo quia dn̄s fine nō negat media ne-
ceſſaria ad illu quo aliq̄s voluerit fine permanere
Alia ratio eſt ſūpta a minore Reſpicite inq̄ vo-
latilia celi i aues que volant in aere ⁊ nullam vi
dentur habere ſolicitudinem de eſca ſua quoniā
non ſerunt frumenta/neq̄ metunt ſegetes/ neq̄
congregant in horrea ad prouidendū ſibi in futu
rum de cibis et tamen pater veſter celeſtis ſ ille
ad quem quotidie in oratione dicitis pater no
ſter qui es in celis ⁊c paſcit illa volatilia quot
tidie iuxta illud p̄s 145 qui dat iumentis eſcam
ipſorum et pullis coruorum inuocātibus eū ⁊c
non ne vos creature beatificabiles vita eterna eſt
tis maioris ſub cura dei qui pluris eſtis i maioris
valoris illis auibus brutis q̇d ſine dubio pater
veſter celeſtis qui minoribus creaturis ⁊ ſtatim
morituris ita prouidet cibum ad conſeruationē
vite vſq̄ ad finem periodi ſue ꝓuidebit maiori
bus in eternum manſuris quia ſapiens quiſq̄
gubernator magis enim curam habet de melioribus
Confirmatur hoc a contrario de ſolicitudine no
ſtra quis autem veſtrum cogitans ſolicite poteſt
adiicere ad ſtaturam ſuam i ad quantitatem ſui
corporis cubitum vnum immo neq̄ palmū aut
digitum q̇d nullus poteſt q̄ hoc ſoli deo con-
uenit qui ſine noſtra ſolicitudine dat vnicuiq̄ cer
tam menſuram ſtature corporis ergo de veſtimē
to eius quid i ad quid ſoliciti eritis tam ſuper
flua cura⁹ qui enim dat corporis ſtaturā ſine vo-
bis dabit et veſtituram ſine veſtra ſolicitudine
Solicitudo enim curam nimiam/ vexantem/ et
que totum animum occupa⁹ importare videtur
talis aute nociua de rebus temporalibus eſt ho
mini i nociua ⁊ in vtilis nociua quia retrahit men
tem a ſpiritualibus valde neceſſariis inutilis
quia ſine illa poteſt homini ſatis bene prouideri
ri de rebus corporis neceſſariis poſita aliqua me
diocri diligentia immo acquiſitio bonorum for-
tune magis innititur diuine prouidentie q̄ no-
ſtre diligentie vt ſatis bene oſtēſum eſt exemplo
volatiliū Cui etiā a īdic̄ ſimile in vegetabilibus
Conſiderate enī lilia agri in exēplū vr̄e iſtructiōis
⁊ videte quo creſcūt ⁊ veſtiunt colore/odore/⁊ de
core ſine ſolicitudine ſua q̄a nō laborāt i colūt ter
ram ad ſui vegetationē/neq̄ nent aut texūt ad ſuā
veſtitionē ſed deus ſolus prouidet eis de omni
bus predictis que licet parua bona videantur
tamen excedunt omnia artificialia quantuncun
q̄ precioſa dico autem vobis quoniam nec Sa-
lomon rex iſrael(qui fuit aliorum omnium feli-
ciſſimus in bonis fortune) in omni gloria i feli-
citate ſua temporali coopertus i veſtitus eſt tam
precioſe ſicut vnum ex iſtis liliis aut roſis ergo
arguendo a minore ſi fenum agri i herbam viri
dem quod hodie eſt i parum durat in ſuo deco-
re et virore et cras i ſtatim mittitur in clibanum
quia ſiccum ⁊ marcidum eſt deus ſic veſtit tam
precioſe ſine ſolicitudine eius quāto magis vos
veſtiet neceſſariis cum ſitis creature eius nobi-
lis ⁊ ad eternam vitam ordinate q̇d non eſt du

Tertia ps euāgelij

bium quin ita faciet vnde non eſt neceſſaria vo-
bis tanta ſolicitudo de his temporalibus alias
eſtis modice immo minime fidei i ſpei in deo ve
ſtro Ex predictis ergo epilogando concludo in-
ſtructionem veſtram i nolite ſoliciti eſſe i nimis cu
rioſi dicentes quid manducabimus aut quid bi-
bemus/aut quo veſtimento operiemur quia ta
lis cura eſt vana et non pertinens fidelibus ſer-
uis dei hec enim omnia mundana gētes infide-
les inquirunt ſtudioſe quibus vos non debetis
eſſe ſimiles ſed moderata cura vos querite neceſ
ſaria victui ⁊ ornatui ponentes veſtram ſpem in
deo ſcit enim pater veſter celeſtis quia i his omni
bus indigetis ⁊ cum ſit bonus pater preſto erit
vobis ad prouidendum Nec tamen hec que di-
cta ſunt ita intelligantur ac ſi omnem curam proui-
ſionis veſtre vobis ꝓhiberemus abſit hoc a no-
bis quia ſcriptū eſt in ſudore vultus tui veſceris
pane tuo et cum ocium ſabbati precepit deus ſi
mul ⁊ negocium indixit ſex inquit diebus ope-
raberis ſ ad prouidendū tibi ⁊ familie tue de ne-
ceſſariis ad vitam ſed eatenus eſt cura tempora
lium ſuſcipienda vt queratis primum i principa
lius regnum i legem dei implere ⁊ iuſticiam eius
i regulam iuſtitie que in preceptis eius traditur.
et poſtea hec omnia temporalia neceſſaria ad vi-
tam adiicientur vobis i tanq̄ acceſſoria et minus
principalia bona dabuntur vobis a deo tamen
adiecto labore veſtro moderato Laboret ergo
ſeruus dei diſcrete et iuſte pro adquirendis rebus
ſibi ⁊ ſuis neceſſariis adinueniendum in hoc mun-
do ſic tamen q̄ illa non ſit principalis cura eius/
nec credat ſuam diligentiā ſufficere ad bene pro
uidendum ſibi ſed ponat ſpem ſuā in bono pa-
tre celeſti qui non deſerit ſperantes in ſe ⁊ ſuper
omnia ſtudeat mandata dei ſecundū ſtatū ſuum
adimplere ⁊ iuſtitiam ad proximos ſeruare atq̄
ad vitā eternā ſeſe extendere Cant⁹ offertorii
Immittit angelus dn̄i ⁊c ex p̄s 33 eſt vox ppl̄i fi
delis prelati ſui per vigilem curam erga gregem
dominicum cōmendantis quem angelū cuſtodē
deſcribit vt ꝓtegat fideles chri a deceptiōe ſecte
huius nepharie ⁊ vt cognoſcāt ⁊ guſtēt q̄ ſuauis
eſt chrūs in ſue legis iugo ſpiritualis vite Secre
ta orō Cōcede nobis ⁊c p virtute ſacramenti Eu-
chariſtie petit cōcedi fidelibus purgationē pctoꝝ
(ſi quō infecti ſūt a mahumeticis) ⁊ poteſtatis di
uine propiciationē ad reſiſtendū aduerſariis ne
infuturū inficiāt eos Car⁹ cōionis Primū q̄ri
te regnū dei ⁊c repetit fine euāgelij huius dn̄ice
quatenus confirmet ſpem credentium in chriſto
qui ſeruos ſuos nō deſerit in neceſſariis ad vitā
Orō vltima Purificet ſemper ⁊c munimen po
ſtulat fidelium in vita ſpirituali legis chriſti ⁊ tā
dem perpetue felicitatis poſſeſſionem

No alias.

Offertorium.

Cōio.

# Caput cēteſimū quartū

de officio ſextedecime dn̄ice quo cal⁹ ſiue oppreſ
ſio impii grecoꝝ ſub tyrānide maurorum ꝓpter
grauiſſima peccata/ ſuaq̄ hereſes oſtendit atq̄
reformatio ſtatus imperialis apō latinos ꝓponit.

Argumẽtũ officij



Erſecutiones grauiſſim ꝛ eccl'ie dei ſemꝑ aliqua p̃ceſſit chriſtianoꝝ grauiſſima culpa ad cuius emẽdationem tales ꝑſecutiões diuinitus ordinate ſunt Quia igitur in p̃cedẽte dñica ſimul cũ caplo 13 apocalypſis enarrata eſt plaga illa grauiſſima eccl'ie dei ſ mahumeta ſecta cõſequẽter hec dñica cõformiter ad caplm 14 apocalypſis explicat tãti mali occaſionẽ ex pte chriſtianorũ q̃ fuit hereſis/tyrãnis/ꝛ mala gubernatio impatoꝝ grecoꝝ i romano imperio q pplos ſibi ſubditos grauabãt dura ſeruitute/ꝛ ſacerdotes catholicos romane eccl'ie pſequebãtur nã Heraclius imperator poſt victoriã habitam de Coſdra rege perſaꝝ ꝛ filio eius cepit perſas ꝛ alios populos opprimere ſucceſſores etiã eius tres cõſtantini/ duo iuſtiniani/ꝛ alij quidã romanos pontifices vexarunt multipliciter ꝓpter ſuas hereſes quas illi dánabant hac igitur occaſione imperiũ multiplici ſubditoꝝ rebelliõe attritũ eſt quoꝝ primi ſ Per ſe propter Heraclij oppreſſione iugum eius ferreũ euadere cupiẽtes facile in mahumetis perſuaſioni cõſenſerunt quo regno potitus ille iniquus cũ duce ſuo Homaro inuaſit Egyptũ/Syriam/Aſiam/et alia regna orientalia ſicqꝫ factum eſt quod dicitur apoca 14 cecidit in oriente/ cecidit in meridie Babilon illa magna i coſtantinopolitana monarchia confuſione hereſum plena que vino ire fornicationis ſue i alienationis a vero deo ꝛ recta fide potauit omnes gentes i infecit multos chriſtianos ita vt cõcitaret aduerſũ ſe irã dei maximã.q̃a credere noluit angelo dei i romano pontifici volanti per mediũ celũ eccleſie chriſti per auctoritatis papalis eminẽtiã cui etiã datũ eſt euangeliũ eternũ legis chriſti predicare ꝛ declarare ſuper omne gentẽ/tribũ/populum/ꝛ linguam hic enim ſepius clamauerat voce magna generalis concilij dicens timete deũ ꝛ date illi honorẽ confitendo rectã ꝛ catholicam fidem quia venit i appropinquat hora i tempus iudicij eius i tribulationis contra hereticos qua inſtãte adorate eũ qui fecit celũ et terrã ꝛc i verum deũ eiuſqꝫ vnigenitũ ieſum chriſtũ dnm noſtrũ ꝛ ne conſenſeritis deceptoribus hereticis cõtra diuinitatem chriſti Si quis autem adorauerit beſtiam i mahumetem beſtialem et imaginem eius i ſimilitudinem vite ſue carnalis acceperit vel caracterem eius i librum legis ſue approbauerit ꝛ crediderit bibet de vino ire dei ꝛc ¶ Unũ romanus pontifex cernens grecorum ꝛ aliorum orientalium caſum grauiſſimum deuota oratione ſeſe conuertit ad deũ ſupplicãs pro ſtatu latinoꝝ oc-

Introitꝰ miſſe.

cidentaliũ in miſſe huius introitu ſ Inclina dñe aure tuã ex ps 85 petit em̃ exaudiri ꝛ ſaluari ab hac pſecutiõe mauroꝝ q̃a ſolus iſte populus contine rectam fidem predicat/in deo vero ſperat/ꝛ laudes eius ſemꝑ decãtatat Verſus ex eodem pſ letifica aiam ſerui tui,i mei p̃lati ſeruãdo pplum meũ a malo qm̃ ad te dñe animã meã leuaui.vt orarẽ p eccl'ia latina Que petitio ſubdit in oꝛone eccl'iam tuã dñe ſ vt mũdes eã ab erroribꝰ ꝛ munias eã virtutibus vt gr̃e tue munere gubernetur bene a p̃latis ¶ Epl'a Si ſpiritu viuimus ex capitulo 6 ad Galathas eſt dicti prelati p̃dicatio

Epl'e argumẽtũ

qua fideles ortatur vt vnuſquiſqꝫ ꝓximũ ſuũ benigne ſciat tollerare ꝛ rex vaſallum delinquentem prudenter corripere et vaſallꝰ principe tyrãnizantẽ patiẽter ſuſtinere / nec cõtra eũ preſumat rebellare Que in tres partes diuidit Pma oſtendit q̃liter ſupiores ſe habeãt ad ſuos inferiores Scd'a ibi alter alterꝰ qualiter eq̃les ad coequales Tertia ibi cõicet aũt q̃liter inferiores ad ſuos

Pma pars epiſtole.

ſupiores Predicabat igit romanꝰ põtifex illius etatis videlꝫ Theodorꝰ/Martinꝰ/Eugeniꝰ q̃ primi hec vocabula locuti ſũt f̃res inq̃t ſi ſpũ i lege ſpũali chri viuimꝰ i vitã gr̃e accepimꝰ ergo deinceps ambulemꝰ p bona opera ducti ſpuſcto vel recta ratiõe regulati q̃a vt ſaluator ait Joanis 6 ſpũs eſt q̃ viuificat caro aũt nõ ꝓdeſt quicq̃ nõ ergo efficiamur carnales vt mahumetici cupidi inanis gl'ie mundanoꝝ p ſuperbiã/vel inuicẽ prouocantes nos ad pugnã per irã/vel inuice inuidentes de ſtatu proximoꝝ per maliciam Hec eſt generalis exhortatio ad omnes nam primũ horum tangit ſuperiores qui ex inani gloria vexabãt ſubditos ſcd'm tãgit cõciues ſeditionẽ mouẽtes aduerſꝰ coeq̃les tertiũ tãgit ſubditos ſuoꝝ principũ ſtatui inuidẽtes ꝛ ideo rebellantes Sequit ſpecialis doctrina ſinguloꝝ ꝛ pma eſt p̃latoꝝ/ꝛ principũ talis ſi ſ occupatꝰ fuerit i obcecatꝰ/ꝛ cõmotꝰ aliqua paſſiõe vehemẽti homo ſubditꝰ veſter in aliquo delicto ſic q̃ non diu frequẽtet malũ (nã delictũ eſt peccatũ omiſſiõis vel ex ignorantia quod ceteris paribus eſt minus graue)ſi inq̃ taliter deliquerit ſubditus vos prelati qui ſpirituales eſtis i magis rationales et diſcreti huiuſmodi i talem inſtruite ſeu corrigite non acriter ꝛ cũ rigore ſed in ſpiritu i animo ꝛ verbo lenitatis nam contra gubernatores rigoroſos dicitur Ezechielis 34 cũ auſteritate imperabatis eis ꝛc de iuſtis aute prelatis dicitur in pſal' 140 corripiet me iuſtus in miſericordia ꝛc Additur ratio huiꝰ doctrine prelatoꝝ et principũ conſiderãs teip̃m q̃ꝫ fragilis es ꝛ pronus ad peccãdũ ne etiã tu tenteris ꝛ forte cadas in ſimile delictũ Dicit em̃ eccl'iaſtici 34 intellige q̃ ſunt ꝓximi tui ex teipſo turpe aũt eſt doctori cum culpa redarguit ipſum dicente apoſtolo ne forte cũ alijs predicauero ipſe reprobꝰ efficiar Debet ergo pnceps ꝛ rector ppli ex timore proprij caſus ſe p̃bere benignũ et lenẽ ad ſubditos vt patet in beato Petro apl'o totꝰ eccl'ie p̃ncipe ꝛ rectore nã defectus doctrine huiꝰ apud impatores Conſtantinopolitanos fuit cauſa rebellionis ſubditoꝝ tepore mahumeti et deinceps cũ magna eccl'ie perturbatiõe Et q̃a non

Scd'a pars epiſtole

ſolũ ex culpa pncipũ ſed etiã ex ſeditionibus cõuicinoꝝ populorum hoc malum euenit ſequitur admonitio eorum ibi alter alterius i proximus proximi, onera portate,i defectus tollerate/ vel

neceſſitatibꝰ ſubueniẽdo/vł debita ſoluẽdo ⁊ ſic fa
ciendo adimplebimus legẽ chri ĩ charitate ad quã
ordinatur lex chriſti dicente apoſtolo plenitudo le
gis eſt dilectio vel dic legẽ chriſti ĩ quã ſeruauit
chriſtus in vita ſua de quo dicit q̄ pctã nr̃a per
tulit in corpore ſuo ⁊c ſic ergo ⁊ vos alter alterꝰ
onera portate. Nec vos impediat ab hoc ope ſu
perbia nã ſi quis exiſtimat ſe ĩ ſuperbe iudicat ſe
aliqd magni eſſe in cõparatioe ꝓximi peccãtis
cũ nihil ſit ex ſeipſo ſine gra dei adiutrice ipſe ſe
ſeducit a veritate deuiãs q̄ dicit Luce 17 cũ fece
ritis oia bene dicite ſerui inutiles ſumꝰ ⁊c reme
diũ aũt cõtra hoc eſt ꝓprioꝝ defectuũ ↄſideratio
nã alienos ſolũ defectus cõſiderãs videt ſibi ali
quid eſſe/et inde ſupbit inter alios ideo opꝰ ſuũ
tã interius q̄ exteriꝰ ꝓbet ĩ examinet vnuſqſq
et ſic volẽs gl̃iari in ſemetipſo tantũ ĩ in cõſidera
tione ſuoꝝ operũ ſi bona ſunt gl̃iam ĩ laude ha
bebit ⁊ nõ ĩ altero cuiꝰ defectꝰ videt. Vñ apl̃us 2
cor 12 libẽter igit gl̃iabor ĩ infirmitatibꝰ meis ⁊c.
Ratio dicti conſilij eſt vnuſqſq eñ portabit onꝰ
ſuũ ĩ p̄miũ vel pena ſuoꝝ opeꝝ in alia vita apo
calipſis 14. opa eñ illoꝝ ſequũtur illos licz ĩ hac
vita iubeamur alt̃ alteriꝰ onera portare ergo po
tiꝰ debemꝰ ↄſiderare nr̃os defectꝰ vt eos corriga
mꝰ q̄ alienos vt inde ſupbiamꝰ/⁊ aduerſꝰ ꝓximos
litigemꝰ qđ vitiũ maiꝰ erit ſi etiã cõtra ſupiores
Tertia pars epiſtole. nr̃os rebelles fuerimꝰ vñ ſubdit cõſilium Cõicet
aũt ĩ miniſtret in oibꝰ bonis ad vitã neceſſarijs is
q̄ cathezizat ĩ docet ⁊ regit ab alio ei ſupiori q ſe
ĩ ipm cathezizat ĩ docet ⁊ regit ita vt ſaluator ait
Luce 10 dignꝰ eſt opariꝰ bonꝰ cibo ſuo ⁊ merce
de ſui laboris et Matthei 22 reddite q̄ ſunt ceſa
ris ceſari ⁊c ⁊ apl̃us Roñ 13 reddite oibꝰ debita
cui tributũ tributu/cui vectigal vectigal ⁊c Nec va
let ſi finzas te nõ poſſe tuo ſupiori miniſtrare qz
deꝰ no irridet ĩ decipit ab hoie qui eñ ſcit co da
tiva ſciet ⁊ facultates nr̃as vñ nolite errare p va
nã excuſatione q̄ hoiem latere pot ſed nõ deum
fallere Ratio aũt huiꝰ miniſterij ⁊ cõmunicatio
nis eſt que eñ ſeminauerit homo in hoc mũdo
benefaciẽdo ꝓximis de ſua ſubſtãtia p eleemoſi
nas vel ſubſidia charitatis hec ĩ talia ⁊ tãta me
tet in alio mũdo ex diuina retributioe ſcđe cor 9
q ſeminat in bñdictionibꝰ de bñdictioĩbꝰ ⁊ metet
⁊ ſic ad ꝓpoſitũ q̄ ſeminat in carne ſua ĩ in ſolis
ſuis cõſanguineis facit bona metet corruptione ĩ
perditione eleemoſine p ingratitudinẽ de carne
ſua ĩ ꝓgenie ſua q̄ ĩ putãt hoc ſibi deberi et non
eſſe grãm q aũt ſeminat bñficia in ſpũ ĩ in prĩbꝰ
⁊ fratribꝰ ſpũalibꝰ ex charitate metet vitã eternã
ĩ premium eternum de ſpiritu ſancto et ſicut pre
miũ eſt eternum ſic ⁊ nos bonũ facientes proxi
mis no deficiamus ĩ perſeueremꝰ cõtinue qz et
ſi no ſtatim p̄miamur tpore ſuo ĩ in octaua eta
te reſurgentiũ metemus premiũ/ no deficietes ĩ
eternaliter viuetes Ergo quicunq ſumus ſiue
plati erga ſubditos/ſiue equales ad coequales/
ſiue ſubditi ad ſupiores operemur bonu ad oes
ſi facultates ſufficiũt dũ habemꝰ tpꝰ merendi in
hac vita maxime aut ĩ prias ⁊ principalius debe
mꝰ benefacere ad domeſticos ⁊ cõciues fidei par
ticipes ait enim apl̃us prime Thimo 5 q ſuorũ
⁊ maxime domeſticoꝝ curã non habet fidem ne
gauit/⁊ eſt in fideli deterior ¶ Sequit graduale Graduale
Bonũ eſt cõfiteri dño ⁊c ex p̄s 91 quo fideles in
eccl̃ia chriſti cõmonet ſe ipſos ad ſeruiendũ deo
per confeſſionẽ vere fidei catholice quod maxi
me fit in horis canonicis diurnis ⁊ nocturnis vt
ſequens verſus declarat ad annunciandũ ⁊c ex
eodẽ p̄s Huius cõmonitionis ratio redditur in
Alleluia quoniã deus magnus ⁊c ex p̄s 94 deꝰ Alleluia.
enim eſt rex regũ ⁊ dñs dominãtiũ ſuper omnẽ
terrã ergo ſibi potius q̄ alijs principibus ⁊ p̄la
tis eſt ſeruiendũ/⁊ ab eius obedientia nõ eſt rece
dendũ ¶ Euãgeliũ vero Ibat ieſus ⁊c ex 7 ca Euãgeliũ
pitulo Luce deſcribit ſtatũ imperialẽ velut vnicũ argumentum.
filiũ ſancte matris eccleſie (que ſui ſponſi abſen
tia vidua dicitur) oſtenditq in predicta etate ſta
tum ipſum fuiſſe mortuũ multiplici hereſi tunc
graſſante ſed propter eccleſie ſupplicãtis cõſola
tione deus ſuſcitauit quoſdam catholicos princi
pes ⁊ fidei chriſtiane zelatores qui mahumeticos
populos debellarent/⁊ a finibus romane eccl̃ie
expellerent vt vel ſic defunctus filiꝰ redderet viuꝰ
matri ſue quo autore infideles deũ timere inci
perent/⁊ eccl̃iam dei magnificare In quo euãge
lio primo oſtenditur caſus imperialis dignitatis
Scđo ibi quã cũ ⁊c declarat remediũ diuine ma
ieſtatis Tertio ibi accepit autẽ ⁊c addit repreſſio
infidelitatis In illo itaq tepore ſ annoꝝ fere ſex
centoꝝ ⁊ quinquaginta poſt chr̃ianũ natalẽ ibat Prima
ieſus p virge correptione in ſ cõtra ciuitate eccl̃ie pars euangelij
que tũc vocabatur Naim ĩ fluctus vel cõmotio
erat enim tunc magna romani imperij cõmotio
⁊ cõtra principes eius rebellio fluctuabatq illiꝰ
ſtatus ⁊ ibant tunc cũ illo diſcipuli eius ĩ p̄lati
eccl̃ie ſuis predicatioĩbꝰ increpãtes maloꝝ chr̃ia
noꝝ improbitate et turba copioſa minoꝝ fideliũ
in adiutoriũ prelatoꝝ. Cũ aute appropinquaret
porte ciuitatis ĩ fidei catholice defendende fides
eñ eſt eccl̃ie porta extra quã ecce defunctus ſpi
rituali morte efferebatur ſeductꝰ ab hereticis pre
latis Cõſtãtinopolitanis ſtatꝰ imperialis vnicꝰ
filius matris ſue eccl̃ie quia vnicus eſt chr̃ianoꝝ
imperator ſuper oes alios reges eoꝝ et hec mat
eccleſia vidua erat ĩ carens preſentia corporali
chriſti ſponſi ſui ſed nõ ideo ſolã ipſam reliquit
quia turba ciuitatis ſuperne ĩ angeloꝝ cuſtodiẽ
tiũ ⁊ conſolantiũ erat multa cũ illa ad tranſeun
dũ per huius vite labores vnde licet impatores/
⁊ alij reges ipam deſerãt abnegãtes fide ⁊ fauen
tes hereticis tñ ſola no remanet circũdata mul
tis ſanctoꝝ angeloꝝ turbis Ipſe etiã chriſtꝰ ſpõ Scđa pars
ſus eius cõſolatur ipſam remedijs oportunis lo euãgelij.
co maloꝝ pricipũ bonos ſubſtitues eã ergo cũ
vidiſſet dñs in tanto merore poſita miſericordia
motus ſuper illa dixit illi nõ verbo vocis ſed ex
perientia operis noli flere quaſi deſperãs de auxi
lio dei et acceſſit p correctione iuſtã et tetigit locu
lũ ĩ ſoliũ imperiale Conſtantinopolitanũ multis
tribulationibꝰ ipſum afficiendo Hi aut q̄ portabat

imperatorem defunctum i hereſiarche ſteterūt qꝛ
rep'elli ſunt a romanis prelatis ꝛ ſacris cōcilijs
et ait chriſtus per inſpirationem ſuam Charolo
Pipini regis Francoꝝ filio adoleſcens per vi
rium ſpiritualium augmētum tibi dico ſurge in
adiutorium eccleſie/ꝛ ad regimen romani impe
rij nam circa annos ere chriſti fere ſeptungentos
Stephanus papa ſecūdus ꝛ Leo tertius dimit
tētes imperatores grecos (quos diu ſuſtinuerāt
romani dure imperantes) elegerūt Charolum pre
dictū in imperatorē chriſtianoꝝ/ꝛ alios latinos
poſt eū regnātes Et ſic reſedit ſtat⁹ imperialis apd̄
latinos q̄ in grecia iā erat mortu⁹ tā i fide q̄ etiā
in ſeculari poteſtate obſiſtētib⁹ ſibi tartareis turcis
ꝛ cepit ille ſtat⁹ loq̄ verba fidei catholice i laudē
chrī ſui redēptoris quā antea ille ſtatus negabat
faciēs hereticis et chr̄us dedit illū filiū viuū ma
tri ſue eccl'ie q̄ deinceps imperatorē habuit catho
Tertia ps euāgelij licū ꝛ eccl'ie romane fautorē Carolus ergo acce
pto imperio ſuccenſus zelo fidei ɔtra Mahume
ticos i fideles taliter dimicauit ꝙ accepit eos oēs
timor/et expulſi ſunt ab Italia et Gallia fideles
aūt latini magnificabāt deū de tāta victoria Ca
roli dicetes q̄a ꝓpheta magn⁹ .ſ. Carolus cogno
mento magn⁹ ſurrexit ad imperiale ſtatū regēdū
in nobis latinis et quia de⁹ viſitauit plebē ſuā
eccleſiā romanā dādo ei tā catholicū principē q̄
Offertorium. reprimeret infideliū ferocitas Cātu offertorij
Expectās expectaui ꝛc ex pſ 39 eſt vox eccl'ie ex
ultantis de nouo imperio latinoꝝ quo ſpes eius
in dn̄o ad impleta eſt ꝛ orō exaudita vnde ꝛ im
miſit in os meū canticū nouū pro gratiarūactio
ne Secreta orō Tua nos dn̄e ſacramēta ꝛc attri
buit totū hoc bonū virtuti eucharistie q̄ in eccl'ia
Cōio. latina deuoti⁹ offert Cantus cōionis Panis
quē ego ex 6 caplo Joānis eide ſententie ɔſonat
Ultia oro mentes nr̄as cōmendat deo fideliū mē
tes ꝛ corpa orās vt v̄tute ſacramenti eucharistie ꝑ
uniātur tuende ab oībus peccatis ꝛ penis eoꝝ
Moralitas. Ex toto ergo officio hodierno colligi pōt mo
ralis doctria q̄ pncipes ad ſubditos/ꝛ ſubditi ad
pncipes eq̄nimiter ꝛ religioſe ſe habeant incutit
etiā timor pctorib⁹ q̄ a ſuis pctis deſiſtāt ne forte
ſuperueniat eis diuine vltionis flagellū iuxta illud
deutero 32 ipi me ꝓuocauerūt in eo qui nō erat
de⁹ ꝛ ego ꝓuocabo eos in eo q̄ nō eſt ppl'us/in
gēte ſtulta irritabo eos Tande peccator mortuo
comparat q̄a caret grā q̄ eſt vita eius et ſicut mor
tu⁹ nō poteſt reſuſcitari niſi p miraculū a deo ita
neq̄ pctor pōt naturaliter ad graciā redire niſi
miraculoſe trahat a deo hoc tn̄ nō eſt eque diffici
le in oībus pctoribus qđ egregie ſignificatū eſt i
tribus mortuis quos euangeliū narrat a chriſto
reſuſcitatos nā filiā archiſinagogi intra domum
conſciene mortuā chriſtus quaſi inſenſibiliter ſu
ſcitauit filiū autem vidue (de quo in hoc euange
lio) publica voce corā omnibus erexit extra por
tā ciuitatis que eſt exterior operatio peccati' De
mum vero lazarū quatriduanū mortuū non ſine
lacrimis et clamore magno a monumento vo
cauit quo cōſuetudinarius peccator ſignificatur.

## Caput cēteſimū quintū

de officio ſeptime decime dn̄ice ꝓſequitur ma
humetice gētis pſecutione cōtra eccl'iam dei cor
reſpōdenter ad caplm q̄rtūdecimū apocalypſis



Interpoſita gre- Argumētū officij.
corū punitione qui occaſionē
Mahumetice ſecte pbuerunt
ꝛ hoc in dominica precedēte
reuertitur hec dominica ad ex
plicādam perſecutionē eccl'ie
maxie orientalis ſub tyrānide
mahumeti hec autem perſecutio duplex fuit al
tera ſpiritualis in fide ꝛ moribus nam illo impe
rante tota pene fides ꝛ bona religio extincta eſt
in Aſia/Africa/ꝛ Grecia altera corporalis i mul
titudine belloꝝ quib⁹ totū fere romanū imperiū
oppreſſit atq̄ ſubiugauit correſpōdet hec dn̄ica
ſecūde medietati capli 14 apocalypſis vbi agit
de dānatione eoꝝ qui propter illā perſecutione a
fide catholica diſceſſerūt ꝛ cruciabitur inqt igne
ꝛ ſulphure ꝛc et fumus tormentoꝝ deſcendet ꝛc
agitur etiā de patiētia meritis ꝛ premio fidelium
q̄ tūc paſſi ſūt martyriū pro fide chrī cū d̄r hic pa
tientia ſanctoꝝ ꝛc beati mortui qui ꝛc ſola autē
latinoꝝ ꝓuincia ab infideliū mahumeticoꝝ tyrā
nide tūc liberata fuit qꝛ neq̄ fidē catholicā nega
uit/neq̄ belloꝝ importunitati ceſſit reſiſtentibus
catholicis regibus latinorum Pipino/ꝛ Carolo
magno q̄ angeli habētes falces acutas nominā
tur ad metendū et vindemiādum mahumeticos
exercitus quos a finibus latinoꝝ expulerunt cū
magna eoꝝ ſtrage/ꝛ ſanguinis effuſione vſq̄ ad
frenos equoꝝ vt dicit in fine illi⁹ capli Huic Introit⁹ miſſe.
etiā hiſtorie ɔſentit introit⁹ miſſe .ſ. miſerere mihi
dn̄e ex pſ 85 q̄ eſt vox eccl'ie latinoꝝ iniam dei
inuocātis vt ſubſiſtere poſſit contra perſecutionē
infideliū mauroꝝ Uerſ⁹ Inclina dn̄e eſt princi
piū eiuſdē pſalmi quo prelatus illi⁹ tempoꝛis .ſ.
Adrianus/Anaſtaſius/vel alius orat deū ꝓ ſua
eccl'ia poſita i anguſtia/pauptate/ꝛ inopia Orō Oratio
Tua nos dn̄e gratia eſt petitio diuine gratie ſine
qua nemo reſiſtit tentationibus/nec liberatur ab
aduerſitatibus/ nec intendit bonis operib⁹ fidei Epl'a argumentū.
ꝛ religionis Epl'a Obſecro vos ne deficiatis
Ephe 3 eſt pdicatio plati qua ortatur fideles ad
pacientiā ꝛ cōſtantiā ne in aduerſis cedāt a fide
ꝛ religione Ubi primo orōnē pro eis facit Scd̄o
ibi vt poſſitis cōprehedere fructum corroboratio Prima ps epl'e.
nis exponit Tertio ibi ei autē qui laudē eccleſie
latinoꝝ adiungit Alloquitur ergo fideles ſubdi
tos prelat⁹ dicēs obſecro vos ne deficiatis a fide
chriſti in tribulationibus que inſtant ab infideli
bus tribulationibus inq̄ meis q̄a prelat⁹ princi
paliter affligit in pſecutione eccl'ie ſed ſunt mee
tribulatiōes pro vobis i ꝓ exhortatiōe vr̄a ſcd̄e
coꝛ primo ſiue eīm tribulamur ꝓ vr̄a exhortatiōe
ꝛ ſalute q̄ opat tolerātiā eaxdē paſſionū q̄s ꝛ nos
patimur q̄a ſubditi animant in aduerſis exēplo
boni plati.q̄ eſt gl'ia vr̄a.i. facit ad honorē veſtrū

corā deo ⁊ hoib⁹ ꝙ patienter tolleretis aduerſita-
tes huius rei gratia i propter hanc cauſam vt ſi-
tis cōſtantes flecto genua mea in orōne ta publi
ca ꝙ̃ ſecreta ad patrem dñi noſtri ieſu chriſti ex q̄
omnis paternitas in celis i in angelis (quoꝝ alij
ſunt patres doctrine alioꝝ q2 eos illuminat) ⁊ in
terra i in hoibus quoꝝ plati ſunt patres ſubdito
rum facio ergo orationē ꝑ vobis ſecundum diui
tias glorie ſue i ex quo e diues ⁊ glioſus det vo-
bis virtutem i grām p ſpūm eius quia ſine illa
nullus poteſt ſuſtinere aduerſa q̄ gratia faciat
vos corroborari i aduerſis ⁊ faciat habitare chri
ſtum in interiore hoie p fidem in cordib⁹ veſtris
vt nō deſeratis eā ꝑpter pſecutionē infidelium
⁊ ſitis in charitate radicati ⁊ fundati ſine q̄ fides
Secūda ps ep̄le — non eſt meritoria Sitis ergo conſtantes in fide
⁊ radicati in charitate q2 inde magnū reportabi-
tis fructū ſ vt poſſitis cōprehendere i ſcire ⁊ ſenti
re cum oibus ſanctis i ſicut oēs ſancti cōprehen
dunt que ⁊ quanta ſit charitatis latitudo q2 ſeſe
extēdit vſq; ad inimicos diligēdos pſal 117 edu
xit me in latitudine dñs longitudo i pſeuerantia
charitatis q2 nunq̄ excidit ſublimitas q2 in altū
erigit ſpem noſtram vſq; ad deū ⁊ ꝓfundū diui-
ne predeſtinatiōis vnde charitas habet oīū ec-
cleſiaſtici i Profundū abyſſi quis dimenſus eſt
ſitis itaq; radicati in charitate vt poſſitis compre
hendere vel conſequi cū oibus ſanctis vt chari-
tas veſtra ſit tante latitudinis ꝙ ſe extendat ad
dilectionē inimicoꝝ ſit tante longitudinis ꝙ non
deficiat vſq; ad fine vite huius ſit tante ſublimi-
tatis ꝙ erigat mentē ad ſummū omniū bonorū
ſit tante profunditatis ꝙ eius radix pertingat ad
abyſſum p̄deſtinatorum Talis enim charitas eſt
que vicit aduerſam fortunā vt patet exēplo chri
ſti de quo dicitur vt poſſitis ſcire charitatē chriſti
erga nos ſupereminētem ſcietie i que exuperat
omnem ſciētiam humanā quia nemo poteſt ple
ne ſcire q̄ntum chriſtus dilexerit nos qui de ſeip-
ſo dicit Joan 15 Maiorem hac dilectione nemo
habet vt aiam ſuam ponat quis ꝑ amicis ſuis.
Cum ergo ex nimia charitate morte ſubierit tale
genus mortis elegit in quo pdicte quattuor cha-
ritatis pfectiones ſignificantur ſ mortem crucis
nā latitudo eſt in ligno tranſuerſo cui affixe ſunt
manus q̄ opera nr̄a debent dilatare p charitatē
etiam vſq; ad inimicos longitudo eſt i ligno ere
cto cui corpus innitebatur q2 charitatis pſeuerā-
tia vſq; in fine ſuſtinet Mat 10 Qui pſeuerauc-
rit vſq; in fine hic ſaluus erit ſublimitas eſt in li-
gno tituli quod ſupeminebat capiti chriſti quia
ſpes noſtra debet eleuari ad eterna ⁊ diuina di
cente aplo Paulo caput viri chriſtus eſt 1 Cor.
11 profundum vero eſt in ligno qđ ſub terra late
bat/⁊ totam crucem ſuſtinebat/nec tamē videba
tur q2 ſecretū ꝓfundum amoris diuini ſuſtinet
nos nec tamen videtur ratio eīn p̄deſtinationis
diuine latet intellectum noſtrum ſitis etiam fun
dati in charitate vt p eam impleamini in omnē
plenitudinem dei i habeatis pfectam participa
tionē omniū donorū dei ſpūaliū/⁊ virtutū infuſo-
rum que ſunt annexe charitati Hic eſt itaq; fru- — Tertia ps epiſtole
ctus ſeruorum dei qui in aduerſitatibus fidem ⁊
charitate dei obſeruant tales fuerunt populi la-
tinorum ſub pſecutione Mahumeti de quibus
dicitur ei autem ſ deo patri ⁊ chriſto eius ſit glo-
ria in ecclīa latinoꝝ quam firmauit fide ⁊ chari-
tate eo ꝙ potens eſt oīa bona facere nobis fuis
ſuis ſupabundantius ꝙ̃ petim⁹ i ſcimus petere
aut intelligere quod ꝓbatur ex opere ipſo ſecun
dum virtutem q̄ operatur in nobis i hoc appa-
ret verum ſi attendamus ad ea que operatus eſt
in nobis deus que nec affectus/ nec intellectus
humanus potuiſſet capere hoc eſt ꝙ deus fieret
homo ⁊ homo fieret de⁹ particeps diuine natu-
re eccl̄iaſtici 18 Quis ſufficit enarrare opa illi⁹
quis inueſtigabit magnalia ei⁹ ipſi ergo ſit glo-
ria in eccleſia quam fecit in chriſto i p chriſtum ⁊
ad honorem chriſti non ſolū in pſenti ſed etiā in
omnes generationes ſeculi ſeculoꝝ i vſq; ad fi-
nem omniū ſeculorum pſeuerabit hec eccleſia
Huic ecclie ꝯmedanōi alludit graduale Time- — Graduale
bunt gentes ⁊c̄ ex pſal 101. quo fidelis populus
inuehit contra gentes infideliū maxime mauro
rum ne audeant in ecclīam latinorū que nomen
chriſtianū exaltat ⁊ gloriā dei quotidie decātat
qđ nome infidelib⁹ eſt valde timendū Verſus
Quoniā edificauit ⁊c̄ ex eodē pſal p ſion eccleſia
chriſtiana intelligit in q̄ diuina maieſtas p̄dicat
Aleluia Cātate dño ⁊c̄ pſal 97 exhortatio fide- — Aleluia
lium eſt ad laudandū deum de mirabili victoria
p̄ncipum latinorū Pipini/ ⁊ Caroli de Mahu-
meticis infidelibus Euāgelium Cū intraſſet — Euāgeliū argumentum
Jeſus ⁊c̄ Luce 14 ſub typo hydropiſis parabo
lice declarat pompam ac vanitatem Grecorum
eſſe curatam illa pſecutiōe Mauroꝝ ac proinde
Grecis indignis eccl̄iaſticas prelaturas āmotas
eſſe ⁊ loco eorū latinos humiliores ſublimatos
oſtendit in nuptijs chriſti ⁊ ecclie. In quo primo
⁊ peccatū ⁊ punitio grecoꝝ inſinuatur Secundo
ibi ⁊ reſpondes ⁊c̄ diuina mīa erga illos allega-
tur Tertio ibi dicebat aūt ⁊c̄ grecorum mira de — Prima ps euāgelij
preſſio ⁊ latinorum exaltatio intimatur In pmi
tiua namq; eccleſia fides ⁊ religio chriſtiana val
de floruit i Grecia relictis ibi multis ſanctis do
ctoribus doctrinas aploꝝum Pauli ⁊ Joannis
p̄dicantibus vnde facta eſt Cōſtātinopolis pa-
triarchalis ecclīa ⁊ in caput regni ē erecta velut
olim altera Samaria i regno Dauid Roma au
tem in q̄ chriſtus iterū crucifixus eſt inſtar Hie-
ruſalem ſucceſſo es apoſtoli Petri habuit plā-
tos et caput regni eccleſiaſticorum/ latinorum
effecta eſt quare populus grecoꝝ de tāta ſua ex-
cellētia elatus velut hydropicus tumeſcere cepit
⁊ gloriabatur ſuper populū latinorum humilio-
rem ſicut olim Samaria erecta eſt cōtra Hieru-
ſale adeo vt contēdere vellet p̄matum eccl̄iaſtice
plature Cōſtātinopolitano epiſcopo deberi non
Romano pōtifici hinc hereſes multas/⁊ patriar
chas ſciſmaticos defendere voluit cōtra Roma
ni pontificis determinationē ſicut Samaria vi-
tulos aureos cōtra ſedem Hieroſolymitanam

Ch[ri]stus ergo circa annos 700 ere sue curare volens hanc grecoꝝ hydropisim exercitū infidelium Maurorū ad eos misit quorum delictis vt plurimus illa secta ortū habuit. Sed ante tale curationē sepius in pace ꝛ quiete illius regni per Romanos pontifices eos monuit de qua monitione dicitur cum intraret Jesus p suos vicarios Romanos episcopos in domū .i. ecclesiam cuiusdam principis phariseoꝝ .i. patriarche Constātinopolitani qui est princeps grecoꝝ diuisoꝝ ab obedientia Romani pōtificis intrauit inquā ad eorum monitionem sabbato .i. in requie ꝛ pace illi9 regni māducare pane charitatis/ꝛ vnionis vniuersalis ecclie sed ipsi greci contenentes monitiones christi obseruabāt eum .i. insidiabantur ei qz sepius cōtra Romanū episcopū christi vicarium insidias tetēderunt ꝛ ecce tunc tempore .i. in psperitate grecorum homo quidā .i. ille singularis ꝛ excellens patriarcha ydropicus .i. inflatus supbia erat ante eū .i. pferebatur ei quia gloriabatur supra vicarium suū Romanoꝝ episcopum. Et respondens Jesus nō verbo sed opere dixit ad grecos legis peritos ꝛ phariseos .i. diuisos ab ecclia Romana. si licet curare hanc vestrā hydropisim sabbato .i. in requie ꝛ pace regni vestri q d nō sed opus est pturbatiōe/ꝛ psecutione graui. at illi tacuerant .i. dest secure manserunt nihil cogitantes de futura dei correptione. Ipse vero christus visa p[ro]teruitate illius populi apphensum inter angustias infidelium sanauit eum ab illo tumore. nō enim gloriatur iam grecoꝝ ecclia/ nec intumescit super latinos cum ipsa subiecta sit diure seruitutia Mahumetis ac dum sit illum populum quasi alienus ab eo ꝛ videtur nihil curare de illo quia ipse recesserat prius a christi vicario. Sed nec sic capti[ua]to grecoꝝ populo deus misam suā negat nam respondes ad illos .i. reddens eis correspondentē penā p q[ua]litate delicti dixit .i. declarauit bonitatē suā erga illos cuius inquit vestrū asin9 aut bos ꝛc. q.d. eodem modo christus seruos suos grecos in [pu]teo puteo hydropisis voluit cōtinuo extrahere salutari pena curans eorum supbiā quorum alij erant plebei et ignorantes significati p asinum alij dilecti/ periti significati p boue qui vngulam diuisam habet nō ergo fuit deus crudelis immittendo eis psecutione turcarū quia pene medicine quedam sunt ad curādas aīas/ꝛ si affligant corpora sed ipsi deprauati volunta[t]e mūdana non acciptūt penā patienter ad curationem aīarum sed potius cōtra deum murmurant ꝛ latinos odio psequuntur ideo nō poterāt respondere illi .i. non correspondēt intentioni christi eos corripientis qz male acciptūt flagellū dei. Attrito ergo grecoꝝ imperio pter eoꝝ supbiam exaltauit deus latinos humiles dando eis catholicos ꝛ valde strenuos pncipes qui de infidelib9 triūpharent/ ꝛ ecclesiam Romanā exaltaret quod parabola de inuitatis ad nuptias optime declaratur nam fideles oēs ad ecclesiam christi quasi ad nuptias agni inuitati sunt in qua greci presumpserunt pmum locum tenere dignitatis ꝛ plature ecclesiastice. Sed christus qui latinos digniorē platum habentes inuitauerat dixit patriarche Constantinopolitano da locū maior tanto huic Romano pontifici qm vicarius meus est generalis et successor apl'i Petri in terra ꝛ tūc declarato Romane sedis pmatu p exaltatione latino ū/ꝛ delectione grecorum tenent greci in ecclia nouissimum locum ꝛ cum rubore .i. verecūdia eoꝝ quia subiecti spurcissimis sectatoribus Mahumetis. econtra vero latinorū populus inuitatus ad ecclesie nuptias recubuit p humilitatem in nouissimo loco qz multis tēporibus tollerauit patienter grecoꝝ tyrannidem ac psecutio ꝛc. sed venit christus circa tēpora Mahumetis ꝛ psecutionē illa visitauit inuitatos depositisq; grecis dixit latino populo amice ascende super .i. in superiorē gradū in christianitate obtine ꝛ erit tibi gloria ꝛ honor coram omnib9 christianis simul discūbentibus in conuiuio ecclie quia hec lex dei iusta est vt omnis qui se exaltat p supbiam humilietur a deo p flagellum in aliquā cōfusionē ꝛ qui se humiliat p patientiam tollerādo aduersa exaltet in honorem sicut clare mōstrauit deus in correctione superbie grecoꝝ/ꝛ pmatione humilitatis latinoꝝ. ¶ De hac sua exaltatione loquit ecclesia latinorum in offertorio ex psal' 39 Dñe in auxiliū meū respice ꝛc. ꝛ contra inuidos grecos ꝛ contra infideles mauros cōfundātur verecūdia greci/ ꝛ reuereantur .i. retrocedant mauri q̄ querunt aīam meam vt auferant eā. Secreta oro. Munda nos dñe ꝛc. p[er] ecclia mūdiciā sanctitatis sue ex virtu[te] sacramenti eucharistie. ¶ Cantus communionis. Domine memorabor ꝛc. ex psalmo 70 ecclesia memoratis bnficijs receptis a deo a iuuentute sua .i. tempore apostolorum orat pro sua perseuerātia ꝛ conseruatiōe vsq; ad finem mundi que dicitur senecta eius. Oratio finalis. Purifica domine ꝛc. in virtute eiusdē sacramēti petit auxiliū dei i[n] tribulatiōe psenti ꝛ futura. ¶ Et tota serie huius officij (qd iuxta finē autumni fidelibus pponitur) quando multis hoībus tumores accidunt ex febribus estatis pcedentis nobene curatis) elicitur doctrina moralis contra gulosos/ luxuriosos/ ꝛ supbos/ ꝛ alios huiusmodi peccatores fideles qui ex silitudine naturalis morbi .i. corpore valeat ipsi tumore animi curare aut sanare p humile tolleranciā tribula tionū superuenientiū ex diuina pudentia aut saltem p deuota contplatione fragilitatis sue cui9 vires nō sufficiunt ad aliqd boni agendū corā deo nisi pueniat excitans gr̄a dei/ꝛ subsequat cōcomitans bonum liberi arbitrij motū. Ad hoc enim ppositū valet multum doctrina epl'e precedentis cui etiā consonat illud eccl'iastici 10 quid supbis terra ꝛ cinis/ꝛ quedam alia que ibi sequuntur.

Secūda pars euāgelij

Tertia ps euāgelij

Offertorium.

Communio

Moralitas.

# ¶ Caput cētesimūsextum

de officio octauedecime dñice post penthecosten quo excessiua grecoꝝ malicia varie et insidie contra latinos enarrantur ꝛ pmatus Romane ecclesie respectu aliarū autoritate christi fundatur.

Argumẽtũ officij

Viſo mirabili dei iudicio in humiliatiõe grecorum et exaltatiõe latinorum creuit inuidia grecorũ et non ceſſant cõtra Romanã eccleſiam oblatrare a qua multis hereſibus diuiſi ſunt et ideo phariſei vocati Et quia iſta grecorũ punitio proceſſit non ex culpa latinorũ ſed ex iuſto dei iudicio qui ſupbientes humiliat ideo in hac dñica de ipſorum grecorum culpa videtur agere eccleſia conſonans caplo 15 Apoca in quo principaliter ponitur eccleſie latine recognitio / et grãrum actio de iuſtis dei iudicijs i punitione peccatorũ quia magna et mirabilia ſũt opera tua dñe iuſte et vere ſunt vie tue rex ſeculorum ꝛc

Introitꝰ miſſe

¶ Similiter introitus miſſe huius Juſtus es dñe ex pſal 118 comendat rectitudinem iuditiorũ dei in caſu grecorum et allegat miam eius in exaltatiõe latinorum de quibus eſt verſus Beati immaculati ꝛc p incipium dicti pſalmi

Oratio

Oratio Da queſumus dñe ꝛc petit ecclie latine immunitate a contagione infidelium que fuit occaſio pditionis grecoꝝ qui a deo vero receſſerũt et a ſuo vicario Romano põtifice

Epiſtole argumentum

¶ Epiſtola Obſecro vos ego vinctꝰ ex caplo 4 Ephes hortatur fideles ad ſeruãdã fidei vnitatẽ ne contingant in eis ſicut in grecis diſſentiões ſectarum aut hereſum Et primo inuitat eos ad humilitate Secũdo ibi ſoliciti ſeruare ꝛc ſuadet vnanimitate Tertio ibi vnꝰ dñs ꝛc allegat diuinã vnitatem

Prima ps eple

Quia ergo vt ſapiens dicit initiũ omnis peccati e ſupbia que facit hominem apoſtatare a deo ne in latinis cõtingat tale peccatum dicit platus obſecro vos ego vinctꝰ in dño i alligatus et obligatus legi dei vt digne ambuletis in via morum vocatiõe i ſtatu chriſtianitatis qua vocati eſtis a deo p ſuam miam nõ p merita veſtra ideo ambulate cũ humilitate coram deo cum manſuetudine erga primos / cum patientia in aduerſis ſupportãtes inuice in charitate in neceſſarijs nam he virtutes valent multum ad habendam grãm dei ne cadatis in peccata grecorũ quorum maximũ fuit ſciſma eorum ab eccleſia Romana

Scda ps epiſtole

Vos autem ſitis ſoliciti i valde diligenter curate ſeruare ſeu tenere vnitatem ſpũs i cõformitate voluntatis in eadem fide et religione viuẽtes in vinculo pacis i charitate q̃ eſt vinculum pfectionis vt dr Ephes 3 et ſitis vnum corpus myſticũ ieſu chriſti i vna ecclia indiuiſa ſicut fuit veſtis chriſti inconſutilis de qua ſcriptum eſt nõ ſcindamus eã ſitis vnus ſpũs i vna voluntas oim fidelium dicitur enim 1 Corin 1 Idipſum ſentiatis omnes et non ſint i vobis ſciſmata Additur ratio ex vnitate finis qꝛ vocati

Tertia ps epiſtole

eſtis ad ecclãm chriſti in vna ſpe retributionis glorie q̃ erit pmium et finis vocationis veſtre i religionis chriſtiane ad qua vocati eſtis Quod aũt oim fidelium ſit idem finis poſt hãc vitam pbatur quia vnus eſt dñs omniũ ergo ad eũdem finem vltimum dirigit eos ſicut patet exeplo priſfamilias in vna domo qui oẽs familiares ſuos ad eũdem finem vltimũ gubernat Etiã eſt eadem et vna fides quam tradidit oibus ſuis et eſt vnum baptiſma ſacramentũ fidei chriſti quo oẽs baptizati eſtis in eodem noĩe chriſti cõtra illos ſciſmaticos qui dicebant ego ſum Cephe / ego Pauli / ego Apollo ꝛc ergo ſi omniũ chriſtianoꝝ eſt vnꝰ et idem deus / eadem fides / eade ſacramẽta / idem finis conſequens eſt eos debere ſeruare vnitate eccleſie et fugere diuiſioes hereſum et ſectarũ qđ greci non faciunt diuiſi ab obediẽtia ſummi pontificis qui eſt vnus cõis paſtor ouiũ chriſti ſedens in Petri aplĩ cathedra qui fuit geñalis vicarius dei qui eſt vnus deus oim p creationem / et pater benignus ad oẽs qui eſt ſup omnes homines p potentiam / p omnia p ſapientiam / et in omnibus p bonitate que ſunt tria attributa diuinarũ pſonarum in vnitate eſſentie oipotentis dei qui eſt benedictus et glioſus in ſecula ſeculorũ hoc ẽ in eternum

Graduale

¶ Predicte exhortationi platoꝝ reſpõdet populus in graduali Beata gens cuius ꝛc ex pſal 32 et loquiẽ de latinis qui ẽ populus quẽ elegit deus in hereditatẽ ſibi electis grecis Verſus ex eodem pſalmo Verbo dñi ꝛc pmittentis benedictionẽ eccleſie ſue celi i plati celeſtes firmati i confirmati ſunt in ſuis dignitatibꝰ nõ electi ab eis ſicut greci et ſpũ oris eius i grã ſpiritus ſancti firmata eſt ois virtus ſeu virtuoſa operatio eorum in regimine ecclie latine

Alleluia.

Alleluia Domine exaudi pſal 101 eſt ſupplicatio ecclie latine ad deũ ne auertat faciẽ ſuã ab eis ſicut fecit in grecis

Euangelij argumentum.

¶ Euangeliũ Acceſſerunt ad Jeſum ꝛc ex 22 caplo Mat notat grecos de traſgreſſione legis chriſti q̃tum ad duo pcepta charitatis quia nec deum diligunt qui vicarium eius Romanum pontifice nõ honorãt neq3 primum populũ latinoꝝ arbitrantes eum cauſam eſſe ruine ſue Primo ergo explicatur grecorum ſupba deriſio vel deriſoria interogatio Secundo ibi ait illi ꝛc adaptatur latinoꝝ reprehenſoria reſponſio Tertio ibi cõgregatis aũt ꝛc de poteſtate Romani pon mouetur victorioſa queſtio

Prima ps euangelij

Quia ergo ſicut dictum eſt in pcedente dñica regnũ grecorũ ppter abundantiã plurium doctoꝝ vt Gregorij Nazanzeni / Origenis / Chriſoſtomi / Athanaſij / Baſilij et alioꝝ in doctrina euãgelica et in ſacris litteris ſupbia elatũ eſt / et ceteros oẽs populos deſpexit maxime latinos / quos velut ydiotas reputauit ideo interrogatioes deriſorias facere ſolet greci latinis circa intelligentiã ſanctarũ ſcripturarum acceſſerunt namq3 greci dicti phariſei ad ieſum nõ in ſe ſed in ſuo corpore quod eſt latinorum ecclia et interrogauit eum nõ vt diſceret ſed tentans eum vt derideret maxime vnus ex eis ſingularis et excellens ſ patriarcha Coſtãtinopolitanus legis doctor nã fere ſemp illa ſedes habuit egregios doctores legis chriſti licet plures ex eis ppter ſupbiam ſuam i hereſim ſint lapſi et interrogans / magiſtrũ vocat cuius dedignatur eſſe diſcipulus et de maximo legis mãdato querit qui nec minimũ obſeruat. magiſter inquit qđ

eſt magnũ mãdatum in lege dei vt videã ſi eam
Secũda ps euangelij. intelligas ⁊ obſerues' Sed latinoꝝ populus ten
tationem grecoꝝ cernens tale adaptat reſpõſio-
nem qua ⁊ interrogationi ſatiſfaciat ⁊ interrogan-
tis maliciã aperiat ait ergo illi Jeſus in ſuo cor-
pore i latinorum eccl'ia hoc eſt maximũ ⁊ primũ
mãdatũ legis dei ſ diliges dñm deũ tuum ſ Je-
ſum chriſtu filiũ dei taliter ꝙ vellis ei bona ſua
adeſſe ⁊ honorem ſui ⁊ ſuorum defendere/⁊ pcu
rare ex toto corde i volũtate rationali/ex tota ani
ma i appetitu ſenſuali/⁊ ex tota mete i cogitatio
ne intellectuali.tota dico ſic vt quicquid cogites/
quicqd vellis/quicquid appetas/⁊ quicquid fa-
cias totũ ordines ad dei honore Secũdum man
datum ſimile eſt huic qꝛ de dilectiõe loquiť ſicut
pmum ſ diliges ꝓximum tuũ maxime fidelem
hominẽ ſicut teipſum hoc eſt ad idem bonũ ad
qđ teipſũ diligis ſ ad beatitudini/ad aliaqꝫ bona
ſpũalia q̃ ſunt media ad beatitudine ita ꝙ vel-
lis ei quicquid boni tibi teneris velle/⁊ facias ei
amicabiliter quicquid tibi fieri vellis ab amicis
tuis q̃uis nõ tenearis ad hoc eque intenſo amo
re ſicut teipſum ⁊ tua diligis in his duobꝰ man-
datis tanq̃ in vniuerſalibꝰ legis nature pncipijs
ꝑendet vniuerſa lꝰx poſitiua i oia alia mandata
particularia q̃ in lege ⁊ ꝓphetis ſunt ſ adimalo-
rem explicationem horum p̃ceptoꝝ vniuerſaliũ
Et quia in illa etate erat manifeſtiſſimũ ꝙ greci
Romanũ pon chriſti vicariũ in terris dehonora-
bant/⁊ latinos ꝓximos ſuos contenebant cõſe-
quens eſt ex p̃dicta reſpõſione grecos tũc fuiſſe
preuaricatores legis dei q̃tum ad maxima eius
Tertia ps euãgelij mãdata licet in exponẽdis ſcripturis legis eſſent
magni doctores Propterea de dignitate Roma
ni pontificis i quo honorať chriſtus recte ſubiun
gitur queſtio ꝓ cuius intelligẽtia ſciendũ ꝙ gre-
ci ꝑuerſe ſentiunt de poteſtate ſpũali romani põ
tificis: quia p̃ter illam tẽporalẽ dñationem quã
accepit a Cõſtatino ⁊ ab alijs romanis imperato
ribus in Italia nõ reputãt eum habuiſſe a chri-
ſto maiorẽ iuriſdictione in ſpũalibꝰ q̃ alij comu-
nes epiſcopi ab eo acceperit ſuꝑ animas fideliũ
ſubditorum qđ manifeſte falſum eſſe cõſtat non
ſolum ex verbis chriſti in euãgelio ſed etiam ex
his que romanus imperator dicit in ſua corona
tione vbi papam vocat dñm ſuum ſicut Dauid
loquebatur de chriſto vocãs eũ dñm ſuum et qꝛ
greci impatores non ſolũ nõ vocabant papã do-
minum ſed etiã reputabãt eum contẽptibile ſer-
uum/⁊ pſequebanť eum ideo iuſte eccl'ia p̃uauit
grecos imperiali dignitate ⁊ trãſtulit eam ad la-
tinos quorum p̃mi Gallorum reges eam tenue
runt aliquãdiu ſed quia poſtea illa abutebãtur
in pniciem eccl'ie pſequẽtes romanos põtifices
merito etiam ablata eſt eis ⁊ data Germanis cũ
certis conditionibꝰ que tangũt honorẽ ſedis ro-
mane apoſtolice maxime vt papa recognoſca-
tur dñs ſuꝑ impatorẽ His ſuppoſitis optime fa-
cit queſtio latinorum ad grecos nam his phari
ſeis congregatis i iam cõcluſis ſub infideliũ po
tentia interrogauit eos Jeſus p ſuos ſeruos lati
nos dicens quid vobis videtur de chriſto i roma
no epiſcopo quẽ deꝰ vnxitꝰ p̃ alijs epiſcopis ſuis
⁊ coronauit glia ⁊ honore queritur a vobis cuiꝰ
filiꝰ eſt i heres poteſtatis quã habet plus q̃ oes
alij epiſcopi in eccleſia' hoc eſt querere a quo ha
bet talem poteſtatẽ/taleq̃ue dignitatis gradũ di-
cunt Greci eum eſſe filium Dauid i imperatoris
manufortis qui dedit ei patrimoniũ magnũ in
Italia vnde habet maiorem honore ſuꝑ omnes
alios p̃latos ſ quia eſt ditior eis ⁊ potetior in tẽ-
poralibus Sed iſta reſponſio excluditur ipſius
Dauid teſtimonio ſi bene notentur verba eius
ait ergo latinus populus reprobãdo grecorum
opinionẽ dices quomodo ergo Dauid i impera
tor in ſpiritu i ſpũaliter vocat romanum pontifi-
cem dñm quãdo in ſua coronatione ait dixit do
minus i deus oipotẽs dño meo pape ſede a dex
tris meis i in potioribꝰ bonis eccl'ie mee donec
ponam grecos inimicos tuos humiliatos velut
ſcabellum pedum tuorũ ex qua autoritate mani
feſte colligitur ꝙ ſi imperator vocat eũ dñm ex
cellẽtia pape nõ eſt ideo ꝙ filiꝰ eiꝰ eſt i habẽs do
miniũ tẽporale ab eo nam ſi no aliunde papa
haberet poteſtatẽ excellentie quã ex dñatiõe tem
porali imperatoris potiꝰ deberet imperator vo-
care papam filiũ imo vaſſallũ ⁊ ſeruũ potius q̃
dñm Non enim videretur rationabile ꝙ prude-
tiſſimus impator Cõſtantinꝰ tam excellenter di-
tauerit romanũ pon ſuꝑ oẽs alios epiſcopos ec-
cleſie chriſtiane niſi certitudine fidei cognouiſſet
ei datam eſſe a deo maiorem poteſtatem q̃ alijs
epiſcopis Cognouit ꝓculdubio poteſtatem eiꝰ
ſpũalem qua ſua dotatiõe voluit ꝓfiteri ⁊ hono-
rare ac dominũ ⁊ patre eũ vocare hec ratio tam
vigens eſt in moralibus argumẽtis ꝙ nemo gre
corum poterat ei reſpondere verbũ alicuius ap-
parentie ac perinde latinũ populum cepit time
re nec auſus fuit quiſq̃ coꝝ ex illa die q̃ deus la
tinos exaltauit ampliꝰ interrogare deriſione/ſed
potius revereri videns in eccl'ia latina excellẽtiſ
ſimos doctores Auguſtinũ/Ambroſiũ/Hierony
mũ/Gregoriũ/Hilariũ ⁊ alios plurimos qui gre
cis theologis valeant iure equiperari Cantus
offertorij Oraui dñm ⁊c̃ ex 9 capl'o Danielis eſt Offertorium.
vox romani pontificis oratis ꝓ ſuo ſtatu ⁊ totiꝰ
eccl'ie latine que eſt ſanctuariũ dei ⁊ populus ſu
per quem inuocatũ eſt nome dei Daniel autem
vir deſideriorũ eſt quod nomen pape cõuenit q̃
ꝓ ſe ⁊ ꝓ alijs orat ⁊ bona deſiderat Cantus Communio.
cõionis Vouete ⁊ reddite ⁊c̃ ex pſal' 75 exhorta
tio eſt populi fidelis ad ſeruiendũ deo ex memo
ria terribilis iudicij quod deꝰ fecit in grecis p̃nci
pibus Secreta oratio Maieſtatem tuã ⁊c̃ ſilr et
vltima oratio Sanctificationibꝰ tuis ⁊c̃ ꝓ emũ-
datiõe a delictis orãt Moralis doctrina ꝓ pre
ſentibus colligiť ex hoc officio ꝙ ſeruent vnita- Moralitas.
tem fidei catholice ⁊ religiõis chriſtiane ſub obe
dientia vnius romani pon nam facietes ſciſma-
ta/⁊ diuiſiones in eccl'ia dei/vel etiam in republi
ca vnius dioceſis aut ciuitatis iuſto dei iudicio
inſtar grecorum redigenť adimagnã ſeruitutem

etiam in hoc mundo hanc vnitate fidei ⁊ religio
nis/ſimiliter ⁊ pacis in republica facit charitas
dei ⁊ ꝓximi que vnicuiq; tribuit quod ſuũ eſt ſe
cundum iuſticiã hoc eſt deo ⁊ platis obedientiam
atq; honore/equalib⁹ amicis/ ⁊ cõciuib⁹ dilectio
nem ⁊ bonã conuerſatione inferiorib⁹ ſũt filijs/
ſeruis/ ⁊ aliter ſubiectis miam ⁊ pietatem ⁊c̃

¶De ieiunio quattuor temporũ in autumno

Poſt p̃dictam dñicam ponitur in pnci-
pio autumni ieiunium ſimiliter ⁊ officiũ
quattuor tempoꝝ in feria quarta/ſexta/
⁊ ſabbato hui⁹ hebdomadis Quorum
ratio generalis ſuperius poſita eſt in tertia heb-
domade aduentus dñi vbi etiã data eſt ratio ſpe
cialis quare ponantur due lectiões ꝑ epiſtola in
quarta feria ⁊ ſex in ſabbato quo fiũt ordinatio-
nes clericoꝝ Et q̃uis in oĩbus quattuor tẽpori-
bus anni ſit equalis numerus lectionũ in p̃di-
ctis ferijs tamẽ lectiones ipe nõ ſunt eedẽ vbiq;
ſed variantur in diuerſis anni tẽporib⁹ ſecũdum
materia ſubiectã. Quia igitur in in autũno colle-
cti ſiam meſſibus agri/⁊ pfecta earum tritura col
ligũtur etiam vine ꝛrã fruct⁹ ⁊ fit vindemia ideo
in hoc ieiunio autũnali lectiones p̃dictarũ feria-
rum pro maiore parte comemorant p̃dictoꝝ fru-
ctuum terre collectione pariter ⁊ cõſeruationem
De quarta feria. Nam in feria quarta huius ſeptimane introitus
miſſe Exultate deo ⁊c̃ ex pſ 80 cum ſuo verſu
ſequente ſignificat leticiam fideliũ colligentium
fruct⁹ iuxta illud pſal 125 venientes aũt venient
cum exultatiõe portantes manipulos ſuos Oro
Miſerico die tue remedijs ⁊c attribuit hos fru
ctus mie dei non meritis noſtris Prima lectio
Ecce dies veniunt ⁊c̃ ex 9 caplo Amos tẽpori cõ
uenit que loquitur de calcatore vue ⁊ de ſemina
tore Graduale quis ſicut dñs de⁹ ⁊c ex pſal 112
conuenit ordinãdis q̃ exaltantur ad dignitatem
eccleaſticã Alia oratio ieiunio adaptat̃ Preſta
q̃ſum⁹ dne ⁊c̃ Secũda lectio congregatus eſt ⁊c̃
ex 8 caplo Neemie congruit tẽpori in eo qd lo-
quitur de meſe ſeptimo in quo comedit populus
pinguia ⁊ bibit muſtũ cõuenit etiam ordinandis
in eo quod dicit de libro legis/de Eſdra ſacerdo
te legente/⁊ de leuitis adminiſtrantib⁹ Gradua-
le beata gens ⁊c̃ ex pſal 32 etiã eſt de ordinãdis
quos de⁹ eligit in ſeruos ſuos Euãgeliũ reſpõ-
dens vnus ⁊c Marci 9 caplo cõuenit exorziſtis
vbi loquitur de illo demoniaco diſcipulis chriſti
oblato/cõuenit etiã ieiunio in fine vbi dicitur in
oratione ⁊ ieiunio Offertorium meditabor ⁊c̃ ex
pſal 118 eſt vox ordinandi q̃ ꝓmittit ſe medita-
turum in deo Coio ſumitur ex lectiõe ſcd̃a come
dite pinguia ⁊c̃ conuenit tempori autũni de col-
lectione fructuũ Secreta oro huius te dne ⁊c̃ et
oratio vltima ſumiteo dñe Dona ſpũalia petũt
De ſexta feria poſt hec tẽporalia q̃ colliguntur ¶Feria ſexta eſt
ferme tota de ſancta vita ordinandoꝝ q̃ in introi
tu Letetur cor ⁊c̃ ex pſal 104 inuitant̃ ad que-
rendum deũ ⁊ laudandu Oratio Preſtaq̃s pe-
tit ꝑ ordinandis gram ſeruandi regulã ſui ſt ri⁹
cũ mũdicia mẽtis ⁊ corporis Lectio eple Cõuer
tere iſrael ⁊c̃ ex 14 caplo Oſee officium ordinã-
dorum explicat in legendis ſacris libris ⁊ fruct⁹
terre ꝓmittit ſeruis dei G aduale Cõuertere do
mine ⁊c̃. ex pſal 89 et cõio. Auſer a me ⁊c̃ ex pſ
118 ſunt orones electorũ ad ordines de his que
ptinent ad ſtatũ ſuum Euangeliũ Rogabat Je
ſum ⁊c̃ ex 7 cap Luce penitentiã et ordinando-
rum/et ieiunãtium explicat ad quã ſequit̃ remiſ-
ſio peccatorum/ et mundicia cordis q̃ neceſſaria
eſt eccleſiaſticis Offertorium Benedic aia mea
⁊c̃ ex pſal 103 eſt conſolatio ordinãdoꝝ et grarũ
actio de nouitate vite ſue Secreta oro Accepta
ſint ⁊c̃. offert deo ieiuniũ ⁊ penitentiã ordinãdoꝝ.
⁊ petit eis gr̃am Vltima oro Queſumus oĩpo-
tes deus ⁊c̃ eſt gr̃arũactio de beneficijs receptis
¶Sabbati quoq; officiũ ad doctrinam ordinan
dorum refertur ſ ne ſint ſteriles vt arbor fici in- De ſabbato ⁊ dñi
fructuoſa et vita coꝝ non ſit terrenis implicita ſi
cut mulier incuruata de quib⁹ in euãgelio Luc.
13 et ſic miniſtrent i tabernaculis eccleſie militã
tis vt poſtea dño p̃ſentent̃ in tabernaculo eccl'ie
triũphãtis ideo epl'a Tabernaculũ factũ ẽ ⁊c̃ He
bre 9 loquit̃ de pmo ⁊ ſcd̃o tabernaclo ſ Moyſi
⁊ Salomonis Et alludit hoc officiũ figure ve le.
q̃ in meſe ſeptembri fiebat tabernaculorũ obſer
uatio Legitur etiam beatũ Petrũ apoſtolũ ordi
nationem feciſſe in ſeptembri ſex epiſcoporũ/de-
cem preſbyteroꝝ/et ſeptẽ diaconoꝝ. Alie lectiões
cauſam inſtitutionis huius ieiunij ſeptembris et
eius vtilitates explicãt Prime due ſ decimo die
⁊c̃ a quitodecimo die ⁊c̃ ex 23 cap Leuitici Alie
due ſunt ex ꝓphetis ſ Dñe deus ⁊c̃ ex 7 caplo
Michee Factu eſt verbũ ⁊c̃ ex 8 cap Zacharie.
Quinta lectio Angelus dñi ⁊c̃ ex 3 cap Daniel
Cetera oĩa que cantant̃ in choro ſunt exhortatio
nes/orones/⁊ cõſolationes ordinandoꝝ et ſumũ
tur ex pſalmis/excepto graduali quito qd ſumi-
tur ex capitulo quinte lectionis ⁊ cõmuniõe que
ſumitur ex lectione ſecunda ¶Aduertendũ hic Notabile
q̃ iſta quattuor tempora ieiuniorũ olim ſic ordi-
nabant̃ ab eccleſia nam ieiuniũ veris ponebat̃
in pma hebomade Martij Jeiuniũ eſtatis in ſe-
cũda Junij Jeiuniũ autũni i tertia hebdomade
Septẽbris Jeiuniũ hiemis in quarta hebdoma
de Decembris et ratio erat quia iſta ieiunia fiũt
ab eccleſia ꝓpter clericos ordinandos ſ ad im-
petrandam eis gr̃am et quia ordinati quodãmo
do generant̃ vt chriſto attineant q̃ſi conſangui-
nei ꝓpterea tẽpora ordinationis eoꝝ eo reſpon-
debant p̃ncipalibus pſonis in genealogia chri-
ſti poſitis Prima fuit Abraham initiũ p̃me teſſe
redecadis Secunda fuit Dauid in p̃ncipio ſcd̃e
q̃rtedene Tertia fuit Jeconias i principio tertie.
Vltima fuit ieſus chr̃ſt⁹ quoꝝ nominu interp̃ta
tiones ordinãdis cõueniũt Abraham pater mul
torum/Dauid fortis/Jeconias p̃paratio dñi dici
tur quia ordinati debet eſſe patres alioꝝ/fortes
⁊ p̃parati ad euãgeliũ chriſti ⁊ ſicut ab vna iſtaꝝ
pſonarũ ad alia fuerũt quattuordecim gñatiões
ſic ⁊ ab vno iſtorũ ieiunioꝝ vſq; ad aliud interci-
piũtur fere quattuordecim hebd ſed de his ſatis.

## ¶ Caput cẽteſimumſeptimum de officio decimenone dñice: quo ſpes pro mittitur grecis lapſis: vt tandem liberẽtur a ſua captiuitate per dei miſericordiã. et correſpondet 16.17.18.⁊.19. cap̃. Apocalypſ.

Argumẽtũ officij

SIcut olim in lege veteri captiuatis decẽ tribubus iſrael a rege Aſſyriorũ: in ſola tribu Juda cum rliquijs Beniamin remãſit fides/ religio/ ⁊ ſacramẽtorum legis obſeruatio in templo Hieroſolymitano: codẽ modo ꝑ correſpondẽtiam figure ad figuratũ in lege noua: oppꝛ̃ſſis grecis cũ alijs orientalibus Aſiaticis (quaſi decẽ tribubꝰ ecclĩe chriſti) a ꝓfluuio maurorum (qui ſpeciem Aſſyriorum habent in nouo teſtamẽto) remãſit fides ⁊ religio chriſtiana in latino populo: cuius principale caput eſt romana ſedes velut altera Hieruſalem in tribu Juda/ et regno Dauid. que tribus ſepiꝰ a diuerſis nationibꝰ tam infidelium maurorꝝ q̃ȝ etiam fidelium Longobardorꝝ/ Francorꝝ/ Alemanorꝝ/ ⁊ aliorum vexata fere ꝑ trecẽtos annos in fide chriſti ꝑſeuerauit. cuiꝰ ꝑſecutiões particulares caput. 16. Apocalypſis in ſeptem angelis phialas habentibus deſcribit. nã ⁊ religioſi põtifices romani/ ⁊ catholici ꝓncipes latini imperij angeli dicũtur miſſi a deo: vt phialas iracundie ſeu vltiõis diuine effunderent ſuꝑ hoſtes ꝑſecutores eccleſie: qui nomine terre/ maris/ aeris ⁊ aliorꝝ corporum ibidem ſignificantur. ſic factũ eſt vt ecclĩa romana in p̃dicto tẽporis interuallo: hoc ẽ ab anno chriſti octingenteſimo vſqȝ ad annũ milleſimũ centeſimũ alternatis vicibꝰ pace ⁊ tranquillitate donaretꝛ merito fidei catholice/ ⁊ religionis ſancte: quã inter ꝑ̃ſſuras ꝑſequentiũ ſuſtinuit cũ certa ſpe liberationis ſue ab eis.

Introitꝰ miſſe.

¶ Jdeo introitus miſſe huius quem Zacharias papa fertur ordinaſſe: ita habet. Da pacem inquit dñe ſuſtinentibus te. ſ. latinis fidelibus: vt ꝓphete. i. p̃lati tui inueniantꝛ fideles in ſuo miniſterio corã te: ⁊ ſumitur ex. 36. capl̃o Eccl̃iaſtici. Exaudi p̃ces ſerui tui romani pontificis/ ⁊ plebis tue Jſrael. i. latine ecclĩe que continue orat ꝓ pace. Verſus: Letatus ſum. ⁊c̃. ex pſal̃. 121. eſt vox p̃lati de pace ecclĩe letificati.

Oratio.

Orõ: Dirigat corda nr̃a. ⁊c̃. ſuppoſita pace petit gratiam ad bene ſeruiendũ deo: quia hoc ſine illiꝰ adiutorio nõ poſſumꝰ implere bene.

Epiſtole argumentum.

¶ Epl̃a: Gr̃as ago. ⁊c̃. ex p̃mo cap̃. 1. epiſtole ad Corin. eſt p̃dicatio p̃lati illorꝝ temporum: qua cõgratulatur eccleſie latine de ꝑſeuerantia eius in fide certa et religione vera inter varias ꝑſecutiões malorum. Jn qua p̃mo datur gratulatiõis ratio generalis. Secundo ibi: qui in omnibꝰ. ⁊c̃. explicatur cauſa ſpecialis. Tertio ibi: expectantibus. ⁊c̃. ꝓmittitur ꝑſeuerantia finalis.

Prima ps eplẽ.

Sicut enim pater naturalis gaudet/ ⁊ deo gratias agit de ꝓbitate filij ſui: teſte illo qui dixit: filius ſapiens eſt gloria patris: ſic p̃latus q̃ eſt pater ſpũalis gaudet cum videt ſuos ſubditos ꝓficere in fide ⁊ religione chriſti. ideo dicit fratres mei in chriſto fideles latini gratias ago deo omniũ creatori et gubernatori: ſed ſpecialiter meo conſolatori. ago inquã gr̃as ſemper in p̃paratione animi: ſed ſpecialiter in certis horis mihi ad orationem deputatis: pro vobis de quibꝰ gaudeo. in gratia. i. ſuper gr̃a dei que data eſt vobis pluſqȝ grecis: in chriſto ieſu. i. ꝑ chriſtum mediatorem dei ⁊ hominum.

Scd̃a ps epiſtole.

Et quia gr̃a eſt nomen generale: particularius explicat de qua gr̃a fideliũ latinorꝝ gaudeat p̃latꝰ. quia in oĩbus bonis ſpũalibus diuites facti eſtis in illo. i. ꝑ illũ mediatorem. ſ. in omni verbo p̃dicationis: q2 eccleſia latina abundat p̃dicatoribꝰ multimodis. hoc eſt planis moralibꝰ/ ⁊ ſpeculatiuis eleuatis. quorꝝ alij acriter arguunt vitioſos/ alij leuiter obſecrant modeſtos. ⁊ hi quidẽ elegãtes ſunt ⁊ grãdiloqui/ illi vero pedeſtri ſermone contenti. Et q2 verbũ p̃dicationis p̄reqrit eruditionẽ ſcientie: ideo latini effecti eſtis diuites in omni ſcientia ⁊ ſeculari acquiſita/ ⁊ eccleſiaſtica reuelata. nã vniuerſitates et ſtudia plurima ſunt apud latinos: euerſis iã ſcholis ⁊ gymnaſijs grecorꝝ. Fertur. n. Carolũ magnũ Athenarũ vniuerſitatem in Galliam tranſtuliſſe: que nunc Pariſiorꝝ academia dicitur: i qua p̄cipue theologorum ſacra facultas viget. de qua ſequitur: ſicut teſtimoniũ ieſu chriſti. i. euangeliũ cõfirmatũ eſt in vobis. i. valde firmum ⁊ certum legitur apd̃ vos. ita ergo diuites eſtis in bonis ſpũalibus ſciẽtiarum/ ⁊ virtutũ/ ac donorũ: vt nihil vobis deſit in vlla gratia neceſſaria ad religionem chriſtianã bene obſeruãdam.

Tertia ps epiſtole.

Et licet eccleſia latinorũ ſimilis tribui Juda in veteri lege ꝓpter peccata ſua captiuanda credatꝛ in babylonẽ ſpũalem (prout apoſtolus Joãnes in ſua Apocalypſi conformiter vaticinio Hieremie deſcribit) tamen poſt taxatum numerum annorũ ſeptuaginta reuertetur populus dei ad propria: vt reedificet templũ ⁊ ſanctã ciuitatem duraturam vſqȝ ad chriſti aduentũ. hanc ecclĩe latine ſpem explicans p̃latus dicit. teſtimoniũ chriſti confirmatũ eſt expectantiꝰ vobis reuelationẽ dñi noſtri ieſu chriſti. i. quando ipſe reueletꝛ in vobis liberãdo vos a ꝑſecutiõe ſecte Mahumetice q̃ Apoca. 17. euertenda p̃dicitur ſub nomine magne meretricis ⁊ babylonis: qui ieſus chriſtꝰ cõfirmabit vos latinos in ſua fide ⁊ religione ſine crimine hereſis vſqȝ ad finẽ huiꝰ ſexte etatis: qui erit in die aduentus dñi noſtri ieſu chriſti. ſ. quando ad iudicium veniet in gloria ſue maieſtatis.

Graduale.

¶ Conſequenter ergo ad hanc p̃dicationẽ ſequitur in graduali ex pſal̃. 121. vox leticie populi chriſtiani: Letatus ſum in his que dicta ſunt mihi: de cõfirmatiõe fidei ⁊ religionis mee. Sequitur verſus ex codẽ pſalmo. Fiat pax in virtute tua. ſ. in ecclĩa latina deſtructis infidelibꝰ. ⁊ abundãtia bonorum ſpũaliũ in turribꝰ tuis. i. prelatis ⁊ doctoribus ecclĩe.

Aleluia.

Aleluia timebũt gentes. ⁊c̃. ex p̃s. 101. ad infidelium maurorꝝ euerſionẽ ꝑtinet: quã de proximo futurã expectat ecclĩa prout habetur in capl̃o. 18. Apoca. ¶ Euãgeliũ: Aſcẽdens dñs

Euangelij argumentum.

Ieſus in nauiculam: ex.9.cap̄. Matthei: promittit grecorū conuerſionē ab erroribus ſuis oratione latinoꝝ impetrandā: quorū hereſis paralyſi ſignificatur: in qua aufertur ſenſus recte intelligentie/ ꝛ motus operationis bone. poſtꝙ enim greci fuerint diutius contriti ꝛ purgati oppſſione turcharū: tādem ſurget populus ille a lecto ſui erroris/ ꝛ verā fidem confitebit̄ ſub obediētia romane eccl'ie. ꝛ hoc poſtꝙ infideles turche/ ꝛ alij mahumetici fuerit deleti mirabili potētia dei: vt promittit̄ in cap̄lo.19. Apocalypſis. In hoc ergo euāgelio p̄mo inſinuatur latinoꝝ charitas ꝛ deuotio. Secundo ibi: videns ieſus. ꝛc̄. adiungitur grecorum interna cōuerſio. Tertio ibi: vt autem ſciatis. ꝛc̄. concludit̄ illoꝝ finalis ꝛ perfecta liberatio.

Prima ps euāgelij.

Habet hoc virtus pfecta cū gratia ſeu charitate: vt doleat de aduerſitate p̄ximi etiam ſi fuerit inimicus/ ꝛ pſecutor uirtuoſi/ ꝛ conetur eū a ſua miſeria liberare quoad poſſit. Latinoꝝ ergo ſancta eccl'ia ꝗuis pſecutiones plurimas a grecis ſuſtinuerit: dolet de caſu enormi grecoꝝ ꝛ dura ſeruitute ſub potētia turcharꝫ: ideo ꝯtinuis orationib⁹ p̄ grecis apud deū intercedit donec liberent̄ miſericorditer a ſua captiuitate/ ꝛ veniāt ad eccleſie vnitatem: ſic etiā in ve. lege tribus iuda in tēplo Hieroſolymitano continuas p̄ces fundebat ad deū p̄ decē tribub⁹ captiuatis ſub potētia Aſſyriorum vt liberarent̄: ꝗuis ante illam captiuitatem paſſa ſit trib⁹ iuda multas pſecutiones ab eis dum ſeruirēt regibus iſrael: ꝛ vitulis aureis. Hanc ergo latinorū charitatē erga fratres ſuos grecos cōmendans eccleſia in hodierno euāgelio: in illo inquit tempore: quo grecoꝝ imperium propter ſua peccata ſub poteſtate Mahumetis euerſum eſt/ ꝛ quaſi paralyticū factum. aſcendēs ieſus in Petri nauiculam: que eſt latina ꝛ romana eccleſia: eam ſublimando ꝛ honorando tā armorū potentia ꝙ religionis obſeruātia: trāſfretauit ſeu tranſitū ſeſe facere oſtendit a grecis/ quaſi derelinquens eos. ꝛ venit in ciuitatē ſuā. i. eccleſiam catholicā ſuoꝝ fideliū. ꝛ ecce continuo poſt grecorum derelictionē: offerebāt ei latini deuotis ſuis orationib⁹: paralyticū populū grecoꝝ iacentem in lecto erroris multiplicis: tam moralis ꝙ etiam intellectualis: de agendis ꝛ credēdis. iacētem etiam ꝛ oppſſum in lecto dure ſeruitutis vt ſeruiat dijs alienis turcharū infideliū. ſicꝙ iacebit donec tribulationis diuturnitate vexatio det ei intellectum / ꝛ reſipiſcat ac cōteratur in corde

Secūda ps euangelij.

ſuo. Et tunc nō p̄pter ſua merita: ſed videns ieſus fidem rectā illoꝝ: qui p̄ eis orant: dicet paralytico grecoꝝ populo. ꝯfide fili. ſ. de tua liberatione futura ab hac ſeruitute. ſed prius reſcindere oportet cauſam effectiuā vel potius demeritoriā huius tue egritudinis. ſ. peccata p̄pter que te deus ſic pcuſſit: ideo remittuntur tibi peccata tua p̄uia cōtritione tua: q̄ diſponat ad futurā confeſſionē: iuxta illud pſalmi.31. Dixi confitebor aduerſum me in iuſticiā meā dn̄o: ꝛ tu remiſiſti impietatem pc̄ti mei. Et ecce tali ſpe liberatiōis grecoꝝ publicata quidā de ſcribis. i. ſapientib⁹ turcharū dixerunt intra ſe. hic q̄ talia p̄dicat blaſphemat. i. impoſſibile dicit: videlicet ꝙ iſte grecorum populus tam ſubiect⁹ ꝛ inermis liberari debeat a nr̄a ſeruitute: qui tantā habemus mūdanā potentiam. dixit eni meretrix Apoca.18. ſedeo regina / ꝛ vidua non ſum/ ꝛ luctum non video. Sed cum vidiſſet ieſus cogitationes eoꝝ vanas: dixit p̄ ſuos p̄dicatores. vt quid cogitatis mala cōtra potentiam dei in cordibus veſtris: quaſi volentes ſentire ꝙ deus chriſtianorum non poſſit ſeruos ſuos liberare de manib⁹ veſtris quando volet. nā angelus ille q̄ Apoca.18. in fortitudine clamat: dicet: cecidit cecidit babylon magna. ꝛc̄. qꝛ fortis eſt de⁹ ꝛ iudicabit illā. quero eni a vobis quid horum duorum eſt facilius deo. ſ. dicere dimittūtur tibi peccata tua: qđ ſepiſſime facit ſuppoſita peccatoris contritione. an dicere captiuo iu[illegible] a miſeria ꝛ ambula in tua libertate: q. d. vtrūꝙ eſt deo eque facile cuius potentia eſt infi[illegible] ergo p̄mum bonū facere poteſt: ꝛ ſc̄dm facere poterit. ſimiliter econtrario ſi ſecundū: ꝛ primū: Sed pti-

Tertia ps euāgelij.

natia infideliū negat p̄mum a deo chriſtianorū: quare ꝛ ſecundum etiā credit ei impoſſibile. ideo tempore a diuina ſapiētia p̄finito vtrūꝙ euidenter p̄babitur eis conuenire deo noſtro. quādo finita grecoꝝ penitētia populus ille a ſeruitute illa faciliime liberabitur ex miſericordia dei. ex q̄ liberatione arguetur neceſſario ꝙ ipſe eſt qui reremittit peccata ꝛ peccatoꝝ penas. ꝛ tunc dicetur infidelib⁹ turchis. vt autē ſciatis. i. credatis p̄ euidentiam facti. quoniā filius hominis: q̄ idem eſt filius dei/ chriſtianoꝝ de⁹: habet poteſtatē nō ſolum in celo ſed etiam in terra dimittēdi peccata ſeruis ſuis penitētib⁹: tūc. i. tempore illo ſoli deo cognito dicet paralytico grecorum populo: ſurge ab hac ſeruitute in qua miſerabiliter iaces: tolle lectum tuum. i. reijce a te errorem vite ꝛ doctrine hereticalis. ꝛ vade in domum tuā eccl'iam catholicam: ꝛ recōciliare ei a qua hacten⁹ diuiſus eras: Et illico mādante ꝛ volente deo ſurrexit. i. ſurget populus grecorū a ſeruitute turcharum: ꝛ abijt. i. ibit liber in domum ſuā matrē eccl'iam confitendo fidem catholicā recte ꝛ ſine errore. quod vidētes infidelium turbe timuerunt/ ꝛ glorificauerūt deū chriſtianoꝝ. i. timebūt ꝛ glorioſum p̄dicabūt. qui talem poteſtatē. ſ. liberatiōis ſue dedit hominibus ſue religionis chriſtiane: ad hoc facit clare p̄ncipiū capituli.19. Apocalypſis. ¶ Moralitas

Moralitas.

huius euangelij p̄ p̄ſentibus requiratur ex voragine ꝛ vincētio ſatis docte. Cōſonat Ariſtoteles in p̄mo Etticorū qui paraliticū compat incontinenti. ¶ Sequitur in offertorio gaudiū po-

Offertorium.

puli latinorum de grecoꝝ cōuerſione ꝛ liberatione ex cap̄.7. libri Numeroꝝ. Sanctificauit inq̄t Moyſes. i. platus eccl'ie p̄parauit altare domino ad celebrandū euchariſtie ſacrificium: in gr̄aꝝ actionē p̄ tanta dei mia cum grecis. offerens holocauſta ꝛ immolās victimas deo. i. grecorū aīas deuotas ꝛ fecit ſacrificiū veſpertinū. i. ad finē mūdi. in odorem ſuauitatis dn̄o: quia valde placet ei peccatorū conuerſio in cōſpectu filiorum iſrael.

latinoꝝ qui ſortiti ſunt iſraeliticam dignitatem
Commu⸗nio. ¶ Similiter ⁊ cõmunio Tollite hoſtias ⁊c̃ ex pſ
95 inuitat grecos vt ſeipſos offerant deo hoſtias
pacificas/ ⁊ adorent ipſum in eccl'ia catholica q̃
eſt aula ſancta eius Finalis orõ Gratias tibi ⁊c̃
ad idem ptinet agens grãs de bñficijs acceptis
Secreta orõ Deus qui nos ꝑ huius ⁊c attribuit
virtuti eucharistie totam eccl'ie latine fidem/ ⁊ re
ligionem quam ſeruat.petens etiam permanen
tiam in futurum

## ¶ Caput cẽteſimum octa⸗

uum de officio vigeſime dñice poſt penthecoſten
quo ortus religionũ medicantiũ in eccl'ia dei cir⸗
ca finem ſexte etatis declaratur conformiter ad
20.capitulum Apocalypſis ⁊c̃

Argumẽ⸗tũ officij CIrca menſis o⸗
ctobris kalendas ponitur in
eccl'is romana hiſtoria Ma⸗
chabeorum in officio matuti
no que hiſtoria deſcribit gra
uiſſima bella et ꝑſecutiones
immanes eccl'ie veteris ſina
goge a regibus Syrie.quorum crudeliſſim⁹ fuit
Anthiochus epiphanes ſacri templi expoliator/
ꝓphanator/⁊ legis dei violator quod deus pmiſ⸗
ſit imo ⁊ immiſit ꝓpter multa ⁊ peſſima pecca⸗
ta iudeorum tribus iude in eccl'ia Hieroſolymi⸗
tana de quibus peccatis ſtatim in ꝑncipio eiuſ⸗
dem hiſtorie fit mẽtio Hec autem in figura facta
ſunt noſtri in quos fines ſeculorum deuenerunt
nam Antiochus ille antichriſtũ figurauit vt cla⸗
re docet ꝓpheta Danielis capite 11 ideo eccl'ia
in quattuor dñicis menſis octobris q̃ cum ꝑdi⸗
cta hiſtoria concurrunt intendit ſignificare cala⸗
mitates romane eccleſie in hac noſtra tempeſta⸗
te ſ ab annis chriſti fere 1200 vſq; ad ãtichriſtũ
qui ſecundum ſcripturas ꝑdicatur venturus pſe
cutor/ profanator/⁊ violator religionis chriſtia⸗
ne quaſi miniſter dei in vindictam innumerabi⸗
lium peccatorũ populi chriſtiani maxime eccle⸗
ſiaſticorum latinorũ qui vt dicitur 1 Machabeo⸗
rum 1 cap̃ eamus inquiunt ⁊ diſponamus teſta
mẽtum cũ gentib⁹ ſecularĩũ q̃ circa nos ſunt ⁊c̃
⁊ edificauerunt ſibi gymnaſiũ ſecundũ leges na
tionum ⁊ fecerũt ſibi ꝑputia ⁊ receſſerunt a teſta
mẽto ⁊ iuncti ſunt nationib⁹ ⁊ venũdati ſunt vt
facerent malũ.Veruntamẽ diuina ꝓuidẽtia vo⸗
lens tollere excuſationẽ malorũ coram deo ordi
nauit in ꝑncipio huius miſere tẽpeſtatis nouas
religiones apud latinos he ſunt fratrum mendi
cantium qui predicent in eccl'ia contra enormia
peccata latinorum cõminãdo eis futuram anti⸗
chriſti ꝑſecutione que vt chriſtus ait erit talis ac
tanta tribulatio qualis nunq̃ fuit ab initio mũ
di De his autem nouis religionib⁹ medicantiũ
in eccleſia ortis poſt annũ chriſti milleſimũ du⸗
cẽteſimũ agit miſſale huius dñice officium corre
ſpondens ꝑncipio capli 20 Apocalypſis vbi an
gelus deſcẽdes de celo/ ⁊ habẽs clauẽ abyſſi in⸗
telligitur romanus pontifex q̃ regebat eccleſiam
circa ortum dictarũ religionũ vt Innocẽtius te⸗
tius/vel Honorius/ vel Gregorius non⁹ ⁊c̃ hic
accepit catenã magnam religioſorũ mendican⸗
tium i manu ſua.quia eos approbauit et ad pre⸗
dicandũ miſit.⁊ apprehendit draconem ſerpen⸗
tem antiquum qui eſt diabolus et ligauit eum
quia repreſſit eius potentiam ⁊ fallaciam ꝑ an⸗
nos mille i quorum numerus eſt perfectus ⁊ deo
certus quo temporis interuallo viſus eſt diabo⸗
lus recludi ⁊ mitti in abyſſum vt nõ ſeducat am
plius gentes ad incitandum nouas hereſes do
nec coſumantur ꝑdicti mille anni.nam poſt hoc
tempus oportet ad ꝓbationẽ fideliũ illum ſolui
a ſuo carcere modico tẽpore ſ apparitionis anti⸗
chriſti interim tñ ſunt in eccleſia ſedes ꝑlatorum/
et ſederunt ſup eas quiete et in pace et iudicium
datũ e illis a deo in tantũ q̃ iſto tempore pluſq̃
in alijs etatibus viguit in eccleſia dei ſcientia iu⸗
ris canonici et ciuilis,et creuit ſupra modũ iu⸗
riſperitorum numerus libri quoq; decretaliũ
quinq; a Gregorio nono/ liber ſextus a Clemen
te quinto/liber Clementinarũ a Iohãne 22 publi
cati ſunt et ad vniuerſitates miſſi poſtea vero a
varijs pontificib⁹ varie decretales edite ſunt q̃
dicuntur extra vagãtes Hinc cõmentariorũ mul
titudo maxima inundauit que varias et multi⸗
plices intelligentias cuilibet textui iuris adhibe
runt adeo vt gloſſe ſup gloſſas vix ſufficiãt mul⸗
tiplicate Nam ãte illa tẽpora ſoli theologi eccle⸗
ſiam dei regebant plano modo cauſas determi
nãtes ſine ſtrepitu et figura iudicij nũc autẽ ma
gis exacte ⁊ intricate cauſe omnes geruntur ſuo
quibuſdam modis ꝓceſſiuum ⁊ hoc ideo q̃ iudi⸗
cium inquit datum eſt illis In hoc etiam tẽpo⸗
rum interſticio aie ſanctoꝝ martyrum ⁊ cõfeſſoꝝ
regnant cum chriſto in prima reſurrectione aiarũ
expectantes beatã reſurrectionẽ ſuorum corpo⸗
rũ q̃ erit ſecunda ¶ De his ergo nouis religioni Introit⁹ miſſe.
bus vt ꝑdiximus miſſa huius dñice agere inten
dit cuius introitus Salus populi ⁊c̃ ex diuerſis
ſcripture locis aſſumptus fideles alloquit ſpem
diuine mie allegans qua ſeruos ſuos in tribula
tione ad eũ clamãtes exaudire ſolet vt poſtea in
ꝑſecutione antichriſti non deſperent vel deijcian
tur puſillanimitate ſed ſtent firmi in lege chriſti
Ideo ſequitur verſus ex pſal' 77 Attendite po⸗
pule meus legem meã quã vobis ꝑdicant reli⸗
gioſi ad quoꝝ ꝑdicationẽ inclinate aure veſtram
in verba oris mei Oratio Omipotens ⁊ miſericors Oratio.
de⁹ ⁊c̃ correſpõdet ꝑdicte exhortationi ideo e pe⸗
titio eccl'ie ad deũ vt ⁊ aduerſas ꝑſecutiones ex⸗
cludat/⁊ legẽ dei fideliter exeq̃ faciat ꝑ ſuã grãm
¶ Epla Renouamini ſpũ ⁊c̃ ex 4 ca ad Ephe Epiſtole argumen tum.
inuitat fideles ad religiones ꝑ quas renouãtur
mentes hoim depoſita vite ꝑoris vetuſtate In q̃
pmo oſtendit in quo cõſiſtat religioſe vite noui⸗
tas Scdo ibi propter quod ⁊c̃ indicitur religioſe
ꝑſone mãſuetudo ſeu mitas Tertio ibi nolite lo
cum dare ⁊c̃ ꝑcipitur e ſdẽ reſtitutio ſeu libera⸗
litas Sicut.n.in vita corporis naturali de⁹ ſexto
die cur⸗

Prima ps ep̄le

ole creauit hoiem poſt aues piſces/ꝛ beſtias ter-
re ad imagine ſuam ſic in vita aie ſpūali gr̄a ſal-
uatoris chriſti in hac ſexta mundi etate ad finem
eius creat homine p ſuorum religioſorum p̄dica-
tionem ad imaginem ſuā poſt mores beſtiales
Ceſſante ergo in eccleſia dei p̄dicatione platoꝝ/
ꝛ alioꝝ curatorum ceperūt noui religioſi pplos fi-
delium ad nouitatem vite inuitare dicete fratres
renouamini p nouam religionē nō in carne/ſed
in ſpiritu mentis veſtre ꝛ ſicut exteri⁹ in religio-
nis ingreſſu induitis nouas veſtes ſic interi⁹ in-
duite nouum hominem i nouam vitam virtutū
humanarum qui nouus homo interior creatus
eſt nō in eſſe naturali. ſed in eſſe morali per gra-
tiam chriſti ſecūdum deum i. ad imaginem dei
que conſiſtit in iuſticia mandatorū legis q̄ ſunt
de actibus virtutum ꝛ in ſanctitate.i.perfectione
conſiliorum que ſunt de operib⁹ ſupererogatio-
num ſanctitate inquam veritatis/non ſimulate
hypochriſis q̄ aliena eſſe debet a bonis religio-
ſis quia licet homo q̄libet in eſſe naturali ſit crea-
tus ad imaginem dei p intelligētiam/memoriā/
ꝛ voluntatem tan ē per peccatū illa imago teſte
Auguſtino ita deformis ꝛ obſcura facta eſt vt iā
nulla eſſe videatur qui ergo p gratiam dei illu-
ſtratur/ ꝛ a peccato mūdatur/ ac iuſtificatur qua-
ſi tunc de nouo creatur ad imaginem dei ꝛ hoc
fit in deuoto religionis ingreſſu p indulgentiam
plenariam omnium delictorū tam a pena q̄ etiā

Scda ps ep̄ſtole

a culpa Inchoata autem noua vita in religione
primū oportet cauere a peccatis murmurationis/
ꝛ inuidie q̄ ſunt labes ꝛ corruptelle religioſorū
ꝓpter quod fratres ſitis deponentes mēdacium
de ore veſtro/et loquimini veritatem vnuſquiſq̄
cum ꝓximo ſuo quoniam ſumus in religiōe ad
inuicem membra eiuſdem corporis myſtici ideo
debem⁹ nos inuicē iuuare/ ꝛ cuſtodire/ nō men-
tiendo decipere Et ſi propter diſtantiam cōple-
xionum ꝛ etatum aliqui religioſi ſint vobis one-
roſi.ſitis patientes ꝛ manſueti ad eos ꝛ ſi iraſci-
mini nolite peccare per exceſſum contra virtutē
manſuetudinis vt dicitur in pſalmo 4. ſed repri-
mite paſſionem ire quanto citius fieri poſſit iux-
ta conſilium ſapientis Sol non occidat ſup ira-
cundiam veſtram Jacobi quarto ſed ante ſolis
occaſum eam deponite Secundo oportet in reli-

Tertia ps ep̄ſtole

gione cauere a peccato auaricie ſeu cupiditatis
vbi fit ꝓfeſſio paupertatis nolite ergo dare locū
diabolo tentanti vos de auaritia vt conſentiatis
tentationi eius ſicut olim in ſeculo ideo qui fura-
batur iniuſte acquirendo per vſuram/vel aliam
illicitam rei aliene vſurpationem iam non talia
faciat in religione magis autem i potius laboret
operando manibus ſuis quod bonum eſt i de-
cet religioſum ſeruata ſua honeſtate et peractis
diuinis officijs et ſic in ſudore vultus ſui come-
dent panem ꝛ labor ſuus etiam vtilis erit alijs
ſ vt habeat aliquid lucri ex ſuo opere vnde tri-
buat pauperi neceſſitatem famis patienti/quod

Graduale

eſt opus magis clarum tamen Hac exhortatione
concitatus nouus religioſus intendit deuotioni
dicens in graduali illud pſalmi 140 Dirigatur
dn̄e ōr̄o mea ꝛc̄ Verſus Eleuatio manuum mea-
rum ꝛc̄ ex eodem pſalmo Alleluia Confitemini dn̄o ex pſalmo 104. eſt declaratio exercitij bo-

Alleluia.

nis religioſi.ſ i laudib⁹ diuinis ꝛ obſecrationib⁹
ꝓ ſe ꝛ ſuis ꝓximis Euangelium Loqueba-

Euāgeliū argumentum.

tur Jeſus ꝛc̄.Matthei 22 capitulo parabolice di-
ſtinguit varios p̄dicatorum ordines quos ab ini-
tio naſcentis eccleſie chriſti de⁹ miſit in mundū.
quorū vltimi religioſi mēdicātes egreſſi ad exit⁹
viarū in qbus hoies multipliciter delinq̄bant:cō-
gregauerunt varios hoies ad religione ꝛ penitē-
tiam adeo vt tota fere eccl̄ia latinorū nouis reli-
gioſis impleretur ſed nec illi oēs bene ſeruaue-
runt regulam ſue religiōis ad quam fuerāt inui-
tati ideo in fine euangelij ſubditur malorū reli-
gioſorum pena Diuiditur ergo euangelium i tres
partes iuxta tres p̄dicatoꝝ ordines ibidē nota-
tos ſ aplos/doctores/ꝛ religioſos mēdicates Se-
cunda ibi iterū miſit alios ꝛc̄ Tertia ibi tunc ait

Prima ps euangelij.

rex In illo itaq̄ tempore quo chriſtus in terris
ages eccl̄iam ſuā fundabat:loquebat̄ cum diſci-
pulis de ſtatu militantis eccleſie i parabolis di-
uerſis ſed aliarum hec aptiſſima eſt ad ꝓpoſitū
nouarū religionū mēdicantiū de quib⁹ in p̄ſenti
officio dominicali agimus Sile inquit factū eſt
regnū celorū i.eccl̄ia chriſtianorū militans.homi-
ni regi qui fecit nuptias filio ſuo i. regno hoīs q̄
ſuū filiū vnigenitū voluit glorioſis nuptijs exal-
tare nā eode modo deus pater p incarnationem
filij ſui vnigeniti(in q̄ de⁹ cū natura humana cō-
traxit in thalamo vteri virginalis) voluit illū nō
in ſe ſed in hoim opinione exaltare p totū mun-
dum Et ideo poſt aſcenſione ſuam miſit ſeruos
ſuos aplos vocare inuitatos i vocando inuitarēt
hoies ad nuptias chriſti ꝛ eccleſie ſponſe ſue De
hac miſſione habetur Mat ꝛ Marci vltimo cap̄.
Ite in mundū vniuerſum p̄dicate euangeliū om-
ni creature.ꝛc̄ ſed multi tam ex iudeis q̄ ex gēti-
libus ſic ab aplis ꝛ alijs p̄dicatorib⁹ p̄mitiue ec-
cleſie inuitati nolebant venire ad fidem chriſti/ꝛ
ſacramenta ſue eccl̄ie imo indignabant̄ p̄ſequen-
tes ſeruos chriſti ꝛ hec p̄ma inuitatio pariter ꝛ in-
dignatio durauit fere p trecentos annos de qui-
bus in ſex p̄mis dn̄icis poſt penthecoſte cū hiſto-

Secūda pars euāgelij

ria regum diffuſe dictum eſt Poſtea vero cum
hereſes varie inſurgerent in eis quos p̄mi predi-
catores vocauerūt iterum de⁹ miſit alios ſeruos
ſuos ſ doctores theologos de quibus in domini-
cis que cum libris ſapientialibus cucurrerūt p̄us
actum eſt et precepit illis vt dicerēt inuitatis he-
reticis ecce prandium meum paraui i.meſam ſa-
cramētorū in eccl̄ia quorum maximum ſ eucha-
riſtia in ſpeciebus prādij inſtitutum eſt ꝛ dicitur
ſacrum conuiuium tauri mei i precepta moralia
vngula diſcretionis diuiſa/ꝛ altilia ideſt conſilia
euangelica altiora occiſa i corrupta ſunt a vobis
varijs erroribus/et omnia neceſſaria ad ſalutem
animarum i prompta ad recte intelligendū ſine
ambagibus errorū venite ad nuptias eccleſie di-
miſſis erroribus. hec ſuadebāt catholici doctores

hereticis: quoꝝ ſapiētiſſimꝰ Auguſtinꝰ arguebat
eos per illud p̄s.4. Filij hoim vſqꝫquo graui coꝛ
de:vt quid diligitis vanitatem ⁊ queritis menda
tiū.⁊c̄. ſed illi obdurati ī ſua vanitate neglexerūt
conuerti. abieruntqꝫ per varios erroꝛes alius in
villam ſuam.i.phantaſiā ſuperbie/ ⁊ inanis glo-
rie.alius vero ad negotiationē ſuam.i.cupiditatē
auaritie et mundani lucri. reliqui nec querentes
honoꝛem neqꝫ lucrum per ſuas hereſes : ſed ſti-
mulati inuidia contra ſeruos dei catholicos te-
nuerunt eos in carceribꝰ/⁊ contumelijs affectos
occiderunt. In qua diuerſitate hereticoꝛum greci
notantur: qui vel ꝓpter ſuperbiam/ vel pꝛopter
auaritiam varias perſecutiones exercuerūt cōtra
latinos catholicos. Ideo rex chꝛiſtus cū audiſſet
ꝑſecutiones eoꝛum per clamoꝛē latinoꝛū: iratus
eſt cōtra grecos/ ⁊ miſſis exercitibus turcharum
ſuis quidē miniſtris.ꝑdidit homicidas illos:⁊ ꝓ
.i.ſuccendit ciuitatē ⁊ regnū illoꝝ. nā ferro ⁊ igni
infideles expugnauerunt grecos:quaſi exſecuto

Tertia ꝑs euāgelij.

res diuine iuſtitie in vindictā delictoꝛū. Quibꝰ ſic
iuſte punitis tunc ait rex eccleſie chꝛiſtus ſeruis
ſuis.i.p̄dicatoꝛibus vltimis religioſis mendican
tibꝰ.nuptie quidē eccl̄ie parate ſunt oībꝰ viatoꝛi-
bus ad ſalutem. ſed multi qui inuitati erant ad
eccleſiaſticas dignitates.i.iudei ⁊ greci nō fuerūt
digni tanto beneficio honoꝛis.:ergo loco eoꝛum
gētiles latini ſubrogādi ſūt.ideo ite ad pꝛedican-
dum populo latinoꝛum ad exitus.i.exceſſus via
rum.i.moꝛum humanoꝛum. nam tūc in eccleſia
erant magna vitia in moꝛibus hominum cōtra
virtutes moꝛales:que hic dicūtur exitus.ſ.a me-
dio virtutū:⁊ contra illa miſſi ſunt pꝛedicare men
dicantes .ſ. cōtra ſuperbiam/auariciam/et luxu-
riam:de quibus Joānes apoſtolus.omne quod
eſt in mūdo: aut ē cōcupiſcentia carnis/aut ocu-
loꝛum/aut ſuperbia vite:⁊ quoſcunqꝫ inueneritis
paratos audire vos:vocate ad nuptias ꝑ ingreſ-
ſum religionis. et egreſſi ſerui eius pꝛedicti pꝛe-
dicatoꝛes ad veſperam huius ſexte etatis ad pꝛe
dicandum in vias hominū varias.ſ. virtutum et
vitioꝛū:congregauerunt ad religiones oēs quos
inuenerunt dociles tam ex bonis/q̄ꝫ ex malis et
publicanis. ⁊ implete ſunt nuptie eccleſie latine
diſcumbētium religioſoꝝ:iuxta illud pſalmi .39.
Anunciaui et locutus ſum : et multiplicati ſunt
ſuꝑ numerum religioſi in eccleſia: adeo vt rūpe-
retur aliquādo rete religionis ꝑ diſcoꝛdias ⁊ iur
gia fratrum: quia non omnes vocati ad religio-
nem ſeruant eam bene in charitate:que eſt p̄cio-
ſa veſtis anime: quare intrauit rex per viſitatio-
nem pꝛelati religionis: vt videret diſcumbentes
religioſos:⁊ inter bonos vidit ibi hominem.i.hu-
mana ſapientē:nō veſtitū charitate veſte nuptia
li:⁊ ait illi p̄latus zelans bonum religionis.ami-
ce.i.qui vocatus es vt eſſes amicus ⁊ frater alio-
rum.quomodo.i. qua intentione huc intraſti ad
religionem:non habēs charitatem dei ⁊ ꝓximi:
que ē veſtis interioꝛ religioſi. at ille accuſatus a
pꝛopꝛia conſcientia obmutuit conuictus de ſuo
erroꝛe:vel nihil reſpondit ꝑtinens ad coꝛrectionē
ſuam:hoc eſt noluit coꝛrigi.tūc ergo rex.i.p̄latus
rectoꝛ religionis ait ſuis miniſtris alijs fratribꝰ.
hunc ligatū manibꝰ ad bona opera/⁊ pedibꝰ bo
narū affectionū:mittite extra religionem in tene
bꝛas exterioꝛes ſecularis vite tenebꝛoſe:qꝛ etiam
ipſe habet in ſe tenebꝛas interioꝛes male conſciē
tie:nā ibi in ſeculo erit ſibi fletus multarū tribu-
lationū.⁊ ſtridoꝛ dentiū multoꝝ eū moꝛdentium.
Sic enim antiquitꝰ regebant̄ bene iſte religiōes
mendicātiū:expellendo diſcholos ⁊ inquietos a
ſua ſocietate:vt conſeruaret̄ honeſtas religionis
⁊ fructus eius in eccleſia dei. nā licet multi ſint
ad religiones vocati:pauci tn̄ ſunt electi ⁊ ꝓbati
in eis. ¶ In offertoꝛio: Si ambulauero.⁊c̄.ex p̄s.

Offertoꝛium.

137. deuotus religioſus ꝯfitetur ꝙ ieiunia/cili-
cium/diſcipline/⁊ alie tribulationes religionis q̄
vident̄ moꝛtificare coꝛpoꝛa:viuificant eias.⁊ reſi-
ſtūt ire inimicoꝛū hoc eſt carnis/mundi/⁊ demo-
nis/vt ſaluet̄ religioſus a pericl'o inferni. ¶ Cōio:

Communio.

Tu mādaſti.⁊c̄.ex pſal'.118.eſt oro boni religioſi
ad deū:vt dirigat eum ꝑ grām ſuam ad bene ſer
uādum ſuam regulam:ſuꝑ qua habet ſtrictū dei
mādatū. Secreta oro: Hec munera.⁊c̄. Et vltima
oro: Tua nos dn̄e.⁊c̄.hoc idē petūt ſibi cōcedi vir

Moralitas.

tute euchariſtie. ¶ Ex pꝛedicto officio clariſſime
notatur ꝓ p̄ſentibꝰ doctrina moꝛalis:ꝓ refoꝛma
tiōe vniuſcuiuſqꝫ hois in vita ſua maxie in ſene-
ctute:quando appꝛopinquat ad moꝛtē.quod eīn
de tota eccl'ia dicitur: conſimiliter intelligi poteſt
de ſingulis partibꝰ ſeoꝛſum. Unde rep̄henditur
homo/q̄ ſepiꝰ vocatus a deo aut ꝑ interioꝛes in-
ſpirationes/aut ꝑ exterioꝛes p̄dicatiōes/vel ꝑ cō-
ſilia ꝓuata ꝑ ꝓſperitates/vel tribulatiōes:noluit
venire ad deum:aut ſi foꝛte venit nō bene ſerua
uit ſtatū vocationis ſue. Quare opus eſt vt vnuſ-
quiſqꝫ ſibi conſulat ⁊ ꝓuideat de remedio opoꝛ-
tuno:quod nullū aliud ē q̄ꝫ vera penitētia: q̄ p̄ce
dentes negligentias purgat:⁊ habilem facit ho-
minē vt ſedeat ad mēſam chꝛiſti in nuptijs eccle
ſie:q̄ quotidie peragūtur vſqꝫ ad finem ſeculi: et
figurate fuerūt in cōuiuio nuptiali Aſſueri regis
Aſſyrioꝝ: de quo habetur ī ꝓncipio libꝛi Heſter.
nam ille Aſſuerus (qui beatꝰ interp̄tatur)chꝛiſtū
ſignificauit:⁊ regina Heſter eccl'iam ſpōſam eiꝰ.

## ¶ Caput cēteſimumnonū

de officio vigeſimeꝓme dominice poſt pētheco-
ſten: in quo agitur de refoꝛmatione religionum
in eccleſia latina poſt earū lapſum: etiam iuxta
vigeſimum capitulum Apocalypſis.



Tſi pꝛedicte re-
ligiones noue ſancte ⁊ bone
fuerint a ſuis ꝓmis fundato
ribꝰ inſtitute:tamē poſt moꝛ
tem coꝝ ſui ſucceſſoꝛes:q̄dā
inerti ſecuritate paulatim a
perfectione religionis lapſe

Argumētū officij.

ſunt.nā vt inquit Hieronymꝰ:timoꝛ virtutum cu
ſtos eſt:ſecuritas ad lapſum facilis. ⁊ iudicū.18.
dixit quidam / nullus erit laboꝛ intrabimus ad

ſecuros.Hinc diuus Auguſtinꝰ.nemo inquit de-
bet eſſe ſecurus in hac vita q̄ tota tētatio noīatur.
et Bernardus ad religioſos. nuſq̄ eſt ſecuritas
fratres neq̄ in celo neq̄ in paradiſo:multo minꝰ
in hoc mūdo.nam in celo cecidit angelus a pre-
ſentia deitatis/Adam in paradiſo de loco volu-
ptatis/Judas in mūdo de ſchola ſaluatoris:apo
ſtolus etiam dicit: qui ſe exiſtimat ſtare videat ne
cadat.hoc accidit predictis religioſis qui putan-
tes ſe ſtare in ꝑfectione ſanctitatis: rigorem diſci
pline regularis remiſerunt:⁊ ſic paulatim a per-
fectione ſua ceciderunt.adeo vt poſt centum fere
annos a ſua inſtitutiōe omnino viderentur iſte
religiones lapſe:quare opus fuit eas iterum re-
formari a ſuis p̄latis autoritate apoſtolice ſedis.
De qua reformatione eſt ſermo in officio miſſa-
li huius dn̄ice:q̄ etiā inſinuata ē in p̄dicto caplo
Apoca.in eo qd̄ dictū eſt:datū eſt eis iudicium ⁊
poſite ſunt ſedes:⁊ ſederūt ſup eas.⁊c̄.p iudicium
enim vindicta ⁊ correctio ſignificat̄ in qua refor-
matur oīs religio.Hec reformatio religionū mē-
dicantiū incepit fieri in eccl'ia circa annos chriſti
1350. p̄dicantibꝰ diuinis religioſis Vincētio in
Hiſpania ⁊ Gallia/⁊ Bernardino in Italia cum
alijs ſocijs ⁊ diſcipulis eoꝝ. Quorum vocē introi

Introitꝰ miſſe.

tus miſſe ꝯtendit:Oīa q̄ feciſti nobis dn̄e.⁊c̄.Da
niel.3.vbi p̄mo allegat̄ hax religionum lapſus ⁊
pena eis iuſte a deo inflicta. deinde ſupplicat̄ ꝓ
diuina mia i reformatiōe fiēda. Verſus:Magnꝰ
dn̄s.⁊c̄.ex.pſal.47.eſt cōfidentia diuini adiutorij
ex magnitudine bonitatis diuine erga ciuitatē
ſuam/ que eſt eccleſia latina:⁊ maxime ſacra reli
gio q̄ dr̄ mons ſanctus dei.Verſus aliꝰ eſt:Bea
ti immaculati .⁊c̄.p̄ncipiū pſal.118. ⁊ laudat reli-
gioſos reformatos q̄ immaculati ambulāt in re-

Oratio.

gula ſua que eſt lex dn̄i.Or̄o:Largire q̄s dn̄e.⁊c̄.
idem petit alio modo.ſ.indulgētiam religioſis q̄
deliquerunt : ⁊ grām bene viuendi in poſterum.

Epiſtole argumentum.

¶Ep'la: Videte quomō caute.⁊c̄. Ephes.5.cap̄.
eſt p̄dicatio p̄dictorū reformātū religiones.In q̄
p̄mo ponitur exhortatio generalis.Sc̄do ibi:ꝓpte
rea nolite.⁊c̄.ſpecificat̄ retractio a malis. Tertio
ibi:ſed impleamini.⁊c̄.ſubiungit̄ cōfirmatio i bo

Prima ps eple.

nis. Prelatꝰ reformator vidēs ſecuritatē ⁊ negli
gentiā religioſoꝝ cauſam fuiſſe lapſus eorū:ordi
tur ſermonē a cautela virtuoſa.fratres inquit vi-
dete deinceps cum magna diligentia quomodo
caute ambuletis in religioſa vita: circūſpiciendo
oīa pericula vitiorum ⁊ non negligatis remedia
quaſi inſipientes ⁊ deſides : ſed illico prouidete
quaſi ſapientes.i.prudentes in moribꝰ.ex memo
ria p̄teritorum/⁊ intelligentia p̄ſentiū prouidea-
tis futura mala euadere.⁊ ſitis redimētes.i.recu
perantes tempus ꝑditum in lapſu veſtro:dupli-
cando bona opera virtutū ꝓ iſto ⁊ pro illo tēpo-
re.qm̄ dies huius vite ſunt mali.i.periculoſi ⁊ ple
ni calumnia. nā vbiq̄ parat̄ homini inſidie vt
cadat.caute ergo ambulandum eſt ⁊ non ſecure.

Secūda ps eple.

Sed quia in moribus ſermones generales mi-
nus valent: veniamus ad particularia conſilia.
propterea nolite fieri imprudentes circa virtutē
temperantie:que reſpicit cibum ⁊ potum.ſed ſitis
intelligentes.i.intime legentes ⁊ inquirētes que
ſit volūtas dei ideſt preceptum dei datum vobis
in vſu cibi et potus:quod dicitur voluntas ſigni
in deo.nam regula temperantie in religioſis an-
guſtior eſt q̄ in laicis ⁊ clericis ſecularibus: qui
non ſic profitentur euangelicam perfectionem ſi
cut vos:ideo multa licent eis in cibis ⁊ potibus:
que vobis eſſent illicita:quam regulam tempe-
rantie non aduertentes/ſed rigorem abſtinentie
laxantes ad ſimilitudinē ſecularium mēſam vobis
parabatis : ⁊ hinc alia vitia in vobis orta ſunt.
ſicq̄ a perfectiōe veſtra lapſi eſtis .Redite ergo
ad veſtram abſtinentiam maxime in potu:vini.⁊
nolite inebriari.i. ſaciari vino: in q̄ tanq̄ in cau-
ſa eſt luxuria quam vos ex voto euitare tenemi-
ni.vinum enim multos ſpiritus generat/animo
ſitatem cauſat/ ⁊ facit homines ꝑ talenta loqui
vt dicitur.2.Eſdre.3.que omnia ad luxuriam ꝑti
nent.Contra hanc vini ⁊ aliorum ciborum ſpiri-

Tertia ps epiſtole

tuoſitatē vitioſam: potius vos debeatis procura
re vt impleamini ſpirituſancto:qui facit deuotio
nis feruorem Roma.12.ſpiritu feruētes/loquen-
di audatiā Actuū.2. Repleti ſunt omnes ſpiritu
ſc̄to ⁊ ceperunt loqui. vnde ⁊ qui eos audiebant
putabant ebrios vino/gaudium ⁊ leticiam. Ro-
ma.14. Pax et gaudium in ſpirituſancto.Mo-
dus autem repletionis ſpirituſſancti conſiſtit in
dilectiōe dei et ꝓximi. de qua vtraq̄ ꝓſequitur.
nam in dilectione dei ſunt tria. Primum eſt ſpi-
ritualis meditatio:de qua dicitur:loquentes vo-
biſmetipſis.i.intra voſipſos meditando in recta
operatione quid faciendū:hoc ſignificat i pſalmis
.i.bonis operibus/ in diuina laude quid imitan
dum:ideo in hymnis.i. laudibus diuinis/de ce-
leſti iocunditate qd̄ ſperandum:ideo in cāticis ſpi-
ritualibꝰ.ſ.de ſpe eternorū.Sc̄dm eſt ſpūalis ex-
ultatio:de qua dr̄:cātantes.⁊c̄.q: ex frequēti me-
ditatione accēditur ignis charitatis in corde iux
ta illud pſal.38.In meditatione mea exardeſcet
ignis. ex hac inflāmatione cauſatur leticia ſpiri-
tus in corde: ideo dicit cantantes et pſallentes
in cordibus veſtris dn̄o.Tertium eſt gratiarum-
actio:quia ex hoc ꝙ aliquis ſic afficitur ad deum
recognoſcit ſe omnia habere a deo.ſitis ergo gra
tias agentes deo pro omnibus donis eius tam
in proſpera q̄ in aduerſa fortuna. in nomine do
mini noſtri ieſu chriſti:per quem habemus pacē
⁊ alia bona a deo:quia eſt mediator dei ⁊ homi-
num.In dilectione proximi repletio ſpirituſſan-
cti principaliter oſtenditur vt ſitis ſubiecti inui-
cem minores maioribus / non propter timorem
ſeruilem aut mundanum : ſed in timore filiali
chriſti. hec et alia multa ſimilia confirmant reli-
gioſos in obſeruantia ſue regule. ¶Ad predi-

Graduale

ctam exhortationem de temperantia ciborum et
potum religioſorum additur graduale:Oculi ho
minum.⁊c̄.ex pſalmo.144. confirmans ſenten-
tiam epiſtole autoritate prophetica: ne ſint reli-
gioſi nimis ſoliciti dicentes : quid manducabi-
mus/ aut bibemus pauperes:quia deus curam

habet paſcendi ſeruos ſuos ſperantes in ſe
Verſus Aperis tu manum tuam ⁊c. ex eodem
Alleluia
pſalmo promittit abundantiam neceſſariorum
ex liberalitate diuina Alleluia Paratū cor meū
⁊c ex pſalmo 107 eſt vox religioſi reformati offe
rentis ſe promptum ad officia religionis qꝛ can
tabo ⁊ pſallam in gloria. ¶Euangelium Erat
Euāgeliū argumentum.
quidam regulus ⁊c ex 4 capitulo Joānis mo
dum reformandi religiones explicat In quo pri
mo reformator prelatus implorat diuinum au
xiliū gratie dei ſine qua cōuertēte corda hominū
nulla eſt poſſibilis bona reformatio religioſorū
Secūdo ibi dixit ergo Jeſus addit ſigna ⁊ pro
digia increpationum ⁊ diſciplinarum quibus ar
ceatur temeritas diſcolorum Tertio ibi iā eo de
ſcendente concludit in reformato religioſo ꝙ ex
ceſſiuus calor mundane concupiſcentie (que fe
bris dici poteſt) reprimitur ⁊ ſanatur per ſeptifor
mem gratiā ſpiritusſancti que hora ſeptima dici
tur ⁊ ſic filius talis prelati viuit in conſortio bo
Prima ps euangelij.
norum Jn illo itaqꝫ tempore quo religiones erāt
reformande erat quidam regulus i paruus rex
ſeu rector p̄latus in eccleſia dei ſ prelat⁹ religio
nis qui minor eſt epiſcopo dioceſano ideo non
rex ſed regulus dicitur cuius filius religioſus in
firmabatur lapſus a perfectione ſue religionis
per varia vicia. capharnaum i. in agro pinguedi
nis aut villa conſolationis hoc eſt in pinguedi
ne mundane delectationis contraxit ſpiritualem
infirmitatem grauiſſimam vſqꝫ ad mortem ani
me Hic ergo prelatus cum audiret ꝑ diuinam
inſpirationem ꝙ ieſus adueniret mittendo pre
dicatores vocantes ad religionis perfectionem/
a iudea i ab eccleſia romana in qua eſt fidei ca
tholice vera confeſſio in Galileam i tranſmigra
tionem melioris vite que eſt ſacra religio q d cū
audiret ꝙ deus mitteret nouos p̄dicatores Vin
centium / Bernardinum et alios qui autoritate
romani pontificis vbiqꝫ p̄dicarent contra lapſus
religionum abijt per deuotam oratione ad deū
⁊ rogabat eum vt deſcenderet per ſue gratie in
fuſionem ⁊ ſanaret filium eius religioſum diſco
lum quia infirmitas ſpiritualis peccati non ali
ter ſanari poteſt niſi per gratiam ſaluatoris non
eſt inquit apoſtolus volentis neqꝫ currentis ſed
dei miſerentis ⁊ Hieremias conuerte nos domi
ne ad te et conuertemur alias moriemur ideo di
citur de religioſo diſcedente a gratia dei ꝙ inci
piebat mori per malam conſuetudinem in pec
cans Sed deus vult ꝙ homo faciat quod i ſe eſt
⁊ ſic diſpoſito dat gratiam ſanantem dixit ergo
Secūda pars euāgelij.
Jeſus per internam hoc eſt interiorem inſpiratio
nem ⁊ ꝑ externam experientiā niſi videritis vos
diſcoli religioſi ſigna i verba increpationum et
prodigia diſciplinarum ſeu flagellorum nō cre
ditis predicatoribus meis miſſis ad vocandum
vos q.d induratis his tuis religioſis neceſſaria
eſt caſtigatio vel a deo/ vel ab homine que diſ
ponat ⁊ molliat corda eorum ad gratiam dei et
tunc credent reformatoribus ſuis Dixit ad eum
regulus i prelatus religionis domine etiam ad

illam diſpoſitionem preuiam eſt neceſſarium au
xilium gratie tue nā Pharao rex Egypti ſepius
a te flagellatus non ſe diſpoſuit ad gratie tue in
fuſionem quia induratum erat cor eius/a ꝙ gra
tiam iuſte ſubtraxeras deſcende ergo cum gra
tia tua diſponente priuſqꝫ moriatur filius me⁹ ꝑ
obſtinationē in peccato Tunc ieſus vides fidem
deuotionem et inſtantiā orantis dixit ei ⁊ cōceſſit
vtramqꝫ gratiam et diſponentē ⁊ ꝑficientē vade
inquit ſecurus i. perge in officio reformatiōis nā
filius tuus religioſus iam viuit bene reformatus
in ſua religiōe credidit ergo homo ille religioſoꝝ
p̄latus ſermoni ⁊ ꝓmiſſiōi dei ⁊ ibat i ꝓcedebat
in ſua reformatiōe ſiſus de diuina gr̄a auxiliāte
Tertia ps euāgelij.
⁊ coperante Iā prelato in tali opere iā deſceden
te ad tollendam ſuorum religioſorū imperfectio
nem inuenit magnum ꝓfectum ⁊ ſerui eius alij
boni religioſi bene et ſeruientes in religione oc
currerunt cooperantes in reformatiōe ⁊ nuncia
uerunt bona dicētes qꝛ filius eius ꝙ prius iacue
rat ⁊ quaſi mortuus erat iam viueret in bona re
formatione Jnterrogabat ergo admirat⁹ de tan
to ꝓfectu in qua hora i in qua tēporis oportuni
tate melius ſe habuerat i ſeſe correxerat religio
ſus lapſus ⁊ dixerunt ei quia heri i vite ſue ma
le preterite memoria ⁊ hora ſeptima i cū gr̄a dei
ſeptiformi reliquit eū febris mūdane concupiſcē
tie Cognouit ergo pater religionis qꝛ illa hora
i. talis diſpoſitio erat in qua dixerat ei deus filiū
eſſe viuificandū ⁊ credidit i fiduciam magnā ac
cepit de diuino auxilio ipſe p̄latus ⁊ domus i reli
gio ei⁹ tota ꝓpter experientiā precedentis ꝓfectus
¶Offertoriū Sup flumina baby ⁊c ex p̄s 136.
Offertorium.
eſt vox religioſoꝝ reformatoꝝ qui memores ſue
male vite p̄terite (in qua bibebāt flumina baby
lonis i. confuſionis peccata) plangunt tempus
amiſſum ex conſideratione ſanctimonie et quie
tis reformate religionis ꝙ d̄r ſion i ſpecula vel
contēplatio diuinorum in ꝙ felicitas magna cō
ſiſtit ¶Cōio ſ Memento verbi tui ⁊c. ex p̄s 118 eſt
Communio.
gr̄arūactio p̄lati reformantis de certitudine diui
ne ꝓmiſſionis ex opere impletiōis ⁊ magne cōſo
lationis ſue Secreta oro Celeſte nobis ⁊c orat ꝑ
virtutem myſterij eucharíſtie dari religioſis cele
ſtē medicinā ad purgandū cordis vitia Vltima
oro Vt ſacris dñe ⁊c petit gr̄am ad bene ſeruan
Moralitas.
dū mādata religionis ¶Ex p̄dicto officio ſatis
clara habet doctrina moralis ꝓ penitentib⁹ fideli
bus ꝙ poſt accepta gr̄am baptiſmalē (ꝙ eſt ꝓfeſ
ſio in religiōe chriſtiana) lapſi ſunt ab ea ꝑ diuer
ſa peccata actualia quare indigent reformatio
ne ꝑ veram penitentiam ꝙ medicina ſalubris eſt
ad ſanādas febres peccatorū vnde nō inepte ſu
mitur analogia ex febrib⁹ corporalib⁹ ad pecca
ta ſpūalia eſt n febris corporalis (vt medici dicūt)
calor extrane⁹ ⁊ p̄ter naturalis in corpore huma
no faciēs diſtemperiē in q̄tuor humorib⁹ ⁊ ſimi
liter in voluntate humana exceſſiua cupiditas
bonorum temporalium auertens hominē a deo:
facit diſtemperiē in q̄tuor virtutib⁹ cardinalib⁹
Et ſicut in corporalib⁹ medici diſtingūt ſeptem

ſpecies ṗncipales febriũ eodem modo theologi diſtingunt ſeptē vitia capitalia ſeu principalia ita ꝙ Febris quotidiana ſit peccatũ gule Ephimera peccatũ ire Erratica peccatũ inuidie. Tertiana peccatum luxurie. Quartana peccatum ſuꝑbie. Cõtinua peccatũ auaritie Ethica peccatũ accidie. Hec enim adaptationes ſeu cõbinatiões facile colligentur ex ſumma de exemplis ꝛ ſimilitudinibus rerum corporaliũ que analogizantur ad res ſpirituales Hora autem ſeptima in qua chriſtus febricitantem ſanauit. eſt gratia ſpũſſancti quã ſeptiformē Eſaias deſcribit cap̃ 11 Spiritus ſapientie ꝛ intellectus ꝛc̃ hanc gratiam nemo ſuis meritis recuperare poteſt ſed neq̧ alienis de condigno iuuant tamen ad hoc multum deprecatiões ſpũalium patrum ꝛ p̃latorum ſub typo reguli de quo in euangelio ꝛc̃.

## ¶ Caput cẽteſimum decimum de officio vigeſimeſecũde dñice quo peccata grauiſſima tyrannoꝝ noſtre tẽpeſtatis reprobantur iuxta finem 20 capituli Apocalypſis

Argumentũ officij

Religioſoꝝ officijs ꝛ correctiõe vitioꝝ apud chriſtianos iam expletis atq̧ poſt reformatiões ipſis iterũ taliter deprauatis ꝙ magis opus ſit iam religioſis predicationes audire ꝙ̃ alijs p̃dicare relinquitur totus ferme mundus in hac noſtra tempeſtate poſitus in maligno per immanitatem multipliciũ peccatoꝝ ſiue contra deũ/ſiue contra ꝓximos adeo vt fides iam fere nulla ſit in terra/ꝛ charitas pene tota frigeſcit in hominibus/cum ceteris virtutibꝰ moralibus. conſequẽs ergo eſt inſtare in eccl̃ia tempora periculoſa que apoſtolus Paulus predixerat De quibꝰ etiam beatus Joannes Apocalypſis 20 circa mediũ ꝛ cum conſumati inquit fuerint mille anni i anni ꝑfectionis religionum ſoluetur Sathanas de carcere ſuo ꝛ exiens ſeducet omnes gentes que ſunt ſuper quattuor angulos terre adducens ſecum Gog/ꝛ Magog i tectum ꝛ detectum hoc eſt hypocriſim ꝛ tyrãnidem ꝛ cõgregabit eos in prelium quorum numerus eſt ſicut arena maris. et aſcenderunt ſuꝑ latitudinem terre ꝛ circuierunt caſtra ſanctoꝝ i viros eccleſiaſticos/ꝛ ciuitatem dilectam i latinã eccl̃iam que inſtar veteris ſinagoge eſt in periculo damnatiõis mortis peioꝝ ꝙ̃ fuit illud contra populum iſrael ſub oppreſſione Aman crudeliſſimi tyranni de quo in libro Heſter in q̃ periculo ſeruus dei Mardocheus ſimul cum regina Heſter orõne ſua miam dei impetrauerunt ¶ Quare ꝛ Ro pon cũ latina eccl̃ia hoꝝ deuotã orõnem in officio huius dñice proponit

Introitꝰ miſſe.

In volũtate tua dñe. ꝛc̃ Heſter 13 cap̃lo vbi allegat dei oĩpotentiã cui oĩa ſubiecta ſunt ꝛ nullus ei reſiſtere poteſt vnde ſi decreueris ſaluare nos continuo liberabimur Verſus eſt ṗncipiũ pſal̃ 47 Magnus dñs ꝛc̃ ꝛ ꝯfirmat dei potentiã ex magnalibꝰ q̃ egit in eccl̃ia latina q̃ e ciuitas dei nr̃i in mõte ſancto ciuitati romane fundate Dñe

Oratio.

Familiã tuã ꝛc̃ pietatẽ dei exorat q̃ familia chriſti ab aduerſis ꝓtegat ꝛ i bonis cõfirmet. ¶ Epl̃e Confortamini in dño ꝛc̃. Ephes 6. eſt predicatio neceſſaria fidelibꝰ i hac miſera tẽpeſtate: qꝛ oporteret ſeruos dei conſtãter armari ſpũali armatura ad reſiſtendũ magnis tentationibꝰ diaboli q̃ nũc (ſoluto Sathana) craſſantur ꝛ ſubrepũt. In qua ṗmo ſpũale bellum indicitur Secũdo ibi. Quoniã non eſt ꝛc̃. hoſtiũ nroꝝ poteſtas deſcribitur Tertio ibi propterea ꝛc̃. armatura nr̃a ꝑ ſuas partes diſtinguitur In magnis n periculis ꝛ animi fortitudine ꝛ cõſilio prudẽtie opus eſt vtrũq̧ nobis eccl̃ie ꝓponit de ṗmo ꝯfortamini (inquit) nõ fiſi de propria virtute naturali qꝛ bellũ vobis indicitur ſuꝑ naturale. ſed cõfortamini in dño/et ꝓꝛ in potẽtia virtutis eiꝰ q̃ maxima eſt ad vincendum hoſtes vr̃os De ſcđo ait induite vos armaturã dei i. virtutes q̃ ad Roma 13 dicunt arma lucis vt cũ illis poſſitis ſtare firmi in religione chriſti aduerſus inſidias diaboli hoſtij veſtri qui iſto tẽpore deo ꝑmittente q̃ſi liber et ſolutus multas cõtra fideles chriſti inſidias parat Ecce q̃le bellũ ꝛ quis hoſtis nobis indicit ꝓpugnandus qm̃ nõ eſt nobis colluctatio ſeu pugna iſto tẽpore (quo eccl̃ia chriſti ab infidelibꝰ ꝛ hereticis videt eſſe pacata ꝛ ſecura) aduerſus carnẽ ꝛ ſanguinẽ. i aduerſus hoĩes debiles ꝛ morituros ſed aduerſus ṗncipes demonioꝝ et ptãtes ſpũales q̃ tales ſunt vt nulla ſit poteſtas ſuꝑ terrã q̃ eis valeat cõparari Job 41 aduerſus etiã rectores mundi i mũdanoꝝ hoĩm qui ſunt incole tenebrarum harum i aeris caliginoſi hic prope nos exiſtentis in loco generatiõis nubiũ item cõtra ſpũalia nequitie. i ſpũales nequitias ſeu contra malignas creaturas ſpũales habitantes ad probationem noſtram et exercitiũ in celeſtibus i in aere iſto vſq̧ ad diẽ iudicij propterea ergo qꝛ bellum eſt tam difficile iterũ cõſulo vobis accipere arma ſpũalia dei vt poſſitis reſiſtere hoſtibus in die malo i difficili tentatiõe et in oĩbꝰ virtutibus perfecti ſtare. Armatura ſpũalis ſit hec ſtate ſuccincti lũbos vr̃os ꝛc̃ ad ſimilitudinẽ armature militis corporalis que triplex eſt nam quedã arma ſunt quaſi indumenta ad tegẽdum corpus quedam ad protegẽdum extrema membra/ alia ad impugnandum hoſtes ad induendum corpus tria concurrunt ſ veſtis breuis/ cingulũ ſeu baltheus militaris/ et depoſitio longioris toge ſed qꝛ in bello ſpũali ṗmo requirit ꝙ ſeruus dei reſtringat concupiſcẽtias carnales qđ eſt lumbos p̃cingere qꝛ ṗmus eſt vincẽdus hoſtis ꝓpinquus ꝙ̃ remotus ideo ṗmo dicit ſtate ergo ſuccincti lũbos vr̃os in qbꝰ viget luxuria ꝑ tẽperãtiam q̃ gule ꝛ luxurie contraria eſt ꝛ hoc in veritate ſ recte intentionis non ſimulate Secundo requiritur veſtis breuis iuſticie que reſtituat vnicuiq̧ ſua ideo dicit ſitis induti loricam iuſticie que abſtinet ab alienis Tertio deponẽda eſt ſuꝑflua cura temporaliũ q̃ impedit in exercitio virtutum

Epiſtole argumentum.

Primus ps eplẽ.

Scđa ps epiſtole.

Tertia ps epiſtole.

et bello ſpũali.ideo ſequitur· calciati pedes affe-
ctionum p ſandalia eleuantia a terrenis in ꝑpa-
ratione euangelij pacis .i. doctrine eccl'ie q̃ ſuis
filijs annunciat pacẽ In armis ꝓtegentibus ex
trema ſunt duo mẽbra principaliter ꝓtegenda q̃
ſunt pncipia vite ſ. pectus vbi eſt cor/ꝛ caput vbi
ſunt ſenſus omnes ideo in pectore ponit̃ ſcutũ/
in capite galea ſpũale cor hois eſt voluntas que
ꝓtegitur fide que eſt ſubſtantia ſperandarũ re-
rum ideo dicit in oĩbus tentationib⁹ ſitis ſumen
tes ſcutũ fidei .i. fide q̃ eſt ſcutũ in corde in quo
ſ. cũ quo ſcuto poſſitis oĩa tela tẽtationũ ignea .i.
adurentia prauis cõcupiſcentijs extinguere ſ. alle-
gãdo ſacrã ſcripturam ſicut fecit chriſtus ad oẽs
diaboli tentatiões fides ergo extinguit oẽs teta-
tiones carnales ꝛ tranſitorias pſacram ſcriptu-
rã que ꝓmittit bona ſpũalia ꝛ eterna ſpirituale
caput hois eſt vltimus finis oĩm agibiliũ de quo
eſt ſpes ideo dicit ꝛ ſumite galeam ſalutis ſ. ſpẽ
in deo ſalutari Aduertendũ ꝙ arma virtutũ mo
raliũ vt temperantie q̃ eſt lũbos pci ̄gere/ꝛ iuſti-
cie q̃ eſt lorica/ꝛ aliarũ valent ſolũ ad vincendũ
hec mala terrena ab hoib⁹ illata ſed arma virtu
tum theologicarũ vt fidei/ſpei/ꝛ charitatis va'ẽt
ꝑter hoc ad vincendũ ignea tela diaboli nequiſſi
mi In tertio genere armorũ ſ. ad offendendum ꝛ
impugnandu hoſtes ponit̃ gladius in corporali
bus ꝛ verbũ dei .i. ꝓdicatio in ſpiritualib⁹ de quo
ſubditur ꝛ ſumite gladium ſpũs .i. ſpũalem quod
eſt verbũ dei de q̃ apl's hebre 4. viuus ẽ ſermo
dei penetrabilior oĩni gladio ancipiti.ꝛc̃ Sic er-
go fideles .i. eccl'ia chriſti habem⁹ arma q̃bus de-
fendamur a carnalib⁹ hoſtib⁹ ſ. gula/ꝛ luxuria p
tẽperantiã q̃ eſt cingulũ ꝛ quib⁹ vincamus cupi
ditates terrenas auaritie p iuſticiã q̃ eſt lorica ſeu
veſtis ꝛ puritate affectus q̃ nos retrahat etiã a li
citis per volũtariã paupertate q̃ eſt calciamentũ
Ite hab.m⁹ arma quib⁹ ꝓtegamur ab erroꝛib⁹
ꝛ a demonib⁹ ſ. fidẽ q̃ dicitur ſcutũ ꝛ q̃bus confir-
memur in bonis ſpiritualib⁹ ſ. ſpem q̃ dr̃ galea
item arma quib⁹ ipſos hoſtes impugnemus ſ.
verbũ dei qd̃ in ꝓdicationib⁹ auditũ corda pecca
toꝝ penetrat ꝛ inde expellit acie vitioꝝ ꝛ demo-
Graduale num ¶ In graduali ſ. Dñe refugiũ factus es ꝛc̃
ex pſal' 89 eccleſia agit gras deo de ꝓdictis ar-
mis/q̃bus ipſe refugiũ nobis eſt in periculo bel
li ſpũalis Verſus Priuſq̃ mõtes ꝛc̃. ex eodem
pſal' ꝓbat deũ eſſe potentiorem hoſtib⁹ nr̃is quia
p'uſq̃ fierẽt mõtes .i. demones ꝛ anteq̃ formare
tur terra ꝛ orbis.i.mũdus ſiue mali homines tu
Alleluia. es deus a ſeculo ꝛ in ſeculum Alleluia In exitu
iſrael ꝛc̃ ex pſal' 113 cõfirmat hoc p experientiam
factã in miraculoſa victoria ppli iſrael cotra pha
Euange raone ꝛ totũ exercitũ egyptiorum ¶ Euangeliũ
lij argu Simile ẽ regnũ celorũ homini regi ꝛc̃.ex 18 cap
mentum. Mat enumerat peccata grauiſſima chriſtianorũ
latinorũ maxie pncipũ et ꝓlatorũ ſub parabola
magni debiti tot miliũ talentorũ ꝛ exceptis pec
catis q̃ cõtra deũ ipſi cõmiſerũt(nã illa facile per
pñĩam remitti poterant ſibi)tamẽ euangelium
valde aggrauat in eis peccatũ oppreſſionis ſub-
di toꝝ ꝛ tyrannidẽ ſuã ad cuius punitionẽ denun
ciatur venturus· antichriſtus vindex ꝛ executor
iuſticie dei cũ ſuis ſequacib⁹ q̃ ɔtra ſeruũ nequã
vocantur tortores In q̃ euãgelio ꝑmo deſcribit̃
peccatũ ꝓlatoꝝ cõtra deũ. Scḋo ibi egreſſus aũt
ꝛc̃ adiung̃ ſ. eoꝝ peccatũ contra proximũ Tertio
ibi videtes aũt ꝛc̃.cõcluditur ipſoꝝ pena ꝛ ſuppli
ciũ Differenter valde ſe habent prelati in eccle- Prima
ſia ꝛ quoad deum.et quoad ſubditos in hac nr̃a ps euãge
etate ꝛ in ꝑorib⁹ ſeculis primitiue eccl'ie nam tũc lij
ꝓlati pro maiore parte erant ſancti in ſe/ꝛ deuoti
ad deũ/et laborioſi ſup grege ſibi cõmiſſum ha-
bebantq̃ pauciſſimos redditus ex quib⁹ tñ lar-
gas elemoſinas faciebant in pauperes ſue dio
ceſis nunc aũt ecõtrario fere oẽs ꝓlati ſunt pom-
poſi/curiales/vicioſi/indeuoti/habẽtes magnos
redditus in quibus recuperandis magnã adhi-
bent diligentiã/ etiam cũ magna vexatione ſub
ditoꝝ nec curãt neceſſitates pauperũ ſuorũ De
his ergo eccl'ie ꝓlatis orditur eccl'ia parabolam.
ſimile inquit eſt regnũ celoꝝ .i. eccl'ie militantis ꝛ
chriſti in ea regnantis ſimile inquam homini re
gi q̃ voluit rationem ponere de villicatione/ vel
adminiſtratione ſibi cõmiſſa cum ſeruis ſuis ſ.
prelatis adminiſtratoribus inſtante iã fine mun
mũdi et appropinquate die iudicij(qui erit dies
huius rationis)et cum cepiſſet rationem ponere
ſ. per mala precedentia ante finem mundi que
comemorat Lucas capitulo 21 dicens ſed non
ſtatim finis ꝛc̃ oblatus eſt deo ab angelis pro-
uinciarum cuſtodibus vnus ſeruus ſ. ordo ꝓla-
torum in eccleſia latina qui debebat ei ex mala
vita ſua decem millia talenta .i. multa millia pec
catorum contra decem dei ꝑcepta cum autẽ non
haberet vires naturales vnde reddere et ſatiſfa-
cere poſſet deo p condignã pñĩam iuſſit eũ do-
minus venundari ſub oppreſſiõe tyrannoꝝ tã fi-
deliũ q̃ infideliũ inſurgentiũ contra eccl'iam dei.
et vxorem .i. ſponſam eius eccl'iam/et filios ſpi-
rituales .i. ſubditos eius et oĩa bona tẽporalia q̃
tyranni diripiãt ꝛ ſic reddi .i. ſatiſfieri deo p peni
tentiam amaram Procidens in oratiõe ſeruus
ille prelatus rogabat dñm dicens patientiã ha-
be in me .i.ſuſtine me paululũ liberando ab hac
tyrannide et omnia reddam tibi ſatiſfaciẽdo per
alium modum penitentie in pace eccleſie hoc n.
modo ſepius ꝓlati eccleſie latine ad deum exo-
randum conuerſi ſunt in tribulationib⁹ eccleſie.
Miſertus autem domin⁹ ſerui illius ſ. ꝓlati ꝛ ſui
gregis tribulati dimiſit eũ .i. liberauit ab illa ve-
xatiõe ꝛ etiã debitũ peccatoꝝ dimiſit illi ſ. mitten
do multas ꝛ magnas indulgẽtias a ſede ap'lica
in hac nr̃a etate plus q̃ in alijs ꝑorib⁹ ſicq̃ eccle-
ſia pacata e excluſis tyrãnis ab ea Quare ꝓlati Secũda
iã immemores mie recepte dilatant iterum fim- ps euan
brias pompe ſue ad quã ſuſtinendã ipſi tyranni- gelij.
zant in ſubditos ſuos ideo dicit̃ ꝙ egreſſus ſ. per
gloriã exteriorem mũdi ſeruus ille ꝓlatus inue-
nit vnũ de coſeruis ſuis .i. populũ ſibi ſubditũ cũ
quo ꝓlatus ipſe etiã eſt ſeruus eiuſdẽ dñi q̃ ſubdi
tus debebat ꝓlato ſolũ centũ denarios .i. ceſum

ſibi debitum ex decimis ⁊ primicijs fructuū ſuoꝝ. ⁊ tenes eū obligatum p arrendatione ſuffocabat eū lata ſentētia excōicationis/ ⁊ alijs penis eccleſiaſticis dicens ei valde importune redde qđ debes mihi de iure decimarū ⁊ pmiciarū ⁊ procidens ſeruus ille ſubditus cū magna humilitate rogabat eu dicens patientiā habe in me. expecta me aliquādiu qꝛ de modo nō poſſū ſoluere pluſus paupertate: ſed cum venero ad pinguiorem fortunā oia reddā tibi ille aūt prelatus noluit expectare ſed abijt ſtatim mittens ſuos miniſtros ⁊ poſuit eū

Tert.ꝑs euāgelij.

in carcerē donec fame ibi periret Hec eſt magna crudelitas tyrannia/ ⁊ ſubditoꝝ oppſſio quam fecerūt plati nr̄o euo de qua pximi ſcādaliſati/ ⁊ videntes que fiebant a platis cōtriſtati ſunt valde murmurantes contra eos ⁊ venerunt clamantes ad deum ⁊ narrauerūt dn̄o ſuo omnia que facta fuerant quorum voces audiens dn̄s ieſus reſpōdet illud quod olim Exodi 3 Uidi afflictionem populi mei ⁊ clamorem eius audiui ꝓpter duriciam eorum q̄ pſunt operib⁹ ⁊ ſciens dolorē eius deſcendi vt liberem eum demanib⁹ eoꝝ tunc ergo vocauit platum dominus voce predicatoris/ et ait illi ſerue nequam contra dominum tuum vt patuit ex debito decem miliū talentorū quare fuiſti tam ingratus ei quia omne peccatorū debitum dimiſi tibi facili penitētia quoniā rogaſti me: nōne ergo oportuit ⁊ te miſereri pximi tui ſicut ⁊ ego miſertus ſum tui:q͂ d debebas hoc facere pximo in recognitionem beneficij recepti a deo Et iratus dn̄s eius i.exequēs vindictā cōtra platos tradidit illū ſtatū tortorib⁹ miniſtris antichriſti q̄ affligent eū quouſq; reddat vniuerſū debitum i plenā ⁊ condignā faciat penitentiam peccatoꝝ ſuorū contra deum ſacro teſtante eloquio ſecundū menſurā delicti erit ⁊ plagarū modus Et qꝛ vnuſquiſq; fideliū ſuo modo eſt plat⁹ ſup alios in multo vel in pauco ideo parabola plateꝝ epiſcoporū omnibus fidelib⁹ adaptatur ſic ⁊ pater me⁹ celeſtis (ait eccl'ia facit vobis puniendo ingratos oppſſores ſubditorū ſi non remiſeritis vnuſquiſq; debita fratri ſuo humiliter ſupplicanti ⁊ in neceſſitate conſtituto deponendo rancore ⁊ tyrannidem de cordibus veſtris.

Offerto. rium.

Offertorium Uir erat ⁊c̄ Job 1 capl'o plāgit ſtatum eccl'ie noſtri tēporis in quo Sathanas ſolutus de carcere ſuo accepta poteſtate a deo multipliciter vexat Job.i.chriſtū in facultate ⁊ in carne eius que eſt eccl'ia chriſti ⁊ fere iā pdidit omnem ſubſtantiam eius i doctrinam fidei que eſt ſubſtantia rerum ſperandarum ⁊ filios i chriſtianos per baptiſmū adoptatos carnem quoq; ei⁹ i corpus eccleſie graui vlcere peccatorū vulnerauit vt ꝓbatum e de platis ⁊ ꝓbabit etiā de ſub

Commu nio

ditis Cōio In ſalutari tuo ⁊c̄ ex pſalo 118 eſt ſupplicatio eccl'ie ꝓ liberatiōe ſua ab inīqs pſequetibus de q̄ auxilio ipſa eccl'ia dicit ſe magnā ſpe habere ex vbis chriſti Secreta orō Suſcipe dn̄e ⁊c̄ optat reſtitui eccl'iam in ſuā ſalutē ꝓ qua hoſtias imolat Ad idē ptinet vltīa orō Immortalitatis alimoniā ⁊c̄ Ex pdicto officio clariſſima habet moralitas de inſtructiōe platoꝝ ⁊ dn̄oꝝ

Moralitas.

tēporaliū.q̄liter ſe debeat habere erga ſubditos ⁊ vaſſallos iā eoꝝ regula deſcribit Luc 3 in pdicatiōe Joānis bap vbi dr̄ q̄ venerūt ad eū milites dicetes.qđ faciem⁹:⁊ ipſe rńdit neminē cōcutiatis/nulli calūniā faciatis/cōtenti eſtote ſtipēdijs vr̄is p primū ꝓhibet eis ois violētia ſeu violēta iniuria pſonalis in ſubditos p ſcd̄m ꝓhibentur fraudes litigioꝝ cauſarū contra eos/ ⁊ ois falſe criminatiōes ad deſtruēdū ſubditos q̄lis fuit criminatio regine Jezabel ɔtra Nabot vt auferret vineam ei⁹ vt patet ex 4. libro Regū per tertiū ꝓhibetur eis ois iniuſta impoſitio vectigaliū ſeu exactionū ſupfluaꝝ vltra iura ſua cōſueta in oib⁹ in his caſib⁹ pter iniuriā factā pximo cōtra libertatē eius tenetur dn̄s tēporalis ad reſtitutionem pecuniarū faciendam ſi vult animam ſuam ſaluare alias (vt dicit ſcriptura) potentes potenter tormenta patientur

# Caput cēteſimum vndecimum de officio vigeſime tertie dn̄ice quo errores vulgariū et plebeoꝝ nr̄i tēporis declarātur qui etiam notati ſunt in eodē 20 capl'o Apoc.



N tanta prelato rum malicia non eſt poſſibile ſincerā eſſe ſubditorū vitā q̄ ꝓpe ſemp in fauorē ſuperiorum declinat.nā eis miniſtrātibus plati ſuas explent nequicias ſicut ergo precedens

Argumētū officij.

dominica ad prelatorū peccata ita hec ptinet ad ſubditorum delicta et correſpondet eidem capitulo 20 Apocalypſis loquēti de horrida hac noſtra tempeſtate in his verbis que premiſſa ſunt de ſolutione Sathane/ et de ſeductiōe omnium fere gentiū Uidens ergo eccleſia tantam peccatorum inundationem ſeu diluuium in hominibus conuertit ſe ad deum eius propiciationē exorans in miſſe introitu Si iniquitatem obſeruaueris domine ⁊c̄ ex pſalmo 129 quia ſecūdū hu-

Introit⁹ miſſe.

manam fragilitatem que labilis eſt in peccata ſi deus nimis obſeruaret iniquitates noſtras ad puniendū ſecundū rigorem iuſticie nemo poſſet ante eū ſubſiſtere dicēte pſalmographo Nō intres in iudicium cum ſeruo tuo domine quia nō iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens Uerſus De profundis ⁊c̄ eſt principium eiuſdē pſalmi/ quo eccl'ia ꝯfitetur ſe clamare ad deum ex profundo peccatorū ⁊ orat ſe exaudiri Oratio

Oratio.

Deus refugium ⁊c̄ allegat dei pietatē qua ſolet eſſe fidelium ſuorum refugium:ideo orat petitionem ſuam concedi Epiſtola Confidimus in

Epiſtole argumentum.

domino ieſu ⁊c̄ Philip 1 hortat̄ ſeruos dei pſeuerare in fide ⁊ religione chriſtiana ꝓmittes eā legē chriſti vſq; ad finē ſeculi duraturā q̄uis diaboli ⁊ mundi aduerſe pſecutiōes contra eccl'iam crebreſcāt ita vt videat̄ Petri nauicula in medijs fluctib⁹ periclitari In q̄ ep'la pͥmo cōmendat̄ fidelium vita pcedens Secundo ibi ſicut enim.⁊c̄.

inducitur eccleſie chriſtiane charitas ferueſ Ter
tio ibi ꝛ hoc oro ꝛc. adiūgitur eccl'ie oratio vt me
Prima ps epl'e. lioretur vita ſequens Stilus oratorum habet vt
in pſuaſione hominis deprauati ꝛ nimis corru=
pti circa regulas morum incipiat orator non a
dura increpatione ſuorum viciorū ſed potius a
laude ſuoꝝ geſtorum ſi qua bona in eo pfuerint
ne ſtatim exaſperatus refugiat audire pſuaden=
tem ꝛ vt laudatus efficiatur docilis ꝛ beniuolus
ad capienda bona conſilia corripientis iuxta il
lud Prouerbioꝝ 26 Non reſpōdeas ſtulto iux
ta ſtulticiam ſuam ne efficiaris ei ſimilis ꝛc. hoc
etiam modo ſancta mater eccleſia videns pluri
mos filiorū ſuoꝝ deprauatos pſuaſionem ſuam
ad eos ordītur a cōmendatiōe dicens Fratres con
fidimus in dño ieſu de vobis i. ex precedenti vita
veſtra bona ꝛ laudabili ſpem ꝛ fiduciā concepi=
mus ꝙ deus qui cepit in vobis per gratiam ſuā
vos mouentē ad opus bonū ſecundū tenorē chri
ſtiane religionis confidim⁹ inquam ꝙ pficiet i
continuabit deinceps ꝛ deducet ad cōplementū
vſq; in finem ſeculi ꝛ diem iudicij chriſti ieſu qua
re oramus vos vt q̄tum in vobis erit laborētis
Scđa ps epiſtole. ne cadatis a precedente dignitate veſtra in vitis
inhoneſta ꝛ turpia Et ne miremini ꝙ tanta ve=
hementia ego mater eccleſia pſuadeo vobis hoc.
ſicut enim mihi iuſtum eſt a. decet me hoc ſentire
pro omnibus vobis i curam de hoc habere. ꝛ ſol
licitam eſſe de ſalute veſtra eo ꝙ ſicut pia mater
habeam vos in corde per intimam dilectionem.
etiam ſi poſita ſim in vinculis multorum malo=
rum que me circūſtant ꝓ defenſione ꝛ confirma
tione euangelij i doctrine chriſti ꝛ vellem ſocios
gaudij mei (quod eſt de perſeuerantia fidelium)
omnes vos eſſe teſtis eſt mihi deus ꝙ nō hoc di
cam blandiens ꝛ frauduleter ſed quia veraciter
cupiam vos omnes diligere p charitatem in viſ
ceribus ieſu chriſti i ad laudem ꝛ gloriam eius
vel cupiam vos participare viſceroſam charita=
tem chriſti in qua ſtat ſalus veſtra ſ vt chriſtum
intime diligatis ꝛ ab eo diligamini Et quia hoc
Tertia ps epiſtole non bene poteſtis ſine auxilio dei ideo hoc oro
ꝓ vobis vt charitas veſtra ſi non ſit habeatur a
vobis ſi vero eā habetis continue magis ac ma
gis abūdet i pficiatur adeo vt ex charitate abun
detis in omni ſcientia ſpeculatiua de credendis
ꝛ in omni ſenſu i prudentia de agendis vt ꝓbe=
tis i. diſcernatis non ſolū bona a malis. ſed etiā
inter bona ea q̄ ſunt potiora vt opera conſiliorū.
ꝛ ſitis ſinceres i ſine carie ꝛ macula quoad vos.
ꝛ ſine offenſa quoad proximos vſq; in diem iu=
dicij chriſti per charitatem etiam ſitis repleti fru
ctu iuſticie i. operibus virtutum que omnes iuſti
cie dicuntur ꝛ hoc non ex meritis veſtris ſed per
chriſtum ieſum qui pro omnibus meruit gratiā.
ꝛ hec omnia bona veſtra optamus vobis in lau
dem ꝛ gloriam dei non in laudem noſtram qui
potius meremur confuſionem q̄ laudem ex no=
ſtris operibus ¶ Predicte exhortationi de cha=
ritate correſpondet graduale Ecce q̄ bonum ꝛc
Graduale ex pſal' 132 quo laudatur concordia fidelium in
eccleſia chriſti Verſus Sicut vnguentum ꝛc ex
eodem pſal. comparat charitatem q̄ a chriſto de=
riuatur ad omnes fideles vnguento ꝛ oleo ſan=
cto quo in veteri lege vngebantur ſacerdotes in
capite i chriſto. a quo capite deſcendebat in bar=
bam ꝛ ab vna barba i aliam vſq; ad oram veſti=
menti ꝛc hoc eſt a chriſto ad platos ꝛ a quibuſ=
dam prelatis in alios ꝛ ab eis per totam eccle=
ſiam vſq; ad infimos fidelium hoc eſt verum in
bonis prelatis ꝛ ſubditis quoniā in malis econ
trario deſcēdit malicia a ſuperiorib⁹ in ſubditos
quoꝝ omnium caput eſt diabolus Aleluia Qui con=
fidunt in dño ꝛc ex pſal' 124 laudat firmiter pſe Aleluia
uerantes in religiōe chriſtiana / ꝛ confidentes in
auxilio dei quia illi in tribulationib⁹ tun erūt ſi=
cut mons ſion ꝛ non cōmouebuntur a fide ſua.
Vel aleluia eſt Qui timēt dñm ſperent ꝛc ex pſ
113 ꝛ eſt eadē fere ſententia ¶ Euāgeliū Abeun
tes pharisei ꝛc. ex 22 caplo Mat. explicat ſimula Euāgelij argumentum.
tas tentationes malorum ad decipiendū ſimpli
ces quib⁹ eos conantur inclinare ad agēda ea q̄
ſunt contra legem dei ꝛ veritatem religionis chri
ſtiane ꝛ hoc in fauorem principum ꝛ platorum.
Ubi primo oſtenditur peruerſorū malicioſa co=
gitatio Secūdo ibi magiſter ſcimus ꝛc aperitur
eorum fraudulēta interrogatio Tertio ibi cogni Prima ps euangelij.
ta autem ꝛc adaptatur fidelium ſimplicium reſpō
ſio atq; euaſio In illo itaq; tempore ſexte etatis
quo plati tyrānide / hypocriſi / alijſq; vitijs abun=
dant ne videantur ſuis ſubditis abominabi=
les ipſi abeuntes i recedentes a lege dei pha=
riſei i diuiſi ꝛ diſſimiles ſimplicibus fideliū con=
ſilium malignum inierunt vt caperent i decipe=
rent ieſum non in ſe ſed in ſuo corpore iuxta il
lud Actuum 9 Saule Saule qđ me i meos pſe
queris querebant ergo modum quo poſſent ſer
uos chriſti decipere ꝛ trahere eos ad ſimilitudi=
nē vite ſue male quod eſt eos decipere in ſermo
ne i pdicatione nam cū plati ſermonib⁹ ſuis de=
berent fideles cōuertere ad deum ecōtrario ſuis
malis exemplis ꝛ pſuaſionib⁹ nituntur eos puer=
tere et ſeparare a deo et q2 p ſeipſos non audent
tentare fideles ideo mittunt eis diſcipulos i ſe=
quaces ſuos eccliaſticos cum herodianis i ſecu=
laribus dicētes. i. interrogātes doloſe vl' inſidioſe.
Magiſter i reuerēde aut honorāde frater ſcimus
ex publica relatiōe multorū q2 verax es in vita Secūda pars euāgelij
tua ſine hypocriſi et viā dei i. mādata dei in veri
tate doces i ad rectā et ſanā intelligētiā q̄tū ad
doctrinā tuoꝝ ꝯſilioꝝ ꝛ nō ē tibi cura de aliq̄ cō=
trario q̄tū ad veritate iuſtitie i pferēda ſentētia re=
cta nō n reſpicis i acceptas pſonā hoim q̄tum=
cūq; fuerit honorabil' ꝛ i dignitate ꝯſtituta vt ꝓpt
eā deuies a iuſticia dic nobis ad informationem
nr̄am q̄ tuā conſcientiā imitari cupim⁹ qđ tibi vi
detur in modo viuēdi cū noſtris platis ꝛ ſuperio
ribus licet dari a nobis cenſum i debitum ſerui
cium honoris ꝛ tributi ceſari i principi vel plato
malo cedēti ſubditos ſuos p tyrannidem. an nō
licet ei ſeruire nec vitam eius imitari ſed po=
tius ab eius obedientia recedere / eiq; aduerſari.

Hic est modus peruersoꝝ cū decipere volūt sim
plices nā primo eos laudant/deinde q̄stionē pe
riculosam suscitant qua vel suasioni sue consen
tiant vel in magnū vite sue discrimen ɔtra supe
riores suos aliquid dicāt aut faciant et quia hac
nostra tepestate irā dn̄oꝝ nemo audet sustinere
cōsequens est vt maloꝝ sugestioni de imitandis
malis prelatis adhereant quod est simplices de
cipere atq̧ corrūpere in fauorē prelatoꝝ maloꝝ
et quidē multi simplicium tali modo tentationis
scandalizantur ⁊ cadunt Sed fideles ⁊ deuoti fi
duciā suā in deo ponentes ad neutrā questionis
parte declinant s. q2 nec malos prelatos imitan
tur/nec debitā eis obedientiā ⁊ seruitutē negant
via quadā media virtuosa incedētes vt laqueos
diaboli euadant Unde subditur cognita aūt ne
quitia eoꝝ ait iesus per ora suoꝝ fideliū quid i.
cur me tentatis vestra questione ypocrite i. simu
lati ⁊ ficti q. d. bene sentio quo tēdat vestra inter
rogatio s3 hoc a me nō poteritis habere ad q̄stio
ne ergo vestrā talē vobis tēpero respōsionē ostē
dite mihi i. declarate mihi numisma cēsus i. qua
litatē et conditionem seruicij vel honoris debiti
meo prelato at illi obtulerunt i. allegauerunt ei
denariū mandatoꝝ dei/ in quoꝝ primo includit
obligatio de sibi soluēdis decimis ⁊ primicijs in
quarto vero sub nomie patris honorari iubetur
a subditis hoc ergo admisso ait illis fidelis seru
dei vos qui a me licet fraudulenter queritis in
formationē dicite vlterius cuius est imago hec.i.
cuius gerit similitudine prelatus hic/ ⁊ cuius est
hec superscriptio i. titulus sui status vel dignita
tis i. q2 intitulatur papa/cardinalis/ patriarcha/
episcopus ⁊c. dicunt mundani q͡ prelatus nostri
teporis gerit similitudine cesaris i. dn̄i tēporalis
⁊ tyranni querentis ditari ⁊ honorari a subditis
Tunc his suppositis s. q͡ platis debeātur a subdi
tis reddit9 et honores et ipsi hec ipoꝛtune erigā
a suis quasi cesares i. cedentes eos si non sta
tim soluāt tunc ergo ait illis bonus fidelis tale
vobis do cōsiliū(si a virtute declinare nō vultis)
reddite que sunt sibi debita cesari i. prelato vr̄o in
bonis tēporalib9 et ea que sunt dei i. spiritualia
bona virtutū que vobis precepit in lege sua hec
reddite deo seruando bene mandata eius ⁊ decli
nando a vicijs ⁊ a malis exēplis mundanorum.
hac inquā responsione nec malis prelatis consen
timus imitando peccata eoꝝ neq̧ eis debitū ho
norē ⁊ seruiciū negamus auferendo redditus ip
soꝝ ¶ Ad hoc ꝓpositū fideliū facit offertoriū s. re
cordare mei dn̄e ⁊c. ex 14. capitulo hester quo s.
d. his seruus dei liberatus a tētatione maloꝝ su
p. ri dicta inuocat diuinū auxiliū quo bene possit
respondere ad similes questiones fraudulentas
vt verba sua prelatis placeāt ⁊ vt deus corda pre
latoꝝ cōuertat in odiū suoꝝ maloꝝ ministroꝝ si
cut fecit regi Asuero cōtra Aman persecutorem
iudeoꝝ ¶ Cōmunio Ego clamaui ex ps. 16 est
gratiarū actio fidelis serui dei ⁊ toti9 eccl'ie de sua
exauditione qu9 i. per gratiā dei liberat9 est a tē
tatione malorum Secreta oratio Ds misericors

Tertia ps euāgelij

Offertorium

Com.

deus ⁊c. petit in virtute Eucharistie seruos dei li
berari ⁊ a peccatis ⁊ ab aduersis hypocritis Ulti
ma oratio Sumpsimus dn̄e ⁊c. postulat auxiliū
in infirmitate nostra ad resistendū tentationibus
maloꝝ Hactenus ergo de periculis nostre etatis
vsq̧ ad persecutione antichristi inclusiue de qua
multa dicta sunt in dn̄ica 2 aduentus et adhuc
aliqua dicetur infra in dn̄ica 25 huius temporis.
¶ Quia vero hoc officiū in sensu litterali pertinet
ad hoies nostri temporis non opus est alia eius
intelligentia morali preter eā que posita est litte
ralis s. de debita obedientia seruāda ad superio
res nostros in his que pertinent ad regimen ec
clesie tam in rebus secularib9/q̄ in ecclesiasticis
scd̄m rectas leges patrie/⁊ statuta canonū eccl'ie.
hoc enim precipit christus in euangelio Luce 12.
qui vos audit me audit/⁊ q̄ vos spernit me sper
nit Si aūt iudices et plati sua mala vita ⁊ mori
bus deprauatis conarētur seruos christi trahere
ad peccata/⁊ trangressiones mandatoꝝ dei nul
latenus debent eis consentire sed potius resiste
re aut saltē(si infirmiores sint)ab eis declinare/⁊
dissimulare vt patet exēplo Thobie qui sub rege
iniquo constitutus non adorabat vitulos aureos
in Samaria sed adorabat dn̄m deū patrū suorū
in Hierusalem vt habetur Thobie primo ⁊c.

Moralitas.

## ¶ Caput cētesimum duo decimū

de officio vigesime quarte dn̄ice post pē
thecosten quo vltimā eccl'ie dei reformationē cir
ca finē mūdi/atq̧ fideliū oim ɔuersionē ꝓnūciat
iuxta ꝓncipiū vigesimi ꝓmi capitis apocalypsis.



Post antichristi
persecutionē atq̧ fallaciā ex
pectatur circa finē mūdi vni
uersalis reformatio/ atq̧ re
nouatio ecclesie christiane in
omnibus statibus hominū
nā predicantibus Enoch et
Helia qui conuertēt corda patrū in filios erit ge
neralis cōuersio iudeoꝝ/⁊ alioꝝ infideliū et tunc
auferet deus velamen cecitatis ⁊ proteruie a cor
dibus eoꝝ vt scripturas suoꝝ prophetaꝝ recte in
telligant vnde nō immerito ecclesia legit in offi
cio matutino in mēse nouebri Ezechiele/⁊ alios
prophetas quoꝝ oracula tunc omnino implebū
tur de qua iudeoꝝ cōuersione et ecclesie renoua
tione circa finē mundi loquitur 21 ca. apoca
lypsis Et vidi inquit nouū celū ⁊ terrā nouā ⁊c.
per celū clerus/per terrā laycus populus intelli
gitur que per reformatione religionis christiane
noua dicentur adeo q͡ prius celū et prior terra i.
priores vite dictorum statuū amplius nō appa
reant ⁊ mare turbationū seculariū iam nō sit Et
ego inquit Joānes vidi ciuitate sanctā Hierusa
lem i. ecclesia christianā nouā descēdentē de celo:
cetera clara sunt Ecclesia etiam in officio missali
hax dn̄icarum nouembriū materiam pertractat.
vnde eaꝝ oim idē est misse introitus/ Graduale/
Alleluia/idē offertoriū ⁊ cōmunio. Licet orones/

Argumētū officij.

Introit⁹ miſſe. epſe et euangelia varientur ¶ Introitus miſſe
Dicit dñs ego cogito ꝛc. ex 32 caplo Hieremie
loquitur ad iudeos cõuertendos ego inquit dns
..us veſter (a quo tandiu receſſiſtis) cogito ſuper
vos cogitationes pacis et nõ afflictionis veſtre
nã hec captiuitas veſtra tã diuturnis ꝛ prolixa in
ſexta mundi etate . prouidẽtia mea ordinatur ad
correctionẽ veſtrã. vt digeratur dura veſtra ꝑter-
uia qua dimiſſa inuocabitis me et ego exaudiã
vos. quia reducã captiuitatẽ veſtrã de cunctis lo
cis diſperſionis veſtre. reducã enim vos ad terrã
promiſſionis que eſt fideliũ eccleſia. reducã ꝛ re-
uocabo nõ tantũ corpora quãtũ aias veſtras ad
cognitionẽ vere fidei nam corporali motu veſtro
no indigetis ſicut olim in egypto ꝛ Babylone a
quibus veniſtis in paleſtinã ſiue terrã patribus
veſtris promiſſam a deo nũc ſũt alia melior ter
ra eſt vobis requirẽda ſ. eccl'ia ſanctoꝝ de qua ſe-
quitur Verſus. Benedixiſti dñe terram tuã ꝛc ex
ps 84. ad hanc ergo terrã reducẽdo eos auertiſti
captiuitatẽ Jacob i populi iudeorũ qui om̃ ſunt
ex ſemine Jacob Huius enim conuerſionis iu-
deoꝝ figura preceſſit in Egypto in filijs Jacob
quando Joſeph multis diebus loquẽs cũ fratri-
bus ſuis nõ eſt cognitus ab eis ꝛ tande ſeſe ma
nifeſtauit eis dicens ego ſum Joſeph frater ve-
Oratio ſter quẽ vendidiſtis in egypto Geneſ 47 Oro
Abſolue queſumus dñe. ꝛc. eſt eccleſie chriſtiane
vox que orat pro abſolutione iudeoꝝ alioꝝqꝫ po
puloꝝ infideliũ/allegans ad hoc benignitate dei
qui vult omnes homines ſaluos fieri/et ad agni
Epſe argumẽtũ. tione veritatis peruenire ¶ Epiſtola. Imitatores
mei ſtote ꝛc ex 3 caplo philip Deſcribit carnalẽ
vitã ꝛ ſenſum iudeoꝝ ifideliũ. qui nihil preter ter-
rena ſapiunt promittitqꝫ futurã eorũ cõuerſione
ꝛ eccl'ie tot⁹ reformatione In qua epl'a ꝑmo hor-
tatur eccl'ia fideles ad obſeruantiã legis chriſti.
Scdo ibi multi enim ꝛc. oſtendit diſſimile vitam
iudaici populi Tertio ibi vnde etiã ꝛc. promittit
Pria ps epiſtole. reformationẽ eccl'ie corpoꝝ miſtici Prelati ergo
qui ſunt principaliores in eccleſia debent alijs
prebere exẽpliũ bene viuendi primo Thimo 4.
exemplum eſto fideliũ in verbo/in conuerſatione/
in charitate/in fide ꝛc ideo bonus prelatus q̃ fu-
turus eſt tunc tẽporis alloquitur fideles dicens/
fratres eſtote imitatores mei facti forma gregis
chriſti. et ad hoc benefaciendũ obſeruate i dilige-
ter attedite eos fideles in eccleſia qui ita ambu-
lant ſ imitando bonos prelatos quod poteritis
cognoſcere ſicut habetis formã i normã noſtram
quã ſepius in alijs epiſtolis dñicalibus dedim⁹
vobis ſ de tollerandis aduerſitatibus/de obſer-
Scda ps epſe. uanda lege ꝛ fide chriſti/de euitandis maloꝝ ten
tationibus/ꝛ alijs huiuſmodi regulis bonis Ra
tio huius monitionis eſt qꝛ multi mali ambulãt
inter fideles quoꝝ mala vita poſſet vos corrum-
pere in moribus hoꝝ deteriores ſunt iudei perfi-
di/quos ſepe dicebam vobis in prioribus dñicis
poſt penthecoſtẽ et nũc in vltimis dñicis eiuſdẽ
tẽporis peregrinationis iterũ dico flens i. compa
tiens eis de ſua perditione quos ſcio inimicos
crucis chriſti eo q̃ predicãt legis veteris cerimo
nias vt circunciſionẽ/ꝛ alias eſſe ad ſalutẽ eternã
neceſſarias que doctrina euacuaret fructũ paſſio
nis chriſti ſi vera eſſet iuxta illũ apl'i ſi data eſſet
lex moyſi que poſſet iuſtificare hoies ſcdm eam
viuentes chriſt⁹ gratis i ſine cauſa ꝛ fruſtra mor
tuus eſſet ad Galat 3 in tali ergo falſa doctrina
iudei ſunt inimici crucis i paſſionis chriſti quoꝝ
finis i finalis pena eſt interitus i perditio corpo
rum ꝛ animaꝝ ſuaꝝ. quoꝝ deus i principalior fi
nis ſue intentionis eſt venter i bona tẽporalia q̃
ventri ꝯueniunt. et quoꝝ gloria quã querunt eſt
mundana in cõfeſſione i ignominia ipſoꝝ q̃ ſola
terrena ſapiunt. nã oẽs promiſſiones legis ꝛ pro
phetaꝝ intelligunt ipſi iudei de bonis terrenis ꝛ
fere nihil de celeſtibus quo cõtra de ſanctis pa-
trib⁹ eoꝝ dicitur hebre. 11 fide qui vocatur abrahã
obediuit exire in locũ que accepturus erat in he
reditatẽ ꝛ demoratus eſt in terra promiſſiõis tã-
q̃ꝫ in aliena in caſulis habitando cũ Yſaac ꝛ Ja
cob coheredibus promiſſiõis eiuſdẽ expectabãt
enim fundamenta habente ciuitate cuius artifex
ꝛ coditor de⁹ ꝛc. iuxta ſinde defuncti ſunt oẽs iſti
nõ acceptis repromiſſionibus ſed a longe eas aſ
picientes ꝛ ſalutantes ꝛ cõfitentes qꝛ peregrini
ſunt ſuper terrã in quo ſignificant ſe patria que-
rere non quide eã de qua exierant ſed meliorem
appetunt i celeſtẽ parauit enim illis deus ciuita
tem hec ibi apl'us ꝛ plura alia ad hoc propoſitũ
Hi ergo iudei proterui nõ ſunt imitandi ſed po-
tius debetis bonos prelatos eccleſie chr̃i emula
ri qui ſunt viri ſpũales ꝛ celeſtia meditant vnde
ſequitur noſtra aũt cõuerſatio i frequens cogita
tio ꝛ affectio eſt in celis i bonis celeſtibus Et q̃a Tertia ps epiſtole.
maloꝝ finis erat interitus/quia ſtipẽdia peccati
mors ecõtra ergo bonoꝝ chriſti fideliũ finis erit
vita eterna vnde etiã nos chriſtiani ſaluatorẽ ex
pectamus dñm noſtrũ ieſum chriſtũ qui circa fi-
nem mundi reformabit corpus eccl'ie miſticũ qd
nunc videtur abiectũ ꝛ vile inter preſſuras perſe
quentiũ maloꝝ. ideo dicitur corpus humilitatis
noſtre ꝛ faciet corpus eccl'ie honorabile ꝛ glorio
ſum configuratum i proporcionatũ in moribus
corpori claritatis ſue i ſuo corpori glorioſo in do
tib⁹ quaꝝ precipua eſt claritas na ſicut ille qua-
tuor dotes glorie faciunt corpus naturale chriſti
precioſum ꝛ honorabile quod prius fuerat mor
tale/ꝛ paſſibile/humile/ꝛ abiectũ ſic etiam dotes
ſpirituales anime que ſunt gratie ꝛ virtutes ꝛ do
na ſpũſſancti facient corpus chr̃i miſticũ i eccl'iã
ſuã glorioſam ꝛ honorabilẽ cũctis gentib⁹ iuxta
illũ Eſaye 60 Surge illuminare Hieruſale ꝛc
quando ad eã venient iudei ꝛ alij oẽs infideles cõ
uerſi ad fidẽ ſcdm operatione chriſti diuinã qua
poteſt ſubijcere ſibi oĩa corda hoim in chriſto ie-
ſu dño nro id eſt ipſo mediatore inter deum ꝛ ſer
uos ſuos fideles ¶ Et tunc chriſtiani cantabũt Graduale
qd in graduali ſequitur Liberaſti nos dñe ꝛc ex
ps 47 ex affligentibus nos ſ iudeis ꝛ alijs infi
delibus. et eos qui nos oderunt iudeos confu-
diſti. i. confuſos ꝛ cõuictos ad te cõuertiſti. Verſ⁹.

In deo laudabimur ⁊c ex eodẽ pͦs eſt gratiarũac
Alleluia. tio ad deũ pro illoꝝ cõuerſione Alleluia De pro
fundis clamaui ad te dñe ⁊c ex pͦs 129 eſt inuo-
catio eccleſie qua petit exaudiri pro iudeoꝝ con-
uerſione ideo clamat de ꝓfundis .i. ex intimis vi
ſceribus charitatis vel de profundis tribulatio-
Euãgeliũ nũ ſuaꝝ memor ſalutis animaꝝ eoꝝ. ¶ Euange-
rgu me. lium Loquente ieſu ad turbas ex 9 caplͦo Mat
thei ſub parabola duplicis ſemine a chriſto cura
te conuerſione duplicis eccleſie infideliũ .ſ. ſina-
goge ⁊ gẽtilitatis inſinuat. quaꝝ vna iã preceſſit
quãdo plenitudo gẽtiũ eccliam chrĩ introiuit alte
ra vero circa fine mundi expectatur quando reli
quie ſeu feces iſrael conuertentur et tũc iuxta apo
ſtolũ omnis iſrael ſaluus erit In hoc ergo euã-
gelio eccleſia primo oſtendit ſalutẽ et verã fidem
pri⁹ fuiſſe iudeis ꝓmiſſam. Scdͦo ibi ⁊ ecce mu-
lier ⁊c declarat eã prius fuiſſe gentilibus conceſ
ſam Tertio ibi ⁊ cũ veniſſet in domũ concludit
promiſſionẽ etiã in iudeis eſſe implendã. Cauſa
Prima principalis primi aduentus filij dei in mundum
pars euã- fuit (teſte apoſtolo) vt peccatores ſaluos faceret tã
gelij iudeos ꝙ̃ gentiles ſed promiſſio illi⁹ ſalutis ſolis
iudeis facta fuit ideo veniens in mundũ chriſtus
perſonaliter iudeos viſitauit/eis predicauit/⁊ mi
racula fecit promittens ſalutẽ animaꝝ ſimiliter
cũ poſt aſcenſionẽ ſuã diſcipulos ad predicandũ
miſit prius precepit eis vt predicarent in Hieru
ſalem/⁊ in omni iudea/⁊ ſamaria deinde per gẽ
tiles vſq̃ ad vltimũ terre. Hũc ergo aduentũ chrĩ
ad iudeos in principio huius ſexte etatis euãge
liũ explicans ait in illo tempore veteris legis lo
quente ieſu ꝑ ſuos prophetas ad turbas iudeoꝝ.
ecce princeps ſinagoge Moyſes. vnus .i. ſingula
ris ⁊ precipuus acceſſit ad eũ per fide ⁊ debitam
ſeruitute. vnde et adorabat eũ cultu latrie ꝑ fide
ſpem ⁊ charitatẽ ad eũ. dicens et deuota oratiõe.
dñe filia mea ſpiritualis .ſ. ſinagoga iudeoꝝ mo-
do .i. continue ⁊ frequenter defuncta eſt per ydo-
latriã ⁊ alia peccata multa ⁊ ego nõ valeo eã ſuſ-
citare ſed veni tu per incarnationẽ/⁊ impone ma-
nũ tuã miracula operãdo ſuper eã/⁊ noua ſacra
menta ſalutis inſtituendo et ſic viuet per gratiã
tuã Et ſurgens ieſus a quiete ſue eternitatis in
fine quinte etatis mũdi .ſ. poſt annos 5200 fere
a principio mundi ⁊ hoc per noſtre humanitatis
aſſumptione ſequebatq̃ moyſen in modo viuẽdi
inter homines nã circunciſus eſt ⁊ alias cerimo
nias legis obſeruauit vſq̃ ad vltimã cenã ſuã in
hoc mundo et diſcipuli eius principales hoc eſt
apoſtoli etiam ſequuti ſunt cerimonias ꝗdiu in
Secũa ps iudea predicarunt Sed nolentibus iudeis predi
euãgelij catione apoſtoloꝝ recipere ideoq̃ ſinagoga .i. ſua
morte detenta exierunt apoſtoli ad predicandũ
gentilibus et ecce ſubito/prompte/⁊ faciliter mu
lier .i. gẽtilitas que patiebatur fluxũ ſanguinis .ſ.
peccati. nã ex peccato ydolatrie fluxit in peccata
alia cõtra naturã ſatis abominabilia et hoc iã a
duodecim annis .i. ab eo tempore quo filia dicti
ꝑncipis ſinagoga nata fuerat (qꝛ etiã puella duo
decim erat) .ſ. a tpe abrahe. nã tũc Ninus rex Aſſi
rioꝝ incepit exercere cultũ ydolatrie et alias va-
nitates gentilicas Hec inq̃ gẽtilitas audita pre
dicatione aploꝝ acceſſit ad ieſum non per facie:
qꝛ eũ predicantẽ nõ vidit ſed retro .i. in abſentia
eius per nuncios ſuos. ⁊ tetigit fimbriã veſtimẽti
eius .i. fidẽ incarnationis accepit. nã humanitas
chriſti eſt veſtimentũ diuinitatis iuxta illud apli
habitu inuentus vt homo. dicebat enim gentili
tas intraſſe per internã deuotione cõceptã exau
ditu predicatiõis apoſtolice Si ego tetigero per
manũ fidei tantũ .i. ſolũ ſine clara euidentiaq̃ no
ticia veſtimentũ eius .i. miſteriũ humanitatis eius
hoc eſt vitã/paſſione/ reſurrectione ⁊ alia multa
miſteria ſtatĩ ſalua ero ab infirmitate hac ſpũali
⁊ tã diuturna Pro qua ſanãda (vt dicũt Marc⁹
⁊ Lucas) multa paſſa fuerat a medicis/⁊ omne
ſubſtãtiã ſuã in medicos erogauerat/ nec quicq̃
profecerat in curatione ſua/ſed deterius ſe habe
bat qꝛ .ſ. quanto magis gẽtilitas vires naturalis
induſtrie ad philoſophos ſuos expendit (qui re-
cte viuendi precepta hominibus ſe dare promit
tebant) tanto minus poterat a ſanguinibus pec
catoꝝ liberari nã philoſophi quaſi hominib⁹ cõ-
ſulendo ingerebant demones pro dijs colẽdos
quib⁹ audiendis naturalis induſtrie vires vane
expendebant/⁊ deterius ſe habebant ꝙ̃ ſi in pu-
ris naturalibus vixiſſent Sed vbi celeſtem me-
dicũ cognouit adeſſe. cepit remediũ ſperare et ꝗ-
rere ⁊ ſalute iudeis paratã preripuit gẽtilitas ac
ceſſit enim/credidit/⁊ dixit qꝛ his tribus fide ver
bo ⁊ opere omnis ſalus adquiritur At ieſus vi-
dens .i. approbãs fide ⁊ deuotionẽ eius (quia po-
pulus quẽ nõ nouerat in auditu auris obedíuit
ſibi) dixit gentilitati cõfide filia de mia dei quia
fides tua qua in me credidiſti te ſaluã fecit a pec
catoꝝ profluuio nõ aliqua induſtria legis natu-
ralis/nec doctria philoſophali. et ſic per fide actu
chriſti ſalua facta eſt gentilitas ex illa hora qua
credere cepit in eũ Adhuc autẽ loquẽte ieſu ve. ba Tertia ps
ſalutis ad gentiles in eccleſia ſua per ſuos pre- euãgelij
latos in ſexta etate hoc eſt ante finẽ ſeculi venĩũt
quidã nũcij .i. annunciatores vel predicatores le
gis Moyſi ad ſenſum ſpiritualem dicentes ei qꝛ
filia tua .i. ſinagoga iudeorũ omnino mortua eſt
per finale reprobationẽ a deo eã odio habente
ſed non eſt talis conditio dei qui adhuc memor
eſt ſanctitatis priſcoꝝ patrũ ſinagoge ꝓpter quo
rum merita adhuc reſpicit oculis mie ſemẽ eoꝝ
quãuis malũ Ieſus ergo audito hoc verbo illoꝝ
predicatoꝝ ait archiſinagogo Moyſi noli timere
finalẽ reprobatione oim iudeoꝝ et cũ veniſſet ꝑ
inſpirationẽ gratie ſue in domũ eius .i. in populũ
hebreoꝝ. et vidiſſet tibicines .i. predicatores eorũ
merore ſuo alios demulcẽtes nã tibicines oꝛ in
in exequijs mortuoꝝ carmen lugubre agebant/
vt alioꝝ corda ad fletũ demulcerent et cũ vidiſſet
etiã turbã iudeoꝝ tumultuãte .i. aduerſus doctri-
nam chriſti recalcitrante quoꝝ voces ſunt quaſi
ploꝛantiũ et vlulantiũ econtra vero fideles chrĩ
ſemper letantur in canticis ecclie: iuxta illũ pſal
mi 5 letentur omnes qui ſperãt in dño in eternũ

exultabũt ⁊ habitabit in eis. hãc ergo leticiã dñi-ce inhabitationis amiſit ſinagoga merito ſue infidelitatis et ſic quaſi inter fletes ⁊ eiulãtes mortua iacet hec ergo cũ vidiſſet ieſꝰ dicebat iudeis predicatoribus. recedite. i. diminuite perſuaſiones has quia quicquid menciamini de chriſto electio ſalus erit. vnde ait nõ eſt mortua puella per finalem reprobationẽ a deo ſed dormit ſopore obſtinationis ſue a qua tamen aliquãdo ſuſcitabitur deo excitante eos per ſuã miam ⁊ deridebãt eũ talia predicante multi ex mundanis putãtes deo fore impoſſibile ꝙ reſuſcitet ſinagogã a ſomno culpe/⁊ proteruie ſue vnde licet eis videatur omnino mortua deo tamẽ nõ eſt mortua ſʒ dormit quia adhuc reſurget ad vere fidei ꝓfeſſionẽ ſ in fine mundi poſt antichriſti pſecutione de qua ſequitur Et cũ electa eſſet ab eccleſia turba infidelium ſequaciũ antichriſti et dimiſſis irriſoribus iudeoꝝ intrabit chriſtus per gratiã illuſtrante in ſinagogã iudeoꝝ et tenuit. i. accipiet manũ eius quia manus iudeorũ ſanguine multorum peccatorũ pollutas mundabit ⁊ eorũ bona opera acceptabit. et ſic dicẽt fideles ecce iã ſurrexit puella i ſinagoga hebreorũ a ſua infidelitate iã predicat chriſtũ ⁊ cõfitetur fide catholicã et exijt fama hec tanti miraculi ⁊ tanti gaudij eccl'ie in vniuerſam terrã ad quã tũc iterũ dilatabitur predicatio euãgelij chriſti ſicut in tepore apoſtoloꝝ de quibus dicitur ꝙ in omnẽ terrã exiuit ſonus eoꝝ/⁊ in fines orbis terre verba eorũ nã iudei poſt conuerſione ſuã nõ minus ꝙ gẽtiles chriſtũ valide predicabũt/⁊ feruẽter miam eius inuocabũt

Offertorium.

¶ Vñ offertoriũ De profũdis clamaui ⁊c ex ps 129 eſt vox puelle reſuſcitate de profundis hũilitatis et abiectionis i tee clamaui ⁊c et geminatur principium ad denotandã orantis ſinagoge affectione

Colo.

¶ Cõmunio Amen dico vobis ex. 7 cap Mathei eſt reſponſio chriſti ad predictũ clamorem iudeorũ conuerſorũ ꝙ ſ ipſe eſt paratus eos exaudire/⁊ cõcedere petitione eorũ dũ modo recte credant ⁊ ſeruet bene religione chriſtianã Secreta oratio. Pro noſtre ſeruitutis ⁊c eſt eccleſie ſupplicatio vt ſacrificij eucariſtie oblatione deus velit numerũ ſeruorũ ſuorũ augere per cõuerſionẽ infidelium Vltima orõ Queſumus oĩpotẽs deꝰ ⁊c petit eccleſie liberatione ab vlterioribus perſecutionibus ſ poſt morte antichriſti ⁊ ſuorum

Moralitas.

¶ Ex iſto officio poteſt ſumi doctrina moralis ꝓ preſentibus fidelibus primo vt conuertantur cito a peccatis ſuis ne ſint obſtinati vſqʒ ad finem vite ſue inſtar proteruie iudeorum qui indurati ſunt vſqʒ ad finẽ mũdi Scdo ad conſequendã perfectã anime ſanitate oportet accedere ad tangẽdas fimbrias veſtimeti chriſti tactu quodã ſpirituali. Veſtis chriſti fuit vita virtuoſa de qua apoſtolꝰ Rom. 13 induimini dñm ieſum chriſtũ hec veſtis habet quattuor fimbrias deorſum que ſunt quattuor virtutes morales ſeu cardinales in pte aũt ſuperiori veſtimeti tres fimbrie ſũt virtutes theologales fides/ſpes/⁊ charitas et virtutũ moraliũ hic ordo eſt Fimbria anterior eſt prudẽtia q̃ cauet mala futura fiũr hãc poſterior iuſticia q̃ ſatiſfacit de ꝑteritis ꝑ peccatis Dextra fimbria eſt temperãtia in pſperitate Siniſtra ẽ fortitudo i aduerſitate ⁊c

## ¶ Caput cẽteſimũtertium decimũ de officio vltime dñice poſt penthecoſtẽ: que coformiter ad penultimũ caput apocalypſis loquitur de vltima renouatione eccleſie dei quãtum ad omnes ſtatus hominum

Argumentũ officij.



Acta promiſſio ne renouationis eccl'ie ⁊ conuerſionis iudeoꝝ ⁊ alioꝝ infideliũ hec dñica. 25 et vltima poſt penthecoſte/ ⁊ proxima aduetui ſtatũ finalẽ eiuſdem eccleſie militantis in hoc ſcl'o deſcribit in tẽpore nouiſſimo ⁊ proximo aduetui iudicis chriſti ad vniuerſale iudiciũ oim hominũ. de quo etiã tepore videtur agere reſiduũ. 21. capl'i apocalypſis ſ ab eo loco veni oſtẽdã tibi ſpõſam agni ⁊c vbi notatur ſtructura ciuitatis ſancte que eſt eccleſia chriſtiana ⁊ inter cetera dicitur de muro eius habente portas duodecim in quibus ſcripta ſunt nomia duodecim tribuum filioꝝ iſrael. dicitur etiã de fundamẽto facto ex duodecim lapidibus precioſis diuerſarũ ſpecierũ in quibꝰ ſũt ſcripta ⁊ ſculpta nomia duodecim aploꝝrum. Ex quibus verbis opinamur ſignificari bis duodenos predicatores vel prelatos futuros in eccl'ia tẽpore illius nouiſſime reformationis ſue ad ſimilitudine illoꝝ duodecim pncipũ tribuũ iſrael ſub quibus hebrei terrã promiſſionis ingreſſi ſũt preuijs duobus ducibus Joſue ⁊ Caleph Similiter ⁊ illoꝝ duodecim gentiliũ diſcipulorũ quos Paulus inuenit in Epheſo ciuitate Aſie vt patet actuũ 19 cap qui etiã repleti ſpiritu ſancto loquebantur linguis ⁊ predicabãt chriſtũ introducentes in fideles in terrã promiſſionis ſ in eccl'iã gentiliũ poſſidendam preuijs duobus ducibus Paulo ⁊ Barnaba Pari ergo forma expectãdi ſunt ex iudeis cõuerſis ad chriſtũ duodecim predicatores ad introducendũ totũ genus hebreorũ in eccleſiã preuijs duobus ducibꝰ Enoch ⁊ Helia et totidẽ ex gentilibus fidelibus qui alios infideles conuertant ⁊ introducant in eccleſiã primi ſignificãtur in apocalypſi per duodecim portas muri ciuitatis ad quattuor ventos per ternarios diſtributas quia iudei ex quattuor angulis terre vocãdi ſunt ad chriſtũ ⁊ per has 12. portas ſ. predicatores in eccleſiã introducẽdi Alij vero ſignificantur per duodecim fundamẽta ciuitatis/ ⁊ per duodecim lapides precioſos/⁊ per duodecim nomina aploꝝ Quod aũt ibidem dicitur de menſura ciuitatis per calamũ aureũ ⁊c ſ regimen eccleſie illius temporis ſcdm virtutes morales ⁊ theologicas protendit

Introitus miſſe

¶ Ad hoc etiã propoſitũ adducitur miſſale officiũ huius diei cuius introitus ⁊ cetera q̃ in choro cantari habent iã dicta ſunt in precedẽti dñica.

Oratio.

Orõ Propria eſt Excita dñe tuoꝝ fideliũ ⁊c qua eccl'ia orat ꝓ illis ꝑdicatoribꝰ

bis duodeims vt fructū multū faciāt excitādo in fidelium mētes a ſomno culpe ¶ Epla Nō ceſſamus ꝓ vobis ⁊c ex primo caplo ad coloſeñ. eſt predicatio illoꝝ quos ex iudeis predicatores futuros credimus in eccleſia chriſti qua ceteros ſui generis alloquuntur fideles exhortando eos ad fidei ⁊ religionis chriſti obſeruantiā / ⁊ vite moralis perfectionē / ⁊ hoc per modū orationis ad deū ꝓ eis Ubi primo eis petit cognitione veritatis Scḋo ibi vt ambuletis ⁊c operationem virtutis. Tertio ibi in oī paciētia ⁊c. tollerātiā in aduerſis Bone orationis tres ſunt cōditiones ibi notate prima ꝙ ſit tempeſtiua i neceſſitate ideo dicitur ex die qua audiuimꝰ cōuerſionē veſtrā ad chriſtum. ſcḋa ꝙ ſit continua ideo ponitur / nō ceſſamus ꝓ vobis tertia ꝙ ſit integra ex corde ⁊ ore ideo additur / orantes ⁊ poſtulātes orō ad coꝛ / poſtulatio refertur ad os talis oratio eſt propriū officiū prelatoꝝ ⁊ predicatoꝝ pro ſuis ouibus quas paſcūt Triplex eſt cognitio neceſſaria fidelibus / prima eſt agendoꝝ. vt impleamini agnitione volūtatis dei i bene ſciatis precepta dei que ſunt ſigna voluntatis ſue ſcḋa eſt cognitio diuinoꝝ. qꝛ in omni ſapientia que eſt contemplatio diuinoꝝ ſcḋm Auguſtinū tertia eſt cognitio ſpiritualiū donoꝝ qꝛ ⁊ in omni intellectu ſpirituali. i rez ſpiritualiū nō harū corporaliū nos inquit aplus non ſpūm huius mūdi accepimus ſed eū qui ex deo eſt prime coꝛ 2 Et quia nō ſufficit cognoſcere qa ſcienti bonū ⁊ nō operanti peccatū eſt illi Jacobi 4 ſed oportet virtuoſam operatione adeſſe ad quā tria concurrūt primū eſt actualis executio de qua dicitur vt ambuletis per bona opera digne i ſicut decet filios dei ſecūdū eſt recta intentio / ideo ſequitur deo per oīa placentes non hoībus tertiū eſt ꝓficiendi deliberatio ideo in omni bono opere fructificātes ad fructificationē aūt ſequit augmentū ſcientie agibiliū vnde ⁊ creſcētes in omni ſciētia dei Et qꝛ ad virtutē nō ſolū requiritur ſcire ⁊ velle operari ſed etiā immobiliter perſeuerare ideo additur in omni virtute dei confortari ſecundū potentiam claritatis eius. i filij ſui qui eſt ſplendoꝛ patris nā ipſe per gratiā ſuā vos cōfortabit vt pſeueretis in omni opere bono Hec oīa dicta in proſperitate valent ſed in aduerſa fortuna tria requirūtur oportet enim primo ꝙ bene tolleretis aduerſa quoꝝ cauſa nō recedatis a virtute. hoꝝ quedā habent in ſe difficultatē ad que vos habeatis in omni pacietia quedam premij dilationē ad que habeatis longanimitatē i lōgā ſpem rei que differtur quedā cōtriſtationem ſed vos per oppoſitū ſuſcipite illa cū gaudio ꝓpter deū et ſitis gratias agentes pro talibus tribulationibus deo ⁊ patri i ei qui ſimul eſt dñs per timoꝛē ⁊ pater per amoꝛe vnde ſi flagellat vos vt dñs / tamen diligit vos vt pater cuius ſignū eſt qui per gratiā ſuā dignos vos fecit in partē ſortis i congregationis ſctoꝝ. i ſeruoꝝ ſuoꝝ in lumine fidei catholice qui etiā eripuit vos de poteſtate tenebrarū i diuerſoꝝ erroꝝ et tranſtulit vos in regnū dilecti. i. in eccleſiā chriſtianā que eſt regnū dilectiōis filij ſui. i dilecti filij ſui. in quo vero deo ⁊ vero homine habemus nos fideles redēptionē a ſeruitute diaboli in quantū eſt homo et remiſſione pctoꝝ ratiōe diuinitatis Hec per ieſum / filiū virginis marie / chriſtū. i. meſſiā in lege promiſſum dñm noſtrū per creationē / redēptionē / et gubernationē ¶ Euangeliū Cū videritis abominationē. ⁊c ex vigeſimoqrto caplo Mathei. a tpe antichriſti vſqꝫ ad iudiciū ⁊ fine ſexte etatis ac totius mūdi ꝯcludit hiſtoriā eccleſiaſticā ⁊ hoc ad ꝯſolationē ⁊ doctrinā iudeoꝝ ne ſpliꝰ terrena deſiderēt ſz ad celeſte hieruſalem aſpirēt In quo primo eis enarratur terreſtris Hieruſalē deſtructio ꝑterita. Scḋo ibi orate aūt ⁊c eis prenūciatur antichriſti perſecutio futura Tertio ibi ſtatim autē ⁊c ipſis declaratur iudicis chriſti diſcuſſio matura Doctrina precedentis eple impediri poſſet in nouiter conuerſis ex iudaiſmo propter coꝝ auariciā et rerū tēporaliū cupiditate cui dediti ſunt ex ſua radice. hoc impedimētū in euāgelio tollitur dupliciter / primo rememorando eis excidiū ⁊ perditionem ciuitatis ſancte Hieruſalem ⁊ totius regni terre promiſſionis per romanos ꝑncipes / de quo predixerat Daniel caplo 9 ſcḋo predicendo eis futurā antichriſti perſecutionē de qua idē propheta cap 11 In illo ergo tēpoꝛe nouiſſime cōuerſionis iudeoꝝ dixit ieſus per ſuos predicatores diſcipulis ſuis de genere iſrael. cū videritis iā factā abominationē deſolationis i deſolationē cū abominatione vel profanatione infideliū. ſtantē in loco tēpli ſancto in quo poſitū eſt abominabile ydolum imperatoris poſtea vero effectū eſt templū abominatiſſimi Mahumetis ꝙ deſolatio ⁊ abominatio predicta eſt a Daniele cap 9 his vbis. Poſt hebdomades ſeptuaginta occidetur chriſtus / ⁊ non erit eius populus qui eū negaturus eſt et ciuitatē et ſanctuariū diſſipabit popluꝰ cū duce venturo et finis eius vaſtitas et poſt finē belli ſtatuta deſolatio ⁊ erit in tēplo abominatio deſolatiōis / ⁊ vſqꝫ ad conſumationē ⁊ finē ſeculi perſeuerabit deſolatio / hec ille qui ergo hāc prophetiā legit intelligat ex facto eā eſſe cōpletā et tunc qui in iudea fuerunt fideles chriſti fugerūt monitione angeloꝝ quoꝝ hec vox in tēplo Hieroſolimitano audita eſt tranſeamus ab his ſedibus ſed alij perfidi iudei per romanū exercitū occiſi et venundati ſunt fugerūt inqꝫ ſerui dei ex iudea ad montes circuniacentiū regionū ta repēte: vt qui in tecto domus ſue erat inde fugeret non deſcendens tollere aliquid de domo ſua et q arabat in agro remotus a tunica ſua nō reuerſus ſit eā tollere quia non habuit tempus ſufficiēs pre anguſtia perſequentis ve aūt pregnātibus ⁊ nutrientibus feminis in illis diebus qꝛ omnes ille perierunt ibi non valentes fugere ecce qꝫ cito habitatores terre iudeoꝝ ſpoliati ſunt omnibus bonis tēporalibus deo permittente ⁊ puniente eos propter ſua peccata vnde non eſt ponenda ſpes ſeruis dei in bonis tā fluxis / que tā celeriter auferuntur Nec valet ſi dicens ꝙ illa deſolatio tā preterita eſt. et propter peccatū infidelitatis pri-

Epl̄e argumentū

Scḋa ps epiſtole

Tertia ps epiſtole

Euāgelij argumentum.

Prima ps euangelij

Scḋa ps euāgelij.

coꝝ iudeoꝝ euenit eis ſed moderni ſeu iuniores
illoꝝ ſucceſſores iā recte credunt chriſto/⁊ ſeruiūt
ei fideliter in eccleſia ideo iā nō permittet eos ſic
ſpoliari. ſed potius augebit diuitias coꝝ. ¶Cōtra
hoc predicitur eis futura antichriſti perſecutio q̄
vt dicitur Danielis 8 vltra q̄ꝫ credi poteſt vniuer
ſa vaſtabit et non modo iudei ſed etiā alij boni
ſerui chriſti amittent omnia hec tēporalia Orate
autē pro conſeruatione diuitiaꝝ ſpiritualiū que
ſunt vere diuitie ⁊ ſi contingat vos fugere a facie
perſequentis vt olim patribus veſtris contigit
in iudea. orate deū ne fiat fuga veſtra in hyeme i
frigiditate charitatis ⁊ fidei vel in ſabbato i ocio
aut vacatione ab opere virtutis q. d. orate ne in-
ueniat vos illa perſecutio indeuotos/⁊ frigidos/
aut vacuos virtutibus tunc enim magna virtute
opꝰ erit ſeruis dei ad reſiſtendū tante tentationi
erit enim tunc. ſ. quando reuelabitur ille iniquꝰ
tribulatio magna in eccleſia dei qualis non fuit
ab initio mūdi vſqꝫ ad illud tēpus nec poſtea fu
tura eſt vſqꝫ ad finē ſeculi dicitur enim Danie xi
ꝙ eleuabitur ⁊ magnificabitur perſecutor ille ex
diuina permiſſione aduerſus oēm deū/oēmqꝫ re
ligione/⁊ ſectā ⁊ cōtra deū deoꝝ i maximū deum
chriſtianoꝝ loquetur magnifica i magnas blaſ-
femias et dirigetur in ſua perſecutione/ atqꝫ pro
ſperabitur donec impleatur iracundia dei cōtra
peccatores ſue eccleſie et capitulo 8 eiuſdē dicit
ꝙ interficiet robuſtos fideliū et populū ſanctoꝝ
ſecundū ſuā voluntatē et dirigetur i proſperabit
dolus in manu eius ⁊ cor ſuū magnificabit ⁊ in
copia rerū oīm occidet plurimos hec ibi Sequit
in textu euangelij ⁊ niſi breuiati fuiſſēt dies illi i
illius perſecutionis ex diuina diffinitione nō fie
ret ſalua a peccato infidelitatis omis caro qꝛ nul
lus homo poſſet euadere illā tentationē quin ca
deret a fide chriſti ſed propter electos aut prede-
ſtinatos ne forte illi etiā cadant breuiabunt dies
illi ex diuina miā de qua abreuiatione dicit Da-
niel 7 ſermones cōtra excelſum loquetur/⁊ ſan-
ctos altiſſimi cōteret/ et putabit ꝙ poſſit mutare
tēpora ⁊ leges/⁊ tradetur in manu eiꝰ hoīes vſqꝫ
ad tēpꝰ ⁊ tēpora ⁊ dimidiū tēporis i vſqꝫ ad tres
annos cū dimidio Preter hanc aūt corporalem
perſecutionē antichriſti erit alia peior ſpūalis cō-
tra fidē de qua ſubditur tunc enim ſiquis ex mi
niſtris antichriſti dixerit vobis tentās fidē vr̄am
ecce hic eſt chriſtꝰ i ſaluator vr̄ in hoc loco vocās
vos aut illic i in illo alio loco nolite eis credere
vt recedatis a fide ⁊ religione veſtri ſaluatoris iā
cogniti ⁊ indubitati dicitur aūt hic ⁊ illic qꝛ vna
queqꝫ hereſis et ſecta falſa habet certas mundi
partes in quibus preualet nō aūt totū vniuerſū
ſicut doctrina chriſti Surgēt enim in tēpore illo
multi pſeudo i. falſi chriſti ſimiliter ⁊ pſeudo pro
phete i. predicatores eoꝝ: ⁊ dabūt i facient ſigna
⁊ ꝓdigia magna i mira quedā opera que videā
tur miracula ad confirmandā doctrinā ſuā falſā
ita vt in errorē falſe doctrine inducantur multi
conuicti falſis miraculis/ ⁊ ſophiſticis argumen
tis/vel etiā tormentis. que nō ſolū ſufficerent in-
ducere ad errorē cōtra fidē cōmunes chriſtianos:
ſed etiā electos i. predeſtinatos/⁊ iā confirmatos
in gratia ſi hoc deus permitteret quod tamē nō
faciet qꝛ reſeruabit ſibi quoſdā in quibus perſe-
uerabit fides catholica vſqꝫ i finē ſi ergo pſeudo
prophete dixerint vobis ecce i deſerto dogmate
philoſophoꝝ eſt chriſtꝰ nolite exire a fide: ad au-
diendū eos et ſi dixerint ecce in penetralibus. i.
ſecretis hereticoꝝ q̄ ſe iactant archana dei noſſe:
nolite credere quia fides chriſti ab oriente in oc
cidentē in catholicis fulget clara ⁊ manifeſta nō
ergo eſt chriſtus in deſerto vel in penetralibus
ſicut enim fulgur i ſplēdor ſolis exit ab oriente:
⁊ non ſiſtit ibi ſed dilatatur vſqꝫ in occidentē ita
eſt claritas fidei chriſti ⁊ ita erit aduentus ſcd̄us
filij hominis ad iudicium qꝛ apparebit in forma
humana glorioſa ⁊ cunctis manifeſta ſicut quā-
do aſcendit in celū Mā ſicut vbicūqꝫ eſt aliquod
corpus animalis aptū cibare aues illuc congre-
gantur aquile/vultures/⁊ alie aues ſic etiā vbi
apparuerit chriſti humanitas glorioſa/illuc con-
gregabuntur omnes ſancti quia ipſe eſt cibꝰ ſpi
ritualis eoꝝ erit ergo aduentus eius manifeſtꝰ ⁊
nō occultꝰ. De quo eiꝰ aduētu ad vniuerſale iudi
ciū ſequit. Statim aūt i poſt paucos dies mortuo Tertia ps
antichriſto/⁊ poſt tribulationē dieꝝ illoꝝ. i annoꝝ euāgelij
triū quibꝰ ſua perſecutio tribulabit eccliam dei
apparebunt ſigna mirabilia aduētus chriſti nā
ſol obſcurabitur per frequentes eclypſes ⁊ in ſo
litas. et ſimiliter luna non dabit lumen ſuum et
ſtelle. i comete magni cadēt de celo i. de aere me
dię regionis et virtutes i influentie ⁊ cōſtellatio
nes celeſtiū planetaꝝ cōmouebūtur ſ ad faciēdū
mirabiles effectus in hoc mūdo inferiori Et tūc
poſt illa ſigna hoīes admonentia, apparebit ſi-
gnū filij hominis i. crux chriſti/claui/⁊ alia ſigna
paſſionis ſue in celo aereo vt clare videant iu-
dei illū in quē confixerūt iuxta Zachariā ⁊ Joā
nem et tunc apparente ſigno chriſti plangēt nō
ſolū iudei qui noluerunt cōuerti ſed etiā oēs tri
bus terre i generationes gētiliū/ qui vel nō rece
perunt baptiſmū vel poſt ſuſceptū/ fidē ⁊ religio
nem non bene ſeruauerunt plangent inqꝫ ſuam
ingratitudinē qua fructū paſſionis chriſti mani-
ter perdiderunt et videbunt omnes hoīes filiū
hoīs i. chr̄m in humana forma venientē ad iudi
ciū generale in nubibus celi ſplendentibus cum
virtute magna celeſtis militie et maieſtate glīe.
Sed ante iudiciū mittet āgelos i nūcios ſuos ſpi
ritꝰ celeſtes cū tuba/⁊ pro i voce magna preconū
qua dicent ſurgite mortui venite ad iudicium
⁊ ſic congregabūt ad vallē Joſaphat prope Hie
ruſalē electos eius ad gloriā reprobi etiā citabū-
tur ⁊ cōparebunt ſꝫ nō cōgregati ⁊ ordinati vt ele
cti ⁊ angeli congregabūt eos a quattuor vētis i.
partibus terre. ſ. oriente/occidente/ſeptentrione/
⁊ meridie a ſummis i extremis celoꝝ hoc eſt ab
oībus terminis orizontis vſqꝫ ad termios oppo-
ſitos coꝝ. i celoꝝ. Ut aūt predicta omnia videan
tur dicta iudeis ad coꝝ cautelā ait illis dicite pa
rabolā ab arbore fici. i. a ficulnea. ſ. cui male vi-

xit chriſtus et facta eſt arida infructuoſa vſq; ad
fine mūdi hec eſt ſinagoga iudeoꝝ ſignum ergo
proximi aduentus chriſti ad iudiciū eſt cū iam ra
mus eius hoc eſt filij eius tener fuerit i. dimiſe-
rint cordis duriciem emolliente eos gratia dei et
folia fuerint ei nata i. verba vere cōfeſſionis fidei
catholice apparuerint in ſinagoga ſcitis i. ſcire
poteſtis tāq; ſigno certiſſimo q̄a ꝓpe eſt eſtas i.
tempus collectionis meſſiū hoc eſt dies iudicij
Ita ergo vos cum videritis in mundo hec ſigna
aduentus chriſti fieri ſcitote quia prope eſt chri-
ſtus veniens in ianuis domus veſtre dixi vobis
certiſſimū ſignū aduentus ſecūdi fore iudeoꝝ cō
uerſionē amen i. certiſſime dico vobis quia non
preteribit i. non deſinet generatio hec ſ. iudeorū
in ſua perfidia viuentiū donec fiant oīa prophe
tata ſuper eccl'iam chriſti in hac ſexta mundi eta
te tā a chriſto q̄ a Joanne euangeliſta q. d. quā-
diu eccleſia durauerit in hoc mundo nondū cō-
pletis eius miſterijs omnib⁹ etiā vſq; ad perfe-
ctione antichriſti ſemper erunt inter chriſtianos iu
dei permixti ⁊ hoc ordinauit ſapiētia diuina ad
confirmatione fidei nr̄e apud gētiles quia iudei
chriſtianoꝝ inimici afferūt in mediū corā eis teſti
moniū certiſſimū ſue fidei ſ. figuras ⁊ ꝓphecias
veteris teſtamenti. ſicut econtra miracula chriſti
facta inter gentiles confirmant fidē eccleſie ſue
apud iudeos qui ſemper ſigna querunt etiā nūc
ſicut ⁊ tēpore chri gentiles ſūt teſtimonijs ſcrip
turaꝝ contenti ſunt Ergo quādo iudei iam fere
omnes ad fidē chriſti conuertentur erit ſignū cer
tiſſimum q̄ finis mundi iā appropinquat et q̄
eccleſia chriſti parū durabit in hoc mūdo et cito
erit aduentus chri ad iudicium generale in fine
mundi cuius ſtructura nō eſt tā firma in ſuo ſta
tu q̄ verba chri/⁊ alioꝝ ꝓphetaꝝ i. ſua veritate.
ideo ſeq̄t in fine euāgelij celū ⁊ terra trāſibūt i.
poſſent cuius euerti ⁊ deſinere eſſe. q̄ verba mea
que nunq̄ preteribunt. i. cadet a ſue veritatis cer
titudine Si ergo hec chri verba fideliſſima ſunt
manifeſte cōſtat ex dictis in hoc officio finē mū-
di appropinquare in quo bona oīa tēporalia ho
minibus auferentur vos itaq; fideles ex iudeis
ad chrm cōuerſi nolite ponere cor vrm ad di-
uitias tēporales ſed potius eas cōtēnite ⁊ alias
meliores querite ſ. ſpirituales de quibus in ep'la
loquuti ſumus q2 iſtas ⁊ nō illas in eternū poſ
ſidere valebitis Secreta oro Eccl'ie tue propiti-
eſto dn̄e ⁊c. de fidelibus preſentibus loquens pe
tit per grām dei conuerti eoꝝ corda a terrenis cu-
piditatibus ad celeſtia deſideria Vltima oratio
Concede nobis dn̄e ⁊c. idē petit cū precedēte ora
tione ſub alijs verbis ¶ Quedā eccl'e in hac vl-
tima dn̄ica aliā ep'lam ⁊ aliud euangeliū legunt
etiā ad idē propoſitū de cōuerſione iudeorū circa
fine mundi ¶ Epiſtola eſt Ecce dies veniūt ⁊c.
Alia ep'la ex 23 cap Hieremie in cui⁹ prima parte aduēt⁹
chri ad iudiciū ꝓmittitur in ſcd'a ibi in dieb⁹ illis
cōuerſio iudeoꝝ ante diē iudicij p̄dicit' i. tertia ibi
Aliud euāgelium. propterea conuerſorū ex iudaiſmo ſpiritualis in
telligentia et loquela deſcribitur. ¶ Euangeliū
ſūt Cū ſubleuaſſet oculos ieſus ⁊c. ex 6. cap'lo
Joannis eſt de miraculo quinq; panū ex quibus
ſaciauit chriſtus quinq; mil'ia hominū et facit ad
propoſitū de conuerſione iudeoꝝ nā ſcd'm expoſi-
tionē Auguſtini duplex illa refectio dn̄ica ex qui
q; ⁊ ſepte panib⁹ duplicis populi iudaici ſ. ⁊ gē-
tilis conuerſionem ad fide ſignificat vnde hinc
inde ſunt notande quedā differentie in ſimilitu-
dine miraculi vt differente ſignificet conditionē
iudeoꝝ ⁊ gentiliū nā in primo miraculo ſunt pa
nes quinq; in ſcd'o ſunt ſepte panes/illi quidem
ordeacei hi vo triticei/illic duo piſces hic ſine cer
to numero pauci piſces nominantur/ illic homi
nes ſuper fenū hic ſuper terrā diſcūbere iuſſi ſūt/
ibi quinq; milia hic quattuor milia hoim ſaciant/
ibi duodecim cofini hic vero ſepte ſporte fragmē
toꝝ colliguntur Primi igitur miraculi miſteria
ad iudeos pertinent quoꝝ doctrina quinq; libris
Moyſi ⁊ duobus alijs ſ. prophetaꝝ ⁊ pſalmorū
continetur at gentiles ſeptiformi ſpūſſancti grā
ſanctificante cū alijs gratijs gratis datis ſine nu
mero reguntur in eccleſia quod in ſeptē panib⁹
⁊ paucis piſcibus ſecūdi miraculi cōtinetur Itē
panes illi ordeacei erant quia libri Moyſi miſte
ria chri ſub palea figuraꝝ occultabant ſed grā
ſpiritusſancti corda fideliū reuelans inſtar grani
triticei eadē aperta docet Lex itē vet⁹ licet car-
nem domādā p̄cipiat que per fenū (teſte Eſaya)
intelligitur ſed gratia euāgelica oīa terrena con-
culcanda demonſtrat niſi quis inquit i. enūciaue
rit omnibus que poſſidet nō poteſt meus eſſe di
ſcipul⁹ ⁊c. inſuper iudei ſenſibus corporis dediti
quinario miliarioꝝ gentiles autē euāgelicā per-
fectionē adepti quaternario numerant' In duode
cim cofinis ap'li ex iudeis orti in ſepte ſportis an
geli ſeptē eccl'iaꝝ predicatores gentiliū explicant'.
Quia igitur ſupra dn̄ica 6 poſt trinitatē de genti
lium conuerſione ad chriſtū ſub parabola mira Euāgeliū
culi ſeptē panū diſputatū eſt in primitiua eccl'ia argumē.
tēpore Cōſtantini magni ideo in hac dn̄ica vlti-
ma (que deſignat finē mundi) conuerſio iudeoꝝ mi
raculo quinq; panū demonſtratur in euangelio
predicto Ubi primo difficilis oſtēdit' iudeoꝝ ſatu
ratio Scd'o ibi dixit ergo ⁊c. liberalis aperit' er-
ga eos chriſti operatio Tertio ibi vt aūt impleti
ſunt ⁊c. duodenalis ex iudeis ꝓmittitur predica- Prima
toꝝ ordinatio Antiqua enim iudeorū protervia pars euā-
difficilē facit eoꝝ cōuerſionē q2 deus videtur ab gelij.
eis faciē ⁊ oculos auertiſſe ſed in illo tempore cir
ca finē mundi ſubleuabit ieſus oculos mie ſue
q2 videbit q̄ magna iudeoꝝ multitudo parata eſt
venire ad eū cōmora reſpectu gratie ſue diceretq;
ad prelatū vel predicatorē qui eſt Philippus i.
os lampadis eccl'ie. vnde ememus panes doc-
trinaꝝ vt manducent/et ſaturentur taliter vt ſint
contenti venire ad nos ſed hoc dixit ad proban
dum fide ei⁹ que modica eſt erga iudeoꝝ ſalutē
ipſe enim ieſus ſcit quid ſit facturus ad faciandū
eos ſ. immittere cordibus eoꝝ gratiā Philippus
aūt reſpondet nō ſufficere iudeis panes doctorū
ducentorum qui rarias/et multiplices edidere

expoſitiones ſpirituales ſuper veteri lege · que
denario mandatoꝝ cōprehenditur · ita vt iudeoꝝ
vnuſquiſqꝫ modicū quid accipiat i guſtet de illis
expoſitionibus deſperat ergo gentilis de iudeoꝝ
ſalute Quare dixit vnus ex diſcipulis chri ſ fide
lis ex iudeis cōuerſus/⁊ magis confidens de ſa-
lute ſuoꝝ ideo vocatur andreas i reſpōdes Pa-
bulo et frater Simonis Petri in quo iudeorum
genus ſignificatur dixit eſt puer vn⁹ hic ſ Moy-
ſes doctrina puerile imperfectoꝝ ſcribes qui hꝫ
quinqꝫ panes i quinqꝫ libros legis ordeaceos i figu
rales et duos piſces i pſalmos ⁊ prophetas ſed
hec documenta rudia quid ſunt i. parū proſunt
inter tantos i grandes viros ſpirituales q d illa
doctrina Moyſi licet ſapiat iudeis tamen nō po
teſt iudeos ad perfectione adducere/ nec eos ſa
Scda ps euāgelij ciare Sed nihilominus libri Moyſi/⁊ alioꝝ pro-
phetarū ſpiritualiter intellecti excuſſis granis mi
ſterioꝝ chri ex palea figuraꝝ mirabiliter ſaciunt
⁊ ſanat fideles ergo ieſus(q venerat lege Moyſi
implere i ad perfectionē adducere) dixit ad ſuos
predicatores eccleſie facite per veſtrā doctrinam
homines i humana ſapietes iudeos diſcubere i
humiliari ad terrenoꝝ contemptū erat aūt fenū
multū i. carnalis concupiſcentia in loco iudeoꝝ
Ergo preueniente gr̃a chri per eccleſie doctrinā
circa finē mundi diſcubuerūt ex iudeis numero
quinqꝫ millia i qui erant dediti exercitio quinqꝫ
ſenſuum et ieſus accepit panes ordeaceos legis
Moyſi per ſua doctrinā explicandos quādo ape
ruit diſcipulis ſenſum vt intelligerēt ſcripturas.
et cū gratias egiſſet patri de fructu eoꝝ in eccl'ia
diſtribuit i diuiſit ⁊ particulatim declarauit legē
diſcūbentibus i iudeis iā humiliatis Similiter et
ex piſcibus pſalmoꝝ ⁊ prophetiaꝝ quantū vole-
bant ⁊ poterant ipſi capere ſicqꝫ iudei ſatiātur ex
libris veteris teſtamēti declarante eos chriſti do
ctrina ſine qua ſemp famellici ſunt et qui ſic mo
riuntur deficiunt ⁊ pereunt in via huius mundi
Tertia ps euāgelij Ut autē i poſtqꝫ impleti ſunt iudei in eccleſia i
peracta ſunt tēpora quibus durare debebant in
fideles dixit chrus diſcipulis ſuis i chrianis
colligite ad eccleſia meā fragmenta i reliquias
iudeoꝝ que ſuperauerunt ne pereant in ſua infi
delitate ſicut patres eorum Collegerunt ergo iu
deos ⁊ impleuerūt in eis duodecim cophinos i
predicatores principales fragmentoꝝ i remanē-
tium iudeoꝝ impleuerunt inqꝫ ex quinqꝫ panib⁹
ordeaceis/⁊ duobus piſcibus i ex ſpirituali intel
ligentia ſcripturarū veteris legis que ſuperfue-
runt i nimis abundauerunt pro eorū capacitate
iudeis qui manducauerunt i guſtauerunt doctri
nā chri Unde illi homines conuerſi cū vidiſſent
quod fecerat ſignū i miraculū cōuerſionis ſue di
cebant pregaudio hic eſt vere propheta magnus
qui venturus erat meſſias in mundū pro ſalute
hominū ¶ Ex iſto officio colligitur pro preſenti-
Moralitas. bus doctrina moralis de contemptu bonorū tē-
poraliū qꝛ vt ap̄lus dicit preterit figura hui⁹ mū
di ⁊ nihil ſtabile aut firmū eſt in rebus iſtis cadu
cis ergo appropinquāte fine aut morte cuiuſlibꝫ
hoīs debet vnuſqſqꝫ fidelis conari ad hoc vt ani
mū ſuū abſtrahat a cōcupiſcentia bonorū/ diui-
tiarū ⁊ deliciarū huius mundi ⁊ incitet in ſe deſi
deriū futurorū bonorū celeſtiū que ſunt eterna ⁊
amitti non poſſunt a poſſidente De his enim lo
quens chrus in euangelio dicit Matthei 6 the-
ſaurizate vobis theſauros i celo vbi neqꝫ erugo/
neqꝫ tinea ⁊c modū aūt theſaurizandi in celo de
clarauit ipſe ibidē cap 19 da pauperibus ⁊ habe
bis theſaurū in celo et Luce 12 facite vobis ami
cos de mā mona iniquitatis i de iſtis maledictis
diuitijs quas poſſidetis vt cū defeceritis i p mor
tem recipiant vos in eterna tabernacula celeſtis
glorie Debet ergo vir catholicus maxime circa fi
nem vite ſue ceſſare a vicijs/⁊ peccata preterita re
dimere eleemoſinis ex quo certus eſt per doctri
nam primi euangelij huius officij/q tota dom⁹
eius terreſtris ſubuertetur et diuitias tēporales
ſecū ferre nō poterit poſt hāc vitā immo cogetur
eas dimittere velit nolit Expertuſqꝫ eſt homo in
vita ſua q diuitie iſte nunqꝫ ſatiant appetitū ho
minis ſed potius cauſant continuam eſuriē ſiue
famen per deſertū huius mundi ideo iuxta hiſto
riā ſcdi euangelij opus eſt ſequendo chrum per-
uenire ad ſatietate menſe celeſtis ad quam ipſe
chriſtus Paulo poſt in eodem cap euāgelij Joā
nis inuitans hoīes dicebat. operamini non cibū
qui perit ſed qui permanet in vita eterna ⁊c. ad
quam nos perducat ipſe qui docuit ⁊c.

## ¶ Quinta pars libri miſ-
## ſalis de officijs ſctoralib⁹ i de feſtiuitatib⁹ ſctoꝝ

Hactenus ergo de to-
to tēpore peregrinationis fideliū/et de
miſterijs ſexte etatis mundi dictū ſit in
officijs eccl'ie per ſex hiſtorias matutinales/⁊ per
viginti quinqꝫ officia miſſalia que (vt diximus)
correſpōdēt prophetie Joannis in ſua apocaly-
pſi vſqꝫ ad finem vigeſimi primi capitis eius ex
ponuntqꝫ licet ſatis obſcure viſiones de varijs
ſucceſſibus eccleſie chriſtiane vſqꝫ ad finem mū-
di Ceterum finale caput vigeſimum ſecundum
apocalypſis non videt iam reſpicere eccleſiam
militantem in hoc mundo ſed potius illam triū
phantem in celo deſcribēs ſtatum glorie beato
rum hominum ⁊ angelorum Quare nimirum ſi
viſio illa nulli correſpondeat officio eccleſiaſtico
i tp̄e peregrinatiōis Cōſonat tn̄ officio ⁊ feſtiuitati
omniū ſanctoꝝ que in cap te Kalendarū Nouē-
briū a tota eccleſia deuotiſſime celebratur igitur
pro cōplemento apocalypſis officiū eccleſiaſtici
oīm ſanctoꝝ in calce huius noſtri ſcdi libri poſt
officia de tēpore ponendū ſuſcepimus et hoc nō
ſolū in ſeipo vniuerſaliter ſed etiā ad ptes ei⁹ de
ſcendemus ſpecialiter que ſunt officia commu-
nia apoſtolorum/euangeliſtarum/martyrum/cō
feſſoꝝ/et virginū. ⁊ a vulgaribus eccl'iaſticis quꝫ
qꝫ hiſtorie vocata His enim officijs bene intelle
ctis ꝓpria ſinguloꝝ ſctoꝝ vnuſqſqꝫ vl' mediocrit
erudit⁹ ſuo igenio ⁊ ſine directore facile intelliget.

## Caput cēteſimū q̄rtūdecimū

exponit ſolū litteralr tōtiſſimū officiū oim ſctoꝝ ꝯformiter ad v. Iminū caput apoca Joānis

Argumētū officij



Oſt ſtatū hui⁹ vite laborioſe ac miſere peregrinationis fideliū ſuccedet ſerui dei ali⁹ feliciſſim⁹ in die eternitatis dei qui ſemp ſtat in meridie nec declinat ad veſperam cui etiam nox nulla ſuccedet / nulla obſcuritas / nulla aduerſitas Hūc ſtatum continue optat videre ſpōſa in canticis dicēs Indica mihi quem diligit anima mea et vbi paſcas vbi cubes in meridie ⁊c De quo etiam ali⁹ p̄pheta dixit erit dies vna que nota eſt domino nō dies et nox ſed dies ſolum qꝛ i illo ſtatu btoꝝ nulla erit nox culpe aut pene ꝫ ppetua claritas glie quā et ā diu⁹ Gregori⁹ cōtēplās inq̄ta homelia dicit Que aūt lingua dicere vl q̄s intellect⁹ cape ſufficit illa ſupne ciuitatis q̄nta ſint gaudia angeloꝝ choris intereſſe cu beatiſſimis ſpūtibus glie cōditoris aſſiſtere p̄ſenti vultū dei cernere / incircūſcriptū lumē videre / nullo mortis metu afficiꝭ corruptiōis munere letari ⁊c Hoc idē p⁹ dixerat apl's Paul⁹ vocē Eſa repetēs ſcriptū ē inqt q̄ ocul⁹ nō vidit / nec aurꝭ audiuit / neqꝫ i cor hoīs aſcēd q̄ pparauit de⁹ diligētib⁹ ſe Scd ⁊ Joānes i calce ſue apocalypſis ſub enigmatib⁹ rer corpaliū gliam ſctoꝝ paucis deſcribit dicēs ⁊ oſtēdit mihi dñs fluuiū aq̄ viue ⁊c vbi p̄mo p modū cibi ⁊ potus gliam eſſentiale btoꝝ inſinuat vbi p fluuiū aq̄ pcedēte a ſede dei ⁊ agni intelligit ſpūs ſ quo potant btī iuxta illud Joannis 4 aq̄ quā ego dabo fiet i eo fōs aq̄ ſalientis i vitā eterna ⁊ ifra cap 7 flumina de ventre ei⁹ fluent aq̄ viue hoc aūt dicebat de ſpū ⁊c p lignū i arborē vite afferēs fruct⁹ duodeci ſ ad veſcēdū intelligit hūanitas chri q̄ paſcūt ſcti iuxta illō Jo 10 igredietꝰ et egredietur ⁊ paſcua inueniet huiꝰ ligni folia fuerāt in hac vita vba ⁊ exēpla vite ſue fruct⁹ vero ſūt in patria illi duodeci n quos norat aplus Galat 5 charitas / gaudiū, pax ⁊c Scdo gliam accidentale declarat p remotionē ois mali ⁊ appoſitionem ois boni De inquit maledictū i pctum nō erit ampli⁹ ſed ſedes dei i cōfirmatio grē erit in eis ⁊ ſic ſerui ei idemabilr a ſua volūtate ⁊ nomē eius ſemp erit in frōtib⁹ eoꝝ i in ppetua memoria ⁊ nox aduerſitat ⁊ pene nō erit vltra in eis ⁊ nō egebūt lumine lucerne. i cōſolatiōe aliqua pñtis vite qm̄ dñs de⁹ illuminabit illos q̄tū ad intellectū / ⁊ delectabit q̄tū ad affectū qꝛ habebūt q̄cquid volet ideo dr̄ q̄ regnabūt i ſcla ſcloꝝ Cetera q̄ ſequūt vſqꝫ ad finē apoca recapitulatio et comendatio toti⁹ eſt libri Ecclia ergo romana poſtq̄ ſub Bonifacio 4 circa ānos dñi ſexcētos / et ſub Gregorio q̄rto circa anos 840 feſtiuitatē oium ſctoꝝ cēſuit honorādā i recolēdā multiſ de cauſis officiū ſolēne nocturnū parit ⁊ diurnū cū vigilia pcedēte

Gre 840

eidē ordinauit i q̄ eādē gliā ſctoꝝ multiplicion declaratiōe poſt Apoca pplis pdicādam ſuſcepit ideo iuxta varietate ordinū ſctoꝝ officiū variū ē nā i matutinis pma añā / pma lectō pmū rñſoriū de trinitate cātāt Scdo loco eade d̄ vgīe maria Tertio de āgelis Quarto d̄ pphetis Quito d̄ aplis. Sexto de martyrib⁹ Septio de cōfeſſo. Octauo de vginib⁹ Nono de oib⁹ eis ſimul i pſonis etiā cātātib⁹ ſilis ordo ſuat i multis eccliis na pmā lectione legit maior chori epus vl' decan⁹ ⁊c ⁊ ſic i alijs lectōib⁹ fit deſceſus p chorū clericoꝝ ſicut p choꝝ padiſi i ordinib⁹ ſctoꝝ Octauā nāqꝫ lectionē q̄ e de vginib⁹ legit vn⁹ puer nonā vo lectionē i q̄ꝫ feſto ſep maiorē e legeř In rñſorijs q̄s cātādis eūdē ordine tenēt a maiorib⁹ ad minores deſcēdēdo nā octauū rñſoriū i vnus diei q̄d e d̄ vgīnib⁹ dicere ſolēt duo pueri cū cādelis acceſis corā altari bte marie vgīs ad ſignificādū duo prudētes vgines ⁊c In añis laudū fere eadē ſpes apparet ⁊ i ceteris diurnis officijs ſed i miſſali officio tā vigilie q̄ etiā ipſi⁹ diei oim ſctoꝝ pponūť viſiōes / ⁊ parabole adducūtur ad explicādā ſctoꝝ gliā / tū oim ſimul tū etiā ſigilati q̄ruꝫ ordinū inducūť Vnā itroit⁹ miſſe vigilie Iudicāt ſcti gētes ex 3 cap ſapie excellētiā dñi / ⁊ regnū eoꝝ pponit itroit⁹ vo diei Gaudeam⁹ oēs ab ecclia edit⁹ nr̄as cōgratulatione de eoꝝ glia adiūgit Vtriuſqꝫ diei verſ⁹ exultate iuſti i dño ⁊c. ps 32 ipſos ſctos paradiſi alloquitur i gaudio p quo alie eccle legūt tuz eiuſdē feſtiie ab ecclia ordinatū ſcꝫ. gaudet āgeli / ⁊ exultāt archāgeli ⁊c. Orō vigilie Dñe de⁹ nr̄ ⁊c ⁊ orō diei Omnipotēs ſepitne de⁹ vniformiter petūt a deo multiplicē grām / ⁊ ppiciatiōis abūdātiā pp̄ter interceſſionē multiplicū ſctorū q̄rū memoriā agit ecclia in hoc feſto ſolēniſſimo nā pie credit eos p nobis interceſſuros corā deo q̄rū feſtū tāta deuotiōe celebram⁹ Et illoꝝ ordinū ſinguli petūt p nobis grās eis magis correſpōdētes vt apli fidē / euāgeliſte ſapiētiā / martyres fortitudinē / ꝯfeſſores tēpetātiā / vgīes mūdiciā ⁊c Epiſtola vigilie vidi i medio thrōi ex 5 cap apocalyp oim ſiml ſctoꝝ gliam deſcribit In q̄ pmo chri regis oium eminētia memorať ſcdo ibi ⁊ cū apuiſſet librū ſctōꝝ hominū obediētia declarať. Tertio ibi ⁊ audiui voce ⁊c angeloꝝ aſſiſtētia cōmedať e itaqꝫ plen⁹ ei⁹ ſenſ⁹ q̄ ſup oēs ſctos angeloꝝ ⁊ oium ordines aſtat i glia thron⁹ diuine maieſtatis in cuius medio e chriſtus filius dei qꝛ eſt media i ſcda in trinitate pſona quātū ad naturā diuinā ſed rōne humane nature ē in medio i honorabiliori loco in medio quattuor aialiū ⁊ ſeniorū i aploꝝ ⁊ euāgeliſtaꝝ ⁊ ex cōſequēti alioꝝ oim ſctoꝝ ⁊ hoc ideo qꝛ hic fuit agn⁹ ſua morte tolles pctā eoꝝ / dansqꝫ illis ſeptiformē gratia ſpiritus ſ ſignificatā p cornua ſeptē et oculos ſepte Hic etiā accepit librū diuine pdeſtinatiōis ſctoꝝ a dextera pris ſedētis i pſidētis i throno deitatis accepit iqꝫ vt ipe tāqꝫ primogenit⁹ dei fili⁹ multos ei filios adduceret in gliam Hunc librū ſecretiſſimū ipe eis apiet poſt hac vitā i padiſo celeſti Et tūc q̄ttuor aialia i totidē ſctoꝝ hominū ordines

Matutinū

Introitꝰ miſſe.

Oratio

Epiſtola vigilie.

apl̄i vt Leo/martyres vt Vitul⁹/ꝯfeſſores vt ho
mo/virgines vt aquila ⁊ vigintiquattuoꝛ ſenio
res qui ſunt vniuerſi dictoꝝ ſtatꝰ et maiores hi
oes in gl̄ia paradiſi ceciderūt corā agno predicto
i humiliati ſunt ſub eo recognoſcentes ei obedi
entiā/⁊ grāꝝ actionē ꝑ multis beneficijs ab eo
ſuſceptis ideo dicūtur habentes phialas i mas
aureas i acceſas charitate ⁊ plenas odore deuo
tionis ⁊ cātabant in laudem dei cāticū nouum i
nouo modo qꝛ nō quale in hac valle miſerie cā
tare ſolebat imꝑfecte dicētes dign⁹ es dn̄e ⁊c nō
ſolū hoīes beati ſed etiā angeli ſancti chriſtū ve
nerant/⁊ laudāt dicētes dignus es dn̄e ⁊c et erat
numer⁹ eoꝝ millia milliū qḋ etiā dr̄ Danielis 7
qui ſunt in ꝑadiſo in circuitu throni diuine m a
ieſtatis ⁊ ſenioꝝ i hominū cōſortes gl̄ie ipſoꝝ
¶ Sed ep̄la diei hui⁹ i Vidi alteꝝ āgelū ⁊c Apo
cali 7 ſigillatim diſcurrit ꝑ oēs ſctoꝝ ordines tā
angeloꝝ q̄ꝫ hominū Quē pmo ꝓponit cauſam
efficientē beatitudinis ſanctoꝝ. Scd̄o ibi ⁊ audi
ui numerū ⁊c ſub duodenario enumerat ordines
eoꝝ Tertio ibi poſt hec vidi per epilogū recitat
officia btōꝝ hoīum ⁊ angeloꝝ Suppoſita ergo
ex principio capituli viſione de quattuoꝛ angelis
malis ſtātib⁹ ſuꝑ quattuoꝛ angulos terre/⁊ pro
hibentib⁹ quattuoꝛ vētos ne flaret ſuꝑ hoīes ⁊c ꝑ
quos demones intelligim⁹ ſalutis humane inimi
cos qui in hac vita parati ſunt nocere hominibus
prohibēdo inſpirationes ſanctas/ precepta dei/⁊
cōſilia euangelica ne opere adimpleant ea qui
demones numero quaternario explicātur prop
ter quattuoꝛ mūdi ꝑtes q̄ ſunt oriens/occidens/
meridies/ſeptētrio nā in oī loco nitunt̄ homini
b⁹ nocere Similr̄ iſpirationes grē dei ⁊ bonoꝝ
angeloꝝ/atqꝫ ꝯſilia ſanctarū ſcripturaꝝ ad nr̄am
ſalutē ordinata quattuoꝛ venti noīantur propter
eandē rōnem /vel etiā propter quattuoꝛ euāge
lia /vl̄ propter quattuoꝛ p̄dicāda in lege dei que
ſunt agēda/credēda/euitāda/ſperāda/vel propt̄
quattuoꝛ vite hominis ſtatus qui ſunt natiuitas/
mors/proſpitas/aduerſitas ex quib⁹ inſpirātur
in nob ꝯ quattuoꝛ magne virtutes ex natiuitate
humilitas/ex morte timoꝛ dei/ex ꝓſperitate gra
tificatio.ex aduerſitate pacietia has ꝓhibere vo
lūt demones ꝑ quattuoꝛ vitia i cōtraria hec ſunt/
contra humilitatē ſuꝑbia/cōtra timoꝛē p̄ſumptio
diuine mīe cōtra grāꝝ actionē ingratitudo/ con
tra pacietiā indignatio aduerſus iudicia dei His

Pria ps epiſtole

itaqꝫ ſuppoſitis nr̄a ep̄la ꝓponit autoꝛe vite
btē ⁊ ſalutis humane ieſum chr̄um ⁊ vidi inquit
alterū angelū de quo Malachie 3 angel⁹ teſta
menti aſcēdentē ꝑ incarnationē ab ortu ſolis i
a patre ꝓficiēdo ſapiētia et etate ⁊ poſt mortē ſuā
iteꝝ aſcēdit ſuꝑ oēs celos/ miſit ſpūm ſctūm/⁊ ꝑ
ſuos p̄dicatores mūdū illūinauit ſicut ſol oriens
habētem ſignū dei viui qꝛ vidim⁹ gl̄iam ei⁹ qua
ſi vnigeniti a patre/ ⁊ apparuit inter hoīes qua
ſi immunis a pctō/ et potētiā habēs dimittendi
pcta qḋ ē ſignū dei viui ſigno etiā crucis ſue fide
les impſſit nā eccl̄ie cōſuetudo habet vt cū cathe
zizatur infans oleo ſignetur in peccore vt fidem
cordis habeat in frōte ne erubeſcat in aduerſita
te ſꝫ fidē ꝯfiteat̄ corde enī creditur ad iuſticiā ore
aūt ꝯfeſſio fit ad ſalutē Roma.10 in ſcapulis vt
on⁹ chr̄i portet in vertice vt rōnem cōſeruet q̄ eſt
vertex ⁊ caput interioris hoīs Hoc ſignū ⁊ſi no re
fide tamē ꝓtulerūt antiq̄ pr̄es q̄ in Moyſe ⁊ ma
ri baptizati ſūt pr̄e corint.10 Et iſte nr̄ angelus
clamauit voce magna in ꝑ aſſiōe ſua ꝯtra q̄ttuoꝛ
p̄dictos malos angelos q̄b⁹ datū i ꝑmiſſū ē licet
nō tn̄ quātū volūt nocere t̄re ⁊ mari nā ꝑ paſſio
nis chr̄i magnā vtute reqſitū ē tyrānicū impiū de
monis ſuꝑ ſeruos dei hic ē enī ille lapis ſine ma
nib⁹ p̄ciſus q̄ ſtatua quattuoꝛ metallis ꝯſtāte cō
fregit i quattuoꝛ malos āgelos ligauit /repſſit/⁊
ſuꝑauit dicēs nolite nocere i nō tātū laborātis in
nocēdo t̄re i auaris/mari i luxurioſis/neqꝫ arbori
b⁹ i ſuꝑbis ſed cōuertēdis ad veniā vel hec noīa
ſignificat loca in q̄b⁹ hoīes hītant i t̄rā aridā/in
ſulas maris/⁊ ſiluas montiū ⁊ hoc mādatū durat
ꝑ totā hāc vitā ideo angel⁹ nr̄ dixit eis nolite in
q̄ꝫ nocere ⁊c quoadusqꝫ ſignem⁹ i ſigno crucis di
ſcernam⁹ ꝑ baptiſmū ego iteri⁹/⁊ miniſtri mei ex
teri⁹ ſeruos dei nri i frōtib⁹ eoꝝ ne celet̄ i tribula
tiōe nā ſignatio pectoris ꝯfeſſio ē cordis potiſſima
itaqꝫ cauſa btitudīs ſeu gl̄ie ſctoꝝ fuit victoria cru
cis chr̄i ſuꝑ demōes q̄ nobꝭ cōmunicat̄ in baptiſ
mo q̄ ſerui dei ſignāt̄ ſeu diſcernunt̄ a filijs Ba
bilonis i ꝑditionis Qui ergo ſeruāt bn̄e baptiſmū
ſuū ſūt de nūero ſctoꝝ Et audiui nūerū ſigna Scda ps eple.
toꝝ cētū quadragintaq̄ttuoꝛmillia ⁊c pōit̄ nūerus
hic finit⁹ ꝓpt̄ ſui ꝑfectiōem ⁊ qꝛ de⁹ ſub certo nu
mero electos ſuos ꝯprehēdit ipſi in btī hoīes mͥl
to plēs ſunt ſūt q̄ꝫ 144000 in ꝑadiſo vt iſta di
cit̄ Ponit iſte numer⁹ btoꝝ poti⁹ q̄ꝫ ali⁹ ⁊ ꝓpter
arithmeticā ꝑfectione ⁊ ꝓpter theologicā ſigni
ficationē ſi q̄dē millenari⁹ cubic⁹ ē ex radice dena
nario ſimilr̄ cētū quadraginta quattuoꝛ quadrat⁹
ē ex duodenario ꝓcedēs cubic⁹ aūt ē ſolidoꝝ nūe
roꝝ ꝑfectiſſim⁹ ſicut quadrat⁹ ē potiſſim⁹ plano
rū ſuꝑficialiūqꝫ numeroꝝ.qꝛ ergo vita illa ſctoꝝ
in patria ē aliaꝝ oīum ꝑfectiſſimā (cū ſit ſtat⁹ oī
um bonoꝝ agregatiōe ꝑfect⁹) nimirū ſi eoꝝ nu
mer⁹ tali ꝑfectione centū quadraginta quattuoꝛ
millia determinet̄ ad inſinuādū q̄ in btīs ē oīs
humana ꝑfectio /ſcꝫ linealiū nūeroꝝ i incipiētiū
hominū/ſuꝑficialiū i ꝓficientiū/ ⁊ ſolidoꝝ i ꝑfecto
rū hui⁹ vite imo eſt multo maioꝛ q̄ſi i infinitū Et
itē qꝛ duodeci ex t̄nario ductoi q̄ternariū ꝯſurgēs
ſignificat eos q̄ fidē trinitatis i q̄ttuoꝛ mūdi par
tib⁹ ſunt ſignati q̄ fides in q̄ttuoꝛ euāgelijs expli
cata ē ideo iteꝝ multiplicam⁹ duodeci ꝑ q̄ttuoꝛ
vt fiant q̄draginta octo ſꝫ qꝛ oīs ſctoꝝ ꝑfectio ad
trinitatē finalr̄ refertur iccirco triplicato q̄drage
nario octauo ad cētū q̄draginta q̄ttuoꝛ aſſurgim⁹
millenario inſcriptū ſignificātes ꝑfectiſſimā illā
ſanctorum vitā in deo Sed qꝛ populus hebre
orum figuralis ſuoꝝ ⁊ alioꝝ oīum ſctoꝝ miſteria
implicauit conueniēter ꝑ noīa duodecim tribuū
iſrael oīm ſctōꝝ virtutes enumerant̄ ſiue ex iu
deis ſiue ex gētib⁹ orti fuerint qꝛ vt ap̄lus notat
Rom 2.nō eī q̄ in maniſeſto iude⁹/neqꝫ q̄ i car

ne circunciſio eſt cõputat in ſemine Abrahe ſed
q̃ in abſcõdito ſ. p fidẽ/⁊ circũciſio cordis in ſpũ ⁊
Galat 3 quicũq; ex fide ſũt hi filij ſunt Abrahe
cui dñs ait in te bñdicentur oẽs gentes qui ⁊ p̃rem
multarꝫ gentiũ ipſum noiauit Ergo ait Joãnes
in ep̃la vidi p̃dictũ nũerũ ſignatorꝫ ex omni tri
bu filiorũ iſrael. i. ex oibus hoibus fidem Jacob
imitantib⁹ qđ patet qꝛ iudas qui erat in ordine
gñationis carnalis quartus filiorꝫ Jacob hic pri
m⁹ ponit ad innuendũ q̃ ſpũalis ꝓſapia inqui
ritur/et item ꝓpter reuerentiam chr̃i qui fuit de
tribu iuda hec generatio alijs p̃fertur quare me
rito tribus Dan ſubticet ex qua p̃dicit antichriſ
naſcitur⁹ qui eijciendus ẽ a nũero ſanctorꝫ Etiã
propter ſignificationẽ nominũ ordo ſic diſponit.
nã in primis quattuor noibus diſtinguunt grad⁹
ſctorꝫ penes hoim etates qꝛ iudas interpretat cõ
fitens vel laudãs deũ et ſignificat pueros inno-
centes q̃ ſola p̃rum ſpũaliũ ꝯfeſſione ſaluãtur
hoc enim ſufficit eis q̃ nõ reſeruant hic vt viuãt
ẽ ergo ſenſus ex tribu Juda duodecim millia ſi-
gnati .i. p̃m⁹ ſctorũ grad⁹ ⁊ infim⁹ ẽ īfantũ bapti
zatorꝫ. Ex tribu Rubẽ .i. videtis filiũ hoc ẽ opa ⁊
merita ꝓpria qđ conuenit adultis qꝛ hic ẽ ſc̃dus
gradus ſctõrum hoc eſt ſimpliciũ puerorꝫ Gad
iterpretat accinct⁹ ad bellũ ſi tribulatio iminent
tẽtatiõis ⁊ eſt terti⁹ grad⁹ adoleſcẽtiũ bone indo-
lis Aſſer .i. btũs homo medie etatis mũdanis re
b⁹ nõ itedes ⁊ e q̃rt⁹ grad⁹ ſctõrũ In ſc̃do q̃terna
rio diſtigunt ſctõrũ adultorꝫ v̓tutes vt Neptalin
.i. latitudo ex charitate bõa ſua alijs miſericorditer
diſtribues vt bon⁹ actiu⁹ ⁊ ẽ quint⁹ grad⁹ ſctõrũ
Manaſſes .i. obliuio nõ prouides ea q̃ ptinẽt ad
vſũ hui⁹ vite qualis ẽ vir cõteplatiu⁹ ⁊ eſt ſext⁹
grad⁹ Simeõ .i. triſtitie ſiue meroris exauditio ⁊
is eſt penites de pctis preteritis ſeptim⁹ grad⁹
Leui .i. addit⁹ ſ. qui nõ ſolũ precepta facit ſꝫ etiã
cõſilia ſup addit vt bon⁹ religioſus octau⁹ grad⁹
ſctõrũ Ultima q̃ttuor nomia ſignificãt ſtat⁹ ſctõrꝫ
in eccleſia militãte vt Yſachar p̃latos iterp̃tat e-
enim Yſachar .i. merces hoc ẽ tedes ad mercedẽ
btitudinis celeſtis/et renuens terrenã vt bon⁹
prelatus non⁹ gradus Zabulon ideſt habitacu
lum fortitudinis. quia laborem pro chriſto ⁊ pro
eccleſia non recuſat quales fuere martyres de
cimus grad⁹ Joſeph .i. augmẽtum vel accreſcẽs
ecclĩam dei vt bon⁹ doctor fidei vndecim⁹ grad⁹
Beniamin .i. filius dextere .i. gratie dei hic e vere
humilis oĩa bona ſua nõ ſibi ſꝫ mie dei attribues
⁊ hoc maxime ꝯuenit virginib⁹ qui e duodecim⁹
gradus ſctõrũ Hic ẽ ergo ꝓceſſus ſctõrũ ab īfan
tia vſq; ad ſenectute/a minimis vſq; ad maxima
ſe extẽdere ⁊ in quolꝫ hui⁹ vie gradu duodecim
millia ſignati .i. mlti ſine numero ſcti ꝑuenerunt
ad gloriam dei Poteſt iſte duodenarius totus
referri ad ſanctos adultos qui diuerſis virtu-
tum et meritorum prerogatiuis ad beatitudinẽ
peruenerunt Per Judã ſignificantur Eminen-
tes .i. laudib⁹ diuinis vt p̃dicatores Per Rubẽ
videtes deũ in ꝯtemplatione vt monachi Per
Gad accīti in bello cõtra demones. vt ſacerdotes
eccl̃ie Per Aſſer ſentiẽtes guſtũ btitudinis vt de
uoti layci per Neptali. effuſi .i. opib⁹ mie ad pau
pes Per Manaſſen. obliti mũdane vanitatis vt
heremicole Per Symeõ auditores deuoti verbi
dei ſimul ⁊ factores vt boni parrochiãi. Per Le
ui ſupaddẽtes ꝯſilia p̃cepti vt religioſi Per Yſa
char querẽtes mercede vite eterne vt laborioſi ꝯ-
iugati Per Zabulõ p̃parãtes dño habitaculum
cordis vt v̓gines Per Joſeph ꝓficietes de bo-
no in meli⁹ vt penitetes Per Beniamin habẽ-
tes ſpecialem gr̃am ad vtilitatẽ ꝓximorꝫ vt pro-
phete ⁊ faciẽtes miracula de quolꝫ enim horꝫ or
dinũ ſctõrũ multa millia ſunt in patria illa btã.
Et ne quis crederet de ſolis filijs Jacob ſm car
ne p̃dicta eſſe accipiẽda ſubiũgit poſt hec vidi tur
ba magnã .ſ. filiorꝫ iſrael ſcõm ſp̃alẽ gnrationẽ q̃ſi
gnificata eſt in filijs carnis ei⁹ quã dinumerare
nemo hominũ poterat quãuis eorꝫ numer⁹ ſit vt Tertia po
iã inſinuatũ ẽ in illo numero 144000 ſignati epiſtole.
⁊ hec turba erat ex oib⁹ gẽtib⁹/iudeis/grecis/la-
tinis ⁊ ceteris barbaris natiõib⁹ qꝛ de his oibus
multi ſunt ſaluati ⁊ .i. q̃lib; gẽte ex oib⁹ tribubus
eius ⁊ in qualꝫ tribu ex oib⁹ populis ei⁹ et in q̃lꝫ
poplõ ex oib⁹ linguis ei⁹ qꝛ de q̃lꝫ eorꝫ ſunt plu-
rimi ſcti in gl̃ia celeſti. vt null⁹ gl̃iet ſup aliũ q̃ſi ſi
bi ⁊ ſuis ſolũmodo eſſe debitã gl̃iam padiſi. quia
ap̃lus Paul⁹ dicit .i. Thim 2 de⁹ vult oẽs homi
nes ſaluos fieri .i. de oĩ gente et natione homi
nũ Et hi oẽs ſcti ſtãt in gl̃ia ante thronũ diuine
maieſtatis ⁊ in cõſpectu agni .i. humanitatis chr̃i
que ceteris creaturis p̃eminet ⁊ ſtãt q̃ſi ſemp pa
rati facere mãdatũ dei ⁊ ſunt amicti ſtolis ſeu ve-
ſtib⁹ albis q̃s dealbauerũt primo .i. baptiſmo de
inde proprijs lachrymis ⁊ dicũtur veſtes anima
rũ vl̃ potentie/vel virtutes/vel etiã corpora hũa-
na. et palme erant victorie in manib⁹ eorꝫ qꝛ vin
cerũt carnẽ/mũdũ/⁊ diabolũ Et ſctõrũ hominũ
officia corã deo ſunt cõtinue ⁊ ꝑpetue laudes ei⁹
iuxta illud pſalmi 83 Bti q̃ habitãt .i. domo tua
dñe in ſecl̃a ſeclõrꝫ laudabũt te Jdeo hic dr̃ q̃ cla
mabãt voce magna .i. ex magna affectione ⁊ de-
ſiderio charitatis dicẽtes ſalus ⁊ btitudo noſtra
attribuet principalr̃ deo nr̃o qui ſedet ſup thro-
nũ angelorꝫ nã eius gr̃a nõ virtute nr̃a ad tãtam
gl̃iam deuenim⁹ attribuat etiã agno qui ſua mor-
te et paſſione in humana natura nos redemit tã
q̃ꝫ inſtrumẽto diuine mie Et nõ ſolum homines
beati ſed etiã angeli ſtabant in circuitu throni/et
ſeniorꝫ/⁊ quattuor animalium quaſi cuſtodes oui-
lis dei ⁊ ceciderũt in facies ſuas .i. humiliati ſunt/
et adorauerũt deum tanq̃ꝫ ſerui dñum ſuum di-
cẽtes amen .i. benefacitis vos homines beati qui
gl̃iam vr̃am gr̃e dei attribuitis qꝛ nos angeli idẽ
facimus Poteſt etiã ſic cõſtrui angeli adoraue-
runt deũ dicẽtes amẽ/bñdictio/claritas ⁊c itaq;
.i. ya men ſit principiũ laudis angelorꝫ amẽ .i. veri
tas dei in promiſſis bñdictio .i. exaltatio ſua ſup
omnem creaturam vel exaltatio noſtra ad hãc
gloriã claritas .i. impaſſibilitas in ſe ipſo et etiã
in opibus noſtris ſapiẽtiã qua omnia ſcit et nos
ſcientes facit gr̃arũ actio. quia bonum qđ hꝫ in ſe

dat alijs i grãm ⁊ glĩam honoꝛ ſuꝰ ⁊ noſter acti-
ue ⁊ paſſiue virtus i potentia reſiſtendi aduerſis
⁊ in ſe et in nobis ⁊ foꝛtitudo q̃ eſt actꝰ ꝟtutis ſit
deo nr̃o. q2 de his oibꝰ bñficijs ſunt habẽde gra
tis deo/ ⁊ de his oibꝰ ſuis ꝑfectionibꝰ eſt ſibi cõ-
gaudẽdũ in ſcl'a ſcl'oꝝ i vt ſic ꝑmaneat in eternũ
ame i ita fiat q2 hoc eſt deſideriũ nr̃m vt ſaluꝰ et
incolumis ſit deꝰ nr̃ in eternũ quo ꝑmanente etiã
⁊ nos ꝑmanebimꝰ ¶ In graduali vigilie Exul-
Graduale tabũt ſcĩ ex ps̃ 149 ꝑdicat eccl'ia viatoꝝ ſctoꝝ
glĩã quã i epl'a audierat q̃ſi cõgaudẽs eis Verſꝰ
eſt Cãtate dño ⁊c eiuſdẽ pſalmi ꝑncipiũ incitãs
fideles ad laudes dei exẽplo eoꝝ de qbꝰ ſequit
laus eiꝰ in eccl'ia ſctoꝝ triũphãte Sed graduale
diei Timete dñz oẽs ſcĩ ex ps̃ 33 ipos ſctos hoies
⁊ angelos alloquit comẽdãs eoꝝ officia cũ ſpe
magni ꝑmij Verſꝰ Inquirẽtes aũt ex eodẽ ps̃
exhoꝛtatio eſt viatoꝝ ad imitatione ſctoꝝ btoꝝ
ꝓpter ſimile ꝑmiũ Allĩa multiplex cãtat in hoc
Alleluia. feſto ꝑmũ eſt vox chrĩ Matthei 11 venite ad me
oẽs ⁊c. hãc audiũt ſcĩ q̃ꝛ primũ exeunt ab hoc la
boꝛioſo ſcl'o Scdz allĩa e hec eſt vera frñitas vox
eccl'ie militãtis cõgaudẽs ſctoꝝ glĩe Terciũ eſt o
q̃ꝫ glĩoſũ eſt regnũ ⁊c ad eãdẽ intelligẽtiã cũ ꝑce-
dẽte ⁊ ſumit ex capl'o 19 apocalyp Quartũ eſt btĩ
ẽ'tis ſcĩ ⁊c ad idẽ ꝓpoſitũ ¶ Euãgeliũ vero ⁊ vi
Euãgelij gilie Luce 6 ⁊ diei Matthei 5 in ſentẽtia idẽ ẽ ſ.
argumen ꝑncipiũ ſermonis chrĩ in mõte ad aplĩos ⁊ in pla
tum. nicie ad turbas quo ſctoꝝ btĩtudines ſigillatim
enumerat ideo ſolã lr̃am euãgelij diei ꝓſeq̃mur
In quo ꝑmo locꝰ btoꝝ ſublimis ꝑmõſtrat Scdo
multiplex coꝝ gradꝰ declarat ibi btĩ paupes ⁊c
Tertio viatoꝝ laboꝛioſꝰ ſtatꝰ ꝯſolat ibi btĩ eſtis ⁊c.
Locꝰ ꝓpꝛiꝰ btoꝝ maxĩe hoim quo ad coꝛpa eſt
Prima celũ empireũ tũ ꝓpter nobilitatẽ coꝛpoꝝ glĩfica-
ps euan- toꝝ qbꝰ debet nobiliſſimꝰ locꝰ qualis eſt ille em
gelij pireꝰ i fulgetiſſimꝰ ⁊ clariſſimꝰ q̃ ꝓpterea dicit
igneꝰ tũ etiã ꝓpter incoꝛruptibilitatẽ q2 illis coꝛ
poꝛibꝰ tã imoꝛtalibꝰ ⁊ icoꝛruptibilibꝰ debet locꝰ li
ber ab oĩ coꝛruptiõe q̃le ẽ celũ nõ recipiẽs ꝑegri-
nas ipreſſiões tũ deniq̃ꝫ ꝓpter q̃etẽ ⁊ imobilitatẽ
q̃ reꝓmittit ſctis poſt laboꝛes huiꝰ vite ps̃ 4 in
pace inidipm doꝛmiã ⁊ req̃eſcã. celũ aũt empireũ
ponit a ſctis oio q̃etũ ⁊ immobile ſup oẽs celos
mobiles ideo nimiꝝ ꝑ mõte ſignificat. de quo dr̃
q̃ꝛ vidẽs ieſꝰ turbas hoim ſibi ſeq̃ntes aſcẽdit die
q̃dragesimo poſt reſurrectionẽ ſuã in mõtẽ glĩe
btoꝝ p̃cedes iter ãte eos dr̃ aũt locꝰ ille celeſtis mõs
q2 ibi eſt herba viridis ad paſcua oiuũ i hũanitas
chrĩ Joãnis 10 ⁊ cõcoꝛdat Ezechiel ca 34 paſcã
oues meas in montibꝰ iſrl' ibi requieſcẽt i herbis
virẽtibꝰ ⁊c ibi ẽt ſunt roſe martyꝝ/ viole cõfeſſoꝝ/
lylia virginũ Et cũ ſediſſet ibi chꝛiſtꝰ ad dextrã
prĩs i in potioꝛibꝰ bonis glĩe tã rõne diuine q̃ꝫ ra
tione hũane nature acceſſerũt ad eũ ꝑ tẽpoꝝ va-
rias etates diſcipl'i eiꝰ i fideles oẽs i diuerſis gra
dibꝰ meritoꝝ. Quibꝰ ſecũ receptis i eadẽ glĩa ap
periẽs ieſus eis os ſuũ i facie hoc eſt diuinitatẽ
ſuã in qua tãq̃ꝫ in ſpeculo oĩa videt docebat eos di
Scda ps uerſitates celeſtiũ mãſionũ dicẽs Btĩ paupes ſpũ
euãgelij ⁊c vbi octo enumerat btĩtudines q̃ ⁊ ſi cuilz ſctõ

oẽs cõueniãt tñ in eis diſtincti ſctoꝝ oꝛdines inſi
nuant nã paupes ſpũ i volũtate denotãt aplĩos:
q̃ ꝓpter chrm̃ oĩa libẽter mũdana cõtẽpſerũt di
cẽtes Matthei 19 ecce nos reliq̃mꝰ oĩa ⁊ ſecuti
ſumꝰ te in hoc eñ qd̃ dr̃ paupes oſtẽdit terrenoꝝ
deſpectio in eo qd̃ dr̃ ſpũ denotat ſpũalis ⁊ recta
intẽcio in illo qd̃ ſequit regnũ celoꝝ declarat ce
leſtiũ appetitio talis paupertas eſt merito btã ⁊ in
aplĩs figurata Per mites i hũiles et mãſuetos:
angelos itelligit btõs q̃ alijs ſupbiẽtibꝰ ipi deo
hũiliter adheſerũt nobis etiã ex humilitate mini
ſtrare dignant nec ad iniurias nr̃as impaciẽtes
fiũt ideo tales merito habẽt illã terrã viuentiũ in
diuturnã ⁊ pacificã poſſeſſione Per lugẽtes apte
ſignificat martyꝛes de qbꝰ dr̃ Johã. 16 ploꝛabitis
⁊ flebitis vos mũdꝰ aũt gaudebit ⁊c hẽc ſiq̃dẽ et
felices martyꝝ lachꝛyme q̃ aiam lauãt/ diabolũ/
necãt/ deũ placant et ideo merito eis dr̃ triſticia
vr̃a vertet in gaudiũ/ ⁊ gaudiũ vr̃um nemo tollet
a vobis q2 abſterget deꝰ oẽm lachꝛimã ab oclĩs
ſctoꝝ/ ⁊ luctꝰ nõ erit ampliꝰ apoca 18 q2 ipſi cõſo
labunt Per eſuriẽtes ⁊ ſitiẽtes iuſticiã ꝓphetas
inſinuat q adueñtũ iuſti ſaluatoꝛis vehementer de
ſiderabãt dicẽtes Eſa 45 roꝛate celi deſup ⁊ nu
bes pluãt iuſtũ ⁊c nec defraudauit deus eos ſuo
deſiderio ſz in bonis ipm repleuit quando venit
plenitudo tpis de quo dr̃ qm̃ ipſi ſaturabunt nã
coꝝ vnꝰ dicebat ſaciaboꝛ cũ apparebit glĩa tua ꝑ
icarnationẽ Per miſicoꝛdes explicat prĩarchas
q̃ opibꝰ mĩe tantũ inſiſtebãt vt etiã mererent an
gelos hoſpites hr̃e/ vt Abraã/ Loth/ Thobias ⁊c
qd̃ e eos miam a deo eſſe ꝯſecutos nã Thobias
fuit illuminatꝰ/ Loth ab incẽdio liberatꝰ/ Abraã
filio miraculoſe donatꝰ ex quo ꝓceſſit illd̃ ſemẽ
in quo miam ⁊ bñdictionẽ oẽs gẽtes ſũt ꝯſecute.
Per mũdos coꝛde virgines ꝓtendit q̃ mũdiciã
coꝛpis ⁊ cõſeq̃nter coꝛdis maximã habuerũt q2
nũquã ſunt carnaliter coinquinati et ſecuti ſunt
agnũ i albis veſtibꝰ apoca 7 quas dealbauerũt
lachꝛimis ſuis/ ſanguine chrĩ/ ⁊ vnctione ſpũſſcti
Talibus ergo recte cõuenit deũ videre i glĩa qui
nõ niſi purgatiſſimis oclĩs cernit Per pacificos
ꝯfeſſoꝛes deſignat q i ſe pacẽ cõſciẽtie habuerũt/
pacẽ ꝓximis ꝓcurauerũt/ ⁊ tandẽ in pace dei q̃e
uerũt q2 ſine martyꝛio doꝛmierũt his merito pro
mittit q2 filij dei vocabũt ꝓpter eiꝰ ſimilitudinẽ
ꝑme Joã 3 filij dei ſumꝰ ⁊c et ſimiles ei erimus.
ꝓpt hereditatẽ q2 ſi filij dei ⁊ heredes ad rom̃ 8
⁊ ꝓpter familiaritatẽ ps̃ 127 filij tui ſicut nouel
le oliuarũ i circuitu meſe tue Per eos q̃ ꝑſecutio
nẽ paciunt ꝓpter iuſticiã ſctõs doctoꝛes eccl'ie de
notat q̃ ꝓpter iuſticiã fidei ⁊ religiõis vere defen
ſandã paſſi ſunt multas ꝑſecutiões ab hereticis
⁊ fautoꝛibꝰ coꝝ his recte ꝓmittit regnũ celoꝝ de
qbꝰ dr̃ hebꝛeo 11 ſcĩ ꝑ fide vicerunt regna/ opati
ſũt iuſticiã/ ⁊ adepti ſunt reꝓmiſſiões ⁊c Et nota
q̃ꝛ octaua btĩtudo redit ad ꝑmã vt ꝑ hoc iſinuet
q̃ꝛ i illa octaua etate btoꝝ natura hũana redeet
ad ſuũ ꝑmũ ſtatũ oimode icoꝛruptionis q̃ntũ ad
coꝛpꝰ ⁊ aiam ⁊ hec e rõ q̃re octo btĩtudines ꝑcile
hic enumerãt ſ ꝓpt coꝛreſpõdentiã ad octo etates

ſuoꝝ dei ⁊ quaꝝ vita plene regnabũt cũ deo ſuo: ſicut ⁊ chrs octauo die reſurgẽs ex mortuis iã nõ moꝛit ſed permanet in glia ſua Alij vero hic cõ putãt noue btitudines ꝓpterea qꝛ nono loco etiã dr̃ bti eſtis ⁊c Sꝫ hoc nõ ꝯcoꝛdat qꝛ nõ expectat poſt octauã alia etas beatioꝛ neqꝫ cõſonat ſeriei huiꝰ textꝰ q̃ hactenꝰ in tertia pſona quaſi de abſẽ tibꝰ loq̄batꝛ ſ q̃ nos p̄ceſſerũt ad prĩam ſed iã ver bo ſcd̃e pſone vtẽs ad pñtes loqtur viatoꝛes dicẽs eos etiã hic btos ſalte in ſpe ſi pſecutiões/male dictiões/⁊ medacia mũdanoꝝ patiẽter ꝓpter deũ tolleraueri͂t exeplis ſctoꝝ p̄cedentiũ qm̃ merces ſua eque certa eſt in celis ſicut fuit merces alioꝝ q poſt laboꝛes huiꝰ vite eã ſecuri poſſidẽt ideo cõ ſolãs viatoꝛes dicit gaudete ⁊ exultate inter ãgu ſtias pñtis vite ꝓpter certã ſpẽ retributiõis eter ne vn̄ Jacobꝰ aplus capit 1 omne gaudiũ exiſti mate fr̃es cũ i varias tẽtatiões incideritis ꝙ pro batio fidei vr̃e patientiã operatꝛ patiẽtia aũt opꝰ pfectũ hꝫ ⁊c Aliq̇ tñ p̄dicatoꝛes nouẽ oꝛdi͂es btoꝝ hoim enumerãt iuxta nouẽ oꝛdines angeloꝝ. dicẽ te chr̃o Matthei 22 in btitudine erũt hoĩes ſicut ãgeli dei nã ad choꝝ angeloꝝ dicũt aſſumi peni tẽtes ſimplices/ad archangelos layci deuoti/ad p̄ncipatꝰ miſericoꝛdes in proximos/ad põtates aſſumũtꝛ patiẽtes in aduerſis/ad virtutes dimit tẽtes iniurias/ad dñatiões prudẽtes hoim guber natoꝛes/ad thronos paupes ſpũ/ad cherubin ptinet/doctoꝛes ſciẽtia pleni/ ad ſeraphim demũ deuoti cõteplatiui ardẽtes charitate. Alij p̄dicato res faciũt dece oꝛdi͂es btoꝝ ſeq̄ntes illũ ps 149 ab illo verſu laudate dñm in ſctis eiꝰ vn̄ dece͂ in de notantꝛ ſctoꝝ varietates ſ laudate eũ in firma meto virtutis eiꝰ i in virgine maria q̃ eſt ſupꝛ oẽs choꝛos angeloꝝ ⁊ hoim btoꝝ laudate eũ in virtu tibꝰ eiꝰ i in ſctis angelis laudate eũ ſcd̃m multi tudine magnitudinis eiꝰ i. in ſanctis prĩarchis q̃ multas ⁊ magnas elemoſinas faciebãt lauda te eũ in ſono tube ꝓphetaꝝ chr̃i aduẽtũ p̄conan tiũ laudate eũ in pſalterio ⁊ cythara aploꝝ rõne vite ⁊ doctrine laudate eũ i tympano ⁊ choꝛo mar tyꝝ quoꝝ cutis extẽſa ꝯcutiebatꝛ ⁊ bene ſonabat. laudate eũ in coꝛdis ⁊ oꝛgano ſctoꝝ doctoꝝ eccl̃ie q̃ ex diuerſis coꝛdis ſcripturaꝝ ſuauẽ cõcoꝛdiã fe cerũt in libris ſuis laudate eũ in cymbalis iubi lationis virginũ q̃ ſoli deo vacabãt iubilãtes oĩs ſpũs i animꝰ alioꝝ innocẽtiũ pueroꝝ ⁊ penitẽtiũ ſimpliciũ adultoꝝ laudet dñm i paradiſo Unde nariꝰ nũerꝰ qꝛ trãſgreſſionẽ ſignificat mãdatoꝛũ dece nõ ptinet ad ſctos dei ideo nullꝰ predicatoꝛ poſuit vndecim oꝛdi͂es eoꝝ Alij ergo ponũt duo decim oꝛdi͂es ſctoꝝ iuxta eplam huiꝰ diei ſ nouẽ oꝛdines angeloꝝ ⁊ tres hoim ſctoꝝ q̃bꝰ debetꝛ au reola ſ vgi͂es/doctoꝛes/⁊ martyres Sꝫ verioꝛ mo dꝰ ponit tredecim gradꝰ eterne btitudinis primꝰ eſt ſcta trinitas ſcd̃us eſt chr̃i humanitas tertiꝰ eſt virgo maria Alij noue ſunt choꝛi angeloꝝ ſi mul ⁊ hoim adultoꝛũ q̃ p ꝓpria merita angelis ſunt aſſociati infimꝰ oꝛdo eſt pueroꝝ infantum ⁊ innocentiũ q̃ ſolo chr̃i merito p ſacramentũ bap tiſmi ſaluati ſunt. et ꝓbabile eſt eos ſubeſſe oĩbꝰ angeloꝝ choꝛis vt faciãt aliũ choꝝ per ſeipſos in glia. Aduertẽdũ ꝙ nõ loco ſed pfectione glie hic gradus btoꝝ diſtinguimꝰ tredecim ad ſimilitu dinẽ familie chr̃i ⁊ ſuoꝝ diſcipuloꝝ quãdo erant in hac terra. ¶ Offertoꝛiũ vigilie Exultabũt ſcti in glia: ex ps 149 ⁊ ſimiliter offertoꝛiũ diei: iuſto rũ aie ex cap 3 ſapiẽtie cõfoꝛmiter explicãt eccl̃ie militãtis letiaã de audita beatitudine eccl̃ie triũ phãtis in celo. Or̃o ſecreta vigilie Altare tuũ ⁊c. et ſacra diei Munera tibi dñe ⁊c. etiã ꝯcoꝛdãt ſup plicantes oblatũ ſacrificiũ altaris pro fideliũ po pulis fieri deo acceptũ per interceſſionẽ tot ⁊ tã toꝝ ſanctoꝝ ſuoꝛũ ¶ Cõmunio vigilie: Juſtoꝛum aie ⁊c. declarata eſt ſꝫ cõio diei Beati mũdo coꝛ de ⁊c ex. 5 capit. Matthei recitat tres btitudines ſanctoꝝ que inter alias magis cõferũt ad digne cõmunicandũ. Or̃o finalis vigilie Sacramentis dñe ⁊c. et vltia diei Da q̃ſumꝰ dñe ⁊c petũt ſctoꝝ adiutoꝛiũ ⁊ munime ꝓ viatoꝛibꝰ q̃ tanta venera tione eoꝝ memoꝛiã quotãnis agũt. Cetera oĩa q̃ in hoꝛis diurnis huius feſti contentꝛ accipiuntur ex officio cõi martyꝝ eo ꝙ prima inſtitutio eius a Bonifacio 4 erat de omnibus martyribus







## ¶ Caput cẽteſimũ quintũ decimũ de agẽda vel officio defunctoꝝ quod ſo lemniter celebratur in craſtino omniũ ſanctoꝝ.



In craſtino die oim ſctoꝝ cõſueuit eccl̃ia age re ſolẽne officiũ defunctoꝝ fi deliũ cuiꝰ triplex ẽ ratio Pri ma qꝛ ſicut populꝰ dei eſt tri partitus nã quidã ſunt ſerui dei hoĩes hic peregrinãtes in via/quidã iã beati quieſcentes in patria/ alij de mũ extra viã ſed nondũ peruenere ad patriã de tẽti in carcere purgatoꝛij donec ſoluerit vniuerſũ debitũ vſqꝫ ad vltimũ quadrãtẽ ſic etiã i p̄ncipio nouẽbris eccl̃ia celebrat tres dies cõtinuos nã vi gilia oim ſctoꝝ ẽ dies ieiunij ⁊ afflictiõis nr̃e quo recolimꝰ pñtis huiꝰ vite miſeriã ⁊ peregrinantiũ laboꝛes. Dies ſequẽs eſt feſtiuitas oim ſctoꝝ: in quo gaudemꝰ ⁊ exultamꝰ ꝓ eoꝝ glia cõmemoꝛã tes btoꝝ honoꝛes. Tertiꝰ dies eſt oꝛonis/oblatio nis ⁊ ſuffragioꝝ ꝓ his q̃ detinentꝛ in igne purga toꝛij in quo eis vꝉ plenã abſolutionẽ/vꝉ penã mi noꝛem oꝛonibꝰ intẽdimꝰ impetrare Eſt ſcd̃a rõ huiꝰ inſtitutiõis vt ſicut heri celebrauimꝰ ſiml bti tudine oim ſctoꝝ ꝓpter omiſſoꝝ feſtoꝛũ ſupple mẽtũ qꝛ nõ oim poſſumꝰ ſpecialia feſta celebra re pꝛe multitudie eoꝛũ ſic hodie opꝰ ẽ celebremꝰ cõmemoꝛationẽ oim ſiml fideliũ defũctoꝛũ vt ſal tẽ gñalibꝰ ſuffragijs adiuuentꝛ q̃ ſpecialia habere nõ valet de cõ dixi 1 caplo viſum Tertia rõ vt ſi foꝛte nr̃is oꝛonibꝰ ⁊ meritis defunctis nr̃is abſo lutionẽ a pena impetrare nõ valuerimꝰ tantoꝛũ ſanctoꝛũ interceſſionibꝰ deũ exoꝛãdo obtineamꝰ ſicut etiã pro nobis ipſis oꝛantes in collecta heri petebamꝰ ¶ Preter has eſt alia potioꝛ ratio ad confutandas hereſes circa aias hoim defũctoꝛũ

ipſius ſcte matris ecclie patētiſſima auctoritate·

Tres heretico℞ errores

fuerunt nāq̃ in hac materia tres p̄cipui errores p̄im⁹ co℞ q̄ immortalitatē aīa℞ negabāt dicetes eas ſimul mori cū corporib⁹ ex quo℞ pſona dicit ecclīaſtes 3 vn⁹ eſt interitus hoīm ⁊ iumento℞/et equa vtroruq̃ coditio ſimiliter ſpirāt oīa/⁊ nihil

Primus error.

h₃ hō iumēto ampli⁹ et ſapiētie 2 dixerunt impij apō ſe nō recte cogitātes exiguū ⁊ cū tedio eſt tē pus vite nr̄e/⁊ nō eſt refrigeriū in fine hoīs ex ni hilo facti ſum⁹/⁊ poſt hoc erim⁹ q̄ſi non fuerim⁹ extincti cinis erit corp⁹ nr̄um ⁊ ſp̄us nr̄ diffūdet tāq̃ mollis aer et trāſibit vita nr̄a tanq̃ veſtigiū nubis/⁊ ſicut nebula diſſoluet ⁊c ¶ Sed contra

Reprobatio eius

hūc errorē arguit chr̄us reſpōdēs interrogationi saduceo℞ Matthei 22. erratis (inq̄t) neſciētes ſcrip turas/ neq̃ virtutē dei. nō legiſtis qō dictū ē a deo Moyſi exodi 3 ego ſum de⁹ Abraā/deus Iſaac/ de⁹ Jacob nō eſt eīm de⁹ mortuo℞ ſed viuētiū ⁊c. q̄ d ſi iā mortuis illis p̄triarchis de⁹ ſe vocat deū eo℞ ergo aīe eo℞ adhuc viuūt· q₂ nō pōt ille eſſe de⁹ i gubernator ⁊ dn̄s eo℞ q̄ nō ſunt·ſed eorū q̄ ſunt. q₂ hec noīa relatiua couenīūt deo ex tpe ⁊ in ordine ad creaturas nā añ mūdi creationem nec erat gubernator nec dn̄s aliquorū. ideo recte di= cit q̄ nō eſt de⁹ mortuo℞ totaliter ſed viuētiū cor po℞ ⁊ aīa℞ Facit adhoc et ratio naturalis q₂ aīe brutorū ſunt educte de potētia materie ab agēte naturali. dicēte dn̄o Gene 1 p̄ducāt aque reptile aīe viuētis/ ⁊ volatile ſuper terrā. ſequit̄ p̄duxe runt aque oēm aīas viuēte in mari ⁊ omne vola tile ſcdm gen⁹ ſuū ſequit̄ p̄ducat terra aīam vi= uente iumēta/reptilia/⁊ beſtias ⁊c ergo ille aīe in eē̄ ſuo depēdet a corpe ⁊ ſic corrupto corpe ipſe pariter corrūpunt̄/ ⁊ eo mortuo moriunt̄ Sȝ aīa hoīs nō educit̄ de potētia materie a pre generan te/nec depēdet a corpe ſed a ſolo deo creāte illā qui dixit Geñ 1 faciamus hoīem ad imaginē ⁊ ſi militudinē nr̄am ⁊ preſit piſcibus ⁊c i ſit eis ex= cellentior ſequitur caplo 2 fecit deus hoīem de limo terre ⁊ inſpirauit in faciē eius ſpiraculū vi= te·⁊ factus eſt homo in animā viuēte et Ezechie lis 18 dixit deus oēs aīe mee ſunt ſicut aīa p̄ris ita ⁊ aīa filij pater ergo homo nō generat aīam hominis filij ſui ſed deus creat illam in corpore pueri exiſtēte in vtero matris ſue ergo cū illa ani ma nō depēdeat a ſuo corpe poteſt ſine illo eſſe ⁊ viuere ⁊ de facto ita eſt Cōſentit in hāc ſenten tiā ſolidiſſim⁹ philoſopho℞ Ariſtotiles libro 12 ſuorum methaphiſico℞ in caplo Tres vero ſunt cauſe dicēs cauſa mouēs i efficiēs ſunt prius ex= iſtens q̄ res facta que aūt vt ratio i forma ſimul eſſe incipit cū re cuius eſt forma et hoc verum eſt in omnibus rebus naturalib⁹ etiā in homine ſe quitur ſi aūt ⁊ poſteri⁹ i poſt corruptionē rei ali= quid manet i forma alicuius rei incorrupta per ſcrutandū eſt i dignū eſt p̄ſcrutatiōe q₂ eſt q̄ſtio vtilis ⁊ digna vero ſapiētie et ſoluens eā dicit in quibuſdā eīm nihil prohibet formā manere poſt corruptionē rei vt ſi eſt aīa talis nō oīs ſed intel= ct⁹ omne nāq̃ impoſſibile forſan ecce q̄ clare cō cedit imortalitate aīe rationalis ⁊ de alijs aīab⁹ brutorū dicit q̄ forſan hoc eſt impoſſibile Error iſte eſt homini multū periculoſus q₂ p̄ ipm ſtatī perdit hō ſpē glīe eterne quā putat nullā eſſe ⁊ perdit timorē pene inferni quē nō credit ſed di= cit fabulā eſſe fictā His 2o duob⁹ amotis ſtatim laxat abenas vicijs dicēs cū impijs ſapientie 2. venite fruamur bonis terre ⁊c. vſq̃ non ſit pratū qō nō ptrāſeat luxuria nr̄a Vn̄ ergo dixit chr̄us/ erratis neſciētes ſcripturas p̄dicātes imortalitatē aīe rōnalis et virtute dei i creatiōe/gubernatiōe/ p̄miatione/vel punitiōe ei⁹ pro meritis vel deme

Secundus error.

ritis ſuis ¶ Scd̄us error fuit eo℞ q̄ negabāt pur gatorium mori forte ex illo ecclīaſtes 11 Si ceci= derit lignū ad auſtrū vl̄ ad aq̄lonē i quocūq̃ loco ceciderit ibi erit ⁊ loq̄t̄ de hoīe cadēte p̄ morte cui nō determinātur niſi duo loca i auſter ardes cha ritate qui eſt paradiſus et aquilo ſtridēs frigore qui eſt infernus Et ex illo hebre 9 ſtatutū eſt ho minibus ſemel mori poſt hoc aūt iudiciū i ſentē= tia diffinitiua In hoc etiā errore p̄manēt hodie ferme omnes greci ⁊ quidā latini iſta adhuc per ſuaſi ratione q₂ aīa fidelis exiens a corpe aut eſt in pctō aut in grā dei non eſt dare medium ſi in pctō vadit ad infernū propter malāvoluntatē in qua ſemper erit immutabilis ſi in grā ſtatim euolat ad gl̄iam dicēte angelo Joāni apoca 14. Beati mortui q̄ in dn̄o moriūtur a modo iā dicit ſp̄us vt requieſcāt a laboribus ſuis ⁊c Sed his

Reprobatio eius

nō obſtantib⁹ iſte error improbat̄ ⁊ auctoritate ⁊ rōne Prima autoritas eſt apſi Pauli. p̄me cor 3. vbi loques de his q̄ ſup̄ fundamentū fidei catho lice ſup̄edificāt lignū/fenū/⁊ ſtipulā dicit q̄ talis ſalu⁹ erit quaſi per ignē per que tria diuerſa gn̄a pctō℞ venialiū intelligit que cōſumuntur p̄ ignē purgatorij et ſic ille talis defunctus ſaluus erit trāſiēs tamen per ignē. Scda autoritas eſt chr̄i Matthei 12 qui peccauerit in ſpiritū ſanctū/neq̃ remittet̄ ei in hoc ſclō/neq̃ in futuro ex qua ar= guit diu⁹ Gregori⁹ diſt 25 c q̄lis in qua ſententia datur intelligi quaſdā culpas hic/quaſdā in futu ro ſclō poſſe relaxari q₂ qō de vno negatur cōſe= ques eſt vt de quibuſdā cōcedat̄ ſȝ hoc de paruis minimiſq̃ peccatis fieri poſſe credēdū eſt de qui bus eſſe ante iudiciū ignis purgationis credend⁹ eſt de grauib⁹ vero peccatis per que quis om= nino malus dicitur eſt tenendum q̄ qualis hinc quiſq̃ egreditur talis i extremo iudicio appare= bit iuxta allegatū eccleſiaſtices 11 ſi ceciderit li= gnū. ⁊c ⁊ hebreo 9 poſt hoc aūt iudicium ⁊c. Con ſonat Auguſtinus in libro de cura pro mortuis agenda dicēs qui in aliud ſeculū diſtulit fructū conuerſionis prius purgabitur igne purgatōis: qui ⁊ ſi nō ſit etern⁹ miro tamē modo grauis ē. ſuperat eīm omnē penā hui⁹ vite ⁊c Tertia au= toritas ē eiuſdē chr̄i Matthei 5 eſto inq̄t ɔſeciēs aduerſario tuo i cōſciētie remurmuranti in pec cato aut bono angelo ad oppoſitū trahēti dū es in via i in hac vita ne forte poſt hanc vitam tra= dat te iudici deo et iudex miniſtro angelo ſuo et in carcerem purgatorij mittaris ab angelo amē dico tibi non exibis inde donec ſoluas vſq̃ ad

roniſſimū quadrāti ergo poſt hāc vitā eſt carcer
purgatoriꝰ bonū a quo pōt q̄s exire ſoluta pena
quā debebat. Eſt adhoc ratio talis nullū malū
eſt a deo relictū impunitū ſicut nullū bonū irre-
muneratū q2 hoc ptinet ad veritate iuſticie q̄ deꝰ
eſt ſed multi coꝝ qui decedūt in grā per cōtritio
ni finalē/vel per abſolutionē ſacramētalē nōdū
ſunt totaliter puniti de ſuis malis q̄ egerūt/vl' de
bonis q̄ omiſerūt ꝛ clarū eſt q̄ iſti nō dānant̄ ad
infernū q2 charitas eſt amicicia hoīs ad deū/ꝛ ip
ſa eſt que diuidit filios regni a filijs Gehēne iſti
etiā nō ſtatim euolāt ad paradiſum q2 vt aplꝰs
Joānes dicit apocaly vltimo nihil coinquinatū
intrabit in illā gliam ergo tales aliq̄diu detinent̄
purgādi a ſuis inquinametis in aliquo loco pe-
nali quē dicimus purgatoriū Huiuſmodi hoīes
ſunt triplices quidā eīm moriunt̄ cōtriti/ ſed non
dum cōfeſſi quoꝝ tn̄ cōtritio non erat talis ꝛ tāta
pena q̄ ſufficeret ad plene ſatiſfaciendū pro debi
ta culpa Alij moriunt̄ iā cōfeſſi ꝛ abſoluti ſed vl'
penitētia eis iniuncta nō fuit ſufficiēs ad ſatiſfa
ciendū p ſuis pctīs vel eā nō potuerūt omnino
adimplere morte preuenti Alij demum moriunt̄
in grā ꝛ cōpleta penitētia p pctīs mortalibꝰ de-
bita ſed diſcedunt cū aliquo vel aliquibus pctīs
venialibꝰ quibꝰ aplꝰs penā ignis attribuit ſub
noīe ligni/feni/ꝛ ſtipule q̄ ſunt corpora cremabi-
lia Qd̄ aūt ſint multi hoīes hoꝝ triū modoꝝ ex-
periecia eſt teſtis in his q̄ ſolū penitēt i extremis
vt latrones/ꝛ homicide/heretici/ꝛ ſodometici/q̄s
iudices pena capitali plectūt nullꝰ etiā diu pōt
ſine venialibus peccatis viuere dicēte apoſtolo
pme Joannis 3 ſi dixerimꝰ q2 pctūm non habe
mus ꝛc. De loco purgatorij clariꝰ ceteris loquit̄
btūs Gregorius in q̄rto ſuoꝝ dialogoꝝ q̄ de cōt
lege eſt locꝰ ſubterraneꝰ ſ vnꝰ de quattuor ſinibꝰ
inferni ſ tertiꝰ aſcēdēdo in quo eſt idemet ignis
q̄ in inferno dānatoꝝ/ſicut eīm in eodē igne apd̄
nos aurū rutilat/ꝛ palea fumat ita in eodē igne
inferni peccator cremat̄ ꝛ electꝰ purgat̄ Aliꝰ eſt
locus ex priuilegio alicui datus ſuper terrā vel
ratione delicti in eodē loco cōmiſſi vel ad inſtru
ctione viuoꝝ/vel ad faciliorē liberatione defun-
ctorū

Tertiꝰ erro

¶ Tertius error principalis eſt eorū q̄ ne-
gat viuos hoīes poſſe adiuuare aīas exiſtētes in
purgatorio / ad citiꝰ exoluēdā penā ſuā propter
longitudinē diſtātie localis/vel ppter diſſimilitu
dinē ſtatꝰ eoꝝ q̄ eſt nr̄o improporcionabilis vel
ppter autoritate Ariſtotelis q̄ pmo ethicoꝝ dicit
q̄ res viuorū aut nullo modo/aut vix attingunt
mortuos ꝛ adeo leuiter vt eos a ſuo ſtatu felici
aut miſero dimouere nequeāt ideo dicūt q̄ vnuſ
quiſq3 defūctoꝝ nō liberabit̄ a purgatorio donec
exoluerit realit̄ patiēdo totā penā quā debebat
in hora mortis ſue et q̄ iſte oblationes panis/vi
ni/pecuniarū/candelarū/aliarūq3 reꝝ i ecclīa fre
quētate p defunctis ſunt potiꝰ ex auaricia ecclīa
ſticorū q̄ ex veritate doctorū inſtitute vel introdu

Reprobatio erro

cte ¶ Sed cōtra hūc errorē eſt articulꝰ ille fidei
in ſymbolo ſctorū cōione ſancti ſūt oēs exiſtētes
i grā dei ꝛ charitate ergo eorū oim ē cōicatio i bo
nis ſuis adinuicē Cū igit̄ exiſtētes in purgatorio
ſint i ſtatu grē ꝛ charitatis dei.poſſumꝰ nos viuē
tes eis cōmunicare l3 nō i actibꝰ naturalibꝰ ppt̄
diſtāciā loci vl' diſſimilitudinē ſtatꝰ tn̄ bn̄ in acti
bꝰ bonis moraliter ꝛ meritorie ſicut etiā ſancti q̄
ſunt in pria cōicāt nobis per orationes ſuas im
petrādo pleraq3 bona a deo tū corpalia tū ꝛ ſpūa
lia et nos eis cōicamꝰ decātātes laudes eoꝝ ꝛ no
ſtris bonis opibꝰ eos letificātes Confirmat̄ hec
v̄itas ex illo 2 machabeoꝝ.12 ſcta ꝛ ſalubris eſt
cogitatio p defūctis exorare vt a pctīs i a pctōꝝ
penis ſoluant̄ vn̄ ꝛ ſacerdos ille ſanctiſſimꝰ pari
ter ꝛ fortiſſimꝰ iudas machabeꝰ duodecī millia
dragmas argēti miſit hieroſolymā.vt i tēplo dei
offerrent̄ p pctīs fideliū mortuoꝝ q̄ l3 i bello iu
ſto p pietate defenſiōis prīe cecidiſſent apparue
rūt tn̄ in eis ſigna q̄dā pctoꝝ p̄cedētiū cogitauit
tn̄ nobiliſſimꝰ ille dux belli q̄ hi q̄ cū tāta pietaſ
te ꝛ religiōe mortē ſuſceperāt in grā deceſſiſſent.
ideo p expiatione ſuoꝝ pctoꝝ oblationē illā de-
dit i tēplo dni Facit ad hoc clara auctoritas Au-
guſtini in libro de cura p mortuis agēda nō eſt
inq̄t negādū ſpūs defūctoꝝ pietate ſuoꝝ viuētiū
poſſe iuuari nec parua eſt vniuerſe eccīe q̄ i hac
cōſuetudine claret autoritasꝰ vt in p̄cibꝰ ſacerdo-
tis q̄ dn̄o deo offerunt̄ ad eiꝰ altare locū ſuū ha
beat etiā cōmēdatio mortuoꝝ.hec ille Iſta cōſue
tudo eccīe ab ipſis aplīs inchoata eſt dicēte Da
maſceno in ſermone huiꝰ diei.miſterioꝝ inq̄t cō-
ſcij diſcipli ſaluatoris ſcti apli in tremēdis ꝛ viui
ficis ſacramētis ſāxerūt memoriā fieri eoꝝ q̄ fide
liter dormierūt Poſt aplos Dioniſiꝰ i vltio cap.
eccīaſtice hierarchie ritū cōmemorat q̄ in p̄mitiſ
ua eccīa p mortuis orabat̄.dicēs ſuffragia viuo
rū mortuis pdeſſe ad diminutionē pene Deide
origenes officiū mortuoꝝ teſte Yſidoro maxia ex
pte adauxit ꝛ ordinauit que Auguſtinꝰ i Enche
ridiō cōmedat dicēs eū fuiſſe ſcōm poſt aplos in
eccīaſticis officijs ordinādis Pro ɔfirmatione
dictoꝝ notāda eſt ſētētia bti Gregorij q̄ ponit̄ 13
q 2.caplo aīe inq̄t defūctoꝝ q̄tuor modis ſoluūt̄
a penis purgatorij aut oblatiōibꝰ ſacerdotū/aut
p̄cibꝰ ſctoꝝ/aut charoꝝ eleemoſinis/aut ieiunijs
cognatoꝝ.exēpla hoꝝ patēt in 4 libro ſuoꝝ dia-
logoꝝ.Ad ppoſitū ergo redeūtes dicimꝰ q̄ eccīa
chriana ad elimīnādos p̄dictos ꝛ alios multoꝝ
errores hāc diē memorialē oim fideliū defunctoꝝ
inſtituit celebrandā vt eius patentiſſima auto-
ritate cōſtaret omnibus pie volentibus in chriſto
viuere quicquid huic conſuetudini/vel antecedē
ter/vl' conſequenter eſſet repugnans hereticū et
omnino damnabile putaretur/et ab eccleſie ca-
tholice cōmunione eſſet ſeparandus tanq̄ ethni
cus ꝛ publicanus q̄cunq3 oppoſitū ſentiret aut
docere preſumeret.iam vero ad huius diei officia
vtcunq3 exponēda oratio noſtra eſt cōuertenda.
Vocat̄ aūt hoc funerale officiū eccīaſticū tū agē
da/tū exequie / tum deniq3 obſequiū defunctorū
Agenda i actio vel celebritas/exequie i executio
prima ſui teſtamēti/obſequiū vero i ſeruiciū vel
adiutoriū fideliū defunctorū Incipitur autē hoc

Argumētū officij ſpeciale.

officiũ a veſperis qui ſignificãt mortẽ hominis/ ſicut mane ſignificat natiuitatẽ/ et meridies floꝛem etatis chriſti etiam mors et ſepultura hora veſpertina peracta eſt Sed pro noſtris defũctis ſecundos veſperos non agimus ſicut in alijs feſtis ſanctoꝝ nã primi veſperi gloriã anime illico poſt mortẽ ſctoꝝ decãtãt ſcdi vero gliam corpis in octaua etate et qꝛ de alijs ſctis certã ſpem hꝫ eccl'ia ꝙ puenerĩt ad gliam reſurrectionis corpoꝝ ex quo iã certa eſt ꝙ habẽt gliã aiaꝝ ideo primos ⁊ ſcdos veſpos de eis agim⁹ nõ ſic aũt e certa de mortuis nõdũ canonizatis p eccliã ideo i pmis veſpis oram⁹ p glia illaꝝ aiaꝝ de qua nõdũ certificati ſumus p glia vero ſuorũ corpoꝛum non oram⁹ quouſq; de pria ſtolla aiaꝝ certificati fuerim⁹ ideo officiũ defunctoꝝ ſup aliquo hoie tũc finẽ habebit quãdo nobis innoteſcet ꝙ aia eius liberata ab omni pena eterna btĩtudie pfruit' qđ fiet in canonizatione ei⁹ et ex tũc iã nõ officiũ defunctoꝝ ſed officiũ ſanctoꝝ pro eo faciem⁹ nõ ergo cõueniũt ſcdi veſperi in officio defunctorũ Et in modo ſuo imitat' hoc officiũ celebrationem triduane ſepulture chri/in trib⁹ dieb⁹ vltimis hebdomade ſcte ſicut em̃ in illo triduo ita ⁊ in hoc officio oia laudis cãtica ſubtricemus/⁊ ſolenitates quaſlibet ei ſubtraimus nõ incipientes veſperos p de⁹ in adiutoriũ/neq; matutinos p dñe labia/nec inuitatoriũ dicim⁹ niſi raro ſ coꝛpe defũcti pñte Et tũc inuitatoriũ dicim⁹ regẽ cui oĩa viuũt venite adoremus ad proteſtandã aie immortalitatẽ nec in fine pſalmoꝝ aut i reſpõſorijs dicim⁹ glia prĩ/ nec in fine horaꝝ bñdicam⁹ dño/ nec i lectionib⁹ benedictionẽ petim⁹/neq; tu aũt dñe cõcludim⁹/ nec caplm aliqđ in horis chori habemus/nec in miſſa glia in excelſis/neq; aleluia ponim⁹/ neq; p euãgelio bñdictionẽ petim⁹/ neq; ite miſſa eſt dicim⁹ atq; in hui⁹ miſſe introitu p glia prĩ ſcdꝫ verſum dicim⁹/neq; thurificam⁹ altare/librũ/aut choꝝ ad denotãdũ ꝙ iã mortui nihil poſſũt ſuis oronib⁹ obtinere nã ⁊ in lege veteri in ſacrificijs p pctõ cui⁹ pena eſt mors phibebat' offerri oleũ leticie ⁊ thus ſuauitatis nõ em̃ dꝫ eſſe leticia vbi eſt luct⁹/et contriſtatio mẽtis ſ in memoria mortis qꝛ vt dicit' eccliaſtici 22 importuna res ẽ muſica i luctu Neq; dicim⁹ pp'e laudes defũctoꝝ qꝛ tollim⁹ pſalmos leticie qꝛ nõ mortui laudabũt te dñe thurificãtur tñ defũctorũ corpa ⁊ aqua benedicta aſpergũt' ad euitandũ eorũ fetorem/ ad abijciendoſq; demones ab eorũ preſentia/⁊ in ſignũ ſocietatis pterite quã cũ viuis olim habuerũt nõ(vt quidã putãt)ad tollenda peccata mortuorũ que iã vel nulla ſunt/vel tolli nõ poſſunt In miſſa etiã defunctorũ pax nõ dat' tñ pp'ter cõformitatẽ ad triduũ mortis chri tum etiã qꝛ neſcimus ſi iã ipſi peruenerunt ad illã ppetuã requiẽ ⁊ pacẽ tñ deniq; qꝛ iã cũ eis nõ cõicam⁹ i natura lib⁹ cũ nos ſextã illi vero ſeptimã agãt etatẽ Et licet in miſſa viuorũ poſſit poni aliqua orõ defũctoꝝ nõ tamen ecõtra in miſſa defunctoꝝ eſt ponenda oratio viuoꝝ quia viui poſſunt iuuare defunctos exiſtentes in purgatorio/non ecõtra ipſi viuos.

Qua dere, pro Sanctis primos et secundos agim° vespros, et pro non canonicatis deffunctis primos duntaxat — De laudibus deffunct. — Turificantur corpora et aspergunt' a... — Non datur pax. — Non est ponenda oratio viuorum in deffunctorum missa

Veſpe defunctorũ. ¶ In veſperis itaq; defunctorũ dicuntur illi pſalmi qui magis reſonant dolores mortis/⁊ penas purgatorij cũ ſupplicatiõe vt liberent' ab eis citius et cuilibet eorũ premittitur ille verſus eiuſdẽ pſalmi qui magis explicat aliqđ pdictoꝝ et omnes illi quaſi defũcti voces ſunt.quib⁹ ſuas miſerias ꝯmemorãt/⁊ auxiliũ pariter ⁊ veniam humiliter iplorãt Cãtant' aũt pſalmorũ qdã i ſcdo tono ad ſignificãdã corporis ⁊ aie diuiſionẽ in morte quidã in tertio ad inſinuãda triplicia pctã cordis oris ⁊ operis propter que puniũtur i purgatorio quidã in octauo ad deſiderandã reſurrectionẽ corporũ in octaua etate qua adueniẽte ceſſabit purgatoriũ penale Sed cãticũ virginis marie Magnificat in 7 tono exclamat pp'ter deſideriũ glie beataꝝ aiaꝝ que eſt ſeptima etas Tandem ad ſignificanda defuncti triſticiã ⁊ loci obſcuritate ſubmiſſa voce ſubdit' pſ 145 lauda aia mea dñm ⁊c qui ſpem ſue liberatiõis in deo ſolo ponit ad que ſpũs ille eriẽs a corpore reuertitur quia ab eo pceſſerat quibus defuncti vocib⁹ premiſſis addit ſacerdos in pſona toti⁹ eccłie militãtis orones ad deũ p liberatiõe ei⁹ in penis purgatorij

Matutini ¶ In matutinis(q̃ poti⁹ vigilia dr̃)fiunt tres nocturni pſalmoꝝ etiã voces mortui explicãtiũ ⁊ legũt' cũ eis noue lctões vel de Job vt pce mihi dñe ⁊c ca 7 vł de libro ſapiẽtie vt meli⁹ ẽ ⁊c. vel de quodã ſermone ſcti Auguſtini/aut alteri⁹ doctoris eccłie.in quib⁹ lectionib⁹ videt' ipſe mortu⁹ loq̃ ad deũ iudicẽ/⁊ ad viuos ei⁹ heredes⁊ ſucceſſores/amicos/⁊ cõſãguineos petẽs a deo miaꝫ ⁊ indulgentiã a viuis ſuffragia/⁊ elemoſinã Intermiſcent' lectionib⁹ reſpõſoria fidẽ reſurrectiõis future/⁊ iudicij gñalis pteſtãtia q̃ p maiore pte ſumunt' ex libro Job

Laudes. Poſtea loco laudũ dicit' ſicut in officio ſepulture chri quinq; pſalmi cum ſuis ãtiphonis⁊ cãtico Zacharie ſ ſine de⁹ in adiutoriũ/ſine caplo/ſine hymno/ et ſine bñdicam⁹ dño Sed ãn fine dicit' pſalm⁹ vſq; quo dñe vł de pfundis/ vel ad dñm cũ tribularer ⁊c q̃ cũ pcedẽtib⁹ quinq; ſunt orones defuncti ad deũ p ſua liberatione a penis purgatorij nã ex diuturnitate illaꝝ videt' de⁹ obli⁹ fuiſſe aie purgãde ideo ſupplicat' vt audiat/recordetur/⁊ liberet eã tandẽ adduntur orones eccłie hoc idẽ petẽtes que varie ⁊ multe ſunt p diuerſitate viri⁹ defũcti maris/ aut femine/ſacerdotis/aut layci vł plurium in eodẽ cimiterio vel alibi dormientiũ/conſanguineorũ vel extraneoꝝ.⁊c. tñ pl⁹ ceteris eſt frequẽs pſalmus Te decet in hoc officio pp'ter ſimilitudinẽ hãc qꝛ ſicut ibi ad litterã agit' de reditu filioꝝ iſrł a captiuitate ad terrã pmiſſionis ſic eiſdẽ verbis orant defuncti liberari a carcere purgatorij vt redeant ad prĩam felicitatis eterne Sed quarto loco in laudib⁹ ponit' orõ Ezechie regis morituri Ego dixi i dimidio dierũ meoꝝ ⁊c 4 regũ 38 q̃ mala ſeu miſias defũcti tã i hoc ſclõ ãte q̃ pciſa eſſet vita ei⁹ q̃ in futuro qꝛ nõ illico videt deũ ſꝫ detinetur in penis qꝛ attenuati ſunt ocli ei⁹ ſuſpicientes in excelſo ⁊c ergo pp'ter illos pſalmos et orones que ibi cantant' nõ debet dici ille laudes.

deffunctorum psal. canunt 2 tono et 3 et 8 — laudes, deffunctorum sunt lamentationes

ſed potius lamētationes defunctoꝝ In fine concludit eccleſia ſicut in veſperis cū verſu requieſcant in pace amen ꝛ loquit̄ de illa requie ſcꝫ pace que eſt beatitudo eterna quā defunctis optat.

Introit⁹ miſſe. ¶ Introitus miſſe defunctoꝝ ab eccleſia editus eſt Requiē eternā dona eis dñe ꝛ lux ꝑpetua luceat eis quo orat ꝑ eorum ꝑfectu ad gl'iam paradiſi q̄ eſt requies ꝛ lux eterna Verſus Te decet hymnus de⁹ in ſion ꝛc̄ eſt pncipiū pſal' 64

Oratio de cuius intentione p̄diximus Orō varia eſt ꝑ diuerſitate defunctorū p̄dicta oēs tamen in hoc concordant q̄ ſupplicant ꝑ liberatione ipſorum a penis ꝛ pductione ſua ad gl'iam cum angelis

Epiſtola p̄ma ¶ Ep'la ſimiliter multiplex eſt ſcd̄m diuerſitatē temporum ꝛ ploinarū nā tempore paſchali dicit̄ ep'la ex capl'o 15 1 ad Co. in f Chriſt⁹ reſurrexit a mortuis ꝛc̄ vſq̄ p̄mitie chriſt⁹ vbi ex chriſti reſurrectione ꝓbatur alioꝝ mortuorum reſurrectio ad gl'iam integram corporis ꝛ anime p argumētum a cōtrario quia ſicut p hominem vnū Adā introiuit mors in quo omnes moriuntur ſic fuit conueniens q̄ p vnū hoīem fieret reſurrectio mortuorum in quo oēs viuificabūtur ꝛc̄

Epiſtola ſecunda Eode tēpore etiam dicitur epiſtola Ecce myſteriū vobis dico ꝛc̄ ex fine euiſdem capl'i vbi declaratur futura qualitas mortuoꝝ reſurgentium in bono/ꝛ in malo quādo vocabuntur ad iudiciū generale in nouiſſima tuba ſed boni reſurgent cū quattuor dotib⁹ gl'ie que ſunt claritas/agilitas/ſubtilitas/ ꝛ incorruptibilitas ex quibus vna tantum explicatur incorruptibilitas cōtraria corruptioni(q̄ eſt mors)in octaua etate reſurgentiū omo annihilāda p virtutem reſurrectionis chriſti

Epiſtola tertia Preſente vero corpore defuncti dicitur ep'la Nolumus vos ignorare de dormientib⁹ ex capl'o 4 1 ad Theſalonicenſes que conſolatur lugentes ſeu plorantes ꝛ contriſtatos ꝑ morte eius ꝛ hoc ꝑpter ſpē ꝛ fidem reſurrectionis eius que cōcluditur ex reſurrectione chriſti vnde mortuos fideles dormiētes vocat ad confirmandā aīe rationalis immortalitatem ſicut etiam cōuincitur ex duabus epiſtolis p̄cedentib⁹

Epiſtola quarta In iſta vero die oim defunctorum/ꝛ in anniuerſarijs confraternitatū ſolet cantari ep'la Vir fortiſſim⁹ Judas ex 12 capitulo 2 Machabeoꝝ q̄ proprie contradicit tertio errori hereticoꝝ de ſuffragijs mortuoꝝ vt ſuperius in hoc eode cap̄ allegata eſt atq̄ expoſita

Epiſtola quinta Ad idem ꝑpoſitum ꝛ ꝑ quotidianis officijs defunctorum cantatur ep'la Audiui vocem ꝛc̄ ex cap̄ 14 Apocalypſis in q̄ damnatur ꝓprie ſecūdus error grecorum negantiū purgatoriū nā ex reuelatione certiſſima Joannes teſtis fideliſſimus dicit ſe audiſſe vocem angeli ſibi loquentis de celo ex parte dei verba multum cōmendanda memorie omnium fideliū ꝛ ideo ſcribenda hec ſ beati vel in re vel i ſpe certa mortui q̄ in dño i in fide/ſpe/ꝛ charitate dei moriuntur et ratio eſt quia amodo i ex tunc vel ex illa hora mortis ſue requieſcent a laboribus preſentis miſerie quia nō eſurient/neq̄ ſitient amplius/ neq̄ frigebūt/nec caleſcēt/ neq̄ cadet ſuper illos ſol/neq̄ vllus eſtus.ꝛc̄. Sed ne ꝓpterea credas.omnes defunctos fideles ſtatim poſt mortem in paradiſo cum angelis faciē dei videre additur opera enim i merita ſingulorum defunctorū ſequuntur i.cōcomitantur illos ita q̄ illi qui bona egerunt valentia ad omodā expiationem ſuoꝝ delictorū ibunt in reſurrectionē vite eterne qui vero mala egerūt finaliter impenitentes in reſurrectionē iudicij i ſententie damnationis ſue/ꝛ mortis eterne qui vero mediocriter egerunt ſecundū opera ſua ibunt in ignem purgatorij qui debetur mediocriter bonis vt Auguſtinus declarat/ꝛ ſuperi⁹ ꝓbatū eſt Poſſunt autem omnes iſte ep'le dici hodie qui eſt dies generalis defunctorum ꝛ plures miſſe celebrantur ꝑ eis in eade eccleſia q̄ in alio die totius anni Similiter quando p totā hebdomadē in aliqua eccleſia cantantur miſſe defunctorū Feria ſecunda (que eſt ꝓprie dies defunctorū) dicatur lectio libri Machabeorū Feria tertia ꝛ ſexta lectio ep'le ad Theſalonicenſ Feria quarta ꝛ ſabbato lectio libri Apocalypſis Feria quīta lectio ep'le ad Corin Hec eſt conſuetudo plurium eccleſiarum cathedraliū q̄ habent ferme quotidie anniuerſaria defunctoꝝ exceptis diebus dominicis/ꝛ alijs feſtis ſolēnioribus in quibus miſſa defunctorū dici non debet niſi preſente defuncto aliquo ꝛ hoc non niſi ante vel poſt miſſam maiorē feſtiuitatis vel dñice ſi bene fieri poſſit

Graduale ¶ Sequit̄ graduale Requiem eternā ꝛc̄.vt prius Verſus In memoria eterna.ꝛc̄ ex pſal' 111 que ſunt orationes eccleſie ꝑ defunctis correſpondentes lectionibus epiſtolarū/ꝛ ꝑſtantes veritatē fidei cōtra ſupradictos errores

Tractus. ¶ Tractus eſt De ꝓfundis clamaui ꝛc̄ pſal' 129 cum duobus aut tribus verſ bus ſuis ꝛ plangit miſeriam defunctoꝝ purgantium peccata ſua/ꝛ clamātiū ad deum miſericordem. Alie eccleſie dicunt tractum Abſolue dñe aīas ꝛc̄ ſed hoc non ita ꝓprie quia de ratione tract⁹ poti⁹ eſt miſerias/ ꝛ querimonias plāgēdo narrare q̄ ꝓ alijs orare Quidam poſt tractū addunt ſequentiam vel ꝓſam Dies ire dies illa ꝛc̄ Sed hoc valde improprie q2 hoc officiū neq̄ alleluia/ neq̄ ſequentiam debet habere q̄ ſunt cantica leticie

Euāgeliū p̄mum. ¶ Euangeliū huius officij multiplex eſt ſicut epiſtola. ſed cōiter omnia huiuſmodi euangelia accipiuntur ex ſancto Joanne precipue ex capl'is 5 6 ꝛ 11 ſui euāgelij vbi apertius ceteris facit mentionē defunctoꝝ nam ꝑ tempore reſurrection's poſt paſcha facit illud Joānis 5 Sicut pater ſuſcitat mortuos ꝛc̄ vſq̄ trāſiet a morte in vitam vbi loquitur de patre deo ꝛ de ſacerdote filio nam autoritate dei/ꝛ miniſterio ſacerdotis reſuſcitantur prius aīe defunctorū a peccatis/ꝛ peccatorū penis ꝛ poſtea reſucitabunt̄ corpora eorū a corruptionib⁹ terrenis ideo valde honorādus eſt dei ſacerdos quo miniſtrāte defunctus habebit vitam eternā/ ꝛ in iudicium nō veniet ſed trāſiet a morte corporis in vitā aīe que gloria eſt paradiſi

Euāgeliū ſecūdum. In hac vero feſtiuitate proprius dicit̄ pro euangelio id q̄d ſequitur in eodē capl'o 5 Amen dico vobis quia venit hora ꝛ nunc eſt ꝛc̄ vſq̄ in

resurrectionē iudicij vbi etiam ostendit q sacerdotis iudicio ministeriali in sacramentis ecclesie ex virtute dei sibi concesso anime defunctorū liberantur a penis purgatorij et hoc est eas audire vocem filij dei que ante ministerium eius nō audiebant dum essent in penis his adiutorijs procedent defuncti qui bona egerunt vel alij pro eis in resurrectionē vite eterne q est beatitudo patrie q vero mala egerūt econtra procedent a morte corporis ad mortē anime et tandem resurgēt ad iudicium condemnādi. Sed in anniuersarijs aliquorum defunctorum cantari solet illud Joānis 6 Omne quod dat mihi pater etc. vsq in nouissimo die vbi sacerdos ecclesie loquitur de potestate sibi data a deo sup animas fideliū ad hoc vt liberētur a morte inferni/ et reuiuiscāt ad gloriam paradisi/ et tandem resurgant cū suis corporibus in die iudicij omniū dierū nouissimo siue vltimo in hoc mundo Et quia inter sacramēta ecclesie (quorū minister ē sacerdos) nullum tantum prodest fidelibus defunctis quantum eucharistia ideo ad idem propositū legi solet ex eodem capitulo 6 Joānis illud Ego sum panis viuus etc. vsq ego resuscitabo eum in nouissimo die vbi clare ostēditur q eucharistia non solū est cibus spūalis viuorū sed etiam defunctorū quo sustentari valeant in vita spūali quousq ad gloriam perueniant Et si ipsi defuncti admiratiue interrogantes introducantur vt dicāt quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandū i quomodo potest sacerdos ecclesie nobis ministrare eucharistiā postq sumus extra viam? Respōdet ipse sacerdos amē amen dico vobis i certissime assero q nisi mādu caueritis etiam post hanc vitā taliter spūaliter sacramentum eucharistie nō habebitis vitā glorie/ nec liberi eritis a penis purgatorij et qui manducat hūc panem spūaliter sic q pro eo offeratur in ecclesia dei viuet in eternū quia resurget gloriosus in nouissimo die Presente vero corpore defuncti legi solet illud Joannis 11 Dixit Martha ad Jesum etc. vsq in hunc mundum venisti vbi consolatur fidelis de morte sui defuncti sub spe resurrectionis aie a penis purgatorij/ et etiā corporis in die nouissimo per virtute gre christi que sibi cōfertur in sacrameto eucharistie hoc q credit etiam si mortuus fuerit i penis purgatorij viuet liberatus ab eis et ois talis non morietur in eternum damnatus ad infernum Possunt etiam hec oia euāgelia et debēt legi in diuersis missis huius diei quando generalis cōmemoratio oim defunctorum omnes alias particulares comprehendit Sed diuidendo p dies septimane missas defunctorū dicatur in feria secunda euangeliū sicut pater suscitat etc. Feria tertia omne quod dat mihi etc. Feria quarta et sabbato venit hora et nunc etc. Feria quinta ego sum panis etc. Feria sexta dixit Martha etc. rationes huius applicationis in promptu sunt ex concordia epistolarum pdictarum

Euangelium tertium.

Euāgeliū quartum

Euāgeliū quintum.

Offertorium.

Offertorium cōmune est Dñe iesu christe rex glorie etc. quo ecclesia orat p o liberatione fideliū defunctorū a penis purgatorij. q hic dicuntur inferni propter similitudinem ignis et facit mentionem de sancto Michaele cuius officiū est offerre animas hominū ante cōspectū dei in gloria paradisi q e lux eterna olim promissa Abrahe et alijs sanctis patribus sedentibus in tenebris et vmbra mortis Additur versus Hostias et preces etc. allegans munera oblata deo in altari. ideo supplicat ea acceptari i refrigeriū pro defunctis Ad hoc idem faciunt omnes orones secrete in missa defunctorum sub diuersis verborū formis Cōmunio solet dici Lux eterna luceat eis etc. petens aias defunctorum liberari a penis purgatorij p virtutē eucharistie pro eis oblate Similem in sententia petitionem habet oes finales orones que variantur in verbis secundum varietatem collectarum in pricipio misse positarū pro alijs/ et alijs defunctis Pro finali expeditiōe huius officij defunctorū aduertendū q post mortē defuncti in reiterando eius cōmemorationē p idem officiū varij varios numeros obseruant dierū quidā eīm ternario cōtenti sunt: hoc est p tres dies cōtinuos pro eis celebrant tum ad cōmemorandā triduanam christi sepulturam/ postq ad vitam pfecte glorie resurrexit sīlem resurrectionē mortuis peroptantes tum ad inuocandā trinitatis diuine misericordiam cōtra quā mortui tripliciter peccauerūt s cogitatione/ locutione/ et operatione tū deniq propter figuram q in lege ve Numeri 19 preceptum erat q qui tetigerit mortuū aspergatur aqua benedicta tribus diebus etc. Alij dierum obseruant septenariū Primo pp septimā etatem aiarū orantes vt perueniant ad sabbatū eterne quietis Secūdo propter septenariū huius vite q tota septem diebus reuoluitur vt remittant eis peccata que hic cōmiserūt Tertio propter septenarium corporis et aie i tres potentias aie et quattuor humores aut elemēta corporis quibus oia peccata/ et oia merita agimus Quarto pp similē cōsuetudinem ve legis nam filij Jacob fleuerūt eum in terra Canaā septe diebus Genes penultimo. et Salomon dicit ecclesiastici 22 Luctus filij sapientis mortui septē diebus etc. alij more gentiliū nouē dies continuant qui nouē diebus lugebant mortuos suos et die nono cineres eorū imbustis recōdebant sed fideles p hunc numerū intendūt deuote aias defunctorū/ angelorū nouē choris annumerare Alij celebrāt p defunctis triginta dies. Primo qz peccata eorū fuerūt in transgressione decalogi cōtra trinitatē diuinam terdecies ergo i triginta diebus orādum est p eis Secūdo quia mensio lunaris tali dierū numero pficitur cuius lune variabilitas peccatis et penis correspondet. Tertio quia tot diebus fleuisse legūtur filij israel p Moyse et Aaron defunctis Deutero vltimo. Alij numerū quadragenariū dierū eligunt tum vt eis dimittant q in decem preceptis/ et consilijs euangelicis negligēter peccauerūt. tum vt p hoc representent dñicam sepulturā optantes mortuos suos ad gloriam peruenire cum christo qui quadraginta horis iacuit in sepulchro tum deniq vt imitētur filios israel q in Egypto quadraginta diebus

Communio

Notabile

fleuerūt Jacob defunctū patrē ſuū Geneſ penultimo Alij gaudet potius numero quinquagenario qui eſt numerus iubilei in lege veteri quo debita remittebant & captiui liberi efficiebantur ſic vt defuncti liberentur a penis/ & captiuitate. Alij numero ſexagenario qz conuenit viduis propter abſentiā ſponſi ſui merentib⁹ ad quarū conſolationem/ et ſic defuncti expiationē ſacrificiū dño offertur & elemoſine pauperib⁹ largiunt ſub tali dierum numero Nonulli demū centenarium volūt qui numer⁹ a leua tranſit in dexterā computando p digitos manuū optantes vt defuncti tranſeant a leua huius vite ad dexterā beatitudinis/ & glorie a malitia ad triumphū/a terra in celum/a morte ad vitam/a miſeria ad gloriā Quidam etiā annualem/aut anniuerſariā oblationē pro defunctis faciūt ſignificantes p illum circulum ab eodem die in eundē felicitatis eternitatē que ſine fine erit & quaſi ſemper in pncipio vbi etiam ſemper idem erimus/ & nulla reperitur varietas hanc ſuis orationib⁹/elemoſinis/ oblationibus/& ſacrificijs defunctis intendūt procure Eadem ratione ſignificatiōis pdicte etiā in ſanctorū officijs anniuerſariā cōmemorationem celebrat eccleſia ad honorē eorū & ad nrām vtilitatē ergo defunctorū nondū beatorū anniuerſariū celebrare conuenit ad eorū vtilitatē & noſtram deuotionem quia de ſuo ſtatu in alia vita incerti ſumus ideo ſecundū Auguſtinū melius eſt vt eis ſupſit beneficiū noſtrum q̄ q deſit vnde dies eorū anniuerſarij totiens a nobis repetunt Et ſi die dominico vel in alio feſto anniuerſarium defuncti eſſet agendū debet potius anticipari in die pcedente q̄ transferri ad diē ſequentem vt eius defunctorum neceſſitatibus occurratur Horum numerorum potiores mihi videntur ternari⁹ pro pauperibus/ & ſeptenari⁹ ite pro mediocribus quadragenarius/ & ſexagenarius atq pro diuitibus centenarius & anniuerſarius horū rationes prius aſſignate ſunt quibus adduntur hec ſ ſeptenari⁹ capitaliū peccatorū/quadragenari⁹ ieiunij viuorum/& ſexagenarius operū mie/centenarius fructus eorum Fideles tamen caueāt in his numeris a ſupſtitiōe que magnā vim ſolet eis attribuere cum re vera nulla ſit Sed pia deuotio offerētis poteſt ſibi que voluerit numerū miſſarū/ candelarum/pecuniarum/& aliarū rerū determinare nulla in eo ponēdo ſpem neceſſitatis ſicut ſtolidi quidā facere pſueuerunt putātes nihil huiuſmodi ſuffragiā defunctis prodeſſe niſi ſub tali numero & continue facta fuerint quorū orōnes deo exoſas pſalm⁹ 30 pdicat dicens Odiſti oēs obſeruantes vanitates ſupuacue quo contra de fideli ſacerdote in ſola dei mia ſpē ſuā ponēte 39 ps dicit Beat⁹ vir cui⁹ ē nomē dñi ſpes ei⁹ & nō reſpexit i vanitates/& inſanias falſas Sed vtinā hic ſiſteret auara ſupſtitio eccleſiaſticorū/& nō ad deteriora pcederet de qb⁹ nō ē mō dicēdū p ſingla.

Notabile

## ¶ Caput cēteſimū ſextūdecimū de officio btiſſime virginis marie i ſabbatis.



[D]iſtinximus tredecim ſanctorum ordines in gloria celeſti ergo poſt generale officiū oim ſanctorū conſequenter de ſingulis eorum erit agēdum Horū ordinum primus fuit ineffabile ſacramentum indiuidue trinitatis diuinarū pſonarū cuius officium in dñica prima poſt penthecoſten fuit vtcunq expoſitum Speciale etiā officiū ſpiritusſancti in ipo die pēthecoſtes declarauimus Secundus gradus erat myſterium incarnatiōis aut humanitatis chriſti de quo in feſtis annūciatiōis/& natalis eius eſt requirēda declaratio Et officium miſſe de cruce in hebdomade paſſionis Tertiuſdecim⁹ ordo poſitus e de pueris ſtatim poſt baptiſmum defunctis de quorū officio extat dies ſanctorū Innocētium Reſtāt ergo interpretanda nobis aliorū ordinum officia quorum primum eſt intemerate matris chriſti virginis Marie ſolēnitas que pro ſuorū geſtorū varietate multiplex eſt ſ conceptionis/natiuitatis/annūciationis/viſitationis/purificatiōis/aſſumptiōis/& apparitiōis niuee qz tn̄ ſanctorū nō particulariter/ſed tātum generalia exponēda promiſimus officia his dimiſſis ſolū circa officiū eius qd fieri ſolet diebus ſabbatis in ecclia intēdimus quoniā illud valde cōmune ē ad oēs laudes virginis pdicandas & alia omnia ſub ſe cōprehēdes officia Pro illius clara intelligētia eſt ante oia ſciē̄ ponendum q fere oia in eo poſita excerpſit eccleſia ex libris ſapiētialib⁹ Salomonis & aliorū ſ prouerbiorū/canticorū/ſapiētie/& eccleſiaſtici in quibus ad lrām ipſi loquebant de increata dei ſapientia q̄ eſt dei filius/& de militāte fidelium eccleſia ſpoſa eius ſed p quandā cōuenientiā ſunt virgini Marie adaptata tum ppter modum loquendi in genere feminino tum propter ſpecialia opera diuine ſapientie in Maria demōſtrata tum deniq ppter ſacramētum deſpōſationis filij dei cum natura humana in vtero ei⁹ celebratum ex q̄ tota fideliū ecclia/& pcipue virgo Maria effecta eſt ſponſa chriſti mirū ergo ſi ea que vel de diuina ſapiētia/vel de ſancta ecclia ſcripta ſunt etiā valeant de virgine matre dei cōuenienter ſatis intelligi oia enim q̄ ſe transferunt ppter aliquam ſimilitudinē fiūt vt Ariſtoteles dicit in 6 Thopicorū Hec aūt applicatio illarū ſcripturarum ad virginē Mariā licet in biblia ſit ſenſus ſpiritualis in hoc tamē officio e ſenſus litteralis quēadmodū ſepius in hoc toto opere diximus de multis alijs autoritatib⁹ i alijs officijs ¶ Igitur inuitatorium ad matutinos dici ſolet illud Luce 1 Aue Maria grā plena dñs tecū &c vt idem ſit principiū in laude virginis qd fuit exordium in miſterio incarnatiōis filij dei ex ſubſtātia ei⁹. vnde tota laus ſua pendet Alij dicūt regem virginis filiū venite adorem⁹ ad eandē intentionē ſ ad laudandā virginē Mariā qz fuit mater illi⁹ regis que oēs homines merito adorare tenetur.

Argumētū officij.

Matutini

**Hymnus**

Cõcordat hymnꝰ ſequẽs Quẽ terra põtus ethe-
ra ⁊c declarans ꝙ clauſtrũ vteri virginalis Ma-
rie fuit tãte excellentie ⁊ capacitatis ꝙ potuit cõ-
tinere eum quem totus mundus non capit/quẽ
tremit/adorat/⁊ cuiꝰ pugillo cõtinetur ⁊ hoc my-
ſterium incepit quãdo benedicta celi nunc'ano
ꝑ Gabriele archangelũ ſibi facta eſt de incarna-
tiõe filij dei i ea ſed hoc nõ ex meritis ipſiꝰ imo
nec totius humani generis ſed ſola diuina gr̃a
ipſam virginem preeligẽte/ꝑparante/ ⁊ dignam
efficiente ideo cãtatur gl̃ia tibi dñe qui talia do-
na illi femine tribuiſti/⁊ ſic eã dignificaſti qꝛ na-
tus es de virgine et qꝛ opera trinitatis ad extra
ſunt indiuiſa tota trinitas operata eſt gr̃as ⁊ do-
na eius ideo gl̃ia tibi filio cũ patre/ ⁊ ſpirituſan-
cto ⁊c ¶ Dicuntur in matutinis virginis nouem

**Nouem pſalmi**

pſalmi illi ſ qui magis gr̃as ⁊ dona eiꝰ explicãt.
vt pſalmꝰ 8 Dñe dñs noſter ꝙ̃ ⁊c qui poſt decã-
tatam filij dei excellẽtiam ⁊ maieſtatẽ quoad na-
turam diuinam adiungit eius humilitatem ꝑ in-
carnationẽ dicens minuiſti eum paulominus ab
ãgelis ⁊c ſimiliter pſalmꝰ 18 Celi enarrãt ⁊c de
eadem incarnatiõe in thalamo vteri virginalis
dicit in ſole poſuit tabernaculum ⁊c exultauit vt
gygas ⁊c ⁊ pſal' 23 Dñi ẽ terra ⁊c. expꝛeſſius lau-
dat virginem ſub nomine terre de qua Eſayas
etiã dixerat Aperiatur terra ⁊ germinet ſaluato-
rem pſalmꝰ 44 Eructauit cor meũ ⁊c eſt velut
dulce epitalamiũ laudãs ꝑmo filiũ dei incarna-
tum ſpecioſus forma ⁊c deinde virginẽ matrem
eius aſtitit regina a dextris tuis ⁊c tertio alios
ſanctos/⁊ ſanctas virgines ſequaces eoꝝ qꝛ ad-
ducentur regi virgines poſt eam ⁊c. ꝓ patribus
tuis ⁊c pſal' 45 Deus noſter refugiũ ⁊c ſub pa-
rabola ciuitatis ſancte Hieruſale cõmendãt ſan-
ctitatem virginis Marie/ ⁊ cõfirmationẽ eius in
gratia dei pſalmus 86 fundamenta eius in mõ-
tibus ſanctis ⁊c perſtat in eadem parabola ad-
dens ꝙ homo natus eſt in ea chriſtus dei filius/
⁊ ipſe eſt q̃ fundauit eã altiſſimꝰ ⁊c quis vnꝙ̃ ta-
le audiuit a ſeculis ꝙ aliquis homo fundaret/⁊
edificaret ſibi ciuitatẽ ⁊ domũ in qua poſtea na-
ſceretur pſalmꝰ 95 cantate dño canticum nouũ
cantate dño ⁊c eſt de diuulgatiõe fame virginis
Marie ꝑ totum mundũ deſtructa falſitate ydola-
trie gentiũ ⁊ ꝙ in honore virginis hoſtie eſſent
vbiqꝫ deo offerende ⁊ baſilice cõſecrãde pſal 96
Dñs regnauit ⁊c eandẽ fere ſententiã habet ad-
dens ꝙ ꝑ mediatricem virgine viderunt oẽs po-
puli gl̃iam dei i filiũ eius incarnatum de q̃ etiã
dr̃ lux orta eſt iuſto pſal' 97 Cãtate dño ⁊c aper-
tius ꝑdicat idẽ quia notũ fecit dñs ſalutare ſuũ
i. ſaluatorem in cõſpectu gentium recordatꝰ mi-
ſericordie ſue quã promiſerat domui iſrael ſequi-

**Antiphone.**

tur viderũt oẽs termini terre ſalutare dei ex vte-
ro immaculate ꝟginis viſibile apparens. Cuili-
bet ꝑdictoꝝ pſalmoꝝ ꝑmittitur antiphona q̃ eſt
prope ſemꝑ aliquis verſus eius magis explicãs

**Lectiões.**

virginis excellentiã/vl' in eadem forma verboꝝ/
vel in eade ſententia ¶ Lectiones tres prime in
officio romano ſunt ex cap̃lo. 24 Eccleſiaſti In
omnibꝰ requiem queſiui ⁊c alie tres ex cap̃lo 1.
Luce Miſſus ẽ angelus Gabriel Quedam alie
eccleſie legunt has ſex lectiões de quodã ſermo-
ne ſancti Auguſtini ſ o beata Maria qs digne
tibi valeat ⁊c Alie eccl'ie de alijs ſermonibꝰ alio-
rum doctoꝝ qui multa de laudibꝰ virginis ſcri-
pſerunt Ultime tres lectiões ſemꝑ ſunt euange-
lium illud Luce 11 Factũ eſt cũ loqueretur ⁊c cũ
illa homelia venerabilis Bede ſ magne deuotio-
nis/⁊ fidei. ⁊c vbi laudatur beatitudo vteri virgi-
nalis qui meruit deũ verum portare incarnatum
⁊ damnantur hereſes cõtra honorẽ virginis ſur-

**Reſponſoria.**

gentes ¶ Reſpõſoria multiplicia lectionibꝰ in-
terſeruntur quedã ex libro Canticoꝝ vt veni ele-
cta mea/vidi ſpecioſam/ que e iſta q̃ procedit ⁊c.
alia ſunt a doctoribꝰ eccl'ie ingeniata vt felix val-
de/ad nutum dñi/cãdida virginitas ⁊c que om-
nia diuerſis tonis decantant mirabiles virginis

**Laudes.**

Marie laudes ad incitandam deuotionẽ animo-
rum in ipſam ¶ In laudibus eccl'ia romana cã-
tat antiphonas ex feſto aſſumptiõis eiꝰ ſ aſſum-
pta eſt ⁊c cum reliquis ad declarandã gloriã eiꝰ
in paradiſo Alie eccleſie accipiũt eas ex canticis
Salomonis ſ hortus ꝯcluſus/veni electa/nigra
ſum ⁊c. ad demonſtrandã ſanctitate eius in hoc
ſeculo Capitulũ fere ſemꝑ eſt de ſacra ſcriptura
ſ viderunt eam canticoꝝ 6 vel ego quaſi vitis
eccl'iaſti 24. vel aliud ſimile Hymnus O gl̃ioſa
dña ⁊c. facit differẽtiã inter Euam necatrice filio-
rum ⁊ Mariam ſaluatricem eoꝝ ꝑ gr̃am vnige-
niti filij ſui vnde merito ipſa dici debet ianua/
porta/feneſtra celi/ ⁊ mater gr̃e atqꝫ mie Ad be-
nedictꝰ ãnphona ſ Beata dei genitrix ꝟgo ꝑpe-
tua vl' Oramus te virgo virginũ ⁊c vel O gl̃ioſa
dei genitrix. ſimul cũ orõne Deus qui de beate
Marie virginis vtero ⁊c eandẽ habet ſententiã
hoc eſt ꝯmemorata virginis Marie dignitate in
concipiendo ⁊ nutriendo filio dei petere eiꝰ auxi-
lium his qui ſtudent laudibꝰ eiꝰ deuote Alie ꝟo

**Hore diurne.**

eccleſie alias habent orõnes ¶ Per horas diei
rationabilior vſus (habet ꝑterꝙ̃ i veſperis) ꝙ di-
cantur quindecim pſalmi vocati canticum gra-
duum eo ꝙ ipſa puella triẽnis fertur in ſua ꝑſen-
tatione hos quĩdecim gradus aſcendiſſe ⁊ quin-
decim virtutes morales i eis ſignificatas habuiſ-
ſe quarum quinqꝫ priores ſunt incipientiũ ſ ad
diuinũ auxiliũ recurrere ꝓ vincenda ſenſualita-
te/fiduciã vincendi concipere / quietum ſtatũ in
ſeruicio dei ſpectare/premium ſui laboris in dño
ponere ⁊ quicq̃d agit boni diuine gr̃e attribuere.
Alie quinqꝫ virtutes ſequẽtes ꝑtinent ad ꝑficiẽ-
tes ſ confidentia ſue pſeuerantie/cõſolatio ſue li-
bertatis a captiuitate/diligentia in proximorum
edificatione/beatitudo de ꝑfectu eccl'ie ⁊ reſiſtẽ-
tia ꝯtra malos in bono opere Poſtreme quinqꝫ
ſunt virtutes iã ꝑfectoꝝ ſ orare pro inimicis nõ
ambulare in magnis ſe totum dare diuinis te-
nere vinculum fraterne charitatis ⁊ vacare laudi-
bus diuine maieſtatis Poſſunt etiã eiſdẽ quin-
decim pſalmis applicari quindecim virtutes cha-
ritatis quas enumerat ap̃ls. 1. Corin 13 Chari-

tas patiens eſt/ benigna eſt/ non emulatur/ non
agit perperam/nõ inflatur/nõ eſt ambitioſa/non
querit que ſua ſunt/non irritatur/nõ cogitat ma
lum/nõ gaudet ſup iniquitate/cõgaudet aute ve-
ritati/omnia ſuffert/oĩa credit/oĩa ſperat/omnia
ſuſtinet. Hec inquam oẽs virtutes fuere in benedi
cta matre chriſti/que dicit mater gratie ꝛ pulchre
dilectionis ꝛc Alique tamen eccl'ie in pma et in
cõpletorio beate virginis alios pſalmos ponũt q̃
no ſunt de numero canticũ graduũ faciũt tamẽ
ad laudem virginis Marie ſecundũ alias lauda
biles cõſiderationes meritoꝝ ꝛ virtutũ eius Dicũ
tur etiam i horis diurnis huius officij pter pſal'
hymni/ antiphone/capl'a/ reſponſoria/verſus/et
Veſperti- orones facile exponende in honore eiꝰ ¶ Sed in
nũ officiũ veſperis ſup quinqꝫ pſalmos virginales dicũtur
antiphone ex canticis excerpte ſ dum eſſet rex/le
ua eius ꝛc Alij repetũt antiphonas laudũ predi
ctas ſ hortus cõcluſus ꝛc ex quibus cum capl'o
ex eccl'iaſti 24. colligitur magna virginis cõmen
datio Additur hymnꝰ aue maris ſtella ꝛc multi
plici enigmate plenus in laudes virginis Ma-
rie Cõparatur enim ſtelle celeſti que nauigãtes
in mare dirigit/dicit celi porta/Eue cõtraria/ma
ter/aduocata inuocatur vt redemptrix captiuoꝝ/
vt lumẽ cecoꝝ/ductrix viatoꝝ/ ꝛ cõſolatrix affli-
ctoꝝ Ad magnificat variat antiphona p diuer
ſis anni temporibꝰ ſemp tamẽ eadẽ eſt orõ Cõ-
cede nos famulos tuos ꝛc que orat p noſtra in-
columitate mentis ꝛ corporis interceſſiõe beate
Marie ſemp virginis in pſeti obtineda ꝛ p glo-
Comple- ria eterna in futuro ſperãda ¶ In cõpletorio di-
torium ctis tribus pſalmis finalibus de cantico graduũ
vel alijs cum ſuo hymno ꝛ cãtico Simeonis cõ-
cluditur cũ orõne concede miſericors deꝰ fragili
tati noſtre pſidium ꝛc. que petit veniam ꝛ libera
tionem a peccatis que ex humana fragilitate cõ
miſimꝰ ob reuerentiã beate Marie virginis cuiꝰ
quotidianã cõmemorationẽ agimꝰ narrãtes lau
des eius deo q̃ gratiſſimas nam alie etiã quat-
tuor orõnes in horis diurnis ordine ſuo myſte-
ria incarnatiõis filij dei p obſequiũ virginis ma
rie peracta pſonabãt vt oratio ĩme grãm tuam/
cõceptionẽ eius Orõ tertie deus qui ſalutis eter
ne/natiuitate ex virgine matre Orõ ſexte deus q̃
virginale aula/nutrimẽti ſub cura eius Orõ no
ne famuloꝝ tuoꝝ queſumꝰ dñe/ſ tuitiõ quod
impendit matri ſue iam educatꝰ ab ea qui ergo
talia virginis marie preconia aſſiduitate deuota
cõmemorant digni ſunt adiuuari in ſua fragili-
tate patrocinijs/ꝛ interceſſionibꝰ eius ex q̃ dicit vt
Introitꝰ orõ completorij expoſtulat ¶ Ceterum officium
pime miſſe beate marie virginis triplex eſt ab eccleſia
miſſe. ordinatũ p temporũ diuerſitate nam in tempo-
re aduentus introitus eſt illud Eſa 45 Rorate
celi deſuper ꝛc cum verſu/et iuſticia oriat ſimul
ꝛc ex eodem vbi pro conditiõe temporis inſinua
tur deſiderium patrũ veteris legis expectantium
chriſti aduentũ vnde tunc eccleſia figurat virgi-
nem mariam quaſi pregnante ideo ſequitur ora
O ano. tio Deus qui de beate marie virginis vtero ꝛc q̃

ſã dicta eſt in matutinis alij dicũt orationẽ deus
q̃ verbũ tuũ beate marie virginis aluo ꝛc ꝛ eadẽ
eſt ſententia Epiſtola Locutꝰ eſt dñs ad Achaz Epiſtola
ꝛc Eſa 7 eſt pmiſſio dei de chriſto naſcituro ex
virgine ideo dr ecce virgo concipiet ꝛ pariet ꝛc
Graduale ſpũſſanctꝰ ſupueniet in te ꝛc Luc 1 Graduale
ſunt vba angeli pnunciãtis chriſti incarnatione
alij habent graduale ex pſal' 23 Attollite portas
ꝛc cũ verſu quis aſcendet ꝛc q̃ ſunt voces angelo
rũ prm vbi pdicatur virgo maria mons dñi et
locus ſanctus dei ꝛc Alelu ia eſt aue maria vel Alelu ia
ecce virgo concipiet ꝛc Euãgelium Miſſus eſt Euãgeliũ
angelus Gabriel Luce 1 enarrat hiſtoriam con-
ceptionis chriſti p annũciatione angeli/ꝛ cõſen-
ſum virginis Offertorium aue maria ꝛc vbi ſu- Offerto-
pra in euãgelio Secreta orõ in mentibꝰ noſtris rium.
ꝛc petit cõfirmatione fidei in nobis circa tam in
effabile ſacramẽtum diuine incarnatiõis Com- Commu-
munio ecce virgo cõcipiet ꝛc. vt in epl'a Ultima nio
orõ grãm tuam ꝛc dicta eſt i prima ¶ Sed poſt Introitꝰ
natiuitatem dñi vſqꝫ ad ſeptuageſimã introitus ſecũde
miſſe virginis ẽ illud pſal' 44 Uultum tuũ de miſſe.
precabũtur ꝛc. verſus eſt pncipium eiuſde pſal'
eructauit cor meũ ꝛc. ad inuuendam paſtoꝝ/ ma
goꝝ/ꝛ alioꝝ viſitationẽ/ſeu adorationẽ quan
do virgo maria enixa eſt puerum Jeſum q̃ſi eru-
ctans verbũ bonũ i eternũ dei filium Orõ dicta O. ano.
eſt in hora tertia Deꝰ qui ſalutis eterne ꝛc q̃ ob
reuerentiam partꝰ virginis/ꝛ natalis chriſti inter
ceſſionẽ pie matris ꝛ miam filij implorat Epl'a Epiſtola
apparuit benignitas ꝛc ex capl'o 3 ad Titũ de-
clarata ẽ in ſecunda miſſa feſti natalis dñi expli-
cat enim deum verum ex vtero intacte matris et
virginis marie apparuiſſe mundo i humanitate Graduale
noſtra ꝛc Graduale ſcdm quoſdã eſt in laude ma
tris Diffuſa eſt gratia ꝛc verſus propter verita-
te ꝛc ſecundũ alios eſt in laudẽ filij Specioſus
forma verſus eructauit cor meũ ꝛc ſed vtrumqꝫ
eoꝝ ſumitur ex pſal' 44 Alelu ia totũ eſt in lau Alelu ia.
dem virginis poſt partũ virgo ꝛc ab eccl'ia edi-
tum Alij cantant alelu ia ſpecie tua ꝛc ex dicto
pſalmo Euangeliũ Paſtores loquebant ꝛc ex Euãgeliũ
2 capl'o Luce etiã fuit expoſitũ in eade miſſa ſe-
cunda natalis dñi ſed agit de viſitatione paſtoꝝ
ad chriſtum natũ ꝛ virginẽ matrem in cuiꝰ lau-
dem ſubditur / maria autem conſeruabat om-
nia verba ꝛc Offertorium ex predicto pſalmo Offerto-
44 fructũ partus virginis exponit quia poſt eã rium.
offerentur regi virgines ꝛc Secreta orõ Beate
dei genitricis ꝛc eius pcibꝰ optat ſacrificiũ eẽ acc-
ceptũ ad noſtroꝝ criminum indulgentiã Cõmu Commu-
nio Simile eſt regnũ celoꝝ homini negociatori nio.
ꝛc ex cap 13 Matthei cõparat virgine maria pre
cioſe margarite magni cõparate Oratio finalis
Hec nos cõio ꝛc eande ſententia habet cũ ſecreta
¶ Per totum vero reliquũ anni tempus introi-
tus miſſe ab eccl'ia editus eſt Salue ſancta pa- Introitꝰ
rens i mater puerpera i pariẽs puerũ rege enixa tertie
qui regit celum/terramqꝫ i omnes mundi crea miſſe.
turas in ſecula ſeculoꝝ i in eternum ꝛ debet dici
cum genu flexione humili, more eorum q̃ dños

ſalutāt qbus multū ſūt obligati Verſus Virgo
dei genitrix.i. virgo ⁊ mater q̄ duo in eadē femi-
na magnū fuere miraculū ſed additur aliud ma-
ius ſ. quem totus nō capit orbis quia adhuc po-
teſt extra eum alios infinitos implere Deus hic
tantus in tua ſe clauſit viſcera quādo eſt factus
homo ꝓ nr̄a redeptione ⁊ felicitate Ex quo in-
troitu magna oſteditur marie virginis dignitas
pariter ⁊ nr̄a obligabilitas qua deuote eam ſalu-
tare debemus quia dn̄a noſtra/quia benefica/q;
amica/ quā etiā ſalutauit angelus in thalamo/
Joannes in vtero/⁊ dei filius in celo que tandē
ſalutantē ſe reſalutat obuiās ei/quaſi mater ho-
norificata auxilijs opotunis in vita ⁊ in morte/
⁊ poſt mortē iuxta illud Maria mater gratie ma-
Oratio ter mie ⁊c. Oratio Cocede nos famulos tuos ⁊c
Epiſtola declarata ē in veſperis ei⁹. ¶Epiſtola Ab initio
⁊ ante ſecula ⁊c ex cap̄ 24 eccleſiaſti tria ꝓcipua
de virgine maria decantat ſ. ſuā electione eternā
ad tantā dignitatē/ ſuā miniſtratione temporalē
⁊ gratiam cōfirmātem/ ſuā ꝑmiatione celeſtem ⁊
gl̄iam triūphantē De primo dicit̄ ab initio mun
di imo āte oīa ſecula i. tepora creata ſum et ſi nō
opere ſaltem diuina ꝑdeſtinatione ⁊c De ſecun
da ſequitur et in habitatione ſancta i. in terra et
ciuitate ſancta q̄ eſt Judea/⁊ Hieruſalē vel i. in
eccleſia catholica corā ipſo miniſtraui multiplici
ter/dādo ſ. puriſſimā corporis ſui materiā/veſtie-
do humanitatem aſſumptā/⁊ paſcēdo corpulen-
tam ſubſtantiam Poſſet etiā intelligi ab initio
eccleſie chriſtiane ⁊ ante ſecula ſexte etatis mun
di creata ſum plena omni gr̄a ⁊c Sed ne in mi-
niſterio illo deficere poſſem ſic in ſion i. in ſpecu-
la gr̄e firmata ſum.⁊c De tertia ſubdit̄.et in Hie
ruſalem ſup̄na que eſt ciuitas beatorū ibi eſt po
teſtas i. dominatio mea ⁊ radicaui domū meam
in populo honorificato angelorū tamen ſup eos
omnes quia in partes glorie dei mei i. filij dei he
reditas mea ⁊ in plenitudine beatitudinis ſan-
ctorum detentio i. habitatio mea nā ceteris per
Graduale partes mihi aute tota plenitudo gl̄ie creature nō
aſſumpte a deo collata eſt ¶Graduale Benedi-
cta ⁊ venerabilis es ⁊c eſt continuatio ſalutatiōis
Alleluia. eccleſie fideliū poſt introitum ⁊ repetitur verſus
eius Virgo dei genitrix ⁊c Alleluia multiplex re
peritur nam a purificatione vſq; ad ſeptuageſi-
mam dicitur Virga ieſſe floruit ⁊c et ſumitur ex
cap̄lo 11 Eſe Poſt paſcha in tēpore reſurrectio-
nis dicitur idem verſus et additur ſecundū ale-
luia Aue maria gratia plena vt ſupra in aduen
tu Sed poſt pēthecoſten alelula eſt Poſt partū
virgo ⁊c q̄ omnia ſunt ab eccleſia edita At in te-
pore ſeptuageſime/⁊ quadrageſime nō dicit̄ ale-
luia ſed tractus ille Gaude maria virgo cūctas
Euāgeliū hereſes ⁊c cū ſuis verſib⁹ ſ. Que Gabrielis ⁊c dū
ꝟgo deū ⁊ hoīem ⁊c ¶Euāgeliū in toto ꝑdicto
tēpore excepto tēpore reſurrectiōis ē qḋ in matu
tinis dicebatur in ſeptima lectiōe ſ. Loquēte Je-
ſu vel factum e cum loqueret̄ ⁊c ex cap̄lo 11 Lu
ce Ubi ꝑmo ꝑmitit̄ eccl̄ie chriſtiane magna de
uotio Secundo ibi beatus venter ⁊c laudat̄ vir-
ginis marie magna beatitudo Tertio ibi at ille
dixit ⁊c excitatur torpentis anime magna ſollici-
tudo.hec oīa clara ſunt nā dum agitur officium
beate marie virginis Jeſus loquitur ad turbas
populoꝝ ⁊ mulier vidua que ē eccl̄ia laudat vir
ginis beatitudinē multiplicem ſ. beatus venter
⁊c ſic tamen audiendū ē hoc verbum dei vt non
ſolum ſpeculatiue laudes virginis ꝑcipiamus.
verum etiam practice virtutes eius ꝓſequamur
⁊ imitemur Quedā eccleſie in eodē tempore le-
gunt illud euāgeliū Luce 2 Repleta eſt ſpiritu
ſancto Elyſabeth ⁊ exclamans voce magna di-
xit ad beatam mariā Benedicta tu ⁊c vſq; i deo
ſalutari meo et eſt ſimilis ſententia imo maior
laus virginis ⁊ a digniore femina q̄ illū parere
meruit quo nemo maior inter natos mulierū.⁊c.
Sed in tēpore reſurrectionis inter paſcha ⁊ pen
thecoſten eccl̄ia romana cum alijs multis legit
illud euangelij Joānis 19 cap̄ Stabāt iuxta cru
cem ⁊c vſq; accep̄it eam diſcipulus in ſuam
¶Offertoriū. Felix namq; es ſacra virgo maria Offerto-
⁊c eſt ab eccleſia editum declarans cauſam tan rium.
te beatitudinis marie virginis ſ. quia ex ea nat⁹
eſt redemptor deus noſter Sed in tēpore reſur-
rectionis quedam eccleſie cantāt beata es maria
q̄ dn̄m portaſti ſaluatorē.genuiſti qui te fecit/⁊ in
eternum ꝑmanes virgo aleluia ⁊ eſt eadē ſentē-
tia licet alijs verbis ac diuerſo tono Secreta ora-
tio Tua dn̄e ꝓpiciatione ⁊c ſupplicat oblationē
euchariſtie recipi a deo ad ꝓſperitatem fideliū
interceſſione beate virginis in cuius honore ce- Cō.
lebratur ¶Cōmunio in toto illo tempore canta-
tur. Beata viſcera marie virginis ⁊c.cuius eadē
eſt ſentātia cum offertorio Felix namq;.⁊c Ora-
tio finalis Sumptis dn̄e ſalutis nr̄e ⁊c petit ſuſ
ceptū euchariſtie ſacramētum ꝑcib⁹ beate marie
virginis in cui⁹ veneratiōe oblatū eſt ad ſalutē
⁊ pace fideliū prouenire Ceterū cū deuotio fide-
lium erga beatiſſimā dei genitricem creuerit im
menſe quis dinumerare poterit aut exponere
cuncta eius ꝑconia a deuotis ſuis edita ſ. varias
antiphonas/ vſus/⁊ reſpōſoria/aliaq; huiuſmo-
di multa Sed ꝑcipue cōmendatur/et in honore
habetur illa āntiphona quā in fine canonicarum
horarum quotidie cantat eccleſia Salue regina
miſericordie.⁊c eſt enim regina ⁊ mater miſeri-
cordie nam mīa eſſentialis ē ipſe dei filius nat⁹
ex maria virgine ideo ē mat̄ miſericordie ſed mi
ſericordia accidentalis eſt virtus moralis adeo
excellens q̄ a chriſto vocatur beatitudo cum ait
beati miſericordes ⁊c hec in maria heroica eſt et
ſupra cōmunē aliorum facultatē ideo talis mie
ipſa regina eſt nos aute ſerui potius mie ſumus:
quia eam imperfecte habemus Nō immerito er
go eccleſia chriſtiana virginis marie mia egens
dues frequentat antiphonas plus ceteris ſ. ſal-
ue regina mie ⁊c et maria mater gr̄e/ mater mie
⁊c in eadem vero antiphona ſimul vtrūq; ſine cō
iunctione eſſe non poteſt vt dicatur ſalue regina
mater mie ſed debet dici regina/⁊ mater mie vn
de quedam eccleſie dicūt ſalue regina mie.

## Caput cẽteſimum ſeptimumdecimū de cōmuni officio angelorū quod dicitur extra feſtiuitates eorum i in feria ſecunda ſeptimane non habentis aliud feſtum in ea

Sub deifera virgine maria nouē ſequūtur angeloꝝ ordines Dioniſio/ꝛ Gregorio autoribus omnes enim ſunt adminiſtratorij ſpiritus i in miniſteriū miſſi ꝓpter eos ſ hoies q̄ hereditatē capiūt ſalutis Hebre 1 Cū

*Tres angelo[rum] hierarchie*

hoc tñ ſtat trimembris eoꝝ diſtinctio q̄ triplex angeloꝝ hierarchia grece dī i ſacerdos pncipatus nā eorum quidam ſunt aſſiſtẽtes/quidam pſidētes/ ꝛ quidam miniſtrantes iuxta illud Danielis 7 millia milliū aſſiſtebāt ei ꝛ decies centena milium miniſtrabant ei que diſtinctio per ſimilitudinem ad nobiles barones/ꝛ milites curie regalis in terra poſita eſt ad inſtar etiā curie ſpūalis pape in eccleſia

*Prima declaratio*

Cūnā ſub vno rege toti9 regni quidam operant immediate circa pſonā ei9 ſicut cubicularij/ſecretarij/ꝛ aſſeſſores et his ſimiles ſūt tres ordines pme hierarchie angelorum q̄ deo aſſiſtunt/ ꝛ ad ipſum cōuertunt habentes tres neceſſarias conditiōs ad hoc ſ ſummā dilectionem/vel fruitionē quā ſignificat ordo Seraphin quod interpretatur ardens pfectam cognitionem quā explicat cherubin quod interpretatur plenitudo ſcientie ꝛ ppetuā cōprehenſionē/aut tentionem/vl quietationē quā denotat ordo thronorum qd̄ interpretatur ſedes dei Alij ſub rege terreno habent regimē ꝛ curam totius regni in cōmuni neq3 deputati ſunt huic vel illi prouincie/ aut ciuitati in particulari vt iudices curie/duces milicie/ et executores iuſticie his ſimiles ſunt ordines medie Hierarchie qui habet preeſſe et regere vniuerſitate hominum in cōmuni ad quod regimen tres alie ſunt neceſſarie cōditiones prima eſt imperare que ptinet ad dominatiōes ſecūda eſt mira operari q̄ pertinet ad virtutes tertia eſt impedimenta arcere q̄ pertinet ad poteſtates Alij demum ſub rege humano pficiuntur determinatis principijs/et ciuitatib9 vt ppoſiti/baliui et alij minores iudices et his ſimiles ſunt ordines tertie hierarchie habētes determinata officia erga hos vl illos hoies quidā enim eorum pſunt vni toti prouincie/ et dicuntur principatus vt patet Daniel 10 quidam vni ſoli ciuitati et dicunt archangeli i pncipales angeli quidā demū habet curam vnius ſingularis pſone et dicuntur angeli i nuncij minores dei

*Secunda declaratio*

Etiam in regimine ſpirituali eccleſie ſub vno papa vicario chriſti triplices ſunt rectores animarū quidam in eius curia reſidentes ſ cardinales vt Seraphin/epiſcopi vt cherubin et pthonotarij vt throni/ Alij ſunt circa communia ecclie extra curiam pſidentes ſ patriarche vt dñationes/ archiepiſcopi vt virtutes/ epiſcopi vt poteſtates Tande alij ſingulis eccleſijs eiuſdem dioceſis perfecti ſ archipſbyteri vt principatus/ archidiaconi vt archangeli/ et ſimplices curati vt angeli Horum noue ordinū angelorum quaſi iugem/et quondianā memoriam agit fideliū eccleſia qꝛ in omnib9 dieb9 dnicis et etiam in oibus fere ſanctoꝝ feſtis cantat nouem pſalmos/nouē lectiones et totidem reſponſoria in matutinis nouies etiam repetit kyrieleyſon in miſſa vt p cantum eorū pmereamus ad conſortium angelorū cum quibus et noſtras voces vt de9 admitti iubeat depcamur

*Officium p[ro]prium angeloꝝ.*

Sed ſpecialit reuelantibus ipſiſmet angelis eccleſia celebrat bis aut ter in anno feſtiuitatem angeloꝝ que tū reuelatio/tum victoria/tum dedicatio/tum etiā et memoria angelorum dici ſolet In qua poſt nouem lectiones de hiſtoria eorum/vel de ſermone aliq̄ doctorali ponunt reſponſoria nouem fere oia ex caplo 12 Apoca ſimiliter et antiphone de laudibus

*Introit9 miſſe.*

Introitus miſſe Benedicite dñm omnes angeli ꝛc ex pſal 103 eſt cōgratulatio eccleſie de beatitudine angeloꝝ et ſicut angeli deū laudāt ſic ꝛ nos laudare debemus ideo ſequitur verſus eiuſdem pſalmi pncipium Benedic aia dominū

*Oratio. Epiſtola*

Oratio Deus q̄ miro ordine angelorū ꝛc petit nobis a deo ſubſidium ꝛ munimē angeloꝝ Epiſtola Significauit deus.ꝛc ex cap 1 Apoca facit in principio mentionē de angelo reuelante myſteria Joanni et poſtea p ſeptem eccleſias vniuerſas angeloꝝ cōgregationes intelligit idem p ſeptem ſpūs qui in conſpectu throni eius ſunt

*Graduale*

Sequitur graduale cum ſuo verſu oino ſimile cum introitu/ꝛ propter eandem rationem

*Alleluia.*

Alleluia Inconſpectu angelorū ꝛc ex pſal 137 ideo dicitur ab eccleſia qꝛ angeli deferunt orones ad deum et ſemp nobis aſſtant orantib9 iuxta illud Canticoꝝ 3 Qui habitas in hortis amici i angeli aſcultāt te ꝛc

*Euāgeliū*

Euangelium Acceſſerūt ad Jeſum ꝛc.ex capitulo 18 Mat facit ad ppoſitū angeloꝝ.tum quia ibi fit mentio de maiore i regno celorum tum quia ibi phibetur ſcandalū paruulorum eo q angeli cuſtodes eoꝝ ſemp vidēt faciem dei in celis

*Offertorium*

Offertoriū Stetit angelus iuxta aram ꝛc ex caplo 8 Apoca declarat q angeli ſemp parati ſunt deferre orões noſtras corā deo ꝛc Oratio ſecreta Hoſtias tibi dñe ꝛc petit recipi noſtrū ſacrificiū interuētōe angeloꝝ

*Communio*

Cōmunio Benedicite oes angeli ꝛc ex caplo 3 Danielis eſt etiam eccleſie cōgratulatio vt ſupra Finalis oratio Repleti dñe ꝛc eandē ſententiā habet cū ſecreta

*Aliud officiū angelorum cōe.*

Sed qꝛ nō tantū bis aut ter angelorū auxilio eget eccla ſed cōtinue ideo ſtatuit in principio cuiuſlibet hebdomade ſ feria ſecunda (vbi feſtiuitas alicui9 ſcti nō occurrat) cantari miſſam angelorū ſub eiſdem introitu/ graduali/aleluia/ offertorio/ꝛ cōione variat tamen orationē primā dicēs Perpetuū nobis dñe ꝛc in qua petit angelorū ſubſidiū Epiſtolā etiam legit ex caplo 19 Apocalyp Dixit mihi angelus ꝛc vſq3 conſeruus tuus ſum ꝛ fratrū tuoꝝ deū adora vbi angeloꝝ benignā humilitatem erga nos declarat Euāgelium ſimiliter aliud legit ex cap 5 Joānis Erat Hieroſolymis pbatica piſcina.ꝛc vſq3 ſanus fie

bat a q̃cunq; detinebatur infirmitate. eo q ibi fit mentio de beneficio angeli deſcẽdentis in piſcinam p quã eccleſia intelligitur alia oia vt p ias. ¶ Aduertẽdũ aũt q ſicut dies ſabbati dicatus eſt virgini marie ⁊ dies lune angelis ſic feria tertia (quando nõ euenit aliqua feſtiuitas) cantat eccleſia miſſam de trinitate ⁊ feria quarta de ſpũſancto. feria quinta de corpore chriſti vel de aſceſiõe eiꝰ feria ſexta de cruce miſſam celebrat. Rationes horum in promptu ſunt quia ternarius numerus trinitati conuenit dies mercurij qui e planete ſapientie/⁊ intellectu3/⁊ ornate locutiõis aſſimilat ſpũſancto talia dona operãtis i nobis Feria quinta fuit dies inſtitutiõis euchariſtie vl aſceſiõis chriſti ⁊ feria ſexta dies paſſiõis chriſti Horum officiorum

Miſſa de trinitate

miſſaliũ declarationes plus habite ſũt niſi q i miſſa hac hebdomadali trinitatis alia poniť epl'a ex caplo 13 ſecũde epiſtole ad Corin ſ In dño gaudete pfecti eſtote ⁊c̃ vſq; ſit cũ oibus vobis amen quia fit ibi mentio de tribꝰ pſonis diuinis Eũ aliud euãgelium ex caplo 15 Joannis ſ Cũ venerit paraclitus ⁊c̃ vſq; quia ego dixi vobis qr fit ibi mentio de eiſdẽ tribus diuinis pſonis ego inquit filius mittam vobis a patre ſpũm veritatis ⁊ ibi p̃cipit deus publice nos debere pfiteri hunc articulũ fidei etiam ſi pſecutiões patiamur ab infidelibus ¶ Siľr in miſſa cõmuni ſpũſan-

Miſſa de ſpũſancto

ctus epl'a eſt ex caplo 8 Actuũ aploꝝ ſ. Cum audiſſent apli ⁊c̃ vſq; accipiebant ſpũmſanctũ qr ibi clara fit mentio de ipſo Euangeliũ legiť idẽ quod in priori miſſa de trinitate prime notatum eſt quia ibi etiam p̃dicatur ſpũſſanctus Solent aliqui i hac miſſa accipere euangeliũ ⁊ epl'am vigilie penthecoſtes de qbus iã aliás ¶ Sed in

Miſſa de cruce

miſſa cõi de cruce introitꝰ ẽ Nos aũt gl'iari ⁊c̃ vt ſ ipſa feria tertia hebdo ſcte Epl'a eſt eadẽ q̃ in dñica palmarũ ad Philip 2 Euãgeliũ eſt illud Mat 20 Aſſumpſit Jeſus ⁊c̃ vſq; tertia die reſurget cetera oia q̃ in choro cãtari habet ſumunť ex officio inuentiõis/vel exaltatiõis ſcte crucis qr in eis reſonãt laudes eius multiplices ſ graduale Chriſtꝰ factꝰ eſt ⁊c̃ cũ verſu Propter qđ ⁊ deꝰ ⁊c̃ ex epl'a Phili 2 Alleluia Dulce lignũ ⁊c̃ ⁊ offertoriũ Protege dñe ⁊c̃ ⁊ cõio Per ſignũ crucis ab eccl'ia ordinata ſunt ex tẽpore Heraclij imperatoris Sed orõnes tres huic miſſe pprie ſũt Prima Deꝰ q̃ vnigeniti ⁊c̃ orat deum vt hiq̃ vexillo crucis honorificãt ſe/ptegantur auxilio dei ꝯtra hoſtiles inſultꝰ Secreta orõ Hec oblatio dñe ⁊c̃ cõmẽdat euchariſtie oblatione que eſt memoria paſſiõis chriſti in cruce Vltima orõ Adeſto nobis dñe ⁊c̃ eandẽ ſententiã habet cũ prima collecta

## ¶ Caput cẽteſimum decimumoctauum de cõi officio apoſtolorum

Argumẽ-tũ officij.

**IN ſuperna illa Hie**ruſalẽ celeſti hoĩes beati ſunt angelis aſſociati qui reintegrãt eorũ numerum diminutũ p caſum demonum et licet ſancti hoĩes aduliti nõ faciãt alium ordinẽ beatoꝝ p̃ter nouem ordines angeloꝝ tamẽ eccl'ia ſeorſum facit eoꝝ officium ab officio angelorum ppter diſcrimen nature ipſorum quos gratia ⁊ gloria equales fecit in celo. Sanctoꝝ igitur hoĩm quadruplex ponitur differentia cõformiter ad quattuor p̃ncipales angulos ⁊ ventos totiꝰ mundi ſ apl'i/martyres/ꝯfeſſores/⁊ virgines ⁊ hoc loquẽdo p̃ciſe de ſanctis noui teſtamenti de quibus ſolis eccleſia latina ſpecialia celebrat officia/⁊ feſta Per orientem q eſt

Apoſtoli oriens

p̃cipalior pars ⁊ dextra vniuerſi apoſtoli ſignificantur qui alios oẽs ſanctos excedunt in quattuor Primo in excellentia dignitatis quia conſtituit eos deus p̃ncipes ſup omnẽ terrã pſal' 44. Secundo in preeminentia poteſtatis qr ecce dedi vobis poteſtatẽ ſup oẽm virtutẽ inimici ⁊c̃ Luc 10 Tertio in p̃rogatiua ſanctitatis quia repleti ſunt oẽs ſpiritusſancto Actuum 2 Quarto in efficatia vtilitatis quia i omnem terrã exiuit ſonus eorum ⁊ in fines orbis pſal' 18 Per meridiẽ ſi-

Martyres meridiem

gnificãtur martyres ppter zeli feruorem/ et fidei calorem de quibus apl'us Hebre 11 dicit q p fidem vicerunt regna/operati ſunt iuſticiam/adepti ſunt repromiſſiones ⁊c̃ quia pro chriſto paſſi ſunt multipliciter/conſtanter/ ⁊ vtiliter ſibi ⁊ nobis Per aquilone denotantur cõfeſſores ppter

Confeſſores ſeptentrio

abſtinẽtie rigorem de quibus ad Roma 10 corde creditur ad iuſticiã/ore autẽ cõfeſſio fit ad ſalutem ⁊c̃ confeſſi ſunt enim chriſtũ corde recte credendo/ore ipſum publice p̃dicãdo/⁊ opere ipſum in vita ⁊ in moribus imitando Per occidentem

Virgines occidens.

virgines ſignificantur ppter mũdicie nitorẽ albeſcit enim polus ſole occiduo ipſis etiã omnia mundana gaudia occidũt de his apl'us loquitur prime Corin 7 De virginibꝰ p̃ceptum dñi nõ habeo cõſiliũ autẽ do volo aũt vos ſine ſolicitudine eſſe qui ſine vxore eſt ſolicitus eſt q̃ dñi ſunt quomodo placeat deo ⁊ mulier innupta/⁊ virgo cogitat q̃ dñi ſunt vt ſit ſancta corpore ⁊ ſpũ et ſapientie 4 O q̃ pulchra eſt caſta generatio cum claritate immortalis eſt enim memoria illius ⁊ in ppetuũ coronata triumphat incoinquinatorũ certaminum premium vinces ⁊c̃ virgines enĩ q̃ ſunt ſponſe regis cõparantur angelis/preferunť coniugatis/⁊ multis gaudent priuilegijs/ambulant cum agno in veſtibꝰ albis ⁊c̃ Sed quo articulatiꝰ ſingulos ſanctoꝝ ordines diſcernamus apoſtolis euangeliſte annectunť i qui euangelia autentica cõſcripſerunt Martyrum etiam officia duplicia ſunt ſ de vno martyre/⁊ de pluribus Confeſſorum itidem alij fuerunt pontifices/alij ſimplices ſacerdotes/aut laici humiles vel religioſi ⁊ abbates Põtificum iterum duo ſunt officia hoc eſt de vno ⁊ pluribus eorum Eãdem ſimili diſtinctione facta in officio virgnũ videlicet de vna ⁊ de pluribus virginibꝰ ad numerũ nouenarium pportionaliter ad ordines angelorũ officia ſanctoꝝ hominũ extendemꝰ ab apoſtolis nõ immerito p̃ncipiũ ſumẽtes ¶ Apoſtolus grece interp̃tatur miſſus latine Jnde illi primi chriſti ſectatores diſcipuli apoſtoli dicti ſunt quia ab eo miſſi

es miſſi fuerunt p̄d care grām fidei ſue p vniuer
ſum orbē. Joannis 15 Ecce ego mitto vos vt ea
Duplices apoſtoli. tis ⁊ fructū afferatis ⁊c̄ ¶ Duo tn̄ aplo ū genera
colit eccleſia quidam enim fuerūt eb ipſo chriſto
electi adhuc in humanis degēte vt Petrus/An
dreas/⁊ alij vſq̄ ad Matthiam loco Jude Sca
rioth ſubrogatum ante Penthecoſten et ſic non
enumerant niſi duodecim apoſtoli q̄ etiā primū
fidei ſimbolū condiderunt ꝯ ſinguli ſingulos ar
ticulos proferentes vel forte ſinguli oēs articu
los ⁊ oēs apli ſingulos Alij fuerūt apli a ſpiritu
ſancto poſt pethecoſten vocati iam chriſto in ce
lo glorioſe reſidente vt Paulus/⁊ Bernabas de
quib⁹ Actuū 13 dixit ſpuſſanct⁹ ſegregate mihi
Saulū/et Bernabā in opus ad quod aſſumpſi
eos ⁊c̄ et ipſi quidē miſſi a ſpūſancto abierūt ⁊c̄.
ecce miſſi et apli vocantur poſt illos duodecim
priores Et ſic in vniuerſo ſunt quattuordecim
apli ꝓpterq̄ doctores aliq̄ articulos fidei quat
tuordecim diſtinxerūt Hijs ꝯuenit figura de duo
decim filijs Iſrael q̄s ab Egyptiaca ſeruitute duo
alij patriarche Moyſes vez et Aaron eduxerunt
Jacob etiā preter duodecim filios ſuos Manaſ
ſem/⁊ Ephraym i filios adoptauit Geneſ 48
⁊ hec eſt ratio quare in bullis papalib⁹ Petrus
ad ſiniſtrā/⁊ Paulus ad dexterā figurant q̄ cū
coꝝ apoſtolat⁹ gene differret coꝝ differētia mon
ſtrari debuit figuratiōe congrua quippe beatus
Petrus a chriſto adhuc in ſiniſtra viuente vita
paſſibili vocat⁹ eſt ad apicē apoſtolat⁹ ſed Pau
lus ab eodē iā in dextera pr̄is ſedēte elect⁹ eſt in
aplum di ete ipſo Roma 1 Paulus apls Jeſu
chriſti ⁊c̄ Eccl̄ia ergo Ro de q̄buſdā iſtoꝝ aploꝝ
fecit ſpecialia ⁊ ꝓpria officia vt de beato Petro
ꝓpter autoritatē paſtoralis dignitatis de beato
Paulo ꝓpter puilegium magnifice p̄dicatiōis.
De ſancto Andrea ꝓpter deuotionē mirabilem
crucis et de ſancto Joāne ꝓpter excellentiā diui
ni amoris/et caſtitatis v̄ginalis de alijs fere om
nib⁹ aplis cōmune officium ordinauit eccl̄ia et
olim faciebat cōmune feſtū coꝝ in Kal' Maij vt
dies varij nō viderent diuidere quos eadē chri
ſti menſa/eadē doctrina/⁊ eadē apoſtolica digni
Matutini tas fecerat cōformes ¶ In cui⁹ officij cōis matu
tinis legunt noue pſalmi fere ſinguli de ſingulis
ferijs ſeptima ⁊c̄ exceptis tertia et quarta ex qui
bus bini dicunt pſalmi ad complementum no
uenarij Sed rationem quare potius illi pſalmi
q̄ alij de apoſtoli cantent. antiphone ex eiſdem
ſumpte declarant que ſunt aptiores verſus pſal
morū in laudē apoſtolorum explicati Lectiones
cōmunes ſumunt ex ſermone alicui⁹ doctoris ec
cleſie vel ex Actib⁹ apoſtoloꝝ Sed p̄ter has ſin
gula apoſtoloꝝ feſta ꝓprias hn̄t lectiōes ex
hiſtorijs eorum Reſponſoria omnia fere ſunt ver
ba chriſti ad eos ex euangelijs ſūpta vt Ego mit
to vos ⁊c̄ Mat 7 et Tollite iugū meū ibidem ca
pitulo 11 et Dū ſteteritis ante ⁊c̄ Luce 12 ⁊ Bea
ti qui p̄ſecutionem Matthei 5 ⁊ Beati eritis ⁊c̄
Luc 6 et Vos eſtis lux ⁊c̄ mixtum eſt ex verbis
Matthei 5 et Luce 6 et 22 ⁊ Hoc eſt preceptum
meum ⁊c̄ Joannis 15 et ſic de alijs multis que
dam tamen eorum ſumunt ex predictis pſalmis
matutinalibus vt Nimis honorati ⁊c̄ et In om
nem terram ⁊c̄ et Non ſunt loquele ⁊c̄ Antipho Laudes.
ne de laudibus fere oēs ſunt ex Joānis cap̄ 15
vt Hoc ē preceptum meum ⁊c̄ Similiter ⁊ p ho
ras diei ex alijs euangelijs Capitula etiam matu
tinis/et in horis diei plura ſunt vt illud Jam nō
eſtis hoſpites ⁊c̄ Epheſ 2 et illud Non vos me
elegiſtis ⁊c̄ Joannis 16 et illud Scimus quo
niam diligentibus ⁊c̄ Roma 8 et illud Ibant
apoſtoli ⁊c̄ Actuum 5 et illud Per manus apo
ſtolorum fiebant ſigna ⁊c̄ ibidem et alia multa
ſcdm varietatē epiſtolarū q̄ dici ſolent tam i die
bus apoſtoloꝝ q̄ȝ in eorū vigilijs nā oēs fere apo
ſtoli habent vigilias/et octauas ad ſignificandū
q̄ ſi compatimur eis et cōregnabimus exceptis
Joanne/Philippo/et Jacobo quoꝝ vigilie pro
pter rationabiles cauſas nō ieiunant. In veſpis
ex diuerſis ferijs colliguntur pſalmi magis apti
ad honorem dignitatis apoſtolice quoꝝ vltim⁹
eſt et ꝓprijſſimus ſ Dn̄e probaſti me ⁊c̄ ps 138
¶ Ergo in officio cōmuni miſſe apl̄ice a vigilia Introitus
coꝝ cōmuni ordiendū eſt que duplex ponitur in miſſe.
miſſali romano altera di in vigilia vnius apoſto
li/et altera in vigilia pluriū aploꝝ Prime vi
gilie introitus miſſe talis eſt Ego aūt ſicut oliua
fructifera ⁊c̄ ex pſal' 51. vbi notatur fructus/ ⁊ vti
litas/et meritum cuiuſlibet apli dum in hac mi
ſera vita peregrinaretur et non attribuit proprie
virtuti ſed miſericordie dei qui talem grām fru
ctificandi in eccleſia ſibi dedit Verſus eſt p̄nci
pium pſalmi ſ Quid glo laris in malicia ⁊c̄ quo
arguitur malicia damnabilis cuiuſlibet tyranni
apoſtolū perſequētis Oratio Da queſumus om Oratio.
nipotens deus ⁊c̄ ſupplicat deum vt ieiuniū pre
ueniens ſolemnitate apoſtoli ſit nobis meritoriū
ad deuotionis augmentum pro ipſa principali
feſtiuitate melius celebranda Alie eccleſie dicūt
orationem Concede q̄ſumus omnipotens deus vt
beatus ⁊c̄ que petit illius apli interceſſione ieiu
nantibus dimitti peccata/ ⁊ remoueri pericula
¶ Epiſtola eſt Benedictio dn̄i ſuper caput iuſti Epiſtola
ex cap̄ 10 Prouerbio Sequitur Dab̄ illi dn̄s
hereditatē ⁊c̄ Vſq̄ induit eū dn̄s coronā glīe ex
cap̄ 44 et 45 Eccleſiaſtici ad lrām ſunt laudes
Jacob/et Moyſi/et Aaron que cantātur in lau
dem cuiuſlibet apoſtoli qui ſimul fuit pater ſpiri
tualis apli dei ſicut Jacob/glioſus in miraculis
et p̄dicationib⁹ vt Moyſes/et ſacerdos dei mini
ſterq̄ teſtamenti eterni vt Aaron Alie ecclie di
cunt eplām Beatus homo qui inuenit ſapientiā
⁊c̄ ex cap̄ 3 Prouerb que laudat apli ſapientiā
tam in docendo q̄ȝ in operando ⁊c̄ vel potius lo
quitur de ſapientia dei increata que ē filius cui⁹
primi fructus fuerunt apoſtoli quos ipſe dei fi
lius quaſi celos ſtabiliuit ſup terrā i eccleſiam
ſuam quam fundauit fide ⁊ fuerunt ei quaſi nu
bes irrigantes eam ⁊c̄ ¶ Graduale eſt Juſtus Graduale
vt palma florebit ⁊c̄ ex pſalmo 36 nam ex quo
in introitu apoſtolus fuerat oparatus oliue fru

ctifere ſiā ꝯparatꝰ palme/ꝛ cedro arboribꝰ ꝑ'ceſis
Verſus Ad annūciādū.ꝛc ex eodē ps declarat
predictam comparationē ex officio predicationis
apoſtolice Non dicitur alleluia ꝓpter ieiunium
ſicut nec gloria in excelſis/neq ite miſſa eſt que
Euāgeliū ſunt cantica leticie. ¶Euangelium ex caplo 15
Joannis. Hoc eſt preceptū meum duo precipue
notat de quolibet apoſtolo ſ quanta fuerit dile-
ctio chriſti ad eum quia elegit ipſum ad tantum
culmen dignitatis ꝛ quātꝰ fuerit apoſtoli ſic ele-
cti fructus in eccleſia dei ſuis ꝑdicationibus et
myraculis qui vſq modo manet Quedam eccle
ſie legunt illud Matthei 19 Dixit Simō petrus
ad Jeſum ꝛc vbi notatur ſimul ꝛ meritū cuiuſli-
bet apoſtoli in relinquēdo mūdana omnia pro-
Offerto-rium pter chriſtū et premium glorie celeſtis que ē me
lior in centuplo q̄ȝ totus hic mundus ¶Offerto
rium ex pſalmo 8 Gloria ꝛ honore ꝛc decantat
honorē aplice dignitatis ſup omnes alios eccle-
ſie gradus Secreta oro Aplici culminis ꝛc cla-
Commu nio. ram habet intelligentiā petēs ſuffragia apoſtoli
¶Cōmunio Magna eſt glia eius ꝛc ex ps 36
laudat apli gloriam quam in hoc ſeculo habuit
nam de gloria paradiſi loqui magis pertinet ad
feſtum q̄ȝ ad vigiliā eius Vltima oratio Sancti
apoſtoli tui ꝛc petit a deo ſupplicatione apoſtoli
mediante et veniam peccatorum/ et premiū no-
Introitꝰ ſecunde miſſe ſtrorum ieiuniorum ¶In vigilia plurium apo
ſtolorum introitus miſſe cōmunis ex ps 78 eſt
Intret in cōſpectu tuo dn̄e ꝛc proponens aplorū
labores in hac vita et eorum gloriam in futura
quā vocat ſanguinis eoꝝ vindictā verſus Deus
venerunt gentes ꝛc eſt principiū eiuſdē pſalmi
velut querimonia coram deo de ꝑſecutione eccle
ſie ſue ab infidelibꝰ quam vocat hereditate dei
Oratio Oratio Concede queſumus omnipotens deꝰ vt
ſicut apoſtoloꝝ ꝛc petit fideles preueniri in ſuis
neceſſitatibus interceſſiōe illorū apoſtolorū quo-
Epiſtola rum ieiunādo ipſi feſta preueniunt ¶Epiſtola a
quibuſdam dicitur illud Actuū cap 5 per manꝰ
apoſtoloꝝ ꝛc vſq curabant omnes et clara ē ſen
tentia in laudem aplorum myracula facientium
Alij legunt illud Ephes 1 Benedictꝰ deus/ꝛ pa
ter ꝛc vſq ſupabundauit in nobis vbi apli lau-
dant deum de ſua electione/ꝑdeſtinatione/ꝛ vo-
catione ad dignitatē apoſtolatus Alijs placet il-
lud prime Corin 4 Spectaculum facti ſumus
ꝛc vſq moneo in chriſto ieſu dn̄o nr̄o que ē enar
ratio laborum quos apoſtoli ſuſtinuerunt in hoc
mundo ꝓpter eccleſiam dei edificandam/hono
randam/ꝛ pacificandam et concordat labori ie-
Alleluia iunantium ¶Graduale Vindica dn̄e ꝛc decla-
ratum eſt in huius miſſe introitu verſus ex eodē
pſal poſuerūt mortalia ꝛc exclamatio ꝛ querella
Euāgeliū eccleſie ē ſup aploꝝ cedibus ¶Euangeliū Ego
ſum vitis vera ꝛc ex cap 15 Joānis pulchra com
paratiōe de vite ad ſuos palmites refert aplorū
Offerto-rium. maximā vnitatem ad chriſtum/ꝛ fructū quem in
toto mundo fecerūt ¶Offertorium Exultabunt
ſancti in glia ꝛc ex pſal 149 ad premium ptinet
aplorum pro ſuis laboribꝰ Secreta oro Mune-
ribus nr̄is ꝛc merita aplorum optat interuenire
ad munerū oblatoꝝ acceptatione a deo ne impe
diantur peccatorū nr̄orum obſtaculis ¶Com Coia.
munio Poſuerūt mortalia ꝛc ex ꝑdicto ps 78
plangit aploꝝ martyria vt oſtendat eos dignos
magna gloria Vltima oro Sumpto dn̄e ꝛc effe
ctū ſacramenti eucharistie in nobis petit impleri
aplorum precibus quoꝝ veneramur memorias
¶In die tranſitꝰ apoſtolorū (qui dicitur natale Introitꝰ
coꝝ) introitus miſſe ſumit ex pſal 138 Mihi aute terne
nimis ꝛc decātat honore ꝛ dignitate gradus apo miſſe.
ſtolici ſup oēs alios ſtatus fideliū q2 ſunt pnci-
pes oim fidelium Verſus eſt pncipiū eiuſdem
pſalmi Dn̄e probaſti me ꝛc quo apls quilibet al
legās ſuā paſſionē q̄ a deo tentatꝰ ꝛ probatꝰ eſt
petit ſuā reſurrectione ad gloriam poſt tam diu-
turnā ſeſſionem in terra Oratio de quolibet fe- Oratio.
ſto aplorum eſt propria ſed preter eas ſolet poni
oro cōis de vno aplo Queſumꝰ o [illegible]t beatꝰ ꝛc
iam declarata ē in vigilia De pluribꝰ vero aplis
oratio cōis Deus q̄ nos annua ꝛc petit a deo au
xilium gre quo eorum inſtruamur exemplis de
quorū gaudemꝰ meritis ¶Epiſtola huius feſti Epiſtola
multiplex ponit prima eſt Jam non eſtis hoſpi-
tes ꝛc Ephes 2 que dicit aplos fundatores eccle
ſie chriſtiane ꝑſuppoſito tn̄ pncipali fundamēto
ac ſummo angulari lapide chriſto ieſu Alia epla
Vnicuiq noſtrū data eſt gra ꝛc Ephes 4 diſtin
guit varias gras datas hoibus a deo ſecundum
diuerſos ſtatꝰ fideliū in qbꝰ apli pmum habent
locum et ampliores gras q2 acceperūt pmitias
ſpūſancti ꝛ tempore prius ꝛ ceteris abūdantius
Alia epla eſt Scimꝰ quoniā diligentibꝰ deū ꝛc
Roma 8 q̄ multas ꝓſequit laudes aplorum ſ
eorū ꝑdeſtinationē a deo/vocationē/ iuſtificatio-
nem/et magnificationē in multis ꝓuilegijs ſpiri
tualibꝰ ex quibꝰ habuerūt virtutē ad reſiſtendū
oibus mundi ꝑſecutionibus maxime ꝓpter ni-
miā charitate dei q̄ et diligebant a deo/ꝛ ipſi ar-
denter eū diligebat ac firmiter i eo permanebāt
Preter has eplas aliq̄ apli ꝓprias habēt ¶Gra Graduale
duale etiā multiplex eſt primum Cōſtitues eos
pncipes ꝛc ex ps 44. habet eandē ſententiam cū
pma epla verſus Pro prībus tuis ꝛc ex eodem
pſal cōfirmat idem alijs vocabulis nā apli fue-
rūt eccle fundatores/pncipes/patres/ paſtores/
doctores ꝛc Aliud graduale eſt Nimis honorati
ſunt ꝛc ex ps 138 et eſt idē cū introitu miſſe ver-
ſus ex eodem ps Dinumerabo eos ꝛc alludit ad
ꝓmiſſionē factā Abrahe Genes 22 q̄ cōpleta eſt
in aplis quoꝝ ſemen ſpūale multiplicatū eſt ſup
arenā maris/ꝛ ſup ſtellas celi Aliud graduale In
oēm terrā ꝛc ex ps 18 cuiꝰ verſus ē pncipiū eiuſ-
dem pſal Celi enarrāt ꝛc eſt pncipalit de laude
ꝑdicationis aploꝝ q̄ repleuit totā terra habitabilē
et gliam dei pplis enarrauit Alleluia multiplex Alleluia.
ponit nā qdā eoꝝ coincidūt cū ꝑdictis gdualibꝰ
vt Cōſtitues eos pnci ꝛc Nimis hono ꝛc Alia ſu
munt ex euangelio vt Hoc eſt ꝑceptū meum ꝛc.
Joan 15 Ego vos elegi ibidem cap 16 vos eſtis
q̄ pmanſiſtis Luce 22. Vltimū alleluia ſumitur ex

autoritate eccleſie Te glorioſus apl'oꝝ chorus ⁊c quoꝝ oim ſententia eſt ſatis clara et cedit in laudes aploꝝ

Euāgeliū ¶Euangeliū quoq multiplex ponit in miſſali romano primū Hoc mando vobis ⁊c ex Joannis cap 15 vbi ⁊ aploꝝ magna charitas ad deū ⁊ ꝓximū oſtendit/⁊ pſecutium eos malicia declaratur/⁊ malignātium peccatū et pena cōcluditur Aliud euāgeliū Ego ſum vitis vera. ⁊c Joan 15 de quo ſupra in vigilia Aliud Ecce ego mitto vos ⁊c Mat 10 oſtendit propriū aplorum officiū/⁊ multiplice tribulatione mundi aduerſus eos ꝓpter chriſtū et tandem gl'iam eoꝝ propter ſuam pſeuerantiā Aliud euangeliū Dixit Simō petrus ⁊c Mat 19 de quo ſupra in vigilia Alie eccleſie legunt illud Joannis 15 Hoc eſt ꝑceptum meum de quo etia ſupra in vigilia

Offertorium ¶Offertoꝛium multiplex eſt ſ Mihi autē nimis ⁊c Cōſtitues eos ⁊c Jn oem terrā ⁊c.⁊ oia patēt ex pdictis Orationes ſecrete petunt aploꝝ precibus et meritis acceptari a deo ſacrificia ꝓ ſanctificatiōe celebrātū

Communio. ¶Cōmunio tande multiplex ponitur ſed ſemp ex euangelio ſ Ego ſum vitis vera ⁊c Ego vos elegi de mūdo ⁊c Amen dico vobis q vos qui reliquiſtis oia ⁊c Vos qui ſequuti eſtis me ⁊c et patēt ſententie ex ſupradictis in declaratiōe euāgelioꝝ Vltie orōnes Clamāt deū ꝓ beneficijs obtinēdis ex interceſſiōe aploꝝ

## ¶Caput cēteſimūnonum decimum de cōi officio euangeliſtarum



Oſt apoſtolos eccleſia in ordine ſecūdo veneratur euangeliſtas i eos q euāgelia autētica ſcripſerūt Dicitur notāter autentica q2 (vt Lucas narrat in ꝑncipio ſui euāgelij) multi ſcripſerūt euangel'a i h'ſtoriā vite chriſti/⁊ geſtoꝝ eius ſed apud fideles ſola euāgelia quattuoꝛ ſ Mathei/Marci/Luce/et Joānis ſunt autētica q2 illa ſola robur diuine autoritatis habent alia vero omnia apocripha cēſent cui' ratio eſt multiplex.tū quia alia ſunt de veritate ſuſpecta/vel propt imperitiam ſcribētium ea/ vel ꝓpter maliciam hereticoꝝ ea deprauantiū tum q2 non inſtinctu ſpiritusſancti neq ex mādato dei ſpeciali edita ſūt ſicut iſta quattuoꝛ tum q2 alij ſcriptores euangelioꝝ ſolā hiſtoriā vite chriſti narrare intēdebant/ et nihil ſpūale ex ea elicere iſti vo quattuoꝛ magis voluerunt aliquid ſpūale de chriſto/et eccl'ia ſignificare quā hiſtoriā texere tum deniq q2 iſte nu'merus in ve teſta eſt multipliciter figuratus vt in quattuoꝛ fluuijs paradiſi qui irrigāt totam terrā/in quattuoꝛ anulis arce federis dn̄i/in quattuoꝛ prophetis maioribus/in quattuoꝛ aīalibus quattuoꝛ facierū q vidit Ezechiel/et in quattuoꝛ rotis/et in qdrigis Aminadab de quibus in canticis/ in quadrigis Zacharie q egrediebant de medio duorum montium i duorum teſtamentorum Deniq Joannes in apocalypſi ciuitatem ſanctam Hieruſalem in quadro poſitam deſcribit ⁊c Dicitur aūt euangeliſta quia ſcripſit euangelium i bonū nunciū de reparatiōe humani generis p chriſtū Quia igitur euangeliſte ſunt tantum quattuoꝛ quoꝝ quilibet habet propriū officium nō curat miſſale romanum officiū ponere cōmune euangeliſtarum Sed alie queda eccleſie de his in quibus euangeliſte communicant dederunt cōmune officiū eoꝝ

Matutini ¶Unde in matutinis oia reſpōſoria ſumpta ſunt ex pmo cap Ezechielis de viſione illorum quattuoꝛ animalium. Pſalmi tam i matutinis q in veſperis ſicut de alijs apoſtolis Antiphone ex euangelio Luc 10 de quo poſtea dicemus

Laudes. Jn laudibus antiphone Dilecti deo ⁊c. oēs fere ſumpte ſunt ex cap 45 Eccleſiaſti et loquit de miniſterio ſue ꝑdicatiōis tam vocalis q ſcripte ab eis Per horas diei antiphone cōſonat pdictis in matutinis Capitula fere oia ſumuntur ex capitulo 15 Eccleſiaſtici ſ. Jn medio eccleſie ⁊c Cibauit illū dn̄s ⁊c Jocunditate ⁊ exultatione ⁊c Jn pmis veſpis antiphona ad magnificat ex apoc.4.cap Ecce ego Joānes ⁊c de qua dicem' in epl'a Jn ſcdis veſperis antiphona ad magnificat Tua ſunt hec chriſte opera ⁊c fundat in 1 cap Ezechiel de quo ſtatim in epiſtola

Jntroit' miſſe. ¶Jntroitus miſſe cōis Os iuſti meditabitur ſapientiā ex ps 36 facit mētionem de ſapientia/iudicio/⁊ lege dei quā euangeliſte ſcripſerūt Verſus eſt pncipiū eiuſdē pſalmi ſ Noli emulari in malignātibus ⁊c q notat vel falſos legiſlatores vt Mahumetū. vel peccatores q lege non obſeruāt Alius introit' ſolet poni ex 15 cap Eccleſiaſti ſ Jn medio eccl'ie aperuit os ei' ⁊c.qui eſt generalis ad oēs doctores vniuerſalis eccleſie qui repleti ſunt ſpū ſapientie verſus Bonū eſt confiteri dn̄o ⁊c eſt ꝑncipiū pſal' 78 ⁊ laudat doctrinam euāgelicā q tota eſt cōfeſſio diuine veritatis

O.atio. Oro nulla eſt cōis q2 quilibet euangeliſta habet ꝓpriā ſed oēs ille implorant a deo grām ſane intelligentie doctrine euāgelice pcibus illi' ſancti obtinēda

Epiſtola. ¶Epiſtola ex 4 cap apoc. Ecce ego Joānes vidi oſtiū ⁊c vel ex 1 cap Ezechiel Similitudo vultus quattuoꝛ aīalium ⁊c in q vtraq euangeliſte figurant p illa quattuoꝛ aīalia quoꝝ quodlibet habebat qttuoꝛ facies ſ hominis/leonis/vituli/⁊ aquile quia quilibet euāgeliſta de chriſto notat quattuoꝛ myſteria videlicet natiuitate.quia homo ex matre pdicationem ⁊ myracula qſi leo rugiens paſſionē qua immolatus ē vt vitulus reſurrectionē/⁊ aſcenſionē ad modū aqle volātis in celū Verum harū facierū pma i facies hominis eſt proprio' Mattheo q magis inſiſtit circa humanitatem chriſti vnde et euāgelium ſuum exorditur Liber inquit generationis humane ieſu chriſti ⁊c Secūda facies leonis conuenit appropriate Marco q a predicatiōe pcurſoris ⁊ ſaluatoris aucupat ſui euāgelij pncipiū dicēs Vox clamātis i deſerto ⁊c Tertia facies vituli appropriat Luce q magis late ⁊ deuote myſteria paſſiōis pſequit vnde ⁊ a ſacrificio ſacerdotis incipiēs ait Fuit in diebus Herodis ſacerdos

quidam. rc̄ ipſe etiā Lucas crucis mortificationem iugiter in ſuo corpore ꝓ noīe dei portabat vt dr in orōne eius Quarta facies aquile magis ꝓpria eſt Joanni q̄ pncipalr agens de diuinitate chriſti a natiuitate eterna filij dei ex patre ſui euāgelij pncipium habet dicens in pncipio erat verbū rc̄ ideo iſte euangeliſta ceteris altius volauit vt aquila [Graduale] ¶ Graduale Beatus vir q̄ timet dnm ps 111 Verſus ex eode Potēs in terra erit ſemen rc̄ vbi agit de ſemine verbi dei/ z bonorū operum/ z multorꝫ fideliū vnde ſequit generatio rectorꝫ benedicet quia euāgeliſte filios dei generant q̄ ſunt benedicti [Alelula.] Aleluia ex cap̄ 41 Eſaye Primus ad ſyō dicet ecce adſum z Hieruſalem euangeliſtā dabo clara eſt autoritas accipiendo ſyon et Hieruſalē ſpūaliter ꝓ eccleſia chriſtiana. Alij cantant aleluia Beatus vir et eſt idē cum [Euāgeliū] graduali ¶ Euangeliū Deſignauit dns alios ſeptuagita duos diſcipulos rc̄ Luce 10 eſt de officio z dignitate euāgeliſtarū Primo qz ſunt minoris ſtatus q̄ apl̄i ſed immediate poſt eos Secundo qz miſſi ſunt pdicare z verbo/ z ſcripto ad modū agricolarū qui ex labore ſuo multū fructū colligunt vnde ſubdit et dicebat illis meſſis qui de multa rc̄ rogate dnm meſſis vt mittat operarios rc̄ ecce ego mitto vos rc̄ Tertio qz dat eis poteſtatem vt de euāgelio viuant i accipiāt neceſſaria victus z veſtitus ab his quib9 euangelizāt ideo ſubditur nolite portare rc̄ qz poteſtis talia de iure petere a fidelibus ſequitur dignus eſt [Offertorium] operarius rc̄ ¶ Offertoriū Poſuiſti dne ſup caput eius rc̄ ex pſal' 20 eſt de premio magne glorie doctoris euāgelici ¶ Similiter cōio Magna [Cōio.] eſt glīa eius rc̄ ex eodē pſal' Orones ſecrete z finales exponende ſunt ſicut de apl̄is

## ¶ Caput centeſimū vigeſimum de cōmuni officio vnius martyris



Ertium gradū inter ſanctos noui teſtamēti habent martyres chriſti eo q poſt viros apl̄icos et euāgelicos ipſi teſtimoniū exhibuerunt chriſtiane fidei et religionis nō tam verbis / aut ſcriptis/ q̄ factis hinc martyr grece teſtis eſt latine Ex martyrib9 aūt pauciſſimi hūt officia ꝓpria in miſſali romano ſ Stephan9/ Laurētius/ z decollatio ſcti Joānis Baptiſte z ſolus inter eos Laurentius habet vigiliā z octauā Diſtingunt autē ibi plura officia de martyrib9 ſ de vno et de pluribus ſimul et iterum quodlibet illorꝫ eſt duplex .ſ officiū cōmune p totū annū z ſpeciale ꝓ tepore reſurrectionis Jtem officiū cōmune vni9 martyris eſt duplex.ſ aliud pro martyre pontifice et aliud ꝓ non pontifice Sed hec differentia duntaxat ponitur in officio miſſe nam in alijs horis nocturnis z diurnis officium vni9 martyris vni[Matutini] forme eſt ꝓ q̄libet vno martyre ¶ Jn matutinis dicuntur oēs noue pſalmi ex officio dnicali. z antiphone ſunt verſus pſalmorum q̄ magis explicant martyris meritū aut pmium vt in lege dni fuit volūtas ei9 ex pmo pſal' z ſic de alijs Lectiones ſunt ex ſermone alicuius doctoris ſancti de laudibus martyrij q̄lis eſt ſermo ſancti maximi epi q̄ incipit Ad diuinū exhibedum veſtre charitati ſmonē feſtiuitatis hui9 martyris rc̄. Reſpōſoria fere oīa ſumunt ex pſalmis nocturnorū vt dne preueniſti eū. rc̄ poſuiſti dne rc̄ gloria et honore rc̄ exceptis paucis q̄ ab eccl̄ia edita ſunt ex vbis euāgelij/ aut apl̄i Pauli vt iſte ſanctus ꝓ lege dei rc̄. hic ē vere martyr. rc̄ iſte ſanct9 digne. rc̄. Jn laudibus oēs antiphone ſunt ex euangelio vt qui me cōfeſſus fuerit rc. qui ſeq̄tur me rc. ſi quis mihi miniſtrauerit rc Per horas diei ſilr antiphone ſunt euāgelice Capl'a ptinent ad epiſtolas miſſe de quibus dicem9 Jn veſperis colligunt pſalmi aptiores ex diuerſis ferijs Antiphone ſunt verſus pſalmorꝫ magis appropriati. [Laudes.]

¶ Ad miſſam introitus pro martyre pōtifice eſt illud Eccleſia 45 Statuit ei dns Verſus. Memento dne Dauid rc de q̄ in officio ꝯfeſſorꝫ dicemus vel illud Daniel' 3 Sacerdotes dei benedicite dnm rc Verſus Benedicite oīa opa dni rc. ibidē de q̄ etiā poſtea erit dicendū. Sed pro martyre nō pōtifice introit9 miſſe fere ſemp ē ex pſalterio vt Jn virtute tua letabit iuſt9 rc̄ ex ps 20. vl' Glia z honore coronaſti rc ex pſal' 8 vl' Letabitur iuſtus in dno rc ex pſal' 63. vel iuſtus non cōturbabit rc ex ps 36 Et in quolibet iſtorꝫ. verſus eſt pncipiū illius pſalmi ex quo ſumit officiu et denotat conſtantiā/ et patientiā/ ac virtutē illius martyris cum auxilio dei cōfortantis eum. Jn tempore tamē reſurrectiōis chriſti pro quolibet vno martyre introit9 miſſe eſt. Proteriſti me deus rc ex ps 63 cuius verſus eſt pncipiū eiuſdē pſalmi et eſt eadē ſententia ei9 ſicut in alijs pdictis officijs niſi q hic ponunt plura aleluia in introitu propter gaudiū reſurrectiōis chriſti Oratio ꝓ martyre pōtifice Jnfirmitate nrām reſpice rc̄ orat ꝓ noſtra corroboratione ad vincēdū pondus peccati pcib9 illius martyris quē corroborauit ad vincenda tormēta Alia orō Deus q̄ nos annua beati rc̄ petit diuinā ꝓtectionē in aduerſis interuētu illi9 martyris rc Pro martyre non pontifice orō Preſta q o deus vt q̄ beati rc̄. vel Preſta q̄s o d vt intercedēte beato rc̄ et eādem petitionem faciunt cum pcedentib9 ¶ Epiſtola multiplex ponit Prima Juſtus cor ſuū tradidit rc̄. ex 39 cap̄ Eccle et facit magis ꝓ martyre pōtifice z doctore q̄lis fuit Ciprian9 z quidā alij qz notat deuotas orōnes/ et ſacrificia q̄ in vita ſua faciebat ꝓ ſe z pro alijs notat etiā ſapietiā z pdicatione ſuā fructuoſam Alia epl'a Beat9 vir qui inuent9 eſt ſine macula rc̄ Eccle 31 eſt magis propria martyri ſeclari vt Hyppolito/ Romano rc. et cōmendat in eo vniuerſale contemptū oim bonorū tēporaliū propter chriſtū Alia epl'a Beat9 homo q̄ inuenit ſapientiā Prouer 3 laudat ſapientiam martyrum in contemnēdo omnia propter chriſtum. quos tamen mundani homines [Introitus miſſe.] [Oratio.] [Epiſtola]

reputabāt eē fatuos ideo notat diuinas ſpūales quas martyr quilibet iſta ſua ſapientia inuenit Alia epl'a Beat⁹ vir q in ſapiētia moꝛabit̄ ꝛc eccleſiaſti.14.ꝛ 15 q̄ alios mirabiles effect⁹ ſapientie martyrū explicat ſ ſanctitatē ſpūalē/ et honoꝛe/ ac ſecuritate immoꝛtalē hoīs in ſuis bonis Alia epl'a Juſtū deduxit dñs p vias rectas ꝛc.eccleſiaſtici 10 declarat q martyriū licet appareat acerbiſſimum imponit finem omnib⁹ penalitatibus hui⁹ vite ꝛ facit hoīes triumphare de hoſtibus/ atq̄ ꝑuenire ad charitatem ſeu gloꝛiam eternā. Alia epiſtola Benedictus deus ꝛ pater ꝛc 1 Corin.pmo declarat q in tribulationib⁹ martyrum adeſt ꝯſolatio diuina q̄ operat̄ tolleratiā paſſionū cū gaudio ꝑpter deū Alia epl'a Memoꝛ eſto dñm ꝛc 2 Thimot 2 declarat ꝑpter q̄d permiſit deus ſeruos ſuos ita pati in hoc mundo tū propter confoꝛmitate ad chriſtum tum ꝑpter exemplum ꝛ confoꝛtationem alioꝛū fidelium tum deniq̄ ꝑpter purgationē aliquarū imꝑfectionum. Declarat etiam virtutes reqſitas ad verū martyrem Alia epl'a ibidē cū ꝑcedente Nemo militās deo ꝛc Alia epl'a Juſtus ſi moꝛte ꝑoccupat⁹ ꝛc ſapien 4. Alia epl'a Bñdictio dñi ſup caput ꝛc prouerbio 26 ꝛ alie plures Sed in tēpoꝛe reſurrectiōis legit̄ illa epl'a ſapien 5 Stabunt iuſti in magna co q faciat mentionē de reſurrectiōe ſanctoꝝ ꝛ qualiter tūctempoꝛis boni ꝛ mali apparebunt mutatis ſoꝛtib⁹ ꝛ vicib⁹

*Graduale* ¶Graduale ꝑ martyre pontifice eſt Inueni Dauid ſeruū meū ꝛc ex pſal.88 verſus Nihil ꝑficiet inimic⁹ ꝛc.ibidem que duo ſimul declarāt eū eſſe pontificē cōſecratū/ꝛ martyrē inuictū Sed ꝑ alio martyre graduale eſt Juſt⁹ vt palma floꝛebit ꝛc ex ps 91 verſus ibidē Ad annūciandū mane ꝛc q̄ fructū martyrij demonſtrat ſub typo arboꝛis q̄ poſtq̄ detruncat̄ ꝛ videtur ſiccari tunc floꝛet et germinat nā martyr ad vtrāq̄ foꝛtunā bene ſe habet qꝛ in mane ꝓſperitatis laudat dei miam ꝛ nocte aduerſitatis ei⁹ iuſticiā Alie eccl'e dicunt Poſuiſti dñe ꝛc

*Alleluia* ex pſal 20 Verſus ex eode Deſiderium ꝛc Alleluia ꝑ pōtifice Tu es ſacerdos i eternū ꝛc ex ps. 109 pro alio martyre alleluia Beat⁹ vir q̄ timet dñm ꝛc ps 111 vl' Juſtus vt palma floꝛebit ꝛc vl' Glia ꝛ honoꝛe ꝛc ex ps 8 vel Letabit̄ iuſtus ꝛc.

*Euāgeliū* ps 36 vl' Juſt⁹ nō cōturbabit̄.ꝛc ps 63 q̄ oia declarata ſunt in miſſe introitu ¶Euangeliū hui⁹ officij multiplex poni ſolet Primū ꝑ pōtifice niſi granū frumēti ꝛc ex cap 12 Joan ſub parabola frumēti martyriū plati dicit eius ſeminationē in terra vt fructificet et ſic videtur pdi cū potius ſeruatur deniq̄ talis miniſtri gloꝛiam explicat Aliud euāgeliū ad idem ꝑpoſitū/et in eadē ſententia Si quis vult venire poſt me.ꝛc Mat 16 Alia duo ſumunt̄ ex cap.10 Mat ꝑ martyre nō pontifi Nolite arbitrari qꝛ venerim pace mittere ꝛc vbi occaſione martyrij explicat chriſt⁹ propter ſue fidei defenſionē/et vniuerſalem cōtemptum oīm mūdanoꝝ ad martyriū ꝑtinere Alterū e Nihil opertū q̄d nō reuelet̄ ꝛc ibide vbi martyre cōſolatur dupliciter Primo qꝛ ſua innocētia et iuſticia nō erit occulta ſed publica toti mūdo Scdo: qꝛ licet vitā pdat coꝛpoꝛis recuperabit eam cū magno lucro et melioꝛatione in vtroq̄ hoīe Aliud euāgeliū Si qs venit ad me et nō odit ꝛc Luce 14 vniuerſale oīm bonoꝝ hui⁹ vite cōtemptum martyri eſſe neceſſariū declarat et ad hoc duplex enigma pulcherrimū de edificatoꝛe/ et bellatoꝛe adaptat oīs enim ſeruus chriſti maxime martyr ſpūale quoddā ꝛ altū edificiū (q̄d turri cōparat̄) tenet̄ cōſtruere Sed qꝛ in hoc opere ſepi⁹ ab hoſtib⁹ ſpūalib⁹ impedit̄ neceſſe habet bellare/ꝛ arma debita querere modo chriſt⁹ declarat ſumpt⁹ edificij/ꝛ arma belli eade eſſe ſ abrenūciationem oīm bonoꝝ coꝛpoꝛaliū ꝑpter acqſitione ſpūaliū. In tēpoꝛe reſurrectiōis legit̄ euāgeliū Ego ſum vitis vera ꝛc ex.15 cap Joānis q̄d ꝯple ſue cōfoꝛme eſt qꝛ gaudiū reſurrectiōis notat q̄d erit plenium in ſanctis/cū modo ſit ſemplenū in vnica ſtola glie.Cōparat ſe etiā chriſt⁹ viti ex qua virtus deriuat̄ ad oēs palmites i ſctos ſuos ſi mō p infidelitate nō fuerint ab eo abſciſi acerbitate pſecutionis q̄ iñ ſanctos martyres non potuit a chriſto ſeparare ſed pot⁹ in ipſo firi māſerūt ꝛc

¶Offertoꝛiū pōtificij martyris Veritas mea ꝛc vel Inueni Dauid ꝛc ex pſal 88 vt ꝑus Pro alio martyre In virtute tua letabit̄ ꝛc vel Deſiderium aie eius ꝛc ex pſal 20 vel Glia ꝛ honoꝛe ex ps 8 et patet iā declaratio. *Offertoꝛium*

¶Cōmunio pōtificis Dñe quinq̄ talenta ꝛc ex euāgelio Mat 26 de quo alias dicemus vel Semel iuraui in ſcto meo ꝛc ex ps 88 vel Poſuiſti dñe in capite ꝛc ex pſal 20 Pro alio martyre cōio ex euangelio Qui vult venire poſt me ꝛc Mat 16 vel Qui mihi miniſtrat Joannis 12 vel ex pſal 20 Magna eſt glia eius ꝛc vel Letabit̄ iuſt⁹ in dño ꝛc ps 63 q̄ oia declarata ſunt ꝛ ex ſe clara Orones ſecrete ꝛ finales quid petant notiſſimum eſt. *Communio*

## ¶Caput cēteſimum vigeſimūprimum de officio cōi pluriū martyrum



Differt hoc officiū a ꝑcedēte ſicut numerus pluralis a ſingulari ergo in laudē martyrū oēs autoꝛitates ſacre ſcripture loquētes ſingulariter collecte ſunt in officio vni⁹ martyris loquētes aūt pluraliter ꝑtinent ad hoc officiū pluriū aut plurimoꝝ martyrū ꝛ nulla eſt alia in eis differentia q̄ de eodē ſanctoꝝ gradu loquunt̄ vnde in rationali ſpeculatoꝛij hec duo officia ꝑ vno poſita ſunt ſ officiū de martyrib⁹ ¶In hoꝛis ergo nocturnis hui⁹ officij pluriū martyrum cantant̄ illi pſalmi qui magis explicant eoꝝ laboꝛes ꝛ pſecutiones certamina ꝛ victoꝛias et inueniunt̄ tales pſalmi plures in pſalterio p oēs ferias ei⁹ ideo alia breuiaria in hoc varijs modis diſcrepant a romano pluſq̄ in alijs officijs cōibus ſctoꝝ Antiphone pſalmoꝝ fere ſemp ſunt notabilioꝛes verſus eoꝝ vel in eodem foꝛma verboꝝ vel *Matutini*

ſaltē in eadē ſententia. qualis eſt ille primi pſalmi
Secus decurſus aquarū plantauit vineā iuſtorum
et in lege dñi fuit volūtas eorum et ſic de alijs Re-
ſpōſoria fere oīa ſunt vel ex pſalmis/vel ex apoca.
Joannis q̄ de laborib9 martyrum plura ſcripſit
in numero plurali q̄dā etiā ſunt ab eccl'ia edita
Lectiones ex ſermone ſancti Auguſtini vel alte
rius doctoris. qualis ē ille Quotienſcūq3 fratres
chariſſimi ſanctorum martyrum ſolēnia celebramus &c.
Laudes. In laudib9 antiphone varie ſunt q̄dam ex libro
ſapiētie alie ex Apocalypſi alie deniq3 ex pſalmis
laudū Per horas diei āntiphone oēs fere ſunt ex
euāgelijs ſicut etiā ad benedict9 et ad magnifi
cat Capitula ex epl'is varijs hui9 officij de q̄bus
dicem9 In veſpis adaptant pſalmi ex diuerſis
ferijs quorum antiphone ſunt aptiores verſus eorum
ſed ꝓpriiſſimus eis eſt pſalmus 139 Eripe me
Introit9 miſſe. domine. &c. In miſſa communi martyrum in-
troitus e multiplex nam cantur Ecce oculi do-
mini ſup timētes &c vel Sapiētiam ſanctorum &c
eccleſiaſti 44. vel Judicant ſancti &c. ſapiētie 3
in quib9 ſemp verſus eſt p̄ncipiū pſalmi 32 Ex-
ultate iuſti in dño &c vbi eccleſia cōgratulat ſan
ctis martyrib9 de p̄mio magne glorie ſue quam
explicat introitus Aliud officiū Clamauerūt iu-
ſti &c vel Multe tribulatiōes &c vel Timete do-
minum &c et ſemp v'ſus eſt p̄ncipiū pſalmi 33
vnde ſumunt iſti introitus ſ Benedicā dñm in
omni tēpore &c vbi cōmendat patientia et cōſtā-
tia martyrū in omni tēpore etiā in aduerſitatib9
quod ptinet ad magnū eorum meritum. Aliud offi
cium Salus aūt iuſtorum &c ex p̄s 36 verſus ē p̄n
cipiū eiuſdem pſalmi Noli emulari &c notat au
xilium dei quo adiuti fuerūt ad patienter ſuſtinē
dum tormēta ſine querimonia cōtra deū. Aliud
officium Juſti epulent. &c ex p̄s 67 verſus e p̄n
cipium eius Exurgat de9 &c iam loquit de futu
ra martyrum reſurrectiōe glorioſa Aliud Jntret
in cōſpectu tuo &c ex p̄s 78 verſus ē pncipium
eius Deus venerunt gētes &c q̄rimoniam ꝓpo
nit cōtra tyrānos martyrum interfectores Aliud
Laudate pueri dñm &c p̄s 112. verſus ex eodem
Sit nomen dñi benedictū &c eſt grāruma ctio ex
parte martyrū ad deum ꝓ ſua victoria Jn tem-
pore autē reſurrectiōis introitus eſt Sancti tui
dñe benedicēt te &c cum verſu Exaltabo te dñe
&c p̄s 29 q2 ibi fit metio de gl'ia regni dei Oratio
Oratio. Deus q̄ nos ꝯcedis ſanctorū &c vel Deus q̄ nos
annua ſanctorum &c vel ſi vterq3 fuerit pōtifex ora-
tio eſt Beatorum martyrum tuorum paritercq3 pōtificū
Epiſtola &c q̄ oēs petunt a deo grām et gl'iam obtinendā
eorum p̄cibus Epiſtola multiplex ponit prima
eſt. Lingua ſapiētum ornat ſcientiā &c ꝓuer 15
et laudat martyrum ſapientiā et tyrannorum ſtulti-
ciā cum tñ mundani ꝯtrarium iudicarēt Se-
cunda epl'a ſapien 5 Juſti aute in ꝑpetuum vi-
uent &c declarat p̄mium magne glorie martyrū
Tertia Juſtorum aie &c ſapien 3. eandē ſententiam
habet cum vtraq3 p̄cedetium ſed verbis clariori
b9 Quarta epl'a Expectatio iuſtorum leticia &c pro
uer 11. ponit multas differentias inter ſctos mar
tyres/et tyrānos mundanos q̄ ſunt ꝯtrarie his q̄
mūd9 iudicat de illis Quinta epl'a Reddet de9
mercedē laborum ſapiē 10. exēplo filiorum iſrael quā
do exierunt de Egyptiorum captiuitate corporali p
viam maris rubri laudat trāſitum martyrum p flu-
uium ſanguinis q̄ exierunt de miſeria hui9 vite.
Sexta epl'a Hi ſūt viri mie &c. eccleſiaſti 44.
memoriā eternā martyrum in eccl'ia chriſti dignam
eſſe ꝓpter merita eorum Septima epl'a Qui timēt
dñm &c eccleſi 2 cauſam p̄cipuā tāte v'tutis mar
tyrum chriſti timorē dei eſſe affirmat Octaua epl'a:
Sapiētiā antiquorum &c eccleſiaſti 39 imitandam
p̄dicat vitā et doctrinā ſctorum martyrum quā ſapiētiā
vocat et eorum exēpla parabolas nōiat Nona epl'a
et due ſequentes ſunt iā ex nouo teſta ab apl'orum
p̄icib9 Petro et Paulo de laudib9 martyrū vn
de 1 Petri cap 1 Benedict9 deus &c Alia epl'a
Abſterget de9 Apoc 7 alia. Quis nos ſeparabit
&c Roma 8 hortant fideles ad martyriū exēplo
chriſti. q̄ p breue paſſionē puenit ad magnā glo
riā et reſurrectionē Decima epl'a Rememoramini
in p̄ſtinos dies &c Hebre 10 laudat eos q̄ ꝓpter
chriſtū multa obprobria et dāna paſſi ſunt in tē-
poralib9 vt acciperēt ſpūalia Vltima epl'a San
cti p fidē vicerūt &c Hebre 11 enarrat multa gene
ra penalitatū corporaliū q̄ ſuſtinuerūt martyres
chriſti et in oībus fuerūt victores p v'tutem fidei.
adeo vt multa regna acq̄rerēt deo ſuo p ſangui-
nē ſuū. Jn tēpore reſurrectiōis epl'a et euangeliū
ſicut de vno martyre in eode tēpore Graduale Graduale
multiplex et variū eſt in hoc officio et fere oīa ſu-
munt ex pſalmis allegatis in miſſe introitu aliq̄
tñ eorum excerpta ſunt ex libro ſapiētie vt patet ex
epl'is Aleluia itē multiplex ex pſalmis p̄dictis et
ex libro ſapien et ſentētia ē clara ex dictis Euā Aleluia
geliū etiā hui9 officij variū eſt Primū Mat 5 vi- Euāgeliū multiplex
dens Jeſus turbas &c multa et diuerſa martyrū
genera enumerat et eorum p̄mia q̄ vocant beatitu-
dines Scdm euāgelium Mat 24. Sedēte Jeſu
ſup mōtē &c declarat ante diē iudicij et finē mūdi
multa debere mala p̄cedere in hoībus ad ſigni-
ficādū aliq̄liter malū eterne dānatiōis/et penarū
inferni inter q̄ mala enumerat multas ſanctorū
dei pſecutiōes nō ſolū ab infidelib9/ſed etiā a fi-
delib9 et amicis Tertium euāgeliū Luc 6 Deſcē
dēs Jeſus de mōte &c eſt fere ſile p̄mo ex Mat
ſed addit q̄ de9 ad gl'iam ſctorum martyrum multa
miracula oſtēdit ad ſepulchra eorū et ſacras reli-
quias Quartū euāgeliū Luc 11 Dicebat dñs Je
ſus turbis &c reprobat mūdanos chriſtianorū q̄
in exteriori cultu honorāt feſta et ſepulchra mar-
tyrū et tamē in actib9 moralibus/et qualitate vi-
te eis aduerſant facti ſocij eorum q̄ martyres occi-
derūt q̄re et penas ſiles eis luēt ſic etiā Paulus
cōtra pctōres arguit dices q̄ iterū crucifigūt filiū
dei Quintū euāgeliū Luc 12 Attēdite a fermēto
phariſeorum &c et nihil opertū &c conſolat martyres
ex duobus tum q2 eorum ſancta innocentia toti
mundo manifeſtabitur tum quia eorum corpo-
ra integra et glorioſa eis reſtituentur vſq3 ad mi-
nimum capillum. Sextum euangeliū Luce. 21.

Cum audientis plus ⁊ ſeditiones ⁊c̄.expꝛeſſius ha
bet penitus eandem ſententiam cū ſecundo euā
Septimū euāgeliū — gelio ⁊ addit aliquid de quinto Septimū Mat
11 Confitebor tibi pater celi/ et terre ⁊c̄ comedat
abſconditā ſapientiam martyrū chꝛiſti quaſi ma
gnam grām dei eis reuelatā ⁊ magnis in ſecu
lo onis ⁊ ſapientib⁹ abſcōditam ꝓmittitq; mar
tyribus magna conſolatione poſt labores Octa
uum euāgeliū Luce 10 Qui vos audit me audit
⁊c̄.explicata obedientia quā fideles debēt ſuis ſu
perioribus p̄latis/⁊ pꝛincipibus/ſiue fidelib⁹ ſiue
infidelib⁹ oſtendit non ideo platos/ ⁊ pꝛincipes
mundi eſſe ſanctos ⁊ deo acceptos qꝛ talē acce
perunt poteſtatem etiam ſi vera miracula face
rent quia omnes iſte gratie non ſunt gratū facien
tes homine ſola ergo grā ſpūſſancti qua homo
recte viuit/⁊ vitā eternā pꝛomeref etiam ſi nullā
p̄dictarum poteſtatū habeat facit hoiem ſanctū/
⁊ deo gratum et tales fuerūt martyres chꝛiſti ſub
iecti poteſtatibus dn̄oꝝ temporalium ¶ Offerto
Offertorium — ria multa ſunt ⁊ fere omnia ex pſalmis ſuperius
allegatis.que clara ſunt i laudes martyrum Si
militer et cōmuniones plurime ponuntur ⁊ fere
Cōio. — omnes ex euangelijs pꝛedictis licet quedam ac
cipiantur ex pſalmis/⁊ ex libꝛo ſapientie Oratio
nes deniq; iā ſecrete q̄s finales in hac miſſa cla
riſſime petunt a deo ⁊ acceptari hoc ſacrificiū/
⁊ donari nobis gratias pꝛecib⁹ ⁊ meritis ſancto
rum martyrum quoꝝ feſta celebꝛamus gauden
tes de triumphis eorum.

# ¶ Caput centeſimū vigeſimūſecūdū de officio cōi vnius ꝯfeſſoris pontificis



Uart⁹ gradus
ſanctoꝝ noui teſtamenti ſunt
ꝯfeſſores chꝛiſti nō martyres.
q̄les fuere p̄lati/ et doctores
eccleſie p̄dicatores/ſancti re
ligioſi/heremite/cenobite/cō
iugati et alij qui ſine ferro et
ſanguinis effuſione ꝓ fidei defenſiōe ex hoc mū
do tranſierunt miraculis clari Et dicunf cōfeſſo
res i laudatores dei. quia ⁊ verbis/et ſcriptis/et
factis ſuis deum glorificauerunt/ enarrantes vir
tutes ſaluatoris noſtri ieſu chꝛiſti/⁊ totius eccle
ſie vnice ſponſe ſue De his aute cōfeſſorib⁹ duo
officia tm̄ ponunf in miſſali/ac breuiario Roma
no ſ de pōtificib⁹ ⁊ de alijs minoris ſtat⁹ clericis/
religioſis/laicis ſanctis viris Sed alie eccl'ie ſicut
in martyribus ita et in ꝯfeſſorib⁹ diſtingunt offi
cia de vno ⁊ de plurib⁹ cōfeſſoribus pꝛopter au
toritates ſacre ſcripture q̄ nō ſolum in ſingulari
ſed etiam in plurali de talib⁹ ſanctis loquuntur
vt ergo oia particularius digeram⁹ tria officia con
feſſoꝝ cōmunia declarabim⁹ Pꝛimū de vno cō
feſſore pontifice vt de beato Martino/aut Nico
lao qd̄ officium clare habetur in miſſali roma
no Scdm̄ de pluribus confeſſoribus pon vt pa
tet in miſſali Toletano/⁊ Ceſarauguſtano quod
in quarto die Apꝛilis ſimul agit de beatis Am
bꝛoſio/⁊ Iſidoro et in p̄mo die Maij de ſanctis
Torquato/Indaleno/⁊ alijs epis ſanctis ⁊ in pri
mo die Octobꝛis de Remigio/Germano/⁊ Ap
pollinaris pōtificib⁹ Tertiū erit de vno cofeſſore
nō pon q̄les fuere Benedict⁹/Frāciſcus/⁊ alij ⁊
hoc iteꝝ enarrabim⁹ ſcdm̄ tenoꝛe romane eccl'ie
Ergo de vno confeſſore pon in horis nocturnis
pſalmi fere ide ſunt ⁊ de vno martyre Antipho — Matutini
ne ſunt verſus aptiores pſalmoꝝ in laude ponti
ficis ſed alij quā dicebātur ꝓ martyre Lectiones
ex ſermone alicui⁹ ſancti doctoris q̄lis eſt ſmo
maximi epi ſ Sanctoꝝ patrū memorias religio
ſis conuentibus honorantes ⁊c̄ Reſpōſoria di
uerſa ſunt quedā ex pſalmis vt iurauit dn̄s ⁊c̄.
poſui adiutorium ſup potētem ⁊c̄ quedā ex euā
gelijs vt euge ſerue bone ⁊c̄ ſint lumbi veſtri ⁊c̄.
quedam ex libꝛis ſapientialibus vt ecce ſacerdos
magnus ⁊c̄.elegit eum dn̄s ⁊c̄ que poſtea in epi
ſtolis/et in euāgelijs declarabūtur In laudibus — Laudes.
antiphone fere oēs ſunt ex euāgelijs declarādis
ſic et p horas diei i in veſperis pſalmi ſunt p̄di
ſe idem qui et de vno martyre ſed antiphone va
rie ex pſalmis pro exigentia materie ad bene
dictus et ad magnificat antiphone euangelice
ſunt Capitula oia in horis nocturnis ⁊ diurnis
ſumuntur ex epiſtolis q̄ declarabūtur ¶ Introi — Introitus miſſe.
tus miſſe Statuit ei dn̄s teſtamentū ⁊c̄. ex cap
45 eccleſiaſtici loquitur de dignitate pontificali q̄
pꝛelatus eſt diſpenſatoꝛ ſacramētorū noui teſta
menti qd̄ dr̄ teſtamentū pacis inter deū ⁊ hoies
Verſus eſt p̄ncipiū pſal.131. Memēto dn̄e Da
uid ⁊c̄ in quo fit ſpecialis mētio de ſacerdotib⁹
Alius introit⁹ eſt Iuſt⁹ vt palma flozebit.⁊c̄.ex
pſal.91 vbi notanf fructus boni p̄lati q̄ multipli
cat filios eccl'ie. Verſus eſt pꝛincipiū eiuſdē pſal.
Bonū ē cōfiteri dn̄o i.habere cōfeſſoris officium
⁊c̄ Orō Da q.o deus vt beati ⁊c̄.petit grām de — Oratio.
uotionis ad bene celebꝛandam ſolēnitatē illius
ſancti.petit etiam ei⁹ meritis ſalutē in vtroq; ho
mine ꝓ fidelib⁹ ipſum colētib⁹ Alia orō Exau
di q.dn̄e pꝛeces nr̄as quas in ſancti.⁊c̄. petit ab
ſolutionē a peccatis obtinendā meritis ⁊ interceſ
ſione illi⁹ ſancti Epiſtola multiplex ponitur in — Epiſtola pꝛima.
miſſali romano Pꝛima eſt Teſtificoꝛ corā deo
⁊ chꝛiſto ieſu ⁊c̄ 2 Timo 4.que dicif ſolum quā
do confeſſoꝛ ille fuit doctoꝛ eccl'ie alie vero ep'le
oēs indifferentes ſunt ꝓ epiſcopo ſancto ſiue do
ctoꝛe ſiue nō In hac ergo p̄ma ep'la declaraf pri
mo intētio boni doctoris qꝛ debet p̄dicare ⁊ ſcri
bere ꝓpter chꝛiſtū Scdo q̄lis debet eſſe ſua do
ctrina qꝛ ſana ⁊ ſancta Tertio quātam diligētiā
debet habere i ſuo miniſterio Quarto ſubdif pre
mium boni doctoris qꝛ coꝛona iuſticie q̄ alias dr̄
aureola i ſpeciale gaudiū de aliq̄ excellēti opere
ꝓpter deū Unde triplex ponif ſctorū aureola i.
doctoꝝ ꝓpter excellētiā in parte rationali marty
rū pꝛopter excellētiam irraſcibili virginū ꝓpter
excellētiā incōcupiſcibili Secūda ep'la Dilectus — Epiſtola ſecunda.
deo ⁊ hoib⁹ ⁊c̄ eccleſiaſti.45 ad lrām loquif de
laudibus Moyſi pꝛincipis iudeorum ⁊ legiſla
toris ex parte dei ſed adaptantur pꝛelato ſancto

qui doctor populi chriſtiani multa fecit miracu⸗
la/⁊ claruit ſãctitate vite corã pplo ſuo eiuſqȝ orõ
nes deꝰ exaudiuit multipliciter ⁊ pro ſe/⁊ ꝓ alijs
Epiſtola tertia. ¶Tertia epl'a Dedit dñs confeſſionẽ ⁊c̃ eccliaſti
47 applicat bono plato laudes/⁊ excellentias
regis Dauid Primo qȝ multa dixit ⁊ ſcripſit in
laude dei q̃ hic dicit cõfeſſio eius Secundo quia
ornauit totũ officiũ cultꝰ diuini in tẽplo dei Ter
tio addit finis epl'e ex cap̃ 24 eiuſde libri.ſ Sa
pientia laudabit aiam ſuã ⁊c̃ vbi cõmendat eius
ſapiẽtia ⁊ p̃dicatio glõſa vnde inter oẽs cõfeſſo⸗
res põtifices hec epl'a magis poteſt appropriari
ſancto Gregorio pape q̃ totũ eccliaſticũ officiũ or
Epiſtola quarta dinauit ¶Quarta epl'a Iuſtꝰ ſi morte pꝛeoccupa⸗
tus fuerit ⁊c̃ Sapiẽ 4 laudat platum iuuene ⁊
ſanctũ q̃ paruo tẽpoꝛe vixit in ſuo miniſterio lau
dabili ⁊ q̃re deus tã cito eũ tráſtulit ab hoc ſecu⸗
Epiſtola quinta lo ¶Quinta epl'a Benedictꝰ deꝰ/⁊ pr̃ ⁊c̃ Ephes
1 q̃ declarata ẽ in vigilia aploꝝ ⁊ ſilr põt ad hoc
Epiſtola ſexta ꝓpoſitũ adaptari ¶Sexta epl'a Ecce ſacerdos
⁊c̃ nõ eſt textꝰ cõtinuꝰ alicuiꝰ capl'i ſed ex multis
locis diuerſoꝝ capitulorꝝ collecta pncipia tñ eius
excerpta ſunt ex cap̃ 44 eccliaſti vbi laudantur
excellẽtie patriarchaꝝ ſ Noe q̃ in tẽpoꝛe iracũdie
i diluuij factꝰ eſt recõciliatio ſiue recõciliatoꝛ dei
⁊ hoim Abrahaam qȝ nõ eſt inuentꝰ ſilis illi qui
cõſeruaret legẽ.i mãdatũ excelſi dei ⁊ iureiurãdo
fecit illũ dñs ⁊c̃ Iſaac qȝ benedictione oim gen⸗
tiũ dedit illi dñs quando ſ ꝓmiſit Abrahe hunc
filiũ ſibi naſciturũ in quo vocaret ei ſemen et in
ſemine illo benedicerent oẽs gẽtes Iacob qȝ te⸗
ſtamentũ ſuũ ꝯfirmauit ſup caput eius nam lex
vetus q̃ ⁊ vetus teſtamẽtũ ſolis filijs Iacob da⸗
ta eſt ideo cognouit eũ in benedictionibꝰ ⁊c̃ vſqȝ
magnificauit eũ ⁊c̃.qȝ hoc iã eſt in cap̃ 45 eccle⸗
ſiaſti in laudẽ Moyſi ⁊ Aaron q̃ ponunt in fine
epl'e ſunt de quibuſdam alijs platis vt le in ſe⸗
quẽtibꝰ capl'is et oim iſtoꝝ laudes ſimul iuncte
adaptant bono plato in eccl'ia chriſti in q̃ ille bo
Epiſtola ſeptima na oia/facit ⁊ plures pſonas gerit loco p̃riarchaꝝ
¶Septia epl'a Sapiẽtia laudabit aiam ⁊c̃ eccle
ſiaſti 24 ꝓſequimur laudes chriſti q̃ e ſapiẽtia
increata ⁊ manifeſtata e fidelibꝰ pplis in ſanctis
ꝯfeſſoribꝰ ideo dr̃ qȝ i multitudie electoꝝ.i platoꝝ
q̃s elegit hebit laude ⁊ poſtea dicit ſapientia Ego
q̃ſi Terebintꝰ extẽdi ramos meos ⁊c̃ ſ platos ⁊c̃
Graduale ¶Graduale ſilr ponit multiplex ſ Ecce ſacerdos
⁊c̃ vt ſupra cũ ſuo vſu nõ ẽ innuẽtꝰ ⁊c̃ Aliud ex
ps 109 Iurauit dñs ⁊c̃.vſus dixit dñs ⁊c̃ ſede a
dextris meis i in dignitate ⁊ honore eccliaſtico
Aliud Inueni Dauid ⁊c̃ ex pſal' 88 loquit de cõ
ſecratione pon cũ oleo ſcõ Verſus ex eode Ni⸗
hil ꝓficiet ⁊c̃ notat grãm ei datã Aliud euuſtꝰ vt
palma ⁊c̃ ex pſal' 91 cũ ſuo vſu ad annũciandũ
Alleluia mane ⁊c̃ declaratũ eſt i introitu Alleluia fere oia
coincidũt p̃dictis ſ tu es ſacerdos ⁊c̃ Iuſtꝰ vt pal
ma ⁊c̃ Inueni Dauid ſuũ meũ ⁊c̃ iuſtus germina
Euãgeliũ primum. bit ⁊c̃ dñe quqȝ talẽta ⁊c̃ ¶Euãgeliũ p̃mũ ꝓ cõ
feſſore doctore eccl'ie Vos eſtis ſal terre ⁊c̃ Mat
5 declarat q̃lis fuerit eiꝰ vita/ qualis doctrina/⁊
chriſti ſequella. ſanctitas ſue vite eſt in q̃tuoꝛ q̃
ſunt diſcretio in agendis qȝ ſal terre/intellectꝰ in
docẽdis qȝ lux mũdi/foꝛtitudo in aduerſis.qȝ ci⸗
uitas ſup montem poſita/edificatio in exeplis qȝ
ſic luceat lux vr̃a ⁊c̃ Qualitas doctrine i duobꝰ
maxime ſ qȝ ipſe priꝰ fecit q̃ docuit ideo ait nolli
te putare qȝ veni ſoluere legẽ ⁊c̃.⁊ qȝ ſup alios ſo
licite vigilauit ideo ſeqtur iota vnum/aut vnus
apex ⁊c̃ Chriſti ſequela notat in fine euãgelij cũ
enim ſit aliquis platꝰ q̃ male viuit/⁊ male docetꝰ
de quo dr̃ qui ergo ſoluerit ⁊c̃ illi diſſimilis fuit
hic bonꝰ platꝰ qui ⁊ bene vixit/⁊ bene docuit ⁊c.
de quo ſubditur qui autem fecerit/⁊ docuerit hic
magnꝰ vocabit i regno celoꝝ i. in eccleſia dei qȝ
bene ſequutꝰ eſt chriſtũ ¶Secundũ euangeliũ Euãgeliũ ſecundum
Homo quidã pegre ⁊c̃ ex cap̃ 25 Mat conuenit
cuilibet ſancto epiſcopo cui dñs bona ſua ſacra
menta grẽ tradidit diſpenſanda in domo dei li⸗
cet in hoc ſtatu prelatoꝝ nõ eq̃liter omnibꝰ com⸗
miſſa ſit cura huiꝰ miniſterij cũ ſint diuerſi gra⸗
dus eoꝝ vt p̃triarcha/archiepiſcopꝰ/ epiſcopꝰ ⁊c̃.
ſub vno ſummo põtifice q̃ repſentat chriſtum in
eccleſia nam patriarche ſunt cõmiſſi ad minus
quinqȝ archiepiſcopatꝰ/archiepiſcopo/ duo epiſ⸗
copatus adminus/epiſcopo vna tantũ dioceſ q̃
per talenta auri metaphoꝛice ſignificantur q̃ ali
quis magnus mercatoꝛ cõmiſit factoꝛibꝰ ſuis ad
negotiandũ/⁊ lucrandũ cũ eis bonus ergo platꝰ
fideliter laboꝛans ſup oues ſibi cõmiſſas multas
aias lucratur dño ſuo chriſto ⁊ ideo magnã mer
cedem glĩe recipiet ab eo in die ſue moꝛtis quã⸗
do ponet deꝰ rationẽ cum eo/ dicetqȝ ei.euge ſer
ue bone ⁊c̃ malus aũt platus qui abiẽs fodit in
terram i q̃ſiuit terrena bona audiet increpationẽ
q̃ ſequit poſt hoc euangeliũ in eodẽ cap̃ ſ ſerue
nequam de oꝛe tuo te condẽnabo Iſte aũt ſanctꝰ
de quo hoc euangeliũ cantat quia fuit bonꝰ ada
ptat ſibi illã partẽ que mercedẽ ꝓmittit ideo nõ
extendit hoc euãgeliũ vltra quia de malo plato
nõ facimꝰ nos feſtũ ſed diaboli Poteſt aliter ex
poni ſcd̃m Gregoꝛium de electiõe hoĩs ad epiſco
patum qȝ nemo ad illũ ſtatũ digne poteſt eligi⸗
niſi prius ſciat ſe bene regere ⁊ q̃tum ad exterio
ra q̃ quinqȝ ſenſibꝰ coꝛpoꝛis apphendi poſſunt.
et q̃tum ad interioꝛa que duabꝰ pncipalibus po
tẽtijs i intellectu ⁊ volũtate regũtur ⁊ q̃tũ ad cul
tum vnius dei nam quiin talibus bene fructifi⸗
cat ⁊ lucrat ſibi conſtituẽdus eſt ſupra multa in
eccleſia dei ad gubernãdũ alios fideles Poteſt
tertio dici q̃ ois bonus platus recipit a deo talen
ta · dona quibus poſſit lucrari aias deo ⁊ hoc tri
pliciter vel dona nature bone q̃ p quinqȝ ſenſus
ſignificantur i notitiã naturale dei/⁊ creaturarũ.
vel dona grẽ ⁊ legis dei reuelate in duobꝰ teſta⸗
mẽtis nouo ⁊ veteri/ vel vnũ babtiſma fidei chri
ſtiane nam his talẽtis multũ poteſt lucrari ſi ve
lit corã deo Laudatur itaqȝ in hoc euãgelio ois
bonꝰ platus q̃ p talia dona pfecit in proximis
⁊ lucratus eſt animas deo ¶Tertiũ euangeliũ
Vigilate quia neſcitis ⁊c̃ Mat 24 duo ꝓponit Euãgeliũ tertium.
enigmata de officijs boni plati. Primum officiũ
eſt vigilia et ſolicitudo circa cuſtodiã gregis ſibi

commiſſi ad hoc inducit rationem/qꝛ neſcitis qua hora dñs veſter venturus eſt querere ſ rationē vil licationis a vobis ne forte inueniat vos īparatos vt patet exeplo qm̄ ſi ſciret paterfa ꝛc ideoq̄ ꝛ vos eſtote pati ꝛc ꝯſequēns eſt bona qꝛ vt alius euā geliſta dicit filiꝰ hominis ſicut fur ita veniet.ſ re pete ꝛ impremeditate.ſcdm officiū plati eſt bene diſpenſare bona eccleſie inter ſubditos ꝑ quali tate meritoꝝ ſecūdum regulā iuſtitie diſtributi ue. patet exeplo quis putas eſt fidelis ſeruꝰ quē cōſtituit dominus ſuper familiā ꝛc beatꝰ ſeruus qui cū venerit dñs ad ponendum rationē cū eo inuenerit ſic facientem ı bene diſpenſantē amen dico vobis ſuper oia bona ſua cōſtituet eū in glo ria paradiſi pro ſuis meritis hec itaq̄ duo exē pla in idē redeūt ſ ꝙ epiſcopꝰ es in eccl'ia dei ſi cut paterfamilias/ vel ſicut magiſter domꝰ poſi tus a patrefamilias et vterq̄ cū magno timore debet agere officiū ſuū ille ꝑpter latronē ſuffodiē tem domū eius hic ꝑpter dñm querentē rationē ¶ Quartū euāgeliū. Uidete vigilate et orate ꝛc. Mar 13 eandē ſententiā habet cū precedēte licet verbis aliquātulū permutatis ſed epiſcopū iam cōparat ianitori domꝰ q̄ debet vigilare expectās aduentū dñi in nocte ꝛ tande precipitur vigilare oibus fidelibꝰ generaliter ſed epiſcopis magis ſpecialiter ¶ Quintū euāgeliū Homo qdā no bilis abijt in regionē ꝛc Luce.19 alijs verbis ꝑ ſequitur parabolā ſcdi euāgelij ſuprapoſiti qua declaratur qualiter bonus prelatꝰ debet lucrari animas deo ſuo ſcdm menſurā gratie ſibi date di uinitꝰ quare ꝛ malus prelatꝰ inſudario torpen tis otij reponēs grām condenat a dño ¶ Offer toriū. Ueriū eſt ſ inueni dauid ſeruū meū ꝛc.ps. 88 veritas mea ꝛc ibidē iuſtus vt palma ꝛc ps 91 in virtute tua ꝛc ps 20 Que oia iam expoſita ſunt ¶ Coio etiā multiplex ex euāgelio btus ſer uꝰ quē cū ꝛc Mat 24 dñe qnq̄ talēta ꝛc Mat. 25 fidelis ſeruꝰ ꝛ prudēs ꝛc cap 24.ſemel iura ui in ſancto meo ꝛc ps 88 Ubi laudatur ſemē ı doctrina boni prelati ꝛc Orationes ſecrete ꝛ vlti me clare ſunt ſicut in alijs officijs predictis ꝛc.

*Quartū euāgeliū.* *Quintū euāgeliū.* *Offertoriū.* *Coio.*

## ¶ Caput cēteſimum vigeſimumtertiū de officio comuni plurium epiſco porum



In horis nocturnis pariter ꝛ diurnis huiꝰ offi cij oia fere ſimiliter dicunt ſi cut de vno pontifice exceptis capitulis ꝛ orōnibus que po nunt in plurali numero ſecū dum materiā ſubiectā et capi tula ſumūtur ex epiſtolis inferiꝰ declarādis orō nes etiā in officio miſſe declarabūt ¶ Cuiꝰ intro itus eſt Sacerdotes tui dñe induāt ꝛc ex ps 131. Verſus memēto dñe dauid ꝛc eſt principiū eiꝰ vbi laudat vitā ſanctam illoꝝ epiſcoporū ꝛ glo riā quā habēt in celo tū ꝑpter ſua merita tū etiā propter reuerentiam chriſti cuius erant miniſtri.

*Introitꝰ miſſe.*

Aliꝰ introitꝰ ſacerdotes eiꝰ induā ſalutari ꝛc cū eode verſu ex pdicto pſalmo eſtq̄ vtrobiq̄ eade ſententia. Aliꝰ introitꝰ ſacerdotes dei bñdicite ꝛc ex Danielis 3 cap Uerſus principiū eiuſdē cati ci bñdicite ois opera dñi ꝛc agit de duplici bñdi ctione quā habuerūt ſancti plati.ſ in hac vita lau dādo deū in vita ꝛ doctrina ſua bona / ꝛ in futu ro ſeculo vbi bñdicūt deū de ſua glīa Orō comu nis eſt Deꝰ qui nos ſanctoꝝ tuoꝝ cōfeſſorum pa riterq̄ pōtificū cōfeſſionibꝰ ꝛc petit grām ad be ne imitandum vitā ꝛ doctrinā eoꝝ ques colimꝰ petit etiā eoꝝ interceſſione gaudere de multis bonis receptis Epl'a triplex eſt prima Doctri nis varijs ꝛ peregrinis ꝛc Heb 13 inqua pōtifi cum virtutes explicant in lege chriſti p figuram le ve.addedo excellentiā iſtoꝝ ſuper illos et pri mo quātū ad cibos quos accipiebāt de mēſa dñi qꝛ iſtoꝝ cibꝰ eſt ſpūalis doctrina ꝛ grā dei illoꝝ erāt panes ꝑpoſitionis/et carnes aialium occi ſoꝝ ı altari ſcdo quātū ad ſacrificia qꝛ nri pōtifi ces loco panū et carniū habet idem ſacramentū euchariſtie q̄d ſub ſpe panis habet carnē chriſti qui ꝑ nobis paſſus eſt vt ſanctificaret totū fide lium populum p ſuum ſanguinem et ſicut illoꝝ aialium ſanguinem pōtifices offerebāt in ſancta ſanctoꝝ ſic chriſti ſanguinem nri pōtifices offe runt in eccl'ia ſanctoꝝ.cuiꝰ ſimilitudinis ratio eſt: qꝛ ſicut illa aialia immolabant extra caſtra ſic ꝛ chriſtꝰ extra ciuitatē hieruſalē paſſus ē ergo vtro biq̄ fit ſacrificiū pro peccato ſed hoc excellētius illo et iſti pōtifices meliores illis qꝛ iſti nō ſolū ſanguinem chriſti offerunt ſed etiā ſeipſos imi tādo paſſionē eius.ideo dicit exeamꝰ ergo ad eū extra ꝛc. Tertio quantū ad altare qꝛ illud erat de terra/vel ex lapidibꝰ aut ex ere.hoc aūt eſt al tare viuum.ſ. ipſemet chriſtus in quo ponimus nr̄as oblationes ſpirituales vt laudes dei.i.fru ctū labioꝝ cōfitentiū nomini eiꝰ ꝛc quaſi dicere tur ꝙ pontifices chriſtiani quotidie offerunt deo cōfeſſiōes ſuas quare et dicti ſunt cōfeſſores dei .i. laudatores eiꝰ. et pter hoc ad ꝑximos faciunt eleemoſinas ꝛ miniſtrant ſacrameta fideliter. ta libus eīm hoſtijs ꝑmeretur deꝰ a nobis vt cū eo viuamꝰ ¶ Scda epiſtola ē Plures facti ſunt ſa cerdotes ꝛc Heb 8 declarat excellētiā ſacerdo tij chriſti ſcdm ordinē melchiſedech ſup ſacerdo tes ve le q̄ erāt ſcdm ordinē Aarō qꝛ illud ſacer dotiū erat imperfectū/nec ſufficiēs ad liberandū a morte corporis nec a morte culpe.ideo neq̄ ſuf ficiebat vnꝰ ſacerdos ſed plures facti ſunt ſacer dotes legales ſucceſſiue idcirco ꝙ morte ꝛc.neq̄ ſufficiebat vna ſola oblatio eiuſde ſacerdotis qꝛ quotidie habebāt neceſſitatē offerre hoſtias et ꝑ ſuis ꝛ pro alienis delictis ſacerdotiū aute chriſti eſt perfectū vtroq̄ modo tū qꝛ manet in eternū tum qꝛ ſemel ſe offerendo ſuffecit pro peccatis oim hoim non pro ſuis qꝛ erat ſanctꝰ innocēs ꝛc Ex qua cōparatiōe relinquit probatum ꝙ p lati ꝛ ſacerdotes euāgelici repreſentātes chriſtū: et eius ſacerdotium ſunt nobiliores q̄ pōtifices et ſacerdotes legales. Poteſt alio modo ieſus

*Oratio* *Epiſtola prima.* *Scda epiſtola.*

vocari quilibet bon⁹ p̃latus q2 eſt ſaluator aiaz
et excedit põtifices vc le in p̃dictis q2 ſempit'er-
nũ habet ſacerdotiũ i ſpũale vnde ꝛ ſaluare in p
petuũ poteſt aias ſubditoz a morte eterna acce-
des per ſemetipſum ad deũ ad interpellandũ ꝓ
eis eiuſq; p̃ces ſunt valde accepte corã deo q2 eſt
ſanct⁹ innocẽs impollut⁹ zc vnde nõ habet quo
tidie neceſſitatẽ purificare ſe a peccatis q2 hoc fe
cit ſemel ſe offerẽdo ſacrificium viuũ corã deo ꝓ
ſe et ſuis ſubditis maxime in vltimo die vite ſue
*Tertia epiſtola.* quãdo ſuã aiam obtulit deo zc ¶ Tertia poſſet
dari epl'a Spectaculũ facti ſumus zc 1. Cor. 4
q̃ ſupra notata eſt in vigilis pluriũ apoſtoloz
q etiã fuerũt põtifices/ꝛ multa laborioſa ac horrẽ
da paſſi ſunt ꝓ ſubditoz pace/ꝛ ſalute/atq; hono
re ipſoz nã precedent'ũ prelatoz paupertas ac-
quiſiuit nobis diuitias/ſtulticia prudẽtiã / infir-
mitas fortitudinẽ/ignobilitas honorem/ eſuries
*Graduale* ſacietatẽ/nuditas veſtiturã zc ¶ Graduale eſt p̃
ciſe ſimile introitui ſ ſacerdotes ei⁹ induã zc p̃s
131 Verſus illuc ꝓducam cornu dauid zc ex eo
dẽ laudat põtificem ſub noie dauid et chriſti.i.
vncti vel ſacrati hoĩs cui⁹ cornu i poteſtas vel di
gnitas eſt diu ꝓducenda p multas generatiões
ſuceſiue et lucerna i memoris parãda in futura
*Aleluia.* tẽpora multa Aleluia diſpoſui teſtamentũ ele-
ctis meis zc p̃s 88 vel ſacerdotes tui dñe induã
tur zc p̃s 131 loquit' ſpecialiter ad chriſtũ cui⁹ ſa
cerdotes põtifices debent indui iuſticia.i ſancta
vita et teſtamentũ nouũ eſt eis cõmiſſum ad mi
niſtrandũ vſq; infinẽ ſecli q2 iurauit dauid i chr̃o
*Euãgeliũ primum* zc ¶ Euãgeliũ ſimiliter triplex eſſe poteſt Pri
mum ſint lũbi veſtri p̃cincti zc Luce 12 et habet
preciſe eandẽ ſententiã in plurib⁹ epiſcopis ſi-
cut tertiũ et quartũ euangeliũ precedẽtis off'cij
pro vno epiſcopo vt patet ex modo loquẽdi ſin-
gulari et plurali qꝺ aũt hic ſpecialiter d'cit' de lũ
bis p̃cingendis et lucernis tenẽdis exponit Gre
gorius dices ꝙ boni p̃lati debet habere et mun
diciã caſtitatis in corpore/ꝛ lucẽ bone actionis in
*Euãgeliũ ſcdm.* opere ¶ Scd'm euãgeliũ Nolite timere puſill-
grex zc Luce 12 declarat voluntariã paupertatẽ/
et eleemoſinaz largitatẽ p̃latis eſſe neceſſariã di
cens nolite timere defectũ rerum temporalium
ſicut timent auari i non ſitis miſeri auari ſed cõ-
temnite oĩa bona temporalia q2 pro eis dabitur
vobis regnũ celorum in quo habebitis oĩm rerũ
abũdantia vendite ergo que poſſidetis bona ter
rena/ꝛ date eleemoſinã pauperib⁹ propter deũ
q2 ſic facientis vobis theſauz nõ deficientẽ in ce-
lis et hui⁹ theſauri ſaculi (in quib⁹ reponit')ſunt
pauperes chriſti qui licet videant' laceri et deſpe
cti tamẽ ſunt valde ſecuri ꝛ nũquã veteraſcunt/
neq; rumpunt'/neq; ad eos fur appropiat/neq; ti-
nea corrũpit imo per man⁹ eorũ pecunie noſtre
tranſeũt in celum quaſi per cambiũ et tunc vbi
erit theſaurus hoĩs ibi erit cor eius i in deo ſic
*Tertium euãgeliũ.* faciebãt boni prelati ¶ Tertiũ euãgeliũ poteſt eſ
ſe Ecce nos reliquim⁹ oĩa zc Mat. 19 qꝺ ſupra
de apoſtolis expoſitũ eſt et ſententia eſt eadem
cũ precedẽte euangelio.ſ. ꝙ boni prelati propter
chriſtũ oĩa debẽt cõtemnere bona terrena et deꝰ
dabit eis magnũ premium et honorem in celis.
Offertoriũ et cõmunio p̃ciſe ſicut de vno ponti-
fice Orationes ſecrete ꝛ finalis clare ſunt.

## ¶ Caput centeſimũvigeſimũquartũ de officio cõmuni cõfeſſoris nõ põtificis ſed clerici aut religioſi aut laici ſancti


Poterat fieri ſi-
milis precedenti diſtinctio of
ficioz de vno ꝛ de plurib⁹ cõ
feſſoribus non pontificibus.
ſed q2 non inuenit' in toto cir
culo ãni in kalẽdario roma
no imo neq; in aliquo alio
feſtũ inſtitutum de plurib⁹ talibus ſanctis ſimul.
ideo nõ apparet in cõfeſſorib⁹ huius ordinis ni-
ſi vnum officiũ tantũ ſ de vno confeſſore nõ põ-
tifice nã ſi plures tales ſimul deberẽt celebrari:
facile eis cõueniret p̃cedẽs officiũ Eccl'ia tñ tole
tana habet ꝓprium officiũ de abbate/et de do-
ctore In huius ergo officij horis nocturnis ſimi
liter et diurnis pſalmi/antiphone/reſpõſoria/ ca
pitula et alia fere oĩa dicunt' ſicut de vno pontifi
ce exceptis orõnibus et lectionib⁹ que dicuntur
ex ſermone alicui⁹ ſancti doctoris eccleſie qua-
lis eſt ſermo maximi ep̃i q̃ incipit' Ad ſcti ac btĩſ
ſimi hui⁹ patris noſtri cui⁹ feſtũ celebramus zc.
¶ In miſſa introitus Os iuſti meditabitur ſapi *Introitus*
entiã zc p̃s 36 Verſus eſt principiũ eius i noli
emulari in malignantib⁹ zc vbi laudat' ille ſan-
ctus ꝙ ſemp cogitabat corde/loquebat' ore/oſtẽ
debat opere lege dei q̃ eſt ſapiẽtia et iudiciũ re-
ctũ apud fideles laudat' etiã q2 non curauit de
ꝓſperitate huius vite/neq; inuidebat vidẽs ma-
los hoĩes ꝓſperos i hoc mũdo neq; curabat imi
tari vitã et deſideria eoz Ali⁹ introit⁹ Juſtus vt
palma florebit zc ex p̃s 91 Verſus eſt principiũ
eius i bonũ eſt cõfiteri dño zc et iam declaratus
eſt ſupra in alio officio Orõ comunis De⁹ q̃ nos *Oratio*
btĩ cõfeſſoris tui ãnua zc petit gratiã a deo ad
imitãdũ vitam illi⁹ ſancti Alia orõ Adeſto dñe
ſupplicationib⁹ nr̃is quas in ſcti zc ſupplicat ꝓ
iuſtificatiõe hoĩs a peccatis obtinẽda p̃cibus il-
li⁹ ſancti Alia orõ Pretẽde dñe miſericordiã tuã
et beati zc idẽ vult habere cũ precedẽte Si aũt il
le cõfeſſor erat abbas monachoz dicit' orõ ſpecia
lis Interceſſio nos queſum⁹ zc et eſt eadẽ ſentẽ-
tia ſ vt bonũ qꝺ nr̃is meritis non valem⁹ obti- *Epiſtola*
nere a deo ei⁹ patrocinio aſſeq̃mur ¶ Epiſtola
multiplex eſt ſicut de confeſſore põtifice nã ſi ta-
lis ſanct⁹ fuit doctor eccl'ie vt Hieronym⁹ Ber-
nardus Thomas de aquino zc epiſtola eſt teſti-
ficor corã deo zc de alio aũt nõ tali cantitur epi-
ſtola dilectus deo et hoĩbus zc vel dedit dñs cõ
feſſionẽ ſancto ſuo zc vel iuſtus ſi morte preoccu
patus zc vel ſapientia laudabit zc que oĩa decla
rata ſunt in officio de vno pontifice quedã eccle
ſie dicũt pro epiſtola illud Sapien 10 iuſtum de
duxit dñs zc vt ſupra in officio vnius martyris.
¶ Graduale Os iuſti meditabit' zc Verſ⁹ lex di *Graduale*

eius ⁊c vt ſupra in introitu Uel dñe preueniſti
eum ex pͤs 20 Verſu 3 ibide vitã petit ⁊c decan-
tat gratiã ſibi datã a deo ⁊ puenietẽ vt ſanaret/
et ſubſequẽti vt bene operaret/et tandẽ gloriſi
caretur corona eternitatis et vite perpetue Uel
iuſtus vt palma ⁊c verſus ad annunciandũ ⁊c vt

Aleluia.

ſupra declaratũ eſt Aleluia beat⁹ vir q̃ timet ⁊c
pͤs 111 clarus eſt Aleluia Iuſt⁹ vt palma ⁊c vel
iuſtus germinabit ⁊c pͤs 91 alias declaratũ Ale
luia Beat⁹ vir qui ſuffert tentationem ⁊c Iaco
1 loquit de tentatione mundi demonis ⁊ carnis
quas vicit et accepit coronã glie Aleluia ama-
uit eũ dñs ⁊c Eccľ 45 clar⁹ eſt ¶ Euãgeliũ ꝓ

Euãgeliũ

doctore Uos eſtis ſal ĩre ⁊c ꝓ alijs Uigilate q̃
neſcitis ⁊c vľ Uidete vigilate ⁊c vľ Homo q̃dã
nobilis ⁊c vel Sint lũbi vri ⁊c vel Nolite time-
re ⁊c vľ Ecce nos reliquim⁹ ⁊c que inprecedẽti
bus ſunt expoſita comunius tame euangelium
hui⁹ officij eſt Nemo accendit lucernã ⁊c Luce
11 in quo duo pcipua notant de bono cõfeſſore
Primũ eſt q̃ ex grã ſibi data pſit alijs ꝓximis
ad min⁹ dãdo eis bonũ exẽplum /bona cõſilia/
vt videãt bona opera eius et inde edificent ſpũa
liter ad gliam dei ideo dicit vt non abſcondant
lucernã ſue ſanctitatis et doctrine ſub modio vti
litatis proprie ſed exaltet eã ſuper candelabrum
eccleſie ad vtilitatẽ alioꝝ vt et ipſi lumen videãt
quo dirigant in vita ſua Scđm eſt q̃ in hac ſcti
tatis oſteſione vel bone doctrine cõunicatiõe ha
beat intetione rectã ſ ꝓpter gliam et honorem
dei non propter gliam ſui neq̃ propter aliquod
aliud bonũ terrenũ quã intentionẽ nomine ocu
li ſignificat dicẽs q̃ ſicut lucerna corporis ẽ ocu
lus quo dirigit homo greſſus ſuos iuxta Prouer.
4 oculi tui pcedunt greſſus tuos ⁊c ſic intentio
mentis e lucerna ad dirigendũ opera bona in de
bitũ finem que intentio ſi ſit bona dicit oculus
ſimplex i rectus q̃ non querit ſimul plura ſed
tantũ vnum bonũ qđ ſolum eſt neceſſariũ ſ deũ
ſi autẽ intentio ſit mala et terrena vocat oculus
nequã i mal⁹ obliquus et puerſus q̃ tedit ad il
lud bonũ qđ eſt nihil nec quidquã vale qđ ſo-
nat nomẽ nequicie vt vult Auguſtin⁹ opa vero
que ex tali intentione exterius ꝓcedũt vocat cor
pus q̃ palã cunctis apparẽt ſi ergo intentio fue
rit bona totũ corpus i opus exterius lucidũ erit
ſi mala corpus tenebroſum erit vide ergo ne lu
men qđ in te eſt i intentio ſecreta tenebre ſint ſ.
ſpũales qđ eſt peccatũ q̃ hoc ſolũ faceret totum
corp⁹ boni opis tenebroſum i culpabile et ecõ-
tra ſi intetio ſecreta fuerit bona qđ eſt lume grẽ
erit totũ corp⁹ lucidũ i virtuoſum niſi aliunde
habuerit aliqua parte tenebraꝝ i obiectũ vľ cir-
cũſtaciam malã et ſi fuerit totũ op⁹ lucidũ ſicut
lucerna fulgoris illuminabit te ad perueniendũ
in gliam paradiſi talis erat vita hui⁹ ſancti cõfeſ
ſoris qui in oibus ſuis actib⁹ querebat gliam et

Offertorium.

honorem dei ¶ Offertoriũ ſicut de vno pontifice
ſ veritas mea ⁊c pͤs 88. vel deſiderium aie ei⁹
⁊c pͤs 20 vel in virtut tua ⁊c ibidẽ que oia ex-
plicat iſtum cõfeſſorẽ habuiſſe qđ euangeliũ di-
xerat fore bonũ et neceſſariũ ¶ Comũio ex euã

Coĩo.

gelio Beatus ſeruus que cum venerit ⁊c vel fi-
delis ſeruus et prudẽs ⁊c vel ame dico vobis q̃
vos q̃ reliquiſtis ⁊c Orõnes ſecrete et finales in
omni officio miſſali petunt ſacrificiũ nr̃m fieri
deo acceptum pcibus ſanctoꝝ in quoꝝ memoria
et veneratione celebrat.et ex virtute talis ſacrifi
cij nobis ꝓuenire gras et dona dei Hacten⁹ igi
tur de oib⁹ viris ſctis quos in q̃tuor grad⁹ par-
titi ſumus et eis ſeptẽ officia adaptauim⁹ ſ apo-
ſtolis vnum/euangeliſtis itẽ vnum/martyribus
duo officia/confeſſoribus tria

## ¶ Caput centeſimũ vigeſimũ quintũ dẽ officio comuni vni⁹ virginis vel alteri⁹ ſancte femine.



Quinto loco in
ordine ſanctoꝝ ponede ſunt
oẽs ſancte femine alie a vir-
gine matre chriſti que e p̃oꝛ
oibus ſanctis poſt chriſtum.
et licet inter feminas ſanctas
ſint diuerſitates plures ſ vir
gines/martyres/vidue/cõiugate/penitetes ⁊c ta-
men propter ſex⁹ imbecillitatẽ oẽs ſub eode of-
ficio cõprehendunt q̃ autoritates ſacre ſcriptu
re que adduci poſſunt ingenere femineo in lau
dem cuiuſlibet eaꝝ vniformiter loqunt de quali
bet ac ſi eſſet ſpõſa regis celeſtis nec denotat co
muniter illas diuerſitates ſanctaꝝ feminaꝝ. Ue
rum in officiario romano ſimul ponit vnicũ of-
ficiũ oim ſanctaꝝ mulieꝝ nos aũt ad conplemẽ
tum nouenarij numeri morẽ alíaꝝ eccleſiaꝝ inſe
quemur faciẽtes duo officia ſ de vna ſancta ſeor
ſum et de plurib⁹ eaꝝ ſimul nã inquolibet Ka-
lendario vulgatiſſima ſunt quedã feſta plurium
ꝟginũ vt perpetue ⁊ felicitatis iuſte et rufine ⁊c.
¶ In officio ergo vni⁹ ꝟginis vľ cuiuſcũq̃ vni⁹
ſcte mulieris ſiue fuerit martyr ſiue non in ma-

Matutini

tutinis pſalmi et añe fere oẽs dicunt ſicut de bea
ta virgine maria q̃ licet ei nõ fuerit equalis ta-
men hec ſancta mulier in multis fuit ei ſimilis
Lectiones de ſermone alicui⁹ ſancti doctoris ta
men eccľia toletana in ſancta martyre legit pſaľ
et antiphonas de vno martyre q̃ſi fuerit vir Reſ
ponſoria plurima ſunt ex pſaľ 44 vt diffuſa ẽ
grã/vel ſpẽ tua / vel dilexiſti iuſtitia ⁊c. eo q̃ ille
pſalm⁹ eſt epitalamiũ decãtans laudes ſponſi ⁊
ſpõſe.i.chriſti et ſancte femine Per horas diei di
cunt antiphone laudũ et capͣ ex epiſtolis decla-
randis ¶ In officio miſſe introitus multiplex ẽ

Introitus miſſe.

prim⁹ valde cois Dilexiſti iuſtitiã et odiſti iniq̃ta
tem ⁊c ex pdicto pͤs 44 Uerſus eſt principiũ
ei⁹ Eructauit cor meũ ⁊c laudat virginẽ vel ſan
ctam muliere de iuſtitia fidei/caſtitatis/⁊ alteri⁹
cuiuſcũq̃ virtutis quã dilexit/et oppoſitũ vitium
abhorruit quare ei chriſt⁹ ſpõſus ei⁹ dedit ei pre
cioſa monilia/inter cetera oleũ ſuauiſſimi odoris
quo vngeret more aliaꝝ feminaꝝ nobiliũ. oleũ
illud fuit vel grã ſpũſſancti letificans aiam eius.
vel fuit bone fame eius durãs per multa tem-

poꝛa vſqꝫ ad finē mūdi. vnde ſequit iubilatio ſpō
ſe p̄ gaudio Eructauit coꝛ meū verbū bonū di⸗
uine laudis dico i conſecro mea opera ꝛ actus
vite mee regi chꝛiſto qꝛ illi ſoli ſeruo fide in coꝛ⸗
poꝛe et aīa tanq̄ꝫ ſponſo dilectiſſimo Alius in⸗
troit⁹ eſt Cognoui dñe qꝛ equitas iudicia tua
ꝛc p̄s 118 Verſus principiū eius Beati imma⸗
culati in via ꝛc eſt magis ſpecialis virgini ſan
cte qꝛ facit mētione ſpeciale de mundicia carnis
immaculate cū timoꝛe dei et humilitate ideo di⸗
cit confi ꝫe timoꝛe tuo carnes meas Ali⁹ introi⸗
tus Loq̄bar de teſtimonijs tuis in cōſpectu ꝛc
ex eod̄ p̄s 118 cū eode verſu beati immaculati.
eſt ſpecialis ſancte martyri qꝛ conſtantiā ei⁹ ex
plicat i fidei cofeſſiōe cū deuotiōe maxima obſer
uādi legē dei imaculatā Verū i feſto ſc̄e Aga⸗
te oꝛdinat⁹ eſt ſingularis introitus Gaudeam⁹
oēs ꝛc qꝛ de ea legitur ꝙ gauditer ibat ad penas
et in feſto ſc̄e Agnetis introit⁹ dr̄ Me expecta
uerūt peccatoꝛes ꝛc qꝛ de ea legit ꝙ fuerit expecta
ta a mūdanis iuuenib⁹ i lupanari poſſunt tamē
Oratio hec duo officia alijs ſanctis feminis bn̄ adapta⸗
ri Oro pro ſancta v̄gine et martyre Indulgētiā
nobis dñe ꝛc clara eſt petitio Pro ſancta vero
martyre tantū oro Deꝰ q̄ inter cetera potētie tue
ꝛc petit vires ſpūales ad imitandū vitā eius.
Pro alia deniqꝫ ſācta nō martyre ſiue fuerit vir
Epiſtola go ſiue nō oro Exaudi nos de⁹ ſalutaris ꝛc oꝛat
p guſtu pie deuotiōis in tali feſto ¶ Ep̄la cōmu
nioꝛ Qui gl̄iat in dño gl̄iet ꝛc 2 Coꝛ 10 et 11 lo⸗
quit de ſancta virgine vt patet ex vltimis v̄bis
eius ſed p̄mo docet virgini eſſe neceſſariā humi
litatē ne de tāta ſua virtute gl̄ietur ſed poti⁹ det
gl̄iam deo a quo ſine ſuo merito recepit tale gra
tiā hui⁹ ratio eſt qꝛ nō enim q ſeipſum comēdat
i laudat ille pbat⁹ eſt eſſe vere bon⁹ ſed poti⁹
quē deus comēdat cui⁹ iudiciū verū eſt et nō po⸗
teſt errare de⁹ aūt neminē comendat ſine humi⸗
litate vt patet Mat 25 de fatuis v̄ginib⁹ Sc̄do
declarat magna dignitate ſancte v̄ginis ſub bo
no p̄lato cui⁹ cōſilio et doctrina (que tamē a mū
danis reputat ſtulticia) ſc̄a femina tale virtute
coluit ideo ait vtinā ſuſtineretis modicū q̄d i par
uū cōſiliū inſipiētie mee i doctrine mee q̄ reputa
tur inſipiētia ſed oro ſuppoꝛtate me accipiētes
meū ɔſiliū qꝛ pcedit ex magno amoꝛe erga vos
emuloꝛ enim vos i diligo vos et ꝫelo ſicut vir ꝫe
lat vxoꝛē ſuam ex nimio amoꝛe ſed ꝫelus meus
non ē carnalis ad ſanctas feminas ſed ſpūalis
propter eaꝝ pudicitiā ideo emuloꝛ vos dei emu
latiōe i ꝫelo dei ſancto et bono ſ vt ſeruetis mū
diciā carnis veſtre ppter amoꝛē veſtri ſpōſi prin
cipalis q̄ ē chꝛiſtus ieſus non ego p̄lat⁹ q̄ ſum
miniſter chꝛiſti ergo ꝫelus me⁹ ad ſanctā virgi⸗
nem feminā non eſt propter me ſed ppter dñm
meū chꝛiſtū cui vni viro ego deſpōdi vos p̄dica⸗
tione mea volēs virginē caſtā exibere chꝛiſto in
ſpōſam qꝛ talis ſpōſa debet ei qui eſt filius ma⸗
tris virginis Hūc ſenſum meo iudicio voluit ha
bere p̄latus q hanc epiſtolā oꝛdinauit in officio
vni⁹ virginis nā paulus apoſtol⁹ longe aliter et
ad aliud ppoſitū hec verba ſcripſit nec ad femi
nas ſed ad viros tūc loquebat et virgine caſtam
vocat eccl̄iam ſpōſam chꝛiſti que ſemp fide ei ſer
uat incoꝛruptā ſed ppter modū loquendi in ge
nere feminino et numero ſingulari potuit ap⸗
plicari ad ſanctā feminā v̄gine eo modo quo ver
ba canticoꝛum ſalomonis de eccl̄ia dei ſolet vir⸗
gini marie adaptari in ſuo officio de quo ſupꝛa.
Alia ep̄la eſt ſpecialioꝛ p ſancta martyre Confi
teboꝛ tibi dñe ꝛc Eccl̄. 51 que tota eſt gratiarū a⸗
ctio ſancte femine ad deū p magno auxilio gra
tie foꝛtitudinis et cōſtantie ſibi dato ſupꝛa vires
ſui ſex⁹ fragilis ad vicendū non ſolum tentatio⸗
nes carnis ſed etiā toꝛmēta ꝛ perſecutiones tyrā
noꝝ p ſeruanda fide chꝛiſti et victoꝛiā cōtra hec
mala non ſibi attribuit ſed miſericoꝛdie dei ideo
dicit liberaſti me ſepi⁹ repetēdo idē et vocat ty⸗
rānū perſequente linguā iniquā et labia operā⸗
tis iniquitatē qꝛ ſuadebat ꝛ cogebat ad coꝛruptio
nē carnis vel ad negandā fide vocat demones
tyrānū incitātes leones rugientes p̄paratos ad
eſca/et querētes aīam ſuam q̄ liberata eſt auxi⸗
lio dei de altitudine i pfunditate ventris inferi ꝛc.
Alia epiſtola ex eode cap̄ et ad idē propoſitum.
Dñe de⁹ me⁹ exaltaſti ſup terram ꝛc vbi p̄mo
declarat conditio ſancte mulieris in pſperitate
qꝛ intēdebat oꝛonibus deuotis p fine bono vi⸗
te ſue ideo dicit exaltaſti dñe ſup terrā i in hac vi
ta tēpoꝛali plongaſti habitationē meā ſiue inco
latū et moꝛam dierū vel exaltaſti quantū ad co⸗
gitationē et affectiōes meas vt nihil terrenū ſa⸗
perē vel deſiderare in mūdo et p moꝛte ſ bona
ꝛ laudabili depꝛecata ſum inuocaui etiā dñm p
adiutoꝛio ſuo in aduerſa foꝛtuna ſi aduenirет mi
hi in tēpoꝛe ſuperboꝝ i in hac vita vbi ſuperbi
et mali exaltant q̄ſi dñi toti⁹ tēpoꝛis Sc̄do oſte⸗
dit eius qualitate in aduerſitate qꝛ p auxiliū dei
vicit oēm tentationē mundi et perſecutiones ma
loꝝ ideo ait laudabo nomen tuū ꝛc. liberaſti me
ꝛc Alia ep̄la Sapiētia laudabit aīam ſuam ꝛc
Eccl̄ 24 vt ſupꝛa in officio cōfeſſoꝝ ſed poteſt fa
cere ad hoc ppoſitū qꝛ loquit in genere femini⸗
no Alia ep̄la Sapiētia vicit maliciā ꝛc Sapi. 8.
laudat magnā virtutē ſapiētie feminee q̄ va⸗
luit vincere malitiā mūdi Alia ep̄la Dñs poſſe⸗
dit me ꝛc Prouer 8 poteſt intelligi de ſapiētia
dei increata q̄ fidelib⁹ ſuis ſemper p̄ſto fuit ab
inicio mūdi per oēs etates/per oēs hoim ſtat⁹ ꝛ
ſex⁹/dirigēs eos ad bonū et liberās eos a malo.
Poteſt etiam intelligi magis ad propoſitum de
ſancta muliere qualibet et maxime de v̄gine ma
ria in cui⁹ cōceptionis feſto hec ep̄la ppꝛia eſt.
quelibet ergo talis ſancta femina p̄mo laudat
deū de ſua eterna predeſtinatione qua oꝛdinata
eſt ad tantū bonū vt eſſet ſancta et pꝛo tali a fi⸗
delibus coleret ſc̄do declarat ꝙ illa p̄deſtinatio
nō vocauit eā vt eſſet in mūdo actualiter ſancta
vſqꝫ ad ſextā mūdi etate quādo iā in eccleſia ſua
p̄parabat celos i apoſtolos et vallabat certa le⸗
ge et giro i muro abiſſos demonū ne vltra mo⸗
dū nocerēt fidelib⁹ chꝛiſti. quādo ethera martyꝝ

firmabat per cōſtantiā de ſurſum a deo datā ꝛ li
i. brabat .i. pōderabat fontes aquarū .i. doctores ec
cleſie ex qbus emanavit aqua ſapiētie in certo
numero et pōdere veritatis quādo circundabat
mari infideliū amariſſimo terminū ſuū quouſq
poſſint fideles pſequi et legē ponebat aquis po
pulorꝫ ne trāſirent fines ſuos extēdendo ritꝰ ſue
ſecte male ſuper terrā vltra tēpus et locū permiſ
ſum a deo quādo appēdebat i. eleuabat in altū
fundamēta terre .i. appetitū bonorū terreſtrium
in qbꝰ fundatꝰ vita hoīum naturalis eleuabat
inquā appetitum hoīm ad deſiderandū celeſtia
et contenendū terrena bona per ſanctas religio
nes in eccleſia chriſti exortas ꝛc quādo itaq hec
oīa mirabilia faciebat deꝰ in ſua eccleſia militā
te cū viris ſanctis etiā ego femina cū eo erā cun
cta cōponens qꝛ in omnibꝰ pdictis virorum ſta
tibus non defuit ſexus femineus cooperās eis
ad cōponendū res eccleſiaſticas nā cū apoſtolis
fuit virgo maria et alie ſancte mulieres vt patet
de magdalēa q̄ fuit apoſtola. Cū martyribꝰ ſan
cta Catherina et alie plures virgines / cū doctori
bus ſcta paula et alie filie plures / cū religioſis
ſancta clara et alie moniales ergo nimirū ſi de
lectabar p ſingulos ſanctorū dies i. ſtatus luci
dos. ludes corā deo i. exerces me in ſcta religio
ne omni tēpore eccleſie dei et fuerūt delicie mee
eſſe cū filijs hoīm viris ſanctis ad imitandū vir
tutes eorū Tertio inſtruit viros minꝰ perfectos
vt feminā ſanctā imitentꝰ et audiāt doctrinā ſuā
dicēs nūc ergo ſi tāta perfectione donata ſum
filij audite me vel ſaltē attēdite ad me ꝛc qꝛ ta
lis doctrina ꝛ imitatio vite mee ducet vos ad vi
tā eternā. ¶ Graduale multiplex ponitꝰ ſed fere
oīa ſunt ex ps 44 vbi fideliū chorꝰ audita epi
ſtola de laude ſancte femine cōgratulatꝰ ei dicēs
dilexiſti iuſtitiā ꝛc ppterea vnxit ꝛc. Vel ſpecie
tua ꝛc. ppter veritatē ꝛc vel diffuſa ē grā ꝛc. pro
pter veritatē ꝛc vel concupiuit rex ꝛc. vel audi fi
lia ꝛc. ſpecie tua ꝛc vel propter veritatem ꝛc. au
di filia ꝛc vel adiuuabit eam ꝛc ps 45 fluminis
impetus ꝛc. inquibus omnibus clara eſt ſenten
tia de merito et premio ſancte ſpōſe regis chriſti
Alleluia Aleluia eaſdem autoritates ſub alio pſequitur
tono ſ. dilexiſti iuſtitiam / vel ſpecie tua / vel hec
Euāgeliū eſt virgo ſapiens ꝛc. ¶ Euangelium huius offi
cij vnicū reperimus a ſanctis doctoribus ordi
natū. ſ. Simile eſt regnum celorum theſauro ꝛc
Mat. 13 in quo tribus parabolis virtutes ſan
cte mulieris diſtribūtur et pmia cōformiter ad
epiſtolā primā et alias ſequētes. quippe in pma
parabola humilitas eiꝰ denotatꝰ qꝛ inuentū in ſe
theſaurꝫ i. celeſtis regni deſideriū abſcōdit qꝛ ab
hoībꝰ gliam non queſiuit de ſuis bonis operi
bus q̄ ex illo deſiderio egit / largiēs bona ſua tē
poralia p illiꝰ theſauri cōparatione ager in quo
theſaurꝰ iſte abſcōditur ē fideliū eccl'ia quā emit
hec ſancta femina p baptiſmū et alia fidei ſacra
menta In ſcda parabola volūtaria paupertas
eiꝰ / vel contēptus oīm rerū temporaliū propter
chriſtū inſinuatꝰ. nā precioſa margarita chriſtus
eſt vel fides catholica propter quā habendā oīa
bona huiꝰ vite etiā corpꝰ ppriuum cōtēpſit qꝛ ſe
pauperē fecit et tormēntis libēter ſuccubuit In
tertia parabola huius mulieris magna glīa de
claratꝰ quā pro ſuis meritis ē conſecuta etenim
ſagene piſcatorie aſſimilatꝰ. que miſſa in mare hu
ius ſeculi amariſſimi adeo pfecit et virtutibus
fulſit vt merito ad ſui deuotionē et feſtiuā cele
brationē ꝯgregauerit ex oī genere piſciū i. hoīm
hoc ē tam bonos quā malos et deuotos et mū
danos quatenꝰ oēs ſimul laudent et decantēt
virtutes eiꝰ et gloriā ſuam apud deū et hoīes ve
runtamen nō oēs ſic cōgregati ad eiꝰ feſtiuitatē
ad gliam eius peruenient qꝛ non oēs ſed ſoli de
uoti imitari ſatagūt ſanctam quā venerentur et
bonis actibꝰ eius feſtiuitate ſanctificare ideo cū
ꝯuentum fuerit ad litus huiꝰ maris i. ad finē ſe
culi / ꝛ diē iudicij generalis angeli dei ſeparabūt
malos de medio iuſtorꝫ / et eligent iuſtos in vaſa
ſua que ſunt eterna tabernacula malos aūt fo
ras mittēt in infernū que alias dicūtur tenebre
exteriores vbi ſimul erit nimiꝰ calor / et ex fumo
fletus oculorꝫ / et nimiū frigus ex quo ſtridor dē
tiū qꝛ vt dꝛ Job 24 trāſibunt dānati ab aquis
niuiū ad calorē nimiū Qđ autē ſubditur in fine
euangelij de doctore fidei in regno celorꝫ .i. in ec
cleſia militāte q profert de theſauro ſuo i. de ſci
entia et grā ſibi data a deo ad platum quēlibet
pertinet cuiꝰ eſt pdicatiōe ſua pferre noua et ve
tera i. exēpla ſanctorꝫ noui ꝛ veteris teſtamēti ad
ducere ad inſtructionē fideliū maxie exēpla ſan
ctarꝫ feminarū que per argumentū a minore ad
maiꝰ valet multū ad cōuincendā proteruiā mū
danorꝫ virorꝫ vel debet in ſuo ſermone pferre ve
tera penarꝫ inferni ad cominatiōnē malorꝫ. ꝛ no
ua gaudiorꝫ paradiſi ad alliciēdos bonos nā pe
ne peccatorꝫ veteres ſunt ab initio mūdi gaudia
paradiſi noua qꝛ per chriſtū reſerata circa finem
mūdi vnde et nouā viā dicitꝰ inueniſſe ad para
diſum Et notandū q hic finis euāgelij poſitus
in hoc vltimo officio de cōmuni ſctorū ſcdm ro
manū modū poteſt refferri ad oīa ſupradicta of
ficia quaſi cōcluſio eorꝫ qꝛ ad platos eccleſie per Offertorium.
tinet ordinare feſta ſanctorꝫ oīm inquibꝰ decla
rētur eorꝫ exēpla et virtutes ad informationem
ſimpliciū fideliū et in hoc faciūt conformiter ad
voluntatē chriſti ¶ Offertoriū ex ps 18 decātat Coio.
laudes ſcte mulieris auditas in euāgelio dicēs
diffuſa ē grā ꝛc vel ex ps 44 offerētur regi vir
ꝛc. vel Filie regū in honore ꝛc et clara ſunt oīa.
¶ Comunio ex euangelio Simile eſt regnū ce
lorum homini negociatori ꝛc. et patet vel ex ps.
118. feci iudicium ꝛ iuſticiam ꝛc vel confundan
tur ſuperbi ꝛc vel principes perſecuti ſunt me ꝛc.
vel ex pſal' 18 diffuſa ē ꝛc. vl' ex ps 44 dilexiſti
iuſtitiam ꝛc et clara ſunt omnia ſimiliter et ora
tiones

## ¶ Caput centeſimū vigeſimumſextum de officio comuni plurium virginū vel aliarum ſanctarum.

Uedā eccleſie pre-
ter romanā conſuetudinē faciunt
officiū pluriū ſimul ſanctaꝝ mulie
rū vt in hiſpania de iuſta ⁊ ruſina
eſt et percelebre apud oēs feſtum
vndecim milliū virginū ⁊c In cuiꝰ officij bonis
nocturnis pſalmi ſunt ide qui et de vna virgine
ponebant̄ antiphone ⁊ reſpōſoria in matutinis
et laudibꝰ oīa ſunt de euāgelio huiꝰ feſti qđ po-
ſtea allegabimꝰ lectiōes de ſermone alicuiꝰ ſan
cti ⁊c per horas diei antiphone de laudibꝰ p̄di-
cte ex eodē etiā euāgelio cātant̄ antiphōe ad bñ
dictꝰ et ad magnificat tā in primis quā in ſecū

Introitꝰ miſſe

dis veſperis ¶ Introitꝰ miſſe ex p̄s 44. Offerē
tur regi virgines ⁊c vel Vultū tuum dep̄cabū-
tur ⁊c Verſus eſt principiū eiuſdē pſal' Eructa-
uit cor meū ⁊c vbi laudantur ſancte femine ex
duobus primū eſt qꝛ adducte ſunt regi celeſti in
ſpōſas ſpūales ſcdm qꝛ facte ſunt ꝓxime et ſo-
cie virginis marie q̄ eſt ſpōſa dei pricipaliſſima

Oratio

Oīo Da nobis dñe deꝰ nr̄ ſanctaꝝ ⁊c petit grām

Epiſtola.

fidelibꝰ ad digne celebrandū feſtū earū ¶ Epi-
ſtola De ꝟginibꝰ p̄ceptum dñi non habeo ⁊c I.
Cor 7 comparat ſtatū virginū ad cōiugatas po
nens tres excellentias ſtatus ꝟginalis prima qꝛ
virginitas eſt opus cōſilij ergo eſt melius bonū
q̄ꝫ coniugiū qđ eſt ſolū de p̄cepto dei.nā ſemper
fere cōſiliū eſt de meliori bono Scđa qꝛ ꝟgines
ſunt magis libere a temptatione vel tribulatiōe car
nis q̄ꝫ cōiugate que poſtꝙ experte ſunt delecta-
tione carnalem difficiliꝰ ſeruant caſtitate Tertia
qꝛ feliciꝰ viuūt virgines in hoc ſeculo nō haben
tes ſolicitudinē reꝝ temporaliū quā magnam ⁊
laborioſam habet coniugate tū erga viros ſuos
tū erga filios quos laborioſe pariūt et nutriunt
Sed nihilominꝰ ſancte mulieres cōiugate aut vi
due laudant̄ qꝛ licet haberent viros tam par-
ce ſe habebant in actu cōiugali ac ſi eos nō ha
buiſſent ⁊ vtebant̄ bonis q̄ poſſidebāt tā modeſte
ac ſi nō vterent̄ eis qꝛ nō apponebāt cor ad ſuas
diuitias quas poſſidebāt tanꝙ nihil poſſidētes
neꝙ curabāt delectationes aut triſtitias huiꝰ vi
te oīa ꝓpter deum contenentes qꝛ videbant ea
parū duratura preterit enim figura huius mū-
di i.tota eiꝰ pulcritudo nō permanet ſed labitur
et marcet Patet ergo ꝙ oēs ſancte femine ſunt
val de comedabiles ꝓpt̄ ſuas egregias ꝟtutes
ſed ſuper oēs ſancte ꝟgines ſponſe ſoliꝰ dei q̄ ſi
ne ſolicitudine erāt in mundo nihil cogitātes ni
ſi de deo et erāt ſancte tā corpore quā ſpiritu in
chriſto cōiugate vero et ſi ſancte erāt ſpiritu nō
ſic aūt corpore q̄ polluebant̄ ex contagione viri
et ſentiebāt delectationē in mundā libidinis li-
cet abſꝙ peccato imo forte et cū merito corā deo

Graduale

¶ Graduale ſicut de vna femina ſancta ſ ſpecie
tua ⁊c vel diffuſa ē grā ⁊c. Alij dicūt illud ex euā

Aleluia.

gelio Mat 25 ſ. media nocte clamor factus ⁊c
Verſus tūc ſurrexerūt oēs virgines ⁊c Aleluia
ex eode Quinꝙ prudētes ꝟgines ⁊c vel ex p̄s.
44. adducentur regi virgines ⁊c. vel Sapi. 4.
O quā pulcra ē caſta generatio ⁊c que oīa clara

Euāgeliū

ſunt ¶ Euāgeliū Simile eſt regnū celoꝝ decem
virginibꝰ ⁊c. Mat 25 ponit differentiā ſanctarū
mulieꝝ ad alias mundanas nā ſancte vocantur
prudētes mūdane vero fatue cognoſcit̄ aūt haꝝ
fatuitas/et illarū prudentia in modo expectandi
chriſtū earū ſponſum quādo veniet ad celebran-
das nuptias cū eis vt cōſumet̄ in paradiſo ma-
trimoniū in hac vita iniciatū per fide nā pruden
tes expectant chriſtum cū lampadibꝰ accenſis ⁊
oleo plenis quo cōtra fatue vel lāpades extin-
ctas habet/ vel oleo vacuas quare neceſſe ē vt
q̄ bene parate ſunt in aduētu ſponſi i. indie mor
tis ſue: admittant̄ ad celeſtes nuptias cū chriſto:
alie vero reppellant̄ ac excludant̄ a paradiſo in
que nullus admittit̄ ſine bona et ardente lucer-
na per lampades cōſcientias intelliges que lu-
cent per bona opera virtutū extinguunt̄ aūt ꝑ pe
cata q̄ obſcura ſunt ⁊ fetida Per oleū qđ nitidū
facit corpꝰ nitor cōſcientie ſignificat̄ qui cauſatur
ex actibus meritorijs ſicut ecōtra macula cauſa-
tur ex peccatis prudētes ergo femine oleū habet
ex meritis fatue oleo carent ex peccatis cū ergo
media nocte i. hora incognita venit ſpōſus chri-
ſtus vocātur ad iudiciū hoc clamore ecce ſpōſus
venit ad vocandū vos exite obuiā ei cū lampa-
dibus accēſis lumine fidei charitatis et aliarū
ꝟtutū tūc prudētes femine i. ſpūales ⁊ deuote q̄
bene parate erāt a multis diebꝰ et cū reuerentia
aduentū ſpōſi exceperūt admiſſe ſunt cū eo ad
nuptias celeſtes fatue ꝟo cū vocarent̄ in die ſue
mortis a ſpōſo videtes ſe nullū habere oleū me-
ritoꝝ nec bene ſe poſſe obuiare ſponſo cū lam-
padibꝰ extinctis ceperūt dicere prudentibus vt
communicaret eis de oleo ſuo ſ comēdādo ſe orō
nibus ſanctaꝝ q̄ iam ſunt in celo vt oraret ꝓ eis
et laudarēt eas corā deo ac ſi bona opa exiſſent
et nitore conſciētie habuiſſent Sed ſancti nō poſ
ſunt mētiri corā deo ideo nolūt laudare idignas
peccatrices de virtutibꝰ quas nō habent more
adulatoꝝ qui vendentes oleum dicunt̄ iuxta il-
lud p̄s oleū aūt peccatoris nō impinguet caput
meū Reſponderūt ergo prudētes nō ſufficit orō
noſtra impetrare glīam ꝓ nobis qꝛ noſtra me-
rita ad tantū donū non ſufficiunt quāto magis
ad impetrandū pro vobis q̄ ſine meritis eſtis.
querite ergo vobis mūdanos adulatores q̄ fal-
ſo laudent vos corā hoībus qꝛ hoc ſemper voluiſ
ſtis in mundo. ſ gloriam hoīm nam coram deo
nihil prodeſt adulator aut falſus laudator alte-
rius et ſic feminis mundanis clauſa eſt ianua
ſaluationis qꝛ nec meritis ſuis nec laudibꝰ aut
interceſſionibꝰ ſanctorum ſaluari poſſunt et au
diūt adeo vocē reprobatiōis neſcio vos qꝛ vos
neſcie fuiſtis mei in vita vr̄a hoc eſt ſicut vos
non cognouiſtis me in ſpōſum veſtrū ſic ego nō
cognoſcā vos in ſponſas meas ad cōſumandū
vobiſcum matrimoniū glorie. Opporret ergo vi
gilare in hac vita mortali ꝑ bona opera coram
deo cōtinue et vnuſquiſꝙ quā citius poteſt ope
retur bonum/nec differat de die in diem. qꝛ nes

ſcimus diem neqꝫ horā mortis noſtre et qua ho-
ra non putamus filius dei veniet ad vocandum
nos ſic fecerūt iſte ſancte femine quaꝝ hodie fe-
ſtum agim⁹: ideo in laude earum cantat͡ hoc euā
gelū ad hūc ſenſum exponēdum ¶ Offertoriū
Offertorium. ex ps 44. Offerent regi virgines ꝛc et eſt plur⁹
qua de vna virgine dicebat ideo illud vocat͡ of-
ferentur minus hoc vero maius Vel dicit͡ filie
Co io regū i honore ꝛc ibide ¶ Co io ex euāgelio Qui
qꝫ prudētes ꝛc vel Simile eſt regnū celoꝝ ꝛc et
clara ſunt oia Similiter ꝛ orōnes ſecrete et fina-
les Hec igitur pauca ſufficiāt de officijs ſanctoꝝ
comunibus ad informationē ſacerdotum ſimpli
cium ex quibus patebit vnicuiqꝫ nō penit⁹ hebe
ti via facilis ad exponenda officia propria quo-
rundā ſanctoꝝ que etiā in ſermonarijs Jacobi
de voragine/ ſancti Uincentij et alioꝝ pro ma-
gna parte expoſita ſunt cum faciunt ſermones
proprios illarum feſtiuitatum

¶ Scdi libri et quidē copioſiſſimi de expoſitione officioꝝ miſſaliū ſcdm more Romane eccleſie finis feliciſſimus

## Tertius vero liber de expoſitiōe ſecreti canōis miſſe hic dimittit͡ ne opis hui⁹ magnitudinē exceſſiuā facerem⁹: adiūget͡ vero poſtea ſermonibus noſtris deo duce.

## ¶ Breuis editio de arte pdicadi ex varijs modis diuerſoꝝ predicatoꝝ recollecta ab eodē authore Prohemium

SI de reb⁹ infimis ad corpus hois perti
nentib⁹ plurime inuēte ſunt artes et ſci
entie quales ſunt/agricultura/lanificiū/
fabrilis/militaris/et medicina/atqꝫ alie
huiuſmodi q in magno pcio haberi ſolent quāto
magis de his q ad animā et ſpūalem vitam ho-
minis attinent(q omnia corporalia in infinitum
excedūt)neceſſaria erit doctrina/ars/ſiue ſcientia
qua plati ꝛ alij pbriteri eccleſie recte ſe habere va
leat in regimine aiarū ſibi ſubditaꝝ de quo dici
ſolet q ars artiū eſt regimē aiarum Cōſiſtit vero
regime aiarum in trib⁹ maxime exercitijs vꝫ in
miniſterio ſacramētoꝝ/in ordine diuinoꝝ officio
rum/atqꝫ in diſpenſatione ſacroꝝ eloquioꝝ que
fit per pdicationē verbi dei in eccleſia ſanctoꝝ
Et quia de duob⁹ primis exercitijs iā locuti ſu-
mus libuit etiā hic in calce huius operis paucu-
la quedā de arte pdicandi tū ab alijs excerpta /
tum et a nobis excogitata adiungere que cuili-
bet ingenioſo viā apperient ad plurima alia ſu
peraddeda Jn primis tamē euangelici pdicato
ris cōditiones ex illo ps 72 verſiculo( mihi aūt
adherere deo bonū eſt et ponere in eo ſpē meā
vt anūciem oēs predicationes ei⁹ in portis filie
ſion i ciuitatis Hieruſalē notare volum⁹ Debet
eīn predicator zelū habens ſalutis aiarum impri
mis deo adherere p charitatē que eſt vis vniti-
ua vt ois eius ſermo fiat propter honore dei pn
cipaliter/ nō aūt propter lucrū aut inane gliam
vel fauore hoium Et hac intētione finis ſuppoſi
ta/debet ſcdo ponere in deo ſpē fructificatiōis do
ctrine ſue qꝛ niſi de⁹ gratia ſua interius operat
corda auditoꝝ in vanu laborat exteri⁹ lingua p
dicatoꝝ Tertio debet anūciare oēs pdicationes
ſuas in portis ecclie i de his q ad fidē pertinent
et bonos mores qꝛ fides eſt porta q intrat͡ in ec
clīam dei accedentē eīn ad deū pmū oportet cre
dere vt apoſtol⁹ dicit et baptiſm⁹ ſacramentoꝝ
ianua eſt fidei catholice proteſtatio vel ſacramē
tum fidei. Erit aūt hic nr tractacul⁹ quadriparti
tus Prima eīn pars circa ſermonū themata in-
ſiſtet Altera ad ſermonū diuiſiōes accedet Ter-
tia de inuētione materie ad ppoſitū cuiuſlibet
ſermonis aptiſſime diſputabit et he tres partes
maxime dirigent͡ ad ſermones de ſanctis/ de fu
nerib⁹/et de alijs caſib⁹/aut negotijs occurreti-
b⁹ Quarta deniqꝫ pars peculiaris erit p ſermo
nib⁹ de tēpore ſcꝫ de aduētu et quadrageſima/
qꝛ illi ſpeciale habent modū et diſtinctū a comu
ni ſtilo alioꝝ ſermonū Particularius aūt ſubdi
uidendo in toto opuſculo faciemus decem cap

## ¶ Caput primū de diffinitione/et diuiſione predicationis eccleſiaſtice



Predicatio no-
mē equiuocū ē et varias ha
bet ſignificationes in diuer
ſis ſcientijs et artibus ē eīn
pdicatio logica/ rhetorica/ꝛ
theologica i ppoſito aūt ſo
lū de theologica intēdim⁹.
q ꝛ poteſt tripliciter diffiniri pmo ſic Predica-
tio ē expoſitio ſacre ſcripture/publice facta a ſa-
cerdotib⁹/in eccleſia dei/corā toto populo fideli
Scdo ſic et clari⁹ predicatio ē verbi diuini tā no
ui quā veteris teſtamēti patens ſiue publica in-
terpretatio qua dei miniſter eccleſiaſticus fideles
inſtruit de credendis/de agendis/de cauēdis/de
proſequēdis/de timendis / et de ſperādis bonis
aut malis Speciali⁹ aūt et proprius pdicatio ē
thematis explicatio a ſacerdote eccleſe facta/ex
charitate et ſciētia pcedens qua non ſolū fideles
ſed etiā infideles publice inſtruit de his q perti-
net ad legē diuinā ſiue naturaliter inſitā/ſiue ſu
per naturaliter reuelatā Jn qua diffinitione cau
ſali quattuor cauſe pdicationis denotant͡ nā ex-
plicatio gen⁹ diffiniti e cauſa formalis logice lo
quendo.cauſa efficiens pncipalis ē ſacerdos ec
cleſie qꝛ ille ē proprius miniſter pdicationis de
cōmuni iure in caſu tn neceſſitatis deficiēte ſa-
cerdote idoneo poſſet fieri pdicatio a diacono vl
etiā ab alio inferiori clerico/et forte a laico ſi ſuf-
ficieter inueniret inſtruct⁹ Cauſa efficiēs inſtru-
mentalis notat͡ in eo qd dicit͡ ex charitate et ſciē
tia pcedens q ſunt habitus aiam predicatoris
inclinantes ad recte pdicādū Cauſa materialis

in qua recipiēda ē p̄dicatio ſunt auditores tam
fideles ꝙ̃ infideles ad deū cōuertendi Sed cau
ſa materialis circa quā ē thema ſermonis quaſi
principale ſubiectū attributionis in tota p̄dicatio
ne Cauſa finalis proxima ⁊ intrinſeca p̄dicatio-
nis tangit vbi dicitur de his ſcꝫ credēdis ⁊ agen
dis q̄ pertinent ad lege diuina q̄ꝛ intentio p̄dica
toris immediate eſſe debet vt fideles inſtruat in
fide ⁊ morībꝰ Finis ꝟo extrinſecꝰ ⁊ mediatꝰ ſue
p̄dicationis erit dirigere hoīes in vitā eternā. per
hoc etiā qꝺ dicitur ſcd̃m legem diuinā denotat
fundamentū principale p̄dicationis qꝺ debet eſ
ſe ſacra ſcriptura ſeu lex diuina reuelata vel in-
dita hominibꝰ quāuis minꝰ principaliter p̄dica-
tio aliquādo et raro fundari poſſit in ratōibꝰ na
turalibꝰ aut moralibꝰ atqꝫ etiā i autoritatibꝰ phi
loſophoꝝ et poetarū de quibus Augu. dicit in 2
de do chriſtia q̄ſi alicubi vera dixerunt et fidei
noſtre conſona ab eis tanq̄ȝ ab iniuſtis poſſeſſo
ribus in vſum noſtrum ſunt vendicanda.

¶ Diuidit autem predicatio in partes tum ſub-
iectiuas q̄ſunt ſpecies tū etiam integrales q̄ ſunt
membra vel partes ſermonis ex quibꝰ tota pre
dicatio integrat. Prima diuiſio ſit iſta p̄dicatio-
nū varie ſunt ſpecies ſcd̃m varias etates ecclie in
vſu ſanctoꝝ habite Primus modꝰ p̄dicandi fu
it ille quē habuit chriſtꝰ planꝰ / ⁊ facilis ſine the
mate / ⁊ totꝰ in parabolis ad modū antiquorum
ꝓphetaꝝ ve le de quo extant aperta euangeli-
ſtaꝝ teſtimonia ⁊ ꝓphetaꝝ oracula Scd̃us mo-
dus p̄dicandi fuit ille que habuerūt apoſtoli vt
patet ex actibꝰ apl̄orum quos ſcripſit Lucas et
ex ꝓprijs hiſtorijs ſinguloꝝ qui modus ⁊ ſi fue
rit ſine themate certo fuit tamē aliquantulū curi
oſior ⁊ artificioſior primo Tertiꝰ modus p̄dican
di fuit apud antiquos ⁊ ſanctos doctores ecclie
qui poſt lectū ⁊ decantatū euangeliū a diachono
ſubijciebāt ipſi homelia euāgelij declaratiuā nūc
ad ſenſum literalē / nūc ꝟo ad alios ſenſus ſpūa
les populū inſtruētes Poſtea vero creſcēte ⁊ nu
mero ⁊ curioſitate fideliū auditoꝝ ſubcreuit etiā
⁊ diligētia p̄dicantiū curioſitati populoꝝ ſatiſfa-
cere volentiū. qui ad noua audiēda ſemꝑ aſpirāt
ideo alium modū predicādi magis ſubtile ⁊ arti
ficioſu'n inuenerūt qui erit ordine quartꝰ et de
quo data eſt p̄miſſa diffinitio et eſt ille q̄ aſſum-
pto aliquo themate i breuiſſima aliqua autori-
tate ſacre ſcripture plura ⁊ diſtincta dogmata ad
idē ꝓpoſitum applicat vt vel ſic rudis fidelium
plebſ ſub cōpendioſo verboꝝ manipulo vtilita-
tem doctrine rerū celeſtium ſe accepiſſe gaude-
rent ad ſimilitudine illius diuini miraculi quo
chriſtus ex paucis panibꝰ ⁊ piſcibꝰ benedictio-
ne multiplicatius multa milia hoīum ſaciauit
et hic modꝰ predicādi maxime inoleuit apud fi-
deles a trecētis annis ante nos poſtq̄ȝ orte ſunt
in ecclia chriſti religiones fratrū mēdicātiū Quia
igit hec poſtrema predicationis ſpecies eſt aliaꝝ
diuꝰ ſubtiliſſima / ac ꝓinde difficillima (nō eīn ē
cuiuſlibet ex paucis multa elicere niſi valde arti
ficioſi ⁊ ſapientis) decreuimꝰ p̄dicationis partes in
tegrales ſcd̃m modū iſtum ꝑtractare Sermonis
artificioſi quattuor ſunt principales partes ex q̄
bus tota p̄dicatio integrat Prima ē thematis
inuētio Scd̃a eiuſdē thematis ꝓbatio ſeu ꝯcluſio
vel introductio Tertia eſt ſermonis ſcd̃m thema
tis particionem in plura mēbra diuiſio Quarta
eſt copioſe materie inuentio ad ſingulas ſermo-
nis partes

## ¶ Caput ſcd̃m de themate ſermonis diffinitiue ⁊ diuiſiue

Quia in diffini-
tione p̄dicationis de thema-
te fecimꝰ mentionē. conueni-
ens erit ipſum diffinitione et
diuiſione declarare ⁊ ꝓprie-
tates eius aſſignare ac deni
q̄ȝ doctrinam de inuentione
thematis ſubiungere Eſt igitur thema materia
aut ſimilitudo aut figura dicēdoꝝ in toto ſermo
ne vel eſt fons ⁊ origo a quo ſermocinator plu
res riuulos ōronis extrahit vel clariꝰ Thema ē
ōro breuis explicita vel implicita ex veteri aut
nouo teſtamēto ſumpta quam p̄dicator accura-
tiſſime multiplicat ⁊ diſtinguit propter honorem
dei ⁊ aiarum ſalute In qua diffinitione ōro po-
nitur loco generis valde cōmuniter accipiendo
ōronē pro vt Ariſtoteles accipit in Predicame-
tis cōfuſe ⁊ cōmuniter ad vocē complexā ⁊ incō
plexa ideo notāter addit explicita vel implicita.
exēplū p̄mi vt Amice aſcede ſuperiꝰ exēplū ſe-
cūdi vt Reſpice Dicit notanter ōro breuis quia
thema nō debet eſſe prolixa narratio ſed breuis
⁊ ſuccinta autoritas ac ſentēcioſa q̄ ſtatim audi
ta aīos ſuſpēdat auditoꝝ propter ſui grauitatem.
Dicit notanter ex nouo et veteri teſtamēto ſum-
pta q̄ꝛ cū thema ſit totiꝰ ſermonis fundamentū
debet eſſe veriſſimū ⁊ ſua auctoritate firmiſſimū
talis ē ſcriptura ſacra noui et veteris teſtamenti:
non aūt alie ſcripture philoſophoꝝ ⁊ doctoꝝ etiā
catholicoꝝ qui ſcd̃m humanā phantaſiā libros
ſuos ſcripſerūt ideo apoſtolꝰ Paulꝰ dicebat ſer
mo meꝰ ⁊ predicatio mea nō in perſuaſibilibus
humane ſapiētie verbis ſed in oſtēſione ſpūs et
virtutis Non ergo licet p̄dicatori ex alijs libris
extra ſacrā ſcripturā thema ſermonis accipere ni
ſi forte raro ⁊ propter magnā occaſionē ex aucto
ritate eccleſie thema vellet accipere ſicut ſanctus
Vincentiꝰ in letanijs accepit iſtud thema eccle-
ſie Kirie eleiſon / chriſte eleiſon ⁊c Inter libros ta
men ſacre ſcripture auctoritates veteris teſtamē
ti pulcriꝰ ſonāt in ſermonibꝰ de ſanctis autori-
tates vero noui teſtamēti magis in ſermonibus
dn̄icalibꝰ ⁊ ferialibꝰ Qꝺ vero in fine diffinitio-
nis dicitur ad hono'em dei ⁊ animarum ſalutē:
denotat finē principalē omnis bone p̄dicationis

### ¶ De diuiſione thematis

Thematū duo ſunt genera / quedā ſunt
fertilia ⁊ alia ſterilia themata thema fer
tile eſt qꝺ plures dictiones vel orātio-
nes continet ſcd̃m quas facile patere /

pōterit ſmonis diuiſio Thema ſīr.le ē vniꝰ tm̄ dictionis maxie ſi ſit dictio indeclinabilis Predicator igiꝰ quoad potent ocm defectū excludere debet a themate ſui ſermonis q̄ i genere triplex eſſe poteſt ſ defectꝰ vocis/ defectus ſignificanois/ et vtriuſqꝫ ſimul Defectꝰ vocis pot eſſe vł in quātitate.ſi ſit thema nimis longum/vł nimis breue aut in q̄litate vt puta ſi locutio ſit incongrua/aut nō coueniēs ſexui/vel etati eius de quo p̄dicaꝰ nā ſi in feſtiuitate ſancte femine thema ſumereꝰ in gen̄e maſculino vt Juſtꝰ germinabit ſicut liliū ꝛc eſſet defectus in q̄litate thematis ſilr ſi in defunctiōe pueri vel adoleſcētis acciperet hoc thema Mortuꝰ ē in ſenectute bona plenꝰ dierū ꝛc̄ ꝛ ita de alijs circūſtantijs locoꝝ/tēpoꝝ/ ꝛ pſonarū obſeruādis iuxta ꝯſiliū ſapiētis Cū viro religioſo tracta de ſctitate/cum iuſto de iuſticia ꝛc̄ Defectꝰ ſignificatiōis in themate ē/vł amphibologia/vel ambiguitas ſententie q̄ maxie vitāda eſt in ſermonis exordio q̄le eſſet illud Geneſ 9 Dilatet dn̄s Japheth/ꝛ habitet in tabernaculis Sem qꝛ dubiū eſt de ſuppoſito illiꝰ vbi habitet an ſit dn̄s/vł Japheth/vel Sem Silr eſſet defectꝰ ſignificationis ſi autoritas dicta in malo ſenſu acciperetur in themate ſmonis ad bonū ſenſum quale ē illud dictū diaboli ad chriſtū Mat 4. Dic vt lapides iſti panes fiāt ſup quo themate aliqui fecerūt ſermone de cōuerſiōe pctoris q̄ emolliꝰ cor eiꝰ lapideū ꝛ ſic de alijs ſilibꝰ defectibꝰ Defectꝰ vocis/ ꝛ ſignificationis ſimul e multiplex ſ trūcatio autoritatis/ariditas ſermonis/imꝑfectio orōnis/ſuſpēſio locutiōis/ꝛ q̄dam alie q̄s debet cauere eruditꝰ p̄dicator Sit ergo thema ſuū decetis quātitatis/ꝛ q̄litatis/ clare ꝛ certe ſignificatiōis/ ac determinate/ꝛ diſtincte prolationis

Triplex defectus thematis

Primus

Secundus

Tertius

## Caput tertium de inuentione thematum

His premiſſis ponenda eſt ars/ſeu doctrina/vł modus inueniēdi thema conueniēs ad ꝓpoſitū ſermone nā ſcd̄m diuerſitatē materie p̄dicande in ſmone diuerſificari debet et thema ſmonis aut n ſmo q̄ritur de tepore i dn̄icalis/vł ferialis aut de aliq ſancto/aut etiā de contingēti euētu puta de pace/ de bello/de pluuia/ de ſerenitate /de peſtilētia/de tēpeſtate/ꝛ multis alijs caſibꝰ fortuitis ad ſermones de ſctis ꝫ etia ꝑtinet ſermones funebres defunctoꝝ Cū igiꝰ de tēpo e fuerit habenda p̄dicatio debet ipſe verbi dei annūciator in p i mis legere offi in illiꝰ diei maxie eplam/ꝛ euangeliū cū gloſis ꝯōibꝰ/vel ſalte Poſt.la Nicolai de Lira ꝛ hoc ad habēdū ſenſum litlē/vel hiſtoricū (ſiue q etia cop̄ chēdiꝰ parabolicus)thematis ne forte et defectu intelligētie litalis tota ſit ſtructura ſmonis vel fal o/vel ſabulo ſundamēto innitatur Hoc fa to eligaꝰ ex epla/vl euāgelio aliq̄ autoritas fertilis in ſe/deuota ꝛ vtilis plebi/accōmodata tēpori/ꝛ eccliaſtice cōſuetudini q̄tenꝰ ſtatim audita aīos auditoꝝ moueat ꝛ ſuſpēdat Si vero de aliq̄ ſcto p̄dicatio futura ſit legēda eſt ipmis ipſiꝰ hiſtoria ex q̄ p̄dicator eligat partē q̄ hēat p̄dictas ꝯditiōes laudabiles cēs aut eaꝝ plures ꝛ inde ꝯſideret q̄ ꝫ ꝯmodi ex illa pticula poſſit ꝓuenire pplo ſ vt moueat fideles ad ſeq̄ndū dei amore/vł timore/aut pniām/ſiue patientiā/mūdiqꝫ cōtēptū ꝛ hmōi Deinde cū illa dictiōe ingrediatur librū cōcordātiarū q̄rendo ſubſtātiuū/vel adiectiuū/vbū/ vł aduerbiū p̄acepte dictiōi cōſonū vt ſi de patiētia fuerit intētio p̄dicādi voluēde ſunt autoritates harū dictionū patiētia/patiēs/ patiēter/ patior vel eq̄ualētiū vt ſubſtinētia/ſubſtinēs/ſubſtinēter/ſuſtineo aut tollerātia/tollerās/tollerāter/ tollero ꝛ de aliq̄ iſtoꝝ el gaꝰ autoritas q̄ prima frōte videat alludere hiſtorie p̄cocepte verbi gratia poſt triduū occurrit ſolemnitas atqꝫ p̄dicatio ſcti Clemētis pape ꝛ mrīs cuiꝰ geſtis ꝑlectiſ volui ad eiuſdē nois interꝑtatione intētum dirigere expliciqꝫ librū cōcordātiarū pluſq̄ ꝯ q̄libet autoritates ſub his dictionibꝰ inuētas vꝫ clemētia/ clemēs/clemēter q̄bꝰ ad ſe collatiſ elegi hac mihi in thema Clemētia roborabiꝰ thronꝰ eiꝰ ꝓuer 20 qꝛ in hac iueniꝰ ſentia dicēdoꝝ/cōformitas feſtiuitatiſ/ꝛ vtilis iſtructio plebis Poſt hoc ſategi litalē intellectū autoritatis huiꝰ ꝑcipere quare gloſam Roberti holkot ꝑcurri inq̄res ſi ibi inuenirē aliq̄ q̄ ad litam eminētiā i ſcto ꝯmēdarēt ſin minꝰ nō officit iſta vidiſſe ſalte ad hn̄dū ſenſu līe i cor At vbi d̄ pluuia/ſerenitate/peſtilētia/ſanitate/bello/ victoria/pace/ꝛ alijs hmōi euētibꝰ p̄dicatio deberet fieri is e ordo obſeruādus vt p̄dicator imprimis deplicet librū cōcordātiarū ꝛ dictiōes tali ꝓpoſito cōuenientes q̄rat mō p̄dicto donec occurrat ei aliq̄ autoritas no aut ve teſta p̄dictas ꝯditiōes hn̄s vt ſi de pluuia p̄dicādū fuerit q̄rat autoritates p has dictiōes/pluuia/aqua/imber/nimbus/ fons/riuꝰ ꝛc Deīde ſenſū autoritatis illius ꝛ finē ad quē allegaꝰ diligēter attēdat vt p̄dictū ē Quida in priꝰ eligūt materiā p̄dicādā ꝛ poſtea q̄runt thema ad ſuū ꝓpoſitū q̄ modus facilior eſt licet minus artificioſus

## Caput quartum de introductione thematis que dicitur prothema

Sumpto iam themate exordiū ſmonis a thematis ꝓpoſitione/aut introductione ſumendū eſt q̄ breuiꝰ oſtendiꝰ q̄d thema continet/ꝛ ad q̄d ꝓpoſitū inductū eſt Ad q̄d faciendum antiqui predicatores vnū aliud thema ꝓponebat quod ꝛ prothema vocabant quia ꝓ primi thematis introductione illud adducebant ꝛ cōcordabat cū primo themate in aliq̄ dictione eiꝰ principali vt ſi de beata virgine Maria quis p̄dicare vellet p hoc thema Glioſa dicta ſunt de te ciuitas dei p̄s 86 ꝓponitur ad hoc declarandum vnū aliud thema/ſeu ꝓthema ſ ꝑualitam

pleſicare ciuitatē Eccliaſti 50 Alij vero ꝓthemata
alia ratione inueniebāt: hoc eſt ad faciendā p̄dica-
tionē in eodē ſermone de duob⁹ aut trib⁹ nego-
cijs diuerſis vt puta ſi cū die dñico occurrat feſti
uitas alicuius ſancti/vel etiā corpus alicuius de-
functi tunc enim duo aut tria themata accipiebāt
vt quodlibet eorū adaptarent ſuo ꝓpoſito ſ pri-
mum dñice/ſcḋm ſancto/tertium defuncto Sed
quia iſte modus eſt valde cōfuſus qꝛ plures ſer-
mones in vno vult cōculcare ſine aliq̄ colligātia
ideo ſubtilior modus et artificioſior eſſet ſi p vnū
ꝛ idem thema ſimul de duob⁹/aut trib⁹ negocijs
occurrentib⁹ fieret vnica p̄dicatio Unde vſus rece
tiorum p̄dicatorū habet vt thema ſermonis pri-
mo applicet ad virginem Mariam ꝓ ſalutatio
ne facienda deinde poſt ſalutatione p̄dicāt per
idem thema de dominica/vel feſtiuitate/ vel etiā
de alio negocio occurrente ſecundū artem infe-
rius ponendam verbi gratia in ſermone transfi-
gurationis chriſti accepto hoc themate ex euan-
gelio eiuſdē feſti Nubes lucida obūbrauit eos
Mathei 17 poteſt fieri ſalutatio ad virginē ma
riā cōparando eam nubi illi lucide propter tria ſ
qꝛ eſtum mitigat furoris dei terram fecundat q̄n-
do gratias mul⁹ plices ſuis deuotis impetrat et
iridem generat p filij dei incarnationem cui⁹ fi-
gura fuit illa nubes lucida que ducebat populū
Iſrael p deſertū vſq ad terram promiſſionis ꝛc̄
Poſt ſalutationē p idē thema poteſt fieri p̄dica
tio de transfiguratione vocando nubem lucidam
illam gloriam que apparuit in corpore chriſti q̄
ꝛ obumbrauit apoſtolos ei⁹ vt patet ex diſcurſu
illius euangelij declarando ibi queſtiones mul-
tas litterales Tertio poteſt fieri p̄dicatio de ſan-
ctis Iuſto/ꝛ paſtore illo die occurrentib⁹ qꝛ bea-
titudo ſanctorum eſt nubes lucida obumbrans
eos ꝛc̄ et ibi eſſet introducēda illorū martyrū hi-
ſtoria Eadem arte ꝓcederetur i alijs ſermonib⁹
tā dominicalibus/q̄ ſancturalibus Facta ẏo ſa-
lutatione in principio ſermonis oportet probare
aut concludere thema anteq̄ ſermo in ſuas par-
Decē mo- tes diuidatur ¶ Modi autē probandi aut cōclu-
di ꝓthe dendi thema multiplices ſunt ſ vel per autorita-
matum tem ſacre ſcripture/vel cuiuſcunq alterius docto
Primus ris ſeu philoſophi vt ad concludendum hoc the-
ma Illa q̄ ſurſum eſt Hieruſalē mater noſtra li-
bera eſt ad Gala 4 ſumit autoritas ꝓuerb 25
aqua frigida anime ſitienti ꝛ nūcius bon⁹ de ter
ra longinqua ſupple aſſimilat. ꝛ qꝛ apl's Pau-
lus nuncius celeſtis affert nobis bona noua de
celo ideo debem⁹ ipſum attēte audire dicentem
Secūdus modus. verba thematis Secūdo p experientiā naturale
vt ad hoc thema Humiliamini ſub potenti manu
dei prime Petri 2 dici poteſt q leones habēt hāc
proprietatē q ꝓſtratū ledere erubeſcūt ideo apl's
Petrus vt liberemur ab ira dei conſulit nos hu
miliari ſub potenti manu dei Tertio per exēplū
morale/aut etiam fabulam poeticam vt ad iſtud
Tertius thema Sequebatur eū multitudo magna dicat
q egri medicum pro ſalute/ſerui pro lucro dñm/
pauperes ꝓ eleemoſina diuitē. deuoti ꝓ ſuffra-
gio ſanctum/diſcipuli pro ſcientia ſequūtur ma-
giſtrum ꝛ pro omnibus iſtis multitudo ſequitur
chriſtum Quarto modo p prouerbium vulgare Quartus
vt ad iſtḋ thema Quaſi modo geniti infantes di
catur ſic quod noua teſta caput inueterata ſapit.
ꝛ ideo apoſtolus Petrus hortatur nos ad rece-
ptione doctrine ſue exemplo lactis ꝛ infantiū di-
cens quaſi modo ꝛc Quinto p rationem vt ad Quintus
iſtud thema Abijt Ieſus in monte/dicatur ſic q
ſecundū magiſtri excellentiam debetur ſibi emi-
nentia loci. et ideo aſcendit Ieſus in monte Sex Sextus.
to p queſtionem/ſiue dubitationē vnam vel plu-
res habentes cōuenientiam cum toto themate/vel
partibus eiuſdem ita vt finita queſtiōe adaptet
parti thematis ſibi correſpondēti Septimo per Septim⁹
narratione hiſtorie de q̄ ſumit thema vt ad hoc
thema Uidebat Moyſes q rubus ardebat ꝛ nō
cōburebatur recitet hiſtoria illi⁹ capituli quomō
ipſe paſcebat oues ꝛc̄ donec veniat ad locū thema
tis Octauo p conſequentiā ita qḋ ad thema que Octauus
ratur aliqḋ antecedēs cui⁹ p bonā ꝛ ꝓbabilē cō-
ſequentia thema poſſit eſſe conſequēs vt ad hoc
thema Qui perſeuerauerit vſq in finem ſaluus erit
ſumatur hoc antecedes/ille eſt dignus premio q̄
conſtāter operat bona ergo q perſeuerauerit ꝛc̄ idē
dico de q̄cunq alio modo cōſequētie. ſ temporis/
vel loci ſcḋm exigentiā thematis ꝛ bonū ingeniū
p̄dicātis Nono per ſyllogiſmū vt ad hoc thema Nonus.
Beati qui perſecutionem patiuntur propter iu-
ſticiā ꝛc̄. poteſt fieri talis ſyllogiſmus quicunq
eſt heres regni ipe eſt beatus ſed qui patiuntur
ꝓpter iuſticiā legis dei ſunt heredes regni celoꝝ
ergo beati q perſecutione ꝛc̄ Decimo pōt thema in Decimus
troduci p radicis extractionē vt antiqui dicūt i p
ſufficientiā q nihil aliud eſt q̄ q̄dā extrinſeca di-
uiſio p̄cedes thema. ad cui⁹ mēbra poſtea appli-
cat idē thema verbi gr̄a ad iſtud thema Oia pro
bate ꝛ quod bonū eſt tenete ſumat hec radix aut
ſufficiētia duo ſunt errores ꝓpter q̄s hūana ope
ratio dr̄ vitioſa ſ error cognitiōis/ꝛ error electiōis.
et cōtra hec duo mala dat nobis apl's cōſiliū di-
cēs Oia ꝓbate quoad p̄mū ꝛ quod bonū ē tene
q̄ad ſcḋm Preter hos ſunt multi alij modi ꝓpo
nendi vl introducēdi themata diuerſa vt videre licet
i ſermonib⁹ Iacobi de voragine Ianuenſ/et ſcti
Uincentij/Ualētini q fuerūt oim alioꝝ p̄dicatoꝝ
artificioſiſſimi pariſ ꝛ ſapiētiſſimi Hacten⁹ d̄ prima
parte hui⁹ opuſculi q̄ intēdit circa thema ſmonis.

¶ Secunda pars de diuiſione ſermonis

## ¶ Caput quintum in ordi ne de aċuali mō diuidēdi ſmonē in ſuas partes.



actaītroductio
ne ſeu ꝓbatiōe thematiſ debet
curare p̄dicator d̄ diuiſiōe ſer
monis i partes ſuas Et dimiſ
ſis modis diuiſiōis āntiquoꝝ
q ſunt valde faciles ꝛ clari cū
procedāt per modū cuiuſdā homelie aut lectiōis
ſuper textum epiſtole/vel euangelij cuius vnam

particulā pro themate aſſumunt addemus quoſdam alios modos artificioſos et ſubtiles quibus ex ſolo ipſo themate ſine alio textu ſacre ſcripture poſſet fieri longus ſermo habens multas partes.immo ſuper vnū thema multi ſermones p totum annū quod artificiū certe eſt multum commendabile q2 ingenioſum/neceſſariu/ꝫ valde vtile nā ꝫ pd catonis ſcientiā oſtendit/ ꝫ doctrine copiam tribuit/ꝫ audientium aīos mirabiliter delectat Pro hui⁹ ergo artificij declaratione ponede ſunt primo quedam regule generales deinde venient⁹ ad ſpeciales ¶ Prima regula generalis

Prima regula generalis

diuiſio thematis nō debet eſſe extorta/ aut violēta extrahens ipſum thema a ſua propria ſubſtantia/vel ſignificatiōe quia q̄uis illud poſſit tollerari quaſi ingenioſum tamen diſplicet auditoribus/ꝫ apparet ridiculoſum nā quidā predicator in ſermone cuiuſdam magni doctoris eccleſie ex euāgelio eiuſde feſti aſſumpſit hoc thema Venit ſoluere Mat 5 vbi text⁹ euāgelij ſic habet:nō veni ſoluere lege ꝛc Ipſe aūt valde extorte līa̅m corrupit dicēs venit ſol uere vt poſſet de illo p̄dicare q̄ſi de ſole ꝫ luminari magno i eccl̄ia dei.ad q̄d tñ ꝓpoſitū apti⁹ thema fuiſſet ex epiſtola eiuſde feſti vbi dicitur quaſi ſol refulgens in templo dei Eccleſiaſti 50 ſimiliter alius predicator ex eodem euangelio ꝓ alio feſto alterius doctoris aſſumpſit hoc thema Eſt is ſal terre vbi textus habet vos eſtis ſal terre ꝫ voluit ipſe orationē pluralem facere ſingularem ꝫ ſic de alijs multis fatuitatib⁹ ſine numero ¶ Secūda regula generalis

Secūda regula generalis

diuiſio thematis vel ſermonis non debet eē prolixa ꝫ multa habēs membra ſed ſatis eſt q̄d habeat duo/aut tria membra/vel ad ſummū quatuor ne p̄dicator ſtatim in p̄cipio ſui ſermonis appareat oneroſus plebi ¶ Tertia regula genālis

Tertia regula generalis

diuiſio ſermonis q̄ntum cōmode fieri poſſit reducenda eſt ad membrorum conſonātiam i ſimilem terminationem inſtar eorum qui rithmos faciunt nam hoc iuuat multum memoriam ſiue predicātis/ſiue populi audientis ¶ His premiſſis ſit prima regula ſpecialis q̄ in ſermonib⁹

Prima regula ſpecialis

de tempore hoc eſt dominicalib⁹/ꝫ ferialib⁹ optime fient due partes ſermonis eiuſdē:quarū altera ſit declaratio epiſtole/vel euangelij/aut etiam hiſtorie matutinalis ad duos/vl̄ tres ſenſus quorū vltimus ſit moralis pro inſtructione populi altera vero pars ſit de aliqua pulchra materia circa thema aſſumptum ex dicto textu epiſtole/aut euāgeli/vel etiā hiſtorie et iſte modus ē ſatis planus/ꝫ facilis/atq̄ cōīter vſitat⁹ ideo non indiget exēplari declaratiōe ¶ Secūda regula ſpecialis ꝫ

Secūda regula ſpecialis

alie ſequētes dant modū diuidendi in ſermonib⁹ de ſanctis ꝫ de alijs occurrentibus negotijs Sit ergo ſecunda regula ſpecialis q̄ ſecundum partes thematis i dictiones/vel orōnes i eo poſitas poſſunt fieri partes ſermonis vt ſumpto hoc themate Hora ē iam nos de ſomno ſurgere Ro 13. Poteſt ſic diuidi ſermo in verbis iſtis duo notātur ſ ꝓpinq̄tas tēporis in motu ſucceſſiōis cū dr̄ hora eſt iam velocitas hoīs in actu cōmotiōis.cū ſubdit nos de ſōno ſurgere ꝫ ſic de alijs ¶ Tertia regula ſpecialis. pōt etiā diuiſio ſmonis fieri

Tertia regula ſpecialis

ſcd̄m totū ꝫ integrū thema variādo tñ ſenſus ei⁹ multiplices hoc ē līalē/moralē/allegoricū/ꝫ anagogicū ꝫ de qlibet tali ſenſu fieret vna pars ſmonis.vt dato hoc themate Hieruſale q̄ edificat̄ vt ciuitas poteſt fieri diuiſio de q̄drupliciHieruſalē ſ terreſtri/celeſti/ de aīa/ꝫ de eccl̄ia ¶ Quarta

Quarta regula ſpecialis.

regula ſpecialis poteſt ſermo diuidi ſecundum totū thema in duas partes quarum vna ſit de eo quod ſupponit̄ in themate ꝫ alia de eo q̄d queritur/vl̄ aſſerit̄ in eo vt Mathei 11 Quid exiſtis in deſertū videre q2 ibi ſupponit̄ q̄ exierūt ꝫ q̄ritur ad q̄d exierūt Siēr ibidem dr̄ Tu es q̄ ventur⁹ es ꝛc quia ſupponit̄ Meſſiā eē venturū et querit an ille ſit fili⁹ virginis Marie ¶ Quinta regula

Quinta regula ſpecialis.

ſpecialis poteſt ſermo diuidi in tot partes quot ſunt līe thematis ſi iſt vnius dictiōis tm̄ vel p̄ncipalioris dictiōis q̄ ponitur in themate accipiēdo ſ ex qualibet līa vnā dictione q̄ incipiat ab illa litera vt i ſmone ſcti Petri apl̄i ſi acciperet̄ hoc thema Tu es Petr⁹ Mat 16 poſſet iſta dictio Petr⁹ diuidi ꝑ līas ſuas i plures dictiōes vt ſi ꝑ p intelligerem⁹ pietatē ei⁹ ꝑ e epiſcopale dignitatē ei⁹ ꝑ t teperantiā ꝫ ſobrietatē ꝑ r rectitudinē ꝫ eq̄tatē ꝑ v ſinceritatē ꝫ ſimplicitatē ꝑ s ſanctitatē/ ac firmitatē eius in religione chriſtiana ꝫ ita poſſent fieri plures partes eiuſdē ſermonis ſcd̄m plures līas illi⁹ dictiōis de laudib⁹ ꝫ excellētijs beati apl̄i Petri ¶ Sexta regl̄a ſpecialis poſſet alio

Sexta regula ſpecialis.

mō ꝑ līas thematis fieri diuiſio ſermonis in plures partes ſcd̄m diuerſas līarū interꝑtatiōes ſiue ille ſint certe ꝫ approbate a doctorib⁹/ſiue nō dicit.n q̄ a ſignificat p̄ncipiū b iuſticia c vtilitatē d fortitudinē e cōcordiā f felicitate g pietatē h. leticiam i regnum k.religionē l altitudine m dignitatē n cognitionē o honorem p ſeruiciū q lucem r abundantiam s claritatem t pacem v virtutē.x.duratione y ſalutē z amorē n̄ræ cōtemplationē Exēplū de hoc themate Aue Maria ſup q̄ poſſet diuidi ſmo in q̄nq̄ partes enarrātes q̄nq̄ excellentias virginis marie.q̄s denotāt q̄nq̄ līe ſui nominis ſ dignitatem/principium/durationem/ regnū/et iterum principium ¶ Septima regula

Septima regula ſpecialis.

ſpecialis quando thema eſt oratio amphibologica vel aliqua eius dictio eſt equiuoca quia poteſt fieri diuiſio ſermonis iuxta varios ſenſus illius orationis aut varias ſignificationes illius dictionis vt in hoc themate Ego ſum paſtor bonus poſſet fieri prima pars ſermonis de paſtore vulgari ſ dando regulas/et doctrinas ſalutares pro hominibus illius ſtatus paſtoralis Altera pars eſſet de prelatis eccleſie/vl̄ de iudicibus/ aut alijs dn̄is ſecularibus ſ moraliʒādo regulas datas de paſtorib⁹ vulgarib⁹ ¶ Octaua regula

Octaua regula ſpecialis.

ſpecialis erit quādo thema/vl̄ p̄ncipalior pars ei⁹ eſt dictio conſignificatiua quia tunc poſſet ſermo diuidi in plures partes ſ de ſignificatione/ et conſignificatione eius ſiue illa conſignificatio fuerit realis ſiue ſermocionalis grāmatica/ logica/ aut rethorica. Verbi gratia.in nomine creatiōis

vel creature cōſignificatur cauſa efficiens/et etiā modus cauſandi: qui eſt rem ꝑducere ex nihilo. Et generaliter in quolibet nomine rei naturalis conſignificantur pꝛopꝛietates eius naturales aut moꝛales. vt in igne cōſignificatur leuitas/caloꝛ/ et claritas. in ſole ſubſtantie incommutabilitas/ loci ſublimitas/in quātitate immenſitas/in qualitate luminoſitas/motus velocitas .ꝛc. Similiter nomina officioꝛum/dignitatū/ et ſtatuum conotant conditiones ad talem ſtatum pertinentes.vt dominꝰ cognotat autoꝛitatem/et libertatē. ſeruus humilitatem.ꝛc.Dictiones etiam ſyncathegoreumatice: vt cōiunctiones/pꝛepoſitiones/ aduerbia. item ſigna vniuerſalia/et particularia dictiones excluſiue/ exceptiue / reduplicatiue et alia id genus:que ſunt nōnunq̄ȝ in ſermonibus

Bona regula. aduertēda et moꝛaliȝāda. ¶ Bona regula eſt:q̄ȝ ſermo poſſet diuidi in res de quibꝰ loquitur thema et in earū oppoſitas contrarias/ vel priuatiuas: quia vnum oppoſitoꝛū eſt ratio cognoſcendi alterum.vt in hoc themate:Gaudete in domino ſemper Philipen.4. poſſet diuidi ſermo per gaudium dei/ et gaudium mundi : quoꝛum pꝛimum ē ſtabile et pꝛoſequendū.ſecundū eſt inſtabile et fugiendum.

## ¶ Caput ſextum dat tres alios modos valde ingenioſos et ſubtiles ad diuidendum ſermones copioſiſſime.

Vulgatiſſima eſt apud philoſophos cauſarum et effectuum diuiſio in multas ſpecies. habitudines etiā creaturarum adinuicem ſiue naturales/ſiue gratuite plurime nobis innoteſcunt. quare per huiuſmodi intentiones latiſſima patet nobis via diuiſionum quas querimus in ſermonibus. vnde tres pꝛincipales erunt regule huius capituli aliarum omniū copioſiſſime.

Prima regula. ¶ Pꝛima regula docet multiplicare ſuper idem thema cauſas/ et effectus multiplices: aliquando quidem in toto themate/aliquando autē in partibus eius/et hoc vel ſimpliciter/vel mixto modo. In toto quidem themate ſi aduertatur res ipſa de qua loquitur:⁊ conſiderentur cauſe et effectus eius : poſſet ſermo diuidi in multas partes:vt pſalmo.48.Homo cum in honoꝛe eſſet/ et non intellexit:ſimilis factus eſt iumentis inſipientibus.ꝛc. ſi conſideremus cauſas hominis: deus eſt cauſa efficiens: eius materia limus terre:foꝛma eſt anima/vel gratia: finis beatitudo eterna: effectus hominis eſt virtus/ aut vitium: et de quolibet hoꝛum poſſet fieri vna pars ſermonis. Secundum partes vero thematis que ſunt dictiones eius poſſet fieri diuiſio ſermonis inquirēdo ſuper quamlibet dictionem cauſas ⁊ effectus rei ſignificate ꝑ illam. et tunc poſſet vna pars ſermonis/ vel vnus ſermo fieri de aliqua cauſa vel effectu huius dictionis:⁊ alia pars/vel alius ſermo de cauſa/vel effectu alterius dictionis:⁊ ſic de aliis. Poſſet etiam in huiuſmodi cauſis pꝛocedi ſecūdum cauſas ſimiles/vel ſecundum diſſimiles:vt puta quod in omnibus partibꝰ thematis pꝛocederet ſecūdum cauſas efficiētes/vel in omnibus ſecundum cauſas materiales/vel in omnibus ſecūdum cauſas foꝛmales:vel in omnibus ſecūdum cauſas finales/ vel in omnibus ſecundum effectus illarum rerum:⁊ ſic ſub eodem themate fierēt quinq̄ȝ ſermones : quoꝛum q̄libet tot haberet partes quot ſunt dictiōes thematis. Itaq̄ȝ pꝛimus ſermo eſſet de omnibus cauſis efficientibus.ſecūdus de materialibus.tertius de foꝛmalibus. quartus de finalibus.quintus deniq̄ȝ de effectibus. Poſſet vlterius fieri diuiſio thematis permixta per cauſas diſſimiles:itaq̄ȝ ſuper vna dictione thematis ꝑdicaret de cauſa efficiēti/ ſup alia de materiali:ſup alia de foꝛmali.ſup alia de finali.⁊ tandē ſup alia de effectu. Poſſet iterū ꝑdicatoꝛ oēs partes ꝑter vnā facere de cauſis efficiētibꝰ/ vel oēs ꝑter vnā de cauſis materialibꝰ/vel oēs ꝑter vnā de cauſis foꝛmalibꝰ/vel oēs ꝑter vnā de cauſis finalibus/ vel oēs ꝑter vnā de effectibꝰ. Et illa vna pars q̄ relinquit poſſet variari ꝑ quattuoꝛ genā cauſarū/ vel ꝑ effectꝰ. itaq̄ȝ q̄ndo oēs partes thematis ꝑter vnā ſunt de cauſis efficientibꝰ:illa vna que relinquit:poſſet eſſe de cauſa materiali/vel foꝛmali/vel finali/ vel de effectu illꝰ rei.⁊ q̄ndo oēs ꝑter vnā ſunt de cauſis materialibus:illa vna poterit eſſe de cauſa efficiēti/ foꝛmali/vel finali/vel de effectu: et ſic de aliis ſuo mō. Poſſet etiā fieri diuiſio thematis ꝑ binarios.ita.ſ. q̄ ſup duabꝰ ꝑmis dictionibꝰ ageret de cauſis efficientibꝰ/vel naturalibꝰ/ vel foꝛmalibꝰ/vel finalibꝰ:vel de effectibus.⁊ ſuper reſiduas dictiōes ageret de aliis cauſis/ vel effectibꝰ. Eadē ꝑmixtio fieret ꝑ ternarios/⁊ q̄ternarios/vel alios numeros ſcd̄m exigentiā thematis. Ut aūt ꝑdicta regula valde lōga breuiꝰ explicetur:reducamꝰ cauſas ad lr̄as alphabeti:itaq̄ȝ cauſa efficiēs ſit.a/materialis.b/foꝛmalis.c/finalis.d. et deniq̄ȝ effectus.e. tūc ꝑmus ſermo eſſet .a.a.a. ꝛc.ſecundus vero.b.b.b.ꝛc. tertius.c.c.c.ꝛc.quartus.d.d.d.ꝛc. quintus.e.e.e.ꝛc.ſextus.a.a.a.b.ſeptimus .a.a.a.c. octauus.a.a.a.d. nonus.a.a.a.e. decimus .b.b.b.a. vndecimus .b.b.b.c. duodecimus .b.b.b.d. tredecimus .b.b.b.e. quartuſdecimus.c.c.c.a. quintuſdecimus.c.c.c.b.decimuſſextus.c.c.c.d. decimuſſeptimꝰ.c.c.c.e. decimuſoctauus.d.d.d.a. decimuſnonus .d.d.d.b. Uigeſimus ſermo .d.d.d.c. vigeſimuſpꝛimus.d.d.d.e. vigeſimuſſecundus .e.e.e.a. vigeſimuſtertius .e.e.e.b. vigeſimuſquartus .e.e.e.c. vigeſimuſquintus .e.e.e.d. vigeſimuſſextus .a.a. b.b. vigeſimuſſeptimus .a.a.c.c. vigeſimuſoctauus .a.a.d.d. vigeſimuſnonus.a.a.e.e. Trigeſimꝰ ſermo.b.b.c.c. trigeſimuſpꝛimus.b.b.d.d. trigeſimuſſecūdus.b.b. e.e. trigeſimuſtertius .c.c.d.d. trigeſimuſquartus c.c.e.e. trigeſimuſquintus .d.d. e.e. trigeſimuſſextus.a.b.a.c. trigeſimuſſeptimus.b.c.b.d. trigeſimuſoctauus .c.d.c. e. trigeſimuſnonus .d.e.d.a. Quadrageſimus ſermo.e.a.e.b.et ſic peregimus

vnam quadrageſimã ſub vno themate:⁊ adhuc non eſt finis huius diuiſionis: que in mixtionibus ſuis latiſſime patet. vt in themate allegato. Homo cum in honore eſſet.⁊c. ſunt quattuor dictiones principales.ſ.homo.honor.non intelligere.et beſtijs aſſimilatum eſt.vbi diximus ꝙ cauſa efficiens hominis eſt deus.materia eius ē terra. forma anima rationalis.Finis beatitudo:effectus eſt actus morali bonus/⁊ malus. Honoris etiam cauſa efficiens eſt alter homo honorans. materia eius eſt virtus. forma eſt ſignum exterius.ſ.reuerentia.effectus autē honoris eſt fama/vel gloria.Item cauſa efficiens non intelligendi eſt peccatū. materia eſt ocioſitas/vel incuria anime. forma eſt carentia/vel priuato ſcientie. finis eſt error.effectus eſt ſeparatio a deo.Deniqꝫ cauſa efficiens ſimilitudinis beſtiarum eſt ignorantia. materialis bonum ſenſuale. formalis eſt dedecus/vel turpitudo.finalis eſt gehenna/vel infernus.effectus vero eſt luxuria/et gula.Conſtat igitur ex p̄dictis clara intelligentia/facundia/et vtilitas prime regule huius capituli de modo diuidendi thema/vel ſermonē ꝑ cauſas ⁊ effectus.

Secunda regula.

¶ Secunda regula principalis eſt de modo diuidendi vnam autoritatem per aliam: comparando.ſ. quamlibet dictionem vnius autoritatis ad omnes dictiones alterius et totidem facere ſermones/aut ſermonis partes:quot fuerint huiuſmodi comparationes. et hoc multis modis variari poteſt:quia poſſunt fieri comparationes ad dictiones expreſſas ſecunde autoritatis: vel etiā ad ſubintellectas/aut cōnotatas. ad partes quoqꝫ declinabiles in ea poſitas conſiderando modos ſignificandi accidentales gramaticales illarum partium. et debet ſeruari ordo talis in hac comparatione qualem obſeruant numeratores in illa ſpecie numerandi:q̄ dicitur multiplicatio:vbi quamlibet figuram vnius numeri multiplicant per omnes figuras alteriꝰ numeri quouſqꝫ completa ſit tota multiplicatio.Iſte modus diuidendi ſermones eſt adeo ditiſſimus/et facundiſſimꝰ: vt facillimum eſſet ſuper vno themate inuenire materiam copioſam ad predicādum per totam vnā quadrageſimam:imo ⁊ ꝑ plures menſes et annos. Poſſet tamē abbreuiari iſte modꝰ comparando ſolum quamlibet dictionem thematis ad principales clauſulas alterius autoritatis/et non ad omnes dictiones eius:quia ſic etiā pauciores fierent comparationes.Aduerte tamen ꝙ iſtorum autoritatum: quarum altera ꝑ alteram diuiditur:prima que aſſumitur in thema ſermonis: eſt artificioſe inquirenda per artem ſuperiꝰ datam in capitulo de inuentione thematis. ſecunda vero autoritas in promptu accipienda eſt ex caſuali apertione biblie vbicunqꝫ occurreret/et in quam primum coniecti fuerint oculi.et hec non eſt propalanda in ſermone.ſed ſolū memoriter retinenda ad ingenium/ſeu artificium diuiſiōis predicte.Huius rei eſto exemplum familiare:vt ſi vellem predicare i feſto ſancti Sebaſtiani martyris de virtutibus/et excellentijs/ſeu gratijs illius ſancti.perlecta eius hiſtoria ſecundum omnes partes ſuas:inuenio principaliter notandum eſſe modum ſue paſſiōis/vel martyrij:quia fuit ſagittatus. ideo accipio in thema ſui ſermonis illud Iob.16. Poſuit me dominus quaſi ſignum ad ſagittam.vel illud Luce.2.Poſitus eſt hic in ſignum. Ad faciēdum ergo diuiſionē huiꝰ thematis ꝑ plures partes ſermonis:aperiam librum ſacre biblie vbicunqꝫ occurrerit apertio. et pono ꝙ accidat apertio in librum prouerbiorum Salomonis capitulo.23. vbi dicitur:quando ſederis vt comedas cum principe: diligenter attende que ſunt appoſita āte faciē tuam. Comparabo ergo primam dictionē thematis.ſ. ſignū. ad omnes dictiones autoritatis prouerbiorum. et dicam ꝙ ad hoc ꝙ aliquis ſeruus dei ſit bonꝰ et virtuoſus:ad quem tanqꝫ ad ſignum debeant reſpicere alij fideles ꝓ informatiōe vite ſue:oportet primo ꝙ ſit firmus et ſtabilis in bono opere incepto: quia in ſecūda autoritate dicitur quādo ſederis.debet ſcđo eſſe ſufficient inſtructꝰ in lege dei: que eſt cibus animarū: q̄ in ſcđa autoritate dicitur vt comedas.tertio requiritur vt ſit conformis chriſto in actibus ſuis : quia ſubditur: cum principe. quarto opus eſt vt ſit diligens et cautus in his que agit ne forte ſcādalizet proximos: quare ſequitur:diligenter attēde que poſita ſunt ante faciem tuam.i.ad proximos preſentes.Hoc itaqꝫ modo p̄dicator faceret quattuor partes ſermonis appilcando hoc thema ad beatum Sebaſtianum:quia ad has quattuor conditiones faciliter applicari poſſunt geſta ſue hiſtorie. Fuit.n. ipſe primo in fide/et virtutibus perſeuerans ac firmus. ſecundo in preceptis legis dei ſufficienter inſtructꝰ.tertio in vita ſua et in morte fuit chriſto p̄ncipi ſuo conformis ⁊ ſimillimꝰ.quarto ꝓximoꝝ coſolator/ſeu edificator optimꝰ.merito ergo dr̄ ꝙ ē hic in ſignū alioꝝ fideliū.de q̄ ipſe grās agēs deo dicit ꝟba thematis noſtri: poſuit me dn̄s q̄ſi ſignū.⁊c. Poſſet ſecundo eadē dictio prima thematis.ſ.ſignum comparari ad dictiones ſub intellectas in ſecunda autoritate. nam in nōie ſubſtantiuo intelligitur eius adiectiuum denotans rei proprietatem:qualis eſt ſubſtantia/virtus/et operatio .intelligitur etiam verbum ſidnificans rei operationē:atqꝫ in dictione indeclinabili cognotatur officium grāmaticale eius in oratione. Secūdum ergo hanc cōparationem poſſet fieri alia ſermonis diuiſio ſup idē thema comparatū ad ſecundā autoritatē tacitam. vt ſi dicamꝰ ꝙ in illo aduerbio quando denotatur temporis congruitas.in verbo ſederis:mentis tranquillitas.et in verbo comedas:ſpiritualis iocunditas.in prepoſitione cum: q̄ deſeruit ablatiuo caſui ꝑ modū vnionis:oſtenditur ſanctorum ſocietas. in nomine principe:regiminis autoritas.in aduerbio diligenter(quod a diligendo dicitur)denotatᷣ charitas.in verbo attende operis difficultas.in participio appoſita:ꝑfectus vtilitas:quo bona opera alijs bonis apponunť.in prepoſitione ante cum ſuo caſuali faciem tuam:innuitur cognitiōis cla

ritas ſ vt cognoſcat ſupſum Nam omnis homo bas conditiones habens poteſt eſſe ſignū alio‑rum fideliū īmo ⁊ infideliū cui ab ipſis cōtra dicetur et quia beatus Sebaſtianus has ꝓprie‑tates habuit vt patet ex sua hiſtoria ideo conueniē‑ter de eo dicit thema ⁊c Similes comparationes facere poſſemus cum alia dictione thematis ſ po‑ſitus vel poſuit i diſpoſuit et ordinauit cum de‑us nullum hominem deus ſpecialiter ordinat ad aliquam excellentiam ſup alios homines ni‑ſi habeat illas conditiones que denotantur in ſe‑cunda autoritate … ad dictiones exp eſſas/⁊ cognotetas/ vt … modo decla‑rato Si autem … modum bre‑uiorem … coparare ad primam clauſulam … alterius au‑toritatis et ſecundam … et tertiam tertie ſi‑gillatim … ſermonis partes quot fuerint … comparationes vt diceret‑do … dominus tangi‑tur … bono opere quia in alia autoritate dicitur … ſederis in eo quod ſe quis … nobilitas vite/aut exemplaritas doctrine quia in alia autoritate di‑citur vt comedas … principe i vt ſis quaſi vnus de principibus in eccleſia dei in eo autem quod finaliter dicitur ad ſagittam denotatur rectitudo intentionis in his que homo agit quia in alia au‑toritate dicitur diligenter attēde que poſita ſunt ante faciem tuam i finem ad quem reſpicis ⁊ di‑rigis opera tua Et per hunc modum fierent tres partes ſermonis ſatis notabiles quarum prima eſſet de perſeuerantia in bono opere ſecunda de exemplaritate/et proximorū dilectione tertia de agendorum recta intentione que debet habere deum pro fine.et admodū huius exempli poſſet qlibet ingenioſus plura alia inuenire ⁊ exercere

Tertia regula.

¶ Tertia regula principalis ingeniatur thema‑tis diuiſionem p tres queſtiones formabiles cir‑ca ſingulas dictiones thematis ſ cuius eſt res quid agit res et quid eſt rei. itaqꝫ prima queſtio inquirat de cauſa vel effectu rei ſignificate per illam dictionem ſecunda de propria virtute/vel operatione que ſignificari poteſt verbo/ partici‑pio/ vel nomine verbali tertia queſtio inquirat de vtilitate/ aut nocumēto talis rei ad alia rem et ſic poſſent diſtingui plures partes ſermonis/ vel plura pūcta eiuſdem partis ſi quis tam co‑pioſum vellet facere ſermonem qui tot haberet partes quot ſunt dictiones thematis vt in hoc themate Hic eſt filius meus dilectus Mathei 3 et 17. accipiat illā dictionē filius et quero pri‑mum cuius eſt filius tanqꝫ poſſeſſoris/aut geni‑toris hoc eſt cuius eſt habere filium Ad quam queſtionem reſpondeo qꝫ filius eſt patris fami‑lias nam rei familiaris vna pars eſt filius dico etiam qꝫ filius eſt genitoris i eius qui non eſt ſte‑rilis dico tertio qꝫ filius eſt preceptoris quia di‑ſcipuli filij ſunt magiſtrorum ⁊ ſic poſſet fieri pri‑ma pars ſermonis de deo patre circa quem de‑clararet tria puncta Primum de eius vniuerſa‑li dominio in toto mundo ſuper omnes creatu‑ras ad quas ſe habet ſicut pater familias i vna magna domo Secundum de potentia genera‑tiua patris non ſolum reſpectu filij naturalis de quo dicitur in pſalmo 2 Ego hodie genui te ſed etiam reſpectu hominū fidelium de quibus Ia‑cobi primo Voluntarie genuit nos ⁊c Tertium punctū eſſet de magnitudine ſue doctrine a quo primo filius eius naturalis didiſcit ab eterno. Ioannis 7 Doctrina mea non eſt mea ſed eius qui miſit me patris deinde omnes homines ex tēpore vt dicitur i pſalmo 93 qui docet hominē ſcientiam Ad ſecundam queſtionem quid agit filius/reſpondebimus per illas actiões que con‑ueniunt bono filio ſ humilem eſſe/et obediētem patri ſuo in omnibus mandatis cooperari patri ſuo ad augmentum rei familiaris et dirigere ſer‑uos patris ſui in agendis et tunc ſecunda pars ſermonis eſſet de filio dei declarans circa ipſum tria puncta de primo Ioannis 14 Sicut man‑datum dedit mihi pater ſic facio de ſecundo di‑cit apoſtolus Hebre 2 Filius naturalis multos adducturus erat in gloriam patri de tertio ex‑tat ſermo domini in monte a capite 5 Mathei vſqꝫ ad ſeptimum incluſiue vbi exponit pinci‑palia dei mandata que a ſeruis male erant intel‑lecta Ad tertiam queſtionem quid eſt filij i que vtilitas nobis prouenit ex filio dei/et reſponde‑bimus allegando omnia miſteria gratie que no‑biſcum operatus eſt et ſic fieret tertia pars ſer‑monis de eccleſia dei que gubernatur a ſpiritu ſancto notādo in ea tria pcipua beneficia a filio dei conceſſa Primū eſt exemplar ſanctitatis ex ſua natiuitate/vita/⁊ morte Scōm ē doctrina ce‑leſtis quā miraculis/et operib⁹ ꝯfirmauit Tertiū eſt de grā et de ſacramētis q̄ nobis reliquit tāqꝫ medicamēta anarū Eodē modo fieret ali⁹ ſmo eodē mō impartit⁹ ſup idē thema formādo illas tres queſtiones circa illā dictionē dilect⁹ ⁊ ſic de alijs dictionib⁹ ⁊ queſtionib⁹ q̄ non ſolum tres eſſe poſſent ſed vſqꝫ ad nouenariū numerū eas extēdit Raymund⁹ Ex iſto ergo cap̄ patent tres vie latiſſime faciēdi diuerſas diuiſiones thema‑tū ⁊ ſermonū quarum amplior declaratio exerci‑tio ingenioſorum relinquitur.

## ¶ Tertia pars hui⁹ opuſculi de arte inueniendi materiam copioſam ad ſingulas ſermonis partes

## ¶ Caput ſeptimū in ordine declarat predictam artem



Acta ſermonis diuiſione ſcōm aliquā ex re‑gulis ſupradictis neceſſariū erit ad proſecutionē cuiuſli‑bet partis ſermonis doctri‑nā tradere q̄ materie copia in prōptu poſſit haberi Et quauis hec doctrina in ſuperficie appareat diffi

cilis eſt tñ hoc capitulũ ceterox oium in hac ar-
te poſitox facillimũ et in trib⁹ dum taxat regu-
lis cõſiſtens

Prima regula

¶ Prima ſit hec p pdicatore noui
cio vel incipiẽte qḋ habeat apḋ ſe ſermones ali-
quox inſigniũ doctox de tepore vel de ſanctis p
totũ fere anni circulũ quales ſunt ſermones Ja
cobi de voragine ianueſis/ aut Uincentij valen
tineñ/aut Joãnis raulini Pariſieñ ⁊ aliox ſimi
liũ nam per tabulas alphebeticas taliũ librorũ
facile quis inuenire poterit materias ſibi neceſ-
ſarias ad quãlibet ſermonis partem ſ querẽdo
in eiſdẽ tabulis vocabula in diuiſione ſui ſermo
nis poſita

Scḋa regula.

¶ Scḋa regula pro pdicatore aliquã
tulũ exercitato ⁊ pficiente ſit hec.q habeat apḋ
ſe aliquas ſumas philoſophicas aut theologicas
in quib⁹ multe materie continenſ que ad pdica
tionẽ ſatiſfacere poſſunt. q̃les ſunt Summa de
virtutib⁹ ⁊ vicijs Guillermi peraldi/Summa de
exeplis et de ſimilitudinib⁹ rex naturaliũ Joã-
nis de ſcto Geminiano Summa Joannis vale-
ſis de antiquitatib⁹ philoſophox ⁊ aliox gẽtiliũ
illuſtrium Summa Joãnis gerſonis cãcellarij
Pariſieñ.Sũma angelica i fratris angeli de ca
ſib⁹ cõſcientie determinatis pncipaliter p Jura
canõica Eſt etiã alia ſumma dicta pdicãtiũ Jtẽ
liber dictionari⁹ ⁊ alij plures huiuſmodi ſine nu
mero nã p tabulas alphetticas taliũ librox ſcḋm
vocabula occurrẽtia in diuiſione ſermonis cito
iueniri poterit copia materie neceſſarie ad ſingu
las partes ſermonis pluri⁹ extendẽdas

Tertia regula.

¶ Tertia
regula pro pdicatore iam pfecto ⁊ cõſumato(q̃ ⁊
dedignatur aliox inuentis vti ſed poti⁹ ipſe p-
prio ingenio nouos ſermones cudere ⁊ cõficere
audet)q habeat apud ſe totã Bibliã i.ſacrã ſcri
pturam noui ⁊ veteris teſtamenti cũ ſuis gloſis
ordinarijs ad quattuor ſenſus maxime literale·
qualis eſt expoſitio Auguſtini ſup Geneſim vl̃
ſuper Joãnem Chriſoſtomi ſup Mattheũ Am
broſij ſup Lucã.Origenis ſup penthatheucum
Moyſi moralis Gregorij ſup Job Bernardi ſer
mones ſup cãtica Holkot ſup librũ Sapientie
Cathena aurea ſancti Thome ſup euãgelia ex-
poſitioq ei⁹ ſup epiſtolas pauli Hugo cardina
lis vel aliquis alius ſup pſalteriũ.et ſic de alijs
multis editionib⁹ plurimox ſolẽniũ doctox qui
bus tñ oibus premittẽda eſt tanq̃ facilior poſtil
la Nicholai de lyra ſuper tota Bibliam Preter
hos aũt libros ⁊ ſuper oes habeat Cõcordãtias
maiores toti⁹ Biblie nã in quolibet vocabulo
ſui ſermonis inueniet per eas copiã autoritatũ
ſacre ſcripture ex quib⁹ eligere poterit duas aut
tres aptiores ad ſuũ propoſitũ pro quolibet voca
bulo ſui ſermõis ſup quas auctoritates viſis gloſ
ſis ſcḋm varios ſenſus eax habere poterit pdica
tor copiã materie deſideratã Per hanc eñ artẽ
fere oẽs illi quos allegauim⁹/⁊ cox opera admi
ramur ſummas ⁊ ſermões tã copioſos edere po
tuerũt per eandẽ etiã artem quilibet vir bñ exer
citatus in ſacris ſcripturis cũ ſolo volumine cõ-
cordantiax facile inueniet ad omne ppoſitũ co
piam dicendox Sic eñ legimus in hiſtoria ſan
cti Uincentij ferrarieñ q cum pluſq̃ triginta an
nos vbiq terraru pdicauerit/⁊ ſermones ta arti-
ficioſos fecerit.ſecũ tñ non defferebat pr ter bre
biariũ niſi paruã Bibliam/⁊ forte cõcordantias
pdictas ſuper eã Jtẽ vero cũ predicato finẽ ſui
ſermonis habere voluerit ad aliquã figurã Bi-
blie moraliter exponenda vel ad aliquod exem
plum antiquox memorabile ſe cõuertat quo ani
mos auditox reficiat quaſi per Epilogũ totum
eis ſermone imprimẽs nam que in fine dicunſ
magis memorie comendanſ/⁊ tenati⁹ herent Jn
ordinãdis etiã ſermonis partib⁹ hoc vnũ obſer-
uet vt materie ſubtiliores ⁊ magis difficiles tra-
dãtur circa principiu ſermonis materie aũt ma
gis practice ⁊ morales ad informationẽ populi
facientes verſus fine nam in principio ſermonis
ſoli ingenioſi ⁊ ſapiẽtes attenti ſunt quox capa-
citati ſubtiliora cõueniunt ſicut vice verſa rudis
populus tardius habet attentionẽ cui materia
moralis ⁊ practica eſt magis cõueniens ⁊ neceſ-
ſaria

Epilog⁹ pmiſſorũ.

¶ Hactẽn⁹ de his que circa arte pdicãdi a
maiorib⁹ noſtris accepim⁹ quox breuis ſumma
paucis colligiſ hoc modo Fructuoſus pdicator
hec quattuor in primis debet habere vẓ firmã
fide in deo/certã ſpem/deuotã charitate/atq ſuf
ficientẽ eruditione in litteris q̃ notari poſſunt in
illo pſal.72 verſiculo Mihi aũt adherere deo bo
nũ eſt·ponere in deo meo ſpẽ meã vt annunciẽ
oẽs predicatiões eius in portis filie ſion. nã ad
heret homo deo per charitate ponit predicator
in deo ſpẽ de fructu operis ſui pdicat aũt in por
tis filie ſion q̃ interpretaſ ſpecula ⁊ hec eſt fides
que eſt porta oium virtutum Predicationis no-
men cũ ſit multiplex ⁊ equiuocum ſcḋm varias
ſcientias et in acceptione eccl'iaſtica diuerſis mo
dis a plerisq diffinatur ppriiſſime tamẽ dr pdi
catio thematis declaratio ⁊c Thema iterum va-
rie diffinitum a multis p pncipio et fundamẽto
ſermonis accipim⁹ quaſi ſit argumentũ omniũ
dicendox et qr fundamẽtum ſermonis debet eſ
ſe certiſſimũ ideo eſt accipiendũ ex ſacra ſcriptu
ra Biblie diuinit⁹ inſpirata vel ex eccl'ie determi
natiõe indubitata Et debet habere quattuor p-
cipuas cõditiones ſ q non ſit nimis longũ/ nec
nimia breue vt dictio indeclinabilis/q cõueniat
circunſtãtijs loci ⁊ tẽporis ⁊ perſonax / ſimiliter
negotio ſexui ⁊ etati/deniq q nõ ſit oratio trũca
ta/ſententia imperfecta vel ambigua aut ignota.
Jnuetio thematis in ſermonib⁹ de tẽpore facilis
eſt ex ep'la vel euãgelio officij dñicalis vel ferīa-
lis in ſermonib⁹ de ſanctis ex notabiliori parte
hiſtorie Jn caſib⁹ ⁊ negotijs occurrentib⁹ ſcḋm
exigentiã vocabuli p concordantias biblie Pro
batio vel ppoſitio thematis declarat ſententiã
eius ⁊ applicationẽ ad propoſitũ ſermonis faciẽ
di et hec multis modis fieri poteſt ſ. autoritate/
exẽplo naturali/exẽplo morali/puerbio vulgari /
ratione/queſtione dubitabili/ narratione hiſtoria
li/per cõſequentiã/per ſillogiſmũ/per radicẽ q̃ ẽ
duplex formatiua ⁊ poſitiua Diuiſio thematis i
partes plures(ſuper qua fundaſ diuiſio ſermo-

nis in ſuas partes) multis modis fieri poteſt ſ p
dictiones/aut litteras/vel etiã per ſ gni ficatiões
litterarum thematis/per varios ſen ſus toti thema
tis/per cauſas rei de qua fit ſermo/ſimiliter ⁊ per
effectꝰ eiꝰ et cũ cauſarum genera ſint quattuoꝛ
ſimiliter ⁊ effectuũ poteſt inde pluꝛificari nume
rus membꝛoꝝ diuiſionis vel pꝛocedendo p ſin
gulas cauſas ⁊ effectus illius rei/vel miſcendo
cauſas cũ cauſis/vel effectꝰ cũ effectibꝰ/vel vtro
qꝫ modo ſimul / vel poteſt fieri diuiſio ſcḋm di
gnitatẽ ⁊ indignitatẽ rerũ de qbꝰ loquit thema
Similiter poteſt thema diuidi p id qḋ ſupponit/
⁊ p id qḋ aſſeritur in eo poteſt etiã diuidi penes
ſimilitudine aut oppoſitione illiꝰ rei ad alias res
⁊ hoc multipliciter ſcḋm varia genera oppoſitũ
in terminis vel in ꝓpoſitionibꝰ poteſt quoqꝫ di
uidi pncipalis dictio thematis in ſuas ſpecies vl
differentias ite p officia grãmaticalia/logicalia aut
rethoꝛica vocabuloꝝ thematis vt ſi eſt aduerbiũ/
ꝯiunctio/vel ꝓpoſitio ſi eſt ſignũ vniuerſale/vel
particulare ſi habet officiũ demonſtrãdi vel re
ferendi aliquid ⁊ ſic de alijs multis Sed oium
modoꝝ diuiſionis pulcherrimꝰ atqꝫ facillimꝰ eſt
ille quo thema diuidit per aliam autoꝛitate ſa
cre ſcripture/vel ſimile themati / vel diſparatam
ſeu diſſimilem ⁊ caſualiter inuentã ⁊ hoc fit mul
tipliciter cõparando ſ dictiones ſingulas thema
tis ad ſingulas dictiones vel oꝛones alteriꝰ au
toꝛitatis adducte Poteſt deniqꝫ fieri diuiſio the
matis per illas noue queſtiones quas Raymũ
dus lul'j ponit in arte ſua vel per aliquas earũ
cu iuſmodi ſunt quid eſt re /cuiꝰ eſt/quid agit ⁊c.
Iuxta diuiſiones ergo thematũ pꝛedictas diui
dunt ⁊ ſermones in plures partes quaꝝ ǭlibet
iteꝝ ſubdiuiditur in plures alias ad ampliandũ
materiam ſermonis ad illaqꝫ mẽbꝛa ſubdiuiſio
num ⁊ nõ ad membꝛa diuiſionũ pꝛincipaliũ ad
ducende ſunt rationes et autoꝛitates pꝛobatiue
eoꝝ que dicunt Tande poſite ſunt regule ad fa
ciliter inueniendũ copiam materie pꝛo qualibet
parte ſermonis quaꝝ alique ſunt pꝛo incipienti
bus ⁊ nouitijs alie ꝓ pꝛoficientibus ⁊ ꝓuectis in
arte pꝛedicãdi ⁊ alie pꝛo viris iam cõſumatis/et
perfectis/valdeqꝫ exercitatis/et habituatis in ea
In eo aũt quod dictum eſt aliquãdo ſuper vno
themate poſſe fieri ſermone de duobꝰ/tribus/aut
quattuoꝛ negotijs occurentibꝰ puta de domini
ca/⁊ de ſancto/⁊ de funere aliquo/vel de ꝓceſſio
ne qꝫ fit pꝛo pace/pꝛo pluuia/pꝛo ſanitate/de ad
uentu regis vel p̄lati noui/ aut alijs huiuſmodi
euētibꝰ ſciẽdũ ꝙ iſte modꝰ qꝛ eſt ingenioſus ⁊ ſu
btilis adeo placuit neotericis p̄dicatoꝛibꝰ nr̄e tẽ
peſtatis maxime in hiſpania vt iã apud eos ino
leuerit vſus talis ꝙ in quolibet ſuo ſermone ſi
ue de tepoꝛibꝰ ſiue de ſanctis aut de qubꝰ cũqꝫ
alijs negitijs occurrentibꝰ ſemper faciant vnã ⁊
pꝛimam partẽ ſermonis de virgine maria et ap
plicãtes ei thema ſermonis cõcludat ſalutationẽ
angelicã que olim fieri ſolebat in pꝛincipio ſer
monis poſtea vero facta introductione aut pꝛo
batione thematis.diuidũt ſermonẽ in ſuas par
tes applicãdo totũ thema ad duo vl' tria aut plu
ra negocia occurrentia Sed iſte modꝰ pꝛedicandi
eſt magis curioſus q̃ fructuoſus/⁊ tollit facilita
tem ⁊ libertate in inuectione thematis qꝛ paucif
ſime repeniunt autoꝛitates quaꝝ quelibet tota ⁊
integra poſſit applicari ad tot ꝓpoſita niſi val
de violenter ⁊ extoꝛte Hunc etiã modum nota
uimꝰ ſupꝛa in diuiſione thematis per varios ſen
ſus eius et pꝛeceteris dedimꝰ exemplũ in ſermo
ne trãſfigurationis dñi ſup illud thema Nubes
lucida obumbꝛauit eos Mat 17 cuiꝰ vnus ſen
ſus poteſt eſſe de virgine Maria alter de carne
chꝛiſti que reſplẽduit tertiꝰ de gloꝛia ſanctoꝛũ in
octaua etate quartus deniqꝫ ⁊ moꝛalis de ſacra
ſcriptura Biblie vel de doctrina ſcte matris ec
cleſie Verũ qꝛ nimis oneroſum apparet multis
quotidie ⁊ ad cuiuſlibet ſermonis ꝓpoſitũ p̄di
care de virgine Maria ideo iſtum modũ tepera
uit celebꝛatiſſimus ille Ioãnes Raulin doctoꝛ
Pariſieñ qui ante ſalutatione virginis facit vnã
parte ſermonis de eadẽ materia quã poſt ſaluta
tionẽ pꝛedicaturus erat et deinde facili tranſitu
ſubmittit duo aut tria verba de virgine Maria
pꝛo ſalutatione facieda et ad hunc modũ ego in
ſenioꝛe etate reduxi oes ſermones meos na pꝛo
introductione ſermonis ante ſalutationẽ pꝛemit
to vnã ꝓpoſitionẽ pꝛeambulã q̃ bꝛeuiſſime ꝓba
ta ⁊ declarata per rationes vel autoꝛitates facil
lime inſero ei aliquã mentionẽ de virgine Ma
ria pꝛo ſalutatione faciẽda et ſemp ꝓpoſitio illa
eſt de materia ſermonis futuri ſed ſubtilioꝛ ac in
genioſioꝛ pars materie p̄dicãde hic eñ oꝛdo vi
detur optimꝰ inter partes ſermonis ſ a ſubtilioꝛi
bꝰ incipere/⁊ tande ad planioꝛa deſcẽdere exẽ
plo chꝛiſti q̃ pꝛius p̄dicauit diſcipulis in monte
ſublimioꝛa quedã miſteria deinde decendes de
mõte ſtetit in loco cãpeſtri et p̄dicauit turbis ple
beoꝛũ Hec pauca vel in trãſcurſu collegi docu
mẽta de arte p̄dicandi a maioꝛibꝰ meis accepta
et ferme oia deſeruiũt ſermonibꝰ de ſanctis/⁊ fu
neralibus/atqꝫ alijs negocijs occurrentibꝰ que
vero ſequũtur ex mea officina de pꝛõpta pertine
bunt ad ſermones de tempoꝛe maxime ad qua
drageſimales

## Caput octauũ de ſermo nibꝰ de tẽpoꝛe in aduẽtu et a ſeptuageſima p totam quadrageſimam vſqꝫ ad paſcha p quaſdam conſiderationes generales.

SErmonum fre
quentioꝛ exercitacio in eccleſia
dei fierit ſolet in aduẽtu ⁊ qua
drageſima quare opꝰ eſt eru
diri p̄dicatoꝛẽ circa artificium
huiuſmodi ſmonũ q̃ doctrina
duplex eſt altera confuſa ⁊ vniuerſalis/altera di
ſtincta ⁊ particularis Cõſideratio vniuerſalis ſex
regulis ꝯpꝛehenditur Pꝛima ſit hec ꝙ in ſermo Pꝛima
nibus de aduentu et quadrageſima pꝛedicatio regula.
fundari debet ſuper officio eccleſiaſtico dñicali

aut ferlali cuius pars principalior ē officiū miſ
ſale in quo potiſſimū locū tenent epiſtola ⁊ euā
geliū. ex aliqua ergo predictarum partium ſumēdū
eſt thema ſermonis qui in duas tantū partes ſe
candus erit prima declarabit officiū ad intentio
nē eccl'ie / et dabit ratonē q̄re ille autoritates ſa
cre ſcripture ꝓponūt populo i tali die ⁊ hoc ex ra
tionali diuinorum officiorum / aut ex noſtra editiōe ſu
per eadem officia ſcd'a pars vero ꝓſequetur ali
quā materiā pulchram ⁊ vtilē circa thema ꝓpo
ſitum ſcd'm artem datā in p̄cedente capitulo de
inuenienda copia materie ad ſingulas ſermonis

Scd'a regula.

partes ¶ Scd'a regula generalis eſt ꝙ ſuper eo
de officio eiuſdē diei poteſt eſſe multiplex ſermo
nis intētio. ſ. de hiſtoria matutinali vel de introi
tu miſſe vel de lectione ep'le vel de ſegmēto euā
gelij vel de aliqua alia parte eiuſdē officij Un
de ei qui per plures annos p̄dicat in eodē loco
vel apud eoſdē auditores opus eſt ꝙ variet intē
tiones ſermonū per ſingulos annos ne videat
idem ſepius repetēs cauſare faſtidiū in animis

Tertia regula.

auditorum ¶ Tertia regula. ꝙ ſi thema fuerit ſum
ptum ex ep'la vel ex euāgelio (quod frequentiſſi
me fit) per diuerſos annos ſue p̄dicationis va
rietur thema ita ꝙ non quolibet anno eadē pars
epiſtole vel euāgelij fiat thema ſermonis nā ſu
per eadē lectione ep'le vel euāgelij ſcd'm diuerſas
partes ei⁹ poſſunt fieri diuerſi ſermōes de diuer
ſis materijs pro ſecūda parte ſermonis nā p̄ma
pars (vt diximus) ipſam epiſtolā vel euangelium
totū exponere debet ad ſenſum literalē vel etiam
allegoricū ⁊ moralē quos ſenſus inueniet faciliter
ex gloſa ordinaria ⁊ alijs cōmunib⁹ expoſitorib⁹.

Quarta regula

¶ Quarta regula generalis ſit de quattuor dñi
cis aduētus domini q2 in eis p̄dicator preter ex
poſitionē epiſtole vel euangelij ad duos vel tres
ſenſus in prima parte ſui ſermonis debet in ſecū
da parte predicare de quadruplici aduētu dei ad
nos. ſ. in mundū / ad iudiciū / in mentē ⁊ ad mortē.
vel poſſet p̄dicare de quattuor principalib⁹ ſtati
bus populi dei ſub lege a Moyſe vſqz ad nati
uitate chriſti quos eccl'ia repreſentat ſuis officijs
in tali tēpore aduentus poſſet etiā agere de quat
tuor ſtatibus populi chriſtiani quorū duo ſunt
eccleſiaſtici clerici ⁊ religioſi alij duo ſeculares
coniugati ⁊ ſoluti ⁊ ſic de multis alijs quaterna
rijs quos quilibet ingenioſus facile inueniet

Quinta regula.

¶ Quinta regula generalis ꝙ incipiēdo a dñica
ſeptuageſſime / ⁊ proſequēdo cōſequēter ſola of
ficia dñicalia per totā quadrageſimā vſqz ad paſ
cha debet p̄dicator attendere atqz etiā declarare
ordinē hiſtoriarū matutinaliū interſe ſimiliter et
epiſtolarum inter ſe ⁊ euāgeliorum inter ſe. atqz introi
tuū miſſe etiā interſe nā in qualibet tali ſerie in
ueniet p̄dicator ſecreta quedā eccleſiaſtice doctri
ne / ⁊ correſpondentia ſequentiū ad p̄cedentia vel
in ſenſu hiſtorico / vel in ſenſu morali ad inſtructio

Sexta regula.

nē populi fidelis ¶ Sexta regula generalis ꝙ
incipiēdo a quarta feria in capite ieiunij ſi p̄di
cator vellet per totā quadrageſimā ſingulis die
bus p̄dicare poſſet aliquā materiā fructuoſam ⁊
lauſſimā ſibi eligere / eamqz membratim diuide
re vt ex mēbris illis haberet pro prima parte ſui
ſermonis ſingulis diebus quid p̄dicaret de illa
materia. ſecūda vero pars cuiuſlibet ſermonis in
tali tēpore poterit eſſe euāgeliū / vel epiſtola il
lius officij / vel aliqua notabilis hiſtoria ſacre bi
blie. Sed prima pars taliū ſermonū de eadē ma
teria a quibuſdā ingenioſis fit per vnū ſolū the
ma in tota quadrageſima. alij vero quolibet die
propriam thema ſui ſermonis requirunt.

## ¶ Caput nonū de conſiderationibus ſpecialibus circa ſermones quadrageſimales preciſe

Habet ſpecialem
difficultatē predicator qui to
tam quadrageſima ſic appre
hendit vt ſingulis dieb⁹ eius
proprios faciat ſermones ꝙ
ſi ſepi⁹ apud eoſdē auditores
hoc ſibi contigerit neceſſariū
erit eū materias variare / ⁊ ꝓ diuerſis annis di
uerſas inuenire. De his ergo erunt cōſiderationes
ſpeciales hui⁹ capituli explicantes generalitatē
vltime regule capitis p̄cedentis Sit ergo prima
conſideratio ꝙ predicator nouicius tale quadra

Prima cōſideratio.

geſimam aggrediēs in primo anno ꝓcedat pla
ne ex ponēdo ſingula officia miſſalia dierum qua
drageſime ad duos aut tres ſenſus. ſcd'm gloſas
ſermones / ⁊ homelias doctorum magis appro
batorum. et ſi ſecundā partē ſermoni addere volue
rit conſideret cui virtuti aut vicio magis videtur
alludere officiū illi⁹ diei et illā faciliime inueniet

Scd'a cōſideratio.

in ſumma dicta de virtutib⁹ ⁊ vitijs ¶ Scd'a cōſi
deratio ꝙ i āno ſequēte eligat ſibi expoſitionē ſe
ptē pſalmorum penitētialiū maxime ad ſenſū mora
le de his q̄ ptinēt ad nos penitētes nā plures do
ctores egregij qui ad hanc intentionē illos pſal
mos expoſuerūt erunt doctores ei⁹ in illo itine
re deſerti quadrageſimalis quare iſtā expoſitio
nē ſic diuidere debet in partes vt ſufficiat ei ad

Tertia cōſideratio.

totā q̄drageſimā ¶ Tertia cōſideratio ꝙ in āno
tertio poterit exponere ſeptē petitiōes orationis
dñice ſuper quā ſcripſerūt multi ⁊ magni docto
res ſed preceteris copioſius egit de illa materia
dñs Gabriel in expoſitione canonis miſſe ꝑ plu
res lectiōes ⁊ quidā alius Guillelm⁹ Wilacenſis
de eadē oratiōe dñica egit quadraginta octo ſer

Quarta cōſideratio

mones ⁊ quidā alij valde copioſe ¶ Quarta cōſi
deratio ꝙ in annis ſequentib⁹ ſi ad huc perſeue
rauerit apud eoſde auditores poterit eis predi
care materiā de ſeptem ſacramētis eccl'ie ex q̄r
to ſententiarum apud theologos Uel materia de ſe
ptē virtutib⁹ quarum tres dicunt theologales / ⁊ quat
tuor cardinales ſeu morales de qua materia la
tiſſime patet ſcd'a ſecunde ſancti Thome ⁊ p̄no
minata Summa de virtutib⁹ ⁊ vitijs Uel mate
riā de decem p̄ceptis legis nature in qua p̄cete
ris egregie ſcripſit ſanct⁹ Thomas in opuſculis.
et dñs cancellarius Gerſon⁹ / et Jo̅ānes nider et

poſt eũ Nicolaꝰ de lira / ⁊ q̄dã alii. Uel mateꝛiã
de diuerſis hoium ſtatibus in populo chꝛiſtiano·
declarando p̄cepta ſpecialia q̄ ptinent ad quē
libet ſtatũ ſeoꝛſum ⁊ de illa materia optime ſcri
pſit q̄dã Joãnes valeñ de oꝛdine fratrũ minoꝝ.
⁊ ſanctꝰ Thomas in ſuo quaternario Uel mate
riã de articulis fidei chꝛiſtiane q̄ a quibuſdã po,
nunt duodecim/ab alijs quattuoꝛdecim ad hac
materiã pertinent oẽs illi qui ſcripſerũt de expo
ſitiõe ſimboli ſiue ab apoſtolis/ſiue ab alijs pa
tribꝰ eccleſie editi nominatim ſanctus Thomas
in opuſculo ſuo q̄d dr̄ ꝯpendiũ theologie ¶ Quin
ta cõſideratio ꝙ p̄dicatoꝛ ꝓuectus ⁊ valde exer
citatꝰ in ſacris litteris/⁊ in magna reputatiõe ha
bitus apud auditoꝛes ſuos poteſt facere ſermo=
nes de cõcoꝛdia noui ⁊ veteris teſtamẽti in qua
materia diuino quodã ſtilo ſcripſit abbas Joa
chim in libꝛo eiuſdẽ tituli q̄d opꝰ in quinq; par,
tiales libꝛos ſubdiuiſit, ſed eoꝝ maxime notan;
dus eſt vltimus in quo pꝛincipaliora geſta hiſto
riaꝝ ve te mirabiliter exponit ſed addi ei poterũt
pꝛeclara multa ex his q̄ Oꝛigenes ſcripſit ſuper
penthateucũ moiſi ¶ Sexta conſideratio ꝙ p̄di
catoꝛ emeritꝰ/⁊ iam ſenectute grauatꝰ ſi tota qua
drageſimã pꝛedicare voluerit p̄cioſa multa dice
re poterit facili laboꝛe ex Summa de exẽplis et
ſimilitudinibꝰ rerum naturaliũ/atq; artificialiũ
diſcurrẽdo per partes mũdi maioꝛis atq; mino,
ris q̄ ē homo et aplicãdo ad moꝛes hũum oẽs vir
tutes/⁊ actiones/ac ꝓpꝛietates naturales illarũ
partiũ nã in mundo maioꝛe de motibꝰ ⁊ actioni
bus coꝛpoꝛum celeſtiũ ⁊ alioꝝ elemẽtoꝝ/ de na;
turis vegetabiliũ ⁊ plantaꝝ/animaliũ terreſtriũ/
auiũ/⁊ piſciũ/de metallis ⁊ mineralibꝰ multa in
ueniet notatu digniſſima nõ ſolum apud vulga
res ſed etiã apud ſapiẽtes Jtē in rebꝰ ad homi=
nem pertinẽtibus patet materia latiſſima ſi diſ=
currere voluerit p̄dicatoꝛ p partes oꝛganicas hu
mani coꝛpoꝛis in quibꝰ figuras/⁊ officia/ ſanita
tes/⁊ egritudines/cõſiderate multiplicem doctri
nã moꝛale inue niet Jtẽ in potẽtijs anime veges
tatiuis/ſenſitiuis/⁊ rationalibꝰ Jtẽ in artibus ⁊
ſcientijs ab hominibꝰ inuentis/in legibꝰ ⁊ ſtatu
tis diuerſaꝝ pꝛouinciaꝝ nã ſub quolibet hoꝛum
membꝛoꝛum immoꝛari poterit pꝛedicatoꝛ p mul
tos dies ſi bene reuoluere voluerit libꝛos et ca;
pitula pꝛedicte ſumme.

[Quinta conſideratio.] [Sexta cõſideratio.]

## ¶ Caput decimũ et finale

adiũgit exempla quoꝛundã ſermonũ per me fa
ctoꝝ indiuerſis quadrageſimis iuxta ſex regu;
las pꝛecedentis capituli



N moꝛalibꝰ ſeu
agibilibꝰ (vt Ariſtoteles/⁊ oẽs
theologi aſſeuerãt) plus cõfe;
rũt exẽpla quã verba ⁊ quã re
gule ſeu p̄cepta quãuis ergo
regule pꝛecedentis capitis eſ=
ſent ſpeciales ⁊ diſtincte erũt ta
men magis clare exẽplis nr̄is demonſtrate. q̄ in
ſpatio fere triginta annoꝝ plures quadrageſi;
mas p̄dicauimꝰ modo in eodẽ loco modo in di;
uerſis Nã in pꝛioꝛibꝰ annis nr̄i exercitij nõ quo
libet die in quadrageſima ſed ſolis diebꝰ dñicis
ſermones faciebamꝰ. pꝛimo quidẽ per ſola euã;
gelia/ſc̄do per ſolas epiſtolas. ſ mouẽdo queſtio
nes ſcolaſticas circa themata ⁊ reſpondẽdo per
cõcluſiones poſtea vero grauiꝰ agentes ⁊ plano
modo ſine queſtionibꝰ ſuſcepimꝰ pꝛedicãdas hi
ſtoꝛias matutinales illaꝝ dñicaꝝ a ſeptuageſima
oꝛdiẽtes Jn qua legit̃ hiſtoꝛia p̄me etatis mũdi. [Septuageſima.]
ideo ꝯſone ad illã thema ſumpſimꝰ illud p̄s 69
Dies ãnoꝝ nr̄oꝝ in ipſis ſeptuaginta ãnis vbi
egimꝰ de ſeptuageſima dieꝝ in eccleſia chꝛiſtia;
na/de ſeptuageſima annoꝝ in lege veteri / et de
ſeptuageſima etatũ vel generationũ que a pꝛin;
cipio mundi pꝛocedẽs vtramq; legẽ compꝛehen
dit vſq; ad fine ſecli ¶ Jn dñica ſexageſime legit̃ [Sexageſima.]
in matutino officio hiſtoꝛia ſecũde etatis q̄ a di=
luuio incipiẽs pꝛoceſſit pꝛo qua thema ſumpſi;
mꝰ illud Pꝛouer 24. Diligẽter exerce agrũ tu
um vt poſtea ſemines ſemẽ tuum vbi egimꝰ de
triplici ſeminatiõe. ſ hiſtoꝛiali hoc ē de ſeminatio
ne humani generis per terram ex tribus filijs
noe / de ſeminatione naturali quam deus fecit
in omnibus ſuis creaturis tam ſpiritualibꝰ quã
copoꝛalibꝰ ſiue ſuperioꝛibus / ſiue inferioꝛibus/
et de ſeminatione moꝛali quam ſancti fecerunt
in eccleſia dei diligenter excolentes agrũ fidelis
populi ⁊c̄ ¶ Jn dñica quinquageſime legitur in [Quinquageſima.]
matutinis hiſtoꝛia tertie etatis mũdi q̄ incepit in
Abꝛaam pꝛo qua cõſone ad nomẽ dñice thema
accepimꝰ illud Leui 25 Numerabis ſeptẽ ebdo
mades ſ dies 49 et ſanctificabis quinquageſi;
mum et tũc declaratis miſterijs quinquageſime
de Jubileo penitẽtie per 49 dies vſq; ad ſanctiſ
ſimũ diem quinquageſimũ paſchatis declaraui
mus hiſtoꝛiã illã ad duos ſenſus ſ de exitu fide;
lis populi a carnalitate iudaiſmi et a terreſtre;
itate idolatrie. atq; de exitu chꝛiſtianoꝛum in hac
hebdomade a comertio carnali ad vitã ſpiritua
lem ⁊c̄ ¶ Jn dñica q̄drageſime·qꝛ in officio no;
cturno nulla ponit̃ hiſtoꝛia ex veteri teſtamento [Quadrageſima.]
ſed legunt̃ ſermones ſc̄toꝛum doctoꝝ de ieiunio
accepimꝰ thema ſermõis illud Exo 3 Dñs de;
noſter vocat nos vt eamꝰ viã triũ dierũ in deſer;
tum et ſacrificemꝰ ei ⁊c per deſertũ intelligimus
tẽpus ſancte quadrageſime via triũ dieꝝ eſt pe;
nitẽtia. ſ cõtri cõfeſ et ſatiſ ⁊c. ¶ Jn ſecũda dñica [Dñica ſecũda quadrageſime.]
quadrageſime legit̃ hiſtoꝛia Jacob et Eſau ſ qꝛ
Jacob ex cõſilio matris ſue habuit paternã be;
nedictione ⁊c facit ad hoc thema Pꝛoue 1 Fili
audi diſciplinã patris tui ſ pꝛelati p̄dicantis le;
gẽ dei et ne dimittas legẽ matris tue ſ eccl̄ie ca
tholice ſic ꝙ non ſolũ impleas mandata dei ſed
etiã mãdata eccleſie in quadrageſima ¶ Jn ter
tia dñica legit̃ in matutinis hiſtoꝛia Joſeph ſ ꝙ [Dñica tertia quadrageſime.]
vẽditꝰ fuit a fratribꝰ ⁊c thema p̄s 68 Extraneꝰ
factus ſum fratribꝰ meis et peregrinus filijs ma
tris mee ⁊c ad duos ſenſus allegoꝛicũ de chꝛiſto
⁊ tropologicũ de viro chꝛiſtiano qui a malis hoi

bas ſuſtinet pſecutionē ⁊c In quarta dominica
q̃dragesime legiť hiſtoria moiſi ſ q̄ eduxerit po-
pulū dei a captiuitate egypti cui aptū thema vi
ſum eſt illud Exo 3 quū egrediemini de egypto
nō exibitis vacui ⁊c vel illud ps 135 Percuſſit
egyptū cum primogenitis eoꝝ ⁊c vbi per hiſto-
riam declarate ſunt decē plage egypti in eccleſia
chriſtiana iuxta adaptacione vincentij ſ ſanguis
martyꝝ/rane hereticoꝝ/cinifes gothorū / muſce
mauroꝝ/animalia i mors ſectorum confeſſorum/
vlcera odiorū/grando blaſſemiorū / locuſte ypo-
chritarum/tenebre ignorantiū/ expectať ergo de
ꝓximo angelus percuties primogenita i princi-
paliores eccleſie antich iſtus ⁊c In quinta dñi-
ca quadrageſime matutini iā nō legūt hiſtorias
ſed ꝓphetias ve le de paſſione chriſti/ ⁊ de effe-
ctib⁹ eius in mūdo thema cōueniens cōformiter
ad epiam viſum eſt illud Exo 14 Obtulerūt fi-
lij iſrael holocauſta et victimas dño moiſes ve-
ro aſſumptū ſanguinē aſperſit populū ⁊c figura
de ſacrificio vitule rufe numeri 19 de qua in epi
ſtola ⁊ cinis vitule aſperſus ⁊c In ſexta domini
ca q̃dragesime eade materia legiť in officio no
cturno ſ ꝓphetie de paſſione chriſti ⁊c ſed q2 le-
gitur in officio miſſe duplex euangeliū alteꝝ de
glīa ſeu honore/ alterum de ignominia ſeu paſ-
ſione ⁊c viſus eſt pro eoꝝ cōparatione illud the
ma 1 Macha 1 ſecundū gloriā eius multiplicata
eſt ⁊ ignominia eius et declarate ſunt ex ſermōe
raulin ſepte cōbinationes glīe ⁊ ignominie chri
ſti ad duos ſenſus ⁊c J i die ſancto paſchatis ad
predicandū fere ſimiliter i cōparando penalita
tes paſſionis ad glīam reſurrectionis thema fuit
illud ps 29 Conſcidiſti ſaccū meum et circūde
diſti me leticia ⁊c

In alio ãno incepim⁹ totam agere quadra-
geſimā i oibus dieb⁹ eius pred care ⁊ ſuſ-
ſcepim⁹ latiſimā et per neceſſariā materiam pre
ceptorū decalogi diuine legis aſſumpto illo the
mate Eſa 30 Hec e via dñi ambulate in ea nō
declinabitis ad dexterā neq3 ad ſiniſtrā Et pmo
egim⁹ de p̄ceptis dei in genere ex pma 2 ſancti
Thome a 90 4 et deinde vſq3 ad centeſimam/
poſtea inſpe poſt Joānem nider/cū Summa p̄-
dicantiū in verbo p̄ceptū/et alijs doctorib⁹ Sed
de hac materia poſtea hiſpano ſermōe addim⁹
opuſculū dictū cōfeſſionale i n od⁹ audiedi ꝯfeſ
ſiones i interrogādi penitentes per ordine p̄ce-
ptorū ¶ In alio ãno ſequete in eode loco et ꝑ
tota quadrageſimā predicauim⁹ de ſpecialib⁹ p̄
ceptis ad quelibet hoium ſtatū pertinentib⁹ aſ-
ſumpto themate illo apli Pauli 1 Cor 1 Vide
te fratres vocatione vr̃am ſicut diuiſit dñs vnuſ
quiſq3 in qua vocatione vocat⁹ eſt in ea perma-
neat ⁊ cap 7 Obſecro itaq3 fratres vt digne am
buletis in vocatiōe i inſtatu quo vocati eſtis ⁊c
et in hac materia latiſſima quide et perutili ſecu
ti ſumm⁹ ſummā Joānis valenſis fingetes to-
tum reipub chriſtiane corpus habere duo late-
ra nā latus dextrū eſt eccleſiaſticoꝝ ſtatus ſini-
ſtrū vo laicoꝝ notauim⁹ etiā et opuſculū ſancti
Thome dictū quaternariū q2 illic loquiť de oib⁹
ſtatibus chriſtianoꝝ doces in quolibet eoꝝ quat
tuor p̄cepta ſpūalia Sed incepim⁹ tūc a latere
ſiniſtro agetes primo de toto corpore reipub de
inde de capite ei⁹ rege vel principe/de iudicib⁹/
preſidib⁹/pretoribus de procuratorib⁹/de aduo-
catis/de notarijs/de conſilio ſenatorum ciuita-
tis/de militibus/ de mercatoribus / de medicis/
cirurgicis/et apotecarijs/ de artificibus mecha-
nicis/de agricolis qui ſunt velud pedes reipub.
Egim⁹ etiā de cōmunibus ſtatuū differentijs ſ pe
nes etate vt de iuuenib⁹/et ſenib⁹/penes ſexū vt
de viris ⁊ feminis/ et de triplici feminarū ſtatu/
penes fortunā vt de diuitib⁹ ⁊ pauperib⁹/de no-
bilib⁹ ⁊ ignobilib⁹ genere/ de dñis et ſeruis/ de
ſanis et egris ⁊c et hoc per tres primas heb qua
drageſime In alijs vero trib⁹ ſequentib⁹ egim⁹
de latere dextro reipub chriſtiane i de ſtatu eccl'ia
ſticoꝝ qui tot habet ſtat⁹ quot ſunt eoꝝ ordines
ſ ſeptem vbi pmo egim⁹ de minorib⁹ ordinib⁹
et de officijs eoꝝ/deinde de maiorib⁹ declaran-
tes eoꝝ veſtes tā in ve le quā in no le/ de digni-
tate ordinis ſacerdotalis/de doctrina ſacerdotū/
de honeſtate/de mūdicia et caſtitate/Deniq3 egi
mus de prelatis ſeu epiſcopis et de indumētis
et officijs eoꝝ ⁊c ad hoc multū iuuat ſcda ſecūde
ſancti Thome/Summa angelica vel alia de ca-
ſibus cōſcientie vt ſilueſtrina ⁊c ¶ In alia qua-
drageſima egimus de ſeptē virtutibus principa
libus et pmo de theologalib⁹ fide/ſpe/et chari-
tate/ deinde de cardinalib⁹ ſeu moralibus pru-
dentia/iuſtitia/fortitudine/et temperantia quem
ꝓceſſum pleniſſime habet ſcda ſcde ſcti Thome
Summa de virtutib⁹ ⁊ vicijs / et alij multi do-
ctores ¶ In alia q̃drageſima de ſepte ſacramē-
tis eccl'ie magis tame practice quā theorice ſ di
miſſis queſtionib⁹ ſcholaſticis quarti libri ſentē
tiaꝝ ſed ꝓceſſim⁹ per ſummas de caſib⁹ conſciē
tie addita Summa p̄dicantiū ¶ In alia qua-
drageſima de ſepte pſalmis penitetialib⁹ nō ſo
lum declarātes eos ad ſenſum litterale que ha-
buit dauid vt patet ex gloſis cōibus doctorū in
quolibet eoꝝ ſed etiā addētes expoſitionē Ger-
ſonis/vl' Petri aliacenſis q̄ applicāt illos pſal-
mos ad ſenſum eccleſie ꝓ veris penitenib⁹ et ie-
iunantib⁹ in q̃drageſima ¶ In alia quadrage-
ſima facim⁹ breuiſſimū epilogū ſepte ſeptenario
rum p̄dictoꝝ hoc eſt in qualibet hebdomade vn
um ſeptenariū nam premiſſa declaratione triū
preceptoꝝ pme tabule cū ſepte binarijs articulo
rum fidei in hebdo quinquageſime alia ſeptem
precepta ſcde tabule in prima heb q̃drageſime
enarrauim⁹ In ſcda heb ſepte horas canonicas
eccl'ie In tertia ſepte ſacrameta eccleſie pcurrim⁹
In quarta ſeptē virtutes collaudauim⁹ In qn-
ta ſeptē vicia capitalia reprobauimus In ſexta
heb ſeptē pſalmos penitetiales cōmendauimus
deuotis ¶ In alia quadrageſima duos ſenſus
officioꝝ eccleſie quadrageſimaliū declarauimus
hoc eſt vnū hiſtoricū de geſtis populi chriſtiani
a principio naſcetis eccl'ie vſq3 ad fine mūdi alte

rū vero moralē de exercitijs ſancte q̄dragesime
Sed de hac materia iā edidim⁹ libruū copioſum
¶ In alia q̄dragesima iā curioſius egim⁹ de cō-
cordia noui et veteris teſtamenti ſequentes volu
men abbatis Ioachim de hac materia et pro-
ceſſimus per ſeptenarios nam in p̄ma hebd de
clarauim⁹ ſepte dies creationis ad tres ſenſus
pro cōiugatis vel .p clericis noue legis/et pro
religioſis tertie legis In ſc̄da hebd egim⁹ de ſe-
pte hiſtorijs principalib⁹ vel ad predictos tres
ſenſus i de hiſtoria diluuij/de excidio ſodomoꝝ/
de hiſtoria triū patriarchaꝝ cū vxorib⁹ eoꝝ/de hi
ſtoria Ioſeph caſtiſſimi ad tres p̄dictos ſtat⁹ ap-
plicata / de hiſtoria Moiſi et exitu iſrael de egy-
pto/de hiſtoria triū p̄moꝝ regū iſrael notādo in
eis tres p̄dictos hoīum ſtatus/et de hiſtoria duo
rum .pphetaꝝ Helie et Heliſei ad eoſdē tres ſen
ſus In tertia hebdo de ſeptem ſignaculis libri
clauſi i vel te que fuerūt ſeptē p̄ncipales confli-
ctus populi dei et correſpondet eis ſepte aper-
tiones in no te P̄rimum ſignaculum clauſum
fuit in Manaſſe et Ephraim filijs Ioſeph ſub
oppreſſiōe egyptioꝝ et correſpondet ei appertio
in chriſtianis ex iudeis et gētilib⁹ ſub Ioāne euā
geliſta q̄ per oia aſſimilat⁹ eſt Ioſepho Sc̄dm
ſignaculū fuit ſub Moyſe et Aaron ab exitu egy
pti et ingreſſu deſerti vſq; ad introitū terre .pmiſ
ſionis in conflictu cananeoꝝ ei⁹ appertio fuit a
Traiano vſq; ad magnū cōſtantinū tēpore tyrā-
noꝝ et martyꝝ Tertiū ſignaculū fuit a Samuele
et Dauide vſq; ad Eliā in cōflictu philiſtinoꝝ.ei⁹
appertio a Silueſtro et Coſtātino vſq; ad ſanctū
Gregoriū et Phocā ceſare in pugna hereticorū
Quartum ſignaculum ab Helia et Heliſeo vſq;
ad Ezechiā in conflictu aſſirioꝝ eius appertio a
Mauricio imperatore vſq; ad magnum Carolū
rege frācorū in coflictu ſarracenoꝝ Quintum ſi-
gnaculū ab Ezechia et Eſaya vſq; ad captiuitatē
babylonis in conflictu caldeoꝝ eius appertio a
Carolo rege vſq; ad Inocentiū papā tertiū ſub
Tyrannide imperatoꝝ latinoꝝ Sextū ſignaculū
fuit in toto tēpore Babylonice captiuitatis ſub
Ezechiele et Daniele in cōflictu perſaꝝ et medo
rum ei⁹ appertio nunc currit ſub oppreſſione ſi-
moniacoꝝ et vſurariorū Septimū ſignaculū vel
le fuit ſub Zorobabel et Eſdra in cōflictu ſama-
ritanoꝝ eius appertio erit in perſecutione anti-
chriſti et ſuoꝝ Poſt hec ſepte ſignacula ſucceſſit
ſabbatiſmus et quies vel le quale tēpus erit eccle-
ſie dei circa finem mundi In quarta hebdoma
de quadrageſime aliū ſeptenariū excogitauim⁹
i quattuor ſpeciales hyſtorias Iob/ Thobiā/ Iu
dith/et Eſter et triplices .pphetas Hiſtoriā pri-
mā libri Iob allegorice de chriſto expoſuim⁹/ et
vxor ei⁹ romana eccl'ia/ſeptē filij ſunt vniuerſi p̄
lati/tres filie ſunt tres hoīum nationes q̄ fide chri
ſti receperūt Hebrei Greci et Latini falſi amici
Iob ſunt chriſtiani heretici/oues et boues et alia
eius pecora diuerſos ſtat⁹ fideliū in eccleſia ſi-
gnificāt Hiſtoriā Thobie ad populū iudeorum
retulim⁹:q2 vt apoſtol⁹ dicit,cecitas ex parte cōti
git in Iſrael ſed tandē circa finē mundi ſanabit
a ſua cecitate q2 cōuertet ad fide chriſti Hiſtoriā
Iudith ad fideles ex circūciſione videt pertine-
re:q2 mortuo viro ſuo i prelato vel per ſuā in-
fidelitatē ipſa vere fidei caſtitatē ſeruauit ⁊c. He-
ſter ad fideles ex gentibus referri debet quorum
rex chriſtus fecit conuiuium de quo Luce 14.
Homo quidam fecit cenam magnam ⁊c. Heſter
ergo regina eſt gentilitas ad fidē chriſti recepta
poſt reprobationem Vaſthi prioris regine que
erat ſinagoga iudeorum ⁊c. Propheticos libros
trifariam diuiſimus ad conplementum huius ſe
ptenarij In primo loco poſuim⁹ tres maiorum
prophetarum Eſaiam Hieremiam/ et Ezechiē
quorum libri apud hebreos ſunt de canone ſa-
cre ſcripture / In ſecundo poſuimus Danielem
cuius liber inter agiographa numeratur In ter
tio loco librum duodecim prophetarum mino-
rum collocauimus Eſaias ergo qui ad tribū iu
da principaliter loquit de latina eccl'ia precipue
eſt intelligend⁹ cui⁹ ſucceſſus et opera elegan-
tiſſime deſcribit bella et victorias/ Hieremias q̄
etiam loquit ad tribū iuda deplāgit peccata lati-
norū et ſpirituale captiuitatē eorū ſub poteſtate
diaboli .ppter que tēplum dei ſpūale diſſipatum
eſt et cetera Ezechiel .ppheta ſimiliter loquēs ad
tribū iuda i captiuitate poſitā de latinis ē intelli
gend⁹ maxime in hoc nr̄o tempore vnde per q̄t-
tuor illa animalia ad hoc .ppoſitū quattuor p̄n-
cipalia vicia popl'i chriſtiani intelligi poſſent/ſu-
perbia in facie leonis/auaritia in facie bouis/lu
xuria in facie hominis /et rapina in facie aqui-
le ⁊c Fundat iſta intelligentia horum trium .p-
phetarum in concordia veteris et no teſtamenti
vbi trib⁹ iuda et regnū eius in Hieruſalē eſt ec-
cleſia latina/regnū Iſrael in ſamaria/ eſt eccle-
ſia grecorū et alioꝝ orientaliū/egyptus eſt iudea/
deſertū eſt gentilitas/ aſſirij ſunt ſarraceni/ Ba-
bylonij ſunt tyrāni imperatores et reges chriſtia-
ni ⁊c vt patuit in appertionib⁹ ſeptē ſignaculoꝝ
⁊c Daniel .ppheta ſeorſum ab alijs trib⁹ maiori
bus ſicut ad finē vel le refferē ad litteram ita etiā
vltimas eccl'ie chriſtiane tribulationes deſcribit/
et p̄cipue de perſecutiōe antichriſti et de fine mū
di hoc pretendūt horribiles ille viſiones aialiū
et beſtiarum ⁊c Duodecim aūt minorū .ppheta-
rum liber tot⁹ videt eſſe reprehēſio moralis cō-
tra iudeos modo ex regno iuda modo ex regno
Iſrael et ideo .pphetat punitionē eoꝝ per man⁹
gentiliū vſq; ad fatale deſtructionē illoꝝ regnoꝝ.
et per cōcordiam dirigi poteſt ad eccleſias chri-
ſtianorum vt patet ex p̄dictis In quinta hebdo.
quadrageſime egim⁹ de pſalterio diuiſo a beato
Hieronymo in ſeptē ferias matutinas/et totidē
veſpertinas arbitrātes preter ſenſum litteralem
quē habuit autor in quolibet pſalmo q̄ intētio
eccleſie in hac ſeptimēbri partitiōe fuerit in iſtis
pſalmis cōmemorare geſta ſanctoꝝ in varijs mū
di etatib⁹ et adaptat Guillelm⁹ in ſuo rationali
pſalmos matutinos diei dn̄ici ad tres hoīum ſta
tus in lege nature/ſcripture/ et gracie pſalmos
vero aliarum

vero aliaꝝ ſex feriarum ad ſex mũdi etates ſic ꝙ pſalmos ferie ſcḋe ad patres pime etatis/pſalos. ferie tertie ad patres ſcḋe etatis/et ſic conſequenter per alias ferias ꝛ etates p ordine et pſalmos veſpertinos p ſingulos dies ſeptimane adiũgit ſuis matutinis ad eũdẽ ſenſum ¶ In ſexta hebdomade ſancta libros noui teſtamenti ſeptena partitione percurrimus hoc eſt quattuor euangelia ſingulis diebus In quinto die 14. epiſtolas Pauli In ſexto die aliorum apoſtolorum canonicas ſeptem In ſabbato vero Actus apoſtolorum et in hoc ſequuti ſumus epilogos Petri aureoli ſuper libros ſacre ſcripture

¶ Finita quadrageſima addidimus paſchalem hebdomadem ad declarandam Apocalypſim Joannis quem librum de victoria chriſti legit eccleſia in ipſo tempore reſurrectionis in officio matutino Et quia ille liber habet ſeptem principales viſiones ſingulis diebus illius hebdomadis ſingulas enarrauimus viſiones de diſcurſu eccleſie dei/a chriſto vſꝗ ad finem ſeculi. Dimiſſis ergo tribus primis capitulis de doctrina quam tradidit Joannes ſeptem dioceſibus Aſie minoris pro illo tempore primitiue eccleſie Prima viſio de ſede maieſtatis dei et alijs circunſtantibus eam in ſolo 4 capitulo impletur intelligenda de prima eccleſie inſtitutione a chriſto dum ageret in terris Secunda viſio a principio quinti capitis vſꝗ ad finem ſeptimi de libro ſeptem ſigillorum et ſuarum apertionum applicata eſt ad tempus perſecutionis eccleſie a Nerone vſꝗ ad Conſtantinũ magnum magnum per 300 fere annos Tertia viſio a principio octaui capituli vſꝗ ad finem vndecimi de ſeptem tubis relata eſt ad tempus hereticorum per alios fere 300 annos vſꝗ ad imperatorem Eraclium/ ꝛ ſanctum Gregorium Quarta viſio a principio 12 capitis vſꝗ ad finẽ cap̃ 14. de muliere amicta ſole i de eccleſia/de filio eius Eraclio/ de dracone Coſdra rege Perſarum/de magna beſtia filio eius/ꝛ de beſtia bicorni Mahumeto/ꝛ de peſſima ſecta Sarracenorum eſt intelligeda per 200 fere annos vſꝗ ad Carolum imperatorem Quinta viſio a principio capituli 15 vſꝗ ad finem 19 de ſeptẽ phialis i plagis contra ſectam illam quouſꝗ deleatur de terra et tunc eccleſia dei cantabit Aleluia quater Sexta viſio in ſolo capl̃o 20 continetur ſ de angelo habente cathenam et clauem abyſſi/ de incarceratione et ſolutione Sathane et pertinet ad noſtrum tempus vſꝗ ad pſecutionẽ ãtichriſti icluſiue Ibi loq̃tur de multitudine religionum/ꝛ religioſoꝝ in eccleſia dei/ de multitudine iuridicorum et cauſarum forenſiũ et deniꝗ de multitudine peccatorũ belloꝝ/ꝛ pſecutionum eccleſie ꝛc̃ Septima deniꝗ viſio in vigeſimoprimo capitulo Apocalypſis enarratur eſtꝗ de nouo celo et terra i de renouatione ꝛ reformatione eccleſie dei circa finem mundi q̃tum ad omnes ſtatus eius ꝛ de conuerſione omnium Judeorum et aliorum infidelium ad fidem ꝛ religionem chriſti ꝛc̃ Ultimum deniꝗ capitulum Apocalypſis videtur mihi referendum ad ſtatum glorie ſanctoꝝ in alio mundo Preter hos labores quadrageſimales habens librum aliorum ſermonum noſtrorũ tempore ſuo edendum ſimul cum expoſitione familiari canonis miſſe ſecreti

## ¶ Opuſculum breuiſſimum de arte memoratiua omnibus predicatoribꝰ apprime neceſſaria: cuius tria dumtaxat erunt capitula.

## ¶ Caput primũ eſt opuſculi prohemium de prerequiſitis in arte iſta



Emoriam anime rationalis potentiam duplice diſtingunt veri philoſophi/ alteram ſenſitiuam et alterã intellectiuã Senſitiua organũ habet determinatũ in corpore hominis hoc eſt extremam partem capitis que dicitur Occiput vbi dicunt reſeruari phantaſmata rerum coporalium quas per ſenſus exteriores percepimus vel ex alijs rebus ſenſatis earum phantaſmata abſtraximus Intellectiua vero memoria a quibuſdam dicitur intellectus poſſibilis/ab alijs theſaurus ſpecierum intelligibilium que potentia nullum in corpore habet organum determinatum ꝛ de hac loquitur ſanctus Auguſtinus in 6 libro de Trinitate vbi ponit imaginem dei in anima rationali conſiſtere in intellectu/memoria/et voluntate Hec vero memoria in actibus ſuis preſuppponit/et prerequirit actus memorie ſenſitiue ſicut et intellectus preexigit phantaſiam oportet enim intelligentem phantaſmata ſpeculari vt Ariſtoteles dicit in 3 de anima et non contingit intelligere quicꝗ ſine phantaſmate Quare tota vis memorandi in homine pendet ex memoria ſenſitiua quam oportet ſummopere conſeruare/iuuare et exercitio/vel arte augere Sicut enim leſo organo phantaſie impeditur intelligere vt accidit vulneratis aut freneticis ita etiam corrupto organo memorie ſenſitiue vulnere aliquo vel humore cauſante letargiam impeditur actus memorie intellectiue Adhuc autem ſano et bene diſpoſito exiſtente organo memorie ſenſitiue ex defectu exercitij multi impediuntur in actu memorandi quia nec prompte nec faciliter recipiunt ea que me-

momorãda ſunt cum non ſint habituati in fre
quenter memorando Deniqꝫ in exercitio me-
morandi ſicut et in actu intelligendi multiplex
ſolet contingere error qui per doctrinam et ar-
tem corrigitur vel euitatur Ideo ſicut preter bo
nam phantaſiam cum frequenti vſu intelligen
di requiritur ars logica que dicitur ſcientia ra-
tionalis/vel modus ſciendi quia dirigit homi-
nem in actibus rationis/et in actibus ſcientifi-
cis ita preter bonam memoriam naturalem cũ
frequenti exercitio memorandi multum iuuat
hominem ars memoratiua que innititur qui-
buſdam regulis ſeu preceptis quibus homo di
rigitur ad habendum rectũ ordine in memoran
do quẽ ſi non habuerit homo plenus erit mul-
tiplici confuſſione vt declarat Auguſtinus in
vndecimo lib ſuorum confeſſionum adducens
exemplum chaos Anaxagore Cõſiſtit aut me-
moratiua ars principaliter in phantaſmatibus
et in actibus memorie ſenſitiue teſte Ariſtotele
in 2.libro de anima verſus finem vbi ait ꝙ me
morari volentes ydolum ſibi fingunt.i. phan-
taſma corporeum quamuis enim res memorã
de ſint incorporee ꝛ ſpũales ars memoratiua
reducit eas ad res corporales i.fingit eis phan-
taſmata corporalia De hac itaqꝫ arte memorati
ua multi multa ſcripſerunt maxime rethores
poſt marcum Tullium eorũ principem quia eſt
valde vtilis et neceſſaria ad officium boni ora-
thoris quia tamen illa communiter ſunt pro-
lixa valde et obſcura planis theologis et pre-
dicatoribus noſtris iccirco hic decreui ex mul-
tis pauca elicere/que ſint omnibus apprime cla
ra/et facilia atqꝫ multipliciter vtilia quemadmodũ
ꝛ in alio opuſculo de arte p̄dicandi iã premiſſo
eũdem modũ habere curaui Supponimus au
tem quedam cõmunia principia huius artis ex
quibus ad particularia precepta deſcendemus
Primus ſuppoſitio iam inſinuata eſt ꝙ ars me
moratiua maxime innititur phantaſmatibus
aut ſimulachris rerum corporalium ita ꝙ que-
libet res memorãda ſiue ſit corporalis ſiue ſpi-
ritualis/ſubſtantia/vel accidens fingenda eſt ac
ſi eſſet res corporalis et ei ſuum phantaſma eſt
adaptandum per hoc enim res illa quaſi ante
oculos ponitur viſibiliſqꝫ ac palpabilis demõ-
ſtratur ac proinde melius memorie imprimitur
vt reſeruetur iuxta dictum Ariſtotelis allega-
tum ꝙ memorari volentes ydolum ſibi fingũt
Secunda ſuppoſitio ꝙ ars memoratiua maxi-
me iuuat ad ſeruandum ordinem in rebus me
morandis ita ꝙ de vnaquaqꝫ illarum ſciatur
poſt quã aliam ſequatur vel quã precedat ordo
enim rerum maxime ſeruat memoriam et hic
vel conſiſtit in naturis rerũ vel in artificioſa edi
tione doctorum quorum dicta vel ſcripta me-
morari volumus Tertia ſuppoſitio ex predictis
duabus ſequitur ꝙ ad artificioſe memorandũ
duo precipua ſunt requirenda Primum eſt lo
ca vel ſubiecta bene ordinata a natura vel arti
ficio in vſu et conuerſatione hominũ.ita ꝙ qui-
libet homo ſenſatus ꝛ non mẽte captus ex vno
eorum facile veniat in alterum/et ab illo in ter
tium/et ſic conſequenter Secundũ eſt debita
adaptatio phantaſmatis vel figure corporalis
cuilibet rei memorabili quaſi tunicam ꝙ res illa
ſit ſpiritualis et inuiſibilis et hec adaptatio fit
quãdoqꝫ ab illius rei natura/quandoqꝫ a ſua
cauſa vel effectu/nonunqꝫ a ſuo ſimili/vel a
ſuo contrario/aut ab aliquo euentu/ac deniqꝫ
ex conſonantia vocabuli illius rei ad vocabu-
lum alterius rei corporalis que ſit notiſſima ho
mini arte memoratiua vtenti.Hec nãqꝫ ſimula-
cra rerum corporalium quibus vtimur in me-
morando applicanda ſunt ꝛ committenda locis
ac ſubiectis iam prius ordinatis quatenus ex
locorum vel ſubiectorum ordine nobis notiſſi-
mo facile apparere poſſint nobis ſimulacra re-
rum memorabilium Sed quia hec principia
quamuis veriſſima ſunt valde cõmunia ꝛ con-
fuſa ac perinde in doctrina practica minus effi-
cacia/minuſqꝫ vtilia ad exercicium operis con
ueniens eſt vt ad particularia magis clara de-
ſcendamus

## Caput ſecundũ de ordinatione locorum vel ſubiectorum artis memoratiue.

Apud rethores
huius artis precipuos auto
res magnam certe confuſio
nem inuenimus circa loco-
rum vel ſubiectorum poſi-
tionem atqꝫ ordine ꝛ in qui
bus memoriter capiendis
maior ſit labor ac difficultas ꝙ̃ in rebus princi
paliter memorandis cum illa loca ſint eque vel
magis ignota addiſcenti ꝙ̃ res quas memora-
ri deſiderat Ad euitandam igitur confuſionem
ꝛ ad facilitãdam memoratiuam artem hoc vnũ
tradimus documentum Quod artificioſe memo-
raturus eligat ſibi loca vel ſubiecta abineunte
etate vel a pueritia ſibi notiſſima et que adeo
ſint memorie eius impreſſa vt nullatenus ta-
lium obliuiſci poſſit ſalua cerebri ſui bona di-
ſpoſitione atqꝫ incolumitate ab omni leſione ꝛ
corruptiuo humore huiuſmodi aũt loca ſunt do
mus/perſone/canes/iumenta ꝛ cetera id genus
in reſamiliari atqꝫ ciuili ſui natalis loci vel al-
terius in quo diutius permanſit per totam
pueritiam ſuam hoc eſt a ſexto anno vite ſue vſ
qꝫ ad quintumdecimum incluſiue Nam proce-
dendo per vicos/ꝛ pagos principales illius lo
ci quos ipſe puer ſepiꝰ ꝑambulauit ſtatim ſine
labore ei ſe offeret ordo ſingulorum domorum
in eadem vicinitate ſimiliter ꝛ ordo ſingula-
rem perſonarum in eadem domo a maioribus
ad minores deſcendendo ſeriatum et poſt per-
ſonas ad iumẽta vt equos/mulos/aſinos/quo
uſqꝫ perueniatur in fine ad canes ꝛ catos De-
bet ergo q hac arte vti voluerit in primis ſcribe-

re vnum memoriale in quo contineantur per ordinem omnes vici/aut ſaltem principaliores ſui loci et in quolibet vico omnes domus per ordinem et in qualibet domo omnes perſone ⁊ iumenta nam preter id qđ ſue memorie a puericia impreſſum e de talib⁹ locis ⁊ ſubiectis ſolū hoc debet addere in illo memoriali ꝙ vnicuiqꝫ domui vel perſone aut iumento apponat ſuum numerum quo oſtendaur quotus vnuſquiſqꝫ ē in illa ſerie Et hoc faciliter memorabitur ſi ſolas denas/et centenas notauerit ſtudioſe nam numeri intermedij faciliter ſeſe offerent ſine ſtudio Tali ergo diligentia poterit vnuſquiſqꝫ faciliter colligere in ſuo memoriali multas centenas/imo et multa milliaria ſubiectorum quorum ordinem quaſi a natura habet impreſſum ex pueritia. Huius rei tale ponimus exemplar.

1. Porta ciuitatis
2 Domus leonardi
3 Pater familias
4 Vxor eius
5 Filius maior
6 Filius minor.
7 Filia vnica
8. Seruus eius
9 Ancilla.
10. Equus
11. Mulla
12 Canis leporari⁹
13 Catus niger.
14. Domus garſię
15. Vir ipſe
16 Vxor eius.
17. Famulus
18. Ancilla
19. Bos aratorius.

Et ad hunc modum procederetur faciendo magnum numerum ita ꝙ in quolibet vico deſcribat prius latus dextrum domorum et perſonarum et aliarum rerum deinde latus ſiniſtrum et accipiat portam domus cuiuſlibet pro vno ſubiecto in qua appenſam ſeu pendentem imaginetur rem memorabilem quā ei cōmitit deinde per ordinē perſonis et alijs rebus eiuſdem domus comendabit alias res ſubſequentes per ordinem libri / ſermonis / vel orationis vel diſputationis / vel alterius negotij multas partes habentis quas memorari deſiderat homo Quia vero ordo iſtorum ſubiectorum eſt ſibi qua familiariſſimus quaſi a natura faciilimū eſſet ei ſubiecta illa oīa enumerare ita bñ ordine euerſo vel retrogrado ſicut ordine directo hoc ē tam faciliter procedet a fine cuiuſlibet vici retro cedendo vſqꝫ ad principium eius ſicut procedēdo directe a principio vſqꝫ ad finem eiuſdem vici ¶ Aduertendū inſuper ꝙ his ſubiectis vir diſcretus duobus modis vti poteſt/primo fixe ſecundo mobiliter Fixe vtitur ſubiectis ſue memorie quando ſolum ad memoranda ea que in vno libro continentur adaptat illa ſubiecta et nunꝙ ad aliq̄ alia i tota vita ſua Mobiliter aūt ſe habet in ſubiectis quando eiſdem vtitur in diuerſis negocijs itaqꝫ ſubiecta q̄ ei hodie deſeruiunt ad memorandum vnum ſermonem, alio die eiſdem ſubiectis vtetur ad memorandū vnā magnam diſputationem ⁊ item alio die ad aliud negocium occurrens Subiectorum ergo ſui memorialis vnuſquiſqꝫ partem faciat ſubiecta fixa et illis vtatur in memorandis principalib⁹ capitibus libri principalis ſue facultatis qui dicitur textus illius ſcientie quia ſuper gloſis doctorum non eſt multum curandum de arte memoratiua partem aliam ſubiectorum accipiat mobiliter pro caſibus et negocijs ſibi repete occurrentib⁹ Subiecta inſuper mobilia diuidere debet in tres aut quattuor partes per quinquagenas ⁊ hoc ad euitandam confuſionem ne eiſdem ſubiectis immediate vtatur in vno negotio poſt aliud ſed ſi hodie pro vno ſermone vtatur iſta quinquagena ſubiectorum mobilium et poſt paucos dies occurrat ſibi memorandus alius ſermo vel alia diſputatio accipiat aliam quinquagenam ſubiectorum mobiliū/et dimittat priorem quam non debet repetere vſqꝫ ad longum tempus. quando ſ iam deleta ſint a memoria ſua ſimulachra illarum rerum quas eis cōmendauerat nam quādiu illa remanent in memoria magna eſſet confuſio ſi alia ſuperadderent ſimulachra Et in tertio negocio poſt illa duo tertiam accipiat quinquagenam ſubiectorum mobilium et ſic conſequenter donec iā libere ⁊ ſine confuſione repetere poſſit primam quinquagenam / vel aliquam alterum vt dictum eſt

## ¶ Caput tertium de modis varijs fingendi ydola vel phantaſmata rerum memorabilium

QUilibet ſubiecto artis memoratiue diximus eſſe attribuendam vel cōmendandam imaginem corporeā rei memorabilis. que quidem in rebus corporalibus in prōptu eſt ex noticia ſenſitiua eorum intuitiua vel abſtractiua. hoc eſt quia tales res in ſeipſis cognite ſunt vel in aliis que faciliter manuducunt homines in noticiam illarum per aliquam ſimilitudinem/ aut diſſimilitudinem/cauſalitatem/vel effectualitatē/vel paliquas alias huiuſmodi habitudines vnius rei ad aliam Sed in reb⁹ ſpiritualibus ⁊ incorporeis difficile eſt fingere ydola vel ſimulachra corporalia quare opus eſt nonnullas regulas in hoc negocio annotare Prima ē Prima regula.

de ſubiecto ⁊ accidente talis Si res memorabilis fuerit aliqua ſubſtātia ſpecifice ⁊ cōmuniter propoſita oportet ipſam imaginari in loco ſuo aliquid agere vel pati Si aūt aliq̄s homo particularis nunq̄ viſus ꝓponeretur oportet recurrere ad eius ſtatum / officiū/vel dignitatem vt vel ſic attribuatur ei conueniens figura ſui habitus puta eccleſiaſtici/vel ſecularis/epiſcopi/vel religioſi/aut militis ⁊c In accidente autem propoſito oportet ei fingere ſimulachrum illius rei in qua maxime inueniri ſolet vt pro albedine niuem aut cignum/pro nigredine carbone aut coruum ⁊ ſic de alijs

*Scd̄a regula.*

¶ Scd̄a regula ſit de virtutibꝰ ⁊ vicijs ꝙ fingantur eis figure perſonarum vel aliorum animalium vt pro caſtitate figuram honeſtiſſime monialis /pro temperantia mixtura aque cum vino / pro charitate panis/ pro ſpe ancora/⁊ ꝓ fide ſcutum/ vt paulus apoſtolus adaptat.item pro ſuperbia leo,pro inuidia ſerpens/pro luxuria porcus/⁊ ſic de multis alijs

*Tertia regula.*

¶ Tertia regula de artibus ⁊ ſcientijs q̄ depingi ſolent vt puelle quedam virgines cū ſuis inſignibus vt Grāmatica cū ferula / Arimetica cū tabula aut calculo/Geometria cum circino/Aſtrologia cū quadrante vel aſtrolabio/ Muſica cū lyra vel organo/ Perſpectiua cum ſpeculo ⁊ ſic de multis alijs

*Quarta regula*

¶ Quarta regula comprehendit omnes precedentes ſimul ſumptas ꝙ videatur gloſſa ordinaria biblie ſuper penthatheucum moiſi vbi agitur de ſacrificijs ⁊ alijs ceremonijs veteris legis nam ibi ꝑ res illas corporeas deſignantur miſteria ſpiritualia eccleſie chriſti ſimiliter ⁊ virtutes ⁊ vicia humane vite Sed pro his qui gloſſam illam nō habent requirenda eſt ſūma quedam de exemplis ⁊ ſimilitudinibus rerum naturalium ⁊ artificialiū que totam gloſſam ordinariā biblie reſolligens fere omnia corporalia trāſfigurat ad ſpiritualia interpretaturq̄ omnes viſiones ꝓphetarum veteris legis/⁊ apocalypſis Joanis/ ⁊ vniuerſas parabolas euangeliorum tota enī ſacra ſcriptura ex rebus corporalibus ad ſpiritualia analogizat/⁊ ſimilitudines facit ergo ex doctrina illa bene explorata dabitur cuiq̄ copia ſimulachrorum corporalium pro rebus ſpiritualibus

*Quinta regula.*

¶ Quinta regula ſit de argumentationibus ⁊ alijs orationibus ꝙ in eis memorandis oportet attendere medium vel principaliorem partem in qua eſt tota vis ⁊ ei fingeda eſt propria figura corporalis ſecundum exigentiā rei de qua ibi fit ſermo ex regulis ſupradictis nam ad memoriter capiendum ſingula verba prolixe orōnis vel argumētationis nō opus eſt arte ſed exercitio memorie localis ꝑ paginas ⁊ cartas ipſiꝰ ſcripture

*Sexta regula.*

¶ Sexta regula ꝙ ad memorandum vocabula ignota alterius lingue: oportet recurrere ad vocabula nota lingue noſtre que cum eis concordant in principio vel fine aut vtroq̄ modo et tunc fingende ſunt eis figure illarum rerum que ſignificantur per illa vocabula nobis nota.vt huic vocabulo arabico almuri qui neſciret eius impoſitionem fingeret figuram maris ⁊ ſic de alijs Iſta quoq̄ regula eſt ſummopere aduertenda in vocabulis et rebus nobis notiſſimis nam quando in promptu nobis proponitur aliqua res memoranda ſi ſecundum regulas predictas non ſtatim ſe offerat nobis conueniens imaginatio figure debite corporalis recurrere debemus ad vocabulum et conſiderare vocabulum alterius rei nobis notiſſime habens ſimilitudinem cum eo. nam talis rei imaginem poſſumus priori rei attribuere vt carbūculo figuram carbonis igniti/ et ſaluti figuram ſalis/et ſic de alijs multis

¶ Ceterum in calce huius operis omnes ſtudioſos admonemus ne ſint nimis curioſi/aut nimium dediti arti memoratiue que quantum vtilitatis affert memorie.tantum impedimenti afferre poteſt ingenio/et recte intelligentie rerū ſcibilium niſi debito moderamine vir ſenſatus illa arte vtatur et non niſi in duobus caſibꝰ iuxta duo genera ſubiectorum artis memoratiue nam ſubiectis fixis ſolum vti debet vt dixim9 ad memoriter retinendum textum principalis libri in doctrina ſua vt theologus magiſtrū ſententiarum vel textum biblie / medicus canonē auicēne/Juridicus volumē decretalium vel codice Juſtinianū philoſophus deniq̄ textū Ariſtotelis/⁊ ſimiliter in alijs facultatibus De gloſſis autem doctorum ſine arte memoratiua diligenti ſtudio legat et diſcat quantum ſibi videbitur neceſſarium ad intelligendas ſubtilitates diſcipline ſue Subiectis etiam mobilibꝰ ſolum vti debet in caſibus repentinis quando ſubito occurrit predicatori aut oratori longus ſermo vel oratio tunc enim quod per naturam nō poteſt ſuppleat per artem/et in breuiſſimo tepore obſeruando regulas huius doctrine memoriter capiet quicquid fuerit ſibi neceſſarium ſi ſuum ſermonem vel orationem in plures partes vel capita diuiſerit/⁊ cuilibet earum ſuam imaginē finxerit/⁊ ſubiectis bene ordinatis cōmendauerit Extra hos duos caſus quicunq̄ voluerit in virum doctum euadere ſine arte memoratiua ⁊ more cōmuni aliorum ſcholaſticorum litteras et ſcientias proſequatur quoniam aſſiduitas et frequentia lectionum/ac vigiliarum cauſabit in eo memoriam omnium fere eorum que deſiderat iuxta vulgare prouerbium vſus et ars docuit quod ſapit omnis homo

## ¶ Sequitur aliud opuſculum de vera luna paſchali / et de correctione kalendarij.

¶ Beatiſſimo in chriſto patri et dño noſtro Leoni decimo diuina prouidentia ſacro ſancte Romane/ac vniuerſalis eccleſie pontifici maximo atq̧ Lateranen̄ concilio iure optimo fœliciter preſidenti Petrus Ciruelus Darocen̄ theologorum minimus debitam cum deuotione reuerentiam,



Idi/legi/et ni fallor intellexi papa beatiſſime litteras ſanctitatis tue quas ad illuſtriſſimum/catholicū et ſemper inuictum hiſpanorum regē Ferdinandum dederit, omni paterna ſuauitate p̄cleras ſuper querella iam veteri in eccleſia de luna paſchali q̄ multis retro annis & ſeculis eandem ſedem apoſtolicam apud plures tuorum predeceſſorum pontificum Romanorum inſtantiſſime ſolicitauit Vtpote diſcordiā erroremq̧ ſatis notabilem cōputi huius feſtorum mobilium (quo latina eccleſia vtit̄) a decreto ſacro ſancte Nicenæ ſinodi ſub Siluestro papa primo ac Cōſtātino imperatore magno olim celebratæ quo ſancti Victoris romanæ vrbis epiſcopi determinatio de obſeruatione paſchatis contra Policratē epheſinū & omnes pene orientales epiſcopos deo inſpirante firmata eſt et ſub anathematis pena omnibus chriſti fidelibus indicta Legi etiam beatitudinis tuæ zelum ac paſtoralem ſolicitudinem que predicto errori obniti cupiēs inter alias cauſas religionis chriſtiane magis neceſſarias (que in predicto lateranen̄ concilio agitantur) hanc quoq̧ paſchalem dubitationem admittere dignum duxit q̄ apud viros doctos ſepiſſime ſit ventilata/diſputata/ſed nunq̄ plene determinata Intellexi deniq̧ pro innate mentis paruitate ſimul & aliquali eruditione litterarū ex diuino munere mihi conceſſa quid dubitationi predicte in eiſdem litteris apoſtolicis inſinuate poſſet rationabiliter reſponderi atq̧ in celebritate paſchali a fidelibus religioſe modeſteq̧ obſeruari ad euitandum errorem ſupradicte diſcordie hui⁹ noſtri computi a prememorata concilii Niceni conſtitutione ſalua ſemper (vt decet) meliore determinatione beatiſſime paternitatis tuæ/ac totius huius ſacri cōcilii (cui fœliciter preſides vices chriſti gerens in terris) cui etiam me ipſum et omnia dicta mea corrigenda humiliter exhibeo atq̧ ſubmitto Verum vt meam opinionem in hac re paucis abſoluam more theologico ac ſtilo ſcribendi potius dialectico q̄ rhetorico tres premittam ſuppoſitiōes/totidemq̧ ſubiungam concluſiones illas quidem vt principia demonſtratiōis has vero vt determinatiōes ppoſitę dubitatiōis ſecluſa tñ prius et procul a me reiecta omni temeraria earum aſſertione etcetera Alia oia q̄ in hac epiſtola ſeq̄bantur reſecta ſunt/et nouo modo et ordine opuſculū ſequit̄.

# De vera luna paſchali.

SUper q̄ſtiōe illa de luna paſchali et de correctiōe nr̄i kalēdarij in ſupputatiōib⁹ feſtoꝝ mobiliū eccľie latine ſcripſerā olim ⁊ ſatis extēſe ad ſctiſſimū papā Leonē decimū q̄ in p̄mo ſui pontificat⁹ āno inter alia rei p chr̄iane ardua negocia hac q̄q̧ de re diſputationē cēſuit nō p̄termitendā in ſacro illo cōcilio Lateraneñ cui ip̄e met p̄ſidebat āno vc3 chriſtiane ſalutis .1515 Nūc vero de eade q̄ſtiōe breuiuſcule agēs ⁊ opinionē meā explicatur⁹ trib⁹ articulis ſcholaſtico more ip̄am reſoluere tētabo. Erit aūt p̄mus articul⁹ de p̄ncipijs in hac doctrina ſupponēdis Scd̄s de cōcluſionib⁹ inde eliciēdis Terti⁹ deniq̧ de modis nr̄e correctionis artificioſe obſeruādis Et hoꝝ articuloꝝ ſinguli ternas habebūt partes q̄tenus ductrice diuina trinitate reſolutio nr̄a fiat tripliciter trina.

Principiū primum. ¶ Igitr̄ p p̄mo articulo ſit hec p̄ma ſuppoſitio q̄ ſolēnitas paſchalis feſtiuitatis ex antiq̄ lege Moſaica originē habuit quāuis circa eā i noua lege valde racionabiliter aliq̄d imutatū fuerit preceperat eñ deus filijs iſrael referete Moiſe Exo 12. q̄ ſanctū paſcha dn̄i celebraret i die 15. p̄mi mēſis lunaris incipiētes tame ip̄um a veſpera diei 14 eiuſdē meſis in qua veſpa imolare deberēt agnū dictū paſcha in memoriā erēptionis ſuoꝝ patrū ab egyptiaca ſeruitute p ſanguinē agni vnde ⁊ die ſequēte magnū atq̧ letiſſimū feſtū agebat apud hebreos Et quia vt oēs euāgeliſte teſtātur in eodē die paſchali imolat⁹ eſt chr̄us in cruce ver⁹ agn⁹ q̄ abſtulit pecc̄a mūdi ideo viſum ē p̄ribus eccľie chr̄iane ap̄ľis ⁊ eorū ſucceſſorib⁹ q̄ in no le eadē paſchalis celebritas etiā agereť q̄libet āno in memoriā.ſ liberatiōis toti⁹ hūani generis a ſeruitute diabolica p ſanguinē chr̄i Et quidē inprimitiua eccľia per ānos fere 200 obſeruātia paſchalis feſtiuitatis more illo iudaico fiebat vc3 in die 15 p̄mi mēſis hoc ē in pleni lunio At q̄ ſctum paſcha dn̄i erat feſtū totū plenū gaudio decreuerūt ſcti illi patres q̄ agereť paſcha chriſtianoꝝ poti⁹ i memoriā reſurrectiōis gaudioſe q̄ȝ paſſionis lamētabilis ac lachrymoſe Et q̄ reſurrectio chr̄i facta ē in die dn̄ico ſiue p̄ma ſabbati vt euāgeliſte refferrūt ideo ſtatuerūt Ro pō Victor/Pi⁹/⁊ q̄dā alij q̄ paſcha nr̄m ſemp celebreť in die dn̄ico ſ q̄ p̄xime ſequiť poſt plenilunīū p̄mi mēſis vt patet in decretis de cōſe diſ 3 cap noſſe vos volum⁹/cū alijs q̄nq̧ ſequētib⁹ qd̄ ſtatutū etiā cōfirmauit cōcilīū niceñū circa ānos chriſti dn̄i 330 Et hoc etiā alia ratiōe ne ſ nos chriſtiāi ſimul cū iudeis p̄fidis paſcha dn̄i agerem⁹ q̄ ſuū paſcha ſemp celebrāt in die plenilunij predicti in q̄cunq̧ die ſeptimāe illud euenerit nō eñ eſt cōuentio chr̄i cū belial vt ait ap̄ľus i nūquā pietas chriſtiana coincidere debet cū hebraica obſtinatiōe q̄re hac ratiōe etiā quādo plenilunīū p̄mi mēſis i die dn̄ico euenit chr̄iani paſcha ſuū ad dn̄icam ſequentē trāſferūt

Secūdū principiū. ¶ Scd̄a ſuppoſitio p̄cedentis declaratiua ſit hec. q̄ ſicut totius āni ſolaris p̄ncipiū ē ver/ideo q̧ p̄mū oīm q̄ttuor tepoꝝ āni ita etiā p̄mūs mēſis āni lunaris ē ille cui⁹ neomenia i nouiluniū ē p̄pe eq̄noctiū vernū Qd̄ eñ āni ſolaris p̄ncipiū ſit ver ab eq̄nocti o ſigni arietis inchoatū egregie p̄bat Ptholeme⁹ i p̄mo lib ſui apotheleſmatis q̄dripartiti .ſ ex oīum reꝝ viuentiū p̄ma cōplexione q̄ veri eſt quā ſimilima Ergo etiā rationi cōſentaneū erit q̄ ānus lunaris (de quo loquiť ſacra ſcriptura Exo 12 ) iuxta ānū ſolarē Ramanū ſuū habeat p̄ncipiū hoc ē iuxta equinoctiū vernū Et ita p̄mi⁹ mēſis lunaris in toto āno erit ille cuius p̄ncipiū grece dictū neomenia/latine cōiūctio vľ nouiluniū ē p̄pe equinoctiū veris i non multis dieb⁹ ab eo diſtās vltro citroq̧ Vel clari⁹ p̄mus mēſis lunaris ſiue p̄ma lunatio toti⁹ āni eſt cui⁹ nouiluniū ē oīm alioꝝ p̄ximū p̄ncipio veris qd̄ eſt equinoctiū qd̄ nr̄o euo eſt decim⁹ fere dies Martij Illi⁹ ergo p̄mi mēſis dies quintaſdecim⁹ ſiue pleniluniū in ve le erat paſchalis feſtiuitas in noua vero dies dn̄icus p̄xime eū ſequēs poſt decreta patrū recitata in p̄ma ſuppoſitiōe vnde manifeſte ſequiť q̄ pleniluniū paſchale ſtādo ad rigorē legis nunq̄ poteſt p̄cedere equinoctiū ſed oportet q̄ ſequať vľ ſaltē q̄ ſit in ip̄omet equinoctio verno nā pleniluniū qd̄ p̄cedit equinoctiū ad vltimū mēſem ptinet āni p̄teriti nō ad p̄mū āni p̄ſentis in quo eſt paſcha dn̄i celebrandū.

Tertium principiū. ¶ Tertia ſuppoſitio. q̄ iſte computus obſeruationis paſchalis ⁊ aliorū feſtoꝝ mobiliū (q̄ eccľia latina vtiť iā a multis retro ānis) ferť fuiſſe ingeniat⁹ a quodā dioniſio abbate ordinis ſcti Bn̄dicti circa ānos chr̄i 530 ſub iperio Juſtiniāi auguſti/atq̧ pōtificatu Joānis pape i hoc eſt paulo poſt obitū ſcti Bn̄dicti atq̧ mauri ei⁹ diſcipuli Cū eñ abbas ille eſſet vir plane eruditiſſim⁹ tā i decretis eccľiaſticis/quā in ratiōib⁹ aſtrologicis motuū celeſtiū duoꝝ luminariū ex p̄dictis duob⁹ fundametis .ſ equinoctio verno et plenilunio primo elicuit artē iſtā inueniēdi q̄libet āno die paſchalis feſtiuitatis in dn̄ica p̄ximo ſeq̄nte et deide alia oia feſta mobilia q̄ certis dieꝝ interuallis a paſchate ꝯputāť Sed p̄pter ſimplices ſacerdotes aſtrologicaꝝ rationū ignaros mutauit vocabula mathematica in alia eccľiaſtica i. in ciclos ſolarē et lunarē Cicl⁹ ſiquidē ſolaris ad inueniendū litterā dn̄icalē deſeruies 28 ānoꝝ ſolariū ſpacio pagiť eo q̄ totidē p̄ciſe ſint varietates poſſibiles i ſeptē litteris dn̄icalib⁹ adiūcta biſſexti quadrifida mutatiōe hoc ē ſepties q̄ttuor Cicl⁹ vero lunaris (qui alias diciť aure⁹ numer⁹) in decē ⁊ nouē ānis etiā ſolarib⁹ integre reuoluiť nā luminariū nouilunia ⁊ plenilunia i cōiūctiōes ⁊ oppoſitiōes in tāto tp̄e oēs ſuas varietates p̄ficiūt et poſtea ad eaſdē reuertūtur q̄uis nō multū p̄ciſe ⁊ pūctualiter ſicut etiā nec ratio ſuplementi biſſextilis in q̄rto quoq̧ āno p̄ciſe quadrat ſed eſt aliquātul⁹ error minutoꝝ hore in vtraq̧ haꝝ numerationū q̄ tñ ille error ē paru⁹ ⁊ pene inſenſibilis.i cōputo eccľie negligiť. Quare p̄dicti

autor in ſua arte neclecta illa ſubtili atqꝫ exacta
minutorũ ratione aſtrologica rudi (vt aiunt) mi
nerua rudibꝰ eccleſiaſticis cõputum paſchale
tradidit quemadmodum ⁊ reges Romanorum
olim quantitatẽ anni ſolaris groſo quodã mo-
do ſuis populis tradiderunt per ſuplementum
biſſextile neclecto paruo errore quorundam mi
nutorũ hore Et qꝛ tẽpore huiꝰ Dioniſij abbatis
equinoctiũ vernale erat in vigeſimoprimo die
Martij inquo etiam fuit tranſitus feliciſſimus
ſancti patris ſui Benedicti ipſe illum diem ꝓ
fundamẽto ſui computi accepit in perpetuum
ſuppoſita etiam et inuariata collocatiõe decem
et nouem numerorum lunarium in kalendario
Romano quã Juliꝰ ceſar ſuo tempore litteris
aureis deſcripſerat vnde et aurei numeri appel
lati ſunt Unde manifeſte ſequitur ſecundũ ar-
tem ſuam ꝙ pleniluniũ paſchale nunq̃ʒ ſit acci
piendum in eccleſia ante predictum die vigeſi-
mumprimũ Martij ſed ſemper poſt ipſum aut
in ipſomet die ſancti Bñdicti quare et domini-
ca paſchalis immediate ſequẽs illud plenilu-
nium ſemper eſt ſumenda poſt illum diem 21
Martij et nunq̃ʒ in ipſo vel ante ipſum Hinc
etiam ſit ꝙ in tabula feſtorum mobilium ab eo
edita primũ paſcha ſit notatum in 22 die Mar
tij et vltimum in vigeſimo quinto die Aprilis
ſic ꝙ extra hos duos terminos citra aut vltra
nullum paſcha ſit ab eo notatum. Uerum quia
error illoꝝ minutoꝝ in vtroqꝫ fundamẽto ꝑdicte
artis dioniſiace i in eq̃noctio verno ⁊ in aureo
numero lunari ⁊ ſi in paucis ãnis ſit inſenſibi-
lis tamẽ in multis tẽpoꝝ interuallis reddit val
de ſenſibilis et magne quãtitatis nã paulatim
ex minutis accreſcũt hore/et ex horis dies Qua
re ꝑdicta duo ſuppoſita illiꝰ autoris de ꝑpetuis
.ſ. ſedibꝰ eq̃noctij verni / et cuiuſlibet aurei nu
meri in kalendario romano incerta ſunt ⁊ fal-
libilia quod et noſtri temporis experientia de-
monſtrat. nam equinoctium predictum iam ſit
in decimo fere die Martij et nouilunia omnia
iam eueniunt quaternis/aut quinis diebus an
te ſuos aureos numeros vt manifeſte docent ra
tiones aſtrologice de motibus ⁊ de aſpectibus
planetarum in tabulis/⁊ diurnalibꝰ arabice vo
catis Almanach/grece autẽ Ephemerides. Ni
mirum ergo ſi ſecundum computum Dioniſij
quo nunc vtimur paſchalis feſtiuitas non ſem
per ſiat apud chriſtianos in quinto decimo die
menſis primi vt in lege veteri precipi datur ne
qꝫ in dominica proximo ſequente vt in decretis
eccleſie fuerat ordinatum quia omne plenilu-
nium nunc accidens in decimo die Martij aut
poſt ipſum ⁊ ante diem ſancti Benedicti profe
cto paſchale eſt ſecundum tenorem dictorum ꝑ
ceptorum refragante quãuis cõputo Dioniſij ⁊
cõmuni vſu totius latine eccleſie non ergo ob-
ſeruamus illa duo precepta veteris et noue le-
gis ſed aperte et palam ab eis diſcedentes cõ-
temnimus. Et inde orta eſt hec queſtio imo et
vetus querela inter iudeos et chriſtianos quia
ipſi calũniantur nos eſſe diuine legis tranſgreſ
ſores in paſchali feſtiuitate ſuper qua etiã chri-
ſtiani aduerſus chriſtianos corrixantes ſepiſſi-
me decertarunt Hec de primo articulo in quo
theorica cognicio habita eſt de fundamentis cõ
puti paſchalis et de cauſis erroris circa ipſum
iam imminentis atqꝫ patentis

¶ Pro ſecundo articulo ſit hec prima conclu- *Prima cõcluſio.*
ſio ꝙ ſi nõ fuiſſent edita in eccleſia chriſtiana il-
la ſanctorum patrum decreta de paſchatis cele
bratione nos ex precepto veteris legis nullate
nus eſſemus obligati obſeruare equinoctium
vernum et plenilunium primum anni lunaris
ad paſcha domini celebrandum Huiꝰ cõcluſio
nis ꝓbatio apud vere catholicos eſt clariſſima
qꝛ illud Exodi preceptũ eſt pure cerimoniale ce
rimonie autem veteris legis cũ ſint iã mortue
nullam habent vim obligandi fideles poſt paſ-
ſionem chriſti dicentis conſummatum eſt Joan-
nis 19 et ſtatim velum templi ſciſum eſt Mat-
thei 27 ⁊c imo eedem cerimonie facte ſunt mor
tifere obſeruantibus eas in hoc tempore gratie
reuelate in lege euangelica conteſtãte hoc apo
ſtolo Paulo ad Gala 5 ſi circũcidimini chriſtꝰ
vobis nihil ꝓderit et de alijs cerimonijs ait ad
Coloſcẽ 3 Nemo vos iudicet in cibo/aut potu/
aut in neomenia/aut in obſeruatione ſabbatoꝝ
⁊c Ex hac cõcluſiõe ſequitur ꝙ fidelis populꝰ
dei ex libertate euangelice legis potuiſſet licite
neclectis equinoctio et plenilunio predictis ſta
tuere celebritatem paſchalem feſtũ fixum in cer
to die cuiuſlibet menſis kalendarij Romani
Unde patet reſpõſio ad calumniam iudeorum
quia chriſtiani non ſunt trãſgreſſores diuine le-
gis que in hoc caſu nulla eſt Uerum hac liber
tate euãgelica vti non fuit expediẽs ſanctis pa
tribus primitiue eccleſie circa paſchalem feſti-
uitatem ſed potius eam celebrare ſecundum ri
tum veteris legis tum ratione predicta in ꝑma
ſuppoſitione precedentis articuli de agno fi-
gurali et de chriſto figurato tum etiam ad euitã
dum ſcandalum puſillorum de genere iudeorũ
in eccleſia chriſtiana et inſuper quia tunc princi
paliores eccleſie prelati et gubernatores erant
ex iudeis .ſ. apoſtoli et eorum diſcipuli qui ali-
quãto tẽpore ritus veteris legis obſeruabãt nõ
tamẽ ꝙ ſpem ſalutis ponerent in eis aut ꝙ cre
derẽt illas cerimõias eſſe de neceſſitate obſeruã
das Sed ſuccedentibus in eccleſia alijs prela-
tis ex gẽtilibꝰ vt Pio/ Victore Silueſtro ⁊ ali-
js pluribus Ro põ ad excutiendam veteris le
gis ſeruitutem/⁊ ad comprobandam euangeli-
ce legis libertatem prohibuerunt fidelibus le-
galium ceremoniarum obſeruationem et inter
ceteras hanc de paſchali feſtiuitate cerimoniã
mutauerunt eo modo quo prediximus ad dñi-
cam ſequentem proximam .ſ. ne chriſtiani vide- *Secũda cõcluſio.*
rentur iudaizare ⁊c Secunda concluſio ꝙ neqꝫ
ex ſupradictis ſanctorum pontificum Ro decre

tis.etiã adiecta Niceni ꝯcilij autoritate ſumꝰ in
hac nr̃a etate obligati ad celebrandũ ſanctũ pa-
ſcha in dñica q̃ ꝓximo ſeqtur eqnoctiũ vernũ ⁊
nouiluniũ p mũ. Probatio huiꝰ etiã ẽ facilis q̃
ois ꝯſtitutio vel lex pure hũana p ꝯtrariã con-
ſuetudinẽ totiꝰ ppl̃i q̃ eſt lõgi tepoꝛis abrogat̃/⁊
pdit vim obligãdi ſic ꝙ ages ꝯtra illa lege non
peccat/neq incurrit penã legis hoc inductione
fit manifeſtiſſimũ nedũ i legibꝰ ciuilibꝰ verũetiã
in decretis eccl̃iaſticis q̃rũ multa iam ſunt abro
gata vt patet i canonibꝰ penitẽcialibꝰ/ in decre
tis de ieiunio quadrageſimali/de feſtiuitatibus
⁊ in alijs multis que iam nõ obſeruantur Con
ſtat autem ꝙ decreta illa de paſchali feſtiuitate
ſũt ſtatuta pure hũana/ab hoĩbuſq libere facta
poſt chriſti ⁊ ſuoꝝ aplõꝝ aſſumptione ab hac vi
ta.ergo per contrariã cõſuetudinẽ totiꝰ ppl̃i chri
ſtiani potuerũt abrogari ſic ꝙ nõ haberent vim
nos obligãdi Probauimꝰ aũt in calce ꝑmi ar
ticuli ꝙ a multis iã annis ꝯſuetudo vniuerſalis
eccl̃ie ſcðm cõputatione Dioniſij e cõtraria pdi-
ctis decretis:⁊ ꝙ celebrationẽ feſti Paſchalis ne
q i plenilunio ꝑmi mẽſis neq i dñica ꝓximo
ipſum ſeq̃nte fiat ſemp a chriſtianis ſed ſepiꝰ in
ſcðo mẽſe lunari et aliq̃ndo ãte pleniluniũ ⁊ ali
quãdo poſt ipſum multis diebus ⁊ hoc accidit
poſtq̃ error illoꝝ minutoꝝ factꝰ ẽ ſenſibilis no-
tabiliter tam in mutatione equinoctij/quã noui
lunij ſeu neomenie quod factũ eſt iã diu plus q̃
a q̃ngẽtis ãnis Ergo decreta illa citata ex volu
mine decretoꝝ de conſ di.3 iam ſunt obrogata/
⁊,nõ obligant nos ad ſui obſeruationẽ Obliga-
bãt tñ q̃ndo primũ edita ſunt/et vim habuerũt
multis ãnis ſiue ante cõputũ Dioniſij ſiue poſt
ipſum.aliter tamen ante /⁊ aliter poſt quia an-
te artem illam ſacerdotes eccleſie tenebantur
p aſtrologiã vl̃ alias ſcire calculatiões lunatio-
nũ ⁊ eq̃noctioꝝ vt Auguſ expreſſe notauit in 2
libro de doc.chriſ poſtea vero nõ erãt clerici ob-
ligati niſi ad cõputũ ſciedũ et p illũ feſta mobi-
lia eccl̃ie in q̃libet ãno nõ curando de eq̃noctio
verno aut de plenilunio ꝑmo ſed per illũ com-
putũ paulati vt diximꝰ vetũ eſt i ſenſibiliter ad
errorẽ ſenſibilẽ q̃ viſo i cõſuetudinẽ longã abro-
gata ſũt decreta paſchalia Ex hac ſcða ꝯcluſiõe
apparet q̃ friuola ⁊ idocta ſit corrixatio illa q̃-
rũdã chriſtianoꝝ cõtra alios dicentiũ ꝙ vniuer-
ſalis eccl̃a errat piculoſe in paſchali celebritate.

Tertia cõ cluſio.

¶ Tertia concluſio ꝙ eſt valde conueniens et
neceſſarium in eccleſia latina dari aliquem mo
dum cõmunem omnibus eccleſiaſticis quo faci
liter et ſine errore poſſit ſcti paſchalis feſtiuitas
haberi in quolibet anno Hec concluſio ex ter-
minis eſt manifeſta quia ſine modo cõmuniter
ab omnibus obſeruato circa ſolẽnitatem paſ-
chalem eſſet magnum ſciſma in eccleſia dei qð
tamẽ apoſtolus ꝓhibẽs.1 Cor 3 air id ipſum di
catis oẽs et nõ ſint in vobis ſciſmata maxime
vbi cõmemorat̃ beneficiũ nr̃e redẽptionis quod
fuit cõmune omnibꝰ fidelibus.ergo ſimul ⁊ cõ
muniter eſt ab omnibus cõmemorandum:quã
re oẽs fideles in tota eccleſia latina ſimul debẽt
ſanctũ dñi paſcha celebrare qð nõ fieret niſi da-
to aliquo certo ⁊ determinato modo cõmuni et
ab oĩbus obſeruato.opoꝛtet igitur vt circa mo-
dum illum noſtram proferamus ſententiam
¶ Pro tertio articulo occurrũt mihi ꝓ nũc tres
modi valde faciles ⁊ plani.quoꝝ q̃libet a fideli
bꝰ cõmunit̃ obſeruatꝰ ſine errore ſẽſibili paſcha
dñi ⁊ alia feſta mobilia in ꝑpetuũ demõſtrabit
Primum modũ ego nuper excogitaui neq le-
gi ipm apð aliquem coꝝ qui ante me hac de re
ſcripſerunt fundaturq in duabꝰ ꝑmis cõcluſiõi
bus articuli ꝑcedẽtis et ſupponit verã eſſe diui

Primus modꝰ cor rectiõis.

Augu.ſententiã in li de ci dei dicẽtis ꝙ chr̃us paſ
ſus fuerit octauo kalẽdas Aprilis hoc eſt in 25.
die Martij in quo etiã prius fuerat incarnatꝰ/et
in vtero uirginis matris cõceptꝰ Si enĩ nõ obli
gãt nos ꝑcepta legis veteris/aut antiq̃ decreta
eccl̃ie ad obſeruandũ equinoctiũ vernũ/⁊ pleni-
luniũ primũ cõueniẽs videret̃ ꝙ illis neglectis
hiſtoriã ſequẽtes circa 27 diẽ Martij(in quo di
uus Auguſ.opinat̃ fuiſſe chriſti reſurrectionem)
hoc eſt 6 kal̃s Aprilis paſcha dñi celebraremꝰ
in quolibet ãno.itaq illo die ſi eſſet dñicꝰ vl̃ ſal-
te in dñica illi ꝓximiori ante vel poſt eſſet paſ-
chalis feſtiuitas toti eccleſie latine ſemper ⁊ in
quolibet anno Hũc etenim modum ipſa eadẽ
eccleſia obſeruat pro inueniendo principio ad-
uẽtus dñi in vnoquoq ãno.q: in die ſancti An
dree apl̃i ſi fuerit dñicus vl̃ in dñica ei ꝓximio
ri ante/vl̃ poſt ſtatuit ꝑncipiũ aduẽtus Nõ n po
teſt paſcha noſtrũ(q̃ chriſti reſurrectionẽ cõme-
moramꝰ)eſſe feſtum fixũ in kalendario Roma-
nenſi .ſicut feſtum Natalis domini in vigeſimo
quinto die Decembris figitur quecunq feria ſe-
ptimane illa dies fuerit quia ſcimus chriſtum
in die dominico a mortuis ſurrexiſſe et ad illã
reſurrectionem commemorandam omnes dies
dominicos totius anni celebramus feſtiuos
oportet ergo ꝙ ſctum paſcha dñice reſurrectio-
nis ſemp in die dñico celebret̃ in eccl̃ia catholi-
ca de quo ⁊ ipſa in officio reſurectionis dñice ſo
leniter cantat illũ ps 117 verſiculũ.Hec dies q̃
fecit dñs ⁊c.i.dies dñi vel dñicus hec ergo ratio
ne nõ poteſt paſcha eſſe feſtũ fixũ i.habes certũ
die in kaledario quare opoꝛtet ꝙ ſit feſtũ mobi
le ad varios dies mẽſiũ. nulla vero poteſt dari
minor varietas huius feſti quã ſit hec quã pro-
ponit iſte ꝑmꝰ modꝰ meꝰ q: ad ſummũ extẽdit̃
ad ſex dies ꝑciſe i tres ante ⁊ totidẽ poſt 27 diẽ
Martij hoc eſt a 24.vſq ad 30 diẽ Martij eſſet
tota poſſibilis variatio paſchalis feſtiuitatis ne
q vltra vl̃ citra hos terminos ipſa ꝓgredi poſ-
ſet Iſte inquã modꝰ videt̃ mihi facilimꝰ ⁊ per-
uiꝰ oĩbꝰ eccl̃iaſticis quãtuncũq rudibꝰ ⁊ illitera
tis q̃ etiã nõ pmittit ſctuz paſcha egredi mẽſem
Martiũ Et hoc quidẽ videt̃ eſſe multũ cõueni-
ens ꝓpter ꝑcedẽs q̃drageſimale ieiuniũ qð me
liꝰ fieret in tpe frigido aut tẽperato.i.in februa-

nis ī Martio⁹ quã in mēse Aprili valde calidos in hac nr̃a tēpestate.s. ꝓpter anticipatione equinoctij vernalis q̄ iā totū fere Martiū veri attribuit/e satis calidū facit. At qꝛ his rationib⁹ forte no ꝑsuaderent pleriq; doctores catholici q̄b⁹ antiq̄ illa statuta vident̄ cōtinere magni cuiusdā mysterij maiestate/atq; subide nō facilit̄ esse cōteneda aut reijcieda dabim⁹ alios duos modos ī q̄b⁹ reiecto cerimoniali Exodi mādato obseruetur ad vnguē sctorum patrū decreta circa paschale solēnitate q̄uis vt diximꝰ ꝑ cōtrariā cōsuetudinē totius ecclesie latine sint iā abrogata

Secūdus mod⁹ correctionis ¶ Est igitur alter mod⁹ quē innuit egregi⁹ ille astronom⁹ Joānes de mōte regio in suo opusculo de kalēdario capite vltimo ꝙ inueniat̄ vers dies eqnoctij vnalis ꝑ astrologicā rationem et deide obseruet̄ ꝓximo seques plenilunitū/ siue luminariū opposito etiā ꝑ cōputatiōes astrologicas ꝛ tūc in die dn̄ico immediate post plenilu niū sanctū pascha ē celebrādū iuxta decreta patrū Et qꝛ paucissimi clericoꝝ has cōputationes calleret fecit ipse ꝓ suo tēpore quādā facilē tabulā ꝓ multis annis posito equinoctio vno in 11 die Martij ꝛ notatis oīb⁹ plenilunijs post dictū eq̄noctiū ꝓximo sequentibus declarauit dn̄icos dies paschal' celebrandos ī singulis annis q̄b⁹ iuxta patrū decreta sanctū dn̄i pascha esset celebrādū. q̄uis cōputo Dionisij ꝛ ꝯmuni vsu ecclie discrepāte. aliq̄ndo quide ī vna hebdo aliq̄ndo vo in q̄tuor hebdo et mēse integro/ et eo amplius nōnunq̄. Ego vo vides clarissime ꝙ nr̃o euo post annos christi dn̄i 1500 iam equinoctium fit in die 10 mensis Martij ponā hic aliā tabulam secundum illum modum que vsq; ad annos christi 1604 ꝓtendet̄ ostendēs in q̄libet anno verū diē paschatis iuxta patrum decreta.

¶ In hoc annorum centenario equinoctiū ponitur in decimo die Martij fere. deinde mutabitur ad diem nonum et sic consequenter anticipando

| Numerus annorum | Dies paschales | Numerus annorum | Dies paschales | Numerus annorum | Dies paschales. |
|---|---|---|---|---|---|
| 1500 | 22 Martij | 1535 | 21 Martij | 1570 | 26 Martij |
| 1501 | 4 Aprilis | 1536 | 9 Aprilis | 1571 | 18 Martij |
| 1502 | 27 Martij | 1537 | 1 Aprilis | 1572 | 30 Martij |
| 1503 | 19 Martij | 1538 | 17 Martij | 1574 | 22 Martij |
| 1504 | 31 Martij | 1539 | 6 Aprilis | 1574 | 11 Aprilis |
| 1505 | 23 Martij | 1540 | 28 Martij | 1575 | 27 Martij |
| 1506 | 12 Aprilis | 1541 | 13 Martij | 1576 | 18 Martij |
| 1507 | 4 Aprilis | 1542 | 2 Aprilis | 1577 | 7 Aprilis |
| 1508 | 19 Martij | 1543 | 25 Martij | 1578 | 30 Martij |
| 1509 | 8 Aprilis | 1544 | 13 Aprilis | 1579 | 15 Martij |
| 1510 | 31 Martij | 1545 | 29 Martij | 1580 | 3 Aprilis |
| 1511 | 16 Martij | 1546 | 21 Martij | 1581 | 26 Martij |
| 1512 | 4 Aprilis | 1547 | 10 Aprilis | 1582 | 8 Aprilis |
| 1513 | 27 Martis | 1548 | 25 Martij | 1583 | 31 Martij |
| 1514 | 12 Martis | 1549 | 17 Martij | 1584 | 22 Martij |
| 1515 | 1 Aprilis | 1550 | 6 Aprilis | 1585 | 4 Aprilis |
| 1516 | 23 Martij | 1551 | 22 Martij | 1586 | 27 Martij |
| 1517 | 12 Aprilis | 1552 | 10 Aprilis | 1587 | 19 Martij |
| 1518 | 28 Martis | 1553 | 2 Aprilis | 1588 | 7 Aprilis |
| 1519 | 20 Martij | 1554 | 25 Martij | 1589 | 23 Martij |
| 1520 | 8 Aprilis | 1555 | 7 Aprilis | 1590 | 15 Martij |
| 1521 | 24 Martij | 1556 | 29 Martij | 1591 | 4 Aprilis |
| 1522 | 16 Martis | 1557 | 21 Martij | 1592 | 19 Martij |
| 1523 | 5 Aprilis | 1558 | 3 Aprilis | 1593 | 8 Aprilis |
| 1524 | 20 Martij | 1559 | 26 Martij | 1594 | 31 Martij |
| 1525 | 9 Aprilis | 1560 | 17 Martij | 1595 | 16 Martij |
| 1526 | 1 Aprilis | 1561 | 6 Aprilis | 1596 | 4 Aprilis |
| 1527 | 24 Martij | 1562 | 22 Martij | 1597 | 27 Martij |
| 1528 | 5 Aprilis | 1563 | 11 Aprilis | 1598 | 19 Martij |
| 1529 | 28 Martij | 1564 | 2 Aprilis | 1599 | 1 Aprilis |
| 1530 | 20 Martij | 1565 | 18 Martis | 1600 | 23 Martij |
| 1531 | 2 Aprilis | 1566 | 7 Aprilis | 1601 | 12 Aprilis |
| 1532 | 24 Martij | 1567 | 30 Martij | 1602 | 4 Aprilis |
| 1533 | 13 Aprilis | 1568 | 14 Martij | 1603 | 20 Martij |
| 1534 | 5 Aprilis | 1569 | 3 Aprilis | 1604 | 8 Aprilis |

¶ Hec igitur tabula modum ſecundum regiomontis explicans omnia plenilunia que proximo ſequuntur poſt decimum diem Martij (quod eſt equinoctium vernum) reputat Paſchalia itaq; in dominica proximo ſequente celebretur feſtiuitas Paſchalis Et conſimiliter poſt annum chriſti 1600 poſito equinoctio in nono die Martij poſſet fieri alia ſimilis tabula vſq; ad annum 1708 ⁊ ſic conſequenter iuxta tenorem antiquorum decretorum eccleſie ſine errore ſenſibili Poſſentq; hmōi tabule per impreſſoriam artem faciliter mitti ad omnes eccleſias ſeu prouincias latinorum quatenus per eas omnes eccleſie fidelium concordarent in celebratione Paſchalis feſtiuitatis in quolibet anno Verum quia iſte modus neglectis ciclis lunari et ſolari ideſt aurei numeri/⁊ littere dominicalis non dat artem perpetuam et peruiam omnibus eccleſiaſticis multis non placet ſed contedunt potius eſſe ſtandum in arte Dioniſij ſupra memorata que eſt perpetua/ et omnibus eccleſiaſticis notiſſima dum modo cauſis erroris ex ea ſublatis obuiaretur/⁊ ars illa ſapienter corrigeretur Et item quia modus ſcundus p̄dict⁹ ſeq̄ns variationē eq̄noctij i quibaſlibet centū fere annis p diē vnū poſſet nos ducere ad multa ⁊ magna incōuenientia poſt lōgū tempus Cū n eq̄noctiū vernū continue antecedat in nr̄o kalēdario ī retrocedat verſus principiū Martij poſſibile eſt ipſum mutari a Martio in Februariū ⁊ ab illo iterū ī Januariū poſt multos annoꝝ cētenarios q̄re ſi nos ꝑ paſchalis ſ̄n celebratiōe cōtinue inſeq̄mur equinoctiū retrocedendo oporteret aliq̄n fieri paſchale feſtiuitatē ante Epyphaniā dn̄i ⁊ ꝯſequēs ſeptuageſimā/⁊ quadrageſimā ante die Natalis chriſti ⁊ alia multa hmōi ſequerent̄ q̄ doctiſſimus quiſq; facile eliceret ex p̄dictis Inſup niſi ꝓuideatur cito p̄dicte retroceſſioi equinoctij fieret aliquādo q̄ Martius nō ſit pncipum veris ſed Februarius/aut Januarius ⁊c̄ Quare ⁊ mēſiū Romanoꝝ ille tam decantate ꝓprietates ab autoribus latinis oēs mutarentur ⁊ Vergiliane regule de ſeminum ꝓiectione/⁊ de arboꝝ plantatione/ atq; alijs actibus agriculture/et paſtoralis cure incertis mēſibus anni Romani oēs perirent et nulle fierēt Alij ergo antiquitatū amatores putāt hos duos modos p̄dictos quia ſunt inutiles nouitates penitus reijciendos ⁊ nullo mō acceptandos ſed tollerandum eſſe computum Dioniſij qui ſua millenaria iam antiquitate robur autoritatis ſibi vendicauit omne etiam conſuetum notius vt Ariſtoteles dicit ⁊ incōſueta ſemper minus vera apparēt Difficile quoq; credit beatus Hieronymus ſenis mutare linguam et ſimiliter inueteratum mundum ad ſubtilitates retorquere neotericorum quare ſubdit non eſſe bonum mutare ea que vſitata ſunt in eccleſia niſi quatenus errorem intollerabilem continēt nam eo correcto reliqua omnia que cōſuetudo antiquiſſima probauit remanere intacta vt fuerant patiamur ¶ Eſt ergo tertius aliorū modus q̄ ad bene obſeruāda antiqua illa decreta ſanctorum patrum de celebratione paſchali corrigatur ars Dioniſij abbatis qua vtitur eccleſia. cautelis duabus contra ſup adictos duos errores ſ de perpetuis ſedibus equinoctij/et aurei numeri in kalendario noſtro nam illis duobus correctis ars illa inperpetuum erit conformis ⁊ nunq̄ difformis decretis eccleſie precipientibus: q̄ dominica prima poſt primum plenilunium totius anni ſanctum paſcha celebretur in eccleſia chriſtiana et intelligitur primū plenilunium eſſe quod accidit in ipſo die equinoctij/ vl̄ quod primū euenerit poſt equinoctium vernale Tabula vero paſchalis et aliorum feſtorum mobilium apud artem Dioniſij tota diſponitur per aureos numeros 19 et per ſeptem litteras dominicales ſepius replicatas ſcilicet quinques ſic q̄ fiant due linee deſcendentes a ſuperiori parte pagine ad inferiorem In prima linea verſus ſiniſtram ponantur omnes aurei numeri. non quidem in ordine naturali numerorum/neq; continue ſibi ſuccedentes ſed incipiēdo a 16 hac lege procedatur q̄ ſi numerus excedit vndecim remoto inde vndenario reſiduum ponatur immediate ſub alio numero vt ſub 16 ponitur 5 et ſi numerus ille non exceſſerit vndecim addantur ei octo et collectum ex eis ſcribat̄ ſub alio numero non immediate/ ſed in tertio loco ab eo vt ſub 5 in tertio loco ponitur 13 et ſic cōſequenter quouſq; omnes 19 aurei numeri ſcripti fuerint in vna linea deſcendente quod fiet quando peruentum fuerit ad numerum 8 et ibi eſt finis prime linee In alia linea iuxta illā verſus dexteram deſcendente ſcribātur ſeptem littere domicales quinques repetite ſic tamen q̄ incipiatur altera. d poſita in vigeſimoſecūdo die Martij et illa in tabula non debet poni in primo loco ſed in ſecundo loco ſub aureo numero 16 et procedatur continue i nullo loco dimiſſo vacuo (quod fiebat i aureis numeris) hoc modo d e f g a b c et iterum. d. e. f g a b c ⁊ hoc quinques itaq; linea iſta habeat ſcd̄a 35 loca continua. Juxta iſtam ſcd̄am lineam etiā ad dexterā fiat vna tertia linea de dieb⁹ paſchalibus hoc mō iuxta primā litteram dominicalē d ſcribatur 22 dies Martij deinde 23 et ſic conſequēter deſcendendo per numeros dierum menſis Martij iuxta ſingulas litteras ſecunde linee et finito Martio continue ponantur dies menſis Aprilis 1 2 3 et ſic deinceps cōtinue vſq; ad vigeſimumquintum diem Aprilis qui numerus ſcribendus eſt iuxta vltimam litteram ſecunde linee que eſt c Ex hoc itaq; artificio tabule hac lege inuenit̄ dies paſchalis feſtiuitatis accepto aureo numero cuiſlibet anni i p̄ma linea tabule deinde in ſcd̄a linea q̄rat̄ ſub aureo numero lr̄a dn̄icalis eiuſdē ānī nō ſupra ipſū/ neq; i directo ei⁹/ſed poſt ipſum ꝓxima ſeq̄ns. ⁊ iſti iuxta

lrãm dñicalē in ſtia linea apparebit dies Mar-
tij/vł Aprilis in quo paſcha dñi eſt celebrãdū
nã aureꝰ ille numerꝰ in tabula iſta plenilunū
denotat ſub quo lr̃a dñicał refert dñicã ꝓximo
ſeq̄nte ⁊ tertia linea exhibet numerū diei menſis
in quo fieri habet paſchał feſtiuitas ſcđm vſum
eccl̃ie/⁊ artem Dioniſij At quia i pmo articu-
lo diximus ꝙ qꝛ iſta tabula preſupponit equi-
noctium fixum in vigeſimoprimo die Martij
qđ tñ modo agiť in die x eiuſdē menſis ideo ſepiꝰ
dies paſchalis ꝑ hãc tabulã inuētus nō ē ille de
q̃ decreta antiq̄ ſanctoꝝ patrū loquūtur ſ q̃lēs
plenilunū acciderit a x.vſq₃ ad die xxi Martij.
q̄re opꝰ eſt correctiōe ⁊ huiꝰ artis/⁊ huiꝰ tabule
correctiōe īquã tali q̃ ipa poſſit ꝑpetuari ſine er
rore ſenſibili Stat ergo correctio in hac bimēbri
diuiſione vł ꝙ equinoctiū vernū reducať ad 21
die Martij/ ⁊ ꝙ maneret tabula p̄dicta ſicut edi
ta eſt a ſuo autore vł (ſi meliꝰ videreť) ꝙ poſito
eq̄noctio in x die Martij ſtia linea huiꝰ tabule
inciperet nō a 22 ſed ab 11 die Martij q̃rū vtrūq₃
cautelis q̄buſdã adhibitis facile fieret vt ſtati di
cemꝰ Et qꝛ etiã ars Dioniſij p̄ſupponit aureos
ſiue lunares numeros fixos i diebꝰ illis mēſiū
in q̄bꝰ nūc ſcripti ſunt.cū tñ lunatiōes ſingule iã
fiãt q̄ternis fere/ ⁊ aliq̃n q̄nis diebꝰ ãte illos au
reos numeros correctio cōueniēs erit ſi oēs au-
rei numeri q̄ternis ſaltē diebꝰ anticiparentur in
nr̃o kalēdario ſed tūc tabella paſchalis p̄dicta
inciperet nō a 16 ſed a 14 aureo nūero Ergo iſte
tertiꝰ modꝰ q̄ nititur corrigere cōputū ⁊ tabulã
Dioniſij tribꝰ regulis ſeu cautelis id efficere do
cet Prima ē ꝙ cum eq̄noctiū vernū a tēpore ab
Prima regula batis Dioniſij vſq₃ ad nos ꝑ mille fere annos
11 diebꝰ anticipatū ſit in kalēdario Ro hoc ē a
21 vſq₃ ad 10 diem Martij ſi iſti 11 dies a Ro-
mana computatione tollerētur ſtatim p̄dictum
equinoctium fieret in 21 die Martij nr̃o tēpore
ſicut fiebat in tempore Dioniſij et ſic tota ſua
ars ſine errore ꝑ tabulã ſuprapoſitam oſtēderet
verū die paſchale ſcđm decreta antiq̄ eccl̃ie ta-
xatū ſi in variatio lunationū nō impediret de q̃
in ſtia regula dicemꝰ Quo aūt mō iſti 11 dies re
moueri poſſint a Ro cōputiōe in ſuo kalēdario
facile fieret repente ⁊ in vno anno ſi a 17 die
Februarij ad pmum diem Martij ſaltus fieret
itaq₃ imediate poſt decimūſeptimū die Februa-
rij computareť p̄mus dies Martij reiectis reſi
duis 11 diebꝰ Februarij vł ſi malueris iſte ſaltꝰ
poſſet fieri a 10 die Martij immediate ad 21
diē eiuſdē menſis Poſſet etiã hoc idē magis lete
fieri i pluribꝰ annis.ſ dimittēdo 11 dies biſſexti
les ſic ꝙ in 44 annis eccl̃ia nullū faceret an-
nū biſſextile ſed oēs illi eſſent ãni cōes 365 die
rū p̄ciſe nã ꝓculdubio in fine illiꝰ tēporis equi-
noctiū vernū fieret in 21 die Martij ⁊c̄ Sed qꝛ
hoc remediū q̄buſdã videreť valde poderoſū/ et
iſolitū/atq₃ a ſeclis inauditū dabimꝰ aliū modū q̄
Secunda regula melior ac ſuauior apparebit ¶ Sit ergo ſcđa re
gula/vł cautela. ꝙ ex q̄ iã eq̄noctiū hēmꝰ in 10
die Martij p̄dicta tabula paſchał corrigereť cō-
ſone ad hoc eq̄noctiū.ſic ꝙ eiꝰ ſcđa ſeries inciperet
a lr̃a g ⁊ ſtia linea ab 11 die Martij ⁊ cōſeq̄nter
numerãdo ꝓcederet ꝑ 35 dies ſ finito Martio
intrando ꝑ Aprile vſq₃ ad 14 diē eiꝰ p̄ciſe tunc
.n ꝑ illã tabulã ſine errore inueniret verus dies
paſchatis accipiendo ſ lr̃am dñicalē poſt aureū
nūerū cuiuſlibet ãni ſi tñ nō cauſaret aliquãtulū
error ip̄dicta lunationū varietas ⁊ ꝑmutatio de
q̃ in tertia regula mētio fiet Ante tñ q̄₃ ad eã ve
niamꝰ ꝓ declaratiōe duarū p̄cedentiū eſt notã-
dū ꝙ nō ſolū experiētia elapſi tēporis poſt ab-
batē Dioniſiū ſed etiã ratiōe aſtrologica cōper-
tū habemꝰ ꝙ ſupplemētū biſextile qđ in quarto
q̄q₃ ãno ponimꝰ in Februario ex inſtitutiōe Ro
manoꝝ eſt aliquãtulū exceſſiuū adeo vt q̃ttuor
anni Romani ſint maiores q̃ttuor reuolutioni
bꝰ/ſeu ãnis ſolaribꝰ fere in tribꝰ q̄rtis vniꝰ hore.
hoc eſt 43 minutis cū dimidio hec igiť eſt cau-
ſa ꝙ eq̄noctiū ꝯtinue anticipať i kalēdario Ro
adeo ꝙ in q̄buſlibet 132 ãnis fere ꝑ vnū die an-
ticipeť.quare facta correctiōe cōputi Dioniſij ſe-
cūdū duas regulas p̄miſſas opꝰ erit ad ꝑpetuã
dam artē ſuã ſine errore ſenſibili ꝙ in q̄buſlibet
132. ãnis omittať vnꝰ biſſextꝰ vt ſuperiꝰ diximꝰ:
qm̄ in tãto tēpore eq̄noctiū erit anticipatū ꝑ vnū
die ⁊ ꝑ dimiſſionē vniꝰ biſſexti reſtitueť ad ſuã ſe
dē ⁊ hoc remedio adhibito correctio p̄dicta pſe-
uerabit ꝑ multa annoꝝ milia ſine errore ſenſibi
li ¶ Sed qꝛ p̄dictaꝝ duaꝝ regulaꝝ correctiōes Tertia regula.
etiã cum notabili ꝑdicto nō oīno carerēt errore
Additur tertia regula vł cautela pro aureis nu
meris ꝙ cū lunatiōes ſingule nō p̄ciſe redeant
poſt 19 ãnos ſolares ſed ſit aliquãtulus exceſ-
ſus in aureo numero adeo vt in q̃ttuor fere ci-
clis decē nouenalibꝰ anticipētur ſenis fere ho-
ris cōueniēs remediū videť ad ꝑpetuãdã hanc
cōputationē lunationū ꝑ aureos numeros ſine
errore ſenſibili ꝙ facta nūc anticipatiōe oīm illo
rū 19 numeroꝝ ꝑ q̃ttuor dies in kalēdario nr̃o
poſtea i q̄buſlibet 304 fere ãnis iterū anticipē
tur ꝑ vnū diē i eođe kalēdario. nã hoc remedio
appoſito oēs aurei numeri in kalēdario poſiti
oſtēdet veros dies cōiunctionū/ſeu nouilunioꝝ
⁊ idē numeri in tabula paſchali oſtēderet veros
dies oppoſitionū/ſeu plenilunioꝝ ⁊ hoc ad mul
ta annoꝝ milia ſine errore ꝑceptibili Sine hoc
inq₃ remedio due p̄ores regule nō carerēt peni-
tus errore nã ſi plenilunū accideret valde ꝓpe
equinoctiū vernū error ſituatiōis aurei numeri
poſſet cauſare ꝙ plenilunū precedēs eq̄noctiū
(qđq₃ neq₃ eſt paſchale) videreť eſſe ſeq̄ns eq̄no
ctiū ⁊ paſchale vel ecōtra vnde fieret ꝙ celebri-
tas feſti paſchalis ageret fere ꝑ mēſem ante vel
poſt die ſuū i in decretis eccl̃ie mãdatū q̄ error
eſſet valde notabilis ⁊ turpiſſimꝰ eccl̃ie chriſtia-
ne ergo ad euitãdū ipſum neceſſaria ē correctio
aurei numeri ꝑ hãc tertiã regulã oſtenſa ſimul
tñ cū correctiōe eq̄noctij q̄ declarata eſt in alijs
duabꝰ priorib⁹ Et ad euitãdū labore cōputatio
num in vtraq₃ dictarū correctionum adieci ſe-
quentes tabellas cum ſuis titulis.

¶ Hec igitur tabula modum ſecundum regij
montis explicans omnia plenilunia que pro-
ximo ſequuntur poſt decimum diem Martij
(quod eſt equinoctium vernum) reputat Pa-
ſchalia itaq́ in dominica proxima ſequente ce-
lebretur feſtiuitas Paſchalis Et conſimiliter
poſt annum chriſti 1500 poſito equinoctio in
nono die Martij poſſet fieri alia ſimilis tabu-
la vſq́ ad annum 1708 ⁊ ſic conſequenter iux-
ta tenorem antiquorum decretorum eccleſie ſi-
ne errore ſenſibili Poſſentq́ huiuſmodi tabule per
impreſſoriam artem faciliter mitti ad omnes
eccleſias ſeu prouincias latinorum quatenus
per eas omnes eccleſie fidelium concordarent
in celebratione Paſchalis feſtiuitatis in quoli-
bet anno Uerum quia iſte modus neglectis
ciclis lunari et ſolari ideſt aurei numeri/⁊ litte-
re dominicalis non dat artem perpetuam et
peruiam omnibus eccleſiaſticis multis non
placet ſed contendunt potius eſſe ſtandum in
arte Dionisij ſupra memorata que eſt perpetua/
et omnibus eccleſiaſticis notiſſima dum mo-
do cauſis erroris ex ea ſublatis obuiaretur/⁊ ars
illa ſapienter corrigeretur Et item quia modus
ſecundus predictus ſequens variationē equinoctij in qui-
buſlibet centū fere annis per diē vnū poſſet nos
ducere ad multa ⁊ magna incōuenientia poſt lō-
gū tempus Cū enim equinoctiū vernū continue an
ticipet in nr̄o kalēdario ⁊ retrocedat verſus prin-
cipiū Martij poſſibile eſt ipſum mutari a Mar
tio in Februariū ⁊ ab illo iterū in Ianuariū poſt
multos annoꝝ cētenarios quare ſi nos pro paſcha-
lis nr̄i celebratiōe cōtinue inſeq̄mur equinoctiū
retrocedendo oporteret aliquā fieri paſchale feſti
uitatē ante Epyphaniā dn̄i ⁊ pcōſequēs ſeptua
geſimā/⁊ quadrageſimā ante die Natalis chri-
ſti ⁊ alia multa huiuſmodi ſequerent̄ q̄ doctiſſimus
quiſq́ facile eliceret ex predictis Inſuper niſi proui-
deatur cito predicte retroceſſioni equinoctij fiet ali
quādo q̄ Martius nō ſit principium veris ſed Fe
bruarius/aut Ianuarius ⁊c̄ Quare ⁊ mēſiū Ro
manoꝝ ille tam decantate proprietates ab autori
bus latinis oēs mutarentur ⁊ Uergiliane regule
de ſeminum proiectione/⁊ de arboꝝ plantatione/
atq́ alijs actibus agriculture/et paſtoralis cure
incertis mēſibus anni Romani oēs perirent et
nulle fierēt. Alij ergo antiquitatū amatores pu
tāt hos duos modos predictos quia ſunt inutiles
nouitates penitus reijciendos ⁊ nullo modo acce
ptandos ſed tollerandum eſſe computum Dio
niſij qui ſua millenaria iam antiquitate robur
autoritatis ſibi vendicauit omne etiam conſue-
tum notius vt Ariſtoteles dicit ⁊ incōſueta ſem
per minus vera apparēt Difficile quoq́ credit
beatus Hieronymus ſenis mutare linguam et
ſimiliter inueteratum mundum ad ſubtilitates
retorquere neotericorum quare ſubdit non eſſe
bonum mutare ea que vſitata ſunt in eccleſia
niſi quatenus errorem intollerabilem continēt
nam eo correcto reliqua omnia que cōſuetudo
antiquiſſima probauit remanere intacta vt fue-
rant patiamur ¶ Eſt ergo tertius alioꝝ modus *Tertius modus.*
q̄ ad bene obſeruāda antiqua illa decreta ſan-
ctorum patrum de celebratione paſchali corri-
gatur ars Dioniſij abbatis qua vtitur eccleſia.
cautelis duabus contra ſupra dictos duos erro
res ſ. de perpetuis ſedibus equinoctij/et aurei
numeri in kalendario noſtro nam illis duobus
correctis ars illa inperpetuum erit conformis ⁊
nunq̄ difformis decretis eccleſie precipientibus:
q̄ dominica prima poſt primum plenilunium
totius anni ſanctum paſcha celebretur in eccle-
ſia chriſtiana et intelligitur primū plenilunium
eſſe quod accidit in ipſo die equinoctij/ vel quod
primū euenerit poſt equinoctium vernale Ta-
bula vero paſchatis et aliorum feſtorum mobi
lium apud artem Dioniſij tota diſponitur per
aureos numeros 19 et per ſeptem litteras do-
minicales ſepius replicatas ſcilicet quinquies
ſic q̄ fiant due linee deſcendentes a ſuperiori
parte pagine ad inferiorem In prima linea ver
ſus ſiniſtram ponantur omnes aurei numeri
non quidem in ordine naturali numerorum/ne
q́ continue ſibi ſuccedentes ſed incipiēdo a 16.
hac lege procedatur q̄ ſi numerus excedit vn-
decim remoto inde vndenario reſiduum pona-
tur immediate ſub alio numero vt ſub 16 poni-
tur 5 et ſi numerus ille non exceſſerit vndecim
addantur ei octo et collectum ex eis ſcribat̄ ſub
alio numero non immediate/ ſed in tertio loco
ab eo vt ſub 5 in tertio loco ponitur 13 et ſic cō-
ſequenter quouſq́ omnes 19 aurei numeri ſcri-
pti fuerint in vna linea deſcendente quod fiet
quando peruentum fuerit ad numerum 8 et
ibi eſt finis prime linee In alia linea iuxta illā
verſus dexteram deſcendente ſcribātur ſeptem
littere dominicales quinquies repetite ſic tamen
q̄ incipiatur a littera d poſita in vigeſimoſecūdo
die Martij et illa in tabula non debet poni in
primo loco ſed in ſecundo loco ſub aureo nu-
mero 16 et procedatur continue in nullo loco di
miſſo vacuo (quod fiebat in aureis numeris) hoc
modo d e f g a b c et iterum d e f g a b c ⁊ hoc
quinquies itaq́ linea iſta habeat ſc̄da 35 loca
continua. Iuxta iſtam ſc̄dam lineam etiā ad de
xterā fiat vna tertia linea de dieb⁹ paſchalibus
hoc modo iuxta primā litteram dominicalē d ſcri
batur 22 dies Martij deinde 23 et ſic conſequē
ter deſcendendo per numeros dierum menſis
Martij iuxta ſingulas litteras ſecunde linee et
finito Martio continue ponantur dies menſis
Aprilis 1 2 3 et ſic deinceps cōtinue vſq́ ad vi-
geſimumquintum diem Aprilis qui numerus
ſcribendus eſt iuxta vltimam litteram ſecunde
linee que eſt c Ex hoc itaq́ artificio tabule hac
lege inuenit̄ dies paſchalis feſtiuitatis accepto
aureo numero cuiuſlibet anni in prima linea tabu-
le deinde in ſc̄da linea q̄rat̄ ſub aureo numero
lr̄a dn̄icalis eiuſdē āni nō ſupra ipſū/ neq́ in dire
cto ei⁹/ſed poſt ipſum proxima ſeq̄ns ⁊ illa iuxta

lr̃am dñicalē in t̃cia linea apparebit dies Mar-
tij/vł Aprilis in quo paſcha dñi eſt celebrādū
nā aureꝰ ille numerꝰ in tabula iſta plenilunium
denotat ſub quo lr̃a dñical refert dnicā ꝓximo
ſeq̄nte ⁊ tertia linea exhibet numerū diei menſis
in quo fieri habet paſchal̃ feſtiuitas ſcd̄m vſum
eccl̃ie/ ⁊ artem Dioniſij At quia i primo articu-
lo diximus ꝙ q̃ iſta tabula preſupponit equi-
noctium fixum in vigeſimoprimo die Martij
qđ tn̄ modo agit̃ in die x eiuſdē menſis ideo ſepiꝰ
dies paſchalis p hac tabulā inuētus nō ē ille de
q̄ decreta antiq̄ ſanctoꝝ patrū loquūtur ſ. q̄ties
plenilunium acciderit a x. vſq; ad diē xxi Martij
q̄re opꝰ eſt correctiōe ⁊ huiꝰ artis/ ⁊ huiꝰ tabule
correctiōe iquā tali q̄ ipa poſſit ꝑpetuari ſine er
rore ſenſibili Stat ergo correctio in hac bimēbri
diuiſione vł ꝙ equinoctiū vernū reducat̃ ad 21
die Martij/ ⁊ ꝙ maneret tabula p̄dicta ſicut edi
ta eſt a ſuo autore vł (ſi meliꝰ videret̃) ꝙ poſito
eq̄noctio in x die Martij t̃tia linea huiꝰ tabule
inciperet nō a 22 ſed ab 11 die Martij q̄uā vtrūq;
cautelis q̄buſdā adhibitis facile fieret vt ſtati di
cemꝰ Et q̃ etiā ars Dioniſij p̄ſupponit aureos
ſiue lunares numeros fixos i diebꝰ illis menſiū
in q̄bꝰ nūc ſcripti ſunt cū tn̄ lunatiōes ſingule iā
fiāt q̄ternis fere/ ⁊ aliq̄n q̄nis diebꝰ āte illos au
reos numeros correctio cōueniēs erit ſi oēs au-
rei numeri q̄ternis ſaltē diebꝰ anticiparentur in
nr̃o kalēdario ſed tūc tabella paſchalis p̄dicta
inciperet nō a 16 ſed a 14 aureo nūero Ergo iſte
tertiꝰ modꝰ q̄ nititur corrigere cōputū ⁊ tabulā
Dioniſij tribꝰ regulis ſeu cautelis id efficere do
cet Prima ē ꝙ cum eq̄noctiū vernū a tēpore ab
Prima regula. batis Dioniſij vſq; ad nos ꝑ mille fere annos
11 diebꝰ anticipatū ſit in kalēdario Ro hoc ē a
21 vſq; ad 10 diem Martij ſi iſti 11. dies a Ro-
mana computatione tollerētur ſtatim p̄dictum
equinoctium fieret in 21 die Martij nr̃o tēpore
ſicut fiebat in tempore Dioniſij et ſic tota ſua
ars ſine errore p tabulā ſuprapoſitam oſtēderet
verū diē paſchale ſcd̄m decreta antiq̄ eccl̃ie ta-
xatū ſi tn̄ variatio lunationū nō impediret de q̄
in t̃tia regula dicemꝰ Quo aūt mō iſti 11 dies re
moueri poſſint a Ro cōputatiōe in ſuo kalēdario
facile fieret repente ⁊ in vno anno ſi a 17 die
Februarij ad p̄mum diem Martij ſaltus fieret
itaq; imediate poſt decimūſeptimū die Februa-
rij computaret̃ p̄mus dies Martij reiectis reſi
duis 11 diebꝰ Februarij vł ſi malueris iſte ſaltꝰ
poſſet fieri a 10 die Martij immediate ad 21
diē eiuſdē menſis Poſſet etiā hoc idē magis lete
fieri i pluribꝰ annis. ſ. dimittēdo 11 dies biſſexti
les ſic ꝙ in 44 annis eccl̃ia nullū faceret an-
nū biſſextile ſed oēs illi eſſent āni cōes 365 die
rū p̄ciſe nā ꝓculdubio in fine illiꝰ tēporis equi-
noctiū vernū fieret in 21 die Martij ⁊c̃ Sed q̃
hoc remediū q̄buſdā videret̃ valde pōderoſū/ et
inſolitū/ atq; a ſeclis inauditū dabimꝰ aliū modū q̄
Secunda regula melior ac ſuauior apparebit ¶ Sit ergo ſcd̄a re
gula/ vł cautela. ꝙ ex q̄ iā eq̄noctiū hēmꝰ in 10
die Martij p̄dicta tabula paſchal̃ corrigeret̃ cō-
ſone ad hoc eq̄noctiū ſic ꝙ eiꝰ ſcd̄a ſeries inciperet
a lr̃a g ⁊ t̃tia linea ab 11 die Martij ⁊ cōſeq̄nter
numerādo ꝓcederet p 35 dies ſ. finito Martio
intrando p Aprile vſq; ad 14 die eiꝰ p̄ciſe tunc
.n. p illā tabulā ſine errore inueniret̃ verus dies
paſchalis accipiendo ſ. lr̃am dñicali poſt aureū
nūerū cuiuſlibet āni ſi tn̄ nō cauſaret aliquātulū
error ip̄dicta lunationū varietas ⁊ ꝑmutatio de
q̄ in tertia regula mentio fiet Ante tn̄ q̄ ad eā ve
niamꝰ ꝓ declaratiōe duarū p̄cedentiū eſt notā-
dū ꝙ nō ſolū experientia elapſi tēporis poſt ab-
batē Dioniſiū ſed etiā ratiōe aſtrologica cōper-
tū habemꝰ ꝙ ſupplemētū biſextile qđ in quarto
q̄q; āno ponimꝰ in Februario ex inſtitutiōe Ro
manoꝝ eſt aliquātulū exceſſiuū adeo vt q̄ttuor
anni Romani ſint maiores q̄ttuor reuolutioni
bꝰ/ ſeu ānis ſolaribꝰ fere in tribꝰ q̄rtis vniꝰ hore.
hoc eſt 43 minutis cū dimidio hec igit̃ eſt cau-
ſa ꝙ eq̄noctiū ꝯtinue anticipat̃ i kalēdario Ro.
adeo ꝙ in q̄buſlibet 132 ānis fere p vnū die an-
ticipet̃. quare facta correctiōe cōputi Dioniſij ſe-
cūdū duas regulas p̄miſſas opꝰ erit ad ꝑpetuā
dam artē ſuā ſine errore ſenſibili ꝙ in q̄buſlibet
132. ānis omittat̃ vnꝰ biſſextꝰ vt ſuperiꝰ diximꝰ
q̄m in tāto tēpore eq̄noctiū erit anticipatū p vnū
diē ⁊ p dimiſſionē vniꝰ biſſexti reſtituet̃ ad ſuā ſe
dē. ⁊ hoc remedio adhibito correctio p̄dicta pſe-
uerabit p multa annoꝝ milia ſine errore ſenſibi
li ¶ Sed q̃ p̄dictaꝝ duaꝝ regulaꝝ correctiōes
etiā cum notabili p̄dicto nō oīno carerēt errore.
Tertia regula. Additur tertia regula vł cautela pro aureis nu
meris ꝙ cū lunatiōes ſingule nō p̄ciſe redeant
poſt 19 ānos ſolares ſed ſit aliquātulus exceſ-
ſus in aureo numero adeo vt in q̄ttuor fere ci-
clis decē nouenalibꝰ anticipētur ſenis fere ho-
ris cōueniēs remediū videt̃ ad ꝑpetuādā hanc
cōputationē lunationū p aureos numeros ſine
errore ſenſibili ꝙ facta nūc anticipatiōe oīm illo
rū 19 numeroꝝ p q̄ttuor dies in kalēdario nr̃o
poſtea i q̄buſlibet 304 fere ānis iterū anticipē-
tur p vnū diē i eodē kalēdario. nā hoc remedio
appoſito oēs aurei numeri in kalēdario poſiti
oſtēdent veros dies cōiunctionū/ ſeu nouiluniōꝝ
⁊ idē numeri in tabula paſchali oſtēderent veros
dies oppoſitionū/ ſeu pleniluniōꝝ ⁊ hoc ad mul
ta annoꝝ milia ſine errore ꝑceptibili Sine hoc
inq̄ remedio due priores regule nō carerent peni-
tus errore nā ſi plenilunium accideret valde ꝓpe
equinoctiū vernū error ſituatiōis aurei numeri
poſſet cauſare ꝙ plenilunium precedēs eq̄noctiū
(qđq; neq; eſt paſchale) videret̃ eſſe ſeq̄ns eq̄no
ctiū ⁊ paſchale vel ecōtra vnde fieret ꝙ celebri-
tas feſti paſchalis ageret̃ fere p mēſem ante vel
poſt diē ſuū i in decretis eccl̃ie mādatū q̄ error
eſſet valde notabilis ⁊ turpiſſimꝰ eccl̃ie chriſtia-
ne ergo ad euitādū ipſum neceſſaria ē correctio
aurei numeri p hāc tertiā regulā oſtenſa ſimul
tn̄ cū correctiōe eq̄noctij q̄ declarata eſt in alijs
duabꝰ priorībꝰ Et ad euitādū laborē cōputatio
num in vtraq; dictarū correctionum adieci ſe-
quentes tabellas cum ſuis titulis.

Tabella de correctione equinoctij reducēdi ad ad.21 dem martij

1532
1536
1540
1544
1548
1552
1556
1560
1564
1568
1572
1704
1836
1968
2100
2232
2364
2496
2628
2760
2892
3024

¶ In his annis cibus q̄uis biſſextilib⁹ eſt tol lēdus dies biſſexti ⁊ ſic reducetur equinoctium ad 21 die Martij atq̄ pmanebit in eo quietū

¶ Per has igit̄ duas ta bellas cū formula anno rum ſubiuncta habetur clare ille modus corri gendi computum Dio niſij abbatis quem pri ma trium regularū pro ponebat.

Tabella paſchalis Dioniſij abbatis

| | | | |
|---|---|---|---|
| 16 | | | |
| 5 | d | 22 | Martij |
| | e | 23 | |
| 13 | f | 24 | |
| 2 | g | 25 | |
| | a | 26 | |
| 10 | b | 27 | |
| | c | 28 | |
| 18 | d | 29 | |
| 7 | e | 30 | |
| | f | 31 | |
| 15 | g | 1 | Aprilis |
| 4 | a | 2 | |
| | b | 3 | |
| 12 | c | 4 | |
| 1 | d | 5 | |
| | e | 6 | |
| 9 | f | 7 | |
| | g | 8 | |
| 17 | a | 9 | |
| 6 | b | 10 | |
| | c | 11 | |
| 14 | d | 12 | |
| 3 | e | 13 | |
| | f | 14 | |
| 11 | g | 15 | |
| | a | 16 | |
| 19 | b | 17 | |
| 8 | c | 18 | |
| | d | 19 | |
| | e | 20 | |
| | f | 21 | |
| | g | 22 | |
| | a | 23 | |
| | b | 24 | |
| | c | 25 | |

¶ Hec tn̄ tabula ꝑpter erroꝛe aurei numeri ali quādo nō oſtēdet verū die paſchatis etiā poſtq̄ equinoctiū fuerit reductū ad 21 die Martij Po terit tn̄ euitari erroꝛ iſte ſi aureos numeros i kal' poſitos intellexeris eſſe anticipandos a locis ſuis q̄ternis dieb⁹ ꝓ cōiūctionib⁹ luminariū ha bedis ⁊ eoſdē poſitos i hac tabula anticipaueris totide dieb⁹ ꝓ oppoſitionib⁹/vl' plenilunijs in uenīedis die aūt plenilunij inuēto i hac tabula dn̄ica ꝓximo ſeq̄ns erit ꝓculdubio paſchalis fe ſtiuitas Hoc aūt remedium habet locū ab āno chr̄i 1500 vſq̄ ad annū 1804 nā tūc aurei nu meri erūt vtrobiq̄ anticipādi adhuc ꝑ 1 die i ꝑ v dies ⁊ ſic cōſeq̄nter vt formula ſeq̄ns oſtedit

1500 Primus enim hoꝛum numeroꝛum an
1804 ticipat ſingulos aureos numeros per
2108 4 dies alij vero omnes addunt ſin
2412 gulos dies ſuper quattuoꝛ p̄dictos Et
2716 hec formula dat modū corrigendi quē
3020 ꝓmittebat tertia regula ſuperi⁹ poſita.

1500 ¶ Ad habendā vero ꝓxim mo
1632 di corrigendi quem affert ſecunda
1764 regula ſ ponendo equinoctium in
1896 10 die Martij ponentur alie due
2028 tabelle cū ſua etiam annoꝝ formu
2160 ula Prima namq̄ tabella de cor
2292 rectiōe eq̄noctij reducti ad decimū
2424 diē Martij notat hos ānoꝝ nume
2556 ros nā in eis oib⁹ q̄uis alias biſ
2688 ſextilib⁹ eſt tolledus dies biſſexti ⁊
2820 ſic pſeuerabit eq̄noctiū vernale in
2052 decimo die Martij/ neq̄ mutabit
3084 ab eo vſq̄ ad multa annoꝝ milia.

¶ Altera tabella Paſchalis recentioꝛ eodem artificio procedens / et ſupponens correctionē vtramq̄ ideſt equino ctij ſimul et aurei nu meri pro anno chriſti domini 1500 poſito ſci licet equinoctio in de cimo die Martij quare a die ſequenti vndeci mo (vbi eſt littera g in kalendario) hec tabel la incipitur et procedes per 35 dies finem ha bet in 14 die Aprilis. Aureos etiā numero a lio oꝛdine poſitos ha bet quā tabella dioni ſiaca quia ita res expoſ cit quare eius prima li nea a 14 incipiēs in 6 finit Huius tabelle ve ritatem comprobat ma gna illa tabula Joan nis de mōte regio que ꝑ ſingulos annos vſq̄ ad annū chriſti 1604. progreditur et non vl tra nam cognito aureo numero et littera domi nicali cuiuſlibet illoꝛū annoꝛum per hanc ta bellam inuenietur dies paſchalis idem qui per illam magnam tabulā Quare hec eſt illa me lioꝛ tum ob eius breui tatem/ tum etiam quia illa tempoꝛalis eſt iſta vero perpetua et circu laris ſi vt diximus per tabellā annoꝝū ꝓximo ſupꝛaſcriptā detinea tur equinoctium ſemper i decimo die Martij. Aurei etiam numeri hic in ſuis locis diſpoſiti ſunt nec opus eſt eos anticipare vſq̄ ad annos in ſubiecta formula notatos nam in vnoquoq̄ eoꝛum ſinguli aurei numeri anticipandi ſunt ſ in primo per vnum diem/in ſecundo per duos. et ſic conſequenter procedendo nullus erit er

| | | | |
|---|---|---|---|
| 14 | | | |
| 3 | g | 11 | Martij |
| | a | 12 | |
| 11 | b | 13 | |
| | c | 14 | |
| 19 | d | 15 | |
| 8 | e | 16 | |
| | f | 17 | |
| 16 | g | 18 | |
| 5 | a | 19 | |
| | b | 20 | |
| 13 | c | 21 | |
| 2 | d | 22 | |
| | e | 23 | |
| 10 | f | 24 | |
| | g | 25 | |
| 18 | a | 26 | |
| 7 | b | 27 | |
| | c | 28 | |
| 15 | d | 29 | |
| 4 | e | 30 | |
| | f | 31 | |
| 12 | g | 1 | Aprilis |
| 1 | a | 2 | |
| | b | 3 | |
| 9 | c | 4 | |
| | d | 5 | |
| 17 | e | 6 | |
| 6 | f | 7 | |
| | g | 8 | |
| | a | 9 | |
| | b | 10 | |
| | c | 11 | |
| | d | 12 | |
| | e | 13 | |
| | f | 14 | |

poꝛ ineternum Sed iſta anticipatio aurei nume
ri in kalendario quidem debet fieri inſcripto in
hac vero tabella ſolum mẽtaliter ad euitãdam
huius tabelle confuſionem alias opus eſſet ꝙ
veniendo ad annos huius foꝛmule ſcriberetur
noua tabella computi paſchalis

Foꝛmula ¶ Aduertedũ etiam ꝙ neq; in tabel
1804 la paſchali Dioniſij abbatis neq; in
2108 hac noſtra moderna poſui alia feſta
2412 mobilia eccleſie preter ſanctum pa-
2716 ſcha pꝛimo ob euitandam pꝛolixita
3020 tem ſecũdo quia ſcito paſchate alia

omnia inde ſciri poſſunt facillime quippe que
certis dierum vel hebdomadum interuallis ab
eo diſtant ante ⁊ poſt nam Septuageſima no-
uem hebdomadibꝰ pꝛecedit. Sexageſima octo/
Quinquageſima ſeptem/ ⁊ Quadrageſima ſex
ante paſcha ſed Aſcenſio domini 4. die ſequi
tur Penthecoſtes 50 et feſtum coꝛpoꝛis chꝛiſti
61 non ergo fuit hic opus ꝓdictas tabulas tan-
tum extendere ideoq; tabellas eas fecimus

¶ Hactenus ergo nos recitaſſe ſufficiat varias
doctoꝝ cogitationes circa computum Paſcha-
lis feſtiuitatis nam eas ad duo pꝛecipua capi-
ta reduximus Pꝛimum erat eoꝝ qui cẽſebant
in celebꝛitate Paſchali non eſſe curandum de
equinoctio verno aut plenilunio pꝛimo ex quo ſe
cundum duas pꝛioꝛes concluſiones ſecundi ar
ticuli neq; legis veteris mãdatum cerimoniale.
neq; antiqua eccleſie decreta ad hoc nos obli-
gant ideo iſti dicunt tenendum eſſe iſtum com-
munem modum quem a mille annis et eo am
plius tenuit eccleſia neq; innouandum eſſe ali
quid circa hoc.vel ſi nouitas placet.pꝛimus ille
modus nuper a me excogitatus eſt alioꝝ om-
nium facillimus inſtar modi quem obſeruat
eccleſia circa pꝛincipium aduentus Alterũ ca-
put erat eoꝛum qui,volunt obſeruanda eſſe ad
vnguem antiqua eccleſie decreta et hoc vel per
cõputationes aſtrologicas motuum ſolis et lu-
ne neglectis ciclis aurei numeri et littere domi
nicalis quod fecit Joannes de monte regio vel
ciclis illis retentis/ſed coꝛrectis/ ⁊ ad lineam ve
ritatis reductis que coꝛrectio bifariam ingenia
ta eſt quia vel reducendo equinoctium ad.21.
diem Martij/et anticipatis aureis numeris per
quattuoꝛ dies vł retinendo equinoctium in de
cimo die Martij / et ſimiliter anticipando au-
reos numeros q̃ternis diebus Sed ad hoc nõ
poteſt valere tabula feſtoꝛum mobilium a Dio
niſio edita.ſed opus eſt alia noua/ſimili tamen
artificio facta ſ per aureos numeros/et litteras
dominicales Demum vero ad perpetuandas
hmõi tabulas paſchales ſine erroꝛe poſite ſunt
quedam annoꝛum foꝛmule vt ex pꝛedictis eſt
manifeſtum Sed omnibus his bene penſatis
melioꝛes mihi videntur duo modi pꝛimus ſ.a
me inuentus pꝛeter ãtiqua patrum decreta vel
iſte vltimus modus coꝛrectionis computi Dio-
niſij.ad hoc vt bene ſeruentur illa ſanctoꝛũ pa-
trum decreta que tãta ſeueritate/ et cõcilij Ni-
ceni magna autoꝛitate firmata ſunt.Hec pauca
ſcripſerim cum omni timoꝛe/ et reuerentia ſan-
ctoꝛum doctoꝝ qui aliter ſenſerunt in hac que-
ſtione.eaq; omnia ſubmitto examini / ⁊ caſtiga
tioni ſancte matris eccleſie Romane:cuius cau
ſa in hoc opuſculo agitata eſt.

Finis.

¶ Impræſſum fuit hoc egregium opus Eccleſia-
ſticũ in præclara vniuerſitate Cõpluteñ: in
ædibus Michaelis de Eguia Biblio-
graphi Anno dñi milleſimo
quingenteſimo vigeſimo
octauo ſexto idus
Februa-
rii.

# Correctorium errratorum.

In folio x.colūna.4.in fine. vbi dicit̄ imo: corrige in modo

Folio xj.columna.4.vbi dicitur huius regni ſignum.corrige huius rei ſignum Et paulo inferius vbi dicitur:quis antiquiorem corrige quis antiquior eſt

Folio xx.columna 1 in principio capli veſpertinum ſecundam:corrige veſpertinum ſcilicet Et ibidem colūna 2.computo corrige computato Et infra firmitur corrige firmetur

Folio xxx columna 4. in fine vbi dicitur p̄me quattuor quandoq; ſunt a iure quādoq; due vltime.corrige.quandoq; non ſed due vltime ꝛc̄.

Folio xxxiij colūna 1 rectitudo greſſuū in honoribus corrige:in operibus Et columna 3.completorium aliter corrige:completorium autem prope occaſum

Folio xlij columna 2.tertia meridies calidus et ſiccus vt colera corrige vt ignis ꝛ colera

Folio xliij.colūna 2 ſolent inuocari:corrige ſolent innouari Et columna 3 propter duplicem chriſti aduentum.corrige quadruplicem.

Folio xlviij columna 2 eādemq; de vero Meſſia corrige eandemq; fidem de vero

Folio xlix colūna 2 conſtat corrige.cōſonat

Folio liij colūna 2.moritur:corrige moriturum. Et columna 4. non ſolum permittente traditum corrige non ſolū permittente deo ſed etiā immittente traditum eſt.

Folio lvij.colūna.1.Eſa:61 dicens corrige.Eſa. 61 prophetauerat dicens.Et col̄ 2 vbi dicitur 2. idem probatur.corrige Secūdo idem ꝓbatur.

Folio lviij columna.2.in nationibus.corrige.in actionibus.

Folio lx columna 1 ab omni quietudine paſſionum corrige ab omni inquietudine

Folio lxvj columna 1 ſceptrum prelatorum corrige cetum prelatorum Et columna 3 feſto reputatiuo corrige repreſentatiuo. et infra ſimiliter:corrige ſimul deus ꝛ homo.

Folio lxvij columna 3 Dauid ait pſ 4.ꝛc̄.corrige ſpalmo.4 Signatum eſt ſuper nos ꝛc̄.

Folio.lxxj colūna 3 Jebo/Suab/Ben.corrige: Jebeſuab/ben/Nun

Folio lxxxij colūna.1.prim⁹ fautor fuit Cōſtantinus corrige Conſtantius filius Conſtantini. Et col̄ 3 imperatores chriſtiani corrige imperatores heretici mala morte ꝛc̄

Folio lxxxiij columna.2.preſumentes de ſua ſapientia falſaq; doctrina corrige de ſua ſapientia falſaq; dogmata ſeminantes

Folio lxxxviij.columna 2 ad ſalutem eius electio corrige. ad ſalutē Ei⁹ electio.ꝛ infra Cayn corrige Cham

Folio lxxxix columna 3. aduerſus eos.corrige: aduerſus eum

Folio.xcvij.columna 4 caput vigeſimūſecūdū corrige vigeſimumquartum

Folio xcviij columna 2 caput vigeſimūtertium: corrige vigeſimūquintum

Folio xcix.columna 3 caput vigeſimūquartum corrige vigeſimumſextum.

Folio c columna.4 adiuua.corrige annua Et folio cj columna 4 alij fideleam moniti. corrige:alij fideles ammoniti

Folio cvij col̄ 1 magis debetis credere ꝙ minuite:corrige.credere ꝙ Niniuite Jone

Folio cxv columna 2 populum vere fidei.corrige pabulum vere fidei

Folio.cxix.col̄ 1.inter vos ꝛ malos corrige inter bonos ꝛ malos

Folio cxxxj columna.2 ſed in hoc ſeculo eſt captiuitas eorum corrige in hoc ſeculo fouea eſt captiuitas eorum.

Folio.cxxxiij col̄ 2 aquam doctrinarum corrige aquam lachrymarum.

Folio cxxxvj.col̄.2.vt viderent celum.corrige. vt non viderent celum.

Possidet me petrus sanctius Jure optimo.